BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XVIII
H
15
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VITRIARII INSTITUTIONUM JURIS PUBLICI NOVIS NOTIS ILLUSTRATARUM

TOMUS II.

CUM PRIVILEGIO.

EX BIBLIOTH. MARGARITIS

GOTHÆ,

SUMPTIBUS CHRISTIANI MEVII,

M D CC XLIII.

B. R. NAPOLI

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLUS Septimus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germaniæ & Bohemiæ Rex, utriusque Bavariæ & Superioris Palatinatus Dux, Comes Palatinus Rheni, Archidux Auſtriæ, Landgravius Leuchtenbergæ &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium, quod, cum Nobis Reinhardus Euſtachius Möller & Chriſtianus Moevius Bibliopolæ reſpective Francofurtenſis & Gothenſis, humillimè exponi curarint, quem in modum Vitriarii Corpus Juris publici cum notis Pfeffingeri, & Riccii Repertorio in Quarto prelo committere reſolverint, vereantur autem, ne Æmulorum invidia, hanc Editionem imitantium, impendii & laboris fructu fruſtrentur, ideoque Nobis demiſſè ſupplicarint, quatenus eorum indemnitati Privilegiô, Noſtro Cæſareo ſuccurrere clementiſſimè dignaremur, Nos ſubmiſſæ pariter & æquæ eorum petitioni annuendum cenſuerimus. Ac proinde Authoritate Noſtra Cæſarea omnibus & ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis & aliis quibuscunque rem Librariam ſeu Negotiationem exercentibus, firmiter inhibemus, vetamus, ac interdicimus, ne quis ſupranominatum Vitriarii Corpus Juris Publici cum Notis Pfeffingeri, & Riccii Repertorio in Quarto ſub hoc aliove Titulo, aut hac vel alia forma, cum vel ſine Notis, per *Decem annorum* ſpatium, ab hodierno die computandum, intra Sacri Romani Imperii Ditionumque Noſtrarum hæreditariarum fines recudere, vel aliis recudendum dare, aliorſúmve impreſſum apportare, vendere vel diſtrahere, citra præfatorum Impetrantium, hæredumque ac ſucceſſorum voluntatem & aſſenſum, in ſcriptis obtentum auſit vel præſumat. Si quis verò ſecus faciendo Privilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare, contemnereque præſumpſerit, eum non ſolùm ejusmodi Exemplaribus ubicunque Locorum repertis,

Digitized by Google

perperam quippe recuſis ſeu apportatis: Quæ dictus Reinhardus Euſtachius Möller & Chriſtianus Moevius ſive propria authoritate ſive Magiſtratûs illius Loci auxilio ſibi vindicare poterunt; de facto privandum, ſed & Decem Marcarum auri puri pœna Ærario ſeu Fiſco Noſtro Cæſareo & Parti læſæ ex æquo pendenda, omni ſpe veniæ ſublata, mulctandum decernimus, dummodo tenor hujus Noſtri Privilegii in fronte Libri impreſſus reperiatur, & conſueta quinque Exemplaria Conſilio Noſtro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & ſingulis Noſtris & Sacri Romani Imperii ac Dominiorum Noſtrorum hæreditariorum Subditis & fidelibus dilectis, tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus, cujuscunque ſtatus, gradus, dignitatis aut ordinis exſtiterint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu conſtituti, vel ſuo vel Superiorum ſuorum loco aut nomine jus juſtitiamque adminiſtrant, ne quempiam Privilegium hoc Noſtrum Cæſareum impune violare, ſpernere aut transgredi patiantur: Sed ſi quos contumaces compererint, conſtitutâ à Nobis mulctâ eos puniri, & quibuscunque modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipſi graviſſimam Noſtram Indignationem & prædictam pœnam evitare voluerint. Harum teſtimoniô Literarum Manu Noſtra ſubſcriptarum & Sigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitarum, quæ dabantur Francofurti ad Mœnum die decima ſeptima Aprilis Anno Milleſimo Septingenteſimo Quadrageſimo Secundo, Regnorum Noſtrorum Romani & Bohemici primo.

CAROLUS Mpria.

(L.S.)

Vt. Joannes Georgius Comes à Königsfeld.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium.
J. J. Hageck de Waldſtätten, Mpria.

AD BENEVOLUM LECTOREM.

INvolat in ſinum Tuum, Amice Lector! Commentariorum meorum in *Inſtitutiones Juris Publici Romano - Germanici*, *Viri Clariſſimi*, DN. PHILIPPI REINHARDI VITRIARII, JCti & Anteceſſoris apud Lugdunenſes Belgas longè celeberrimi, *Tomus Secundus*, Libri Primi Titulum XVI, cum reliquis, ut & integrum Librum ſecundum, explanans. Materia veteris Germaniæ notitiam unicè ferè reſpicit, puta ſtatum & conditionem *Ducum, Marchionum, Comitum Provincialium, Burggraviorum, Pagorum, Comitum, Baronum, Civitatum, Nobilium immediatorum, Ordinum Equeſtrium, Landſaſſiorum & Pfalburgerorum*; *Rem* ſimiliter *feudalem*, *Imperii fines, Status exemptos*, & de *Circulis* notanda. Quid laboris impenſum ſit, Tuum eſt judicare. Libri

bri molem tribuas quæſo ex antiquitate productis auctoritatibus, necnon Diplomatibus ſubindè occurrentibus, quorum lumine obſcuriora loca indigere videbantur. Noſtræ vindicanda ætati ex actis Comitialibus, aliisve ſchedis publicis, non parvis profectò ſumptibus, ad me miſſis, fideliter recenſui. Omnia tamen acu me tetigiſſe, abſit ut ſtolidè credam, quem campum hujus doctrinæ generis longè ſpatioſiorem eſſe, quam qui virium mearum perticâ menſurari perfectè valeat, latet nullum. Quicquid interim ad rhombum facere viſum fuit, pro poſſe Tecum communicavi ſincerè. *Addenda* in fine habentur & Repertorium locupletiſſimum in totum opus hodie proſtat ſeparatim. Maledico dente pro me non ſentientes carpere, officio pariter Chriſtiani adverſum putavi, & a viro honeſto alieniſſimum, quare nec à viris æqui & decori amantibus rodi vereor. Majori acumine differentes, vel meliora in medium proferentes, quanto non ſemper metiar pretio, per totam viam diſcendi avidus? mordax hominum genus miſerum benè valeat; maculis me & livore ex nequitia aſperſuris malefactum condonabo plenisſimè, convicia reſponſione nunquam dignabor. Vale jam & ſtudiis meis fave.

AUCTOR.

Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

CELSISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DN. FRIDERICO LUDOVICO,
GLOCESTRIÆ, BRUNSVICENSIUM
ET LUNEBURGENSIUM DUCI, ETC. ETC.
SPLENDIDISSIMI ORDINIS AUREÆ
PERISCELIDIS EQUITI,
SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI,
D O M I N I
GEORGII AUGUSTI,
MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ,
ET HYBERNIÆ,
NEC NON
ELECTORATUS BRUNSUICENSIS ET LUNE-
BURGENSIS ETC.
HÆREDIS,
FILIO UNICO,
IN SPEM TOT POPULORUM
NATO,
FELICITATEM SEMPITERNAM.

Digitized by Google

CELSISSIME PRINCEPS!

RElatis in faſtos ATESTINO-GUELFORUM Gentis proſapiam & Nobilitatem, ad poſteritatis memoriam inſignes, & conſpirato quodam Populorum conſenſu glorioſas, jure veneratur Orbis. Anni ſexcentis plures effluxerunt, quum SERENITATIS TUÆ Glorioſiſſimi Majores nominis geſtarumque rerum fama Saxoniam impleverunt. Innumeris laudibus decoratus Imperator LOTHARIUS ampliſſi-

pliſſima primum dote à RICHENSEA Conjuge, ditiſſimi HENRICI CRASSI, Northeimiorum Reguli, & GERTRUDIS, præpotentis Saxoniæ Marchionis, ECBERTI, gnatæ, indeque ECBERTI JUNIORIS, Marchionum poſtremi, ſororis pariter & Terram *Brunſuicenſium* hæredis, Filia, multum locupletatus, mox dignitate nova, HENRICI V. Imperatoris beneficio, ob egregia in Ipſum & Rempublicam merita, DUX SAXONIÆ inauguratus eſt; Qui particeps dein Auguſtæ Gloriæ factus, viciſſim Generum ex GERTRUDE filia, HENRICUM Magnanimum, Bojorum Ducem, æquabili titulo *Saxoniæ* præfecit. Admodum Excelſus Princeps Hic animi magnitudine, nullo labore fatigatus, nullis malevolorum molitionibus infractus, nullisque periculis territus, *materno jure*, utpote HENRICO NIGRO, Bojoariæ Duce, & WULFILDI, ultimi *Billingorum* Saxoniæ Ducum, MAGNI, ſobole, Parentibus ortus, DITIONIS quoq; LUNEBURGICÆ Dominus evaſit. Quæ largæ facultates tantam Ipſius Filio, HENRICO LEONI, ſplendoris, potentiæ & fortitudinis opinionem conciliarunt, ut præcipuorum Imperii Procerum animos even-

 tuum

tuum futurorum expectatione ſuſpenſos teneret. Ambiguæ hujus fortunæ fato vel Ipſe Cæſar FRIDERICUS fidem Ducis, religioſè licet ſemper ſervatam, nec unquam nutantem, ſuſpectam habere cœpit, præſertim, ex quo *Alexandri* Pontificis amicitiam vel clam colere credebatur; conflata hinc brevi conſpiratione multorum, quorum tædio tam firmus LEO ſtetit, Patriæ declaratur hoſtis, Beneficiis Imperii indignus, imò penitus enervandus. Nefariè cum Eo actum, Quem & Pietas, & Munificentia, & Juſtitia, erga Deum, Eccleſias & ſubditos, à cunis commendabant; attamen Patrimoniales Terras, quarumque armata manu, proſcriptis publica Lege atque debellatis Slavorum Principibus, erat potitus, ad Filios, ex Nobiliſſima MECHTILDE, HENRICI II. Potentiſſimi juxta & æquisſimi Britannorum Regis, Filia ſuſceptos, transmiſit.

Ex Iis OTTONEM, validisſimum Reipublicæ Majeſtatis Vindicem ac Tutorem, & diademate Imperiali redimitum, imminentibus malis fortiter iviſſe obviam, nemini non eſt exploratum. Tandem verò, ex arce Tarpeja, fulmine tactus, *Innocentio III.* Pontifice inveteratum odium, quo, à

tot

tot retr… annis, GUELFORUM Genti HOHENSTAUFFIA tam malè precata erat, pro viribus refocillante, & FRIDERICI II. Siculorum Regis, HENRICO VI. Imperatori, ex CONSTANTIA, Siciliarum Hærede, nati, à Romanæ Curiæ mancipiis Imperiali ſolio impoſiti, cauſam perorante, turbis obrutus, Seculo valedixit.

MinorFratrum, GUILIELMUS, ſpecioſiſſimè Proavorum imagines virtutibus referens, OTTONEM procreavit, dictum vulgo PUERUM, qui, Vir factus, aſpectu hoſtibus, publicæ præſertim quietis oſoribus, terribilis evaſit. Componendæ pacis cauſa cum *Gibellinis* privatim transegit, An. 1235. cum FRIDERICO Auguſto, Moguntiaci, vetuſque in Inferiori Germania Patrimonium, in pomum eridos ferè verſum, annexo *ſpecialis Ducatus* axiomate, in perpetuum poſteris aſſeruit, ab eo tempore BRUNSUICENSIUM ET LUNEBURGENSIUM DUCUM charactere, ſolenni Curiæ ſtylo, inſignitis.

Non minori vigore animi res magnas geſſerunt Ejus Liberi, ALBERTUS, dictus MAGNUS, atque JOHANNES, indiviſæ hæreditatis Domini, donec, inſtituto herciſcundæ Familiæ

 judi-

judicio, alter *Ditionem Brunſvicenſem*, alterque *Luneburgenſem*, ſortirentur. Sub JOHANNE multum creverunt Luneburgenſes Salinæ, ab ætate OTTONIS I. Imperatoris valdè jam celebres; cujus Filius, OTTO STRENUUS, probitatis & Militiæ ſtudiis æqualiter deditus, avitis terris *Dannenbergicum* & *Luchovienſem* Comitatus iterum adjecit, apud nos, in æde S. Michaelis, ſub Mauſoleo, in media templi parte erecto, tumulatus, inciſa lapidi (mendoſa licet nonnihil; quandoquidem *VIII. Non. Aprilis*, quo die *Otto Strenuus* obierit, non in rerum natura) inſcriptione:

GENERALIS. SEPULTURA. ILLUSTRIUM. PRINCIPUM. DUCUM. NEC. NON. DUCISSARUM. DE. BRUNSWICH. ET. LUNEBORCH.

ANNO. DNI. MILLESIMO. TRECENTESIMO. DECIMO. NONO. IN. VIGILIA. PALMARUM. OBIIT. INCLYTA. DOMINA. MECHTILDIS. DE. BRUNSWICH. ET. LUNEBORCH. CUJUS. ANIMA. REQVIESCAT. IN. PACE. AMEN. SOROR. LUDEWICI. IMPERATORIS.

ANNO. DNI. MCCCXXX. OCTO. NONAS. APRILIS. IN. SECVNDA. FERIA. POST. DIEM. PASCHÆ. OBIIT. SERENUS. ET. PACIFICVS. PRINCEPS. OTTO. DUX. DE. BRUNSWICH. ET. LUNEBORCH. REQVIESCAT. IN. PACE. AMEN.

Genitor GUILIELMI, in Quo *Luneburgicus* rāmus, An. 1369. die *Clementis*, exaruit.

ALBERTUS BRUNSUICENSIS, Qui optimis virtutibus, quibus multum itineris ad gloriam directi confecerat, MAGNI cognomen promeruit,

meruit, honorem ſalutemque Patriæ, adverſus Moguntinum Præſulem, hoſteſque alios, de quorum nonnullis grave ſumſit ſupplicium, armis tutatus eſt, exuvias mortales An. 1279. deponens, ordinata prius inter Filios, HENRICUM, ALBERTUM & GUILIELMUM, Provinciarum partitione, quorum ætate profectiori, HENRICO, ab auſteritate, qua cuncta peragere moliebatur, dicto MIRABILI, Regio, quæ nunc GRUBENHAGIENSIS DUCATUS vocatur, inde obtigit; quam Lineam PHILIPPUS, Ejus Pro-Trinepos, An. 1596. pridie Non. April. terminavit. ALBERTUS PINGUIS, Senior Ipſius Fratrum, GOETTINGENSEM PRINCIPATUM nactus eſt, & GUILIELMUS Junior, An. 1292. ἄγαμος defunctus, TRACTUM BRUNSVICENSEM ET GUELFERBYTANUM, eo mortuo, ab ALBERTO GOETTINGENSI, HENRICO Fratrum Seniore fruſtra deſuper ſe opponente, occupatum. Fuit ALBERTUS hic Cleri Cœnobiorumque Fautor, aſt, Patris exemplo, rigidus pravis moribus corruptorum cenſor. Ex numeroſa Ejus ſobole obvenit, An. 1318. OTTONI, à munificentia & pecuniis in pias cauſas erogatis, nuncupa-

cupato LARGO, Ducatus BRUNSVICENSIS, & ERNESTO, GOETTINGENSIS; MAGNO, Fratrum minimo natu, SANGERHUSUM, cum adjacente Tractu in Thuringia, tenente; quamvis, OTTONE An. 1334. absque hærede maſculo ad plures abeunte, ſuperſtites duo novam Terrarum diviſionem, An. 1345. Dominica *Jubilate*, inierint, cujus formulam *Hortlederus*, lib. 4. de *Cauſis Belli Germanici*, Cap. X. p. 1146. ſuppeditat, MAGNO hac ratione in Ducatus BRUNSVICENSIS poſſeſſionem immiſſo, cujus poſteris, extincta An. 1463. in OTTONE COCLITE, Principe Pacifico, proinde Patri, OTTONI MALO, vulgò der QUADE, bellorum amantisſimo, magna cæterum auctoritate pollenti in Imperio, valde disſimili, ERNESTINA ſtirpe, GOETTINGENSES quoque Terræ accreverant. Habebat MAGNUS, cognomento PIUS, pactoque, in publicarum viarum & commercii ſecuritatem, cum vicinis fœdere, Patriæ meritò Pater ſalutandus, in matrimonio SOPHIAM, HENRICI, Landsbergenſium Marchionis, filiam ac hæredem, indeque natum MAGNUM, ab argentea torque, quam geſtare ſolebat, TORQUATUM dictum,

qui

qui, fatorum inclementiâ, extorris factus, cum, ab Agnati GVILIELMI exceſſu, LUNEBURGICUM Ducatum, ab ALBERTO, Saxonum Duce, ex ELISABETHA gnata, defuncti Nepote, Ejusque Patruis, RUDOLPHO II. & WENCESLAO Electoribus, CAROLI IV. Imperatoris auctoritate ſuffultis, ſibi eripi non pateretur; qua dura periodo Sereniſſima Domus LANDSBERGICÆ hæreditatis jacturam iterum paſſa eſt.

Inter MAGNI Filios præcipuè claruerunt: MAGNUS FRIDERICUS, WENCESLAO de Imperiali ſolio an. 1400 dejecto, conceſſos ſibi faſces tenens, brevi autem poſt, inſidiis Moguntini Præſulis, *Johannis*, è Naſſoviæ Comitibus oriundi, ab *Henrico, Waldeccii* Comite, *Friderico Hartingshauſio*, & *Cunone Falckenbergio*, Militaribus, haud procul à *Fritzlaria*, Haſſiæ oppido, miſerè jugulatus; BERNHARDUS atque HENRICUS, qui de dividunda hæreditate ita invicem paciſcebantur, ut alteri Ducatus BRUNSVICENSIS, & alteri LUNEBURGICUS, cum vicina Ditione CALENBERGICA, cederent; quæ tamen pactio an. 1428, intervenientibus Provinciarum Ordinibus, iterum abolita, contractâ laudatum inter BERNHARDUM, Ejusque ex Fratre HENRICO, an. 1416 denato, Nepotes, GVILIELMUM VICTO-

RIOSUM & HENRICUM PACIFICUM, alia, quâ BERNHARDO Ducatus LUNEBURGICUS, Ejusque Nepotibus, BRUNSVICENSIS, cum Tractu CALENBERGICO, adſcripti.

Inſignia habuit HENRICI poſteritas incrementa. GVILIELMO, ſepties triumphanti, inditum VICTORIOSI nomen, encomio peculiari celebrando, quod CALENBERGICUM Principatum, quem ex nova transactione cum Fratre, erat ſortitus, quinque Comitatibus, EBERSTEINENSI ſcilicet, WUNSTORPIENSI, HALLERMUNDENSI, WOLPENSI, & HOMBURGENSIS parte, variis, ut: belli, directi Dominii, empti venditi, aliisque titulis, auxerit, in rei memoriam totidem appellationibus Illuſtris, vel Literis Inveſtiturarum teſtibus, An. 1474. *am Frydage, negeſt na der Hilgen Hymmelffard Chriſti*, ſuper Curia in *Hardeſſe*, JOHANNI KALEN & HENRICO SWALENBERGHE, Civibus Brunſvicenſibus, datis, & in Cœnobio *Winhuſano*, prope *Cellam*, aſſervatis, quibus tale Exordium: VAN GODES GNADEN, WY WILHELM DE ELDERE, TO BRUNSWIGK, OK DES BRUNSWIGSCHEN LANDES, OVER WOLT, BY DER LEYNE, UNDE TO LUNEBORCH, HERTOGE; TO EVERSTEIN, WUNSTORPPE, HALREMUNT, WOLPE, ETC. GRAVE, UNDE HERE TO HOMBORCH, BEKENNEN ETC. prætereaque

OTTO-

OTTONE COCLITE Agnato an. 1463. ſepulchra Patrum ingreſſo, GOETTINGENSES Terras cum memoratis conjunxerit, Nonagenarius vita excedens. Filius Ejus,

GVILIELMUS Junior, tranquillioris animi Princeps, valedicendo Regimini, aſſignavit HENRICO SENIORI, Gnatorum majori natu, Ducatum BRUNSVICENSEM, & ERICO Minori, CALENBERGICUM, cum GOETTINGENSI agro, diviſione hac poſtmodum an. 1494. ſolenni confirmata transactione. ERICUS hic, abſoluto an. 1488. in Terram Sanctam itinere, copiarum MAXIMILIANI I. Auguſti Imperator, Turcas an. 1493. memorabili clade in Croatia affecit, annoque 1504. in Ratisbonenſi prælio, ubi ALBERTO & WOLFGANGO, Bojorum Ducibus, contra RUPERTUM Palatinum, ex tabulis ultimæ voluntatis Soceri, GEORGII DIVITIS, Bavariam vindicatum ſibi euntem, auxilio fuerat, maximis involutus periculis, & vulnera intrepidè excipiens, conſtantia incredibili ac fidelitate avita, ſaucio Cæſari ſalutem dedit, in grati tamen teſſeram animi viciſſim Inſignia liberatoris *aurea ſtella* exornanti. Proſatus ab EO ERICUS Junior Illuſtriſſima HOJENSIUM Comitum Gente, in OTTONE, an. 1582. Naturæ debitum ſolvente, Superiorem Comitatum, (Præfecturis STOL-

 TZE-

TZENAU, EHRENBURG, SIECK, STEIGERBERG, SIDENBURG, DIEPENAU & BARENBURG, circumſcriptum,) Familiæ intulit, mortalitatem An. 1584, ſine liberis legitimis, explens; quorum loco ſurrogatus Ei JULIUS, præfati HENRICI SENIORIS, ex Filio HENRICO JUNIORE, Nepos, GUELFERBYTANUS Princeps, jamque & CALENBERGICUS, Ducatum BRUNSVICENSEM ad Proteſtantium ſacrorum normam accommodando, annoque 1576. *Helmſtadienſem* Academiam, vel inde JULIAM nuncupatam, MAXIMILIANO II. Imperatore ampliſſimis proſpiciente privilegiis, erigendo, nunquam intermoriturum nomen eſt adeptus, hæredem relinquens non minori laude dignum, HENRICUM JULIUM, cujus pia & laudabili cura & *Halberſtadienſis* Epiſcopatus Romanorum dogmata Proteſtantium Fidei confeſſione permutavit, affluenter à Deo cumulatus divitiis Princeps, deficientibus an. 1593. in ERNESTO, HOHENSTEINIIS Comitibus, tanquam Feudi Dominus, recepit ad ſe Dominia LOHRÆ & KLETTENBERG, æquè ac, poſt fata ultimi Comitis Rheinſteinenſis, JOHANNIS ERNESTI, an. 1599, Comitatum REINSTEINO-BLANCKENBURGICUM. Ad Superos

migran-

migrante, an. 1596, Agnato PHILIPPO, Principatum quoque GRUBENHAGENSEM ad Se devolutum arbitrabatur, inopinata celeritate Luneburgenſes Conſangvineos præyertens; in Jus autem deſuper vocatus cecidit cauſa, cujus propterea Filius, FRIDERICUS ULRICUS, promulgata in altè memoratorum Ducum favorem, an. 1617, ſententia Cæſarea, eundem reſtituere eſt coactus, ad Quos, an. 1634, improlis morte oppreſſus immatura, beatiſſimæ perennisque memoriæ Heros & reliquas Ditiones ſuas omnes transmiſit.

BERNHARDUS LUNEBURGICUS, efflante animam an. 1409. HENRICO, HOMBURGENSIUM COMITUM noviſſimo, una cum Gentili GVILIELMO VICTORIOSO, occupavit, caduci lege, Comitatum hunc, FRIDERICI Pater, qui vitam beatam in vacatione ſacrarum rerum præcipuè poſuit, condito *Zellis*, in *D. Franciſci* honorem, Monaſterio, in quo ſenectutem quietam traducere meditabatur, Regiminis habenas BERNHARDO Juniori, & OTTONI VICTORIOSO, prædatoribus ſummoperè infeſto, arcemque HIDSACKERAM à peregrinis Dominis, jam ab an. 1226. eam uſurpantibus, an. 1464, liberanti, Gnatis committens; turbato

verò mortalitatis ordine, Filiorum funeribus prius elatis, denuo humeris publicæ ſalutis ſuſtinendæ negotium ſibi faceſſit. Succeſſor Ejus HENRICUS, laudati OTTONIS ſangvine cretus, Princeps validisſimus, nec tamen circumſpectè ſatis à JOHANNIS, Hildesheimenſium Epiſcopi, adverſus Agnatos, ERICUM Calenbergicum, & FRANCISCUM Mindenſium Antiſtitem, anno 1519. in Soltavienſi prælio captos, partibus ſtans, in faſtidioſam Cæſaris reprehenſionem biennio poſt incurrit, cujus intuitu Regimine Filiis, an. 1522. cedere duxit ratum, qui etiam Ditiones adierant, hac ratione diviſas, ut OTTO Tractum HARBURGICUM, ERNESTUS CELLENSEM, & FRANCISCUS GIFHORNENSEM, inde conſequerentur. OTTONIS progenies ultra Nepotem GVILIELMUM, Theologicarum rerum cognitione ſolidisſima imbutum Principem, an. 1642. fatis abreptum, non inclaruit. FRANCISCO nulli plane hæredes maſculi fuere, attamen, ex Proteſtantium Confeſſionis, an. 1530. Auguſtæ Vindelicorum, ſolennibus in Comitiis, Imperatori CAROLO V. exhibitæ, atque prælectæ, in omne ævum decantanda ſubſcriptione, nomen celebratisſimum; quod & Germanus Ejus, ERNESTUS, in tantum floribus laudum conſper-

gen-

gendus, in quantum pietas, & virtus, enitent, & Ducatus LUNEBURGICUS, Evangelii luce ſub Ejus auſpiciis accenſus, felicitatem ſuam miratur, tunc meruit; ad cujus inſuper gloriam adjiciendum, quod communis ſtipes audiat omnium, quotquot ſuperant, Sereniſſimorum Ducum Brunſvicenſium & Luneburgenſium, quandoquidem ab altero Ejus Filiorum, HENRICO, Linea GVELFERBYTANA, & ab altero, GVILIELMO, CELLENSIS proſatæ, diu ſatis licet avitas terras communibus conſiliis indiviſas rexerint. Mortem cum vita commutante OTTONE, HOJENSIUM Comitum poſtremo, an. 1582. nactus eſt, juxta Beneficiorum regulas, GVILIELMUS, ex defuncti bonis, HOJAM, NIENBURGUM, LIEBENAVIAM, utrumque BRUCKHUSIUM &c. An. 1585. FRIDERICO, DIEPHOLTANO Comiti ſtemma terminanti, pari titulo ex aſſe ſucceſſit. Dignum memoria, ex ſeptem Ejus Filiis ſolum GEORGIUM, SERENITATIS TUÆ Atavum, uxorem duxiſſe, Heroëm non niſi ad magna natum, *Qui*, ut verbis utar Ipſius tumulo, *Cellis* conſpicuo, inſcriptis, *cum ab ineunte ætate militiam exercuiſſet, fatalibus Germaniæ bellis implicitus, labantem penè libertatem, ac Religionem avitam, invicto animo ac armis*

r

armis ſuſtinuiſſet, multis adoreis Inclytus, veræque pietatis, fortitudinis, fidei ac prudentiæ laude, poſteritati memorandus, vita deceſſit, die II. *April. An.* 1641. Fuit autem Ei ſociata Conjux Nobiliſſima, ANNA ELEONORA, LUDOVICI, Haſſiæ Provincialis Comitis, Darmſtadienſis Lineæ, Filia, quæ, præter Principem ſequioris ſexus, SOPHIAM AMALIAM, Daniæ Regi FRIDERICO III. nuptam, quatuor enixa Heroës Fortiſſimos, CHRISTIANUM LUDOVICUM, an. 1622, 5 Cal. Mart. GEORGIUM GUILIELMUM, an. 1624, 17 Cal. Febr. JOHANNEM FRIDERICUM an. 1625, 7 Cal. Maji, & Potentiſſimum Abavum TUUM, ERNESTUM AUGUSTUM, an. 1629, 12 Cal. Decemb. in lucem editos.

CHRISTIANO LUDOVICO, à tranſitu ex hac vita FRIDERICI Patrui, an. 1648, Ducatus LUNEBURGENSIS Rectori Summo, Principi Literarum Scientiſſimo, Artiumque Liberalium Protectori Optimo, cui & Illuſtre Lyceum hoc ortum debet, perpetuum Munificentiæ Ejus monumentum, Fatorum inclementia, hæredem ex Se natum ſcribere non licuit, quippe Qui an. 1665, Id. Mart. curriculo vitæ SINCERE & CONSTANTER exantlato, ſterilis eſt mor-

mortuus. Annorum ratione Ei proximus Sereniſſimus GEORGIUS GVILIELMUS, innumeris animi corporisque dotibus Clarus, *tantæ bonitatis in Principatu fuit, ut*, (alter velut ANTONINUS PIUS) *haud dubiè ſine exemplo vixerit, adeò timentibus Eum & amantibus cunctis Populis, ut Parentem magis, quam Dominum, reputarent;* apud Externos præcipue in deliciis habitus, ſolers ingenio, gravis animo, vitiis infeſtus, humanitate profuſus, ſermone acutus, fide ſanctus, promiſſis firmus, ſecundis incorruptus, adverſis infractus, conſiliis prudens, factis providus, militarium meritorum fama ſummus, fortuna par, in amicos egregius, nemini infidus, quem, extincta an. 1689. in JULIO FRANCISCO, *Lauenburgenſium* Ducum Gente, avito veterumque pactorum jure, FAS & GLORIA poſtliminio ad cognominis Ducatum iterum DUXERUNT, an. 1705. 10. Cal. Septemb. ſine maſcula prole, è vita profectus, fragilitatis humanæ ſarcinam collegit.

Tertius Fratrum, JOHANNES FRIDERICUS, & Ipſe Reipublicæ Propagator eximius, Majeſtate corporis eminentiſſimus, bonarum artium Fautor maximus, Heros animo, actionibus circumſpectus, verbis prudens, nemini non amabilis, quos felicitatis characteres, EX DURIS GLORIA conflatos, nulla temporum vetuſtas,

 nullus

nullus inimicorum livor, nulla hoſtium rabies, abolebunt. In hoc Fratribus major, quo, Dei benignitate, ex Sereniſſima Conjuge, BENEDICTA HENRIETTA, EDUARDI, Palatini Comitis Rheni, Filia, Orbi Principem dederit, & corporis venuſtate, & ingenii præſtantia, reliquarumque virtutum Regiarum præſidiis ſplendidiſſimè firmatam, WILHELMINAM AMALIAM, quam Summum Chriſtianitatis Caput, Romanorum Imperator, JOSEPHUS, Auguſtus Auguſtam, ſacris amplexibus eſt dignatus, quo ex auſpicatiſſimo connubio, in ſolennis Auſtriorum, Gvelphorumque, quidni totius Germaniæ? gaudii complementum, duæ Principes prodiere, ſacra Auguſtiſſimorum Parentum pignora, MARIA JOSEPHA & MARIA AMALIA, quarum ſvavitas in ſtupore admiranda. Virili tandem ſobole carens reliquit has res Princeps fortunatus an. 1679. 15. Cal. Jan.

Potentiſſimum Abavus TUUS, SERENISSIME PRINCEPS! ERNESTUS AUGUSTUS, Germaniæ jubar, fœcundiori thalamo Gentem propagavit hæredibus ſoli Deo inferioribus. Quo contenderit Heros Fortiſſimus, ſummæ indolis, juxta quam SOLA BONA, QUÆ HONESTA, Ipſi videbantur, muneribus oſtendebat; ubi primum Patriæ curam ſuſcepiſſet, incredibile dictu, quantum, quos imitabatur, anteierit Clementia,

·mentia, Magnanimitate, Magnificentia, Honorificentia, Probitate, Literarum & Militiæ ſtudiis, pecuniarumque contemptu, quæ eo amplius fuere grata, quo juvenis aſperior futurus credebatur, per totam deinceps vitam non niſi magna ſpirans. Auguſtum corpus decorabat Majeſtas, ſerena fronte cunctorum animos ad venerationem inducebat; comitate & affabilitate ſermonis nemini cedebat; repentinis reſponſionibus conſiliisve æquè ac præmeditatis aſſvetus; amor ſubditorum; terror hoſtium; debellator Gallorum, de quibus anno maximè 1675. *Trevirenſi* præſidio, ſub auſpiciis Franciæ Mareſchalli, FRANCISCI CREQUII, auxilia laturis, ipſis Cal. Auguſti St. V. pleniſſimè triumphavit, *Trevirorum Auguſta*, ipſoque *Crequio*, proximè ſequenti 8. Cal. Sept. ad deditionem compulſis; felix conjugio; felicior Sobole. Quietis publicæ cauſa renunciabat Glorioſisſimus Princeps an. 1648. juribus in Archi-Epiſcopatum Magdeburgicum, ex Decreto Electionis Capituli, an. 1646. 12. Cal. Decemb. *Magdeburgi* confecto, ſibi competentibus, futura ſucceſſione in *Oſnaburgenſis* Eccleſiæ Epiſcopi, FRANCISCI GVILIELMI, aliquando morituri, aut ſpontè reſignaturi, locum contentus, ſtabilita ſemel perpetua inter Romano-Catholicos, & B. Parentis GEORGII Ducis, poſteros Proteſtantium

Religionis, iisve non amplius extantibus, GVEL-FERBYTANAM Lineam, alternatione, in eligendis Præſulibus obſervanda; qui caſus an. 1661. 11. Cal. Decemb. à dicti FRANCISCI GVILIELMI, Epiſcopi ſimul & R. E. Cardinalis obitu, contigit, Epiſcopatu Heroi noſtro tradito. An. 1692. 14. Cal. Januar. collata in Eundem, more inveſtiturarum, dignitas Electoralis, Regiæ par, Cæſareoque faſtigio proxima, impellentibus, ad edendum hoc gratitudinis ſpecimen, Sacratiſſimum Imperatorem LEOPOLDUM, Auguſtiſſimum Electorale Collegium, bonosque omnes, priſcis pariter & recentibus in Patriam, haud una vice periculis ereptam, Ipſius meritis, quibus arctiori neceſſitudine Domum Auſtriacam ſeparatim ita ſibi devinxerat, ut, cum multis monimentis commendata eſſent, publicis quoque tabulis nota teſtataque redderentur. Quanta Virago SOPHIA, Potentiſſimo Electore Palatino, FRIDERICO V. & ELISABETHA, JACOBI I. Magnæ Britanniæ Regis, Filia, Parentibus edita, cum anno 1658. ineunte menſe Septembri, *Heidelbergæ* copularetur? Quanta proles? CYRI minimum gloriam hac ex parte plenè æquavit Elector Celſiſſimus, tales procreando, qualis Ipſe Reipublicæ emolumento à Patre incomparabili progenitus. Superſunt ex iis:

GEOR-

GEORGIUS, *Avus* TUUS, ſtupenda regendi arte Brittonum ſceptra tenens;

MAXIMILIANUS GVILIELMUS, Sacratiſſimo Imperatori à Principatu bellico; &

ERNESTUS AUGUSTUS, *Eboracenſium Albanorumque* Dux, *Ultoniæque* Comes, ac à Potentiſſimo Magnæ Britanniæ Rege, Germano Fratre, an. 1716. 24. Dec. Aureæ periſcelidis torque exornatus, qui placidiſſimæ lenitatis Princeps, & digniſſimus Muſarum Præſes, ab obitu Sereniſſimi Electoris Trevirenſis, CAROLI JOSEPHI, an. 1715. 4. Dec. Viennæ variolis mortui, Epiſcopali baculo *Oſnabrugenſis* Eccleſiæ, 2. Mart. 1716. præditus eſt, cujus vita, & ſangvine & meritis glorioſa, inter reliquos Sacri Romani Imperii Principes, ad gubernacula ſedentes, perennet: cæteris FRIDERICO AUGUSTO, 3. Cal. Januar. 1690. ad *D. Georgii* Fanum in Tranſylvania; CAROLO PHILIPPO, Cal. Januar. an. eod. apud *Priſtinam* Albanorum, & CHRISTIANO, prid. Cal. Sextilis, 1703. Danubium apud *Ebingam* ſuperaturo, in bellis, adverſus truculentos Chriſtiani nominis, & infenſisſimos Germaniæ Libertatis Hoſtes, Turcas Gallosque, geſtis, pereuntibus; unica Sorore, SOPHIA CHARLOTTA, FRIDERICI Magni, Primi Pruſſorum Regis & Brandenburgenſium Electoris, Principis

Magnificentiſſimi, Conjuge lectiſſima, an. 1705. Cal. Febr. placido ad Superos profecta itinere; Divo Patre, an. 1698. 10. Cal. Febr. ad Proavos jam recollecto; quos omnes Magna Mater, & Diva Conjux, SOPHIA, Princeps Sapientiſſima, Sexus ſui ornamentum, legitima Britannicorum Regnorum hæres, immortalis memoriæ, 6. Id. Junii an. 1714. in meritorum hoſtimentum, tranquilliſſima morte ſecuta.

Quid dicam de Potentisſimo Avo TUO, PRINCEPS! Commemorat *Sextus Aurelius Victor*, in Hiſtoria Auguſta, TITUM VESPASIANUM Imperatorem, quem Altisſimum, & à tot retrò ſeculis deteſtabili idololatriæ crimine offenſum ſummopere Numen, indurata Judæorum prævaricatione condignis pœnis coërcenda, Hieroſolymorum excidio adhibuit, multifariam cætera virtutum excellentiorum genere mirabilem, tantum apud Populum Romanum valuiſſe, ut *deliciæ atque amor humani Generis appellaretur*; Eadem ſunt Avo TUO, Magno Regi noſtro, GEORGIO, felicitatis cognomina, *Qui*, non minus TITO; *Senatui, Populo, cunctis* (rectè incedentibus) *amabilis & jucundus*. Germanorum quidam, ut *Vellejus Paterculus*, lib. 2. §. 107. p. m. 282. auctor eſt, cum Cæſarem vidiſſet, dixiſſe fertur: *Quos ante audiebam, hodiè vidi Deos, nec feliciorem ullum*

vitæ

vitæ meæ aut optavi, aut ſenſi diem; hic idem ſermo Populis omnibus, hæreditate paterna Regi noſtro relictis, aliisve titulis Gentium Jure probatis, parentibus. O felicem Rempublicam, cujus Summi Magiſtratus auctoritate firmum ſtabileque Pietati fundamentum ſubſtruitur! ubi Religioni nihil violenti timendum; cui eadem, quæ ALEXANDRO SEVERO Auguſto, apud *Ælium Lampridium*, imperandi principia:

Pacique imponere morem,
Parcere Subjectis, & debellare ſuperbos.

Quique neminem, Ejusdem exemplo, *in Palatinis eſſe patitur, niſi neceſſarium; nec multum inſignibus, aut ad apparatum Regium, auri deputat*, IMPERIUM IN VIRTUTE, NON IN SPLENDORE ESSE, prudentiſſimè judicans; ubi commeandi & æquitatis juxta regulas contrahendi liberæ facultati nihil obvium; unicuique ſuum tribuitur; rationes vitæ ducuntur, quibus conſtituta præmia; laude virtus effertur; merita remunerantur; criminibus pœnæ, repulſa, deportatio, infamia, ultimum ſupplicium, rependuntur; vitiorum virus ſuffocatur; effrenati mores profligantur; malorum auctores ſeveritate etiam ſummoventur; jugum depellitur; metus nequam ſuſtollitur; furor, tumultus, novarumque rerum initia, priusquam invaleſcant, comprimuntur; mutuis

mutuis cives officiorum nexibus invicem conſtringuntur; Principum juſſis obtemperatur; concordiæ ſtudium promovetur, ſicque IN RECTO DECUS enitet ubique. Perauſpicatus dies, votisque omnium expetitus, & Brunſvicenſibus ac Luneburgenſibus Terris perquam fortunatus illuxit, cum Glorioſisſimus Elector, Avus TUUS, PRINCEPS CELSISSIME! naſceretur; ſpem Patriæ vicit, ubi publicæ rei clavum moderari fuerit adortus; expectationem Europæ, jure ſangvinis, Senatus Conſulto Nationis, communique Gentium applauſu, Magnæ Britanniæ ſolium conſcendens. PLUS QUAM SPERAVERANT Britanni fideles, dulciſſimæ Patriæ libertatis aſſertores, avitæ Religionis vindices, imminentis ſerviendi periculi hoſtes, in Rege repertum. Quæ pietas in Deum: Conſcientiis inſidiantium nefandis artibus viam obice claudere? Qui amor in Populum peregrinum: egregiæ temperiei natale ſolum deſerere, ſubditis emendati moris, exquiſitæ probitatis, integræ fidei, & ad nutum etiam intentis, valedicere, & transferre ſe ad ultramarini Regni oras? *Eſt* quidem (ut *Henrici Huntindonenſis*, celeberrimi Annalium Britannicorum Compilatoris, verbis utar,) *Britannia Inſularum beatiſſima, fœcunda frugibus & arboribus, copioſa rivis & nemoribus, jucunda*

cunda volucrum & ferarum venatibus, ferax avium multi & diverſi generis, terra, mari, & fluviis, alendis præſertim mira pecoribus & jumentis &c. attamen Orbis pars, aëre, ob ſpiſſiores æquoris halitus, & bituminoſos lapides, ſeu carbones foſſitios, minus ſalubri circumfuſa, in qua nec omnibus idem colendi Numinis principium; nec eadem devotio erga Principem; non eadem fides in Patriam; non eadem charitas in proximum; non idem tranquillitatis publicæ ardor. Boni Cives, quos haud ignorare decet, turbas ſeditionesque ſupremo rerum humanarum Arbitro, ſcelerumque præpotenti & perſevero Judici, diſplicere, nec relinqui inultas, ex æterni Legislatoris præſcripto, omnia æquo agunt animo, ſubmiſſaque mente Poteſtati, quæ proxime ad Dei numen accedit, & vices Altiſſimi Rectoris in Terris gerit, obedientiam præſtant; nec legitimè juſſis refragantur; qui vero pravorum conſiliis auferuntur, publice inquieti nec Principem religioſe venerantur; nec Leges ſanctè ſcitas curant; nec ſaluti publicæ operam debito impendunt; ſed, nefandis ſeculi moribus abrepti Majeſtatis dignitatem temerario propoſito extinguere moliuntur; impune cuncta perficiendi facinora libidinem ſtolide explere ſatagunt; ſpem Patriæ corrupta indole pertinaciter fraudant; à majorum

Zelotypia de Principe bene merendi fœdè degenerant; præcepta, Judicia, Magiſtratus, protervè aſpernantur; Catilinas, Lentulos, Cethegos, audaces turbidosque homines alios, perfidè imitantur; monentes: tranquille vivendum eſſe, torva acerbitate perſequuntur; ſumma imis atrociter miſcent, ſicque rationem cum immanitate conjungunt, quandoque cum feritate, quæ omnem prorſus humanitatem exuit, perditè commutant. Sereniſſimus autem Rex noſter, ULPII TRAJANI, quem totidem coloribus *Aurelius Victor* depingit, imaginem hic referens, *per omnia æquus, clemens, patientisſimus, atque in amicos perfidelis, talem ſe Reipublicæ præbet, qualem vix ægreque exprimere valent ſummorum Scriptorum miranda ingenia; Juſtitiæ ac Juris humani Divinique, tam repertor novi, quam inveterati cuſtos; quæ omnia eo majora viſuntur, quo, per multos atque atroces tyrannos, perdito atque proſtrato ferè Statu publico, in remedium tantorum malorum, creditur opportunè datus;* hacque mente præditus, ad FLAVII VESPASIANI imitationem, *conjurationum multas ſcelere inulto abſcedere patitur, comiter ſtultitiæ arguens, qui ignorant, quanta moles moleſtiaque inſit Imperio? Legibus interim æquiſſimis monens.* Servet Deus T. O. M. Regum Protector æternus, Tantum Noſtrum, in Neſtoris annos, incolumem; ſoſpitet Regiam Domum quam diutiſſimè; bene veniat

quic-

quicquid Purpurati, quicquid Palatini reliqui, Principi fidelitatis & ſubjectionis nexu ſacro devincti, in Divini Nominis Gloriam, Domini honorem & emolumentum, Patriæque ſalutem, ſuſcipiunt; reducat errantes in ſanæ rationis viam; flectat ſeductos, ut errorem agnoſcant; convertat inimicos in ſinceritatis ſatellites; adigat hoſtes ad obſequii Religionem; confundat Conjuratos, donec reſipiſcant; mutet malos quosque in Cives bonos, ſicque tranquillam per omnia reddat tandem Rempublicam. Vel unicum Gloriæ Magni Regis noſtri, nunquam decantandæ ſatis, annumerandum adhuc, quod an. 1716. 28. April. ſolenni cerimonia; de *Ducatu Lauenburgico*, à Sacratiſſimo Imperatore CAROLO VI. Viennæ inveſtitus, & proxime ſequenti 18. Decemb. in Principum Imperii Senaculo, in Comitiis Ratisbonenſibus, ad votum & ſeſſionem admiſſus, ſplendorem Gentis eminentiſſimo hoc, ac poſteris inviolabili documento, iterum confirmavit.

Celſisſimus PARENS TUUS, GEORGIUS AUGUSTUS, proximus Divina gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hyberniæ Regnorum, ut & Electorum Brunſvicenſis & Luneburgenſis &c.&c. Hæres natus, anima quoque & corpore Gvelphus eſt, puta Fortis, Strenuus, Conſtans,

Magnanimus, Juſtus, Clemens, Circumſpectus, Prudens, qui eâdem, qua Pater & Avus, apud Populos valet gratiâ, cui idem flos in facie, eadem in inceſſu venuſta gravitas, eadem in ſermone dignitas, in factis Majeſtas, qui nihil prius, nihil neceſſarium magis retur, quam ut animum benè & laudabiliter imperandi artibus imbuat, imbutum liberaliter excolat, (univerſa Magnæ Britanniæ Monarchia teſte, quam per omne temporis ſpatium, quod Potentiſſimus Rex Parens, Annis 1716. & 1717. in avitis Germaniæ Provinciis tranſegerat, mira prudentia & circumſpectione ſtupenda, procurabat,) & in eo verſetur totus, ut in fidelium ſubditorum utilitatem vel unicè redundent aliquando, quæ, ex ſchola tot Incomparabilium Heroum, quibus Auguſtum ſangvinem acceptum fert, hauſit principia; quæ Gloria Gvelphis hæreditaria, & erectas mentes nobiliter ſolidat, & mirifice ad laudem impellit, qua nulla inſignior, nulla jure æſtimanda diuturnior.

En MAJORUM TUORUM Effigies & Simulacra, PRINCIPUM JUVENUM DECUS! apud Auguſtos veteres lætum quondam omen fuit, ſi laurus, Triumphis & Ovationibus dicata arbor, vigentis naturæ vim diu ſervaret, nec inopinato caſu feriretur; Glorioſiſſimæ GENTIS

TUÆ,

TUÆ, GENTIUM DELICIÆ! lauri, cuſtode Deo, luxurioſè hactenus viruerunt, & adhuc virent, amoeniſſime florent, ordine mirabili agunt ramos, incredibili fœcunditate projiciunt ſurculos, delectabili viriditate explicant folia, tempeſtate nulla infractæ, nullo fato perculſæ, nullo turbine proſtratæ, ſed fixæ ſemper radicibus tuto etiamnum receptaculo teguntur. Monumentum hoc eſt felicitatis, qua Sereniſſima Domus Gvelphica hucusque gaviſa eſt, & futuræ præſagitio, utinam ad finem rerum omnium duraturæ. Felix Princeps, qui ad horum mores ſe effingit, quorum imitatio laude digna. Duo ſunt, quæ præcipue ab egregiis Principibus expectantur: Sanctitas domi, & in Armis Fortitudo, utrobique Prudentia. Ad utramque virtutem rectâ incedis viâ, PRINCIPUM FLOS, à tenera ætate edoctus, quam ſit vana gloria! quam fragilis potentia! quam caducus tumor! quam inanes theſauri, quorum de cauſa miſeri adeo laborant homines, ſudant, inſaniunt, niſi actiones à veræ laudis initio ordiantur. Merito à Pietate hoc ducis, PRINCEPS, utpote ex qua omnis pandit proſperitas, nec virtus aliunde, quam à pia & compoſita mente proficiſcitur; nec Religio, ſine pura animi ſanctimonia, ſubſiſtit. Viro cætera Egregio & Generoſiſſimo Domino,

Dn. JOHANNE FRIDERICO DE GROT, ſexcentorum ferè annorum Proſapia pariter ac Eruditionis ſolidæ ornamentis coruſcante; nec non Generoſiſſimo Domino NEUBAURIO, Viro itidem encomiis multifariis celebrando, ut & Nobilisſimo & Doctiſſimo Domino KUHNELIO, quotidiè præeuntibus, magna PARENTUM TUORUM imitari facinora, rectè occaſionem TUAM putans. Ex Lege, quam TIBI IPSEMET indixiſti, TE ita comparas, ut acri pariter ingenio, & moribus rectiſſimis, à Minorum Gentium Diis ſejunctus noſcaris. *Gloriam*, non niſi in virtute, quæris. *Fortitudo & Magnanimitas* TIBI innatæ. *Clementiam* non ſimulas, ſed verè exerces. De SERENITATE TUA, Potentisſima Domo Brunſvicenſi & Luneburgenſi, Patriave bene merentes, pro copia compenſas. Honoratis pauperibus, nec per luxuriam, aut in ſpeciem duntaxat infelicibus, liberaliter ſuccurris; nec *luxum*, nec *ſordes* amas, vitia profectò & Reipublicæ utilitati, & decenti Principem ſplendori valdè noxia. Honeſtis omnibus placere ſtudes. *Adulatores & moroſos* pari odio proſequeris. *Veritatis* ſtudio nihil TIBI jucundius, nihil antiquius. *Mendax & arrogans* hominum genus, cum *ſuperbis*, apud TE peſſime olent. Nil quicquam prætermittis, quod præmia reſpicit,

quæ

quæ ad publicum decus ſpectant. Diligentia nemini ſecundus artes excolis, quibus erecti animi Princeps carere nequit. Laudi quam optimè TIBI ducis, Gentium Origines, inſtituta, fata, mores, reliqua, perſcrutari, rationesque Imperiorum habere omnino perſpectas. Speculum, ætates mundi, temporumque ſpatia, & perſonarum dignitates, & conſiliorum argumenta, & locorum ſitus, rerumque aliarum viciſſitudines referens, *Hiſtoriam*, habes in numerato. Quicquid ad pleniorem Status Publici cognitionem pertinet, id omne TIBI redditur familiare. Hæc palæſtra, PRINCEPS, in qua, tanta alacritate, quotidie facis periculum; hæ exercitationes, quibus animi corporisque dona infatigabilis excitas; hæc meta, ad quam totus tendis. Dirigat ſupremus mundanarum rerum Director hunc TUUM curſum; fortunet laudabiliter cœpta; ſit TIBI præſto, ad omnia, per quæ ire prodeſt, ut MAJORUM TUORUM laudes pleniſſimè conſequaris. De his cum & præſens Commentarius quædam contineat, forte non penitus injucunda, clementiſſime concedas, obſecro, PRINCEPS SERENISSIME: ut ad ſacros CELSITUDINIS TUÆ pedes, quicquid laboris complectitur, deponam; ſuſcipe depoſitum pro gratiâ, qua CELSISSIMUS PARENS TUUS Tomum prio-

priorem ſuſcepit, TUQUE pari Clementia propenſus in eos emines, qui devotionis thura TIBI accendunt. Primum ſolvo homagium. Officii mei partes adimplebo ſanctiſſime: SERENITATEM TUAM ima ſubmiſſione venerabor; precibus ardentiſſimis, pro incolumitate TUA, Deum compellabo; per omnia Civem bonum me exhibebo. Protege viciſſim tot titulis TIBI devinctum; dignare radiis TUÆ Clementiæ eum, qui, jam per Seculi quadrantem, in Sereniſſimi Patrui TUI maximi, GEORGII GVILIELMI, Glorioſiſſimi Avi, & Celſisſimi ac Potentiſſimi Parentis TUI, clientelam & fidem conceſſit, nec Muſis meis patrocinium denega. Vale, SERENISSIME PRINCEPS REGIE, flore Populorum ſpes, creſce Britannici Imperii Terrarumque Brunſvicenſium & Luneburgenſium amor, vige exoptatiſſimum Avitæ ſtirpis Germen, vive fauſtitatis publicæ pignus, ſeros in annos, quam felicisſime. Hæ preces, hæcque vota,

CELSITUDINIS TUÆ REGIÆ

Dabam Lüneburgi
Cal. April. An. 1718.

devotiſſimi ſervi,

JOHANNIS FRIDERICI PFEFFINGERI.
Argentoratenſis.

VITRIARII
INSTITUTIONUM
JURIS PUBLICI
NOVIS NOTIS ILLUSTRATARUM.
TOMUS II.
LIBRI I.
Titulum XVI. & reliquos,

NEC NON

LIBRUM SECUNDUM

exhibens.

Digitized by Google

Digitized by Google



LIBRI PRIMI, TITULUS XVI. DE PRINCIPIBUS SECULARIBUS.

PRinceps Imperii Secularis, eſt Princeps Imperii, qui Feudo Imperii Seculari legitimè præeſt, (*a*) & Votum & Seſſionem (*b*) in Comitiis habet.

NOTÆ.

(*a*) PRÆEST &c. Nititur hæc definitio, quam alii rident, 2. F. X, ubi: *Qui à Principe de Ducatu aliquo inveſtitus eſt, Dux, ſolito more, vocatur. Qui verò de Marchia, Marchio dicitur - - - Qui vero de aliquo Comitatu inveſtitus eſt, Comes appellatur.*

(*b*) SESSIONEM, Verum characterem Status Imperii involvere Votum & Seſſionem in conventibus Imperii, præced. Tit. XII, §. 1. lit a, p. 998. dictum eſt.

1. Poſtquam Summa rerum Romanarum in Imperatores Occidentales translata eſt, Hi, in Magiſtratibus conſtituendis, alios Imperatores Romanos imitati, Magiſtratus, quos in Provincias mittebant, ad eas defendendas, iis nominibus appellarunt, quibus Romani ſuos, Duces ſcilicet, Comites &c. (*a*) ita, ut tunc temporis Duces, Marchiones, Comites, officiorum tantùm nomina, Præfecturæ Perſonales ac dignitates temporales, ex mero Imperatoris arbitrio (*b*) dependentes, &, ad nutum Imperatorum, mobiles fuerint, quarum administrationis ratio ærario Regis, ſeu Imperatoris, erat inferenda.

NOTÆ.

(*a*) COMITES, &c, *Ducale* officium priſtinis temporibus fuiſſe *Militare*, & Exercitui Præfectum *Ducem* nuncuparum, caret dubio. *Cæſar.* lib. VI. de *Bello Gallico*, Cap. XXIII, §. 3. *Germanorum* memor, ait: *Cum bellum Civitas aut illatum defendit, aut infert, Magiſtratus, qui ei bello præſint, ut vitæ necisque habeant poteſtatem, deliguntur, &c.* Et mox: *In pace, nullus communis eſt Magiſtratus, ſed Principes Regionum atque Pagorum inter ſuos jus dicunt, controverſiasque minuunt, &c.* Et *Tacitus, de Moribus Germanorum*, Cap. VIII, §. 1. & 2. *Reges ex Nobilitate, Duces ex virtute, ſumunt. Nec Regibus infinita aut libera poteſtas: & Duces, exemplo potius, quam imperio: ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agunt, admiratione præſunt*

Cæterum, neque animadvertere, neque vincire, ne verberare quidem, niſi Sacerdotibus, permiſſum: Non quaſi in pœnam, nec Ducis juſſu, ſed velut Deo imperante &c. Corrigendus hinc *Cæſar*, jus vitæ neciſque *Ducibus* tribuens, *Tacito*, in veteri Germanicarum rerum notitia, potiori habenda fide. Parentum interim Ipſorum erat imperatis; aſt in refractarios, non niſi communi judicio, dictata pœna. Poſtea verò in tantùm crevit *Ducum* auctoritas, ut integris Provinciis, quas, belli paciſque tempore, multo rexerant imperio, præficerentur. Celebres hoc titulo: FLORENTIVS, *Dux Mogontiacus*, cujus opera *Hortarius*, ex Alemannorum Procerum ordine, quædam contra Rempublicam, ad *Macrianum* ſcripſiſſe proditus, apud *Ammianum Marcellinum*, lib. XXIX, p. m. 426. & in *Notitia Imperii* (ſub Imperatoribus *Arcadio* & *Honorio* confecta) qua Præfecti Militum recenſentur, qui *ſub diſpoſitione Viri Spectabilis, Ducis Moguntiacenſis*, fuerint; unde ſua *Lehmannus*, lib. I. *Chron. Spirenſ.* Cap. IX. p. 25. & *Cellarius* lib. 2. *Geograph. Antiq.* Cap. 3, p. 197. *Dux Sequanicæ; Dux Rhetiarum, Prima & Secunda; Dux Belgica Secunda, &c.* Vid. *Pancirollus*, in dictam *Notitiam*, part. 2. Cap. 25. Quibus minores Præfecturæ, veluti; Pagi, Civitates, Caſtra, demandabantur, vocati *Comites*, qualis v. g. *Comes Argentoratenſis* fuit, in cit. Notitia. *Francis* deinde *Germaniam Minorem*, ſeu *Romanam*, *Gallias*, & *Italiam*, legibus ſuis ſubjicientibus, retinebantur priſtina Romanorum nomina; *Ducum* ſcil. *Comitumque*, vel hac ſub larva, faciliori modo domanda Plebè. Non malè *Trithemius*, Annal. ad An. 618. *Dagobertus Rex Regnum, tam per ſe, quam per Duces & Comites, benè diſpoſuit, &c.* & ad An. 641. *Sub Rege Sigeberto, erant in plerisque locis, ſive Provinciis, ſub ditione Sigeberti, & Majoris Domus, Pipini, conſtituti Reguli, Duces, Comites & Præfecti, quorum adminiſtratione Populus regebatur &c.* Sic *Hincmarus* Rhemenſis, de *Poteſtate Regia & Pontificia*, Cap. XIV. apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Monarchiæ*, p. 7. *Qui autem, poſt Regem, Populum regere debent, id eſt, Duces & Comites, neceſſe eſt, ut tales inſtituantur, qui ſine periculo ejus, qui eos conſtituit, quos ſub ſe habent, cum Juſtitia & æquitate gubernare intelligant, atque, cum bona voluntate, quod intelligunt, adimplere procurent, ſcientes, ſe ad hoc poſitos eſſe, ut Plebem ſalvent, & regant, non ut dominentur & affligant, &c.* & B. *Rhenanus*, lib. 2. German. *Romanos imitati ſunt Franci; nam Illi Provinciarum Rectores Duces appellabant; id quod ex Libro Magiſtratuum Romanorum ſatis liquet; unde Formula Ducatus Rhætiarum, apud Caſſiodorum, in Variis* (lib. 7. Epiſt. 4. p. m. 235.) *Deligebant autem Ducem ex Nobili Familia. Sic Bojariis, Agilolfingorum antiqua Gens diu Duces dedit, ex qua VVelphones prodiiſſe ſuſpicor. Hoc autem Privilegium habebat ea Familia*, (de qua vid. ſeq. Catalog. Ducum Bavariæ, §. 6. &c.) *à priſcis Francorum Regibus, ut, ſi quis fidus Regno, prudensque, ex eadem progenitus, compertus fuiſſet, non aliunde quiſquam aſciſceretur in Ducem. Ergò primam dignationem ſub Francis, in Alemannia, habebat Dux, proximam Comites &c.* Add. *Joachimus Vadianus*, de *Collegiis & Monaſteriis Germaniæ*, lib. I. apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Rer. Alemann.* pag. 25. *Ampliſſimum* (Franci) *Regnum ſuum Ducum maximè & Comitum opera moderabantur, qui, in illa quidem ætate, non ſuam, ceu propriam, ſed publicam Regni Ditionem, adminiſtrabant. Proinde enim, ut, apud Romanos, Pro-Conſules, Præſides, Quæſtores, Procuratores; ita in Francorum Regno, Duces; Comites, & qui Cameræ Nuncii* dicebantur, *alienæ poteſtatis functionem gerebant. Duces, rei maximè militari intenti erant, quod, è Germanico ipſorum nomine, hodie quoque durante, diſcimus, Hertzog enim Exercitus Ducem ſignificat. Comites autem, & iis inferiores Centenarii, & ipſi Vicarii Principis, Juſtitiæ adminiſtrandæ, vindicandisque criminibus, & publicæ tranquillitati retinendæ, tanquam Præſides agebant. Cameræ Nuncii, per Franciam & Alemanniam, redituum Regiorum, & Fiſcalis pecuniæ, rationem exigebant &c.* Et *Bodinus*, de *Republica*, lib. 3. Cap. 5. p. 483. *In hoc* (Francico) *Imperio, Duces, Comites, Marchiones, & qui Arces Provinciarum habent, à Principe, Jurisdictionem ac Imperium olim habuere precarium; deinde, Capeti conceſſu, perpetuum; tandem, hæreditario jure in maſculos tranſmiſſum &c.* Et Ill. Dn. *Obrechtus*, Vol. I. *Prodomi Rerum Alſaticarum*, Cap. XII. p. 260. *Quibus Rerum Francicarum, peritia eſt, illi pro explorato habent, inde ab ortu Imperii Francici, Comitum & Ducum hoc diſcrimen certum fuiſſe, quod Comites ſingulis Civitatibus præerant, Duces pluribus, quæ ſingulos ſuos Comites haberent: Ducesque adeo præfuiſſe univerſis Provinciis; Comites, ſingulis Civitatibus &c.* Exemplis hæc ut illuſtremus, ecce:

MEROVEVS, Francorum Rex, occiſo *Duce* SABINO, *Regionem Moſellanicam HELENO procurandam commiſit.* Vid. *Trithem.* de *Origine Francor.* apud *Schardium*, Tom. I. *Rer. German.* p. 158.

CLODOVEVS, largitus eſt AURELIANO, beneficii lege, MILIDVNENSEM (puta Inſulæ Franciæ) DVCATVM. Vid. ſeq. §. 6. lit. a.

CHILDERICVM I. excepit WINOMADVS

DVX

Digitized by Google

DUX in Caſtro *Barri*. Vid. *Aimoinus*, lib. 1. Cap. 7. apud *Freberum* Tom. 1. *Rer. Franc.* p. 257.

THEODORICI, Auſtraſiæ Regis, Epiſtola ad SERVATUM, DUCEM RETIARUM, extat apud *Caſſiodorum*, lib. 1. *Variar.* Epiſt. XI. p. 16. Idem Rex præcepiſſe legitur VVILITANCHO DUCI examinare querelas *Patzenis* cujusdam, conjugem adulterii cum *Brandila* accuſantis; vid. ibid lib. V. Epiſt. XXXIII. p. 186.

Sub THEODEBALDO, Auſtraſiorum Rege, Francorum res in Italia, à LEUTHARIO & BUCELINO, ALEMANNIÆ DUCIBUS, *ſtrenuè ſuſtinebantur.* Vid. *Agathias*, lib. I. p. 536. Edit. Grot. *VVerlhof, Notit. Imperii enucleata*, lib. I. Cap. 2. §. 111. lit. b. p. 126.

GUNTHERAMNUS Rex conſtituit GUNDEGISILUM, Cogn. DODONEM, COMITEM SANCTONICUM, *Epiſcopum Heloinſem.* Vid. *Gregorius Turonenſ.* lib. 8. *Hiſtor.* Cap. 22. apud *Freberum* l. c. pag. 180. Ab eodem Rege accepit BEPPOLENUS *poteſtatem Ducatus ſuper Civitates illas, quæ ad Chlotarium, Chilperici Regis Filium, pertinebant;* ibid. Cap. 42. p. 188. Idem, damnavit ERPONEM DUCEM 700. aureis, honoribus inſuper exutum, quod captum *Meroveum* cuſtodibus eludere permiſerit. Vid. l. c. lib. 5. Cap. 14. p. 100.

CHILDERICI Regis gratia, nactus eſt EUNOMIUS COMITATUM TURONENSEM, LEUDASTI ablatum; ibid. lib. 5. Cap. 48. p. 118. Eodem jubente, *Chlodoveus*, Ipſius Filius, *apprehenſus in manicis*, à DESIDERIO atque BOBONE, DUCIBUS, — *Reginæ* (Fredegundi) *vinctus adducitur --- in Villa, cui Noceto nomen eſt --- in cuſtodia cultro percuſſus.* Ibid. lib. 5. Cap. 40. p. 124.

CHRAMNUS Rex ſubrogavit FIRMINO, ARVERNORUM COMITI, à COMITATU URBIS abacto, SALUSTIUM, *Evodii* Filium; ibid. lib. 4. Cap. 13. p. 74. & Cap. 30. p. 82. Sub eodem vixit AUSTRAPIUS DUX, ibid. Cap. 18. p. 77.

Sub BRUNHILDI, ejusque filio, CHILDEBERTO II. floruere: LVPVS, DVX CAMPANENSIS, ibid. lib. VI. Cap. 4. p. 124.; & GUNTHERAMNUS, DUX ARVERNENSIS. ibid. Cap. 26. p. 135; & BITURIGUM COMES, ib. lib. VII. Cap. 42. p. 167, & EULALIUS, ARVERNENSIS COMES, cujus Conjugem, *Tetradiam*, DESIDERIUS DUX rapuit; ib. Lib. VIII. Cap. 45. p. 190. & lib. X. Cap. 6. & 8. p. 222. Laudatus Rex diviſit, cum *Gundobaldo* Rege, æquis partibus, theſaurum MUMMULI, DUCIS AVENICI, ib. l. VI. C. 24. p. 134. & 135. & lib. VII. C. 40. p. 166; non minus, ob abſconditos *Sigeberti* Regis theſauros, abſtulit BERULFO, TURONICENSEM & PICTAVORUM DUCATUM, eumque tranſtulit in ENNODIUM, ib. lib. VIII. C. 26. p. 180. Ao. XII. ejusdem Regis, NICETIUS, RECTOR MASSILIENSIS PROVINCIÆ, *& reliquarum Urbium, quæ in illis partibus, ad Regnum ipſius pertinebant, ordinatus eſt;* ibid. Cap. 43. p. 189. TURONICÆ atque PICTAVÆ URBIUM COMITES efflagitant eundem Regem, ENNODIUM, DUCATUM URBIUM TURONICÆ atque PICTAVÆ *miniſtrantem, adhuc & VICI JULIENSIS* atque BENARNÆ URBIUM PRINCIPATUM *accipientem, à ſe removeat;* ibid. lib. IX. Cap. 7. p. 194. Idem Rex prohibuit quemquam in DUCEM & COMITEM CENOMANNICUM *eligi*, abſque conſenſu Præſulis Cenomannici. Vid. *Mabillon*, Tom. 3. *Analector.* p. 221. Sub eodem Principe, *Dacco quidam*, à *DRACOLENO DUCE*, *qui dicebatur Induſtrius*, *fraudulenter apprehenſus eſt*: Vid. *Gregorius Turon.* lib. V. Cap. 26. p. 108.

THEODEBERTO II. regnante, præfuit DUCATUI AD LACUM BODAMICUM famoſus Ille CUNZO, ſeu GUNZO, de quo ſeqq. *Catal. Ducum Alemann.* §. 8. *Anno Sexto Regni THEODEBERTI, nec non & THEODORICI, CATHINUS, DUX Theodeberti, interficitur — eo tempore Theodebertus ac Theodoricus VVASCONES domuerunt, DUCEMq; ſuper eos, nomine GENIALEM, inſtituerunt*, Ita *Aimoinus*, lib. 3. Cap. 89. p. m. 347.

THEUDERICUS, Burgundiæ Rex, *direxit Legationem ad Chlotharium, indicans, ſe contra Theudebertum,* (Auſtraſiæ Regem) *eò quod frater eſſet ſuus, boſtiliter velle aggredere, ſi Chlotharius, in ſolatio Theudeberti, non eſſet DUCATUM DENCELINI* (Sequanam inter & Iſaram) *quem contra Theudebertum, caſſaverat, ſi Theudericus Theudebertum ſuperabat, Chlotharius ſupra memoratum DENZELINI DUCATUM ſuæ Ditioni reciperet. Hac convenientia à Theuderico & Chlothario, Legatis intercurrentibus, firmata, Theudericus movet Exercitum &c.* Sunt verba *Fredegarii*, Cap. XXXVII. apud *Freberum* Tom. 1. *Rer. Franc.* p. 131; Conf. de hoc Ducatu, idem, Cap. XX. p. 124. ut & *Aimoinus*, lib. 3. Cap. 88. p. 347.

CLOTHARIUS II. Rex Franciæ, emendat *Alamannorum Legem*, mentionem faciens XXXIV. DUCUM & LXXII. COMITUM, qui promulgationi interfuerint. Vid. præced. Tit. 2. §. 7. lit. a pag. 42.

DAGOBERTI Magni memor *Audoenus* Rothomagenſis, in Vita S. *Eligii Noviomenſis*, Cap. XIV. apud *Surium*, 1. Decemb. p. 4. docet, *frequenter catervis Principum, Optimatum, DUCUM, atque Epiſcoporum, ſe ſubtraxiſſe, ut Eligii ſecreta expeteret colloquia &c.* Eodem tempore celebratur *Radulfus* Dux, apud *Fredegarium*, Cap. 77. *Chron.* p. 146. ubi: *RADULFUS DUX, filius Chamari, quem Dagobertus TORINGÆ DUCEM inſtituit, pluribus vicibus, cum Exercitu VVi-*

 nid-

nidorum dimicans, *eosque victos vertit in fugam*, *pergit Fredegarius*, Cap. 87. p. 149. *BOBO*, *DUX ARVERNUS*, *cum parte Exercitus Adalgiſeli*, *& ÆNOVALAUS*, *COMES SOGIONTENSIS*, *cum Pagenſibus ſuis* - - - *contra RADOLFUM* - - - *pugnandum perrexerunt &c.* & p. 150. *BOBO DUX*, *NAVVALAUS* --- *& plurima manus Exercitus SIGOBERTI Regis* (III.) --- *in hoc prælio fuerunt trucitati &c.* Conf. *Schaten*, lib. VI. *Hiſtor. Weſtphal.* p. 339; *Vorburgius*, Tom. VIII. *Oper. Hiſtor.* p. 263; *Sagittarius*, lib. I. *Antiquitat. Ducat. Thuring.* Cap. 12. p. 51; *Werlhof*, *Notit. Imperii Enucleata*, lib. I. Cap. 2. §. 148. p. 145 *Schurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſiæ*, §. 15. p. 16; *Laurentius*, *Monument. Suevorum in Doringia*, pact. General. Cap. IX. p. 49. &c. Add. ſeq. *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 13. De LEUTHERIO Coævo DUCE ALAMANNIÆ, loquitur ſeq *Catalog. Ducum. Alaman.* v. 9.

CHLODOVEUS II. *Rex*, *ab Urbe Parrhiſiorum*, *cum ERCHINOALDO & FLAUCATO DUCIBUS* --- *ad Auguſtidunenſem profectus eſt Civitatem*: Hæc *Aimoinus*, lib. 4. Cap. 4. p. m. 378; Conf. *Fredegarius*, Cap. 90. p. 151. Quales Duces fuerint, explicat *Aimoinus* l. c. Cap. 39. p. 377. *ERCHINOALDUS & FLAVCATVS*, *quorum unus NEVSTRIÆ*, *alter BVRGVNDIÆ*, *poſt Regem præerat Aulæ*.

Sub regimine CHILDEBERTI II. præfuit. ATHICVS, ALAMANNIÆ DUCATUI, teſte ſeq. *Catalogo Ducum Alaman.* §. 10; pariterque GOZBERTVS, DVCATVI ORIENTALIS FRANCIÆ; vid. Auctor. vitæ & martyrii *SS. Kiliani VVirtzburgenſis*, *Colomanni Presbyteri*, *& Totnani Diaconi*, Cap. 4. apud *Surium*, 8. Julii, p. 136.

Diplomatis THEODORICI III. quo *Ebersheimenſis* Monaſterii fundatio confirmatur, inſcriptio dirigitur ad ATTICVM DVCEM, & ADELBERTVM COMITEM, *ceteroſque Fiſci Regii Exactores*. Vid. III. Dn. *Obrechtus*. *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. XII. 62. p. 2.

THEODORICO IV. ſceptra tenente, ſuperavit *Carolus Martellus*, Major Domus in Francia, EUDONEM, AQVITANIÆ DUCEM. vid. Fredegarius, Cap. 180 p. 157: *Annales Francor. Fuldenſ.* ad An. 724. p. m. 2; *Pithoeani*, an. eod. p. 25; *Lambeciani*, lib. 2. *Comment. Bibliotb. Vindobon.* Cap. 5. p. 367; *Anaſtaſius* Bibliothecarius, in Vita *Gregorii* 2. P. R. p. m. 97; *Marianus Scotus*, ad An. 725. p. m. 434; *Ado Viennenſis*, ad An. 728; *Sigebertus Gemblacenſ.* an. eod. p. m. 546.; *Chronographus Saxo*, an. eod p. m. 111. Eoque mortuo *Aquitaniam* occupavit; vid *Fredegarius*, Cap. 109. p. 157; *Aimoinus* lib. 4. c. 53; *Annal Fuldenſ.* An. 728. p. 2. *Pithoeani*, an eod. p. 3; *Lambeciani* l. c. An. 731; *Sigebertus*, an. 732. p. 546. Idem *Martellus*, in fugam acto MAVRONTO DVCE, PROVINCIAM (La. Provence) Francorum Legibus ſubdidit. Vid. *Fredegarius*, l. c. *Annal Fuldenſ.* an. 738. 739. & 740. p. 3; *Pithoeani*, ann. 738. 739. & 740. p. 4; *Lambeciani* l. c. p. 368; *Marianus*, iisdem annis, p. 435; *Sigebertus*, an. 739. p. 549. quamvis Ducem *Mauricium* vocet.

Sub CHILDERICO III. Rege, rerumque ſummam adminiſtrante PIPINO, ſubjectus fuit Francis ODILO, DUX NORICORUM, cum tota Provincia; vice verſa, An. 749. filius ejus, THASSILO, DUX CREATUS. Vid. ſeq. §. 6. lit. a. Eodem tempore, donavit *Pipinus*, Fratrem ſuum, GRIPHONEM, DUCUM more, XII. COMITATIBUS. Vid. ſeq. §. 6. lit. a. & §. 10. lit. C.

PIPINO Solium conſcendente, adminiſtravit ORIENTALIS FRANCIÆ DUCATUM HETTANUS, prædicti *Gozberti* filius. Vid. *Egilwardus* Monachus, in vita S. *Burchardi Herbipolenſis*, lib. 2. Cap. 4. apud *Surium* 14. Octob p. 218. CHRODARDUS COMES, in Charta venditionis *Folrado*, Dionyſiano Abbati, factæ, An. 764. apud *Mabillon*, de Re *Diplomat.* lib. VI. §. 45. p. 494. ait: *Vindedi* (vendidi) *in* DUCATU ALAMANNORUM, *in Pago Briſagovienſi*, *quem*, *dato pretio*, *comparavi*, *aut colibet modo adtraxi*, *& promtiſſima voluntate vobis firmamus &c.* De aliis ut taceam. Hæc autem minimè eo trahenda ſunt, ut, præter officium, *Duces Comiteſque* nihil allodii poſſediſſe colligatur. Minimum, & hoc reſpectu Illos, generali quondam ſub appellatione *Procerum*, *Primatum* & *Regni Optimatum* veniſſe, præced. Tit.. 2. §. 10. lit. d. pag. 74. prolata oſtendunt. Hinc & illis, ſolemnibus in Conventibus, exponendi voti auctoritas. Exempla ſeq. §. 6. lit. b. habentur. De Theſi conf. *Lehmannus* l. c. lib. 2. Cap. XVI. pag. 81.; & lib. 4. Cap. I. p. 269.; *Münſterus*, lib. 3. *Coſmograph.* Cap. 20. p. m. 450; *Gryphiander* de *Weichbildis Saxonicis*, Cap. 61. p. m. 152. &c. *Beſoldus*, tot. Diſſ. de *Comitibus* & *Baronibus*; *Conringius*, in *Cenſura Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis*, Cap. XVI. §. 2. p. 302. & de *Republica*, Exercit. IV. de *Ducibus & Comitibus Imperii Germanici*, p. 151. &c. *Hertius*, Diſſ. de *Origine & Progreſſu Specialium Imperii Romano-Germanici Rerumpublicarum*, §. 2. p. 5. &c. *Kulpiſius* ad *Monzambanum*, part. 2. Cap. 3. §. 2. p. 7. & 8; Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione Immemoriali*, Cap. 3. §. 10. &c. p. 127; Dn. *Ludewig*, de *Formula Ducatus Brandenburgici*, §. 3. p. 24. &c. *Tenzel*, *Vindic. Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, Cap. XIV. §. 2. p. 351. Corollarii loco notes, præcipuos Regni Officiales vocabulo MILITIS quondam fuiſſe comprehenſos; DUCES ſiquidem MILITI præerant; MARCHIONES, LIMITI, literis ſaltem tranſpoſitis; PALATINI COMITES, dirimendæ LITI in Palatiis; pariter ac LANDGRAVII, in *Provinciæ* meditullio; BURGGRAVII in *Arcibus* & COMITES ſimpliciter ita dicti, in *Civitatibus* ſeu *Pagis*.

(*b*) AR-

Digitized by Google

(*b*) ARBITRIO &c. Non male *Münſterus*, lib. 3. *Coſmograph.* Cap. 20. p. m. 450. *Hertzogen, Marggraffen, Pfaltzgraven, Graven und Ritter, ſeind zu denſelbigen* (Carolingorum) *Zeiten, nur Nahmen der Aemter geweſen, und nicht erbliche Herrlichkeiten. Sie ſeind Ampt-Leut geweſen, der Kayſer und Könige, in den Landen und Marckten, über welche ſie verordnet waren; die Hertzogthum, Marggraveſchafften und Graveſchafften, ſeind der Kœnigen, Kayſern und des Reichs Landſchafften geweſen &c.* Conf. Reliquos, præc. lit. a. ſub finem, allegatos Auctores. Hinc. *Ducatus totius Regni*, & ejusmodi arbitrarium Ducale Imperium per totum Regnum, ſunt Synonyma. Vid. *Gregorius Turonenſis*, lib. V. *Hiſt.* Cap. XIV. p. m. 99. ubi *Pythoniſſa Guntheramno* Puero, de futuris Contingentibus: *Futurum eſt, ut Rex Chilpericus hoc anno deficiat, & Meroveus, incluſis Fratribus omne capiat Regnum. Tu, verò Ducatum totius Regni Ejus annis quinque tenebis:* Et *Ditmarus*, lib. 2. Chronic. p. m. 20. *Operæ pretium eſt, --- hoc adnectere, qualiter Imperator* (Otto Magnus) *Fratri ſuimet, Domino Brunoni --- mortuo Agrippinæ Sedis Proviſore, Wigfrido, Epiſcopatum ejusdem, Ducatumque Regni inſuper daret Lotharii* &c. Conf. ſeq. *Catolog. Ducum Lotharing.* in *Vita Brunonis*, v. 3.

2. His Ducibus & Comitibus ſalaria ex publico deputata fuerunt, eaque non tam opimis reditibus, ſed xeniolis ſubditorum, atque uſu Sylvarum, agrorum, aquarum, aliorumque hujusmodi jurium, conſiſtebant. Lehmann, lib. 2. Chron. Spirenſ. Cap. 17.

3. Poſt mortem Patris, Filii titulum Patris non retinebant: (*a Und ob zwar dieſer und jener Graf, etwan von ſeinen Eltern und Vorfahren, eigenthümliche Land-Güter ererbet, durch Heurath erlangt; oder erkaufft, haben ſie deßwegen doch nicht Hertzoge geheiſſen, noch ſolchen Titul geführet, ſondern von ihrem Ampt und Stand, darinn ſie von ihrem Kœnig geſetzt worden.* Daniel Heiderus, in Actis Lindavienſibus, fol. 340. Ipſi quidem Duces, Marchiones & Comites, ſi fidem ſuam, diligenti ac ſolicita adminiſtratione, Regi oſtenderant, Provincias ſuas in Feudum, ſucceſſu temporis obtinuerunt, (*b*) ac Dominium in iis, ac Jura, (quæ Jura, Regalia, ſeu Regaliæ, appellantur 2. Feud. 56.) in ſtar Regum, exercebant; Salvo tamen Jure, ne ad Hæredes tranſirent. Heider, in Apolog. *der Reichs-Vogt*, c. 6 Horum Filii poſtea, quando ſe dignos exhibebant, qui ſuccederent in locum Patris non negligebantur, (*c*) ſed in Officiis Parentibus ſuccedebant. Hincmarus, in Ep. 3. Lehman, lib. 2. C. 6.

NOTÆ.

(*a*) NON RETINEBANT &c. Benè *Lehmannus*, lib. 2. *Chron. Spir.* Cap. XVI. p. 83. *Doch iſt den Sœhnen der Titul eines Hertzogen, weil es ein Ampts-Nahme, nicht eher zugemeſſen und geben worden, es habe dann einer dem Vatter im Regiment gefolget &c.* nec non *Spangenbergius*, lib. X. *Adelſpiegel*, Cap. XIV. p. 274. *Dann ſonſt ſind ſie anfænglich nit erblich geweſen, ſo wenig als auch die Fürſtenthümer und Hertzogthümer; ſondern, wan ein Grav Todes halben abgangen, ob er gleich viel und ſeine Sœhne verlaſſen, haben doch dieſelben darumb das Ampt nicht geerbt, ſondern die Kayſer und Kœnige haben ſolche Würde anderweit, ihres Gefallens, verliehen &c.* Quandoque verò & ſanguinis habitam fuiſſe rationem, oſtendit locus *Annalium Metenſium*, ad An. 867. facta mentione *Hugonis* Abbatis, *Roberto*, Duci, in Bello Normannico interfecto, vel propterea ſurrogati, quod hujus filii juſtam ætatem nondum eſſent conſecuti, ibi: *Siquidem Odo & Robertus*, Filii *Roberti, adhuc parvuli erant, quando Pater extinctus eſt, & idcirco non eſt illis Ducatus commiſſus &c.* Eadem habet *Regino*, ad An. 867. p. 48. & 49; & ex Recentioribus, *Bœclerus*, de *Rebus Seculorum IX. & X.* in Vita *Ludovici* 2. Imp. p. 139. Quadrat huc etiam *Caroli Calv.* Capitulare *Cariſiacenſe*, An. 877. Tit. 43. Ejus *Capitul.* Cap. 3. & apud *Miræum*, in *Annal. Belgicis*, ad An. 877. f. 403. (unde ſua *Conringius*, ad *Lampadium*, Part. 3. Cap. 5. §. 29. p. 206. & de *Republ.* Diſſ. 4. de *Ducibus & Comitibus Germaniæ*, θ. XVI. p. 126; &, ante ipſum, *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Grav*, p. m. 333. & *Du Frêne*, Gloſſ. voc. *Comites*, p. 1076.) *Si Comes de Regno obierit, cujus Filius Nobiscum, Filius Noſter ordinet de his, qui eidem Comiti plus Familiares & Propinquiores fuerunt; qui, cum Miniſterialibus ipſius Comitatus, & cum Epiſcopo, in cujus Parochia fuerit ipſe Comitatus, ipſum Comitatum provideant, ſive regant, usque dum Nobis renuncietur, ut Filium ipſius, qui Nobiscum erit, de honoribus illius honoremus &c.* Conf. ibid. Cap. 9. & 10. & *Baluzius* Tom. 2. *Capit.* p. 207; *Mabillon.* de *Actis Sanctorum Ordinis Benedicti*, Præfat. §. 133. *Du Frêſne* l. c. Imò, non una vice ortas in Imperio rixas & bella, quod defunctorum Liberis denegati fuerint Parentum honores, controverſia documento eſt, *Arboni*, Bavaricis ex Comitibus à *Ludovico* Rege conſtituto, à *Willihalmi* & Engilſcalchi Comitum Filiis, mota; teſtibus *Annal. Francorum Fuldenſibus*, ad An. 884. p. m. 46. & 47.

(*b*) OB-

(*b*) OBTINUERUNT &c. Non quidem in Feudum Longobardicum, ſed Francicum, Vid. Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, Cap. 3. *n.* 14. pag. 137. Conf. *Bodinus*, de *Republ.* lib. 3. Cap. 5. pag. 483; verbis præced. §. 1. lit. a. occurrentibus.

(*c*) NEGLIGEBANTUR &c. Faciunt huc verba B. *Rhenani*, præced. §. I. lit. a. adducta.

4. Imperio Romano, à Caroli Poſteritate, in Saxones delato, ad Familiam Ottonicam, Ducatus, Comitatus &c. pedetentim creverunt, ac ſub Conrado Primo, (*a*) & Ottonibus, hæreditario jure, paſſim ad Poſteros tranſire cœperunt, *und hat, nach ſeinem Vatter* Otto *der Erſte, (b) Aempter und Dignitaten zu Erb-Leben verliehen, und biſsvveilen vor eigen vergabt; ſeind alſo des mehrentheils die Hertzogthümer, und Herrſchafften, des Reichs Erb-Leben vvorden, etliche zu eigen.* Lehman, in Chron. Spirenſ lib. 4. Cap. I. Otto Secundus (*c*) & Tertius, Paternis veſtigiis inſiſtentes, eas dignitates itidem de Imperio bene meritis, hæreditario jure conceſſerunt; & quidem Otto III. maxima omnium Imperatorum munificentia, Imperii Proceres affecit, adeò, ut plurimi Hiſtorici eundem, tanquam Fundatorem Regiminis hodierni, in Imperio Romano - Germanico vigentis, deprædicent. Stumpff Chron. Helvet, lib. 4. C. 29. Hoc modo ſub Ottonibus Statuum dignitas exorta, diverſo tempore, pedetentim poſtmodum apud reliquos inolevit; *Dann es die bey den Sachſiſchen Kayſern aufkommene* Sublimation *nicht einsmahls und zugleich, ſondern einzelnvveiß, nach und nach, ſonderlich bey den Prælaten, und gleichſam ohnvermerckt, einſchlichen,* Daniel Heider, in Actis Lindavienſ. Tit. 55. Henricus 2. (*d*) circa Annum 1031. Alberto, Comiti Aſcaniæ, Marchionatum Soltwedel conceſſit. Conradus Salicus (*e*) An. 1025. Nobili Viro, Adolpho de Salingsleven, Comitatum Oldenburgenſem in Feudum dedit. Rudolphus à Rheinfelden Ducatum Sueviæ, ac, poſt ejusdem obitum in acie, Fridericus ab Hohenſtauffen, ab Imperatore Henrico IV. eum obtinuit &c. Vid. de his omnibus Mylerus ab Ehrenbach, in Archologiâ, Cap. 6. 7. 8. 9. & 10.

NOTÆ.

(*a*) SUB CONRADO I. &c. *Lehmannus*, lib. 2. *Chron. Spir.* Cap. 47. p. 207. in cauſas Hungarici belli, ſub *Ludovico IV. Carolingicæ* ſtirpis in Germania poſtremo Principe, geſti, inquirens, ait: *Sintemahl des Kœnigs Reputation von den Fürſten ſchlechtlich angeſehen, und ein jeder in ſeinem Lande* Kœnig *und* Herr *zu werden, Mittel geſucht; und ein jeder, zu des andern Unglück und Verderben, ſtill geſeſſen, &c.* *Schatenius*, lib. 3. *Annal. Paderborn.* ad An. 913. p. 246. mentione facta obitus *Ottonis Magni*, Saxonum Ducis, *Henrici Aucupis* Parentis, inquit: *Hactenus enim, dum Cæſares & Reges ex Caroli Magni ſtirpe, Germaniæ imperitabant, ex hæreditaria poſſeſſione, Duces omnes ac Comites, temporaneo Cæſarum ac Regum beneficio: poſtquam verò, cum Ludovico Rege, Arnulphi filio, extincta eſt Caroli Magni ſtirps, ſinguli propè Duces eas, quas tenebant, Provincias, ſibi hæreditarias, ſuprema Principum poteſtate, vendicare cœperunt. Tanquam Germaniæ Regnum Imperiumque in ſpolium veniſſet; haud ſecus, quam, Alexandro Magno extincto, Duces Militiæ inter ſe Regna partiti ſunt &c.* Ita quoque Dn. *Schrederus Introduct. Jur. Publ.* pars ſpec. Sect. 2. Cap. 7. §. 8. p. 822. conf. *Conringius de Republica*, Exercit. IV. de *Ducibus & Comitibus Imperii*, §. 19, 20. & 21. *p.* 164. & 165. *Bœclerus contrà, Hiſtor. Secular.* IX. & X. in vita *Henrici I.* p. 251. & in vita *Ottonis I.* p. 325. & 326. ſententiæ huic non ſubſcribit, nec Dn. *Meibomius*, ad lib. 2. *Witichindi*, voc. *Giſelbertus*, Tom. I. *Rer. German.* p. 685. docentes, vel adhuc *Ottonum* temporibus nondum *Ducatus* fuiſſe *hæreditarios*, ſed à Ducibus, tanquam Præſidibus Cæſareis, adminiſtratos duntaxat, utut *Conrado* & *Henrico Aucupe* imperantibus, Duces Principesque potentia & opibus multum increviſſe, literis ſit proditum. Totius Reipublicæ Status commutationem tunc factam, non credo, refragantibus eventorum momentis. Id notavi:

SAXONIÆ DUCATUM, ſine interruptione, hæſiſſe quidem in *Ludolphi Magni* familia, ad ætatem usque *Ottonis Magni* Imperatoris, (quod ſeq. *Catal. Ducum Saxoniæ* ulterius probabo,) aſt non ea ratione, ſeu modo, ut putemus, nihil Imperatorum Regumque Germaniæ auctoritatis, vel Gratiæ, amplius interceſſiſſe; audienda potius *Roſwitha*, *de Conſtructione Gandersheimenſis Cœnobii*, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2. *Rer. Brunſuicenſium*, p. 325. & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandersh.* Cap. 30. p. 419.

men-

mentione facta *Ludovici Germanici: Cujus* (Ludovici) *dono Luidulſus, ſuſcepit primum Propria Gentis Dominatum*, & rurſus, apud Dn. de *Leibnitz*, pag. 326. & Dn. *Leuckfeldum* l. c. pag. 420. de Filio *Ludolphi, Brunone* Duce, in Bello Normannico interfecto, canens:

Quo mox occiſo, Junior Frater ſuus, Oddo,

Dux factus Populi, dono Regis Hludowici &c.
Sic *Conradus* Rex *Ottonis* hujus filio, *Henrico Aucupi*, poſtea Regi, *veritus eſt tradere omnem poteſtatem Patris*, ceu *Witichindus* lib. I. *Annal.* apud *Meibomium* l. c. pag. 635. loquitur; intentione licet ſua, ob Saxonum deſuper murmurantium motus, fuerit fruſtratus. Idem de *Bellingis* dicendum, è quibus *Bernhardus II. non niſi favente ſibi Meinwerco, Epiſcopo Paterbornenſi, amicisque ſuis Ducatum obtinuit*, teſte Vita *S. Weinwerci*, Cap. XX. apud *Surium*, 5. *Junii*, p. 88. & Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſuic.* p. 524.

SUEVIÆ *Principum aſſenſu*, à *Conrado I.* Rege, è medio ſublatis *Erchangero* & *Bertholdo* Cameræ Nunciis primum *Suevia Ducem præfectum Burckhardum*, An. 917. teſtimonio *Ekkehardi Junioris*, de *Caſibus Monaſterii. S. Galli*, Cap. I. in Vita *Salomonis* Abbatis, apud *Goldaſtum*, T. *I. Rerum Alamann.* Part. I. pag. 18, conſtat. Eo mortuo, ab *Henrico* Aucupe, *Herimanno Ducatus Alemanniæ committitur*; inqvit *Continuator Reginonis*, ad An. 926, p. m. 75; conf. ſeq. *Catal. Ducum Alaman:* in *Hermanni* vita l. 3. Add. ibidem Exempla recentiora.

De LOTHARINGIÆ Duce, *Conrado*, ſcribit *Witichindus*, lib. 3, *Annal.* l. c. pag. 653. *Lotharii autem, cum Regem* (Ottonem Magnum) *Duci Conrado ſenſiſſent offenſum, cum jam olim ei infeſti eſſent, eò quod Ducatum ſuper eos adminiſtraret, ipſis invitis, arma contra eum ſumunt.* Filium ipſius, *Ottonem*, in Ducatu Lotharingico ei non fuiſſe ſurrogatum, ſed *Brunonem*, laudati Imperatoris fratrem, pluribus ſeq. *Catal. Ducum Lotharingiæ*, in vita *Brunonis*, oſtendam, ſubminiſtraturus ſimul Exempla alia.

BAVAROS liberam eligendi Ducis habuiſſe poteſtatem, teſtimonio nititur ipſius *Henrici Sancti* Imp. apud *Ditmarum*, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad Anno 1002. p. 96. Germaniæ tamen Regum auctoritatem conſtituendis Ducibus ſimul fuiſſe neceſſariam, ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ*, v. 33. 34. &c. Exempla probant.

Super THURINGIAM *omnem promeruit Ekkehardus Ducatum, communi totius Populi electione*, imperante *Ottone III.* vid. *Ditmarus* lib. IV. p. m. 42. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 356.

De omnibus itaque *Ducatibus* non eadem ferenda ſententia; alibi enim laxior erat Regum gratia, in iis conferendis, quam in aliis, ubi vel Provinciæ Procerum conſenſus requirebatur; aut totius Populi ſuffragia deſiderabantur; aut hæreditaria prævalebat ſucceſſio. Interim ubique Regum intervenit auctoritas, inæquali licet pondere, juxta præſentem Reipublicæ ſtatum, Imperatorumque in Duces potentiam, quæ nunc major, nunc minor fuit.

(*b*) OTTO DER ERSTE &c. Facit huc Diploma, quo An. 941. in *Sigfridum, Geronis*, Brandenburgenſium & Luſatorum Marchionis, Filium, inſignem contulit donationem, apud Dn. *Becmannum, Hiſtor. Anhalt.* Part. 3, lib. *I.* Cap. *VII.* §. 2. p. 167. copiam ex autographo ſuppeditantem, & in nonnullis ab exemplari *Hoppenrodii, Annal. Gernrodenſ.* Tom. 2. *Rerum German. Meibomii*, p. 417, & Dn. *Lucæ*, part. 3. *des H. R. Reichs Uhralten Fürſten Staats*, Cap. VI, §. 4. p. 744. diſcrepantem, ubi; *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, Divina favente Clementia* (al. opitulante Gratia) *Rex. Comperiat omnium Fidelium noſtrorum, tam preſentium, quam & futurorum induſtria, quod Nos, flagitationibus Dilectiſſimi Marchionis noſtri, Geronis, ceterorumque Comitum, Noſtri ejusdem Geronis Filio, Noſtro autem Spirituali filiolo, videlicet Sigifrido*, (al. Sifrido) *quem ſacri baptiſmatis fonte levavimus, in Comitatu prelibati Patris ejus, in Pago Suevon nuncupato, obtemperantes, conceſſimus in proprium, totum ſcilicet, quicquid idem Gero, in Villis Oſteregulum & Weſteregulum* (al. quod Marchio Gero, in Villis Oſter-Egeln, & Weſter-Egeln,) *dictis, Noſtri tenuit Beneficii - - - - Has Villas, cum omni proprietate, quam intra illarum Marcam* (al. intra illam Marcham) *hactenus habuimus, eidem ſupradicto Sigifrido* (al. Sifrido) *jure perenni, in proprium, hoc Regali precepto, tribuimus, cum novo Caſtello, in Oſteregulum* (al. Oſter-Egeln) *conſtructo, & omnibus appendiciis ſuis - - - - Regia poteſtate ſancimus* (al. ſanximus) *ut memoratus Sigifridus*, (Sifridus *de hiis omnibus, Noſtro dono, ſibi in proprium collatis, liberrimam habeat poteſtatem vendendi, donandi, commutandi, ſeu, quicquid exinde ſibi placuerit, faciendi - - - - Data* (al. Datum) *VIII: Idus Junii, Anno Incarnacionis Dominice DCCCCXLI, Indiccione XIII.* Pari liberalitate donavit Filium, *Ludolfum*, An. 952. Regione *Zermund*; vid. præced. Tit. XV. §. 18. lib. b. p. 1310; de quo inſuper *Ditmarus* lib. 2. p. m. 16. *Ludolfo Filio deſponſavit Idam, Herimanni Ducis* (Alamannorum) *filiam - - - - modicum poſt intervallum, Soceri Ducatum & hereditatem defuncti ſibi*

dedit &c. Conf. ſeq. Tit. XVI. *Catalog. Ducum Alemann.* v. 30. in Vita *Ludolfi*, §. 2. Non minori munificentia vindicavit *Hermanno Buſillo*, Bojorum Ducis, *Arnolphi Mali* filio, ampliſſimam, ad utramque Rheni ripam, Palatinatus portionem. Vid. præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. pag. 940. & 943. De *Udone*, Comite inquit *Reginonis Continuator* ad An. 949. pag. 77. *Uto Comes* obiit, qui, permiſſu Regis, *quicquid Beneficii, aut Præfecturarum, habuit, quaſi hæreditatem, inter Filios diviſit &c.* *Henricum* Ducem, ipſius fratrem, Ejusdem beneficio tenuiſſe hæreditario jure *Marchiam Saxoniæ*, expeditum eſt. Sic *Hermannum Bellingum jure proprio*, ſeu *allodiali*, ditionem poſſediſſe *Lüneburgicam*, æquè Veterum fide nititur. Vid. ſeq. Tit. XVI. *Catal. Ducum Saxon.* v. 9. in Vita *Hermanni*, v. 2. De memorabili donatione ejusdem Cæſaris, An. 966. *Mamaconi* Comiti facta, in locis *Veltheim, Heſſenheim, Arnlaldesheim, Bernſcherdeſtorp, Cugelinge, Etheim, Sehauſen, Drongelevo, Habaldesleve & Valdorf, cum libera poteſtate tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid ſibi libuerit, exinde faciendi*, legas diploma apud Dn. *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. 750. Idem tradidit An. 960. fratris ſui, *Henrici*, viduæ, *Judithæ, quædam loca, ſibi in proprium jus retinenda, ſuisque poſteris hæreditario more relinquenda, vel quicquid ſibi de his placuerit faciendum, ſita in Orientali Francia, in Pago Tubergowe, in Comitatu Gerungi, Sanderenhof, Baldolvesheim, nuncupata, cum omnibus illuc pertinentibus &c.* Habetur Charta apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus Gandersheimenſibus*, Cap. 14. §. 6. lit. l. p. 102.

(c) OTTO II. ET III. &c. *Reinerus Reineccius*, obſervante *Sagittario*, Diſſ. de *Eccardo I.* Marchione *Miſniæ*, Sect. VIII. §. 4. exiſtimat, dictum Principem jam ab *Ottone II. Miſniam, hæreditario jure poſſidendam*, fuiſſe conſecutum; rectius fortè *Ottonem III.* hoc titulo proferimus, quandoquidem, ejus memor, *Ditmarus* lib. V. p. m. 53. & apud Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſvic.* p. 366. ait: *Hujus* (Eccardi) *Vitæ curſum quam probabiliter egit, hoc etiam teſtificatur, quod apud Dominum* (loquitur autem de Ottone *III.*) *ſuimet Beneficii* (Miſniæ) *maximam partem acquiſivit in proprietatem &c.* Conf. tamen *Schurtzfleiſchii* Diſſ. de *Marchia Miſnenſi*, An. 1674. Wittebergæ Ventilata, § 1. lit. a. p. 4. & 5.

Hâc ipſa ætate floruit *Imed* Comes, *Meinwerci*, Paderbornenſis Epiſcopi Pater, de quo ita Auctor Vitæ *Meinwerci*, Cap. 4. apud *Surium*, 5. Junii, p. m. 84. & 85. & Ill. Dn. *Leibnizium* T. I. *Rer. Brunſuicenſ.* p. 518. & 519. *Ad hujus Inferioris Germaniæ Septentrionalem Tractum, Trajectenſis Diœceſis, eſt terminus, locus navium & vectigalium commeatibus quæſtuoſus; Magnorum & Nobilium Virorum gloria, quam in defenſione Gentis ſuæ & Patris magnanimiter adepti ſunt, inſignis & famoſus. De quorum Nobili propaſapia ortus eſt Imed, in eadem Provincia; qui virtutis & probitatis Majorum ſuorum factus hæres legitimus & ſtrenuus, Comitatum ſuo tempore in ejusdem Provinciæ adminiſtravit partibus. Qui tantæ Nobilitatis lineam propagari nominisque ſui memoriam & poſteritatis gloriam cupiens nobilitari, cum multiplici diviarum apparatu, ac poſſeſſionem prædiorumque reditu, Nobilem duxit uxorem de Terra Saxoniæ, Athelam, nomine: de qua proceſſu temporis genuit Thiedericum & Meinwercum, Gliſmod & Azelam. Thiedericus autem paternæ dignitatis & facultatis hæres deſignatus; Weinwercus, in Eccleſia B. Stephani Protomartyris, in Civitate Halverſtadenſi, ad Clericatus officium à Parentibus eſt oblatus &c.* Ecce *Thiedericus*, dignitatis pariter ac facultatum Parentis, qui *Comes* erat, *hæres deſignatur.*

(d) HENRICUS II. *Hiſtoriam Marchiæ Soltwedelenſis*, ſub Præſidio Dn. *Caſparis Sagittarii*, publico Eruditorum examini ſtitit, *Jenæ*, *Johannes Hilgendorff*, & ipſe Soltwedelenſis, An. 1685. non ſine fundamento, tradens, § 34. p. 17. *Soltwedelenſem* Terram, ſeu Veterum *Balſamorum* Regionem, *Henrici Sancti* ætate, ad *Vipertos*, Miſniæ Luſatiæque Marchiones, adhuc ſpectaſſe, è quibus *Wolfus*, *ex uxore ſua* (Daniæ Regis filia) *tres genuit filios, ſcilicet: Ottonem, Hermannum, Wicpertum; Balſamorum etiam Regio Dominio Ejus ceſſit.* Ita Auctor Libelli *de fundatione Cœnobii Bigaugienſis*, in calce *Chronici Montis Sereni*, Editionis *Maderianæ*, p. m. 242. immediatè annectens: *Wolfus iſte bellicoſiſſimus defunctus eſt; corpus Barbari, more ſuo, in templum Deorum ducentes, exequias flebiles agebant. Eo defuncto, avunculus eorum, quos Wolfus in Danorum Provincia occiderat, filios ipſius de finibus ſuis ejecit. Otto in Græciam declinavit; Hermannus in Ruſciam; Wicpertus autem in Balſamorum Regionem, quæ ei Paterna hæreditate provenerat, ſeceſſit &c.* Pag. 243. pergit: *Henricus Imperator, filius Conradi,* (adeoque *Tertius*) *regebat tunc Imperium, ſub quo Reſpublica pace fruebatur; ſub quo Princeps Udo, Marchiam Stadenſem regebat. Wycbertus ergò, Patre orbatus, hunc accedens, ab Eo, donec adoleſceret, educatus eſt, ſimulque gladio militari ab eo accinctus, Urbe Tangermunde ab eodem Udone inbeneficiatur. Crevit conſilio & audacia, in tantum, ut formidabilis*

etiam

Digitized by Google

etiam notis efficeretur. Ideoque Udo eum dimittens, municipium, quod habuit juxta Elſtram fluvium, nomine Croyſta, cum omnibus attinentiis, eidem tradidit, pro commutatione Regionis Balſamorum. Pro Tangermunda verò ei alia Beneficia ad Nortmachiam reſtituit --- Henricus tunc Rex, ſuperioris Henrici filius (adeoque *Quartus*) *imperabat &c.* Conf. *Bangertus*, ad *Helmodum*, lic. *I. Chron. Slav.* Cap. 40. p. m. 101. *Sagittarius* l. c. *t.* 35. p. 18. Quæ de Gentis *Aſcaniæ* origine vulgò narrantur, fabulas ſapiunt; vid. ſeq. §. 10. lit. o, nec facile chartam publicam produxeris, qua probetur, *Albertum* quendam, circa Annum 1001. ab *Henrico II.* Marchionatum *Soltwedel* meruiſſe.

(*c*) *CONRADUS SALICUS* &c. de hoc, inquit *Wippo*, in ejus vita, apud *Piſtorium*, p. m. 430. *Militum animos in hoc multum attraxit, quod antiqua Beneficia Parentum nemini Poſterorum auferri ſuſtinuit &c.*

5. Omnis Hiſtoria hujus ſublimationis Statuum brevibus & nervoſis verbis continetur I. F. I. §. 1. Et quia vidimus de Perſonis, videamus qualia prius habuerint initia. Antiquiſſimo enim tempore ſic erat in Dominorum poteſtate connexum, ut quando vellent, poſſent auferre rem, in Feudum à ſe datam; poſtea verò eo ventum eſt, ut per annum tantum firmitatem haberent. Deinde ſtatutum eſt, ut usque ad Fidelis vitam produceretur; ſed cum hoc, jure ſucceſſionis, ad filios non pertineret, ſic progreſſum eſt, ut ad Filios deveniret, in quem ſcilicet Dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodiè ita ſtabilitum eſt, ut ad omnes æqualiter veniat. (*a*)

NOTÆ.

(*a*) *VENIAT*, *Gerhardi Nigri* verbis hiſce addantur meritò immediatè ſequentia: *Cum verò Conradus* (11.) *Romam proficiſceretur, petitum eſt à Fidelibus, qui in Ejus erant ſervitio, ut, Lege ab Eo promulgata, hoc etiam ad Nepotes ex Filio producere dignaretur, &c. ut Frater Fratri, ſine legitimo Hærede defuncto,* (*vel Filius*) *in Beneficio, quod eorum Patris fuit, ſuccedat. Sin autem unus ex Fratribus à Domino Feudum acceperit, eo defuncto ſine legitimo Hærede, Frater ejus in Feudum non ſuccedit: quod etſi communiter acceperint, unus alteri non ſuccedit, niſi hoc nominatim dictum ſit, ſcilicet, ut, uno defuncto ſine legitimo Hærede, alter ſuccedat: Hærede verò relicto, alter Frater removebitur. Hoc autem notandum eſt, quod, licet Filiæ, ut Maſculi, Patribus ſuccedant, legibus tamen à ſucceſſione Feudi removentur; Similiter & earum Filii, niſi ſpecialiter dictum fuerit: ut ad eas pertineat. Hoc quoque ſciendum eſt, quod Beneficium ad venientes ex latere, ultra Fratres patrueles, non progreditur ſucceſſione, ſecundum uſum, ab antiquis Sapientibus conſtitutum, licet moderno tempore usque ad ſeptimum geniculum, ſit uſurpatum; quod in Maſculis deſcendentibus, novo Jure, uſque ad infinitum, extenditur &c.* Unde conſtat, Feuda (1) ab initio merè precaria fuiſſe, adeoque pro arbitrio concedentium revocari potuiſſe. (2) Facta ea annalia, (3) Vaſallum ad vitæ dies ea poſſediſſe; (4) Vaſalli Filium, à Domino ad hoc electum defuncto Parenti in ea ſucceſſiſſe; (5) Jus ſuccedendi fuiſſe ad Filios extenſum, quod, juxta *Spelmannum* voc. *Comes.* p. m. 141. quem *Joh. Otto Kellnerus* in Diſſ. Inaugur. de *Originibus Feudalibus*, Præſide Ill. *Thomaſio* An. 1710. Halæ habita, *t.* XVI. lit. 1. p. 95. ſequitur, in *Francia*, ſub exceſſu *Merovingicæ Stirpis*, & in Germania, ſub *Ottonibus* fieri cœpit: conſ. præced. §. 4. lit. a. b. c. nec minus ſeq. §. 6. lit. a & b. (6) Tranſiiſſe Feuda ad Nepotes ex Filio; imo & ad Fratres, ſi Feudum fuerit *antiquum*; ſecus ac *novum*, niſi Pactis id fuerit cautum; (7) Ultra Fratres Patrueles nemini ea obveniſſe, ſucceſſionis jure hereditario; (8) Id juris ad ſeptimam uſque Generationem, tandemque (9) ad omnes Maſculos deſcendentes in infinitum fuiſſe productum; Vid. *Gothofredus* in Notis ad hunc Textum. *Hochenberg*, in *Germania Media*, Diſſ. *IX.* de *Re Feudali*, §. 6. p. 328. *Spelmanni Gloſſar.* voc. *Feudum*, p. 217.

6. Hæc tamen, quæ de temporibus Carolingorum dicta ſunt, ita ſunt declaranda, ut diffitendum non ſit, quin ſub Carolo Magno quoque Ducatus quidam, Comitatus, (*a*) aliaque Regni munera, quibusdam Militibus, ob ſtrenuitatem, & egregiam navatam operam, conceſſa Hereditario (*b*) Jure fuerint. Hujus tamen hereditariæ conceſſionis exempla perpauca & rariora in Hiſtoricis reperiantur. De Comitibus Waldecciæ (*c*) referunt, quod tempore Caroli Magni Imperio & Imperatori militantes, ad hanc Dignitatem Comitialem, ſub Wittikindo, Comite in Sualenberg, primæ Familiæ propagatore, pervenerint, eandemque Dignitatem ad Heredes devolverint, Adeò, ut Carolus, devictis Saxonibus,

 erectis-

erectiſque Epiſcopatibus, Illis in Epiſcopatu Paderbornenſi Jus Advocatiæ conceſſerit, David Chytræus, Hiſt. Lib. XII, in f. Pari modo de Comitibus à Gleichen legimus, Carolum Magnum, circa annum 776, Ludovico Seniori, Equiti & Militi adhuc, & Capitaneo Generali. in Hiſpania contra Incredulos militanti, ac Heredibus ejusdem, Carolo & Ludovico, Comitatum prædictum, Hereditario Jure, hac formula conceſſiſſe: *Tractum Regionis in ſaltu Noſtro Thuringiaco, ad viginti milliaria* (d) *in longitudine, & decem in latitudine, jure hereditario poſſidendum, ac facultatem damus, in Territorio diſtrictus illius dominationis, quærere & fodere aurum, argentumque, & omnia alia metalla, uti debeatis & poſſitis.* Goldaſt. Conſtit. Imperial. T. I, p. 17.

NOTÆ.

(*a*) *COMITATUS* Beneficia omni tempore in benè meritos de Patria collata fuiſſe, ex *Ælio Lampridio*, in Vita *Alexandri Severi*, apud *Fridericum Sylburgium*, Tom. 2. *Hiſtoriæ Auguſtæ*, p.m. 221. diſcimus 1. ubi: *Sola quæ de Hoſtibus capta ſunt, Limitaneis Ducibus & Militibus donavit, ita, ut eorum ita eſſent, ſi Heredes illorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicens: attentius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Addidit ſanè his & animalia, & ſervos, ut poſſent colere, quod acceperant; ne per inopiam hominum, vel per ſenectutem poſſidentium, deſererentur rura vicina barbariæ; quod turpiſſimum ille ducebat &c*, Add. *Flavius Vopiſcus*, in Vita *Probi* Imp. ibid. pag. 293. *Barbarorum, qui apud Iſauros ſunt, vel per terrorem, vel per voluntatem loca ingreſſus eſt, quæ cum peragraſſet, hoc dixit; Facilius eſt, ab iſtis locis latrones arceri, quam tolli. Veteranis omnia illa, quæ anguſtè adeuntur, loca privata donavit, addens: Ut eorum Filii, ab anno octavo decimo, mares duntaxat, ad Militiam mitterentur, ne ante latrocinari, quam militare, diſcerent &c.* Ejuſmodi ſanè *Prædia militaria*, quibus, ad defendendos ſtrenuè Patriæ terminos, ſubditi excitabantur, *Beneficia* temporis ſucceſſu fuiſſe nuncupata, manifeſtum eſt. Hocque intuitu *Franci* veteres & reliqui Germani, Ducatus, Comitatus, Dominia alia, *beneficiali lege* inter Proceres ſuos diſtribuerant, qui viciſſim partes quasdam, jure pari, ſibi ſubditis dabant; Orta ſic diſtinctione, *Vaſallorum* & *Sub-Vaſallorum*; Ambo tamen Supremum Dominum in hoſtem comitari tenebantur. Memorabile exemplum ſuppeditat *Aimoinus*, lib. *I.* de *Geſtis Francorum*, Cap. XIV, apud *Freberum*, T. 2. *Rer. Franc.* p. 264, facta mentione Legationis *Clodovei Magni* ad *Gundebaldum*, Burgundiæ Regem, pro expetenda Ejus è fratre, *Chilperico*, nepte, *Crotilde*, in matrimonium, ibi. *Gundebaldus, licet invitus, Clodovei eam* (Crotildim) *tradidit Legatis, nihil ei de ſuis tribuens theſauris. Poſtmodum tamen, opere & induſtria Aureliani* (Legati Clodovei) *pars maxima ex ipſis ceſſit Dominio Clodovei. Unde cum Clodoveus Regnum uſque Sequanam, atque poſtmodum uſque Ligerim fluvios, ampliaſſet, Melidunum Caſtrum* (Melun, in Inſula Franciæ) *eidem Aureliano, cum totius Ducatu Regionis, jure Beneficii, conceſſit &c.* Conf. *Geſta Francorum Epitomata Cap. XIV*, apud *Freberum* l. c. Tom. *I.* p. 63; & alia *Geſta Francorum*, Cap. *XVIII.*, ibid. p. 98. *Gregorius Turonenſis*, lib. 2. *Hiſtor.* Cap. *XXVIII*, ibid. T. 2. p. 43. Sic *Eunium*, cognomento *Mummolum*, Patricium, meruiſſe legimus, *munere Regio Gunthe-ramni, Machao* villam *Avennici Territorii*, apud *Gregorium Turonenſem*, lib. 4, Cap. 39. p. 87. De *Odilone*, Bojorum Duce, Ejusque filio, *Thaſſilone*, vid. ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ*, ipſorum vitas. De poſteriori loquitur ipſe *Carolus Magnus*, in Tabulis ultimæ voluntatis, apud *Pithœum*, p. 284. *Bajoariam, ſicut, Taſſilo tenuit, exceptis duabus Villis, quarum nomina ſunt: Ingoldeſtat, & Lutrahahof, quas Nos quondam Taſſiloni beneficiavimus, & pertinet ad Pagum, qui dicitur Northgowe ---- una cum Ducatu Curienſi, & Pago Durgowe, Pippino, Dilecto Filio noſtro --- conceſſimus &c.* Pertinet huc quoque Ejusdem Capit. An. 807. C. 1. *Inprimis quicunque Beneficia habere videntur, omnes in hoſtem veniant &c.* Carinthiæ Ducis, *Boruthi*, memor Auctor Vitæ *S. Virgilii* Salisburgenſis, C. 2. apud *Surium*, 27. Nov. p. m. 614. ait: *Mortuo Coruth*, (Boruth) *juſſu Francorum, Bavari Karaſtum, Chriſtianum factum, petentibus eisdem Sclavis* (Carinthiis) *remiſerunt, & illi Eum Ducem fecerunt, ſed poſtea ille tertio anno defunctus eſt. Iterum autem, permiſſione Domini Pipini Regis, Populis idem petentibus, Chetimarus* (*Boruthi* ex fratre nepos) *Chriſtianus Ducatum ſuſcepit &c.* Recentiora ut taceam.

(*b*) *HEREDITARIO* &c. *Carolingorum* ævo, Præfecturas *Comitum* in Pagis nondum fuiſſe hæreditarias, præced. §. 3. lit. a. pag. jam monui. Conf. *Tentzel, Vindic. Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, Cap. IX. §. 13. p. 219. De Tempore, quo id factum. legas *Guillimannum*, lib. 4. *Rer. Habſpurg.* Cap. 2. f. 121. &c. Ampliſſima tamen ipſi, aliisque

Regni

Digitized by Google

Regni Proceribus, fuiſſe *Allodia*, aliaque Bona, variis titulis ab iis poſſeſſa, tot Antiquitatis monumenta teſtantur. In Veteri *Alamannorum Lege*, ætate *Theodorici I.* Auſtraſiæ Regis, lata & Seculo VII. ſub *Clothario II.* emendata, Cap. 34. apud *Goldaſtum*, T. 2. *Antiquit. Alamann.* Part. *I.* p. 15. legimus: *Si quis* **DUX** *habet filium contumacem & malum, qui rebellare conetur contra ipſum Patrem ſuum, per ſtultitiam ſuam, vel per conſilium malorum Hominum, qui volunt diſſipare Provinciam, & hoſtiliter ſurrexerit contra Patrem ſuum, dum adhuc Pater ejus potens eſt, & utilitatem Regis poteſt facere, id eſt: Exercitum gubernare, equum aſcendere, utilitatem Regis implere, & Filius ejus Eum vult dishonorare, aut per raptum Regnum ejus poſſidere, non obtineat, quod inchoavit - - - & de Hæreditate Paterna amplius ad eum nihil pertineat; quia inlicitam rem contra Patrem ſuum fecit. Et, ſi fratres habuerit, ipſi Fratres inter ſe, per voluntatem Regis, dividant Hæreditatem Patris eorum; Illi autem, qui rebellavit contra Patrem ſuum, non detur portionem inter ipſos; &, ſi amplius non fuerit niſi ille unus, qui rebellavit, tunc illa Hæreditas, quam ille Dux habuit, poſt mortem ejus, in poteſtate Regis ſit, cui vult, donet &c.*

Notante Jll. Dn. *Obrechto*, Vol. *I. Prodromi Rerum Alſaticarum*, Cap. XII. p. 262. deſcribitur Fundatio *Adalberti Ducis*, in CHILDERICI III. Conſtitutione Pragmatica, pro Monaſterio *S. Stephani* Argentoratenſis, ita, ut limites ejus, *usque ad confinia de Allode Comitis Hugonis, Choreka nuncupante* porrigantur. Condidiſſe vero laudatum Ducem dictum Cœnobium *in parte ſuæ Hæreditatis, quæ ſibi pertinuit inter ruinas Veteris Argentoraci*, patet ex Diplomate *Lotharii I.* Imp. An. 845. eidem Monaſterio dato, apud *Guilimannum*, de *Epiſcopis Argentor.* cap. V. pag. 26. unde nonnulla ſeq. *Catal. Ducum Alaman.* v. 11. recitabo.

Memor. *Murbacenſis* Cœnobii, inquit Dn. *Obrechtus* l.c. *In Privilegio* THEODERICI, *Murbacenſi Monaſterio dato, Monaſterium id dicit conſtructum Theodericus, in Heremo vaſta, quæ Voſagus* (Vogaſus) *appellatur, in Pago Alſacenſi, in loco, qui vocatur Vivarius Peregrinorum, qui antea appellatus eſt Mourbach, in Allodio Fidelis Noſtri, Ebrohardi Comitis &c.*

WALTRAMMUS (Pronepos *Taltonis*, Viri Illuſtris, *Dagoberti* Regis Camerarii. & poſtea Comitis Pagi juxta Lacum Potamicum) *Abbatem* (S. Galli) *Othmarum PIPINO Regi præſentavit, ipſique Regi Monaſterium, quod adhuc hereditario jure, in ſua tenebant poteſtate, cum ipſo pariter Abbate, contradidit, ea videlicet cauſa, ut ipſe Abbas, ejusque Succeſſores, idem Monaſterium Regia auctoritate retinentes, nullius deinde violentia premerentur, ſed tantummodo Regum juſſionibus obedirent.* Hæc *Ratpertus*, Monachus de *Caſibus S. Galli.* cap. 2. apud *Goldaſtum*, Tom. *I. Rer. Alaman.* Part. I. p. 2.

RINULFUS qvidam, regnante THEODORICO IV. obtulit dicto Monaſterio *S. Galli*, omnia ſua, cum agris, pratis, campis, ſylvis &c. vid. præced. Tit. XV. §. 5. lit. a. pag. 1121.

EBONEM, ejusque Conjugem, *ODALSINDAM*, *nec non PIETAM, Rekiuberti* filiam parem liberalitatem, ſub CHILDERICO *III.* exercuiſſe, ibid. pag. 1122. dictum.

CHRODARDUS Comes vendidit ſimiliter An. 763. ***Folrado***, Abbati Dionyſiano, quicquid in Pago *Briſacenſi* poſſederat jure proprio; teſte Venditionis charta, apud *Mabillon*, lib. *VI. Rei Diplomat.* §. 45. p. 494. barbaro licet ſtylo. *Vinlediſſe me tibi conſtat, & ita vindedi in Ducatu Alamannorum, in Pago Briſagavienſis, quem dato precio comparavi, aut colibet modo adtraxi, & promptiſſima voluntate vobis firmamus, h. e. in fine, vel in marcas, Binubhaime, ſibi Romaninchova, & in alia loca in Tontarinchova, in Gotones-vilare, in Walahpah, in Haoltingas, & Aginiotingas, in Binuſhaim, in Eppalinchova, in ipſas locas denominatas, i. e. cum terris ſeu proterrariis, domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, ſylvis, caſis, caſalis, campis, pratis, paſcuis, peculiis, apenticiis, farinariis, aquis, aquarumve decurſibus, ſexus utriusque majore vel minore, mobilibus & immobilibus, cum omnia adjacentia, ad ipſas res pertenente, aut undecumque locas mihi obtinuit, tam de comparato, ſeo de conquæſto, vel de concamiato, quantum in ipſas locas ſuperios denominatos viſus ſum habere, totum & ad integrum, à die præſente, de meo jure, in veſtra trado dominatione, atque transfundo, perpetualiter poſſedendum &c.*

WILLISWINDA, ejusque filius, *CANCOR*, Comes, Anno *XII.* Regni PIPPINI, in donationis diplomate *Lauriſhamenſi* Eccleſiæ factæ, apud *Freherum*, in *Chronico Lauriſhamenſi*, p. 56. ajunt: *Donamus ad SS. Eccleſiam* **S. PETRI**, *ſeu cæterorum Sanctorum, quæ eſt conſtructa in loco nuncupato Laureſham, in Pago Rhenenſe, ſuper fluvium Wisgoz, quam nos, propter nomen Domini, novo ædificavimus, ubi præeſt Vir Venerabilis, Ruodgangus Archi-Epiſcopus, & Abbas, donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, Villam noſtram in Pago Wormatienſe, in loco, qui dicitur Hagenheim, ſuper fluvium Saluſiam, quæ mihi de parte Genitoris*

mei, nomine Adelheimi, legibus obvenit, vel undecunque, tam de Alode, quam de comparato, ſeu de quolibet adtractu, ad nos noſcitur perveniſſe, cum integritate ſua, terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vineis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, litis, libertis, conlibertis, mancipiis, mobilibus & immobilibus, peculio utriusque ſexus, tam majore, quam minore, genere vel ætate, quicquid dici aut nominari poteſt, re inexquiſita, cum omni ſuppellectile, ſicut à nobis moderno tempore poſſideri dignoſcitur &c. Conf. *Huberti Thomæ Leodii*, Comment. de *Origine Palatinorum*, apud *Freherum*, Part. *I. Orig. Palat.* pag. 171. Dn. *Tolner*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 1. pag. 2. add. præced. Tit. XV. §. 5. lit. a. p. 1122. & 1123.

Idem Cancor Comes, ejusque Conjux, *Angila*, donant, Anno 2. Regni *CAROLI* & *CAROLOMANNI*, idem Monaſterium Villâ *Birſtat*, *cum Marcha ſua*,; vid. *Chron. Laurisham.* l. c. p. 57. *Hubertus Thomas Leodius* l. c. p. 172. *Tolnerus* l. c. §. 2. p. 4.

Huc referendæ donationes *Warini* & *Raudhardi* Comitum, nec non *Milonis* Advocati, Cœnobio *S. Galli* factæ, quarum, aliarumque, ſub *CAROLOMANNO*, præced. Tit. XV. §. 5. lit. a. pag. 1123. memini.

Illuſtres Comites Bavariæ, *Adalbertum* & *Otgarium*, condidiſſe, *in & de Patrimonio ſuo*, Cœnobium *Tegernſeenſe*, tempore *Pipini* Regis, diſcimus ex Diplomate *Ottonis* 2. Imp. An. 979. apud *Hundium* Tom. 3. *Metropol.* p. 395. verba ſeq. *Catal. Ducum Alaman.* p. 32. in vita *Ottonis* Ducis proferam.

CAROLUS MAGNUS, abſolvendo *Theodaldum* Comitem à ſuſpicione L. M. eidemqve Bona propria reſtituendo, An. 797. inqvit: *Aliqui Fideles, per judicium Dei, ſe exinde idoniaverunt, ſicut Theodaldus Comes, Fidelis Noſter, viſus eſt feciſſe; cui & Nos omnes res proprietatis ſuæ, juxta ejus deprecationem, & ſervitio ac meritis compellentibus, denuo & Noſtro largitatis munere, qvantumcunque ex Hæreditate Parentum, aut de qualibet, attractum, juſtè & rationabiliter antea poſſederat, cum Dei & Noſtra Gratia, jure firmiſſimo, ad legitimam proprietatem reddi fecimus &c.* Vid. *Mabillon.* l. c. lib. *IV*, §. 59, p. 504. In Charta donationis ejusdem Comitis, an. 798, Dionyſiano Abbati tradita, ibid. §. 60, p. 505. habetur: *Ideoque in Dei nomine, Theudaldus Comis, pro remedio animæ meæ --- cedo à die præſente, ceſſumque in perpetuum eſſe volo, atque de Jure meo, in Jure & dominatione Eccleſiæ S. Dionyſii Martyris — res proprietatis meæ, cui vocabula ſunt, in Brogaria, ſeu & in atio loco in Bagerna - - una cum manſis, Domibus, ſuperpoſitis ædificiis, accolabus, mancipiis, --- vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, tam de Alode Parentum meorum, quam de comparato, vel de qvolibet adtracto, ad me noſcitur perveniſſe:*

In Præcepto laudati Imperatoris, pro *Adalrico* Saxone, An. 813, apud *Mabillon.* l. c. §. 64, p. 512. hæc occurrunt: *Omnibus Fidelibus Noſtris, præſentibus & futuris, notum ſit, qvia Aſius, qui & Adalricus, Fidelis Noſter, innotuit Serenitati Noſtræ, eo qvod Pater illius, Hiddi, dum ceteri Saxones contra Nos infideliter egiſſent, præfatus Hiddi, malleus fidem ſuam ſervare, qvam cum ceteris infidelibus perſeverare, relinqvens Patriam nativitatis ſuæ, veniens ad Nos; & dum in noſtro eſſet obſeqvio, venit ad Villam, cujus eſt vocabulum Vulviſangar, qvam tunc temporis Franci & Saxones pariter inhabitare videbantur, cupiens ibi manere, ſed minimè potuit. Tunc pergens ad locum, qui dicitur Havucabrunno, inter Wiſeraa & Fuldaa, occupavit ſibi partem qvamdam de Silva, quæ vocatur Bocchonia, qvam moriens dereliquit Filio ſuo, Aſius, qui & Adalricus, vocatur. Sed poſtea venientes Miſſi Noſtri ad eadem loca, prædictam ſilvam ad opus noſtrum conquiſierunt, ad Hereditatem ſcil. Gerhao, quondam Ducis. Nos tamen, propter fidele ſervitium prædicti Fidelis Noſtri, Aſius, ſive Patris, petitionem ejus ad effectum perducere volentes, in eadem ſilva, in loco memorato, ubi Pater ejus, Hiddi, illud proprium, qvod in eorum lingva Bivanc vocatur, feciſſe cognoſcitur, duas leugas in longum, & duas in latum, & ſex in circuitu, illi & Heredibus ejus, conceſſimus ad habendum -- quatenus ipſe, & Heredes illius, perennis temporibus, absque alicujus præjudicio, tenere & poſſidere, quieto ordine deberent &c.*

Uffingus, Monachus *Wertinenſis S. Ludgeri*, in Vita *S. Idæ*, Lib. *I*, Cap. 2. apud *Surium*, 14. Sept. p. 62, & *Ill.* Dn. *Leibnitium*, Tom. *I. Rer. Brunſuic.* p. 172. memor nuptiarum *Egberti* Comitis, conſentiente eodem Imperatore contractarum, ait: *Princeps vero -- dedit illi, in eisdem partibus, multas poſſeſſione de Publico, quatenus viciniori potentia Soceris acceptior factus, non minori apud illos, quam in genitali ſolo, præcelleret Dignitate. Inſuper etiam Cunctis Saxonibus, qvi inter Rhenum (Albim) & Wiſurgim, maxima flumina, inhabitant, Ducem præfecit &c.* Et Cap. 4 apud *Surium* l. c. p. 63. & Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 173. *Ad illum namque dicatum locum, qui eſt in Pago Dreni, in Lupiæ fluminis ripa, nonnulla Illuſtris viri Egberti Prædia, reſpiciebant, ubi Deo dilecta Matrona, Ida,*

Digitized by Google

Ida, frequentius commorari - - - conſueverat &c. (de Pago *Dreni*, hodie *Drevenich*, in Weſtphalia, legas *Meibomium*, de *Pagis Saxoniæ*, Tom. 3. *Rer. German.* p. 99. voc. *Pagus Dragim*) ſed pergit *Uſſingus* l. c. Cap. 9, apud *Surium* l. c. pag. 63. & Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 174. *Poſt hæc autem cum ipſe locus ab aliis Hæreditaria ſucceſſione poſſideretur &c.*

B. *Hildegardis*, Abbatiſſa *Montis S. Roberti* extra *Bingam*, in vita *S. Roberti*, Bingionum Ducis, Cap. 2, apud *Surium*, 15. Maji, ſcribit: *Pater ergò Matris B. Roberti, de Lotharingia oriundus, ibidem Princeps exſtitit, & magnam latitudinem Prædiorum ac Divitiarum, in Regione nativitatis ſuæ, & in aliis circumqvaqve poſitis Regionibus, & circa fluenta Rheni, in Pingis, habens, Magnus ac nominatus inter Principes Seculi habebatur. Qui, verè Catholicus exiſtens, in temporibus Imperatoris Magni Caroli claruit &c.*

Locum & hic merentur, qvæ de *Paterna Hæreditate Wolteri, Herfordiæ* Comitis, in Cœnobium *Herfordenſe* tranſlata, præc. Tit. XV, §. 18, lit. e, pag. 1313. commemoravi; nec non de donatione *Adalberti*, Comitis de *Rorbach*; ſi vera ſunt, qvæ de *Lindavienſis* Cœnobii fundatione vulgò circumferuntur; vid. ibid. lit. g, p. 1316. Add. alia, ibid. §. 5, lit. a, p. 1126.

De LUDOVICO PIO produnt *Annales Francorum Metenſes*, ad An. 837, notante *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Palatia Regia*, p. 94. *In tantum largus - - - ut Villas Regias, quæ erant Patris ſui, & Avi, & Tritavi, Fidelibus ſuis tradidit in Poſſeſſionem ſempiternam, & præcepta conſtruxit, & anuli ſui impreſſione, cum ſubſcriptione, manu propria alienavit.* Eadem & apud *Theganum* reperiri, præced. Tit. V. in vita *Ludovici Pii*, p. 449. monui. Faciunt huc inſuper, qvæ lib. V. *Aimonii* Cap. X. ad An. 814. apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Franc.* p. 457. de eo recenſentur: *Hoc etiam tempore, Saxonibus, atque Friſonibus, jus Paternæ Hæreditatis, quod ſub Patre* (Carolo Magno) *ob perfidiam, legaliter perdiderant, Imperatoria reſtituit Clementia, quod alii liberalitati, alii aſſignabant improvidentiæ; eò, quod hæ Gentes naturali aſſuefactæ feritati, talibus deberent habenis coërceri, ne ſcil. effrenes in perduellionis ferrentur procacitatem. Imperator autem, eos ſibi arctius vinciri ratus, quo eis Beneficia largiretur potiora, non eſt ſpe ſua deceptus; nam poſt hæc eaſdem Gentes ſemper ſibi devotiſſimas habuit &c.* Conf. ſeq. Catal. *Duc. Venedicorum*, v. 7.

Idem Princeps, in diplomate donationis in *Patagerum* collatæ, apud *Gewoldum*, tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim*, p. 11. hæc profert. *Nos petenti cuidam Vaſallo Fideli, & Familiari Noſtro, Patagero, conceſſimus ad proprium quandam Villam Juris Noſtri, prope fluvium Eniſa, in Comitatu Geroldi Comitis, quæ dicitur Granesdorff, quæ eſt ſita in parte Sclavanorum, cum omnibus appendiciis ſuis, &, de Noſtro Jure, in Jus & donationem præfati Viri, ſemper habendum contulimus - - - ita videlicet, ut, quicquid ab hodierno die & tempore, Ipſe & Succeſſores Ejus, de prædictis rebus, & mancipiis, vel his, quæ ad eos pertinent, jure poteſtativo facere, vel judicare voluerint, per hanc Noſtræ auctoritatis largitionem, libero, in Dei nomine, perfruantur arbitrio faciendi, quicquid elegerint.*

Idem, in Diplomate, quo, erga *Eginhardum*, Munificum ſe exhibet, in *Annal. Lauriſhamenſibus Freheri*, p. 63. & 64. ut & apud Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. V. p. 6. & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2. *VI. Abtheilung, XXIX. Abſatz*, §. 1. Supplement. pag. 569. *Libuit Celſitudini Noſtræ Fidelem quendam Noſtrum, nomine Einhardum, de quibuſdam rebus proprietatis Noſtræ honorare, atque in ſui juris poteſtatem, liberalitatis Noſtræ gratia, conferre - - - conceſſimus eidem Fideli Noſtro, Einhardo, nec non & Conjugi ſuæ, Immæ, in partibus Germaniæ, locum, qui vocatur Michlinſtat, in ſylva, quæ vocatur Odonewald, - - nec non & Villam, quæ dicitur Mulenheim, quæ eſt in Pago Moynegouwe ſita, ſuper ripam fluminis Moyni, quæ quondam Dragonis Comitis poſſeſſio fuit - - - - Hæc omnia ſupra ſcripta - - - prædicto Fideli Noſtro, Einhardo, & Conjugi Ejus Immæ, in proprium, per hanc noſtræ donationis auctoritatem, conceſſimus, ita videlicet, ut, quicquid, ab hodierna die in futurum, de prædictis rebus & locis, vel de his, quæ ad eas pertinent, jure hæreditario facere voluerint, in omnibus potiantur arbitrio faciendi.*

De aliis, hic inſerendis, vid. præc. Tit. XV. §. 5 lit. a. p. 1128. ad 1131. De *Welſo* Comite. leg. ſeq. *Catal. Ducum Bavar.* v. 26. *LOTHARIUS. I. Ausfrido, tum Palatino Comiti, Illuſtri & Spectabili Viro, ob egregia merita, Prædium ſuum in Geizefurt, in Pago Hatuarienſi, ſuper fluvium Nerſe, & in Pago Laumenſi, in Villa Sedeja, ſuper fluvium Geldiome, jure proprietatis, tradidit &c.* ſunt verba *Chronici Lauriſhamenſis* l. c. pag. 66. Ipſum Diploma Cæſareum exhibet *Freherus* P: I. *Origin. Palat.* pag. 174. ut & Dn. *Tolnerus* l. c. §. 8. p. 8. ſufficiunt inde: *Hucbertus Abbas* (Lauriſhamenſis) *Noſtram deprecatus*

catus

catus eſt Magnitudinem, ut cuidam Fideli, Comiti Palatii Noſtri, Ausfrido nomine, aliquantum ex rebus juris Noſtri, quas ipſe, jure beneficiario, detinet, ad proprium concederemus, ac per Præceptum Noſtrum largiremur. Cujus precibus - - - adquieſcentes - - - - memorato Anſfrido, in Pago Hattuarienſi, & in Villa, quæ vocatur Geizefurt, ſuper fluvium Nerſe, manſos quatuor, cum omnibus ſuis appenditiis, terris ſcil. cultis & incultis, ſilvis, pratis — & in Pago Laumenſi, in Villa Sodeja, ſuper fluvium Geldione, manſum unum, cum omnibus ad ſe pertinentibus, terris ſcil. cultis & incultis - - - - ei ad proprium tribuimus, & de Jure Noſtro, in jus & dominationem ipſius, perenniter manſurum, transfundimus; quatenus per hanc Noſtram authoritatem, potiſſimam habeat ex eisdem rebus, vel mancipiis, faciendi licentiam, quicquid elegerit, vel voluerit, ſicut & de reliquis proprietatis ſuæ rebus, remota cujuslibet inquietudine. vel contrarietate, ita tamen, ut nusquam à Noſtra diſcedat fidelitate &c.

CAROLI *CALVI* Præceptum de An. 843. quo Fiſcum *Cormiliæ*, in *Vilcaſſino* Pago, prius à *Reginaldo* Comite, beneficiaria lege detentum, *Gailino* cuidam proprium conceſſit, ſuppediat *Mabillon.* l. c. lib. *VI.* §. 83. p. 528. ibi: *Concedimus cuidam Fideli Noſtro, nomine Gailino, quasdam res proprietatis Noſtræ, quæ ſitæ noſcuntur fore in Pago Wilchiſſino, Fiſcum N ſtrum, quæ vocatur Cormilias, cum omnibus rebus ad ſe pertinentibus, quem Reginaldus Comes in Beneficio, per Noſtram largitatem habebat. Unde & hanc Noſtram auctoritatem eidem fieri ac dari decrevimus, per quam ſupra taxatum Fiſcum, cum omni ſua integritate, Jure proprietario, prædicto Fideli Noſtro, Gailino, largiendo firmamus, ea videlicet conditione, ut, quemadmodum de reliquis rebus, ſuis proprietatibus, ex ſupra ſcriptis rebus --- liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem faciendi, quicquid voluerit, tam donandi, quam vendendi, ſeu commutandi, vel etiam Heredibus relinquendi &c.*

LUDOVICUS GERMANICUS, confirmando, ſub dato *Regenſpurg*, 10. Cal. Mart. Anno Regni XXV*III.* donationem *Bribini* Ducis, Cœnobio *Inferioris Alsabæ* factam, apud *Gewoldum* T. 2. *Addit. Hundii Metropol.* p. 15. §. *IX.* his utitur verbis: *Bribinus, Fidelis Dux Noſter, veniens in Procerum Noſtrorum præſentiam, poſtulavit Serenitatem Noſtram, ut de rebus proprietatis ſuæ, quas Ei in proprietatem conceſſimus, liceret ei partem aliquam, ob memoriam ejus, dare ad S. Mauritium, & ad Monaſterium Noſtrum Altaha ---- dedit itaque Bribinus, Fidelis Dux noſter, cum conſenſu & licentia Noſtra, ad Præfatum Monaſterium S. Mauritii, Martyris Chriſti, de ſua proprietate, in ſuo Ducatu. quicqvid habuit ad S. lap'ugiti.* Reliqua habentur præced. Tit. XV. §. 5. lit. a. p. 1133.

Sub eodem Rege, dotavit *Ludolfus*, Saxoniæ Dux, largiſſimè, de proprietatibus ſuis, *Gandersheimenſem* Eccleſiam. Vid. præced. Tit. XV. §. 18. lit. g. v. 2. p. 1319.

Idem Princeps, in diplomate, An. 873. Cœnobio *Lamſpring* conceſſo, quod, ex Hiſtoria M.S. *Lamſpringenſis* Monaſterii Dn. *Domſonii*, Theol. & Juris Canonici Doctoris, Cap. V. Dn. *Leukfeldus Antiquitatibus Gandersheimenſibus*, Cap. 25. §. 10. p. 290. &c. intulit, ait: *Hoc etenim Monaſterium Illuſtriſſimus Princeps, & per omnia Nobis ac Regno Fidelis, Riddagus Comes*, (Winzenburgicus) *Ejusque Sapientiſſima Conjunx, Imhildis nomine, conſilio D. memoriæ Dn. Sergii Papæ, & Noſtro conſenſu, Domino Deo univerſorum, perpetuæque Virgini, B. Mariæ, in honores precioſi Martyris Adriani, de Patrim niorum ſuorum juſtis poſſeſſionibus, pia devotione conſtruxerunt &c.* Idem docet *Alfridus*, Hildesheimenſis Epiſcopus, in Diplomate, ſuper iisdem fundatione & dotatione, An. 872. confecto, apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. p. 287. verb. *In loco, Lamſpring nuncupato, Ancillarum Chriſti Monaſterium Venerabile, in Honorem Dei Omnipotentis, & B. Mariæ Semper Virginis, ad ſingulare præſidium S. Adriani, Glorioſi Martyris, à Sereniſſimo Principe, Ridd. go Comite, ac Fideliſſima Ejus Conjuge, Himhilda, pia devotione conſtructum, ac dotis nomine, in deſponſione Domino dilectæ Virginis, Rick urgis, unici pignoris Filiæ, juſtis & liberis Hæreditarii Juris p ſſeſſi nibus, rationabiliter dotatum &c.*

Locum hic meretur Ethico, Bavariæ Princeps, de quo ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ*, v. 27.

ARNOLFUS Imperator, remunerans *Chobbonem* Comitem, An. 890. apud *Schatenum*, lib. 3. *Annal. Paderbornenſ.* ad l. a. p. 219. hæc narrat: *Pro merito bonæ fidelitatis, & ſervitutis, cuidam Dilecto atque Venerabili Comiti Noſtro, Choppo vocato, quasdam res proprietatis Noſtræ in proprium conceſſimus --- & juſſimus --- ut memoratus Fidelis Noſter, Choppo, de his omnibus habeat poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel, quicquid ſibi placuerit, faciendi &c.* Conf. Ejusdem Diploma, ad preces Epiſcopi Paderhornenſis, *Sundrolti* An. 889. *Adalgario* Comiti exaratum l. c. p. 219. &c. *Venerabilis Epiſcopus*

pus

Digitized by Google

pus, nomine Sundrolt, deprecatus eſt Noſtram Clementiam, ut cuidam Comiti Noſtro, nomine Adalger quasdam res proprietatis Noſtræ in proprium concederemus. Nos vero petitionibus Ejus libenter annuentes, decrevimus ita fieri; dedimus namque illi in Pago Hiſgo, in Comitatu ipſius, in Villis Wolſenni, ac Halefeld, Hobas XXI. ac manſos IV. cum Domibus --- atque jubemus, ut præſcriptus Adalger, de his omnibus, quæ ei in poteſtatem & dominationem condonavimus, nunc, & deinceps omni tempore, habeat poteſtatem donandi, vendendi, commodandi, vel, quicquid ſibi placuerit, faciendi &c. necnon aliud, de An. 893. apud Simonem Rettenpacherum, lib. I. Annalium Cremiſanenſium, Cap. IX. p. 43. ubi: Notum eſſe volumus --- Nos quasdam res Juris Noſtri, ob quorundam infidelitatis contra Nos perpetratæ reatum, in Noſtram publicè ditionem redactas, id eſt, quicquid Wilhelmus & Engilſchalcus, Germani Fratres, Comites videlicet quondam Strenui Terminales, vel Cohæredes, Filii ac Poſteri eorum, in Terris, agris, vineis, Eccleſiis, Decimis, Curtibus, ædificiis, mancipiis utriusque ſexus, vinitoribus, agricolis, pratis, paſcuis, ſylvis, molendinis, piſcationibus, quæſitis vel inquirendis, ſeu omnibus rebus, quæ dici vel nominari poſſunt, tam ad Eporespurch, ad Cambe, ſive ad Perſiniacham, quamque in aliis Wajoariæ ſcilicet atque Sclaviniæ locis, vel terminis, habuerunt, ad S. Dei Martyrem, Agapitum, tradidimus -- ad Monaſterium S. Salvatoris, quod Chremiſa nuncupatur, --- donamus &c.

Laudatus Uſſingus, l. c. lib. 2. Cap. 1. apud Surium, 4. Sept. p. 65. & Dn. de Leibnitz, T. 1. Rer. Brunſuic. p. 278. de Ottone Magno, Saxonum Duce, Henrici Aucupis Patre, loquens, hæc ſuppeditat: Sub Rege Arnulpho, locus ille juri fuit addictus Excellentiſſimi Ducis Ottonis, qui hujus Sereniſſimi Auguſti, Ottonis, extitit Proavus, à quo Venerabilis Abbas (Wertinenſis) ipſam Regiam Curtem, aliis repenſis poſſeſſionibus, juxta legalem cambiebat ritum &c.

Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC, Indict. III. Anno autem I. LUDOVICI, Sereniſſimi Regis, in loco, qui dicitur Thriburias; Ego Stephan, Humilis Comes, cum Venerabili Abbate Fuldenſis Cœnobii, videlicet Huogge, nobis placitum inivi concambium, quod etiam cum conſenſu & licentia Germani mei, Walahes, facere non omiſi, qui ſe ipſum in Regio Palatio, quod dicitur Thribure, de ſubnotatis locis, ſi in eis aliquid proprietatis haberes, vel habere debuiſſet, fecit extraneum adverſus me, quatenus ego legitimam in eis haberem poteſtatem, in meam eleemoſynam tradendi vel commutandi, ſeu quicquid mihi de his placuiſſet, faciendi. Quare tradidi ad S. Bonifacium, Chriſti Martyrem digniſſimum, qui in Monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore --- locum, qui conſiſtit in Regione Wetareibu, nomine Salzaha, omniaque ad illum pertinentia, locis, quæſitis & inquæſitis, in Domibus, ædificiis, areis, agris, campis, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, exitibus & reditibus, & omnibus legitimè adjacentibus; idem ubi Brahtaha defluit in Kinzicha, & inde ſurſum juxta Brahtaha usque in Richenbah; inde usque in Volenbah; & deinde in Greſſenbah; inde quoque in Steinaha; & de Steinaha usque in Kinzicha, ob mei eleemoſynam, & ut inde reciperem locum, qui dicitur Crichesfeld, cum omnibus, jure ad eum pertinentibus &c. Sunt verba ipſius chartæ concambii, lib. 2. Antiquitatum Fuldenſium, Piſtorii, §. 237. p. 572.

Eundem Regem ampliſſimas facultates & poſſeſſiones Adelberti, Franconiæ Comitis, An. 905. in Fiſcum redegiſſe, partimque Nobiliores inter diſtribuiſſe, ſeq. Catalog. Ducum Franconiæ, v. 27. probabo; æquè ac ſeq. Catalogo Ducum Alemanniæ, v. 26. & 27. liquet, ſub CONRADO I. Rege Prædia Erchangeri & Berchtoldi, Cameræ Nunciorum, A. 917. Fiſco ceſſiſſe. De aliis multis ne dicam, paſſim in Diplomatis occurrentibus. Ut adeò non malè ſcribat Mabillon, lib. 3. de Re Diplomatica, Cap. I. §. VI. p. 220. Poſtremo expendenda eſt triplex, aut quadruplex Regula, quam quidam Vir Doctus de Re Diplomatica propoſuit. Una eſt: Omnia diplomata, quibus in jus proprium alicui Ducatus, aut Comitatus, confertur, ante Carolum Simplicem in Gallia, & Henricum Aucupem in Germania, falſa eſſe; uti & ea, quæ Eccleſiis, Monaſteriisve, jus cudendæ monetæ ante id tempus concedunt. Hæc Regula ut vera ſit, quantum ad Ducatus & Comitatus; mihi falſa videtur, ſecundum alteram partem, de tempore conceſſi juris cudendæ monetæ &c. Proinde vera Theſis Dn. Authoris, quoad integros ſcil. Ducatus & Comitatus, ſucceſſu demum temporis, & quidem pedetentim hæreditarios factos.

(c) WALDECCIÆ &c. Illuſtriſſimos hoſce Comites Comitatum ſuum, jam à Caroli Magni ætate, huc usque, hæreditario poſſediſſe jure, nullo Documento authentico probatum hactenus vidi. Conf. interim de eorum antiquitate Dnn. Spener. lib. 3. Oper. Herald. Cap. 39. p. 719. & ImHoff Notit. Proc. Imperii, lib. 6. c. 19. p. m. 346. Idem judico de Comitibus Leiningenſibus, ap. Dn. ImHoff l. c. Cap. 8. & 9. Erpacenſibus, apud Dn. Spenerum l. c. lib. 2. cap. 23.

cap. 23. p. 437. *Oettingenſibus*, ibid. lib. I. cap. 67. p. 274. *Hojenſibus*, ibid. lib 2. Cap. 9. p. 400. *Flandria*, ibid. lib. I. Cap. 38. p. 180. *Andium*, ibid. lib. 2. Cap. 32. §. 2. p. 452. aliisque. Auctoritates Recentiorum in rebus tanti momenti, tantæque vetuſtatis, non admitto, niſi argumenta ſtringentia, veteres chartas, ſcriptoresve coævos, aut ſimilia documenta unà proferant.

(*d*) MILLIARIA; vid. Dn. *Spener* l. c. lib. 2. Cap. 32. §. 2. p. 452. ſed hoc ipſum Documentum probatione eget, cum ſtylus non reſpondeat reliquis *Caroli Magni* diplomatibus.

7. Id quod dicimus de Principibus Secularibus, etiam dicendum de Principibus Eccleſiaſticis: quod nimirum & ipſorum Superioritas Territorialis radices egerit tempore Carolingorum. Hiſtorici enim de Burchardo, Herbipolenſi (*a*) Epiſcopo, tradunt: Eum à Pipino, Caroli Magni Parente, ad terrendos & diſtringendos contumaces, Ducem Franconiæ fuiſſe ſalutatum. Abbatem itidem Campidonenſem (*b*) à Carolo Magno Comitatum Campidonenſem (qui antea proprium Judicium Provinciæ, *ein eigen Land-Gericht*, habuit,) cum omnimoda Jurisdictione Territoriali, recepiſſe; unde communes iſti Verſiculi orti:

Herbipolis ſola judicat enſe ſtola.
Campiduna ſtola judicat enſe ſola.

Vid. Mylerus, in Archolog. Cap. 8. p. 74. Cap. 12. p. 112.

NOTÆ.

(*a*) HERBIPOLENSI &c. De Ducatu hoc à *Pipino* in Herbipolenſem Epiſcopum tranſlato, altum apud Veteres ſilentium, niſi Bona hoc titulo intelligas juraque, quibus *Hetanus*, Franconiæ Dux, An. 740. defunctus, per Epiſcopatum Herbipolenſem gavisus fuit. Vid. præced. Tit. XV. §. 13. lit. d, p. 1179. &c. & ſeq. *Catal. Ducum Franconiæ*, v. 26.

(*b*) CAMPIDUNENSEM &c. ſed & hanc metamorphoſin ſilent ſcriptores coævi. Occaſionem dicterii hujus indicat *Bruſchius*, verbis præced. Tit. XV. §. 16. lit. c. pag. 1285. prolatis.

8. Principes Imperii ſunt vel Archiduces, vel Duces, vel Principes in ſpecie ſic dicti.

9. Archiducum appellatio vel arbitraria eſt, & Oratoria; vel ſolennis & curialis. Ad primum genus pertinet, quando Bruno, (*a*) Archiepiſcopus Colonienſis, ſub Ottone Imperatore, in Chronico Belgico Magno, p. 80. vocatur Archidux Lotharingiæ; vel, quando Electores interdum dicuntur: Palatini Archiduces. Gewoldus de Septem viratu, Cap. VII. Solenni & Curiali ſignificatione, ſoli Auſtriaci (*b*) gerunt titulum Archiducum, à temporibus usque, quod verius eſt, Maximiliani I. Paurmeiſter, lib. 2. Cap. 9. p. 823. Reinking, lib. I. Claſſ. 4. Cap. 10.

NOTÆ.

(*a*) BRUNO &c. ita *Ruotgerus*, (al. *Rotgerus*, vel *Rothgerus*) Benedictinus, circa An. 1040. florens, in vita *Brunonis* hujus, Cap. XVII. apud *Surium*, die 11. Octobr. p. m. 167. & Dn. *Leibnitzium*, T. I. *Rer. Brunſuic.* p. 279. *Commotus Imperator* (Otto Magnus) ----*fratrem ſuum, Brunonem, Occidenti Tutorem & Proviſorem, &c, ut ita dicam, ARCHIDUCEM, in tam periculoſo tempore, miſit &c.* Conf. *Sigebertus Gemblac.* An. 959. p. 583. *Albericus*, Monachus trium Fontium, An. eod. p. 292. & ſeq. *Catal. Ducum Lotharingiæ*, in ejusdem *Brunonis* vita, ad An. 957. Eodem ſenſu intelligendum *Chronicon Belgicum Magnum* p. m. 411. & 412. ubi: *Anno Domini* 1474. *circa Feſtum Diviſionis Apoſtolorum Carolus, ARCHI Dux, Princeps, & in bellis Victorioſiſſimus Triumphator, Ducatuum, & Comitatuum, ac Dominiorum plurimorum Poſſeſſor. Nam ARCHIDUX extitit Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Geldriæ, Limburgiæ, & Lutzenburgi &c.* Conf. *Jacobus Spiegelius*, lib. 1. *Güntheri Poëtæ Ligurini*, apud *Reuberum* p. 277. *Paurmeiſter*, de *Juriſdict.* lib. 2 Cap. 9. §. 3. p. 823. *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad lib. IV. *Jur. Publ.* Cap. 3. §. 26. p. 397. & ad lib. V. Cap. 2. §. 13. p. 681. *Bœcler*, *Notit. Imper.* lib. VII. Cap. 2. p. 158.

(*b*) AUSTRIACI &c. Hinc querelæ Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ, contra Galliarum Regem, *Ludovicum XIV.* Ejusque Nepotem, *Philippum*, Andegavenſem, Sceptra Hiſpanica tenentem, *in der Keyſerlichen Kriegs-Declaration, gegen den Kœnig in Franckreich*, ſub dato *Laxenburg, den 15. Maji, Anno* 1702. apud

Digitized by Google

apud *Fabrum*, Tom. *VII. der Staats-Cantzley*, Cap. XIII. p. 636. ubi *Leopoldus* Imperator. *Deme noch hinzu kommt, daß gedachter deſſelben* (Regis Galliæ) *Enckel der Hertzog von Anjou, ſich ſo gar der Unſerm Ertz-Hauſe allein competirender Titulatur angemaſſet, und ſich einen Ertz-Hertzog von Oeſterreich, und Grafen von Habsburg und Tyrol, zu nennen und zu ſchreiben angefangen &c.* Conf. *Concluſum Trium Collegiorum, vom* 28. Sept. Anno 1702. ibid. p. 667. *zu geſchweigen, daß der obgemelte Hertzog von Anjou, der Kayſerlichen Majeſtæt, als des Reichs Allerhæchſten Ober-Haupts, und als Ertz-Herzogen von Oeſterreich, allein competirenden Tituls, ſich angemaſſet, und einen Ertz-Hertzogen von Oeſterreich Grafen von Habsburg und Tyrol, ſich zu nennen, und zu ſchreiben, keinen Scheu getragen, &c.* Add. *Kriegs-Verkündigung des Ræmiſchen Reichs, wider Franckreich und ſeine Helffers-Helffer*; ſub dato *Ebersdorf, den* 6. Octobr. Anno 1702. ibid. p. 710. *zu geſchweigen, daß auch der Hertzog von Anjou ſich, den Uns allein, als Ertz-Hertzogen von Oeſterreich, competirenden Titul zuzulegen, und ſich einen Ertz-Hertzogen von Oeſterreich, Grafen von Habspurg und Tyrol, zu nennen, und zu ſchreiben, keinen Scheu getragen.*

Quo tempore, *Archiducalis* titulus innoteſcere cœperit? controvertitur. Illuſtris. Dn. *Eybenius*, communicavit mecum Codicem MS. Privilegiorum Auſtriacorum, à Dn. *Reichardo de Streyn*, Domino in *Schwarzenau*, An. 1599. ex Archivis collectorum, in quo, Diploma, *Friderici I.* Imperatoris, quo A. 1156. Marchionatum *Auſtriæ*, in *Ducatum* evexit, (cujus formulam, imperfectam tamen, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. pag. 129. exhibui,) hoc tenore, reperio;

Fridericus, divina favente Clementia, Romanorum Imperator Auguſtus. Quamquam rerum commutatio, ex ipſa corporali inſtitutione, poſſit firma conſiſtere, nec ea, quæ legitimè geruntur, ulla poſſint refragatione convelli; Ne tamen rei geſtæ ulla poſſit eſſe dubietas, Imperialis debet intervenire auctoritas. Noverit igitur omnium Chriſti, Imperiique & noſtri Fidelium præſens ætas, & futura poſteritas, qualiter Nos, Ejus cooperante Gratia, à quo cœlitus pax miſſa eſt hominibus ſuper terram, in Generali Noſtra Curia Ratisbonæ, in Nativitate S. Mariæ, celebrata, in præſentia multorum Religioſorum & Catholicorum, litem & controverſiam, quæ, inter Chariſſimum Patruum, Henricum, Ducem Auſtriæ, & inter Nepotem Noſtrum, Chariſſimum Henricum, Ducem Saxoniæ, diu agitata extitit, ſuper Ducatu Bavariæ, & ſuper Marchia à ſuperiori parte fluminis Anaſi, terminavimus hoc modo; Quod Dux Auſtriæ reſignavit Nobis Ducatum Bavariæ, & dictam Marchiam, quas tenebat; qua reſignatione facta, Nos eundem Ducatum Bavariæ in Beneficium contulimus Duci Saxoniæ; prædictus verò Dux Saxoniæ ceſſit & renunciavit omni Juri & actioni, quas habebat, ad dictam Marchiam, cum omnibus ſuis Juribus & Beneficiis. Ne autem, in hoc facto, honor & Gloria Patrui noſtri Chariſſimi aliquatenus minuatur, de conſilio & judicio Principum, Illuſtri Vladislao, Duce Bohemiæ, ſententiam promulgante, quam cæteri Principes approbabant, Marchionatum Auſtriæ, & dictam Marchiam ſupra Anaſum, commutavimus in Ducatum, eundemque Ducatum, cum ſubſcriptis Juribus, Privilegiis & Gratiis omnibus, liberalitate Cæſarea, contulimus prædicto Henrico, Noſtro Patruo Chariſſimo, Prænobili ſuæ Uxori, Theodoræ, & Liberis eorundem, ob ſingularem favorem, quo erga dilectiſſimum Patruum noſtrum, Heinricum, Auſtriæ, Ejus contboralem, Prænobilem Theodoram, & eorum ſucceſſores, nec non erga Terram Auſtriæ, quæ clipeus & cor S. R. Imperii eſſe dignoſcitur, afficimur, de conſilio & aſſenſu Principum Imperii, dictis Conjugibus, eorum, in eodem Ducatu, Succeſſoribus, nec non præfatæ Terræ Auſtriæ ſubnotatas conſtitutiones, conceſſiones, & indulta, auctoritate Imperiali, in jura plena & perpetua redactam donavimus liberaliter, vigore præſentium, & donavimus quidem:

(1) *Quod Dux Auſtriæ quibusvis ſubſidiis, ſeu ſervitiis, tenetur, nec eſſe debet obnoxius S. R. Imperio, nec cuiquam alteri, niſi ea de ſui arbitrii fecerit libertate; eo excepto duntaxat, quod Imperio ſervire tenebitur, in Ungariam, XII. viris armatis, per menſem unum, ſub expenſis propriis, in ejus rei evidentiam, ut Princeps Imperii dignoſcatur.*

(2) *Nec, pro conducendis Feodis, requirere, ſeu accedere, debet Imperium, extra metas Auſtriæ; verum, in Terra Auſtriæ, ſibi debent ſua Feoda conferri, per Imperium, & locari; quod ſi ſibi denegaretur ab Imperio, requirat & exigat literatoriè, trina vice; quo facto, juſtè ſua poſſidebit Feoda, ſine offenſa Imperii, ac ſi ea corporaliter conduxiſſet.*

(3) *Dux etiam Auſtriæ, non tenetur aliquam Curiam accedere, edictam per Imperium, ſeu quemvis alium, niſi ultro, & de ſua fecerit voluntate.*

(4) *Imperium quoque nullum Feodum habere debet in Ducatu Auſtriæ; ſi verò Princeps aliquis, vel alterius ſtatus perſona, Nobilis vel Ignobilis, cujuscunque conditionis exiſtat, haberet in dicto Ducatu poſſeſſiones, ab ipſo, Jure feodali, dependentes, has nulli locet, ſeu conferat, niſi eas prius conduxerit à Duce Auſtriæ memorato; cujus contrarium ſi fecerit, eadem Feoda, ad Ducem Auſtriæ devoluta liberè ſibi ex tunc, jure proprietatis, & directi Dominii, pertinebunt, Principibus*

c 2 Eccle-

Eccleſiaſticis, & Monaſteriis exceptis duntaxat in hoc caſu.

(5) *Cuncta etiam ſæcularia Judicia, bannum ſylveſtrium & ferinarum, piſcinæ & nemora, in Ducatu Auſtriæ debent, Jure feodali, à Duce Auſtriæ dependere.*

(6) *Etiam debet Dux Auſtriæ de nullis oppoſitionibus, vel objectis quibuscunque, nec coram Imperio, nec aliis quibuslibet, cuiquam reſpondere, niſi id propria ſua & ſpontanea facere voluerit voluntate, ſed, ſi, voluerit, unum locare poterit de ſuis Vaſallis, ſeu Homologiis, & coram illo, ſecundum terminos præfixos, parere poteſt, & debet, Juſtitiæ complemento.*

(7) *Inſuper poteſt idem Dux Auſtriæ, quando impugnatus fuerit ab aliquo, de duello, per unum idoneum, non in enormitatis macula retentum, vices ſuas prorſus ſupplere. Et illum, ipſa eadem die, ſeu Princeps, vel alius quispiam, pro alicujus nota infamiæ, non poteſt impetere, nec debet impugnare.*

(8) *Præterea, quicquid Dux Auſtriæ, in Terris ſuis, ſeu diſtrictibus ſuis, fecerit, vel ſtatuerit, hoc Imperator, neque alia potentia, modis ſeu viis quibuscunque non debet in aliud, quoquo modo, impoſterum commutare.*

(9) *Et ſi, quod Deus avertat, Dux Auſtriæ, ſine Hærede Filio, decederet, idem Ducatus ad Seniorem Filiam, quam reliquerit, devolvatur.*

(10) *Inter Duces Auſtriæ qui Senior fuerit, dominium habeat dictæ Terræ, ad cujus etiam Seniorem Filium dominium, jure hereditario, deducatur; ita tamen, quod ab ejusdem ſanguinis ſtipite non recedat.*

(11) *Nec Ducatus Auſtriæ, ullo unquam tempore, diviſionis alicujus recipiat ſectionem.*

(12) *Si aliquis, in dicto Ducatu reſidens, vel in eo poſſeſſiones habens, fecerit contra Ducem Auſtriæ, occultè vel publicè, eſt dicto Duci, in rebus & Corpore, ſine gratia condemnatus.*

(13) *Imperium dicto Duci Auſtriæ, contra omnes ſuos injuriatores, debet auxiliari, & ſuccurrere, quod Juſtitiam aſſequatur.*

(14) *Dux Auſtriæ Principali amictus veſte, ſuperimpoſito Ducali pileo, circumdato ſerto pinnito, Baculum habens in manibus, equo inſidens, & inſuper more aliorum Principum Imperii, conducere ab Imperio, Feoda ſua debet.*

(15) *Dicti Ducis Inſtitutionibus & deſtitutionibus, in Ducatu ſuo Auſtriæ, eſt parendum.*

(16) *Et poteſt, in Terris ſuis omnibus, tenere Judæos, & Uſurarios publicos, quos vulgus vocat* Bawertschin, *ſine Imperiali moleſtia & offenſa.*

(17) *Si quibusvis Curiis Publicis Imperii Dux Auſtriæ præſens fuerit, unus* de Palatinis Archiducibus *eſt cenſendus; & nihilominus, in conſeſſu & inceſſu, ad latus dextrum Imperii, poſt* Electores Principes, *obtineat primum locum.*

(18) *Dux Auſtriæ donandi, & deputandi Terras ſuas, cuicunque voluerit, habere debet poteſtatem liberam, ſi, quod abſit, ſine heredibus liberis, decederet; nec, in hoc, per Imperium debet aliqualiter impediri.*

(19) *Præfatus quoque Ducatus Auſtriæ habere debet omnia & ſingula Jura, Privilegia & Indulta, quæ obtinere reliqui Principatus Imperii dignoſcuntur.*

(20) *Volumus etiam, ut, ſi diſtrictus, & Ditiones, dicti Ducatus ampliati fuerint, ex hæreditatibus, donationibus, emtionibus, deputationibus, vel quibusvis aliis devolutionum ſucceſſionibus, præfata Jura Privilegia & Indulta, ad augmentum dicti Dominii Auſtriæ, plenariè referantur.*

Et ut hæc Noſtra Imperialis Conſtitutio omni ævo firma & inconvulſa permaneat, præſentes literas ſcribi, & ſigilli Noſtri impreſſione fecimus inſigniri, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hæc ſunt.

Pilgerinus, Patriarcha Aquilejæ.
Eberhardus, Salisburgenſis Archiepiſcopus.
Otto, Friſingenſis Epiſcopus.
Cunradus, Patavienſis Epiſcopus.
Eberhardus Bambergenſis,
Hartmannus, Brixienſis.
Hartwicus, Ratisbonenſis.
Heberhardus, Tridentinus Epiſcopus.
Dominus Vuelfo, Dux.
Conradus, Frater Imperatoris.
Fridericus, filius (Regis) *Conradi.*
Henricus, Dux Carinthiæ.
Marchio Engelbertus de Hyſtria.
Marchio Adalbertus de Staden.
Marchio Dejepaldus.
Herimannus, Comes Palatinus *de Rheno.*
Otto, Comes Palatinus, *& Frater ejus, Fridericus*
Gebehardus, Comes *de Sulzbach.*
Rudolphus, Comes *de Stineshud.*
Engelbertus, Comes *Halenſis.*
Gebehardus, Comes *de Burchuſe.*
Comes *de Buthena.*
Comes *de Peilſtain; & alii quamplures.*
Signum Domini Frideri, Romanorum Imperatoris Invictiſſimi.

Datum Ratisbonæ, XV. Kal. Octob. Indict. IV. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. LVI. regnante Domino Friderico, Romanorum Imperatore Auguſto in Chriſto feliciter Amen. Anno Regni Ejus V. Imperii II.

Ego, Rainaldus, Cancellarius, *vice Arnoldi Maguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii, recognovi.*

Tabulas easdem, perpaucis mutatis, ſuppeditat Dn. *Schilterus*, in Codice *Scriptorum Rerum Germanicarum, Diplomatibus & Documentis,* res *Friderici III.* Imp. illuſtrantibus, præfixas; nec non *Limnæus*, lib. V. *Jur.*

Digitized by Google

V. *Jur. Publ.* Cap. 2. p. 29. &c. ex *Cuſpiniani Auſtria,* p. 32. &c. & Dn. *Lunigius,* Contin. I. *des Reichs-Archivs,* IV. *Abſatz,* §. 4. p. 4. add. *Hundius,* in *Metropoli Salisburgenſi,* in *Hiſtoria Epiſcopatus Friſingenſis,* p. 113. Dn. *Leuckfeldi Antiquitates Ilfeldenſes,* Cap. 3. §. 5. lit. l. p. 21. Dn. *Tolner. Cod. Diplom. Palat.* §. 57. p. 50. (ubi p. 51. legitur *ad Seniorem familiam* loco *ſeniorem filiam.*) Harum favore, exiſtimant *Münſterus, Job Jacobus Fuggerus,* aliique multi, probari poſſe, *Archiducalem* Titulum Imperatori FRIDERICO I. acceptum ferendum, ob verba art. 17. inſerta: *Unus de Palatinis Archiducibus eſt cenſendus &c.* Verum, *Palatinorum Archiducum* appellationem hoc loco eſſe *Oratoriam,* nec aliud denotare, quam *præcipuos Duces,* poſt *Limnæum,* Tom. IV. Addit. ad lib. V. Cap. 2. §. 13. p. 681. rectè judicat Dn. Auctor noſter. Quid autem longa opus diſcuſſione? cum Imperator *Heinricum Auſtriacum,* non *Archiducem,* ſed *Ducem,* ſimpliciter ita dictum, inſignibus licet prærogativis corruſcantem, creaverit; nec mirum hinc, *Leopoldum,* Diploma, 7. Id April. An. 1203. Indict. VI. apud *Neuenburch,* Eccleſiæ, *S. Nicolai extra Pataviam,* datum apud *Gewoldum,* ad Tom. 2. *Hundii Metropol. Salisburg.* pag. 575. ita inchoaſſe, *Leupoldus,* D. G. *Dux Auſtriæ ac Stiriæ &c.* & poſtea: *pro remedio animarum ---- Patris Noſtri, Ducis Leupoldi, Fratrisque Noſtri, Ducis Friderici &c.*

(2) Ad FRIDERICUM II. igitur accedunt: *Cuſpinianus,* in Vita *Friderici II.* p. m. 426. ubi *Fridericus II. Imperator, Fridericum, Auſtriæ Ducem, cognomento Bellicoſum,* (adeoque Lineæ Babenbergicæ, vid. præced. Tit. V. §. 8. lit. a. p. 425.) *magis extulit, Eumque Archi Ducem creavit, cum inſignibus Regiis &c. Wolfgangus Lazius,* lib. 3. *Rerum Viennenſ.* p. 91. *Heuterus, Orig. Habsburg.* C. 21. Ill. *Obrechtus,* ad *Monzamban.* Exercit. 2. C. 2. §. 3. p. 28. Dn. *Kulpiſius,* ad eundem locum *Monzambani,* pag. 225. Illuſtr. Dn. *Thomaſius,* ad eundem locum, p. 97. Alii. Sed & hic obſunt Diplomata. Nam, nec ante conceſſos *Friderico Bellicoſo* honores Regios, *Archiducalem Titulum* Auſtriaci uſurparunt; nec poſtea, durante ſcilicet *Friderici II.* Imperio Documento ſunt chartæ publicæ, v. g. Diploma HENRICI, Regis Romanorum, quo, ſub dato *Eslingæ,* 24. Auguſt. Anno 1228. *Leopoldo Auſtriaco,* non ſolum antiqua Domus Auſtriacæ Privilegia reſtauravit, ſed & nova addidit, ibi: *Noſter & Sacri Regni dilectus, Leupoldus, Dux Auſtriæ & Styriæ -- Idem Generoſus Princeps, Leupoldus, Dux Auſtriæ & Styriæ --- Eidem Illuſtriſſ. Principi, Leupoldo, Duci Auſtriæ* &c. &c. Vid. *Cuſpiniani Auſtria,* pag. 27. & *Limnæus,* lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 2. §. 29. pag. 27. &c. & Dn. *Lunigius* l. c. §. 5. p. 6. Charta *Friderici* Ducis. qua, ſub dato: *Apud Medlicum Caſtrum,* Anno 1240. Indict. XIII. 8. Cal. Octobr. præfatam Eccleſiam Patavinam, ab exactione vectigalium liberam pronunciat, apud *Gewoldum* l. c. pag. 576. *Fridericus, D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ &c.* Paucis interjectis: *Pro remedio videlicet piæ recordationis, Patris Noſtri, Ducis Leupoldi &c.* Et alia, de An. 1241. ſub dato: *Pataviæ,* pridie Kal. Mart. qua *Fratribus Eccleſiæ in Oſterboven favorabiliter indulget, ut, ſingulis annis, omnia victualia ſua, tam per aquam, quam per Terram Ipſius, ad Cœnobium ſuum, libere ducere debeant, ſine omni theoloneo atque muta;* initium tale eſt: *Fridericus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ, & Dominus Carniolæ &c.* vid *Gewoldus* l. c. ad Tom. III. pag. 26. Quæ, eodem Anno, ſub dato *Chrems,* 7. Id Martii, Indict. XIV. repetit. vid. l. c. p. 27. add. Diploma, datum *Veronæ,* Anno 1245. Menſ. Junio, quo *Auſtriacorum* Privilegia à Cæſare Noſtro confirmantur, ubi ſaltem, *Excellentiſſimus Princeps Fridericus, Dux Auſtriæ & Styriæ --- quoddam Privilegium, D. Auguſti Imperatoris quondam, Friderici, Avi Noſtri ---- Henrico, quondam Duci Auſtriæ, Proavo ſuo, dudum indultum, Noſtro culmini præſentavit &c.* & circa finem: *damus eidem Illuſtri Principi, Duci Auſtriæ, hæc ſubſcripta, ad habendum, jure plenario: Ut nullus ſuorum Feodalium, aut ſuarum terrarum inhabitantium, vel poſſidentium, nulli alteri aliquid juris obediat, excepto ſibimet ipſi Noſtro Prædilecto Friderico Principi Duci Auſtriæ, aut ſuas vices ſupplentibus, ſive poteſtatem. Concedimus enim Noſtro Illuſtri Principi, Duci Auſtriæ, Crucem noſtri Diadematis, ſuo Principali Pileo ſufferendam. Volumus etiam, ut dictus Dux Auſtriæ omnia ſua feodalia, ſive jura, liberaliter ſuſcipiat, datione ſine omni &c.* Conf. *Limnæus,* l. c. §. 30. pag. 29. &c. quamvis, pag. 32. nonnulla omittat. Nec in ipſo Diplomate, de A. 1245. quo *Fridericus* Rex declaratus, ejus fit mentio, vid. præced. T. V. §. 8. lit. a. pag. 425.

(3.) *RUDOLPHUM Habſpurgicum* Imperatorem hoc nomine celebrandum exiſtimans *Reinkingius,* de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico,* lib. I. Claſſ. IV. Cap. IX. §. 5. p. m. 386. ait: *Origo hujus dignitatis refertur ad Rudolphum Habſpurgenſem, —— Is, cum Auſtria legitimo hærede deſtitueretur, & Imperio aperiretur, eam Filio, Alberto ſub titulo Archi Ducatus, contulit &c.* teſtes allegando: *Cromerum,* lib. IX. *Hiſtor. Polon* in fine; *Camillum Borellum,* de *Præſtantia & Juribus Regis Catholici,* C. 46. §. 237. &c. *Aubertum Miræum,* de *Rebus Bohemiæ,* Cap. 15. &c. Aſt, nec horum ſententiam, apud Hiſtoricos

controverſia carere, dudum obſervavit *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Ertz-Hertzog*, p. m. 244. Videamus, quid de his chartæ publicæ. Laudatus Imperator, confirmando *Patavienſis* Eccleſiæ immunitates & exemptionem à vectigalibus, de eſculendis & poculentis, in Danubio & Anaſo ſolvendis, ſub dato *Wien*, 4. Cal. Maji, Indict. IX. An. 1281. inquit: *Rudolfus D. G. Romanorum Imperator ---- cum inſignis Patavienſis Eccleſia, & Capitulum, ab Illuſtribus Leopoldo & Friderico, quondam Auſtriæ & Styriæ Ducibus, b. m. Prædeceſſoribus Noſtris, in eisdem Ducatibus, hac continua libertate ſint freti & gavisa, quod prout ex eorundem Ducum privilegiis, ſuper hoc, ipſis traditis & conceſſis, colleginius &c.* Vid. *Gewoldus*, ad Tom. I. *Hundii Metropolis Salisburgenſis*, pag. m. 395. & in confirmatione domus Auſtriacæ Privilegiorum, ſub dato *Reinfeldæ*, 11. Jun. 1283. *Venientes ad Nos, Ingenui Principes, dilecti Noſtri Filii, Albertus & Rudolphus, Duces Auſtriæ & Styriæ &c. prædicti Principes, Albertus & Rudolphus, Duces, Noſtri nati dilecti &c.* Vid. *Lunig.* l. c §. 8. pag. 9. add. *Alberti* Ducis Diploma, ſub dato *Wiennæ*, An. 1293. 8. Cal. Oct. eadem concernens Privilegia, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2. p. 576. *Albertus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ, Dn. Carniolæ, Marchiæ, & Portus Naonis --- Chunradus, Præpoſitus Eccleſiæ S. Nicolai in Patavia, quoddam Privilegium, per Illuſtrem quondam Fridericum, Ducem Auſtriæ & Styriæ, Prædeceſſorem Noſtrum, recordationis inclitæ, Eccleſiæ ſuæ --- traditum & conceſſum, Nobis exhibuit &c.*

(4.) *ALBERTO I.* Imperatori id honoris collati vindicant: *Elias Ebingerus*; *Octavius de Strada*, in *Genealogia Domus Habſpurgicæ*, & *Theodoricus Pieſpordius*, in *Stemmate Auſtriaco*, aſſerentes, Eum, An. 1299. in Comitiis *Norimbergenſibus*, filium *Rudolphum, Archi Ducem* declaraſſe. Verum, undenet hæc? tacent omnino de hujusmodi creatione Acta iſtorum Comitiorum, quorum præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad A. 1299. p. 168. &c. memini. Ecce, quo titulo uſus ſit hic *Rudolphus* in Privilegio, quo, ſub dato *Wien*, An. 1306. 7. Id. Junii, *Formpacenſi* Cœnobio proſpexit, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. 2. p. 324. *Rudolphus, D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ, Dn. Carniolæ, Marchiæ, ac Portus Naonis &c.* Ibidemque *Fridericus*, Ejus frater, rata habendo eadem Privilegia, ſub dato, *Pataviæ*, Anno 1311. 9. Cal. Maji. *Fridericus, D. G. Auſtriæ, Dn. Carniolæ, Marchiæ, ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum --- Marquardus, Abbas Monaſterii Formpacenſis, pro ſe & ſuo Conventu, nobis humiliter ſupplicavit, quatenus Privilegium quoddam, ſibi --- per claræ memoriæ, Rudolfum, Fratrem Noſtrum, tunc Ducem Auſtriæ & Styriæ, liberaliter approbatum, etiam Nos, ipſi & ſuo Monaſterio, approbare --- dignaremur &c.* Conf. de hoc *Friderico, Declaratio Legatorum Brandeburgicorum, circa Pacta, de eligendo Rege Romanorum*, *Popardiæ*, 1308. *Feria ſexta, ante Simonis & Judæ*, §. 1. apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I. *Cod. Diplomatici Juris Gentium*, p. 51. ibi: *Illuſtribus Principibus, Rudolpho & Ludovico, Comitibus Palatinis Rheni, & Friderico, Duce Auſtriæ, plura vota, de Principibus Eccleſiaſticis Electoribus, habere contigerit &c.* & §. 3. *Porrò promiſimus, & juramento firmavimus, quod Illuſtribus Principibus, Friderico, & Fratribus ſuis Ducibus Auſtriæ, omnia eorum Bona & Dominia --- conferet &c.* & *Leopoldus*, tertius fratrum, in Pactis dotalibus, cum *Catharina*, Sabauda, A. 1310. erectis, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. IX. p. 9. & 10. *Lupoldus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ, Comes de Habſburg, & de Quibourg &c.* & paulo poſt, *Nos Lupoldus*, præfatus *Dux &c.* Et in Transactione, cum comitibus *Rappolſteiniis*, *wegen der Pfalbürger der Stadt Berckheim und Rappolsweiler*, de Anno 1313. ibidem, l. c. §. X. p. 11. *Wir Lupold, von Gottes Gnaden, Hertzog zu Oeſterreich, und zu Steur, Graf zu Habſpurg, und zu Kübeburg &c.* It. in Renunciatione, *wegen der* Succeſſion *in Bœheim & Mæhren*, de Anno 1324. ibid. §. XI. pag. 11. *Nos Leopoldus, D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ &c.* Jungamus alios, ex eorum Fratribus, ſcil. *Albertum, Sapientem*, al. *Contractum*, & *Ottonem*, qui, in fœdere cum *Eduardo III.* R. Angliæ, de An. 1339. apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 12. p. 12. *Cum Illuſtres, Albertus & Otto, Duces Auſtriæ, Styriæ & Carinthiæ &c.* ſic idem *Albertus*, confirmando privilegia Monaſterii *Formbacenſis*: ſub data *Pataviæ*, Anno 1340. 3. Kal. Novembr. referente *Gewoldo* lit. c. pag. 325. *Albertus, D. G. Dux Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ, Dn. Carniolæ, Marchiæ, ac Portus Naonis, Comes in Habſpurg, nec non Landgravius Alſatiæ, Dominusque Phurctarum, omnibus in perpetuum — Engelſchalcus, Abbas Monaſterii Formbacenſis, pro ſe, & ſuo Conventu, Nobis humiliter ſupplicavit, quatenus Privilegium quoddam, ſibi ---- per claræ memoriæ, Rudolfum, Fratrem Noſtrum, tunc Ducem Auſtriæ & Styriæ; nec non, per Sereniſſimum Dn. & Fratrem Noſtrum, Dn. Fridericum, quondam Romanorum Regem, tempore confirmationis & innovationis*

nis præſentium, *tunc Ducem Auſtriæ & Styriæ, liberaliter approbatum, etiam Nos, ipſi, & ſuo Monaſterio, approbare --- dignaremur &c.*

(5) Alii, deſcendunt ad *LVDOVICI Bavari* ætatem, qua re vera quoque *Archiducalem titulum* innotuiſſe deprehendimus; ſic enim *Rudolphus IV.* modo dicti *Alberti Sapientis* filius, in Proteſtatione ad memoriam futurorum, de *Sancta Cruce* Monaſterii *Melicenſis*, per ipſum comparata, An. 1360. apud *Lambecium*, lib. 2. Commentar. *Bibliothecæ Vindobonenſ.* Cap. 8, p. 627. *Nos Rudolphus IV. D. G. ARCHIDUX AUSTRIÆ, Styriæ & Carinthiæ, Dominus Carniolæ, Marchiæ, ac Portus Naonis, Comes in Habſpurg, Tyrolis Ferretis, & in Kiburg, Marchio Purggaviæ, nec non Landgravius Alſatiæ &c.* Idem, in confirmatione Privilegiorum Eccleſiæ *S. Nicolai* Paſſavienſis, penultima die Julii, 1362. *Bataviæ*, data, ætatis ſuae A. 23. apud *Gewoldum* l. c. T. 2. p. 577. *Nos Rudolſus IV. D. G. ARCHIDUX AUSTRIÆ, Stiriæ & Karinthiæ, Dn. Carniolæ, Marchiæ, & Portus Naonis, Comes in Habſpurg, Ferretis & in Kyburch, Marchio Purgowiæ, nec non Lantgrafius Alſatiæ &c.* Equidem me non latet, in calce diplomatis reperiri Annum M. CCC. XLII. aſt errorem Typographi hic ſubeſſe, loco Anni M. CCC. LXII. Annum M. CCC. XLII. ponentis, docet nummus apud *Schönlebium*, cujus antica Principem noſtrum equo inſidentem ſiſtit, cum epigraphe: *Rudolfus Quartus, Dei Gratia, Palatinus, Archydux, Auſtriæ, Stirie, Karinthie, Suevie, & Alſaciæ, Dominus Carniole, Marchye, ac Portus Naonis. Natus Anno Domini M. CCC. XXXIX.* Conf. Dn. *Lehman, Hiſtoriſche Remarques* Anni 1705. *p.* 335. & praeced. Tit. XIII. Prooem. lit. 6, pag. 1022. Item, in confirmatione Privilegiorum ſæpe factæ Eccleſiæ Patavinæ, ſub dato *Wien*, An. 1365. *an S.* Scolaſticæ *Tag*, apud *Gewoldum* l. c, Tom. I. p. 404. *Wir Rudolf der IV. von GOttes Gnaden, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, zu Steyr, zu Kernten, und zu Crain, Herr auff der Windiſchen March, und zu Portenaw, Graff zu Habſpurg, zu Tyrol, zu Pfyrt, und zu Kyburg, Marggraff zu Burgaw, und Landgrave zu Elſaß &c.* Hinc *Godefridus*, Paſſavienſis Epiſcopus, in Fœderis formula cum Auſtriacis, ſub dato *Wien*, *am Montage vor Unſer Frauen Tag, zu der Kündigunge*, A. 1362. apud *Gewoldum* l. c. p. 396. *Wir Gotfrid, von Gottes Gnaden, Biſchoff zu Paſſaw, bekennen --- bey unſern Trewen, und mit Worten Unſerer Fürſtenlichen Würdigkeit, --- daß wir den Durchleüchtigen und Hochgebohrnen Fürſten, Unſeren Gnedigen Herrn, Herrn Rudolfen, Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich, zu Steyr &c. und ſeinen Hochgebohrnen Brüdern, Unſern Gnædigen Herren, Friderichen, Albrechten und Leupolden, Hertzogen und Herren der ebegenanten Lande, und allem Ihren Erben und Nachkommen, geholffen ſein ſollen und wollen --- wer aber daß jemand, der uns angehært, wieder die Vorbenannten Unſern Herren, Hertzoge Rudolfen, ſein Bruder, Ihr Erben &c.* Et *Albertus* Paſſavienſis, in Fœdere cum iiſdem, ſub dato, *Wien, an S. Agneſen Tag, der H. Jungfrauen*, A. 1365. ibid. p. 397. *Wir Albrecht, von GOttes Genaden, Biſchoff zu Baſſaw, bekennen --- bey unſern Trewen, und mit Worten Unſerer Fürſtenlichen Würdigkeit --- daß wir den durchleuchtigen und Hochgebohrnen Fürſten Unſeren Gnedigen Herrn, Herrn Rudolfen, den IV. von GOttes Genaden, Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich, zu Steyr.* (tot. tit.) *Und ſeinen Hochgebohrnen Brüdern, Unſern Gnedigen Herren Albrechten, und Leupolden, Hertzogen der ebegenanten Lande --- Geholffen ſein ſollen und wollen &c.* paulo poſt: *Wieder die vorigen Unſere Herren, Hertzoge Rudolfen, ſeine Brüder, &c.* & p. 398. *die Vorgenanten Unſere Gnædige Herrn, die Hertzogen von Oeſterreich &c.* Enimverò, appellationem hanc tunc nondum fuiſſe ſolennem, ſed innuiſſe duntaxat *potentem Ducem*, non ſolum adductæ hic Fœderum tabulæ, in quibus *Rudolfus*, modò *Archidux*, modò *Dux*, nominatur, argumento ſunt, ſed & ipſe *Rudolfus*, in Renunciatione ſucceſſionis in Bohemiam & Moraviam, de An. 1360. apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 13. p. 13. *Nos Rudolphus D. G. Dux Auſtriæ, Stiriæ & Carinthiæ &c.* nec non in Tranſactione cum *Johanne*, Epiſcopo *Baſileenſi*, de A. 1361. *wegen der Herrſchafft Pfürt*; ib. §. 14. *p.* 14. *Wir Rudolph der Vierdte, von GOttes Gnaden, Hertzog zu Oeſterreich, Steyer, Karndten &c.* & in Privilegio *Caroli IV.* de An. 1361. quo Auſtriaci à Jurisdictione *Judicii Rotwilenſis* eximuntur, ibid. §. 15, p. 15. *Darum haben Wir -- dem Hochgebohrnen Hertzog Rudolffen zu Oeſterreich, zu Steyer, zu Kerndten, Unſerm allerliebſten Ayden und Fürſten, und den Hochgebohrnen ſeinen Brüdern, Fridrichen, Albrechten, und Leopolden, Hertzogen und Herren derſelben Lande --- die vorgenanten Recht, Freyheit und Gnade, beſtætet &c.* & in Fœdere, cum *Caſimiro*, Rege Ungariæ & Poloniæ, de A. 1362. ibid. §. 16, p. 16. *Nos Rudolphus, Fridericus, Albertus, & Leupoldus, D. G. Duces Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Fratres*, & in allegata Privilegiorum Patavenſium confirmatione, de A. 1365. apud *Gewoldum* l. c. quam ſic claudit: *Wir, der vorgenant Hertzog Rudolff, ſtercken dieſen Brieff mit dieſer Unterſchrifft Unſer Selbs Hande &c.* *Junge Bullam Urbani V.* P. R. qua Anno

1365.

Digitized by Google

1365. 13. Kal. Julii, *Avinioni, Vindobonæ* Urbi, Generale Studium, tam in Juris Canonici & Civilis, quam in alia qualibet licita Facultate, praeterquam Theologica, conceſſit, apud *Lambecium*, Lib. 2. *Biblioth. Vindobon.* Cap. 5. p. 85. *Nuper, ex parte Dilecti Filii, Nobilis Viri Rudolfi, DUCIS AUSTRIÆ, fuit propoſitum in Conſiſtorio, coram nobis; Ipſe DUX non ſolum ad utilitatem & proſperitatem hujusmodi Reipublicæ, & incolarum DUCATUS ſui AUSTRIÆ, ſed etiam aliarum partium vicinarum &c.* quem ſtylum per totam Bullam retinet. Idem confirmat *Albertus de Bonſtetten*, in *Hiſtoria Auſtriaca* MS. apud eundem l. c. p. 88. verb. *Rudolfus, DUX AUSTRIÆ, filius Alberti Ducis, cognomine Contracti, fundans Præpoſituram Wiennenſem, Eccleſiam eandem ampliavit, & Mediolani, ſine liberis, Anno 1365. obiit, ejusque oſſa, apud S. Stephanum Wiennæ ſepulta ſunt.* Idem, Anonymus Chronographus in MS. Codice, ibid. p. 88. *Anno 1365. am Sontag nach Sanct Jacobs Tag, ſtarb der Durchleuchſte Fürſt, Hertzog Ruedolff von Oſterrich der IV. zu Mailand &c.* nec aliter *Urbanus VI.* in Bulla, data Neapoli, 10. Kal. Mart. 1384. qua *Villæ Wiennenſi, Generale Studium in Theologica Facultate concedit,* apud eundem, l. c. pag. 89. *Pro parte quondam Rudolfi, Ducis Auſtriæ, expoſito fel. record. Urbano Papæ Quinto, Prædeceſſori noſtro, quod ipſe Dux, non ſolum ad utilitatem & proſperitatem Reipublicæ, & incolarum Ducatus ſui Auſtriæ.*

(6) Nec alio charactere, ſub *CAROLO IV.* Imp. veniunt Ejus fratres. *Albertus* cum trica, (*mit dem Zopff*) & *Leopoldus Pius*, in Pacto Confraternitatis, An. 1366. inter *Carolum IV.* Imp. *Wenceslaum*, Regem Bohemiae, & *Johannem*, Caeſaris fratrem, ab una, & *Albertum* atque *Leopoldum*, Duces Auſtriae, ex altera parte, *Pragæ* icto: *Und wir Albrecht und Leopold, von GOttes Gnaden, Hertzogen zu Oeſterreich --- auff die vorgenanten Hertzogen von Oeſterreich --- und wollen wir, die vorgenante Hertzogen von Oeſterreich &c.* pariter, in Privilegio dicti Imperatoris, Auſtriacis dato, an. eodem, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 17, p. 17. *den Hochgebohrnen unſern lieben Sühnen und Fürſten, Albrechten und Leopolden, Gebrüder, Hertzogen zu Oeſterreich &c.* & in formula fœderis Civium Paſſavienſium, cum Auſtriacis de A. 1367. apud *Gewoldum* l. c. p. 399. ubi: *Unſere liebe Gnädige Herren, Hertzog Albrechten, Leuopolden, Brüder, Hertzogen zu Oeſterreich &c. &c.* ut & in Fœderis inſtrumento, praefati Praeſulis *Alberti*, Paſſavienſis, cum Auſtriacis, ſub dato *Wien, am Freytage in dem Quatember, nach St. Lucien Tag,* A. 1367. ibid. p. 401. *Hinter die Durchlæuchtigen und Hochgebohrnen Fürſten, Unſer liebe gnædige Herrn, Hertzog Albrechten und Hertzog Leupolden, Gebrüdere, Hertzogen zu Oeſterreich &c.* & in alio, ſub dato *S. Pölten, an S. Gallen Tag,* Anno 1367. lit. c. pag. 402. *Wann die Durchlæuchtigen Hochgebohrnen Fürſten, Unſere liebe Herren, Hertzog Albrecht, und Hertzog Leupold, Brüder zu Oeſterreich &c.* Add. *Caroli IV.* Confirmatio Privilegii, quo Auſtriaci à judicio Roduilano eximuntur, de An. 1368. ap Dn. *Lunigium* l. c. §. 18. p. 18. *Darum haben Wir ---- denen Hochgebohrnen Albrechten und Leopolden, Hertzogen zu Oeſterreich, ---- die vorgenannte Rechts-Freyheiten und Gnad beſtætigt &c.*

(7.) Idem ſtylus fuit Imperante WENCESLAO; teſtes ſunt Literae Confœderationis *Johannis*, Epiſcopi Paſſavienſis, cum Auſtriacis ſub dato: *Paſſaw, an Mittwochen in der Oſterwochen,* A. 1381. l. c. pag. 407. *Daß wir den Durchleuchtigen und Hochgebohrnen Fürſten, Unſern Gnædigen Herrn, Albrechten, Hertzogen zu Oeſterreich --- geholffen ſeyn ſollen &c.* Et aliae, ſub dato, *Lintz, am Freytage S. Gallen Tag,* An. 1383. l. c. p. 409. & Diploma *Venceslai*, ipſius, de An. 1386. quo Privilegia Auſtriaca confirmantur, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 19. p. 19. *dem Hochgebohrnen Unſerm lieben Fürſten, und Schwagern Albrechten, Hertzogen zu Oeſterreich, Steyer, Karndten &c.* Literae Paſſavienſis Capituli, ſub dato Paſſaw, *an S. Colamans Tag,* Anno 1387. apud *Gewoldum* l. c. pag. 410. Aliae, Epiſcopi Paſſavienſis, *Georgii*, ſub dato *Wien, am Sonntag nach S. Michaels Tag,* Anno 1389. apud *Gewoldum* l. c. p. 411. & 414. Aliae, ſub dato, *Wien, an der Heiligen eilff tauſend Martyrer Tag,* Anno 1389. l. c. p. 412. Aliae, ſub dato, *Wien, am nechſten Sonntag nach Chriſti Gebuhrt* 1391. l. c. p. 416.

(8.) Faſces tenente *RUPERTO Palatino*, reſtaurarunt *Wenceslaus* Ex-Imperator, *Jobus* & *Procopius*, Moraviae Marchiones, ab una, & *Wilhelmus* atque *Albertus*, Auſtriae Duces, ab altera parte, ſub dato *Budweiß*, An. 1404. priſtinum Confraternitatis Pactum; in cujus diplomatis formula legitur: *So haben Wir, durch ſonderliche Liebe, Treu und Freundſchafft willen, der Wir Uns zu dem Hochgebohrnen Wilhelmben, Hertzog zu Oeſterreich, Unſern lieben Schwagern und Fürſten gentzlich verſehen --- die ehe genannte Vermachung und Bündniß, von neuem wiſſentlich beſtætiget &c.*

(9.) SIGISMUNDUS Imperator, decidendo lites inter *Erneſtum & Albertum* Auſtrios, An. 1411. ait. *Wann Uns nun ſolche Sach, oder Unwillen, zwiſchen des H. R. Reichs Fürſten dem Hochgebohrnen Ernſten und Albrechten, Hertzog zu Oeſterreich &c. Unſern lieben Schwagern und Sün, als von einer Vormundſchafft, und anderswegen, aufferſtanden, allezeit ſehr wieder*

wieder und Laidt geweſen &c. Vid. Dn. *Lunig.* l. c. §. 20. p. 19. &c. Eodem tempore, confirmavit *Albertus* Auſtriacus, ſub dato *Wien, am Freytag nach S. Augustins Tag*, anno 1421. fœdus, cum *Georgio*, Paſſavienſi Epiſcopo, pactum, apud *Gewoldum* l. c. p. 418. hac uſus formula: *Wir Albrecht, von GOttes Gnaden, Hertzog zu Oeſterreich - - - bekennen - - - als weiland die Hochgebohrne Fürſten, Unſere Vorvordern, Hertzogen zu Oeſterreich &c.* anno 1430. 22. Jul. Oeniponti, *Fridericus, D. G. Dux. Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ &c.* rogat Sereniſſimum Principem, Dn. *Carolum Regem Franciæ, ut Illuſtriſſimam Dominam, Dn: Radegundem, Ejus Serenitatis Filiam Primogenitam, Dilectiſſimo Filio Suo Primogenito, Sigismundo, Duci Auſtriæ, cauſa matrimonii daret, atque concederet conthoralem & conſortem &c.* Vid. Inſtrumentum, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitzium*, l. c. pag. 349. &c. §. 1. & pag. 350. §. 4. & Dn. *Lunig*, Contin. I. *des Reichs Archivs, Achter Abſatz*, §. 150. p. 231. &c. *Concordavimus, quod eadem Domina Radegundis; uni de Filiis, inclytæ memoriæ, Fratris Noſtri, Illuſtris Principis, Erneſti, Ducis Auſtriæ, & præſertim primogenito Filio, Duci Friderico, Nepoti noſtro perdilectiſſimo, detur in uxorem &c.* An. eod. 15. Sept. apud *Senones* notum facit *Carolus* D. G. Francorum Rex, *quod inter ſe ſuosque hæredes & Succeſſores Regni Franciæ, parte ex Una; & Illuſtriſſimum & Præpotentem Principem, Fridericum, Ducem Auſtriæ, Conſanguineum ſuum Chariſſimum, atque dilectiſſimum, alia etiam ex parte, ad utilitatem, honorem & commodum utriusque Regni & Principatuum, dominiorumque & ſubditorum ſuorum, pacem perpetuam, tranquillitatem & tutelam ampliorem concordaverit &c.* Vid. Dn. de *Leibnitz*, l. c. §. 141. pag. 351. &c. & Dn. *Lunig*, l. c. §. 149. pag. 228. &c. anno 1431. *am Erchtag nach S. Gregori*; ſub dato *Wien, bekennet Albrecht, von Gottes Gnaden, Hertzog zu Oeſterreich, zu Steyr, &c. Daß für Ihn kommen, der Erſam, in GOTT Andæchtiger und beſonder, Hanß der Pappenberger, Abbt zu Lormbach, und Ihn demüthiglich gebetten, ſein und ſeines Gottes Hauſes Gerechtigkeiten zu verneuern, und zu beſtætten, ſolch Gnad, Freyheit und Recht, ſo ihm weyland der Hochgebohrne Fürſt, læblicher Gedæchtniß, der Alt Hertzog Leopold, Hertzog zu Oeſterreich und zu Steyr, mit ſeinem Brieff gegeben hat, und die ihm nachmahlen weniger ſeine VorVordern, auch Hertzogen zu Oeſterreich, mit Namen: Hertzog Albrecht, ſein Uhreen,* (proavus) *Hertzog Albrecht, ſein Een,* (Avus) *Hertzog Wilhalm, ſein Vetter, und Hertzog Albrecht, ſein lieber Herr und Vatter, denen allen GOTT genædig ſey, mit ihren ſundern Brieffen, verneuert und beſtætt haben &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 2. p. 325. Ipſe *Sigismundus* Imperator, & *Albertus* Auſtrius, ordiuntur literas, quibus, ſub dato *Iglaviæ*, 3. Julii, 1436. promittunt, *Philibertum*, Conſtantienſem Epiſcopum, ejusque collegas, Baſilienſis Concilii, per Regnum Bohemiæ, & Marchionatum Moraviæ, deſtinatos Legatos, infra tempus deſtinatum, mandati literas, plenam & omnimodam facultatem continentes, à dicto ſacro Concilio ordinaturos, hoc modo: *Sigismundus, D. G. Romanorum Imperator, Semper Auguſtus - - Albertus, eadem Gratia, Dux Auſtriæ, & Marchio Moraviæ &c. notum facimus &c.* Vid. Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom. 2. in Mantiſſa, §. *XXI* pag. 143. Conf. *Vidimus*, eorundem Bullæ, eodem ſub dato, l. c. §. *XXIII.* p. 154. ſic inchoatum: *Sigismundus D. G. Romanorum Imperator Semper Auguſtus - - & Albertus, eadem gratia, Dux Auſtriæ, ac Marchio Moraviae &c.* nec non literas eorundem, quibus, ſub dato *Iglaviæ*, 3. Jul. 1436. teſtantur, à Legatis laudati Concilii ſibi promiſſum, Bohemis Moravisque Bullas, *ſuper communione utriusque ſpeciei in Sacra Cœna*, à Concilio iri datum; initium tale eſt: *Nos Sigismundus, D. G. Romanorum Imperator - - - - & Albertus, eadem gratia, Dux Auſtriæ & Marchio Moraviæ &c recognoſcimus &c.* & in fine: *In cujus rei teſtimonium & fidem, Nos Sigismundus, Imperator, & Dux Albertus, praefati, ſigilla noſtra huic literæ appendi juſſimus.* Vid. l. c. §. *XXVIII.* pag. 153. Anno 1437. Idem Cæſar, confirmando exemptionem Auſtriorum à Judiciis extraneis, apud Dn. *Lunigium*, l. c. §. 22. p. 27. inquit: *Der Hochgebohren Friederich, Hertzog zu Oeſterreich der ælter, Unſer lieber Oheimb und Fürſt &c.*

(10) Summam rerum moderantem FRIDERICUM III. hiſce literis compellavit *Carolus*, Francorum Rex, A. 1439. apud Ill. Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. §. 144. p. 366. *Miramur admodum, moleſtiſſimeque ferimus, quod, licet toties à Nobis rogatus, liberaliter Nobis polliciti fueritis, Cariſſimum Filium Noſtrum, Sigismundum, Ducem Auſtriæ, ad ſuas ditiones & Gentes permittere, liberè & gratioſè reverti, & praeſertim infra certum terminum, jam diu elapſum: tamen, ut intelleximus, hactenus eum detinuiſtis &c.* Laudatus Cæſar inchoat *Reformationem zu Franckfurt am Mayn*, anno 1442. hoc modo: *Wir Friederich, von GOttes Gnaden, Rœmiſcher Kœnig - - - - Hertzog zu Oeſterreich &c.* Idem, inſtaurando, ſub dato *Franckfurt ahn dem Meyne*, 1442. *an S. Jacobs Tag*, domus Auſtriacæ Privilegia præfixo Diplomati titulo: *Wir Friderich von Gottes Gnaden, Rœmiſcher Kœnig, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, Hertzog zu Oeſterreich, zu Steyer &c.* inquit. *Wann*

nen der Hochgebohren Albrecht, Hertzoge zu Oeſterreich, zu Steyer &c. Unſer lieber Bruder und Fürſte, von ſeinen und unſer lieben Vettern und Fürſten wegen, Khœnig Laſſlaus von Hungarn &c. und Sigmunds, beyder Hertzogen zu Oeſterreich, &c. ſein Erbere Botſchafft zu Uns gethan &c. Vid. *Diplomata* & *documenta*, res à *Friderico III.* geſtas illuſtrantia, in Codice Scriptorum rerum Germanicarum *Schilteri*, p. 4. & Dn, *Lunig.* l. c. §. 23. pag. 28. Anno 1444. 23. Febr. *Nancei*, in Lotharingia, exiſtens, *Carolus* Rex Galliæ, fœdus cum Saxoniæ ducibus pepigit, ubi, §. 4. *Nos expreſſè perſonas Summi Pontificis, & Illuſtriſſimorum Hiſpaniae, Siciliae, & Scotiae Regum, praeſentium & futurorum, ac Illuſtrem Principem, filium noſtrum cariſſimum, Sigiſmundum, Auſtriæ Ducem, eorumque & cujuslibet ipſorum dominia, excipimus &c.* Vid. Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. §. 148. p. 376. anno 1450. *an S. Jürgen Tag*, tranſmiſit *Albertus* Auſtriacus Senatui *Ulmenſi* literas diffidatorias, quibus tale exordium: *Albrechts von Gottes Gnaden, Hertzog zu Oeſterreich &c.* Vid. Dn. *Datt*, lib. 1. *Rer. German.* Cap. XV. §. 15. p. 115. & Dn. *Lunig.* cit. Contin. I. *Achter Abſatz*, §. 151. p. 232. anno 1453. novi quid contigit, quandoquidem præfatus Imperator, præter alia Privilegia, quibus 6. Jan. dicti Anni, *Neoſtadii*, Sereniſſimam domum Auſtriacam Illuſtriorem reddidit, hoc quoque inſeruit, ut Auſtriaci poſthac ſolenni & perpetuo Curiæ ſtylo, ARCHIDUCES appellarentur. Summa Diplomatis hæc eſt:

FRIDERICUS, Divina Favente Clementia, Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, ac Styriae, Auſtriae, Carinthiae & Carniolae Dux, Dominus Marchiae, Sclavoniae, & Portus Naonis, Comes in Habſpurg, Tyrolis, Ferretis & Kyburg; Marggravius Burggoviae, & Landgravius Alſatiae, ad perpetuam rei memoriam.

QVamvis, in praemiandis virtutum operibus, Imperialis praeeminentiae generoſa ſublimitas, erga ſuos fideles, tanto amplius exerceatur, quando in his decus & gloria magnificentius exaltatur, illos, prae caeteris, altioribus attollere conſuevit honoribus, & gratiis praevenire majoribus, quos, generoſi ſanguinis origine gaudentes, ac vetuſtae Nobilitatis ſplendore fulgentes, nec labores, nec pericula, pro Romani Imperii augmento & gloria, recuſaſſe, manifeſtum habetur. Hinc eſt, quod Nos, ad Inclytam Auſtriae Domum ac Familiam, ex qua nati, Divina pietate, ad Romani Faſtigii Imperium ſublimati ſumus, noſtrae mentis dirigentes intuitum, ac memoria repetentes, ad hujus ſublimis & altae Domus Illuſtres Principes; quod Progenitores Noſtri, non ſolum laboribus & impenſis, ſed & cum proprii ſanguinis effuſione, Chriſtianam & orthodoxam fidem, ac Romanam Eccleſiam, & ipſum Imperium ſacrum, tueri, propagare, & exaltare, indefeſſae conſtantiae ſtudiis enixè, quam plurima privilegia, & ampliſſimas libertates, ab eodem Imperio, à Divis Romanorum Imperatoribus, & Romanorum Regibus jure merito obtinuerunt; qui & pluribus annis Imperium ipſum, cum magna laude gubernarunt &c. Eapropter, non ad alicujus deſuper Nobis porrectae Supplicationis inſtantiam, ſed motu proprio, ac ex noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, ſano Venerabilium & Illuſtrium S. J. Electorum, & aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum & aliorum fidelium Noſtrorum, accedente conſilio & aſſenſu, Inclytae Domus Auſtriae praefatae, qui modo ſunt in humanis vitam agentes, DUCIBUS ac Principibus Noſtris, eorumque liberis & ſucceſſoribus, in perpetuum, univerſales & ſingulas literas, gratias & libertates, videlicet, duas literas Julii & Neronis Caeſarum; Item, literas Henrici IV. filii Henrici Imperatoris; Item literam Henrici Imperatoris, Duci Leopoldo datam; Item Friderici II. Imperatoris, Jeruſalem & Siciliae Regis; Item literam Rudolphi Romanorum Regis, Progenitoris & Anteceſſoris Noſtri in Regno Romanorum; nec non alias omnes literas, gratias, libertates, privilegia & jura, quas & quae, vel eorum progenitores, à quibuscunque aliis Imperatoribus, ſive Regibus Romanorum, Praedeceſſoribus Noſtris, impetraverunt, & huc usque deduxerunt, cujuscunque tenoris exiſtant --- confirmamus, ratificamus, innovamus, Imperialis plenitudine poteſtatis ſtabilimus, per praeſentes, volentes, & hoc Imperiali decernentes Edicto, quod praedictae Domus Principes, qui modo ſunt in humanis, nec non Noſtri, eorumque Succeſſores, generaliter & ſpecialiter, in perpetuum, ---- omnibus talibus libertatibus, juribus & gratiis, uti & frui debeant, ac ſi ipſis perſonaliter, & de novo, tales literae, Imperiali munere, conceſſae forent, omni impedimento & contradictione ceſſantibus, ſupplentes, ex plenitudine noſtrae poteſtatis, omnes & ſingulos defectus, qui in talibus literis, privilegiis, quovis modo interveniſſent, aut intervenire, ſeu inſurgere poſſent. ---- Volumus etiam (I) & de praefata Caeſarea poteſtate ſtatuimus, & decernimus, diſtricte praecipiendo mandantes, quod præfati Principes Domus noſtrae Auſtriae, noſtrique & eorum haeredes & ſucceſſores, quibus Styriae, Carinthiae, & Carniolae Ducatus, in gubernationem obtigerit, ex nunc, in antea, ARCHIDUCES dici & nominari, Eorumque nomine, in futurum, perpetuis temporibus, à noſtris in Imperio ſucceſſoribus & univerſis S. R. J. Principibus, Electoribus, & aliis, ita nominari & appellari, proque talibus teneri ac reputari debeant, cum omni honore, dignitate, privilegio, praeeminentia, & aliis excellentiis, ac praerogativis, prout progenitores noſtri id ab antiquo laudabiliter acquiſiverunt, & ad Nos eſt deductum, & Nos hucusque nominati, tenti & reputari ſumus. Et (II) ulterius, ac praedictae Domus Auſtriae ſublimiorem gloriam, ſuorumque meritorum ſolidius praemium, praefatis Ducibus ac Principibus, & noſtris eorumque ſucceſſo-

ceſſoribus, Styriae, Carinthiae & Carniolæ Ducatuum Gubernatoribus, in ævum quodcunque futurum, perpetuis temporibus, pro majori dono gratiae, indulſimus & conceſſimus, ac praeſentium ſerie indulgemus, & concedimus, quod tam ipſi, quàm dicti ſucceſſores, conjunctim & diviſim, in dictis Principatibus, territoriis & Dominiis, quae nunc habent, & in futurum, largiente Domino, habebunt, omni jure, poteſtate & Jurisdictione, quaecunque privilegia concedendi, novas impoſitiones, mutas, thelonea, & alia, pro melioratione & augmento, redituum, faciendi & ſtatuendi, ac illis praemiſſis, & aliis quibuslibet modis, quocunque nomine appellentur, aut ſecundum exigentiam temporum emergere poterunt, utendi, fruendi & levandi, in omnibus, & per omnia, quemadmodum nos & ſucceſſores noſtri, Romanorum Imperatores & Reges, ea in Imperio dare, concedere, imponere, conſtituere, uti ac frui poſſint, nullo penitus dempto vel excepto. Quodque (III) *ipſi Principes ac Duces Auſtriae --- in omnibus ſuis Principatibus, terris, Dominiis ac territoriis ſupradictis, Comites, Barones Proceres, Milites, Miniſteriales, nec non idoneas & benè meritas perſonas, de novo nobilitare, Eisque arma & clenodia, videlicet ſcutum & galeam, cum quibuslibet ornamentis, coloribus & deſcriptionibus eorundem, dare & concedere, Jurisque civilis, Artium & Medicinae Doctores & Magiſtros, nec non Notarios & Tabelliones, & Judices ordinarios, auctoritate Imperiali, facere creare & aſſumere poſſint: Qui Comites, Barones, Proceres, Milites, Doctores, Magiſtri, Notarii, Tabelliones & Judices ordinarii, per totum Romanorum Imperium, univerſis & ſingulis privilegiis, libertatibus, exemptionibus, prærogativis & gratiis, potiantur & gaudeant, atque officia & exercitia, liberè & licitè, exercere poſſint, quibus alii Comites, Barones, Proceres, Milites, Doctores, Magiſtri, Notarii, Tabelliones & Judices Ordinarii, per totum Romanum Imperium, modolibet utuntur & gaudent. - - - Inſuper* (IV) *volumus & concedimus, quod praefati Duces & Principes, eorumque ſucceſſores, - - in Dominiis ac territoriis - -- Judaeos tenere, & eos in eisdem ſuis terris & Principatibus locare, ſteuras & actiones illis imponere & ab eis exigere, & de dictis Judaeis, eorumque perſonis, bonis & rebus, plenariè ordinare & diſponere poſſint & valeant, omni via, jure, modo, cauſa & forma. --- Præterea* (V) *damus etiam & concedimus praefatis Principibus, Ducibus Auſtriae, noſtrisque & eorum hæredibus, --- in perpetuum in praedictis eorum Principatibus, terris, Dominiis & territoriis, praeſentibus & futuris, quoscunque Baſtardos, Manſeres, Notos & alios de quovis illegitimo & inceſtuoſo coitu natos, legitimare, aut ad jura Legitimorum reducere, atque ad dignitates, honores, & officia quævis, habilitare & ad ſucceſſionem bonorum paternorum ac maternorum, ac quorumcunque, viventibus aut mortuis Parentibus, ſtantibus aut non ſtantibus legitimis hæredibus, reducere. Quin etiam* (VI) *infames quoscunque & de quocunque crimine, per ſententiam, vel alios notatos, adfamam, honores, atque officia reſtituere.* (VII.) *Comites quoque, Proceres, Milites, Nobiles, Doctores, Magiſtros, Notarios, Tabelliones, & Judices ordinarios, qui ſuis officiis aut dignitatibus abuterentur, deponere, atque omnibus honoribus atque officiis privare, auferreque eis, ut indignis, cingulum militiae, & inſignia Doctoratus, ſive Magiſterii, liberè & licitè poſſint, harum ſerie indulgemus atque concedimus; non obſtantibus legibus communibus, conſuetudinibus, ſtatutisque locorum quorumcunque, cujuscunque tenoris fuerint, etiamſi talia eſſent, de quibus fieri deberet praeſentibus, de verbo ad verbum, mentio ſpecialis. Quibus omnibus & ſingulis, quatenus ad praemiſſa, derogamus & derogatum eſſe volumus, per praeſentes, ipſis aliàs in ſuo robore permanſuris. - - - Quocirca mandamus omnibus & ſingulis Principibus, Spiritualibus & Secularibus, Comitibus, Baronibus - - - ac omnibus Sacri Imperii ſubjectis & fidelibus, ſerioſe & firmiter, per praeſentes, quod ipſi praefatos Duces, Principes, ac noſtros & eorum haeredes, & ſucceſſores, - - - talibus gratiis atque libertatibus uti permittant, & in hujusmodi non impediant: ſi autem contingeret, aliquem contra facere, cujuscunque dignitatis, ſtatus aut conditionis eſſet, indignationem S. Imperii incurrat, aut in pœnam mille marcarum puri auri incidat. .... Præſentibus ibidem Reverendiſſimo in Chriſto, Dn. Nicolao, S. Petri ad Vincula, S. R. E - Cardinali, Brixinenſis, & Venerabilibus Ænea Senenſi, Oratori Apoſtolico, cum poteſtate Legati de Latere, & Johanne, Eiſtetenſis, Eccleſiarum Epiſcopis. Nec non Illuſtribus Alberto Auſtriæ & Styriæ* ARCHIDUCE, *fratre noſtro cariſſimo, Ludovico & Ottone C. P. Rheni, Bavariæ, & Wilhelmo Saxoniæ, Ducibus; Alberto March. Brandenb. conſanguineis noſtris cariſſimis. Michaele Burggravio Magdenburg. Ludovico de Hennenberg: Henrico de Schwartzburg: Ulrico de Ottingen: Ulrico de Montford: Ulrico de Schaumberg: Albico de Sultz, Comitibus: Ac honorabilibus devotis, Wolfgango Gunther noſtræ novæ fundationis hic in Caſtro noſtro; Ulrico Riedwer in Werdle; Ulrico Sunnenberger, S. Johannis Ratisbonenſis, Eccleſiarum Præpoſitis, & Hardungo de Cappel U. J. D. Henrico de Pappenhaimb S. R. I. Submarſchallo hæreditario; Georgio de Puchaim, Supremo Dapifero Auſtriæ; Rudigero de Stahremberg; Alberto de Pottendorff; Johanne Ungnad, Magiſtro Cameræ; Georgio Fuchs, Curiæ noſtrae Marſchallo; Walthero Zebinger; Procopio de Rabenſtain: Ulrico de Flednitz: Georgio & Wolfgango fratribus de Savaw, & Leopoldo Alpach, Conſiliariis noſtris, nec non aliis quam plurimis fide dignis &c. In cujus rei teſtimonium, præſentes typario aureæ Noſtræ bullæ, fecimus communiri. Datum in Nova Civitate, die 6 menſ. Jan. anno 1453. Regni noſtri XIII. Imperii verò I.* Formulam Germanici Idiomatis ſuppeditat Dn. *Lunigius* l. c. §. XXIV. p. 33. &c. Quædam hinc

Digitized by Google

tranſtulit Dn. *Lehmannus*, *in die Hiſtoriſche* Remarques Anni 1705. p. m. 330. & 131. Hoc forte fundamento ſcribit *Natalis Comes*, lib. IX. *Hiſtoriarum*, ad An. 1555. p. m. 199. *Quas Regiones Auſtriaci Duces, ſine controverſia, multos annos poſſederunt, excepto tamen titulo ARCHIDUCIS, quem FEDERICUS IMPERATOR conceſſit:* In Contrarium *Lambecius* lib 2. *Commentar. Bibliothecæ Vindobon.* Cap. VI. auctoritate præfationis Henrici *Gundelfingii*, *Hiſtoriæ Auſtriacæ M. S.* Archiduci *Sigiſmundo*, An. 1476. dedicatæ ſicque exclamantis; *Quis Te Generoſior? Tuus enim, divæ mem. Genitor* (Fridericus *mit der leren Taſche*, an. 1439. defunctus) *Dux, Tuique Avi, Proavi, Abavi, Atavi, &, ut celerius dicam, Majores, fuerunt DUCES, Reges & Imperatores &c.* annectit. in Notis, pag. 468. *Notabilis locus, unde patet, Archiducalem Titulum Anno 1476. nondum fuiſſe in uſu &c.* Dn. *Johannes Ludovicus Schœnleben*, Vir de Hiſtoria Auſtriaca Meritiſſimus, fatetur ultrò, nullum ſe Diploma vidiſſe; in quo *Fridericus III.* Imp. *Archiducem* ſe nominaverit. Duo potiſſimum ego offendi, alterum de *anno* 1470. quo Comites *Leiningenſes* à Judicio Rothwilano, aliisque Provincialibus, (*Land-Gerichten*) eximuntur, apud Dn. *Lunig*, l. c. Continuat. 2. VI. *Abtheilung*, VII. *Abſatz*, §. 59. *p.* 82. ubi: *Wir Friederich von Gottes Gnaden, Rœmiſcher Kayſer, zu allen Zeiten, Mehrer des Reichs, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien, Kœnig; Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, zu Steyer, zu Kærndten, zu Krain: Hertzog der Wendiſchen Marck, und zu Portenau &c.* & alterum de an. 1482. quo *Auguſtanis* Civibus Privilegium *Fori* conceditur, apud Dn. *Schilterum*, l. c. pag. 164. ubi rurſus: *Wir Friderich, von Gottes Gnaden, Rœmiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien &c. Kœnig, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, Steur, Kærndten &c.* Quibus *Eslingenſium* literas diffidatorias, ad *Ludovicum* C. P. R. ſub dato: *Freytag nach des H. Crützes Tag, Anno* 1461. apud Dn. *Dattum*, lib. I. *Rer. German.* Cap. XV. pag. 116. jungas ibi; *Als der Durchluchtigoſt, Groſsmæchtigoſt, Fürſt und Herr, Herr Friederich, Rœmiſcher Kayſer, zu allen Zyten Merer des Rychs, und zu Hungern, Dalmatien, Croacien &c. Kænig, und Ertz-Hertzog in Oeſterreich &c.* Add. *Anſtands-Brieff*, inter laudatum Imperatorem, Ejusque Fratrem, *Albertum*, de *anno* 1461. apud Dn. *Lunigium* l. c. Continuat. I. *vierter Abſatz*, §. *XXV. p.* 36. *Von dem Allerdurchlauchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Friderichen, Rœmiſchen Kayſer —— Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich &c. ains; Und des Durchlauchtigen Fürſten und Herrn, Herrn Albrechten Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich &c. des andern Theils, als Gebrüdern und Lands-Fürſten zu Oeſterreich &c.* De *Alberto* hoc, teſtatur inſuper Confirmatio Privilegiorum *Paſſavienſi Eccleſiæ*, ſub dato *Lintz, an S. Agneſen-Tag, Anno* 1459. facta apud *Gewoldum*, Tom. I. Addit. *Hundii Metropol:* p. 421. ſic inchoata: *Wir Albrecht von Gottes Genaden, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, zu Steyr &c.* nec non *Vertrags-Brieff*, inter Ipſum, & laudatum Imperatorem Fratrem, *Anno* 1462. apud Dn. *Lunigium*, l c. Continuat. I. *Erſte Abtheilung, Erſte Abſatz*, §. *XXXI. p.* 68. *Dem Hochgebohrnen Fürſten, Albrechten, Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich &c.* titulo hoc toties ibidem repetito. Add. de Principum horum Patrueli, *Sigismundo*: *Des Voigts, Gaudentz von Mætſch, Grafens zu Kirchberg, Erlaß-Brieff des Gerichts Davos, an Ertz-Hertzog Sigismund*, de *anno* 1478. apud Dn. *Lunigium* l, c. Contin. I. *I. Abtheilung*, VIII. *Abſatz*, §. CLII. p. 232. *Von dem Duchlauchtigen Hochgebohrnen Fürſten, und Ertz-Hertzog, Sigmunden von Oeſterreich, &c.* Ut & Ipſius *Sigismundi* Privilegium, de *anno* 1479. quo dictum Judicium Davos, immune declarat à teloneo, ibid. §. CLIII. p. 232. *Wir Sigismund von Gottes Gnaden, Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich &c.* Ejusdemque Reverſales, *an.* 1488. Svevici Fœderis Membris datæ, ibid. §. CLVI. pag. 237. *Wir Sigmund, von Gottes Gnaden, Ertz-Heotzog zu Oeſterreich &c.* ſimiliter *Maximiliani* I. Romanorum Regis Transactio. nomine Bavariæ Ducis, *Georgii*, cum Sueviæ Statibus, inita, de *anno* 1489. apud Dn. *Dattum* l. c. C. V. §. 10. p. 258. *Antreffend Unſern lieben Vettern und Fürſten, Ertz-Hertzog Sigmund von Oeſterreich &c.* Cui Transactioni Rex ipſemet hunc titulum præfixit; ceu v. 11. mox dicam, æquè ac Reverſalibus anno 1490. ibid. Attamen in contrarium longè plura reperiuntur documenta, in quibus non niſi *Ducum* elogio Auſtrii Principes celebrantur; v. g. *Fridericus III.* Imp. in Confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Hirſaugienſis*, de dato *Lauffenberg, am Montag nach des H. Kreutztag* Exaltationis, 1442. Tom. I. *Documentorum Würtenberg.* pag. 577. In Confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Laureacenſis, An. eod* ibid. p. 755. In Literis Feudalibus Comitis *Salmenſis*, *An. eod.* apud Dn. *Lunig.* l. c. Continuat. 2. IV. *Abtheilung*, XX. *Abſatz*, §. 1. pag. 449. In Literis Feudalibus Dynaſtarum *Fleckenſteiniorum*, *An. eod. l. c. VI. Abtheilung*, III. *Abſatz*, §. 16. *p.* 25. In Literis Feudalibus, Dnn. *Jacobi & Ludovici* de *Lichtenberg, An. eod.* ibid. VI. *Abtheilung*, IV. *Abſatz*, §. 36. p. 55. In Confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Kœnigsbrunnenſis*, de *Anno* 1444. T. I. *Docum. Würtenberg.* p. 661. In Confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Maulbrunnenſis*, *anno eod.* l. c. pag. 836. In Privilegio Cœnobii *Kœnigsbrunnenſis, an. eod.* l. c. p. 663. & in alio, poſtridie dato, p. 667. In Mandato

an

Digitized by Google

an die Bauerſchafft zu Milhauſſen, *an. eod.* l. c. pag. 839. In Confirmatione Privilegiorum Cœnobii *SS. Ulrici* & *Afræ* Auguſtæ Vindelicorum, *anno* 1448. apud Dn. *Lunigium* l. c. V. *Abtheilung*, §. 68. pag. 916. In Exemptione Dominorum *Lichtenbergenſium* à Judicio *Rothwilano*, *anno* 1449. apud eundem, l. c. VI. *Abtheilung, IV. Abſatz*, §. 37. p. 56. in alio Privilegio iisdem dato, *anno eod.* l. c. §, 38, *p.* 57. In Literis Feudalibus *Henrici Fleckenſteinii*, *anno* 1450. ibid. III. *Abſatz*, §. 17. pag. 26. in alio Privilegio, eidem conceſſo, *anno eod.* l. c. §. 18. pag. 27. In Confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Bebenhuſani*, *anno eod. T. I. Docum. Würtenberg.* p. 427. It. in Diplomate *Ulrici*, Com. *Friſiæ Orientalis*, *anno* 1454. apud Dn. *Lunigium* l. c. IV. *Abtheilung, XXIV. Abſatz*, §, 4. *p.* 496. In alio, Marchionibus Brandenburg. indulto, *an. eod.* apud Dn. *Schilterum*, l. c. p. 122. &, ut chartæ parcam, vid. Dipl. *an.* 1455. apud *Gewoldum* l. c. p. 419. *an.* 1456. ap. *Schilterum* l c. p. 124. & 125. & T. I. *Docum. Würtenb. pag.* 272. *an.* 1457. apud *Schilter.* l. c. p. 77. *an.* 1458. l. c. p. 18. *an.* 1459. l, c, p, 143. 170, 267, *&* 268, *an.* 1460, l, c, p, 134. *an.* 1461. l. c. p. 270. & Tom. I. *Docum. Würtenb.* pag. 191. & Dn. *Lunig.* l. c. VI. *Abtheilung*, 3. *Abſatz*, §. 19. *pag.* 28. *an.* 1462. ap. Dn. *Schilter*, l. c. pag. 159. & 161. & T. I. *Docum. Würtenberg. p.* 758. *an.* 1463. *Schilter* l. c. p. 92. *an.* 1464. ibid. p. 271. 272. 273. 274. 276. 278. 281. 282. & 283. *an.* 1465. ibid. p. 172. 174. 181. 286. & 288. nec non *Gewold.* l. c. p. 423. & *Lunig*, l. c. VI. *Abtheil.* XVII. *Abſatz*, §. 110. p. 199. & XXVII. *Abſatz*, §. 265. p. 410. *an.* 1466. *Schilter* l. c. p. 289. & *Lunig.* l. c. IV. *Abtheilung*, XXX. *Abſatz*, §. 19. Supplement. p. 794. *an.* 1467. *Schilter*, l. c, p. 231. & 290. *Lunig*, l. c. VI. *Abtheilung*, III. *Abſatz*, §. 20, pag. 29. *an.* 1468. *Schilter*, l. c. p. 79. & 232. *Lunig*, l. c. VI. *Abtheilung*, XXIX. *Abſatz*, §. 16. Supplement. p. 528. *an.* 1469. *T. I. Docum. Würtenberg*, *p.* 58. *an.* 1470. *Schilter* l. c. p. 177, 292, 293, 294. *an.* 1471. ibid. p. 33, 56, 94, 296, 297, 322, 324. *Lunig.* l. c, VI. *Abtheilung*, III. *Abſatz*, §. 21. *p.* 30. & XVIII, *Abſatz*, §. 140. *p.* 215. *an.* 1472. *Schilter* l. c. p. 119. *an.* 1473. *T. II. Docum. Würtenberg. p.* 358. *an.* 1474. *Schilter* l. c, p. 298. *an.* 1475, ibid. p. 236. *Lunig.* l. c, VI, *Abtheilung*, XXIX. *Abſatz*, §. 1. *p.* 597, *an.* 1476. *Schilter*, l. c. p. 111. 145, 148, 299, 301, 303, 304, 306. *Lunig*, l. c. IV. *Abſatz*, §. 39, *p.* 57, *an.* 1478. *Lunig* l. c, IV, *Abtheilung*, XXIX, *Abſatz*, §. 2. Supplem. 588, *an.* 1479, *Schilter* l. c, *p.* 307. 309. *an.* 1480. ibid. p. 178. *&* 311. *an.* 1481. ibid. p, 35. *an.* 1483. ib. p, 21. *&* 96. *an.* 1485. ib. *p.* 20. *&* 23, *an.* 1486. ib. p. 82. 83. *&* 150. *an.* 1487. *T. I. Docum. Würtenberg. p.* 598. & Dn. *Datt* l, c, lib. 3, Cap. 14, §, 47, *pag.* 637, *an.* 1488. Tom. I, *Docum. Würtenberg p*, 907, 840, 844, *&c.* Dn. *Datt.* l, c, lib. 2. Cap, IX, §, 3, *p*, 287, *&* §, 5, *p*, 288, & Cap, §, 5, *p*, 302. Dn. *Lunig* l, c, Continuat. I. *andere Fortſetzung*, §. 31. *p.* 85. *&* §. 32. *p.* 87. & Contin. 2. VI. *Abtheilung*, III. *Abſatz*, §. 22. *p.* 31. *an.* 1489. *Lunig.* l. c. IV. *Abſatz*, §. 30. *p.* 38. *Schilter* l. c. pag. 117. *an.* 1490. *Schilter* l. c. p. 325. *an.* 1492. *Schilter* l. c. p. 179. Pari modo præfatus Ejus Patruelis *Sigismundus*, in Formula Fœderis *mit der Ritterſchafft S. Jœrgen Schilt in Ober-Schwaben*; de dato *Villingen, am Freytag nach S. Bartholomæus Tag*, Anno 1468. apud Dn. *Dattum*, l. c. lib. 2. Cap. 3. §. 56. pag. 248. ubi: *Wir Sigmund, von Gottes Gnaden, Hertzog zu Oeſterreich &c.* & in Tractatu Fœderis cum Helvetiis, ſub dato *Senlis*, 11. Junii 1474. apud Dn. de *Leibnitz Cod. Dipl. Jur. Gent.* in Mantiſſa T. 2. §. X. v. 24. p. 105. *Wir, obbenanter Sigmund, Hertzog zu Oeſterreich &c.* quo Prædicato, aliquoties ibidem utitur; & in alio Fœdere hereditario, cum iisdem, ſub dato *Zürich*, *auff Montag vor S. Gallen Tag*, anno 1477. apud eundem l. c. p. 106. *Wir Sigmund, von Gottes Gnaden, Hertzog von Oeſterreich &c.* ſicque paſſim per totum Inſtrumentum: In alio itidem Fœdere cum Suevis anno 1488. apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. I. *Erſte Fortſetzung*, VIII. *Abſatz*, §. 154. *p.* 233. De aliis ne dicam; unde concludendum; *Archiducalem Titulum* ſub *Friderico III.* cœpiſſe quidem, aſt perpetuo uſu nondum invaluiſſe.

(11) MAXIMILIANUM I. ſæpiſſime *Archiducem* ſe appellaſſe, documento ſunt: Compoſitio controverſiarum *Georgii*, Ducis Bavariæ, cum Sueviæ Statibus, ſub dato *Dünckelſpühl*, 10. Junii, 1489. apud Dn. *Dattum* l. c. Cap. V. §. 10. pag. 257. cui tale initium: *Wir Maximilian, von GOttes Gnade, Rœmiſcher Kunig, zu allen Zeiten Merer des Reichs, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgundi, zu Lotterick, zu Braband, zu Steyr, zu Kernden, zu Crain &c.* Ejusdem Reverſales, de An. 1490. quibus Fœdus Archiducis *Sigismundi*, cum Sueviæ Statibus ictum, adimpleturum ſe pollicetur, apud Dn. *Lunigium*; l. c. Contin. I. *Erſte Fortſetzung, VIII. Abſatz*, §. 157. *p.* 237. ubi rurſus: *Wir Maximilian, von Gottes Genaden, Rœmiſcher Kunig, zu allen Zeiten Merer des Reichs, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich &c.* Nec non Privilegium, *An. eod.* quo Ruthenis titulos *Burggraviorum Miſniæ & Comitum de Hartenſtein*, confert, apud eundem, l. c. Contin. 2. VI. *Abtheilung*, XVIII. *Abſatz*, §. 145. *p.* 220. *Wir Maximilian, von Gottes Gnaden, Rœmiſcher Kœnig, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich &c.* Nec aliter, in Diplomate de An. 1494. quo Abbatiſſam Torunenſem in Clientelam Imperii recepit, ib. Contin. 2. V. *Abtheilung*, §. 74. p. 920. æquè ac in Confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Maulbrunnenſis*, dat. Wormatiæ, 1494. 14. Junii, Tom. I. *Documen. Wür-*

Digitized by Google

tenberg: *pag.* 846. Conf. Ejusdem Confirmatio Privilegiorum Monaſterii *Hirſaugienſis*, dat. *Worms*, 1495. 25. *Martz*; ibid. p. 604. nec non Præfatio *der Kammer Gerichts-Ordnung zu Wormbs*, An. eod. & Literæ Feudales *Ludovico Mariae Sfortia*, de Ducatu *Mediolanenſi* inveſtito. dato, *An. eod.* apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. I. *Erſte Fortſetzung, im Anhang*, *V. Abſatz*, §. 67. *pag.* 2. Literæ Inveſtiturarum *Henrico Seniori*, Duci Brunſuic. & Lunebl. ſcriptæ, *An. eod.* apud *Lunigium* l. c. Contin. 2. IV. *Abtheilung*, IV. *Abſatz*, §. 3. p. 402. Confirmatio Privilegiorum domus Anhaltinæ, *An. eod.* apud *Lunigium* l. c. Contin. 2. II. *Fortſetzung*, *IV. Abtheilung*, *XIII. Abſatz*, §. 14. *&* 15. p. 180; Ejusdem, *Vertrag und Vereinigungs-Brief deren Grafen von Oettingen*, *An. eod.* apud eundem, l. c. XXVII. *Abſatz*, §. 3. p. 625; Ejusdem, Confirmatio Privilegiorum Dominorum de *Fleckenſtein*, *An. eod.* apud eundem, l. c. Contin. 2. 2. *Fortſetzung*, VI. *Abtheilung*, III. *Abſatz*, §. 24. p. 32.; Ejusdem literæ Feudales Dm. Ruthenis de *Plauen*, *An. eod.* porrectæ, apud eundem, l. c. XVIII. *Abſatz*, §. 146. p. 221; Reſignatio Regiminis *Carinthiae* &c. *an.* 1496. apud eundem, l. c. Contin. I. *Erſte Fortſetzung*, IV. *Abſatz*, §. 110. p. 189. Confirmatio Tranſactionis *Eberhardi*, Ducis Würtenbergici, & *Chriſtophori*, Marchionis Badenſis, *wegen Schütz und Schirm des Kloſters Herrn Alb*, de *an.* 1497. *Tom I Document. Würtenberg. pag.* 209; Confirmatio Privilegiorum Monaſterii *Alpirſpacenſis*, an. 1498. l. c. p. 286; Ejusdem Diploma, *wegen Verlængerung des Schwæbiſchen Bundes*, *An. eod.* apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. I. 2. *Fortſetzung*, §. 39. pag. 108. Ordinatio *Friburgenſis über die Weine*, *An. eod.* Privilegia Abbati *aureacenſi*, *an* 1500 conceſſa, Tom. I. *Docum. Würtenberg.* p. 765; Inveſtiturarum literæ ejusdem Abbatis, *mit dem Bann über Blut zu richten*, *An. eod.* ibid. p: 770; Add. *Erklærung des Landfriedens zu Augſpurg*, *An. eod.* *zwœlffjæhrige* Prorogation *des Schwæbiſchen Bundes*, *An. eod* apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 40. p. 110; Confirmatio Privilegiorum Eccleſiæ *Paſſavienſis*, an. 1501. apud *Gewoldum T I. Addit. Hundii Metropol p.* 426; Mandatum, *an Chur-Fürſten und Stænde*, *ſich in die Geſellſchafft S Georgen Schilds mit zu begeben*, an. 1503. apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 43. p. 141; Literæ Feudales Abbatis *Alpirſpacenſis*, *über den Blut-Bann*, an. 1504; *T. I. Docum. Wurtenberg. p* 290; Ceſſio *des GOttes-Hauſes Maulbronn*, *mit dem Schirm und der Weltlichen Obrigkeit*, *an Hertzog Ulrich von Wurtenberg*, ſub dato *Rottenburg am Necker*, 1. Aug *an. eod* ibid. p. 850; Literæ Inveſtiturarum de Ducatu *Mediolanenſi*, *Ludovico XII* Galliarum Regi, an 1509. traditæ, apud Dn. *Lunig* l. c. Contin. I. *Erſte Fortſetzung*, *im Anhang*, *V. Abſatz*, §. 70. pag 10 Rec. Imp. *Auguſtanus*, an. 1510; R. J *Trevir & Colon.* an. 1512; *Ordnung der Notarien, zu Cœln, an eod, zehenjæhrige* Prorogation *des Bunds in Schwaben*, *an. eod.* apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. I. 2. *Fortſetzung*, §. 45. p. 145. Ejusdem Privilegium Truchſeſſiis de Waldburg confirmatum, *die Befreyung von Frembden Gerichten*, *auch Uffhalt und Auffziehung der Aechter und Aber-Aechter*, *betreffend*, *an. eod.* apud eundem, l. c. Contin. 2. VI. *Abtheilung*, XXIV. *Abſatz*, §. 218. p. 344; Ejusdem confirmatio *der Erb-Verbrüderung*, *und Erb-Einigung*, eorundem Truchſeſſiorum, de an. 1516. apud eundem l. c. §. 217. p. 342; Vocatio Abbatum *zu Herrn Alb und Kenigsbrun*, ad Comitia, de an. 1517. Tom. I. *Docum. Würtenb. p.* 212. & *676.* Sicque paſſim alibi. Nihilominus autem quandoque *Ducali Titulo* Eum fuiſſe contentum, teſtatur *der Kœnigliche Land-Friede zu Worms*, de ao. 1495. ibi ſaltem; *Wir Maximilian, von GOttes Gnaden, Rœmiſcher Kœnig - - - Hertzog in Oeſterreich &c.* pariter ac *in der Reformation zu Worms, die Frey-Schœpffen und das Heimliche Gericht zu Weſtphalen betreffend*, *an. eod.* Conf. Ejusdem Reſcriptum ad Suevici Fœderis Capitaneos, an eod. apud Dn. *Dattum* l. c. lib. 2. Cap. 13. p. 324. verb. *durch uns confirmt, beſtættiget, und, als ain regierender Hertzog zu Oeſterreich, angenommen haben &c.* *In der Ordnung der zwœlffjæhrigen Ainung des lœblichen Bunds im Land zu Schwaben*, de dato Eſslingen, *auff Unſer lieben Frauen Abend* Purificationis, anno 1500. apud eundem l. c. Cap. 18. §. 1. 2. 3. & 4. pag. 351. & §. 5. 6. & 7. p. 352. & §. 33. p. 357. promiſcuè audit: *Ertz-Hertzog & Fürſt zu Oeſterreich*. Hæc autem non impediunt, quo minus aſſerere valeamus, ſaniorem omnium ſententiam eorum eſſe, qui, ab ætate Imperatoris hujus, originem Curiæ Styli, quoad *Archiducalem Titulum*, arceſſendam arbitrantur. Summam dictorum hactenus ut exprimam, ecce: *Fridericus I.* Imp. retulit *Auſtriae Principes* an. 1156. inter *Duces Imperii, & Archiduces Palatinos.* Imperante *Carolo IV*, *Rudolphus IV.* Auſtrius, ann. 1360. Publicè *Archiducem* ſe ſcripſit. *Fridericus III.* Imp. ſolenni Diplomate an. 1453. inſignivit omnes Auſtriacæ Domus Principes *Archiducali charactere*, quem & Ipſe, Imperatorum Primus, an. 1470. admiſit; quique ab ætate Ipſius Filii, *Maximiliani I.* Curiali ſtylo, ita invaluit, ut omnes huc usque eo ſint uſi.

(12) Hiſtoriam Auſtriacam in primis illuſtrant: *Gerhardi de Roo*, *Annales Rerum Auſtriacorum*, à *Rudolpho* Habſpurgico. usque ad *Carolum V.* Oenipont. 1592. *Johannis Jacobi Fuggeri & Sigmunds von Bircken*, *Spiegel der Ehren des Ertz-Hauſes Oeſterreich*, Norimberg. 1668. *Johannis Cuſpiniani*, *Auſtria*, Francof. 1591. *Erycii Puteani*, *Theatrum Heroicum Imperatorum Auſtriacorum*, *Ducum Burgundiae*, *& Re-*

& RegumHiſpaniarum,Bruxellis 1642. *Nicolai Vernulæi, Hiſtoria Auſtriaca*, Lovan. 1640. *Sigismundi Betulii, Oſtlændiſcher Lorbeer - Hayn. Jacobi à Mellen, Sylloge nummorum Imperialium*, vulgo *thalerorum* Imperatorum, Regum Romanorum & Archiducum Auſtriæ, Lubecæ, 1698. &c. HIER. DEZII *Script. Rer. Auſtr.* Tom. II. Lipſ. 1725. in fol.

(13) Quoad originem Sereniſſimæ hujus Familiæ, tot ferè ſunt ſententiæ, quot capita. *Albertus Argentinenſis*, ab initio Chronici apud *Urſtiſium*, p. m. 97. *Arnoldus Wiomus*, in *Ligno Vitae*, i. e. Opere, de Initiis Ordinis *S. Benedicti*, quod anno 1595. Venetiis prodiit; *Johannes Seifridus*, Zwethalenſis Abbas, in *Arbore Aniciana*, Vienn. 1613. *Petrus Lambecius*, in *Prolegomenis Annalium Auſtriacorum*, ut & lib. I. *Comment. Bibliothecae Viodobon.* §. 50. p. 49. &c. repetunt eam ab antiqua Romanorum Gente *Anicia Perleonia*. Juxta *Ottonem Friſingenſem*, lib. VI. *Chronic.* Cap. XV. pag. m. 125. deſcendunt à Comitibus *Babenbergicis*; vid. *Hemingeſius*, Part. I. *ſecundi & Tertii Regni* in *Quarta Monarchia*, p. 256. de his videas JO. WILH. HOFFMANNI Diſſertationem *Stemma Babenbergico - Auſtriacum emendatum atque illuſtratum* ſiſtentem, habitamque anno 1731. Francof. ad Viadr. *Franciſci Guillimanni* ſententia, in Opere, *de Antiqua & vera origine Domus Auſtriacae*, Mediolan. anno 1605. excuſo, orti ſunt ex *Vindoniſſæ & Altenburgi Comitibus. In Originibus Murenſis Monaſterii* proſati dicuntur à Comitibus *Thierſteinenſibus*; *Hieronymo Vignierio*, in *Stemmate Auſtriaco*, derivandi videntur ab *Erchenbaldo*, Francorum Regis, *Clodovei II.* Magiſtro Palatii, cujus poſteros *Spenerus*, in *Sylloge Hiſtorico-Genealogica*, p. m. 4. recenſet, cui ſententiæ, ut reliquis certiori, *Johannes Jacobus Chiffletius*, in *Ulteriori Deductione*, anno 1650. Antwerp. novam lucem accendit. Opinione *Johannis Stabii, Maximiliano I.* à ſcribendis Hiſtoriis. in *Genealogia Domus Auſtriacae*; *Hieronymi Gebvileri*, in *Epitome Regii exortus Caroli V. omniumque Archiducum Auſtriae*, Hagenoæ, 1534. & Lovanii 1650. *Wolfgangi Lazii*, in Commentariis in *Genealogiam Auſtriacam*, Baſil. 1564. *Johannis Gauſæi*, in *Arboreto Auſtriaco*, Colon. 1630. & *Hemmingenſis* l. c. p. 269. &c. Genitores fuere Priſci Francorum Reges; *Didacus Lequilius, de Origine antiquitate & Nobilitate Familiae Auſtriacae*, Oenipont. 1660. eodem ſanguine, cum Gente *Borbonia*, eos certos cenſet. Genealogiam horum Principum à *Julio Caeſare*, ad *Rudolphum II.* Imp. & *Philippum II.* Hiſpaniarum Regem usque, quinquaginta Generationibus deductam, edidit *Michaël Eyzinger*, Colon. 1590. Aſt, quis fidem interponat? *Johanni Raſſio* debemus *Genealogiam Archiducum, proſapiae Habſpurgicae*, Conſtant. 1594. *Johannis Hubenreichii Genealogia des Hauſes Oeſtreich*, prodiit Hanoviæ, 1597. Recentiores ſunt: *Hemingeſius* l. c. *Rittershuſius*; *Lairitz im Palmwald*, c. 1. &c. *Limnaeus, Jur. Publ.* lib. V. c. 2. p. 8. &c. *Im-Hoff, Hübner* &c. Cumprimis conf. *IO. G. ab ECCARD. Origines familiae Habsburgicae.* Lipſ. 1721. f. & *MARQV. HERRGOTTI Geneal. Dipl. Gentis Habsburg.* Vol. III. Viennæ, 1737, in fol.

(14) De *Juribus* & *Privilegiis* Sereniſſimorum Archiducum, evolvas *Lundorpium*, Tom: IV. *Actor. Publ.* lib. 3. Cap. 90. pag. 625. ad 637. *Gylmanni Deciſ.* LIV. §. 59. lib. 2. *Lymnæum*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 2. p. 27. &c. *Lunigium, Reichs* - Archiv, Contin. I. IV. *Abſatz*, §. 1. &c. & Contin. 2. V. *Abſatz*, §. 76. p. 140. &c. documenta publica ſiſtentes. Add. *Münſteri Cosmographia*, lib. 3. c. 399. *Nolden*, de *Statu Nobilium*, Cap. 8. §. 133. p. 146. & 147. *Beſoldi Theſaur.* voc. *Ertz - Hertzog*, p. 243. &c. *Johan. Georg Kieffer, de Domo Auſtriaca, ejusque Praerogativis*, Friburg. 1672. *Chriſtoph. Philip. Richter*, Diſſ. de *Juribus ac Eminentia domus Auſtriacae*, Jenæ, 1666. *Io. Henric. Felzii* diſp. de *Dom. Auſtr. Juribus, praerogativis illuſtribus.* Argent. 1721. rec. Lipſ. 1737. *Jac. Aug. Franckenſteinii*, Diſſ. de *Praerogativis & præeminentiis Dom. Auſtriacae*, Lipſ. 1727. ubi §. 1. alios ſcriptores de *eminentiis Domus Auſtriacae* adducuntur. *Andreas Ockel*, diſcurſ. *de Regali Poſtarum Jure Electorum Principumque Imperii*, p. 112. &c. Diplomata *Julii Caeſaris* & *Neronis* Imperatorum, Auſtriae Regulo data, figmenta Monachorum eſſe, *Petrarcha*, in Epiſtola ad *Carolum IV.* Imp. apud *Lambecium* lib. 2. *Comment. Biblioth. Vindobon.* C. 8. p. 962. &c. abunde demonſtrat Conf. *Tenzel, Vindic. Cenſurae Conringianae Diplomatis Lindavienſis*, Ap. 3. §. 10. p. 105.

(15) De *Praecedentia* Archiducum in ſpecie legendi: *Cruſius* de *Praecedentia*, lib. 4. Cap. VI. p. m. 620. &c. *Beſoldus* l. c. *Rumelinus*, ad A. B. Part. 3. *Diſſ.* 1. §. 10. p. 665. ibique *Mylerus*, in *Annotationib.* p. 666. *Zweyburg*, Part. I. *Theatri Praecedentiae*, Tit. 51. p. 129. & Part. II Tit. 9. p. 97. &c. *Europ. Heroldt*, T. I. Tit. II. 2. *Abſatz*, I. Punct. p. 405. &c.

(16) Inſignia ſuppeditant: *Fürſtius. in Wapenbuch*; *Theodorus Hœping* de *Jure Inſignium*, C. VI. Part. V. Paragr. I. §. 629. p. 332. &c. *Spenerus*. lib. I. *Op. Geneal.* Cap. 9. §. 18. &c. pag. 49. &c. *Im - Hoff*, *Notis, Proc. Imper.* lib. I. C. I. §. 5. p. m. 6. *Europ. Heroldt* l. c. p. 409. & 410. *Bilderbeck, Reichs - Staat* Part. 5. C. 2. §. 15. p. 122. & 123. Alii. Eſt autem Archiducatus Inſigne: *Faſcia Argentea, in Campo rubeo.*

(17) De Origine *Marchionatus Auſtriae*, Vid. ſeq. Tit. XVII. §. 23. lit. e.

10. Da-

10. Duces primò erant, qui Exercitum ducebant, ſicut & Hertzog, quaſi *ein Herr des Zugs*; (*a*) Hodiè, Dux Imperii, (*b*) eſt Princeps Imperii, qui de Ducatu ab Imperatore eſt inveſtitus, & Votum & ſeſſionem in Comitiis habet. Sivè, in ſenſu latiori: Dux, eſt Princeps, cui ab Imperatore Ducalis dignitas, electione vel conceſſione Ducatus, confertur. Nugatorium eſt, quando dicunt, Ducem fuiſſe, qui duodecim Comites ſub ſe habuit. (*c*) Bœcler, in Notit. lib. 7. cap. 5. pag. 115. Duces, (*d*) qui in ſimplici titulo Ducis perſtant, ſunt: Duces Saxoniæ, (*e*) Bavariæ, (*f*) Brunſuicenſes, ac Luneburgenſes, (*g*) Bremenſes, (*h*) Verdenſes, (*i*) Pomerani, (*k*) Wurtenbergenſes, (*l*) Mechlenburgenſes, (*m*) Holſati, (*n*) Lauenburgici, (*o*) Sabaudiæ, (*p*) Lotharingiæ, (*q*) qui duo poſteriores, ob ſitum Ditionum, rationes ſuas ferè à Germania ſeparatas habent, & Anno 1670. Rex Galliæ, in Ducem Lotharingiæ arma, ne denunciato quidem ante bello, convertit, miſſo Duce Franciſco Crequio, qui ſubito totum ſubegit Ducatum, ipſum Ducem in captivitatem abducturus, niſi opportunè effugiſſet Prætendebatur, Pacis Pyrenææ capita Eum violaſſe, Militem aluiſſe, & de damno, Gallo inferendo, cum hoſtibus Regis,. conſilium iniiſſe. Quo prætextus belli etſi Lotharingus ſolidè diluiſſet, Cæſarque ac Ordines Imperii, apud Regem, reſtitutionem graviter intercedentes urſiſſent; Ducatus tamen in formam Provinciæ Gallicæ redactus eſt. Vid. Continuat. nova Theatri Hiſtorici Chriſtiani Matthiæ, pag. 18 Et, cum in Pace Neomagenſi, 1679. Duci Lotharingiæ, Carolo, Pacis conditiones, (*r*) à Gallo præſcriptæ, iniquæ viderentur, maluit adhuc is Ducatu carere, quam in illas conſentire, Vid. Dict. Continuat. pag. 27. circa medium.

N O T Æ.

(*a*) *EIN HERR DES ZUGS*; Comprobant Etymologiam, à *ductu exercitus* deſumptam, *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Hertzog*, p. m. 379. *Borcholt*, de *Feudis* Cap. 5. §. 31. *Udalricus Zaſius*, de *Feudis* Cap. 5. *Hottomannus*, in *Lexico Feudali*, voc. *Duces*; *Speidelius*, voc. *Hertzog*, p. m. 487. *Spelmannus*, Gloſſar. voc. *Dux*, p. m. 187. Ill. *Schützius*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VIII. §. 6. lit. c. p. 625. &c. *Cluverius*, *German. Antiqua*, lib. I. c. 46. & 48. p 367. *Reinkingius*. de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. I. Claſſ. 4. Cap. 12. §. 2. & 3. p. 390. *Vultejus*, de *Feudis*, lib. I. Cap. 4. §. 14. p. 47. *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. IV. Cap. 3. §. 1. &c. p. 9. & 10. Hœping. de *Jure inſignium*, Cap. 22. §. 83. & 84. p. 1021. *Hachenbergius*, in *Germania Media*, Diſſ. IV. de *Re militari veterum Germanorum*, §. 6. *p.* 112. *Conringius*, de *Republ.* Diſſert. IV. de *Ducibus & Comitibus Imperii*, §. 4. p. m. 152. Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. 2. Cap. 7. §. 8. p. 820. &c. Ill. Dn. *Stryck Exam. Jur. Feud.* Cap. 5. §. 13. Alii.

(*b*) DUX IMPERII; Eandem definitionem ſuppeditant: Compilator *Juris Feudalis*, 2. F. 10. vid. Procem. hujus Tituli, lit. a. p. Illuſtr. Dn. *Schützius* l. c. p. 626. *Vultejus* l. c. *Reinkingius* l. c. §. 4. *Boeclerus*, *Notit. Imp.*. lib. 7. C. 3. p. 160. Dn. *Fritſchius*, *Manual Jur. Publ.* voc. *Duces*, *p.* 162. Dn. *Schwederus* l. c. §. 10. p. 822. alii multi. Sunt, qui hoc modo, obſcurum per æquè obſcurum, explicari dicunt; eò quod ignorans, quid *Dux* ſit? ſimul non intelligat, quid ſit *Ducatus*? & rectius definiri *Ducem*: quod ſit *Status*, *dignitate*, *Regali proxima*, *praeditus &c.* Verùm, licet negari nequeat, *Ducem* ita quoque deſcribi poſſe, tamen non video, multum lucis ignorantibus, per hanc definitionem, afferri; cum ignorans quid *Dux* ſit? procul dubio nec intelligat, *quid ſit Rex*? multoque minus, quid *Dignitas Regali proxima*.

(*c*) XII. COMIT*ES* SUB *SE* HABUIT; Olim hæc ita ſe habuiſſe, auctoritate *Annalium Franciorum*, apud *Reuberum*, ad an. 748, pag. 16. probari poteſt, ibi: *Taſſilonem in Ducatum reſtituit*, *domumque reverſus*, *Grifonem*, *DUCUM MORE*, *XII. COMITATIBUS donavit*; Quæ *Adelmus*, an. eod. apud *Freberum*, Tom. II. *Rer. Franc.* pag. 383. & *Annales Pithœani*, ad an. 750 pag. 5. & *Lambeciani* ad an. 749. lib. 2. Commentar. de *Bibliotheca Vindobonenſi*. Cap. V. p. 369. & *Fuldenſes*, apud *Freberum*, *T. I. Rer. German.* ad an. 750. p. 3. *Regino*, ad an. 748. *Hermannus Contractus*, ad an. 750. apud *Urſtiſium*, pag. m. 297. *Sigebertus Gemblacenſ.* an. 748. *Conradus Urſpergenſ.* p. m. 123. *Chronographus Saxo*, ad an. 749. pag. 114. & 115. *Annales Hildeneshemenſes*, ab. an. 714. ad 1138. deducti, ad eundem annum 749. apud Ill. Dn. *Leibnitzium*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* p. 711. *Albericus*, *Monachus trium fontium*. an. eod. p. m. 86. & ad an. 752. pag. 90. (ubi duodecim iſtos, Comitatus non in *Neuſtria*,

ſed

Digitized by Google

ſed in *Alemannia*, ſitos perhibet) &, ex Recentioribus, *Petrus Pithœus*, in Obſervationibus de *Comitibus Palatinis*, apud *Freherum*, Part. I. *Originum Palatinarum*, p. 2. confirmant. Aliud teſtimonium ſubminiſtrat Auctor *Vitae Ludovici Pii*, vulgò Lib. V. *Aimoini*, Cap. XI. apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Franc.* p. 459. *Cum igitur Conventus habitus eſſet publicus, Aquiſgrani --- Baldrico, Duci Forojulienſi, dum objiceretur, & probatum eſſet, ejus ignavia & incuria, vaſtatam, à Bulgaris, Regionem noſtram, pulſus eſt Ducatu* (ac Imperatore) *& in TER QUATUOR COMITATUS eſt ejuſdem poteſtas diſſecta &c.* ita *Pithœus* l. c. & lib. 1. *Adverſar.* Cap. 8. cum alii legant: INTER QUATUOR. Eodem fortè reſpicit, quod apud *Adamum Bremenſem* lib. I *Hiſt. Eccl.* C. XXXIV. pag. m. 29. occurrit. *Saxonia à Danis vaſtata eſt, vel Nordmannis Bruno Dux occiſus, cum aliis XII. Comitibus*; eadem repetente Helmoldo, lib. I. *Chron. Slav.* Cap. VII, p. 23. *Tunc etiam Saxonia vaſtata eſt à Northmannis, ſive Danis. Bruno. Dux, occiſus, cum XII. Comitibus &c.* Quamvis in citatis *Annalibus Fuldenſibus*, ad an. 880; p. 43. non niſi XI. recenſeantur: *In Saxonia, cum Nordmannis, infeliciter dimicatum eſt. Nam Nordmanni, ſuperiores exiſtentes, duos Epiſcopos, quorum iſta ſunt nomina; Thiotrih* (Ditericus) *& Marcwart; & XII. Comites, his nominibus appellatos; Brun, Ducem & Fratrem Reginæ* (Ludgardis, Ludovici II. Germaniæ Regis, Conjugis) *Wigmannum, Bardonem, alterum Bardonem, & tertium Bardonem, Thiotherium, Gerricum, Liutolfum, Folcwartum, Avan, Thiotricum, Liutharium, cum omnibus qui eos ſequebantur, occiderunt &c* Hic, præter *Brunonem Ducem*, undecim duntaxat *Comites* enumerantur. Nec aliter *Annales Pithœani*, an. eod. p. 103. Hoc autem nequaquam perpetuum fuiſſe, ex fragmento *Ilminenſis Chronici*, T. IV. *Lectionum antiquarum Caniſii*, diſcimus, ubi Noricorum Principi *novem Comitatus, Pippini* ætate, in Bavaria ſubfuiſſe, memoratur, quod & Dn. *Hertius*, in Diſſ. de *Origine & progreſſu ſpecialium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum*, §. IV. pag. 10. obſervavit. Multo Magis ad juniora tempora *duodenarius Comitum numerus*, nugatoriè transfertur; adeoque cum grano ſalis accipienda, quæ *Lehmannus*, lib. II. *Chron. Spir.* Cap. 16, p. 81. affecta Jll. *Schurzio* l. c. p. 626: tradit; *Zum andern, wird es* (Vocabulum *Hertzog*) *gebraucht, für einen hohen Stand und Officirer des Reichs, der dem Kœnig, und dem Reiche Treu und Hold geſchworen, und von denſelben eine gantze Provintz, oder Landſchafft, als Beyern, Sachſen, Francken, oder Alemannien, zu Leben und Verwalten getragen, der jedem XII. Graffen, als Gehülffen der Regierung, vom Kœnig und dem Reich, zu-*

Pfeffingeri *Vitr. Jll.* Tom. II.

geordnet worden &c. Firmant meam ſententiam. *Joh. Iſaacus Pontanus*, lib. VI. *Originum Franc.* c. 13. *Gryphiander de Weichbildis*, Cap. 27, §. 11. p. 68. *Bœclerus* l. c. p. 160. *Friſchius*, ad *Limnæum*, lib. IV. Cap. 3, §. 21. p. 128. *Schilterus*, ad *Cod. Jur. Aleman. Feudal.* Cap. 18. §. 1. p. 149. alii.

(*d*) DUCES &c. Quatenus diſtinguuntur à *Principibus*, ſimpliciter ita dictis, charactere quodam eminentiori; quo reſpectu, Archiepiſcopatus *Bremenſis* & *Magdeburgicus*, per formulam Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, in *DUCATUS*, Epiſcopatus verò: *Halberſtadenſis, Mindenſis, Caminenſis, Verdenſis, Razeburgicus, Suerinenſis &c.* cum Abbatia *Hirſchfeldenſi*, ſaltem in *Principatus*, mutati. Vid. Dn. *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. I. T. XVII, §. 1. p. 263.

(*e*) DUCES SAXONIÆ; Inſerviunt cognitioni Hiſtoriæ Ducum Saxoniæ: *Alberti Cranzii, Saxonia*, quæ primum an. 1520. Coloniæ prodiit; *Georgii Fabricii, Origines ſtirpis Saxonicæ*, ex recognitione *Nicolai Reuſneri*, qui Principum imagines adjecit; Jenæ, 1598. *Davidis Chytraei, Chronicon Saxoniae*, Edit. Lipſ. 1597. poſtea auctius, Lipſiæ, 1628. *Cyriaci Spangenbergii, Saechſiſche Chronica*, Francofurti, 1595. *Georgii Spalatini, Chronicon Saxonicum*, apud *Hortlederum, von Urſachen des Teutſchen Kriegs; Balthaſaris Mencii Hiſtorica Narratio de Septem Electoribus Saxoniæ, & uno Pro-Electore, qui Academiam Wittebergenſem condiderunt, fundarunt, & Privilegiis ditarunt &c.* Wittebergæ, 1611. *Martini Zeileri Topographia Saxoniae Superioris*, Francof. 1650. *Johannis Sebaſtiani Mülleri Annales des Chur-und Fürſtlichen Hauſes Sachſen*, Vinar. 1700. Anonymi *Saechſiſche Merckwurdigkeiten, oder vollſtændige alte, mittle und neue Hiſtorie von Sachſen*, Leipz. 1724. in 4. Jll. Dn. *Ad Frid. Glafeys Kern der Geſchichte des Hauſes zu Sachſen*, 8. 1721. De Satoribus modernorum Ducum Saxoniæ, Veteribus ſcilicet Miſniæ Marchionibus, multa tradunt. *Ditmarus*, in Chronico; *Auctor* Fundationis *Cœnobii Bigaugienſis*; *Chronicon Montis Sereni*, Edit. Mader. 1665. *Michaël Bojemus*, in Vita *Alberti III.* Animoſi, *Ducis Saxoniae*, anno 1698. à Dn. *Schurzfleiſchio* à mendis repurgata, quæ inter Diſſertationes ejus Academicas vigeſimum locum occupat; *Petri Albini Meiſſniſche Land-und Berg-Chronica*, Dresd. 1689. *Wolfgangi Krauſii Meiſſniſche Chronica, nebſt Michaël Beuthers Bericht, wovon die Marggraffen von Meiſſen herkommen?* Lipſ. 1576. *Georgii Fabricii*, Libri VII. *Rerum Miſnicarum*, Lipſ. 1660. *Reineri Reineccii* Tract. de Miſenorum origine, rebus geſtis, mutationibus variis &c. *Wolfgangus Lazius*, lib. IX. de *Migrationibus Gentium*; *Maderi* Præfatio *Chronici Montis Sereni*, qua variæ Marchionum Miſniæ Genealogiæ exhi-

e

Digitized by Google

(o) LAWENBURGICI, *Henricus Baſſe*, Ballenſtadienſis Prior, conſcripto, ex Sereniſſimi Principis Anhaltini, *Rudolfi*, una cum Fratribus *Woldemaro* & *Georgio*, documenta ſubminiſtrantis, mandato, *Genealogiarum Illuſtrium Principum dominorum in Anhalt Panegyrico*, ab Epiſcopo Brandenburgenſi, *Hieronymo*, in Arce, *Zigeſer*, perlecto, emendato, & an. 1519 in lucem edito; &, poſt eum, *Erneſtus Brotuffus*, tunc Civis Merſeburgicus, in *Genealogia und Chronica des Durchlauchten Hochgebohrnen Kœniglichen und Fürſtlichen Hauſes der Fürſten zu Anhalt, auff 1055. Jahr, in VI. Büchern beſchrieben, mit einer Vorrede Herrn Philippi M. lanthon, gedruckt zu Leipzigk, durch Jacobum Berwaldt, an.* 1556 *Petrus Albinus*, in Carmine, an 1585. in feſtivitatem nuptiarum *Augusti*, Saxonum Electoris, cum *Agnete Hedwig*, *Joachimi Erneſti*, Principis Anhaltini, filia, condito *Bartholomæus Clamorinus*, *in der Hiſtoriſchen Beſchreibung des Fürſtlichen Anhaltiſchen Stamms*, an. 1587. Dreſdæ typis vulgata; *Henningeſius*, Part II. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 163. &c *Daniel Mithobius*, mandante Duce Lauenburgico, *Julio Henrico*, emiſſo Tractatu an. 1629. cui titulus: *Kurtzer Hiſtoriſcher Bericht, wie die Vorfahren jetziger Hertzogen zu Sachſen, Engern und Weſtphalen, umb die Sæchſiſche Chur-Gerechtigkeit kommen &c* *Martinus Milagius*, Cancellarius Deſſavio-Anhaltinus, in *Vindiciis Anhaltinis* an. 1648. prelo ſubditis; *Limnæus*, L. V. *Jur Publ.* Cap. 3. p. 69. &c. *Gabriel Bucelinus*, in *Notitia Genealogica Germaniæ*, pag. 65. &c. *Spenerus*, in *Sylloge Hiſtorico-Genealogica*, pag 755. &c. *Lairizius*, *im Palmwald*, Tab. 13, §. 7. &c. p 612. &c. *Caſpar Sagittarius*, in *Hiſtoria Anhaltina*, an 1686. diſſertationis loco, ventilata; *Becmannus* in *Hiſtoria des Fürſtenthumbs Anhalt*, de An. 1710. Part. V. Cap. 2. p. 3. &c. *Hübnerus* Tabb. Geneal. §. 233. aliique Anhaltinarum Rerum perſcrutatores, non ſine fundamento, repetunt *Lauenburgenſium Ducum* originem à Gente *Aſcania*; licet illi, qui à *Bernthobaldo* quodam, *Harciniæ*, *Aſcaniæ* & *Ballenſtadii*, ut fingunt, Domino, ex duodecim Tetrarchis in Saxonia creato Duce Militiæ, cum *Theodoricus*, Auſtraſiæ Rex, Saxones, contra Thuringos, in auxilium vocaret; ne dicam ab *Aſcenazo*, *Japheti* Nepote, quod omnino abſurdum: aut ab *Eſicone*, *Ballenſtadii* Comite, (cujus *Hamelmannus*, in Tract. de *Ducum & Principum Saxoniæ Inferioris atque Weſtphaliæ Genealogiis*, de an. 1. 2. ſtatim ab initio, voc. *Anholt*, tanquam conditoris Arcis *Anholt*, an. 445 meminit,) Gentis derivant primordia, literarum pariter monumentis, & auctoritate coæva, deſtituantur; quæ duo Jll. *Conringius*, in Notis ad *Lampadium*, Part; 3 C. 4 §. 24 p. m. 189. jure meritoque in omibus Genealogiis, ab anno Chriſti 524 deductis, deſiderat; tantæ ſanè antiquitatis Stemmata Vanitatis meræ vel adulationis documenta ſunt. Vid Jll Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imperii* L. 4. C. 10 §. 1 p 207. & 208. Minus dubii, ſatisque Gloriæ Tabulis eſſe reputo, ADALBERTUM Comitem, *Nuwenburgenſis* Cœnobii Advocatum, Caput Familiæ exhibentibus, de quo mentio, in Charta *Henrici IV.* Imp. an 1063. apud Dn. *Heineccium*, L I, *Antiquitatum Goslarienſium*, ad h. a. p. 74. ut & in alia, qua ipſemet circa an 1073. Præpoſituram Ballenſtadienſem Cœnobio ibidem contulit, apud Dn. *Becmannum* l. c. Part 3, L 4. C. 2. § 12. p. 433. nec non in Diplomate *Hermanni* Anti Cæſaris, An. 1083. Halberſtadenſi Eccleſiæ dato, ib. Lib. I, C. 1, §. 3. p. 72. occurrit.

v. (2) OTTONEM, cognom DIVITEM, Filium Ejus, *Ballenſtadii* Comitem, celebrat hec ipſum *Hermanni* diploma, verb: *Situm in Villa Barbislevo, in Pago Suevico, in Comitatu* OTTONIS, *FILII ADALBERTI COMITIS*

Duxit Uxorem *Otto* hic *Eilicam*, ultimi Saxoniæ Ducum *Billingicæ* ſtirpis, *Magni*, filiam, teſte *Helmoldo*, lib. I, *Chron. Slav.* Cap. 35. p 89. *Mortuus eſt poſthæc Dux Saxoniæ, Magnus, & dedit Cæſar Ducatum Ludero Comiti, eo quod Magnus non haberet Filium, ſed Filias: quarum una, Eilicke nomine, nupſit Ottoni, Comiti de Ballenſtede, genuitqꝫ ei Adalbertum Marchionem, cogn. Urſum. Altera verò Filiarum, Wulffildis nomine, data eſt Duci Bavariæ, Catulo, quæ peperit ei Henricum Leonem &c. unde ſua Albertus Stadenſis*, ad. an. 1106. pag. 150. *Paulus Langus*, Coron. *Citiçenſ.* apud *Piſtorium*, pag. m. 785. *Conradus Botho*, in *Chronico Pictu-*

 rato

rato Brunſuic. apud Dn. de *Leibnitz*, *T.* 3. *Rer. Brunſuic.* ad an. 1099. pag. 331. & ad an 1108. pag. 333. *Albertus Krantz*, lib. V. *Saxon.* Cap. 25. aliique. In diplomate *Conradi III.* Imp. quo an. 1145. Corbejenſi Cœnobio donationem quandam confirmat, apud *Schatenum*, lib. VIII. *Annal Paderborn.* ad an. 1145. p. 763. audit *Marchioniſſa*, ibi: *Notum eſſe volumus, qualiter Elicha Marchioniſſa piſcationem quandam apud Houcwar, ab Anteceſſore Noſtro, Imperatore Ludowico, Cœnobio Corbejenſi collatam; ſed, per inſolentiam temporis, ab eadem Eccleſia alienatam, aſſenſu Filii ſui, Adelberti Marchionis, vivente Prædeceſſore noſtro, Imperatore Lothario, prædictæ Corbejenſi Eccleſiæ remiſit, & reſignavit, quam remiſſionem, ſive reſignationem, Nobis, apud Corbejam, ſolennem Curiam celebrantibus, præfatus Adelbertus Marchio —— confirmavit, ut eandem piſcationem, aſſentiente Filio ſuo, Ottone, Marchio, coram Nobis, omninò exfeſtucavit &c.* Sic *Annales Corbejenſes*, ad an. 1133. apud Dn. de *Leibnitz*, T. 2. *Rer. Brunſuic. p.* 307. *Henricus, Bajoariæ Dux, tenuerat hactenus cum Elika Marchioniſſa, & filio ſuo, Adelberto, piſcationem in Wiſarah, quam Lotharius Auguſtus Corbejæ reſtituit integram &c.* Monacho *Weingartenſi*, Chron. de *Guelfis Principibus*, Cap. X. apud eundem l. c. T. I pag. 785. corruptè *Alicuga* vocatur, ibi: *Sophia, ex Duce Maginone*, (Magno) *quatuor filias habuit: Wulfildem noſtram*, (Henrici Nigri, Bojorum Ducis, conjugem) *Alicugam, Matrem Adelberti, Marchionis de Saxonia &c.* Deceſſit *Eilica* an. 1142. Vid. *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 296. *Obiit — Elica Comitiſſa &c.* & *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. 163. *Eilica, Mater Alberti, filia Ducis Saxoniæ, Magni, obiit*, & *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. p. m. 17. *Eylika Comitiſſa*, obiit &c.

Ab *Henrico V.* Imp *Ottonem* noſtrum *Vandalica Provincia Ducatu* auctum, perhibet Jll. Dn. *Coccejus Juris Publici Prudentia*, Cap. 3. Sect. 5. §. 73. p. 73. & Cap. 12. §. 7. p. 220. Anno 1112. Ducatus Saxoniæ, *Lothario* abjudicatus eidem commiſſus legitur, brevi tamen poſt *Lothario* reſtitutus; Vid. ſeq. §. XI. *Catalog Ducum Saxon.* Vita *Lotharii, v.* 5. *an* 1116. *Otto, Comes de Ballenſtede, cum LX. de Theutonicis, vicit duo millia & octingentos de Slavis, in loco, qui Cothine dicitur, ex quibus ibidem corruerunt mille ſeptingenti & amplius*, 5. *Id. Febr.* Sunt verba *Chronographi Saxonis*, h. a. p. 284. Conf. *Chronicon Magdeburg.* apud *Meibomium*, *T.* 2. *Rer. German. p.* 324. in vita *Adelgoti* Archi Epiſcopi. *Albertus Crantzius*, Lib. V. *Saxon.* Cap. 36. *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuic.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom, 3. pag 335. rectius hanc victoriam in an. 1115. refert, ſcribens ad h. a. *De Wende van Brandeborch de hadden ock eyn grot Here, unde wolden dem Keyſer hebben to Hulpe gekomen, unde Greve Otto van Ballenſtidde unde Soltwedel, de hadde ock Volck bey einander, des loch mit oen ock ein Stryd, mit ſeſtich Helmen, by Kœten, der Wenden was elff duſent, der bleyff en Duſent, ſeven Hundert, dot unde gefangen. Alſo wunnen de Saſſen twey Hovet - Stryde upp einen Dach; Hertoghe Luder, dem Keyſer, vor dem Wulpesholte, unde Greve Otto, to Kœten, den Wenden van Brandenboreh &c.* ita quoque *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Coſmodromii* Cap. 58. pag. m 267. *Dum bellum prope Welpesholt ſupra dictum in Saxonia commiſſum fuit, eodem die Principes, qui Saxonibus in auxilium venerant, debellabant Sclavos paganos, prope Kœthene vicum &c.*

An. 1123 depoſuit tandem exuvias mortales, teſte *Chronographo Saxone* h. a. p 286. *obierunt: Lodewicus Comes*, (Thuringiæ) *Monachus factus, & Otto, Comes de Ballenſtede &c.* Conf. cit. *Henricus Baſſe*, in *Panegyrico Genealogiarum illuſtrium Principum in Anhalt*, Part. V. *Conſummatus in ſenectute bona, obdormivit in domino, ſepultus cum Patribus ſuis in Oratorio Monaſterii ſui Novi, anno domini* 1123 &c. eadem repetente Dn. *Becmanno*, Part V. *Hiſtor Anhalt.* lib. I; Cap. IV. § V. p. 23. ſequentem annum 1124. mavult *Conradus Botho* l. c. ad h. a pag. 337. *In düſſem Jare ſtorff Greve Otto to Ballenſtidde, unde do wart de Greveſchop to Ballenſtidde, eyn Ebbetye. &c.*

Dantur ei Filii quinque (1) *Theodoricus*, Comes de *Plœtzke*, & Burggravius Magdeburgicus; (2) *Hilpericus*, Com. de *Plœtzke*, teſte *Chronographo Saxone*, ad an. 1119 pag 285. hoc ipſo anno extinctus: *Helpericus, Comes de Pl.zeke, & Hermannus Comes, Advocatus Magadaburgenſis Eccleſiæ, obierunt &c.* Cujus Filium, *Conradum*, idem celebrat, ad an. 1130 pag. 288 *Marchia etiam Septentrionalis tradita eſt Conrado, Filio Helperici de Plozeke &c.* Quæ *Marchia* hic intelligenda ſit, docet Jll Dn. de *Leibnitz*, in *Introductione* in *Collectionem* Tomi II. *Scriptorum*, *Hiſtoriæ Brunſuicenſi inſervientium*, §. *XXV. p* 26. *Sic, per errorem, nata eſt Marchia Stadenſis, cum Marchiones Septentrionales, id eſt, Brandeburgici, quæ Marchia procul Stada, ſimul Stadam haberent, ibique ſubinde habitarent &c.* Illuſtrat hæc *Albertus Stadenſis*, ad an. 1130 p. m. 156. *Principatum Henrici Marchionis ſuſcepit*

Con-

Digitized by Google

Conradus, filius avunculi ejus &c. Fuit autem hic *Henricus filius Ludegeri, ſeu Udonis,* Marchionis, qui an. 1101. *Brandeburgum* ſui juris fecit; ita ſane *Chronographus Saxo*, ad an. 1101. pag. 278. *Udo Marchio, & alii plures Saxonum, Barbaros, qui Luitici vocantur, invaſit, & Urbem, quæ Brandeburch dicitur, obſedit, & honorifice cepit &c* Conf. *Chytræi Saxonia* lib. I, pag m. 38 *Chronicon Carionis*, lib. 4. pag 542. ubi tamen res confunduntur, verb: *Es hat aber dieſe Marck (Brandenburg)* Udo, *Graff zu Soltwedel, mit Hülff Keyſers* Cunradi *des* III *und des Ertz-Biſchoffs zu Magdeburg, endlichen wieder ein bekommen &c.* certè diu antea hæc contigerant; ſed pergit *Chronographus Saxo* ad an. 1104 pag. 279. *Principes Saxoniæ contra Udonem Marchionem, congregantur, & Alesleve obſident. Patria, ab utraque parte, nimio incendio vaſtatur &c* rurſus ad an. 1107 p 281. *Ludegerus Marchio, qui & cognomine Udo, habita conventione cum Magno Duce, & Bremenſi Epiſcopo, vehementi infirmitate, repente cepit laborare; qua ingraveſcente, ad locum, qui dicitur Roſſcvelden, deportatus, ibi vitam finivit. Rudolfo, Fratri illius, commiſſa eſt Marchia per octo annos, ab Heinrico Rege, ut nutriret Filium ejus, Heinricum &c.* quamvis rectius *Albertus Stadenſis* hæc, anno 1106. utpote quo *Magnus*, Dux Saxoniæ, cujus hic mentio fit, ad plures abiit, vindicet, p. 150. *Eodem anno* (1106) *Luidgerus Marchio, qui & Udo, habita conventione cum Magno Duce, & Friderico, Bremenſi Epiſcopo, vehementi infirmitate repente cœpit laborare, deportatusque Herſenvelde, ibidem obiit &c.* Ad annum 1115 pergit *Chronographus Saxo*, p. 284. *Rudolphus Comes remiſit Heinrico, filio fratris ſui, Marchiam, expletis octo annis,* & ad an. 1124. pag. 286. *Rudolfus Marchio obiit &c.* diem obitus exprimit *Albertus Stadenſis* an. eod. pag. 155. *Rodolfus Marchio, obiit 8. Idus Decembris &c.* de morte ipſius *Henrici*, hæc apud *Chronographum, Saxonem*, ad an 1128. p. 287. *Heinricus Marchio, Filius Udonis Marchionis, obiit &c* corrigendo hinc *Alberto Stadenſi.* jam ad annum 1123. pag 155. ſcribente: *Heinricus Marchio, puer, veneficio interiit.* Verum licet ſit, quæ de *Friderico* Comite Stadenſi, annectit: *Quo* (Henrico puero) *defuncto, Comitatum Stadenſem, quem prius Fridericus habuit in adminiſtratione, obtinuit, per pecuniam, ab Archi Epiſcopo* (Bremenſi) *Alberone, in Beneficio.* Obveniſſe verò poſtea *Henrici* Marchiam, *Conrado, Helperici* noſtri filio, adductis *Chronographi Saxonis* ad an. 1130. & *Alberti Stadenſis*, ad eundem annum, teſtimoniis nititur. Quem exitum *CONRADUS* habuerit, ex eodem diſcimus *Chronographo*, ad an. 1133. pag. 289. (Lotharius) *Rex celebravit Natalem Domini in Italia, apud Caſtrum, quod dicitur Medicina, & Conradus, Marchio de Plozeke, poſt feſtivos dies, in obſequio ejusdem Regis pergens, ſagitta transfigitur, ſicque egregius juvenis, heu, immatura morte, obiit, cujus corpus, in Patriam delatum, commendatum eſt terræ, in Kakelinge,* (Hekelinge) *cum Parentibus ſuis &c.* nec aliter *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. pag. 12. *Conradus, Marchio de Plœzke, in Italiam cum Rege pergens, ſagitta transfigitur, cujus corpus, in Patriam delatum, ſepultum eſt Kakelinge, cum Parentibus ſuis &c.* & *Albertus Stadenſis*, ad an. 1132 p. 156. memor Cæſareæ Expeditionis in Italiam: *In hac Expeditione, Conradus Marchio interiit &c.* (3) *Henricus*, (4) *Wernerus*, (5) *Albertus Urſus*, de quo mox plura. De Filiabus, legas Dn. *Becmannum* l. c. §. IX. p. 25.

v. (3) ADELBERTUS, ſeu ALBERTUS, cogn. URSUS, *Ottonis Divitis & Eilicæ* Filiorum natu minimus, (ſanguinis vinculum probante *Helmoldo*, verbis ſub *Ottone Divite* modò prolatis) cæſis in bello Bohemico, *Lotharii* Imp. copiis, captivitatem ſubiit an 1126 ita *Otto Friſingenſ.* lib. 1. de *Geſtis Friderici I.* Imp. Cap. XXI. pag m. 418. *Inter cæteros, Nobiliſſimus Marchio Saxoniæ, Albertus, captus fuerat &c* nec aliter *Chronographus Saxo*, h. a p. 286. & *Albertus Stadenſis*, an. eod. pag. 156. & *Dubravius*, lib. XI. *Hiſt. Bohem.* p. m. 85. ubi adhuc clarius: *Capti autem ſunt: Albertus, Brandenburgenſis Marchio, cum Præſule quodam Germano &c.*

An. 1129. *Adalbertus Marchio, Hildesburch, quadam nocte cepit & combuſſit &c* Hæc *Chronogr. Saxon.* h a. p. 287.

An. eod. teſtis occurrit *Adelbertus Marchio*, in Diplomate *Lotharii* Imp. quo venditio curtis *Abbenrod*, in Pago *Hartingo*, confirmatur, apud *Maderum, Antiq. Brunſuic.* p. 229.

An. 1130. *Udo, Comes de Franckenleve, ab hominibus Adalberti Marchioni, occiſus eſt &c.* Vid. Chronogr. *Saxo* h. a. pag. 288.

Anno 1134. defuncto ex fratre nepoti, *Conrado*, ſurrogatur in *Marchia Septentrionali*, ſeu *Stadenſi*; vid. *Chronogr. Saxo* h a. pag. 290. *Adelbertus Comes ſuccedit Conrado Marchioni &c.* & *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. pag. 12. *Adelbertus Comes ſucceſſit Conradus Marchioni &c.*

An. eod. Suggerente Marchione Adelberto, recipit

pit

Digitized by Google

pit laudatus Imperator, *Lotharius*, Negotiatores de *Quitelineburgk* ſub tutelam Imperialem; Vid. *Maderus* l. c. pag. 231.

An 1137. Elato funere *Lotharii*, magnam *Albertus* noſter litem, *Ducatus Saxoniæ* intuitu, intendit *Henrico* Magnanimo, Saxonum Bojorumque Duci. Summa eſt: *Conradus III.* Imp recens electus, totis viribus cauſam *Alberti* propugnans, abjudicat *Henrico* Ducatum quæſtionis, eumque transfert in *Albertum*, hoc reſpectu *Ducales* quoque *titulos* uſurpantem. vel Diplomate teſte, *Adelberti*, Moguntini Præſulis, ſub dato *Ruſtiberc*, 10. Kal. Junii 1139. Eccleſiæ *S. Johannis* in *Katelenburch*, conceſſo, apud Dn. *Leuckfeldum Antiquit. Walckenredenſ.* Cap. XIII. lit u. pag. 253. in quo, teſtes inter, occurrit: *Adelbertus, Dux Saxoniæ*, alioque, quo *Conradus III.* an. 1140. *Aſtenſibus* cudendæ monetæ privilegio proſpexit, apud Dn. *Tolnerum, Cod. Dipl. Palat. §. XLIX. p.* 43. ibi, rurſus inter teſtes: *Conradus, Dux Carinthiæ; Adelbertus, Dux Saxoniæ; Thiepoldus Marchio &c.* Saxones contrà inde commoti, jura *Henrici* tuentur, *Albertumque* Comitatu pariter & Marchia ejiciunt. Bello tandem finem impoſuit *Francofurtenſis Transactio*, anno 1142. qua confirmatus *Henrico Leoni, Henrici* Magnanimi filio & heredi, *Saxoniæ Ducatus*, viciſſimque reſtituta *Alberto* Marchia, Novâ inſuper, ab obitu ſcilicet *Henrici* anno 1141. vacuefactâ, aucto. A quo tempore Marchio *Ducali* encomio abſtinuit. Vid. ſeq. § XI. *Catalog. Ducum Saxoniæ*, in Vita *Henrici Superbi, & Henrici Leonis*, ad annum 1137. &c *Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, an. 1142. pag. 473. verbis præced. Tit. 2. §. 10. lit. d an. eod. p 124. occurentibus; *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. 163. ſcribens: *Albertus Marchio revocatus eſt in gratiam Principum, & recepit omnia ſua, Comitatum & Marcam --- Conradus Rex venit in Saxoniam, & Principes pacificavit &c.* Quæ de *Marchia Henrici*, in *Albertum* collata, dixi, probant: *Conradus Botho*, cit. *Chron. Picturato Brunſuic.* ad an 1141. apud Dn. de *Leibnitz* Tom. 3. pag 341. *Ock ſo ſtarff Marggreve Hinrick to Brandeborch, do wart dem Keyſer de Marcke los &c.* & ad an. 1142. pag. 342. *Do Marggreve Hinrick to Brandenborch dot was, do kam Keyſer Cunradus, unde belech de Marckegreve Albert van Soltweddel, unde makede de Frede umme dat Hertogedom to Saſſen &c. & Crantzius* lib. VI. *Saxon* Cap. VIII. *Moriens ſine hærede Henricus, Marchio Brandenburgenſis, locum fecit novo Beneficio, cum Feudum vacaret Imperatori. Conſulit ergò Conradus Rex Alberto, Comiti do Balenſtede, ſive de Anehold, Marchionatum amedictum.* Quis fuerit *Henricus*? docet, *Fragmentum Vetuſti Chronici Brandenburgenſis*, ſub finem Seculi XIII. ſcripti, apud *Maderum, Antiquitat. Brunſuic.* pag 274. mentione facta *Suigeri*, Brandenburgenſis Epiſcopi: *Hujus temporibus fuit in Brandenburg, Rex Henricus, qui ſlavicè dicebatur PRIBEZLAUS, qui, Chriſtianus factus, idolum, quod in Brandenburgh fuit, cum tribus capitibus, quod Tryglau ſlavicè dicebatur, & pro Deo colebatur, & alia idola, deſtruxit, & idololatriam, & ritum Gentis ſuæ, deteſtans, cum Filium non haberet, Adelbertum Marchionem, dictum Urſum, hæredem ſui inſtituit Principatus &c.* Add. *Chytræus*, lib. I. *Saxon.* pag. m. 38. mentione facta *Udonis III. cum biennio ante Imperatoris Henrici IV. obitum, conſpirationem adverſus Imperatorem, cum Epiſcopis & Principibus Saxoniæ, feciſſet, permiſſu Imperatoris, Pribislaus I. in littore Balthico Rex Henetorum & Obotritorum, ut à ſuis Majoribus amiſſas Henetorum ad Havelam Ditiones recuperaret, ex Marchia Udonem ejecit. Chronicon Carionis*, lib. IV. in Vita *Lotharii* Saxonis Imp. pag. m. 685. *Die Marck zu Brandenburg gehœret dazumahls Henrico, welches Vatter geweſen iſt Udo der Ander; Sein Groß-Vatter iſt geweſen Udo der Erſte, und werden dieſe auch Marggrafen zu Staden genennet; Es hat aber Pribislaus, der Obotritorum, oder Mecklenburger, Kœnig, aus Anſtiffung Kayſers Henrici des IV. Udoni dem II. die Marck-Brandenburg genommen, weil er ſich mit den Fürſten verbunden hatte, die wider Kayſer Heinrich Auffruhr erregten. Nachmahls hat Pribislaff zum Chriſtenthum ſich bekehret, und Albertum den Beeren, an ſeines Sohns ſtatt* adoptirt *und angenommen. Als nun Henricus ohne Kinder abſtürbe, hat Albertus mit Bewilligung Kayſers Conradi des Schwabens, an Marggraff Henrichen ſtatt, die Marck Brandenburg eingenommen und behalten. Dieſes Alberti Vater iſt geweſen Otto, Graf zu Aſcanien &c.* Conf. idem, lib. 4. in vita Henrici Aucupis, pag. m. 542. & 543. *Primislaus, der Obotriten, oder Mecklenburger Kœnig, hat auff Kayſers Henrici des IV. antreiben, Udoni II. welcher ſich mit den Sachſen, ſo Kayſer Henricum bekriegten, verbunden hat, die Mark Brandenburg wiederumb genommen. Nach Primislai Tod, hat Albertus Urſus die Marck Brandenburg einbekommen &c. Henningeſius*, part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 292. *Pribizlaus, vel Primislaus I, Regulus Obotritorum --- Marchiam Brandenburgenſem occupat, & Udonem II. Electorem Ditione ſua expellit, an. Chriſti 1105. incitatus ab Henrico IV. Imp unde ſe Marchionem Brandenburgenſem quoque ſcripſit; cumque 23. annos ibidem regnaſſet, com-*

muni

Digitized by Google

muni Saxoniæ bello inde pulſus eſt, ſed, haud paulo poſt, eandem recepit, ac, usque ad exitum vitæ, retinuit ---- Vicelini, Epiſcopi Altenburgenſis in Wagria, ſuaſu, fidem Chriſtianam ſuſcepit, & è fonte ſacro levatus eſt per Albertum Urſum, Marchionem Salisquellenſem, Henricus nominatus eſt, quem etiam Marchionatus Brandenburgici teſtamento hæredem ſcripſit, mortuus anno Chriſti 1142 ἄπαις, ſepultus in Templo B. Mariæ, in Monte Harlungorum, &c. ut & Erneſti Brotuffi, Chron. Anhalt. lib. 2 Cap. IV. pag. m. 37. Und die Margk zu Brandenburgk iſt wiederumb an einen Wendiſchen Kœnig, mit Nahmen Primislaum, oder Pribislaum, kommen, hat ſich endlichen tauffen laſſen, und den Chriſtlichen Glauben angenommen, iſt, nach ſeiner Tauffe, Heinricus genannt, und hat die Margk zu Brandenburgk, biß an ſein Ende, behalten ---- Seine Gemahel, Frau Petriſſa, hoben keine Erben gezeuget, ſondern Herrn Albertum Urſum, Marggraffen zu Soltweddel &c. zu einem Erben der Margk zu Brandenburgk angenommen, und adoptiret; Denn Albertus Urſus war ſein Gevatter; Primislaus hatte Ihm ſeinen Sohn Ottonem aus der Tauff gehoben, und hat Ihm einen Ort Landes, die Hohe Zauche genannt, in der Margk zu Brandenburgk gelegen, zu Pathengelt gegeben &c. & Sagittarii Hiſtor. Brandenburg. §. 12. p. 10.

An. 1143. Notum facit omnibus Adalbero, Hamburgenſis Præſul, omnium turbæ Fidelium, qualiter ipſe, & Domina Duciſſa Gertrudis & Filius Ejus, Henricus Puer, Dux Saxonum, una cum Fideli ſuo Alberto Marchione, Illuſtri Principe, paludem Auſtralem, Villis Santou, Strabelinghehuſen, Ochtmunde & Haſpergen conterminam, æqua invicem portione diviſerint &c Vid. Charta apud Lindenbrogium, inter Privilegia Hamburgenſia, §. 43. p m 153.

An. 1144. Teſtis eſt Adelbertus, Marchio de Saxonia, cum Conradus III. Imp. facultates & poſſeſſiones Monaſterii Sprinkirsbacenſis confirmaret. Vid. Dipl. apud Tolnerum, Cod. Diplom. Palat. §. 41. p. 37.

An. 1145. Idem Conradus inquit in Diplomate, apud Schatenum, Lib. VIII. Annal. Paderbornenſ. p. 763. Notum eſſe volumus, qualiter Elicha Marchioniſſa piſcationem quandam apud Houcwar, ab Anteceſſore Noſtro, Imperatore Ludowico, Cœnobio Corbejenſi collatam, ſed, per inſolentiam temporis, ab eadem Eccleſia alienatam, aſſenſu Filii ſui, Adelberti Marchionis, vivente Prædeceſſore Noſtro, Imperatore Lothario, prædictæ Corbejenſi Eccleſiæ remiſit, & reſignavit. Quam remiſſionem, ſive reſignationem, Nobis, apud Corbejam ſolennem Curiam celebrantibus præfatus Adelbertus Marchio, interventu & petitione Heinrici, Venerabilis Corbejenſis Abbatis, nec non Heinrici, Præpoſiti Corbejenſis Eccleſiæ, confirmavit, ut eandem piſcationem, aſſentiente Filio ſuo, Ottone Marchio coram Nobis omninò exfeſtucavit &c.

An. eod. Teſtes occurrunt in Diplomate, quo laudatus Imperator Conventionem Friderici, Magdeburgenſis Archi Epiſcopi, & Hartwici Canonici, ob prædia Ditmarſiæ, ratam habet: Heinricus Dux Saxoniæ; Heinricus, Palatinus Comes de Rheno; Adalbertus Marchio &c. apud Lindenbrogium l. c. §. 45. p. m. 155. & 156. & Dn. Lunigium, Continuat. 2. des Reichs-Archivs, in der vierten Abtheilung, im XV. Abſatz, §. 34. p. 355.

An. eod. Notum facit Rudolfus, Halberſtadenſis Epiſcopus, quod Comes Bernhardus de Plozzike, quatuor Eccleſias, videlicet in Stasvorde, in Altendorp., in Chooſtede; in Winningen, ſitas, cum omnibus earum pertinentiis, quantum, ex paternæ ſorte hæreditatis, ſibi obtigerat, conſentiente immò aſtipulante, Marchione Adalberto, S. Georgio, S. Pancratio, Sororique ſuæ, Religioſiſſimæ Dominæ Irmengardæ, Abbatiſſæ in Chakelingen, in proprietatem, & in uſum Deo ibidem ſervientium, contradiderit &c. Vid. Charta apud Dn. Becmannum, Hiſt. Anhalt. Part. 3. L. I. Cap. IV §. 5. p 143.

An. 1147. Intereſt Marchio noſter Expeditioni Slavicæ; de qua ſeq. §. XI. Catalog. Ducum Saxon. in vita Henrici Leonis, ad h. a.

An eod. Confirmavit Fridericus, Magdeburgenſis ArchiEpiſcopus, Contractum, quo Norbertus, ipſius Præcedeceſſor, à Frederico de Snettinge, decem manſos in Gelverſtide ſibi comparaverat, conſentiente ac laudante Marchione Adalberto, qui mundiburdus ejus erat, aſſentientibus Filiis ejus, Hermanno, Adalberto, Theodorico, qui præſentes erant &c. Chartam exhibet Dn. Becmannus l c. Lib. IV. Cap V. §. 6. p. 474.

An. eod. Promulgando Diploma, quo Monaſterium Virginum Keminade Monaſterio Corbejenſi, ejusque Abbati, Wiboldo, confert, fatetur Conradus III. Imp. Se dictum Monaſterium in poteſtatem & jus atque donationem Corbejenſis Monaſterii, in manum, prædicti Abbatis, Wiboldi, & Adelberti, Marchionis de Brandenburg, qui, vice Comitis Herimanni de Winzemburg, Corbejenſis Monaſterii Advocati, eandem donationem, ſeu transactionem, ſuſcipiebat, contuliſſe & quidem, ex judicio Principum, qui fuere: Burchardus, Argentinenſis Epiſcopus; Adelbero, Trevirenſis ArchiEpiſcopus; Anshelmus, Havelbergenſis, Epiſcopus; Heinricus, Leodienſis Epiſcopus; Sigfridus

Digitized by Google

Wirzeburgenſis Electus, Fridericus, Dux Suevia & Alſatia; Herimannus, Palatinus Comes de Rheno; Conradus, Dux de Ceringa; Conradus Marchio de Witin: Adelbertus, Marchio de Brandenburg; Otto, Filius ejus, æquè Marchio; Herimannus, Filius ejusdem; Adelbertus Marchio; Luthewicus, Comes Palatinus de Thuringia; Herimannus, Marchio de Bada &c. Vid. Dn. *Paullini*, Diſſert. XI. de *Monaſterio Virginum Reminadenſi*, p. 104. & in *Hiſtoria Virginum Collegii Visbecenſis*, §. 49 p. 59. Dn. *Schatenus*, *Annal. Paderborn.* lib. VIII. ad an. 1147. p. 771. Dn. *Toluerus* l. c. §. 54. p. 48.

An. eod. teſtes adhibentur *Adelbertus, & Otto, Filius ejus, Marchiones*, cum laudatur Imperator donationem *Hermanni de Zevirizke*, Cœnobio Nienburgenſi oblatam, auctoritate ſua firmaret; apud Dn. *Becmannum* l. c. Part. 3. lib. 4. Cap. 2. §. 15. p. 435.

An. 1149. *In Cruſawice ---- Marchio Otto, filius Marchionis Adalberti, ſororem Polonicorum Principum* Bolislavi & Miſeconis) *ſibi in legitimum matrimonium copulandam ſuſcepit &c.* Ita *Chronograph. Saxo*, h. a. p. 303.

Anno 1151. in literis *Bernhardi*, Hildesheimenſis Epiſcopi, apud Dn. *Heineccium*, lib. 2. *Antiquitatum Goslarienſium*, pag. 148. iterum teſtis: *Adelbertus Marchio.*

Anno 1152. litigat cum *Henrico Leone*, D. Saxon. ob hæreditatem *Wincenbergicam*; Vid. ſeq. §. XI. *Catal. Ducum Saxon* in vita *Henrici Leonis*, ad hunc annum.

An. eod. ratam habet *Wigmannus*, Zizenſis Præſul, donationem amitæ ſuæ, *Hadwigæ*, Gernrodenſis Abbatiſſæ, *S Cyriaco in Gernrode* factam, *in præſentia Avunculi ſui, Marchionis ſcilicet Cunradi Marchionis Adelberti, ac filiorum ſuorum: Ottonis, Theodorici, Ottonis &c.* Vid. Charta apud Dn. *Becmannum* l. c. Part. 3. lib. I Cap. 7. §. 9. p 176.

An. eod. in Diplomate *Friderici I.* Imp. ſub dato *Aquisgrani*, 4. Idus Martii, *Eberhardo*, Bambergenſi Epiſcopo, circa Abbatiam *Altahenſem*, conceſſo, apud *Gewoldum*, Tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim*, p. 28, & 29. teſtis fuit: *Adelbertus, Marchio Saxoniæ.* Hujus quoque loci eſt largitionis documentum, quo Princeps noſter multa *Veteris Marchiæ* Prædia Eccleſiæ *B. Mariæ Magdeburgenſis* dono obtulit, cujus Dn D. *Mullerus*, dictæ Eccleſiæ Antiſtes, Tr. *vom Memorien-Recht*, pag. 2. §. 8. meminit, quodque Per Illuſtris Dn. *Johannes Fridericus de Alvensleben*, *auff Hundesburg*, Potentiſſ. Pruſſiæ Regi à conſiliis ſanctioribus, gratioſe mecum communicavit; inde huc faciunt: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Adelbertus, divina favente clementia; Brandenburgenſis Marchio. Nòverit Fidelium, tam præſentium, quam futurorum, univerſitas, qualiter ego, Adelbertus, D. G. Brandenburgenſis Marchio, cum dilecta mihi Conjuge, S phia, tam pro ſalute noſtra, quam Prædeceſſorum, & Poſterorum Noſtrorum, largitione legitimæ poſſeſſionis noſtra, tam hæreditariæ, quam acquiſitæ, Prabendam Canonicorum Eccleſiæ B. Mariæ Magdeb. augmentare curavi; Unde & obtuli eidem Eccleſiæ, voluntario aſſenſu Filiorum meorum: Heinrici, Canonici S. Mauritii in Magdeburg; Ottonis, Marchionis: Hermanni: Adelberti: Theodorici: & Bernhardi, Comitum, Villam Brichzin, cum omnibus jure ad eam pertinentibus --- præterea Inſulæ, eidem Villæ adjacentis, inter duas Albis refluxiones, partem mihi pertinentem --- pari modo obtuli Villam Cluzowe, cum omnibus appendiciis ſuis, ---- Curiam quoque in Magdeburg, prædictæ Eccleſiæ contiguam Ad hæc ſupra dicta, Villam Moſe, cum omnibus terminis ſuis ---- decimationem quoque ejusdem, juſto concambio, ab Halberſtadienſi Eccleſia commutatam, nec non & decimationem in Volcma eſtorp ---- Hæc omnia peracta ſunt in Magdeburg, Rege Conrado regnante, Friderico ArchiEpiſcopo Magdeburgenſi Eccleſiæ præſidente &c* Annus deeſt; quoniam vero *Conradus* Imp. anno 1152 ad plures abiit, minimum charta recenſior eſſe nequit.

An. 1155. conſecravit *Wichmannus*, Magdeburgicus Præſul, Baſilicam in monte, S. *Mariæ* Virginis *Litzkæ, præſentibus Marchione Alberto, cum Uxore ſua, & Filiis: Ottone, Hermanno, Sigfrido, Henrico, Adalberto, Theodorico &c.* Vid. Dn. *Becmannus* l c. Part. 3. lib. 5. C. 4. §. 10. p. 504.

An eod. propriæ liberalitatis erga eandem Eccleſiam, edit *noſter Marchio* teſtimonium, quod ſic orditur: *Ego Adelbertus, Marchio Brandenburgenſis, & Otto, Filius meus ---- pro noſtra ſalutis, & Filiorum meorum, ſtatu, nec non & pro requie Noſtræ Conjugis, S ph'æ, providere decrevimus paci & quieti Eccleſiæ S. Dei Genetricis Mariæ, in Monte Litzcka &c.* Vid. ibid.

Anno eod confirmat donationem trium manſorum, & ſeptem arearum, in Villa *Handorp*, à quodam uxorato Monacho, *Niuta*, in Eccleſiam Gorslarienſem collatam, hac uſus formula. *Ego Marchio Adelbertus, Goslarienſis Eccleſiæ, poſt Regem, Advocatus, Comesq; Cometiæ, in qua prædicta poſſeſſio ſita eſt, illam Eccleſiæ Goslarienſi recognoſco, & Banno Regio in Placito Provinciali confirmo, & Privilegii mei atteſtatione, &*

Sigilli

Sigilli mei impreſſione, corroboro &c. Vid. Dn. *Heineccius*, l.c. lib. 2. ad an. 1155. p. 154.

An. 1156. in Diplomate *Friderici I.* Imp. quo Poſſeſſiones & Jura Eccleſiæ *Berchtesgadenſis*, præſertim *Foreſtum, quod circa Villam undique tenditur, cum Venationibus, Piſcationibus, paſcuis, & omni Jure foreſti, quod Comes Engelbertus, Ejusque Parentes, longis retro temporibus poſſederant*, confirmantur, inter teſtes conſpicuus: *Adelbertus, Marchio de Saxonia*; Vid. *Gewoldus* Tom 2. Addit. *Metropolis Hundii*; p. 177.

An. eod. Non. Febr. *Conradus*, Miſniæ & Luſatiæ Marchio, defunctus *præſentibus Filiis ſuis, & Alberto Marchione — condignè in Eccleſia B. Petri, ſepelitur.* Hæc ex *Chronico Montis Sereni*, p. m. 205.

an. 1157. In diplomate, quo laudatus Imperator erga *Henricum Leonem*, Saxonum Bojorumque Ducem, Munificum ſe exhibuit, donando Ei *Comitatum Utonis, & Foreſtum in Montanis Hartz*, iterum teſtis: *Albertus Marchio &c.* Vid *Maderi Antiquit. Brunſuic.* pap. 120. Conf. *Heineccius* l. c. ad h. a. pag. 157. Pariterque in alio, quo Cæſar *Richenbergenſes* Monachos in tutelam ſuſcepit, apud *Heineccium* l. c. p. 160.

an. eod. in Diplomate, quo idem Cæſar, ſub dato *Ratisbonæ*, 15. Cal. Febr. *Uladislao*, Bohemiæ Regi, Ejusque Succeſſoribus, certis diebus Feſtis, *Circuli* (i. e. Coronæ) *geſtandi* licentiam indulſit, cenſumque à Polonis exigendum confirmavit, teſtium numero comprehenduntur: *Albertus, Marchio Saxoniæ; Otto, Marchio Miſnenſis &c.* Vid Dn *Lunigius, Reichs-Archiv*, Part. Special. Contin. 1. I. *Fortſetzung*, §. 1. p. 1.

an. eod. Brandenburch Caſtellum, in Terra Slavorum, trans Albim, per quod Pagani Chriſtianos graviter affligebant, Albertus, Marchio Comes in Saxonia, obſedit & cepit, poſitisque in eo Militibus, Sclavos humiliavit, ac per hoc Chriſtianorum fines multum dilatavit. Sunt verba *Alberici*, Monachi trium Fontium, ad h. a. p. 331. Conf. *Chronicon Stederburgenſe*, an. eod. apud *Meibomium* Tom. I. *Rer. German.* pag. 454. *Brandeborg à Chriſtianis obſeſſa capitur.*

an. 1158. *Adalbertus Marchio, cauſa viſitandi Sepulchrum Domini Jeroſolimam petiit, habita Curia in Purificatione &c.* Ita *Chronographus Saxo* h. a. pag. 305. Conf. *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. pag. 31. *Ulricus, Halberſtadenſis Epiſcopus, & Albertus Marchio, cum uxore, & aliis multis, iter peregrinationis ad partes transmarinas ſuſceperunt &c.*

an. 1159. Vendidit *Arnoldus*, Ballenſtadienſis Abbas, Flamingis duas Villulas Wendicas, *ſub teſtimonio Marchionis Adalberti, atque Nobiliſſimæ Conjugis Ejus, SOPHIÆ, nec non Filiorum ipſorum ſcil. Ottonis, Adalberti, Theoderici, Hermanni, Bernhardi.* Vid Dn. *Becman* l. c, Part. 3. Lib. I. Cap. V. §. 6. pag. 154.

An 1162. *Orientalem Slaviam tenebat Adelbertus Marchio, cui cognomen Urſus, qui etiam propicio ſibi Deo, ampliſſimè fortunatus eſt in funiculo ſortis ſuæ. Omnem enim Terram Brizanorum, Stoderanorum, multarumque Gentium, habitantium Havelam & Albiam, miſit ſub jugum, & infrenavit rebelles eorum &c.* Hæ. *Helmoldus*, lib. I *Chron. Slav.* Cap. 88. §. 1 p. 203. mox pergens, §. 2 *Ad ultimum, deficientibus ſenſim Slavis, miſit Trajectum, & ad Loca Rheno contigua, inſuper ad eos, qui habitant juxta Oceanum, & patiebantur vim Maris; videlicet Hollandos, Selandos, Flandros, & adduxit ex eis Populum magnum nimis, & habitare eos fecit in Urbibus & Oppidis Slavorum; & confortatus eſt vehementer, ad introitum Advenarum, Epiſcopatus Brandenburgenſis, nec non Havelbergenſis, eò quod multiplicarentur Eccleſiæ, & decimarum ſuccreſceret ingens poſſeſſio. Sed & Auſtrale litus Albiæ ipſo tempore cœperunt incolere Hollandienſes Advenæ, ab Urbe Saleveldele,* (Salevedele, *Saltzwedel*) *omnem Terram paluſtrem, atque campeſtrem; Terram, quæ dicitur Balſemer-Lande* (in veteri Marchia) *& Marſcinerlande, Civitates & Oppida multa valdè, usque ad Saltum Bojemicum, poſſederunt Hollandri. Siquidem has Terras Saxones olim inhabitaſſe feruntur, tempore ſcilicet Ottonum ut videri poteſt in antiquis aggeribus, qui congeſti fuerant ſuper ripas Albiæ, in Terra paluſtri Balſamorum. Sed, prævalentibus poſtmodum Slavis, Saxones occiſi, & Terra à Slavis, usque ad noſtra tempora, poſſeſſa. Nunc vero, quia Dominus Duci noſtro* (Henrico) *& cæteris Principibus, ſalutem & victoriam largè contribuit, Slavi usque quaque protriti, atque propulſi ſunt, & venerunt, adducti de Finibus Oceani, Populi fortes & innumerabiles, & obtinuerunt terminos Slavorum, & ædificaverunt Civitates, & Eccleſias, & increverunt divitiis ſuper omnem æſtimationem &c.* Conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1163. p 192. *Albertus Marchio, Sclavis expulſis, Terram ſuam, occupavit Hollanis, Selandis & Flamingis &c.* A quo tempore *Ducatus Transalbinus* non interrupta ſerie penes Potentiſſimos Marchiones Brandenburgicos manſit. Vid. ſeq. §. XI. *Catal. Ducum Venedicorum*, v. 24 ad an. 1162. Innuit quoque *Slavorum* hanc ſubjectionem *Cœleſtinus III.* P. R in Bulla ad *Theodoricum, Worlicienſem* Sacerdotem apud Dn. *Becmannum* l. c. Part. 3. lib. 3. Cap. 3. §. 3. pag. 396. *Accepimus ſiquidem Dilecto Filio, Nobili Viro, Bernardo,*

nardo, Duce Saxoniae, noſtris auribus intimante, quod cum Albertus Marchio, quondam Pater ipſius, locum ipſum, prius ab Infidelibus occupatum, dante Domino, liberaſſet, & tam Eccleſiam in Worgelecz, quam aliam, in Brote, fundaſſet &c.

An. 1163. in diplomate *Friderici I.* Imp. quo Canonicis Goslarienſibus *liberam diſpenſationem Præbendarum* indulget &c. teſtes *Heinricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ; Albertus Marchio de Saxonia &c.* Vid Dn. *Leuckfeldi Antiquitates Pœldenſes*, Append. IV. §. XI. p. 284.

An. 1164, Princeps Noſter fert auxilia *Henrico Leoni*, Duci Saxonum, in domandis Slavis. Vid. ſeq. §. XI. *Catal. Ducum Saxon.* in Vita *Henrici Leonis*, ad h. a.

An. 1166. Hoſtibus Ducis laudati ſe accinxit; Vid. ibid. ad h. a.

An. eod. durante ſchiſmate in Eccleſia Romana, inter *Alexandrum III. & Paſchalem III.* celebratis *Herbipoli* Comitiis, quorum præced. Tit. II. §. 10. lit. d, ad h. a p. 135. memini, jurarunt in *Paſchalis* favorem, ex Principibus Imperii Secularibus. *Dux Henricus Leo videlicet Saxoniæ, & Brandenburgenſis Marchio, Albertus Senior; Conradus, Palatinus de Rheno, & Ludovicus Landgravius &c.* Hæc ex decreto Comitiali apud *Goldaſtum* T. 3. *Conſtitut. Imper.* pag. 342. & Dn. *Toluerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. LXI. p. 55.

Anno 1167. concedit Princeps noſter *Udalrico de Bletcindorp* in Beneficium, Villam *Pozelewe*, trans Mildam, pro octo manſis in *Snetlinge*, literas ſic inchoans: *Adalbertus, D. G. Brandenburgenſis Marchio, & Ballenſtadenſis Cenobii Hereditarius Advocatus &c.* In fine legitur: *Hujus facti cooperatores mecum & teſtes adfuerunt, Filii mei: Otto Marchio, Adalbertus Comes, & Hermannus, Fridericus, Bernhardus &c.* Vid. Dn. *Becman* l. c. §. 7. p. 154.

An. 1169. in diplomate ſæpe fati Imperatoris, *Friderici*, quo Goslarienſi Eccleſiæ, *pro Curte, in Villa Diedren, Manſos in Windehuſen, Urbeke & Bilan, ad Villicationem Nortehuſen pertinentes cum omnibus appendiciis, per manum Dn. Heinrici, Ducis Bavariae & Saxoniae, eorundem Bonorum Advocati, in concambium dedit*, apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. §. XII. pag. 285. inter teſtes celebrantur: *Heinricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ; Conradus, Palatinus Comes de Reno; Marchio Albertus de Saxonia, & Filii Ejus, Otto & Hermannus &c.*

An. 1170. Moritur tandem Marchio noſter, teſte *Stederburgenſi Chronico*, ad h. a. apud *Meibomium*, T. I. *Rer. German.* pag. 455. *Albertus, Marchio de Brandenburg, obiit.* Conſentiunt *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 309: *Albertus Stadenſis*, an eod. pag. 193. *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. pag. 35. Recentiores habent an. 1168. & quidem d. 18. Nov. Vid. Dn. *Becman.* l. c Part. V. Lib. I. Cap. V. §. 6. pag. 29.

Conjugem Ejus, *Sophiam*, quam *Rineccenſium* Comitum ſanguine profatam arbitrantur, jam anno 1155 fuiſſe denatam, ex adducta modo Charta hujus anni cognoſcendum; Licet *Chronographus Saxo* obitum ejus in annum 1160. rejiciat, ſcribens h. a. p. 306. *Sophia Marchioniſſa obiit.*

De Liberis eorum prolata hactenus Documenta teſtantur: Præ reliquis conſpicui maximè inter eos Otto; quo Parente *Marchiones Brandenburgici*, ſeculo XIV. exareſcentes, provenerant; &

v. (4) BERNHARDUS URSUS, cujus mentio multis in Chartis occurrit, v. g. an. 1159. & 1167. quarum jam memini.

An. 1171. *was to Goſſeler ein grot Hoff, van Keyſer Fredericus wegen, de wolde vordelen den Greven Bernd, Marggreven Alberdes Sone to Brandenborch, de Greveſchopp to Plotzigk, darum vorhoff ſick grot Twydracht, unde Krich, mangk den Heren &c.* ſunt verba, *Conradi Bothonis*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad h. a. apud Jll. Dn. de *Leibnitz*, Tom. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 348.

An. 1180. Proſcripto *Henrico Leone*, ſortitur, una cum *Philippo* Colonienſi, Feuda Ducis per *Angariam & Weſtphaliam*; Formula ſententiæ extat apud *Gelenium*, de *Magnitudine Coloniae*, lib. I. Syntag. VII. p. 73, & 74. Dn. *Lucae, Fürſten-Saal*, p. 17. & Dn. *Lunigium*. Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, §. 167. p. 434. ſubſcripſit eam, inter alios: *Bernhardus, Dux Weſtphaliæ &c.* In *Chronica Bigaugienſi*, ad h. a. apud *Maderum*, pag. 264. legitur: *Imperator Ingelenheim, Curiam tenet, in Quadrageſima, præſentibus Legatis Papae duobus Cardinalibus, ibi Sifridus transfertur, ab Epiſcopatu Brandenburgenſi, ad Bremenſem, Bernhardo Comiti, Fratri Epiſcopi, Ducatus Saxoniæ, ex omnium ſententia, adjudicatur, circa Orientalem Plagam fluminis Weſeræ; Ducatum vero, ad Occidentalem Plagam, in Weſtphalia, Epiſcopus Colonienſis obtinuit &c.* Conf. teſtes alii, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d, ad an. 1177. & 1180. pag. 139 & 140. Adhuc eodem anno, *Saxoniæ Ducis*, (reſpectu ſc il. habito ad *Angariam, Weſtphaliamq;*, utpote portiones Saxoniæ feudales, ſibi & Colonienſi adſcriptas, vero *Ducatu*, penes *Henricum*, & poſteros, remanente,) axioma Eum ſibi tribuiſſe, documento eſt Diploma

dicti

Digitized by Google

dicti Imperatoris, in ſolenni Curia, *apud Herbsfordiam*, an. 1180. 16. Kal. Decemb. ſcriptum, quo *Sigfrido* Bremenſi *Stadium* vindicatur ibi, inter teſtes *Otto, Marchio de Brandenburch; Theodoricus, Marchio de Landesberch; Comes Dedo de Grozee; Bernardus, Dux Saxoniæ &c.* Vid *Privilegia Eccleſiæ Hamburgenſis*, apud *Lindenbrogium*, § LXII. p. 168. Ecce, poſt Comitem, demum Dux!

Anno 1185. in charta, qua *Wichmannus*, Magdeburgenſis Antiſtes, Villas *Bobowe, Criwize & Bodendorp*, *Nienburgenſi* Eccleſiæ, pro Bonis, quæ dicta Eccleſia in Luſatia poſſederat, tradidit, apud Dn. *Becmannum, Hiſt. Anhalt.* Part. 3. lib. IV. Cap. 2 §. 22. pag. 440. teſtes adhibiti: *Bernardus, Dux Saxoniæ, Dedo, Marchio Orientalis &c.*

An. 1194. in charta *Sifridi*, Hirſchfeldenſis Abbatis, circa Advocatiam in *Scawize*, ibidem § 23. p. 441. nominatur teſtis: *Bernardus, Dux Saxoniæ, & Comes in Aſchersleve.*

An. eod. Ipſe Princeps orditur diploma, eadem ſuper Advocatia confectum, hoc modo: *Bernardus D. G. Dux Saxoniæ & Comes in Aſceresleve &c.* Vid. l. c. pariter ac,

An. 1195. donationem *Colbicenſi* Cœnobio factam, ibid. Part. 3. L. 4. C. 4. §. 8. p. 470. *Nos Bernhardus, Dux Saxoniæ, & Comes de Aſcherslevie &c.*

An. 1199. in diplomate *Philippi*, Cæſaris, *Stadium*, aliaque, *Hartwico*, Bremenſi ArchiEpiſcopo confirmantis, rurſus teſtis: *Bernardus, Dux Saxoniæ &c.* vid. cit. *Privilegia Hamburgenſia Lindenbrogii*, § 63. *pag* 170.

An. 1201. *Ad petitionem Domini Bernhardi, Illuſtris Ducis Saxoniæ, dedicavit Northbertus D.G. Brandenburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Eccleſiam in Worgelitz, in honorem Salvatoris noſtri & Glorioſe Genetricis ejus, & B. Petri --- Prefate igitur Eccleſie in Worgelitz dedicatio celebriter facta & peracta eſt, 2 Id. Dec. anno Incarnat. Dominice* 1201. *Indict. 3. præſentibus Dn. Bernhardo, Duce Saxoniæ, ac Domina Juditha Duciſſa &c.* Vid. Dn. *Becmannus* l. c. Part. 3. lib. 3. Cap. 3. §. 3. pag. 396.

An. eod. inquit *Innocentius III.* P. R. apud Dn. *Schurtzfleiſchium*, de *Vitricis Eccleſiæ*, §. 8. pag. 11. *Accepimus ſiquidem, Dilecto Filio, Nobili Viro, Bernhardo, Duce Saxoniæ, noſtris auribus intimante, quod cum Albertus Marchio, quondam Pater Ipſius, locum, prius ab Infidelibus occupatum, dante Domino, liberaſſet, & tam Eccleſiam in Worgeletz, quam aliam in Brote, fundaſſet ibidem, ab ipſa fundatione Eccleſiarum ipſarum, Diœceſano Epiſcopo impetravit, ut Eccleſiæ ipſae decimas agrorum ſuorum, ſine contradictione, perciperent &c.* Illuſtrat hæc præfatus *Helmoldi* locus, Lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. 88.

An. 1207. inter alios teſtes, quos *Albertus*, Magdeburgenſis Præſul, dictæ *Worlicienſis* Eccleſiæ jura confirmando, adhibuit, conſpicitur quoque *Bernhardus, Dux Saxoniæ.* Vid. Dn. *Becmannus* l. c. p 397.

An 1209 In diplomate *Ottonis IV.* Imp. quo Magdeburgenſi Eccleſiæ Privilegia quædam indulget, habentur teſtes *Henricus, C. P. R. Bernhardus, Dux Saxoniæ &c.* Vid Dn. *Meibomius*, *Apolog.* pro *Ottone IV.* Tom. 3. *Rer. German* p. 128. & Dn. *Tolnerus*, *Cod. Diplomat. Palat.* p. 62.

An. 1215. *Fridericus II.* Imp. rata habet Magdeburgenſis Eccleſiæ Privilegia, teſtibus: *Henrico, C. P. R. Bernhardo, Duce Saxoniæ &c.* apud *Meibomium* l c. §. 9. p. 162. Si genuinum hoc diploma, perperam inſcribit *Albertus Stadenſis* obitum laudati Ducis anno 1211. inquiens h. a. pag. m. 202. *Dux Bernardus, Berneburg, de Hathelaria reverſus obiit, cujus Junior filius, Albertus, Ducatum; Senior verò, Heinricus, Comitatum accepit &c.* nec *rectius Erneſtus Brotuffus*, lib. IV. *Chronici Anhaltini*, Cap. I. pag. 65. anno 1212. ibi: *Hertzog Bernhard zu Sachſen, der Erſt Churfurſt und Hertzog ſeines Geſchlechts, iſt im Jahr Chriſti* 1212 *geſtorben, und gegen Ballenſtædt ins Kloſter ---- begraben &c.* Genealogiam minimum eſſe veram, evincit Diploma *Friderici II.* Imp. Eccleſiæ in *Luſenitz*, Ducatus Altenburgici, loco, anno 1220 *Erfordiæ* datum, utpote quod, inter teſtes, ſubſcripſerunt: *HEINRICUS, Comes de Anehaltz: ALBERTUS, Frater ejus, Dux de Berneburch, Filii Ducis Bernhardi &c.* vid. *Schilteri*, Diſſ. de *Inveſtitura Principum Imperii Simultanea*, C. IV. § 9. in Commentario *ad jus Feudale Alamannicum*, p 542 Conf. *Albertus Crantzius*, lib. 7. *Saxon.* Cap. XXXIII. *Dux Bernhardus de Hadeleria reverſus, finem vivendi fecit, Filium Albertum, natu minorem, in Ducatu; Henricum Seniorem in Comitatu de Berneborg & Anehold, habuit ſucceſſores &c.* quæ lib. IX. Cap XIX. repetit: *Bernhardus, ſtipes Saxoniae Principum novus, reliquit Albertum Filium, poſt ſe Ducem Saxoniæ, à quo incipiunt numerare Annales Brunſwickcenſes, mendoſe aſſerentes: Albertum eſſe Henrici Comitis de Anehold filium, cum re vera ejus fuerit frater, ſed ætate minor. Tanta enim fuit Conflictatio, de Ducatu Saxoniæ, per Hen-*

Digitized by Google

vici Leonis poſteritatem, ut mallet Henricus Senior quietum Comitatum, quam perturbatum Ducatum &c. Dari tamen quoque chartas, in quibus ALBERTI, loco priori, mentio fit, documento ſunt:

Diploma *Balduini*, Brandenburgenſis Epiſcopi, de *an.* 1215. quo HENRICI *Comitis Aſcbariæ, & Principis in Anhalt*, (cujus formulam Dn. *Becmannus* l. c. Part. 3. lib. 2 Cap. 2. §. 5 p. 312. exhibet.) ratam habet, ubi, inter teſtes: ALBERTUS, *Marchio Brandenburgicus, ALBERTUS, DUX SAXONIÆ; HEINRICUS, FRATER EJUS, COMES DE ANHALT &c.* Vid. *Sagittarius, Hiſtor. Anhalt.* Cap. 2. §. XV. p. 16. & Dn. *Becmannus* l. c p. 313, Quibus ſimul docemur, ex ALBERTI titulo. argumentum ſumi poſſe, *Bernhardum*, anno 1215. non amplius fuiſſe in vivis. quia laudatus Princeps, ejus filius, tunc temporis *Ducis Saxoniæ* axioma uſurpavit,

an. 1224. in Curia *Northuſana*, de exceſſibus *Sophiæ*, Quedlinburgenſis Abbatiſſæ, conqueſtus eſt *Henricus, Comes Aſchariæ, filius Bernhardi Ducis.* Ita *Chronicon Montis Sereni*, ad h. a. p. m. 167. Conf. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 154.

an 1231. cum OTTO Cardinalis *Herbipolenſe* Concilium celebrare moliretur, dabant Saxoniæ Proceres literas ad Germaniæ Clerum, hac præfatione munitas: *Venerabilibus Dominis, ArchiEpiſcopis & Epiſcopis Alemanniæ, ac aliarum Eccleſiarum Prælatis, ALBERTVS, D. G. DUX SAXONIÆ; HENRICUS, FRATER EJUS, COMES ASCANIÆ, cum aliis Nobilibus, per Saxoniam conſtitutis, promptum in omnibus famulatum &c* Vid. *Albericus*, Monachus trium Fontium, ad h. a. pag. 539.

An. 1234 teſtantur: *ALBERTUS, DUX SAXONIE; HEINRICUS, COMES ASCARIE, & Heinricus, filius ſuus,* quod *Heinricus* Romanorum Rex, Eccleſiæ *S. S. Simonis & Judæ Goslarienſi*, omnem libertatem, pridem à Majoribus ei conceſſam, inſtauraverit & confirmaverit; apud Dn. *Heineccium*, lib. 3. *Antiquit. Goslar.* ad h. a. p. 249.

Sic ipſe *Albertus Stadenſis* ad an. 1152. in Genealogia deſcendentium *Magni*, Saxoniæ Ducum ultimi, *Billingiorum* Gentis, pag. m. 168. *Bernhardus Dux*, & ſub eo: *ALBERTUS, Dux Saxoniæ HEINRICUS Comes &c. & Conradus Botbo*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad an. 1190. apud Jll. Dn. de *Leibnitz*, T. 3 *Rer. Brunſ.* pag. 353. *Bernd, eyn Greve van Anhalt, de nam Judittam, de Koninghes Woldemars Süſter to Dennemarcke, de telde em twey Sone, de eyne de het Albrecht, de wart eyn Hertoghe to Saſſen; de ander de heyt Hinrik, de bleyff eyn Greve to Anhalt &c.* Prælationem autem hanc reſpectu *Ducalis Tituli*, unice eſſe factam, dubio caret; Cæterum

an. 1256. conſenſit ſæpe dictus ALBERTUS in Contractum, quo *Corvicenſes* Canonici, ab *Henrico de Richau*, Villas *DANNENBERCH & HAGHENOWE*, ſibi compararunt, hunc titulum adhibendo: *ALBERTUS D. G. DUX SAXONIE, ANGARIE, WESTFALIE, in perpetuum &c.* & in contextu: *Rationabili & legitima donatione, donavimus, proprietatis titulo in perpetuum poſſidendas, JOHANNIS ET ALBERTI, FILIORUM NOSTRORUM, benigno aſſenſu, Nobis in omnibus aſſavente. Hujus rei teſtes ſunt: Sigfridus, Comes de Anhalt, Fratruelis Noſter &c.* Vid. Dn. *Becmannus* l c. p. 316.

an. 1257. Annuit *Albertus, D. G. Dux Saxonie, Angrie & Weſtfalie*, Contractui, quo *Henricus de Coxſtede*, manſum unum in *Coxſtede, Godeſchalco*, Præpoſito Cœnobii *Hekelingenſis*, vendidit, in cujus fine legitur: *Hujus rei teſtes ſunt: Henricus & Bernhardus de Anhalt, Fratrueles Noſtri &c.* Vid. charta apud Dn *Becmannum* l. c. Part. 3. Lib. I. Cap. 4. § 8. p. 146. & 147.

An. 1259. 4. Id. Septemb. in *Gloworp*, hoc documentum reliquit: *Albertus D. G. Dux Saxonie, Angariæ, & Weſtfalie —— notum eſſe cupimus, tam præſentis temporis, quam futuri, Chriſti Fidelibus univerſis, quod Nos, duos manſos, ſitos in Majori Winningin, quorum proprietas ad Nos dignoſcitur pertinere, poſſeſſio vero eorundem ad Theodricum & Heinricum, Fratres de Gatersleven, Militem, dictos de Erickesberge, Eccleſie de Lapide S. Michaëlis (Michelſtein) Abbati, totique Conventui ibidem, ab eisdem, in animarum ſuarum remedium jam collata, cum omni Jure, quod eis nunc ineſt, vel ineſſe poterit in futurum memorate Eccleſie, Fratribusque ibidem Deo ſervientibus, rationabili & legitima donatione, donavimus, proprietatis titulo, in perpetuum poſſidendos, Johannis & Alberti, Filiorum Noſtrorum, benigno aſſenſu Nobis in omnibus aſſavente. Hujus rei teſtes ſunt: Fratruelis Noſter, Comes Heinricus de Anehalt, Burchardus Stripanus &c.*

an. 1260. quo ſepulchra Patrum ingreſſus, Eum adhuc ſuppetias tuliſſe *Odoacro*, Bohemiæ Regi, *Belæ* Hungaro inferenti arma, *Crantzius* lib. VIII. *Saxoniæ*, Cap. 20 annotavit.

Conjugis Ejus *Helenæ Ottonis*, Ducis Brunſuic. & Luneb. cognom. *Pueri*, (non *Ottonis IV.* Imp ut nonnulli putant,) Filiæ, Epitaphium, in Cœnobio *Franciſcanorum*, quod *Wittebergæ*, an. 1238. condiderat, ita ſe habet: *an. M. CC. LXXIII. 8. Id. Septembris, obiit*

Do -

Domina Helena, Conjux Alberti, Ducis Saxoniæ Elector. Filia Ducis Ottonis de Brunſvig, Fundatrix hujus Cœnobii. Vid. Dn. *Becmannus*, l.c. Part. V. lib. I. Cap. 7. §. 3. pag. 42. Corrigendum hinc *Chronicon Brunſuicenſe*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.* p. 21 ubi: (Otto Puer, genuit) *Helenam, quam — duxit Albertus, Dux Saxoniæ, & genuit Johannem & Albertum. Obiit* 1270. quæ fragmentum *Chronici Brandenburg.* ibid pag. 273. repetit.

v. (5) Filii ergo *Alberti I.* Ducis, ceu ex Chartis de an. 1256. & 1259. vidimus, erant: JOHANNES, Lineæ LAUENBURGENSIS ſator, & ALBERTUS II. WITTEBERGENSIS Propagator; adeòque non ſatis accuratè loquuntur, qui *Albertum*, natu majorem cenſent; utpote quorum aſſertioni, documentum pariter, de an. 1261. cujus præc. Tit. XIII, §. 6. lit. a. pag. 1041. memini, & ſequentia, contrariantur, v. g. de an. 1270. quo *die Beatorum ſeptem dormientium, Johannes & Albertus D. G. Duces Saxonie, Angarie, Weſtfalie, Burggraviique in Meydeborch,* Sanctimonialibus in *Hecklinge*, ſex Koros frumenti, in Molendino Villæ *Chenſeforde*, in quatuor annos, pro 50. marcis communis argenti obligarunt. Vid Charta apud Dn. *Becmannum* l. c. Part 3. lib. I. Cap. 4. § 8 p. 147.

An. eod 3. Kal. Oct *Johannes*, (Senior) *Johannes & Albertus* (ejus filii) *D. G. Duces Saxonie, Weſtfalie & Angarie*, in favorem *Jordani*, civis cujusdam in *Aquis*, remittunt proprietatem bonorum quorundam, ab eo, in Eccleſiam B. Virginis in *Anchona*, tranſlatorum: Vid. Charta ibid. Part. 3 L. 2. Cap. 1. § 10. pag. 226

an. 1276. 8. Id. Julii, *Johannes & Albertus, D. G. Saxonie, Angarie, Weſtfalie, Duce*, tradunt & donant, in jus perpetuum, Venerabili Domino, *Conrado*, Magdeburgenſi Archiepiſcopo, Oppidum *Stasforde*, cum 150 marcis argenti, in annuis reditibus. Vid. Dn *Becman* l. c. Part. V. lib I. Cap. 7. §. 4. p. 43.

An. 1292 Vigil. S. *Benedicti, Albertus, D. G. Saxonie, Angrie, & Weſtfalie Dux, nec non Comes de Bren — de benevolo conſenſu Fratruelium ſuorum, Johannis, Alberti, & Erici, Monaſterio Sanctimonialium in Heckelinge, Jus Patronatus Eccleſiæ in Genſeworde, cum omni proprietate & Jure, liberaliter erogat perpetuo poſſidendum* Vid. Idem, Part. 3. lib. I Cap. 4. §. 8. pag. 147.

An. eod. 3. Non, Januarii, in Civitate ſua *Wittenberg, Albertus, D. G. Saxoniæ, Angarie, & Weſtfalie Dux, Comes in Brenen, Burggravius in Magdeburg*, notum facit, quod, *ſollicitis ac devotis precibus inclite ac dulciſſime Sororis ſuæ, Domine Eliſabeth, Relicte* (Viduæ) *Illuſtris Comitis Conradi de Brennen, fel. recordat. inclinatus, Sororibus apud S. Nycholaum in Cozwick, dederit jus Patronatus Eccleſiæ ſeu Prepoſiture Oppidi ſui Slywen, Dyoceſis Miſnenſis, cum omni Jure, & cum omnibus attinentiis, ad eandem, quibus ſpectabilis ac predilectus Avunculus, Otto, Comes de Brennen, ejusque Progenitores, cum tranquillitate, poſſederant*; in fine legitur: *Hujus rei teſtes: Inclyta ac precordialiſſima Uxor Noſtra, Domina Agnes, Illuſtres Principes, Fratrueles Noſtri, Johannes & Albertus, Duces Saxonie &c.* Vid. Charta, apud eundem, Part. 3. lib. 2. C. 2. § 9. pag. 321.

an. 1293. in vigilia *Benedicti* Abbatis, *Albertus D. G. Saxonie, Angarie, Weſtfalie, Dux, Comes in Bren, & Burgravius in Maydeburg*, recognoſcit, quod Monaſterio Sanctimonialium in *Heckelinge, nomine proprio, & Patruelium* (Fratruelium) *ſuorum, videlicet: Alberti, Johannis & Erici, tres manſos, in campis Hoppendal & Stenborne ſitos, pro, 29. marcis, vendiderit &c.* Vid. Charta apud eundem, Part. 3. lib I. Cap. 4 §. 8. p. 147.

Quo anno deceſſerit, non ſatis liquet. Errant nimirum, qui ætatem ejus in annum usque 1312. extendunt, quibus ſane vel ipſe *Rudolphus*, Ejus filius, ſub dato *Ammensleve, anno Domini M. CCC. II. ſecunda Feria poſt Jacobi*, contrariatur, ſcribens; *Rudolphus, D. G. Saxonie, Angarie, Weſtphalie Dux, & Comes in Bren — ſcire volumus, tam preſentes, quam futuros, quod, de conſenſu & voluntate Dilecte Genitricis Noſtre, Dn. Agnetis, cujus proviſione regimur, nec non de voluntate Fratrum Noſtrorum, Alberti videlicet* (Epiſcopi Paſſavienſis) *& Wenceslai, ob meritum & ſalutem animæ Dilecti Genitoris Noſtri, Domini Alberti NB. pie recordationis — proprietatem duorum manſorum, ſitorum in Campo Niendorp — Eccleſie S. Georgii in Heckelinge damus & concedimus &c.* Vid. ibid. Part. V. lib I. C. 7. § 4 pag. 44. (Cæterum, Ejus Conjux, *Agnes*, filia, fuit *Rudolphi I.* Imperatoris; Vid præced. Tit V. in Vita *Rudolphi*, v. 3. pag. 628 mortua an 1322. teſte Epitaphio in Templo Arcis *Wittebergæ*, apud Dn. *Becmannum* l. c. *Domina Hagnes; Uxor Alberti II. Ducis Saxoniæ, Filia Imperatoris Rudolphi, mortua A. M. CCC. XXII.*) Sic & ad annum 1307. in die *B. Margaretha* Virginis, apud eundem, Part. 3.

Digitized by Google

Lib. I. Cap. 4. §. 8. p. 148. *Rudolfus D. G. Saxonie, Weſtfalie, Angarie, Dux, & Comes in Brenen, Borchgraviusque in Magdeborg, recognoſcimus publice, per preſentes, quod, de conſenſu Matris Noſtre, & Fratrum Noſtrorum, Alberti videlicet, & Wenceslai, - - - Monaſterio SS. Martirum & Paucratii in Hekelinghe, proprietatem quatuor manſorum & dimidii, ſitorum in campo Hekelinghe & Altendorp — donavimus &c.* Mentio procul dubio & *Patris* foret facta, ſi adhuc ſuperſtes fuiſſet.

Anno 1326. *proxima Feria V. ante Feſtum B Marie Magdalene*, idem *Rudolphus D. G. Dux Saxonie, Angrie, Veſtphalie, Comes in Bren, Burghgravius in Magdeburg, Sacrique Imperii Archimarſchalcus*, notum facit, quod Dominæ *Jutte de Osde*, Abbatiſſæ Conventus in *Gernrode*, *omne & univerſum ac ſingulare jus, quod habuit ſuper quinque Manſos, ſitos in Villa, quae Sulte vocatur, perpetuo tempore duraturum*, donaverit; Vid ibid. Part. 3. L. I. Cap. 7. §. 8. p. 179. quo titulo & anno 1337. uſus eſt, teſte Charta ibid. Part. 3. Lib. 4. C 4. §. 9. p. 470; nec non anno 1355. l. c Part. 3. L. 1. C 4. §. 8. p. 148.

Nepos Ejus, ex Filio *Wenceslao*, *Albertus III.* ramum terminavit anno 1422. Vid. Ejus Epitaphium *Witteberge*, referente Dn. *Becmanno*, l. c Part. V. L. I. Cap. 7. in fine, pag. 48. *anno M.CCCC.XXII. mortuus eſt Albertus, Dux Saxonia Elector, in Familia Anhaltina ultimus.*

v (6) JOHANNES LAUENBURGICUS, *Alberti II.* Frater animam efflavit anno 1285. teſtibus: *Mihobio* l. c. *Hemmingeſio*, Part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia, pag.* 173. *Limnæo* Lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 2. pag. 83. *Spenero, Syllog Hiſtorico-Genealog. pag* 777. *Becmanno* l. c. p 49. aliis.

Exaruit & hic ramus, anno 1689. 19-29. Sept (ut *Levinus von Ambeer*, Part. I. *des Sachſen - Lauenburgiſchen Stamfals*, p. 14. & part. 2. pag. 135. *Simon*, Part. 2 *Chronici Ilenburgici*, pag. 382. *Europ Heroldt* Tom. I. pag. 513. Dn. *ImHoff, Notit Procer. Imper* Lib 4. C. 10. §. 12 p m. 211 *Happelius, in der Kern-Chronick*, ad h. a. pag. 109 Dn. *Lucae, im Fürſten-Saal*, p 129. aliique multi perhibent; aliis diem proximè ſequentem hoc titulo proferentibus, veluti ipſo *Levino von Ambeer* l c. Part. 2. p. 76. Dn. *Becmanno* l. c. Part. V. L. I. C. 8 §. 15. p. 63. Dn. *Schwarzto, Obſervat. Hiſtor.* Cap. 15. §. 1 p. 437 &c) in JULIO FRANCISCO (non *Franciſco Joachimo*, ut *Happelius* l. c vult) *Reichſtadii* in Bohemia, relictis, ex *Hedwige Auguſta, Chriſtiani*, C. P. R Solisbacenſis Filia, duabus Principibus (1) *Anna Maria Franciſca*, nupta primum *Philippo Wilhelmo* C. P. R. Neuburgico: & poſtea, *Johanni Gaſtoni*, Principi Hetruriæ; (2) *Franciſca Sibilla Auguſta*, anno 1690. à *Ludovico Wilhelmo*, Marchione Badenſi, domum ducta.

Duce adhuc vivo, prodiit anno 1671. Serveſtæ: *Gründliche Fürſtellung und Erweiſung, daß die Succeſſion in und an dem Fürſtenthumb Nieder-Sachſen, insgemein Lauenburg genannt, auff den ſich begebenden Abgang des Herrn Hertzogen zu Sachſen Engern und Weſtphalen, Fürſtlichen Leibes - Lebens - Erben dem Hochfürſtlichen Hauß Anhalt allein, von Rechtswegen, gebühre.* Quæ deductio, poſt fata Ducis, an. 1690. Lipſiæ recuſa eſt. Quo tempore ſimul comparuit (1) *Danielis Hartnacci Hiſtoriſche Zuſammenſtammung derer ſæmptlichen Durchleuchtigen Prætendenten an dem Hertzogthum Sachſen-Lauenburg, aus denen vornehmſten Geſchicht-Schreibern damahliger Zeiten, entworffen &c.* nec non (2) cujusdam *Levini von Ambeer, Sachſen-Lawenburgiſcher Stamm-Fall, und ſtreitiger Landes-Anfall*; cujus altera pars eodem anno, ſub tit. *Sachſen - Lawenburgiſcher Streitiger Landes-Anfall, worinnen die Fundamenta derer ſæmptlichen Hohen Prætendenten, zu dem erledigten Sachſen-Lawenburgiſchen Hertzogthumb, und zugehœrigen Landen, ſamt alle dem, ſo biß anhero*, in Jure & Facto, *bey dieſer wichtigen Succeſſions-Sach, ſonderlich bey der Regenſpurgiſchen Reichs-Verſammlung, paſſiret*; prelo ſubdita. Cujus Auctor totis viribus prætenſiones Sereniſſimi Saxonum Electoris propugnare ſtudet; (3) *Reſervation und Darthuung wohlbefugter weiblicher Succeſſions-Prætenſion, in und zu den Erb-Lehenbahren, durch den Todesfall Weyland des Durchl. Fürſten und Herrn, Herrn Julii Franciſci, Hertzogen zu Sachſen, Engern und Weſtphalen, Chriſtmildigſter Gedæchtniß, erledigten Hertzogthumb Nieder-Sachſen, und geſambten* Inveſtituris *berühmſten*, & ab ultimo Vaſallo *hinterlaſſenen Landen, Leuten und Pertinentien*, interpoſita à Dn. *Jacobo Erneſto à Ploeckner*, Sereniſſimorum *Ludovici Wilhelmi*, Marchionis Badenſis, & *Philippi Wilhelmi*, Marchionis Badenſis, & *Philippi Wilhelmi* Ducis Neoburgici, in Aula Cæſarea Mandatario, anno 1690. Singulorum aſſerta compendio exhibet, ita dictus *Ehrenhart Zweyburg*, Part. 2. *Theatr. Praecedentiae* Tit. XXVI. pag. 151. &c. ut & Jll. Auctor *des Europæiſchen Herolds* T. 1. pag. 512. &c. & Dn. *ImHoff* l. c §. 12. & 13 p 210 & 211. quibus nuper acceſſit Dn. *Chriſtophorus Hermannus Schwederus, Theatro Hiſtorico Prætenſionum Illuſtrium* Lib. 4. Sect. I. C. 4. p. 560. Sect. 2. C. I. p. 567. &c. Sect. 6. Cap I. p. 593. &c. Sect. 15. Cap. 2. pag. 642. Sect. 29. Cap 8. pag. 761. & 762. Enimvero, Potentiſſimo Magnæ Britanniæ Regi, qua *Electori Brunſuicenſi & Lune-*

Digitized by Google

Luneburgenſi, totique, Sereniſſimæ Domui, quinam, præ reliquis Principibus prætendentibus, *in Ducatum Lauenburgicum*, eique annexa, competant tituli, brevibus ut memorem, imperfectæ aliorum, imò & invidioſæ narrationes, quotquot de Sereniſſimæ Domus laudatæ in Terras iſtas Juribus circumferuntur, me impellunt.

Fuiſſe *Terras Lauenburgicas Tranſalbinas* partem *Slaviæ*, devictis *Obotritorum* Principibus, *Pribislao* & *Werslao*, ab *Henrico*, Saxonum Bojorumque Duce, quem, *Leonem* vocant, *Jure Belli* acquiſitam, nec ad Saxoniæ Ducatum unquam ſpectaſſe, ſed, ex quo debellatæ fuerant, Victoris, Poſterorumque Ejus, *allodii* portionem conſtituiſſe, Annalium & Documentorum fide nititur.

Ingraveſcente poſthac, contra *Guelforum* Gentis gloriam, ab Imperatoris, *Friderici Barbaroſſæ*, partibus ſtantium *Gibellinorum* conſpiratione, ubi Dux acerba fata ſubiit, utpote, anno 1180. in Senatu Bellico ſub Curiæ, adminiſtrandæve Juſtitiæ, larvis, in Ipſius perniciem, *Herbipoli* congregato, Feudis Imperii, (nec Allodiis ſuis) nominatim *Bavariæ Ducatu*, *& Weſtphaliæ Angariæque Ducatu*, privatus; *Bavariam*, *Ottoni Wittelſpachio* fuiſſe collatam, *Weſtphaliam* verò & *Angariam*, inter *Philippum* Colonienſem, & *Bernhardum Anhaltinum*, diviſam, ex Cæſareo conſtat Diplomate, apud *Gelenium*, de *Magnitudine Coloniae*; (unde ſua *Limnæus*, Tom. V Addit. *Jur. Publ.* ad L. 3. Cap. 6. §. 4. pag. 174. &c.) cujus ſimul auctoritate palam eſt, nec *Saxoniam* Ei fuiſſe abjudicatam, quandoquidem Princeps noſter ibi; *quondam Dux Bavariae & Weſtphaliae* notabiliter appellatur; inſuper extra controverſiam eſt, *Saxoniam* pro maxima parte fuiſſe Ipſius *Provinciam hæreditariam*, nec Feudum Imperii. Multo minus collata dici poteſt in *Bernhardum* Anhaltinum; qui propterea, inter teſtes præfati Diplomatis, non niſi *Dux Weſtphaliae & Angariæ* vocatur.

Adſcriptam verò ſibi *portionem Weſtphalicam feudalem* occupandi loco, naucifaciens *Bernhardus Herbipolenſe & Geylnhuſanum* Decreta, invaſit an. 1182. (tempore, quo *Henricus* Dux, ab Imperatore, & reliquis Principibus, exitium ei minantibus, armis undique laceſſitus, ad Socerum, Angliæ Regem, *Henricum*, profectus erat,) auxilio fratris ſui, *Ottonis*, Marchionis Brandenburgici, Provincias *Henrici* Ducis, *Saxonicas* partim, partimque *Slavicas*, ſive *Wendicas*, præſertim Caſtrum *Erteneburg* (hodie Atlenburg) deſtruendo, & ex ejus ruderibus, trans Albim Arcem *Lauenburgi* condendo, quam tamen Dux, domum interea reverſus, anno 1189. hoſtium manibus iterum eripuit. Conabatur quidem *Bernhardus* novum Caſtrum nova cingere militari corona, aſt re infecta inde diſcedere coactus. Dux contrà, liberatâ hoſtibus *Ditione Wendica*, migrans anno 1195 ad ſuperos, integrum iſtarum Terrarum jus ad Filios tranſmiſit.

Paucis annis poſt, ſurgente in Imperio ſchiſmate, filio *Henrici* Ducis, *Ottone*, Pictavenſium Principe, & *Philippo*, Imperatoris *Friderici* gnato, Sueverum Duce, de Imperiali ſecum invicem diademate contendentibus, occupat Holſatiæ Comes, *Adolphus*, turbido rerum ſtatu, anno 1200. *Lauenburgum*, vicinosque *Slaviæ* agros malè habet. *Canutus*, Danorum Rex, quem præſidio impoſiti auxilio vocaverant, inde irritatus, mittit *Woldemarum* Fratrem cum Exercitu adverſus Comitem, eumque anno 1201. ferali caſtigatum prælio, ducit captivum, & unà potitur *Raceburgo*. Comes in libertatem ut ſe vindicaret, tradidit *Woldemaro*, jam Regi, an. 1203, *Lauenburgum*; manifeſto documento: male parta citò dilabi.

Ut autem nihil juris in dictum Caſtrum pro ſe allegare; ita nec validè Comes illud in tertium transferre poterat; nec mirum propterea, *Woldemarum* Regem non diutius illud uſurpaſſe, utpote anno 1227. *Henrico*, Suerinenſium Comiti, pro liberatione *Alberti*, Orlamundani Comitis, traditum; cujus rei hæc fuit occaſio: Pullulante Regem inter dictumque Suerinenſium Comitem diſcordia, audiens Comes Regem ad *Luyô*, Baltici maris Inſulam, acceſſiſſe, eodem ſe confert, anno 1223. qua intentione? neſcio; id liquet, Regem, à perfido Vaſallo Comite, inde ſurreptum, navigio impoſitum, *Dannenbergam*, fuiſſe abductum, ibique conjectum in vincula. *Albertus* Orlamundanus, *Ditioni Lauenburgicae* Præfectus, certior de raptu factus, vi Dominum liberare ſtudet; pari vero infortunio, in hoſtium manus incidens, paria cum Rege fata experiri compellitur. Inflatior nova præda factus Suerinenſis, ſolvit Regem compedibus anno 1225. Qui, verſa vice, ne tantum facinus inultum maneret, vindictam coquere molitus eſt; ſed ecce! conſertis ad *Bornhovedam* armis, reportat Suerinenſis 22. Julii 1227. *Gerhardi*, Bremenſium Antiſtitis, *Alberti* Anhaltini, *Adolfi* Holſati, *Henrici* Werlenſis, & *Lubicenſium*, adjumento, Victoriam, cæſis ad internecionem Danis, *Woldemaro* Rege vix ſalutem fuga quærente, Ipſiusque ex ſorore Nepote, *Ottone*, Saxonum Duce, capto. Confecto bello, ceſſit Rex Suerinenſi, pro liberatione *Alberti* Orlamundani, Caſtro *Lauenburg*, quod ipſe viciſſim *Alberto* Aſcanio in Militiæ ſtipendium aſſignavit; quo jure? momenta eventorum oſtendunt: primus namque Ditionis illius uſurpator fuit *Adolfus* Holſatus; alter Danorum Rex, *Woldemarus*; tertius, *Henricus* Suerinenſis; quibus omnibus æquale in eam jus competiit. id eſt. nullum, & tale ad *Albertum* Anhaltinum devolutum eſt.

Verus Dominus remanſerat laudatus *Otto* Dux, etiam poſtquam cum Cæſare, *Friderico II* de Brunſuicenſi Terra tranſegit, *patrimoniales Saxoniae Ducatus Provincias* in Feudum Ei offerens, viciſſimque, 21.

Digitized by Google

Aug. 1235. Moguntinis in Comitiis, tanqvam de *ſpeciali Brunſuicenſi & Luneburgenſi Ducatu*, ſolemniter de iis inveſtitus, alto ubique de renunciatione in Slaviam ſilentio.

Parentem, an. 1252. defunctum, exceperunt, præter ſobolem reliquam, filii duo: *Albertus & Johannes*, quorum natu major diu ſatis Regimini ſolus præfuit, donec, ex herciſcundæ Familiæ judicio, an. 1267. (1269.) natu minori, *Johanni*, Ducatus Luneburgicus, & cum eo Jura in Slaviam, obvenirent. Ambos deperditus Reipublicæ ſtatus quem, ab Imperatoris *Friderici II.* obitu, vel paulo poſt, Interregnum magnum induxerat, *Ditionem Lauenburgicam* armis vindicare prohibuit, ubi ſatis fuerit, reliquas Terras adverſus vim publicam, hoſtes, prædatores, Catilinas, omnia miſerè vaſtantes, tutaſſe, civesque ſervatos ad juſtitiæ, æquitatis & decori, compoſuiſſe regulas.

Otto Strenuus, mortui anno 1277. *Johannis* filius, ad exemplum Majorum ſuorum, priſtinum Patrimonium animo non dimittens, bellum Saxoniæ Ducibus, *Alberto III.* & *Erico*, illud uſurpantibus, intulit induciis poſtea interpunctum.

Gnatus Ejus, *Wilhelmus*, efficaciori conſilio negotium aggreſſus, totam Regionem litigioſam felicibus armis, *Erico II.* inde pulſo, recuperavit, nec loca quædam duntaxat, ut, de re, à tempore ipſorum remota, malè informatis *Cranzio*, lib. IX. *Saxon.* Cam. 31. & *Büntingio*, Part. 2. *Chron. Brunſuic.* in vita *Wilhelmi*, p. m 20. lepidæ inſuper Transactionis capita ſomniantibus, qvorum, tenore victum Victor, nihil reciprocè dato retentove, in integrum plenè reſtituerit, videtur. Umbram hi venditant. Ecce, qvid factum?

Animi Principum, matrimonii fœdere, inter laudatum Ducem *Wilhelmum*, & defuncti *Erici* filiam, reconciliati ſunt, & de tota cauſa, inter altè memoratum Ducem *Wilhelmum*, Ejusque Agnatum, *Magnum* Brunſuicenſem, ex una, & *Ericum III.* Lauenburgicum, parte ex altera, anno 1369. ita transactum eſt: *Ut Lauenburgici, quamdiu ipſorum ſtirps maſcula duraret, in quieta ſæpe dictarum Terrarum poſſeſſione manerent; illa vero extincta, Terrae ad Brunſuicenſes revertentur.* Quæ pacta & connubii vinculo, qvo dictus *Ericus III Sophiam*, prælaudati Ducis *Magni*, gnatam, tori ſociam ſibi legerat, & *eventuali Homagio*, à *Lauenburgicae* Provinciæ Statibus, anno 1373. ad plures abeuntis Ducis *Magni* Filiis, ſolemniter anno 1374 præſtito, confirmata ſunt, &, exareſcentibus, an. 1689. in Sereniſſimo Principe, *Julio Franciſco*, Ducibus *Lauenburgicis*, vigore antiqui Juris, Pactorumque de *recadentia*, & ſuadente omni æquitate, in effectum deducta.

Terram *Hadeln* ad avitum Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium ſpectare Patrimonium, cum aliis argumentis, tum è diviſione Provinciarum, quam Filii *Henrici Leonis*, A. 1203. inter ſe fecerunt, ut & è Diplomate *Friderici II.* Imperatoris de an 1235. conſtat. Comprehenſa igitur hæc Terra ſimiliter fuit ſub Pacto *Recadentiae* ſupra memorato. Et licet mortuo ultimo Duce Lauenburgico, Sequeſtratio Cæſarea ibi facta ſit, declararunt tamen; ex mandato Auguſtiſſimi Imperatoris, Ejus Legati, ſcriptis Reverſalibus, dictam Sequeſtrationem Sereniſſimæ Domus Brunſuicenſis ac Luneburgenſis Juribus, neque in Poſſeſſorio, neque in Petitorio, ulla ratione præjudicio fore.

Adjungam nunc in gratiam Lectoris, quæ Principes alii pro ſe prætendunt:

Sereniſſima Domus *Saxonica*, allegat:

(1) Diploma *Maximiliani Primi* Imperatoris, quo, ſub dato *Conſtanz*, 28. Julii, anno 1507, *Friderico & Johanni* Fratribus, Electori & Ducibus Saxoniæ, *umb der angenehm-getreu und nützlichen Dienſte willen, ſo Sie Ihrer Kayſerl. Majeſt. und dem H Reich, mit Darſtreckung Ihres Leibes und Guthes, offt williglich gethan, und erzeiget, und hinführo wohl thun mægen, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath und rechten Wiſſen, auch aus eignener Bewegniß, die beſondere Gnade gethan, zugeſagt und verwilliget, daß Sie mit dem Hochgebohrnen Magno, Hertzogen zu der Lawenburg, einen Vertrag annehmen und machen mæchten, nemblich: Wo derſelbe Hertzog Magnus, ohne Eheliche Mænnliche Leibes-Erben, mit Todt abgehen würde, daß alsdann alle ſeine Lande und Leute. Lawenburg oder Nieder-Sachſen genannt, an die obbemelte Hertzoge Friedrichen und Johanſen zu Sachſen, und Ihre Eheliche Mænnliche Leibes-Erben; und wo die nicht wæren, an die Hochgebohrne Georgen und Heinrichen, Gebrüdere, auch Hertzogen zu Sachſen, und Ihre Eheliche Mænnliche Leibes-Erben; Hinwiederumb, wo dieſelbe Hertzog Friederich, und Hertzog Johannes, ohne Eheliche Mænnliche Leibes-Erben, von dem ehegedachten Hertzog Magno, mit Todt abgiengen, daß Ihr Fürſtenthumb und Lande der Chur zu Sachſen, auff denſelben Hertzog Magnum, und ſeine Eheliche Mænnliche Leibes-Erben, fallen, und Er, und dieſelben Seine Erben, ſich nun hinführo des Tituls: Hertzogen zu Sachſen, gebrauchen ſollen &c.* Vid. Diploma apud *Levinum von Ambeer*, l. c. Part. 2. pag. 41 & 42. Quibus ſubjungitur: *Wo aber dieſer Vertrag nicht fürgang gewinne, ſo haben wir den obgemelten Hertzog Fridrichen, und Hertzog Johanſen, hiemit weiters zugeſagt und verſprochen, wo Hertzog Magnus von der Lawenburg, ohne Eheliche Mænnliche Leibes-Erben, mit Todt abgehen ſolte, daß Wir alsdann Ihnen, und Ihren Mænnlichen Leibes-Erben, und da ſie nicht wæren, den vorgedachten Hertzog Georgen, und Hertzog Heinrichen von Sachſen, und Ihren Ehelichen Mænnlichen Leibes-Erben, ſein Fürſtenthumb und Lande zu der Lawenburg, wie er die jetzo innen hat, als Unſer und des Reichs heimgefallen Lehen, vor*

mær-

Digitized by Google

menniglich leiben; als Wir auch biemit gelieben baben wollen, zu gleicher Weiſe, als ob der Fall jetzo geſcheben wære &c. Annexa mox clauſula: *Wir wollen und ſollen Sie auch darbey gnædiglich bandbaben, auch biewieder nichts bandlen, noch ausgeben laſſen &c.*

(2) *Confirmationes Cæſareas* hujus Diplomatis, de annis 1660. & 1687. 19. Septembr. quarum poſteriori (cujus copiam ibid. pag. 40. offendis) inſertum, dictam *Expectantiam* fuiſſe confirmatam in favorem Potentiſſimi Electoris *Johannis Georgii III.* omniumque legitimorum in Electoratu Succeſſorum.

(3) *Pactum Confraternitatis Johannis Georgii II.* Saxonum Electoris, *Julio Franciſco* ultimo Duce Lauenburgico, 3. Sept an 1671. initum.

(4) *Poſſeſſionem vel quaſi* vacuefacti Ducatus Lauenburgici, die 26. Septembr. & ſeqq. an. 1689. per Dn. *Salomonem Zapffium*, Sereniſſimo Electori tunc à Conſiliis Aulicis, arreptam &c.

Quæ Sereniſſima Domus Brunſuicenſis & Luneburgenſis ad hæc reponit, hic referre non eſt opus; poſtquam Sereniſſimus Elector Saxoniæ omnes ſuas, prætenſiones, omniaque Jura, tam in Poſſeſſorio quam Petitorio, Potentisſimo Magnæ Britanniæ Regi, qua Electori Brunſuicenſi & Luneburgenſi, totique Sereniſſimæ Domui, ſolenni Transactione ceſſit, ita ut huic, ad minimum in poſſeſſorio, à nemine Prætendentium, quicquam controverſiæ, imò ne levisſimi quidem dubii, moveri poſſit, ſed illa eatenus omninò planè ſit ſecura. Atque eam non minus in petitorio exſuperare, eoque nomine, contra quoscunque Prætendentes, tutam eſſe, è ſupra dictis conſtat, & è mox dicendis amplius conſtabit. Conf. Jll. Dn. AD. FR. GLAFEYS *Kern der Geſchichte des Hauſes Sachſen*, lib. II. c. 5. §. 4. p. m. 819.

Sereniſſimi Duces *Megapolitani* proferunt:

(1) Pactum quoddam ſucceſſorium, inter *Bernhardum*, Ducem Lauenburgicum, atque *Henricum & Johannem* Megapolitanos. Ipſius è Sorore Nepotes, an. 1431. erectum, hujus tenoris:

Wy BERND, von Gades Gnaden, tho Saſſen, to Engern, und to Weſtphalen (Hertoge) bekennen openbahre, in deſſen Breve, vor als weme, dat wy, durch Fredes, und gemeiner, und Unſer Lande und Lude, und umb ſunderger Sacke willen, Uns darto bewegende, mit wollbedagten Mode, und nach der Hochgebohrnen Fürſtinnen und Frowen, Fronen Adelheyde, Unſer leven Huſsfrouen, und Unſer leven truen Radgewen, redde und vollbohrt, hebben uns, nach natürlicher Bord, und angebohrner Leve, geſat, und ſetten, mit Krafft deſſes Breves, tho der Hochgebohrnen Fürſtinnen und Frouen, Fronen Katherin, Hertoginne tho Mecklenbarge, unſer leven Süſter, unde tho den Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Henneke, und Herrn Johan, eren Sohns, tho Mecklenborg Hertogen &c. Unſer leven Ohmen, in aller wiſe, als nachſchrieven ſtehet:

Tom Erſten ſcholen wy Se, Ere Lande und Lude, Geiſtlick und weltlick, truwelken beſchütten unde beſchermen, unde verdedigen, lick Unſer ſulves Landes, ane Geferde, und ſunder Arg. Oken ſchole wy, nach en willen, ere vigende Rover, unde Deven in Unſen Landen unde Gebeden, nyrliken nit huſen, hegen, oder nyenerley Vordernuſſe don. Were ock, dat Sy, eder de Eren, ere Vredebreckere, Rover oder Deve, anquemen an Unſen Landen und Gebeden, de mogen ſe angelicke angripen, ſunder Unſe und ge Unſrigen, effte Jemands, Hinder. Dacto ſchœlen wy, unde Unſer, en truwelken helpen, unde nicht hinderen.

Schege ock, dat de genante Unſe leve Suſter, unde ere Sohns, Unſer leve Oeme, mit Jemande tho veyden, und to kriegen, quemen, oder all rede mit Jemand in Veyden wæren, de, edder den, ſchole wy, und willen, wan wy erer to Rechte mechtig ſyn, en truwelken biſtehen, und en to erm Rechte behulpen weſen, wan ſy dat van Uns eſchen. Unde wer es, dat en, van den, oder dem, Recht edder Findſchop, um alle overwanckende Toſpruck, nicht wedderfuhre, ſo ſcholte wy van de Stunden an, ere Vygen weren, unde en, wedder die, edder den, den Krig beſtellen, und truwelken raden und helpen, nach all Unſerm Vermogen; Unde Se, noch Wy, ſcholen Uns mit dem nicht vreden, noch Sohne, ingahn, alſo lange, dat ein und Uns, van den, edder dem, dat ſe unde wy mede to to veyden quemen, ſo welken wedderfuhre wat em, edder en, to Recht were, edder Unſer en dede, dat myd des anderen guden Willen; Und wan ſe Uns denne to Volgebedorffen, und eſchen, ſo ſchole wy unde willen en volgen, ſo wy truwelikeſt und ſtarkeſt mogen. Des geliken ſcholen Sei Uns weder don, Und wer da volge ſchikt, de ſchal dem anderen, ſo vro he ſin Land rühret, vor Schaden, Koſten, und Tering, ſtahn, byd wedder an ſyn Land. Unde offt me denne vromen neme, de ſchal dan deme, de Volge ſchikt, to gude komen.

Allene, ſchege ok, dat wy, er Unſe leve Huſsfruwen, van dodes wegen affgingen, als GOtt Uns bede woll vermach lange to friſtende, ſo wolle wy, dat die genante Unſe leve Huſsfruw, mit Unſen und eren Kinderen, in Unſe Erve-Dele unde Herſchop to beſitten blive, ſo lang, als Er dat bequem is. Und darto ſcholen Unſe leve Suſter, Ere Sohns, unſe leven Oeme, truwelken vorbidden, unne vordedingen, und ganſsliken darby beholden, na all eren Vermogen. Des Gelike ſchulln ſe ſe ock by erem Liffgedinge beholden, unde beſchermen, vor unrechter Wald, na allem eren Vermogen.

Schege ok, dat unſe Broder, Hertog Erick, unde wy, ſunder Sohnes Erven, van doddes wegen affgingen, dat GOTT vor bede, ſo ſcholen de genante Unſe leve Suſter, und ere Sohns, unſe leven Ohme, unſe Erve-Del und Herſchop, Lande und Lude, mit allen thobehorigen Herdicheiden, to rechten Erven heben, unde ſe, und ere

Digitized by Google

Nachkomlinge und Erven, to ewigen Tyden, ruweliken beſitten. Dat wy, mit Krafft deſſes Brevet, en geven, ſtedigen und vulborden, mit wolbedagten Mode, unvorbroken tho hollende. Und Wy, wen Unſe Manſchop, Slote und Stedte, Unſer Suſter, und eren Sohns, Unſe Ohmen vorſchreven, Erbhuldigung don laten, in aller Mate, als wy Uns al dat mit en, in deſſen Breve, verſchreven hebben, wan ſe dat van Uns eſchen.

Were ock, dat Unſe leve Broder, Hertog Erick, edder wy, Jungfruwen Lives - Erven na leten, de ſcholen Unſe vorbenante leve Suſter, Oeme, edder ere Erven, erliken beraden, nach Wanheit und Sede, alſe dat Furſtinne wol temet und horet.

Vorsmer ſchole wy unde willen unſe Vogede, unſe Ambtlude, de nu ſyn, unde de wy in tokommenden Tyden ſetten weren, ab Unſe Schlote, und beſunderge to Lauenborg und to Ratzeborg, wyſen, an ergenante Unſe leve Suſter. und vorſchreven Oeme, unde ere rechte Erven, to hollende, und den lowen tho hebbende, alſo woll, alſe wy, in aller Mahte und aller Wyſe, als deſſen gegenwertige Breve udwyſen, van Worden to Worden.

Al deſſen vorſchreven Stucke und Articule, und ein jewelk beſundern, la we wy, Bernd, Hertoge Saſſen, der Hochgebohrne Fürſtinne, Fruwen Catharinen, Hertoginne tho Mecklenborg, unſer leven Suſter, Herrn Hinricke; Herrn Johan, eren Sohns, Unſen leven Oemens, unde eren Erven, by Unſen Furſtlicken Eren, unde Truwen, ſtede unde veſt tho hollende, an alle Geferdte, unde anlowen.

Hieran und ower hebben Weſen, tho Witlicheit, Unſe eve Getruwen: Her Johan Præl, Domherr tho Ratſeborg; Her Johan Stulebars, Unſe Secretarius; Hans Marſchalk; Otto von Ritzerow, und Henrich Muſs, Unſe Vogede tho Lowenborg. To grœter Bewering und Tugniſſe aller deſſer vorgeſchreven Stucke und Articulen, ſo hebbe wy Bernd, Hertoge to Saſſen, vorbenante Unſe Inſegel, mit Willen und Witſchop, bengen heten und laten vor deſſen Breve. Gegeven unde ſchreven na Gades Bord, 1400. Jare, darna in dem ein und druttigſten Jare, des Sondages negſt vor Unſer leven Fruwen Daze Aſſumptionis.

(2) *Repetitionem* hujus prætenſi Pacti, de anno 1518. inter *Ericum, Johannem, Bernhardum & Magnum* Fratres, Duces Lauenburgicos; atque *Henricum & Albertum*, Fratres Megapolitanos, annexa facultate ſuccedendi reciproca. Vid. *Ambeer* l. c. Part. 2. p. 131.

(3) Literas *Franciſci* Lauenburgici ad *Ulricum* Megapolitanum, de an. 1591. quibus roget: *daſs Ihr Ld. ſich der Nachbarlichen* Confœderation *und Verbrüderung, ſo von vielen Jahren, zwiſchen denen Fürſtlichen Hæuſern, Mecklenburg und Sachſen, durch Ihre beyderſeits Gottſeelige Vorfahren, auffgerichtet, biſs anhero continuiret, und auch durch ſie, zu beyden Theilen, renoviret und erweitert worden, freundlich erinnern wolten &c.* Vid. *Ambeer* l. c. pag. 133.

(3) Literas *Franciſci* Lauenburgici ad *Johannem Albertum* Megapolitanum, ſub dato *Ollendorff*, 10. Aug. 1618. quibus contineatur: *Daſs er ſich hierbey erinnere, wie zwiſchen beyden Fürſtlichen Hæuſern, Mecklenburg und Sachſen, eine Erb - Verbrüderung, Vereinigung, und* Pacta Familiæ *gemachet, durch den Hertzog von Mecklenburg in* Originali, *auff der Veſtung Ratzeburg, vorgezeiget worden &c.* Vid. *Ambeer* l. c. pag. 133. & 134.

(5) Proteſtationem an. 1671. interpoſitam in Aula Cæſarea, additis precibus, *daſs Ihr Kayſerl. Majeſt. geruhen wolten, im Fall bey deroſelben, es ſey jetzt oder hinführo, zu einiger Zeit, des Hertzogthumbs Sachſen Lauenburg, und Landen halber, etwas dem Fürſtlichen Mecklenburgiſchen* Juri quæſito *zu wieder, geſucht werden ſolte, demſelben kein Gehœr zu geben;* Vid. *Ambeer* l. c. p. 134.

Nec hæc refellere, mei inſtituti; id ſaltim dixerim, Principibus pacta hæc contrahentibus erroneè fuiſſe perſuaſum, Ducatus Lauenburgici Terras, eveniente caſu, Succeſſore vacantes declarandas fore, id quod, ob Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium radicatum à tot retro Seculis Jus, fieri non potuit, nam illo prohibente, Lauenburgicis Ducibus non integrum erat de Regionibus ſuis cum aliis paciſci. Ne addam, præſuppoſita Pacta certis niti conditionibus nunquam adimpletis; proinde nec literas Ducum eo ſe referentes aliquid probare; nec majorem vim prætenſæ Proteſtationi ineſſe, ſiquidem proteſtatio fundamento deſtituta nihil operatur.

Sereniſſimi Principes *Anhaltini*, provocant:

(1) Ad *Jus Agnationis*, dicentes: ALBERTUM I. communem Saxoniæ Ducum, Lauenburgenſium, pariter & Wittebergenſium, ſtipitem, atque HENRICUM, Anhaltinorum Principum Satorem, Germanos fuiſſe Fratres, *Bernhardi* Ducis Filios.

(2) In Feudis Antiquis etiam Collaterales ſuccedere;

(3) Se cum ultimis Saxoniæ Electoribus Anhaltinæ ſtirpis ſimultaneè fuiſſe inveſtitos, adeoque iisdem gaudere juribus in Ducatum Lauenburgicum, quibus Electores iſti fruerentur, ſi ſuperſtites eſſent.

(4) Decretum Cæſareum, da an 1677. 10. Dec. cujus Dn. *Schilterus*, Cap. V, Comment. ad *Jus Feudale Alemannicum*, §. V. p. 547. meminit.

(5) *Pactum Succeſſorium* inter *Julium Franciſcum*, Ducem Lauenburgicum, & *Johannem Georgium*, Principem Anhaltinum, ſub dato *Wien*, 15. Mart. 1678. apud Dn. *Lunigium*, *Reichs-Archive*, Part. ſpec. Continuat. II. IV. *Abtheilung*, XI. *Abſatz*, §. X. p. 356.

Sed

Digitized by Google

Sed nec hæc refutare mihi ſumo, cui ſatis eſt, noſſe, ex adverſo aſſeri: priores tres Hypotheſes erroneas eſſe; neque enim probari poſſe, Principes Anhaltinos à *Bernhardo*, Henrici *Leonis* æmulo, deſcendere; & licet deſcendant, nihil hoc ad rem facere, cum *Bernhardus* nunquam Terris quæſtionis fuerit inveſtitus; itaque fruſtra planè hic provocari ad Feudum Antiquum, quale *Lauenburgicæ Terræ* in univerſum non fuit, multo minus, quoad Principes Anhaltinos. Prætenſam *Inveſtituram ſimultaneam* cum ultimis Saxoniæ Electoribus, eſſe paradoxon: nec etiamſi defendi poſſet, Terras quæſtionis concernere, utpote in quas dictis Electoribus nullum jus fuerit; imò ſucceſſionem Marchionum Miſnenſium in locum laudatorum Electorum, manifeſto eſſe præjudicio, Anhaltinis Principibus nullum Jus ſimultaneum quoad Terras, quas *Superiorem Saxoniam* vulgus vocat, competiiſſe; longè ergò minus competere potuiſſe in *Lauenburgicas*, toto cœlo, tam naturali quam politico ſeu Civili, ab iſtis diverſas. Decreto Cæſareo, *quarto* loco oppoſito, nihil aliud contineri, quam declarationem, nemini Cæſarem præjudicare velle; efflagitantibus ſcilicet Legatis Anhaltinis inferendam literis Feudalibus *Simultaneam Inveſtituram*, reſpondiſſe Auguſtum: *Wie die Fürſten von Anhalt ſich jederzeit, mit der gemeinen Mitbelehnſchafft derer Lande, ſo Ihnen etwa von Gebluts und Rechts wegen zuſtehen, genugſam geſichert zu ſeyn gehalten, alſo laſſen Ihr Kayſerl. Maj. auch nochmals bey der alten Form, ohne männigliches Præjuditz, es allergnædigſt verbleiben, und haben denen Fürſtlichen Anhaltiſchen Abgeſandten dieſes zur Kayſerlichen* Reſolution *anzudeuten, gnædigſt anbefohlen*. Sic & allegatum *quinto* loco prætenſum *Pactum Succeſſorium* juri quæſito Brunſuicenſium nihil derogare poſſe.

Sereniſſimæ defuncti Ducis *Lauenburgici*, *Julii Franciſci*, Filiæ adducunt:

(1) Feuda *Lauenburgica* eſſe *merè hereditaria*, argumento Literarum Feudalium ſimpliciter conceptarum, nulla Filiorum & deſcendentium Maſculorum facta mentione; adeoque, ad diſcrimen *Antiquorum ex Pacto & Providentia*, cum bonorum univerſitate, & oneribus, in quemcunque heredem tranſitoria, ſive is ex Teſtamento, ſive ab inteſtato ſuccedat.

(2) *Abſque conſenſu Senioris, & Succeſſorum Feudalium, alienabilia*, vel majoris harum Terrarum partis oppignoratione teſte de anno 1565. abſque conſenſu Domini Directi, Agnatorumque, facta; addentes: debitor licet deficientis Domini Directi & Agnatorum conſenſus exceptionem oppoſuerit, tamen contra ejus deſcendentes, & in Feudo ſucceſſores, anno 1614. 1671. 1674. & 1686. fuiſſe pronunciatum; imò Mandata S. C. de ſolvendo, vel hypotheca dimitten da, inſinuata. Ejusdem naturæ eſſe Contractum *Perlebergicum*, an. 1420. quo *Ericus* Lauenburgicus *Lubecenſibus & Hamburgenſibus* Oppida & arces *Bergerdorff & Ripenburg*, cum eo ſpectantibus diſtrictibus, vulgo *vier Lande*, & telonio *Eislingenſi*, hodiè *Tollenſpicker*, citra Cæſaris Agnatorumque conſenſum, alienaverit.

(3) *Origine Fœminea.*

(4) *Oblata*; *Bernhardo* Anhaltino, & *Alberto* ejus filio, proſcripto *Henrico Leone*, armata manu Terras Lauenburgicas occupantibus, adeoque jure proprio poſſidentibus, utut deinde Feudali lege, ab Imperatore & Imperio, ab ipſorum poſteris recognitas, id quod præviam oblationem præſupponat.

Neque hanc litem meam facio; videtur autem reſponderi poſſe ad allegatorum *primum*: Omnia Feuda præſumi propria, ſive recta, & in ipſis literis Feudalibus, Feuda iſta Lauenburgica expreſſè conferri tanquam Feuda recta. Repugnare præterea ejusmodi prætenſioni, Lauenburgicorum Ducum cum aliis Principibus, ſuper Succeſſione, inita ſive validè ſive invalidè Pacta, ut & Imperialia Diplomata, adeoque facta Majorum, in ſpecie etiam Parentis, cujusque proinde facta improbare non poſſint, ſed omnino agnoſcere debeant. Publicam inſuper *notorietatem* directò hic reclamare.

Ad *ſecundum*; Res eſſe inter alios actas, propterea nemini damnoſas, multo minus jus quæſitum habentibus; nec ſpectandum: quid factum ſit? ſed, quid fieri debuerit?

Ad *tertium*: Hypotheſin iſtam conſtantiſſimè negari.

Ad *quartum*: Ex ſuperius adductis in memoriam revocandum, neque *Albertum*, neque *Bernhardum*, Terras Lauenburgicas unquam juſto poſſediſſe titulo; ſed Poſteros *Alberti*, ex *Pacto Succeſſorio* cum Ducibus Brunſuicenſibus, adeoque ex horum voluntate, jus demum poſſeſſionis obtinuiſſe, quod, vigore dicti Pacti, cum Poſteritate Lauenburgica maſculina, iterum exſpiraverit.

Sereniſſimus Dux *Holſato Gottorpinus*, quoad Octo Pagos, (quos Dn. *Schwederus* in *Theatro Prætenſionum Illuſtrium*, lib. 4. Sect. XV. Cap. 2. p. 642. nominat: *Eſchberg*, *Fulgenhagen*, *Geritz*, *Heckten*, *Kœrtels*, *Wellenrode*, *Wendendorff & Wohldorff*) in Præfectura *Reinbeccenſi* dicit:

(1) Prioriſſam & Conventum Cœnobii (nunc Præfecturæ Ducalis) *Reinbeck*. vendidiſſe, anno 1529. *Friderico I.* Daniæ Regi, hoc ipſum Cœnobium, cum pertinentibus; quo titulo & dicti octo Pagi veniant.

(2) Laudatum Regem acquiſita recens bona reddidiſſe Seculo; eaque, per Præfectum, *Detlevum Reventlovium*, adminiſtraſſe, & ad heredes tranſmiſiſſe, inter quos *Adolphus* Dux, inſtituta an. 1536. Terrarum diviſio-

viſione, cum Fratre *Johanne*, ea, jure pleni Dominii, ſit ſortitus.

(3) Degente Duce *Adolpho* in Aula Danica, *Franciſcum* Lauenburgicum reditus dictorum Pagorum ſibi vindicaſſe. Vid. *Gerechtſame Ihrer Hochfürſtlichen Durchl. zu Schleſswig-Holſtein, an gewiſſen acht Dœrffern, zu dem Ampt Rheinbeck gehœrig*, apud Ambeer, l. c. pag. 160. &c.

Ad quæ reſponderi, audio:

(1) Litem hanc olim motam, & hic inde repetitas poſitiones omni fundamento deſtitui, cum Pagi illi notoriè in Territorio Lauenburgico, & quidem ab hac parte fluminis *Bill*, ſiti ſint.

(2) Poſſeſſionem eorundem Pagorum, profanato Monaſterio, (quod vel maximè advertendum,) ſtatim anno 1529. nec anno demum 1534. vel 1544. ut Holſati prætenderunt, & hic in prætenſis argumentis, tertio præſertim, venditatur, nomine Ducis Lauenburgici, *Magni*, legitime & pacificè apprehenſam fuiſſe; teſtibus actis publicis; expreſſisque Holſatorum confeſſionibus; circumſtantiis his (quibus adhuc aliæ addi poſſent) ſi diſpoſitio Religioſæ Pacis & Weſtphalicæ applicetur, manifeſtum fieri fruſtaneam & hanc prætenſionem.

Potentiſſimus *Suecorum* Rex, tanquam *Dux Bremenſis*, reſpectu *Hadeleriæ* profert:

(1) Pertinuiſſe olim *Hadeleriam* ad ArchiEpiſcopatum Bremenſem, per Weſtphalicæ Pacis tabulas ſibi adſcriptum.

(2) *Albertum* Magnum Præſulem eundem Terræ Tractum, novem auri libris, ab *Agnete*, *Henrici III.* Imp. Conjuge, comparaſſe.

(3) Injuria temporis Provinciam, à Saxoniæ Ducibus fuiſſe occupatam, cujus adhuc mentio facta in Inſtrumento diviſæ hereditatis *Henrici Leonis*, inter Ipſius filios an. 1203. apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* p. 241.

Verum, nec hæc pro Rege Sueciæ, ejusve Ducatu Bremenſi quicquam probare, vel inde elueeſcere videtur, quod.

(1) Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ nullibi ea omnia Suecis adſcribat, quæ priſtinis temporibus ad ArchiEpiſcopatum Bremenſem pertinuerunt; quale genus adſcriptionis omni juri contrarium foret; ſed ceſſio Ducatus Bremenſis, Sueciæ Regibus facta, non obſcurè ad ſtatum, qui tunc erat, fuerit reſtricta.

(2) Prætenſa emptio probari nequeat; licetque poſſet, notum tamen ſit, rapacem fuiſſe *Albertum*, qui ſub- & obreptitiè multa Imperatori & Imperatrici extorſit, quæ etiam vel propterea nunquam agnita, vel in rem deducta, ſed annihilata noſcuntur.

(3) Allegatum tertio loco, ratione Ducatus Bremenſis, manifeſta ſit principii petitio, proinde nihil ad rem faciat, imò contrarium probet, *Hadeleriam* ſcil. ad *Henricum Leonem*, ejusque Poſteros, ſpectaſſe.

Sereniſſima *Eleonora Charlotta* Lauenburgica, *Chriſtiano Adolpho*, Holſatiæ Duci, nupta, pro ſe allegat:

(1) *Hadeleriam* merè fuiſſe allodialem, nunquam feudalem.

(2) Semperque ſeparatam à Ducatu Lauenburgico, qua feudali, nudæque Ducum protectioni commiſſam, à Speciali Præfecto, & quidem proprias juxta Leges & Conſuetudines, adminiſtratam; nec ullis oneribus, quæ Ducatus Lauenburgicus tam reſpectu Imperii, quam Inferioris Saxoniæ Circuli Matricularum, tulit, ſubjectam.

(3) Illationem Terræ illius in Inveſtiturarum diplomata, nullo ſibi eſſe præjudicio, utpote vel ex errore, vel ignorantia, aut ſingulari forte Vaſalli reflexione, factam.

(4) Defunctum Ducem poſtremum, *Julium Franciſcum*, declaraſſe, per ultimæ voluntatis Tabulas, *Hadeleriam* pro mero allodio, Principibus ſequioris ſexus, non extantibus maſculis, omnino obventuro. Vid. dictæ Duciſſæ Memorial *an Ihr Kayſerl. Maj.* apud *Ambeer*, l. c. p. 168.

Enimverò, nihil ſolidi & his argumentis contineri, ajunt; cum, Aſſerto *primo* omnes Inveſtituræ Feudales Ducum Lauenburgicorum, à prima ad ultimam, reclament.

Secundum planè nihil inferat ad intentionem, pro Principe prætendente; plenum inſuper ſit errorum, quorum refutationem ſuſcipere, nec hujus loci eſt.

Tertium petitionem principii involvat.

Declaratio *Julii Franciſci* in præjudicium pactorum omnium Majorum, nec contra Cæſarem & Imperium, multoqve minus contra jus quæſitum Sereniſſimæ Domus Brunſuicenſis & Luneburgenſis, nec qvidam allegari mereatur.

Jam iterum in viam! Annexa Ducatui ſunt *Votum* & *Seſſio*, in ſolemnioribus pariter Imperii Conventibus, & *Circuli Saxoniæ Inferioris* peculiaribus Diætis.

Scutum exponunt: *Sibmacher, im Wapenbuch*, Part. I. p. 5. *Spener*, *Op. Heraldt.* Part. ſpec. lib. I. Cap. 5. §. 3. p. 25. *Im Hoff Notit. Procer. Imperii*, L. 4. C. X. §. 19. p. 212. *Europ. Heroldt.* T. I. p. 516. Alii.

(*p*) SABAUDIÆ; Commendari hic merentur, quos *Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia*, *in Catalogo Scriptorum Pedemontanorum & Sabaudienſium*, anno 1614. *Taurini*, Italicè edito; hoc nomine, laudat. *Philiberti Pingonii, Arbor Gentilitia Sabaudiæ*, *cum Saxoniae Ducibus communis*, Auguſtæ Taurinor. 1581. *Lamberti Vanderburchii, libri duo Sabaudorum Ducum Principumque Hiſtoriæ Gentilitiæ*; *Antwerp.* 1609. *Papirii Maſſoni, Elogia Ducum Sabaudiæ*, Pariſ. 1612. Liber: AMADEUS PACIFICUS, ſeu *de Eugenii IV. & Amadei Sabaudiæ Ducis controverſiis* coment. Pariſ. 1626. *Caroli Joſephi Morozzi, Vita Amadei D. Sabaud.* Tau-

Taurini 1616. *Antonii Fabri, Conſultatio, de Montis-ferratenſi Ducatu, pro Duce Sabaudiæ, contra Mantuanum*, Lugduni 1617. *Petrus Monodus*, de *Titulo Regio Domui Sabaudiæ debito*, Taurini 1633. *Reſpublica Sabaudiæ*, Lugduni Batavorum, 1634. *Aloyſii Juglaris Notitia Regiæ Celſitudinis, Caroli Emanuelis II. Sabaudiæ Ducis, & Inclyti Generis*; Monachii 1650. *Samuelis Guichenon, Hiſtoire Genealogique de la Maiſon Royale de Savoye*; Lyon 1660. *Gelegenheit und heutiger Zuſtand des Hertzogthumbs Savoyen, und Fürſtenthumbs Piemont, durch J. G. D* T. Nürnberg. 1690. *De Montpleinchamp, Vie d' Emanuel Philibert, Duc de Savoye*, Amſtelod. 1692. &c. *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 77. &c. deducit hos Principes, à *Beroaldo*, ſeu *Bertholdo*, Morienniæ Comite, *Immodi*, ſeu *Amedei, Ringelheimenſis* Comitis, filio; *Diterici* itidem Ringelheimenſis Comitis, Nepote; *Walberti*, D. Saxoniæ, Pronepote; *Wigberti*, D. Saxoniæ, Abnepote; *Witikindi Magni*, D. Saxon. Atnepote, quos l. c. pag. 2. hoc titulo celebrat. Ejusdem ſententiæ ſunt: *Gabriel Bucelinus*, *in Genealogica Germaniae Notitia* pag. 63. *Ubbo Emmius, Append. Genealog.* pag. 151. &c. omittat licet *Ditericum*, *Immodi* Patrem; cujus ſchema & *Guichenon* l. c. ſequitur; *Maderus in Familia Witichiudi*, præfixa *Chronico Montis Sereni* pag 51. fortè & *Limnæus*, Lib. V. *Jur. Publ.* Cap, 15. p. 286. *Immodum*, *Witikindi Magni* pronepotem conſtituendo, Dn. *Spenerus, in Sylloge Hiſtor. Geneal.* p. 108. Jll. Auctor *des Europ. Heroldes*, Tom. 2. p. 702 Dn. *Hübnerus* Tabb. Geneal. § 291. *Ubbonem Emmium* ſecutus; Alii. Quam incerta autem ſit hæc Genealogia, rectè notat Jll. *Conringius*, in Not. ad *Lampadium*, Part. 3. Cap. 5. pag. 191. ut & Dn *ImHoff*; Claſſ. 1. *Excellentium Familiarum Galliae Genealogiarum* pag. 69. cum pateat, nullis hactenus documentis authenticis probatum, quem dictus *Beroaldus*, circa annum 1023. defunctus, à qvo Gentem Dn. *ImHoff* orditur, Parentem habuerit Id certum eſt, *Amadeum II.* circa annum 1119. ab *Henrico V.* Imp. *Comitem Sabaudiae*, & *Amadeum VIII.* à *Sigiſmundo* Imper, an. 1416 ex *Comite*, creatum *Ducem*. Vid. præced. Tit. V. in vitis, *Henrici V.* v. 4. pag. 558. & *Sigiſmundi* v. 4 ad an. 1416. p. 693. Conf. *Micrælium, Syntagm.* lib. 3 Sect. 1. p. 49. & 51.

Henningeſius l. c. p 77. & 78 *Amadei VIII.* vitam, plane ſingularem, depingit Dn. *ImHoff* l. c pag. 72. hiſce: *Amadeus VIII. anno* 1401. *Comitatum Genevenſem, vel potius Gebennenſem, ab Humberto VIII. Dn de Thoire & Villars, ultimorum Genevæ Comitum è ſorore nepote, pretio* 45000. *aureorum, acquiſivit, contradicente licet Johanne Cabilloneo, qui Mariam Balciam, Humberti conſobrinam, in matrimonio habebat. A Sigiſmundo Imp. anno* 1416. *die* 19. *Februar. Diplomate Cameraci dato, creatus eſt Dux Sabaudiæ. Biennio poſt, Agnati ſui, Ludovici, Principis Achajæ, hæreditatem adiit. Anno* 1419. *de Nicæa Comitatu, cum Johanna, Neapolitana Regina, tranſegit, eumque Familiæ ſuæ ſtabilivit. Cum Johanne Jacobo, Marchione Montisferratenſi, à Mediolanenſibus oppreſſo, anno* 1432. *Fœdus fecit ea lege, ut is omnem Regionem, quam trans Padum & Tanarum, tenebat, clientelæ ſuæ ſubjiceret. Anno ſequenti, miſſis ad Baſileenſe Concilium Legatis, primum locum, præ Burgundiæ Duce, ambivit, eo argumento, quod ante novum Sabaudiæ Ducalem titulum, ante tria Secula, Majores ſui, Duces Chableſii, & Auguſtæ, atque Supremi Principes fuiſſent; excidit tamen illo petito. Exinde faſtidium rerum mundanarum præ ſe ferens, translato in Filium Regimine, anno* 1434. *Ripalliam ſeceſſit, & inſtituto Ordine S. Mauritii, adſcitisque in eum ſex Viris, quos Equites Anachoretas dixit, ſolitarium vitæ genus profiteri cœpit. Hujus rei fama permoti Patres Concilii Baſileenſis, qui Eugenium IV. Papam loco moverant, Illum, an.* 1439. *in Pontificem elegerunt; quam dignitatem, Baſileam profectus, aſſumpto Felicis V. nomine, ſuſcepit, ſed poſt decennium, in gratiam Nicolai V. iterum abdicavit, atque honore Cardinalis, Legati inſuper & Vicarii perpetui Sedis Apoſtolicæ, contentus, reliquum ætatis peregit &c.*

Filius Ejus, *Ludovicus*, ducta in Uxorem, *Anna de Luſignan*, *Jani*, Regis *Cypri*, filia, ad plures abiit. an. 1465. relinquens, præter alios liberos, *Amadeum IX.* ſui in Ducatu Succeſſorem; *Ludovicum*, Comitem Gebennenſem, & *Philippum*, *ſine Terra*. *Ludovicus*, torum conſcendens cum *Charlotta*, *Jani*, ſeu *Johannis II.* ultimi Regis *Cypri*, filia & herede, an. 1458. *Nicoſiæ*, Regio diademate redimitus eſt, ſequenti tamen, à *Jacobo*, ejusdem Regis filio naturali, *Nicoſiæ* ArchiEpiſcopo, ope Sultani Ægypti, inde iterum pulſus, tandemque vitam apud Monachos *Ripallienſes*, an. 1482. finiens. Quo vivis erepto, Ejus Vidua, *Charlotta*; per ſolennem donationem, *Romæ*, an 1485. 25 Febr omni jure ſuo in *Cyprum* *Carolo II.* defuncti, ex præfato fratre, *Amadeo IX.* Nepoti, (formulam ſuppeditante Jlluſtr. Dn. *Leibnizio Tom. I. Codic. Diplom. Jur. Gent* § 198 *p.* 450. &c) ceſſit, poſſeſſionem licet *Carolus* adipiſci non potuerit, qvandoqvidem invaſor Regni, *Jacobus*, faventibus ſibi Turcis, ſceptro potitus, ex *Catharina*, *Marci Cornaro*,

Veneti

Veneti Nobilis, filia, quam, an. 1470 ſibi ſociam elegerat, filium poſthumum, eodem nomine appellatum, an. 1473. heredem habuit, quo, an. 1475. itidem mortuo, Mater pueri *Cyprum* in *Venetos* tranſtulit, Inſulam quoque ſtatim occupantes, retinentesque, donec, an. 1571. Turcarum Imperator, *Selimus*, eam ſub jugum raperet; nudo *Sabaudis* relicto titulo.

Ad reliquas Principis prærogativas pertinet, quod (1) ratione *Ducatus Sabaudiæ, Principatus Pedemontii, Marchionatuum Cevæ, & Saluciarum, Comitatus Aſtenſis*, aliarumque veteris *Arelatenſis* Regni partium, ab Jll. Auctore *des Europ. Herolds* l. c. pag. 713. recenſitarum, *S. R. Imperii Princeps* audiat, voto & ſeſſione, in Imperii Comitiis, gaudens: quo reſpectu & Germaniæ Judiciis obnoxius eſt, & in Matriculas Imperii, & quidem inter *Rhenani Superioris Circuli* Ordines, relatus, addito onere, in Expeditiones Imperii publicas, ſingulis menſibus, mille octingentorum ac viginti octo, in Judicii Cameralis ſuſtentationem verò, trecentorum, florenorum annuorum. Vid. *Bodinus* de *Republ.* L. I, C. X. §. 129. cujus ſententiam ulterius illuſtrat *Conringius, de Finibus Imperii*, L. 2. C. 25. §. 11. &c. p. 388. & ſeqq. peculiari ſtudio hoc argumentum tractans; *Mylerus. ad Rumelinum*, in A. B. Part. 2. Diſſert. 2. §. IV. lit. f. p. 364. & Part. 2. Diſſert. 3. §. XXVII. p. 498. *Reinkingius*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. I. Claſſ. 2. C. IX. §. 102. &c. p. 175 & 176. *Limnæus*, lib. V. *Jur. Publ.* C. XIV. p. 291. &c. Jll. *Obrechtus*, Exercit. 2. ad *Monzambanum*, C. 2 §. 1. p. 19. Jlluſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, in Diſſ. de *Foro Principum S. R. Imperii*, an. 1692. Trajecti ad Rhenum habita, C. 3. §. 3. p. 67. &c. Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 78. p. 86. &c Dn. *Schwederus Introduct. in Jus Publicum*, Part. General. Cap. 4. §. 44. p. 143. & 144. Dn. *Zweyburgius*, Part. II. *Theatri Præcedentiæ*, Tit. 28. p. 157. in ſpecie Auctor *der Erleuterung, daß Savoyen des H. Reichs Lehn-Mann ſey*: de an. 1703. Quid autem longa diſputatione opus? Audiamus R. J. *Ratisb.* an. 1541. §. 6. *Nachdem aber, in dem Unſerm Schwager, und des H. Reichs Fürſten und Lehenmann, dem Hertzogen von Savoyen, ein gut Theil ſeines Fürſtenthums, mit Kriegs-Gewalt abgedrungen, und eingenommen iſt, ſeind wir, in Betrachtung Unſers Kayſerlichen Ampts verurſachet, Uns zu Errettung, und Unterhaltung des H. Reichs Eygenthumbs, in Gegenrüſtung einzulaſſen &c.* Sic *Carolus V.* in Procemio R. J. *Spirenſis*, an. 1544 *diß der Erbfeind Chriſtlichen Glaubens und Nahmens, der Turck. ---- Unſern Fürſten und Glied des Heil. Reichs, deh Hertzogen von Saphoy, überfallen, und die Stadt und Port Niſſa, einnehmen laſſen &c* Noviſſimum R. J. *Ratisbonenſem*, an. 1654. ſubſcripſit, nomine *Caroli Emanuelis*, Sabaudi, *Johannes Baptiſta de Bigliatoribus, Comes à Lucerna, ejusque Valle, Conſiliarius Intimus*. In modernis Comitiis, an. 1664. 29. Januar. ejusdem Ducis Legatum, *Carolum Felicem Malleti, ex Dominio Droxy, J. U. D. & Sabaudiæ Vaſallum*, locum, ante *Leuchtenbergenſem*. quamvis non ſine ſolenni proteſtatione, occupaſſe, ex *Hagemeiero*, de *Comitiis Imperii*, Cap. V. p. 23. *Gaſtelio*, de *Statu Publ. Europ.* C. XIX. §. 126. p 693. Dn. *Schwedero* l c. §. 44. p. 145. ut & *der Verzeichnüs der Chur-Fürſten, Furſten und Stænde des H. R. Reichs, wie dieſelbe, auff dem, von Ihr Kayſerl. Majeſt. Leopoldo, nach Dero und des H. R. Reichs Stadt Regenſpurg, auff den 8. Jun. anno 1622 ausgeſchriebenen Reichstag, erſchienen &c.* de an. 1689. p. 17. diſcimus. Eundem tamen locum eum adhuc retinere, ſchemata Seſſionum, 18. Sept. 1702. 1. Febr. 1706. 8. & 11. April 1707. &c. mihi transmiſſa, in quibus hunc ordinem offendo: *Savoyen, Leuchtenberg, Anhalt, Henneberg &c.* teſtantur. In Memoriali; quod Miniſter moderni Ducis, *Carolus Caroccius*, 28. *Febr.* 1691. ad dictaturam, in Comitiis obtulit, compellatur *Princeps, fidumque Imperii membrum*; Vid. FABRI *Staats-Cantzley* Tom. I. Faſcic. X. §. XIII, p. 782. Errant *Gaſtelius* l. c. *Mylerus* l. c. Part 2. Diſſ. 3. §. 27. p. 498. & aſſeclæ, ab omnibus Imperii oneribus Eum exemptum eſſe, nullique Circulo inſcriptum ſtatuentes; verum licet ſit, quæ Jlluſtr. Auctor *des Europ. Herolds* l. c. memor Feudorum, quæ ab Imperio tenet, annectit: *Alſo iſt kein Zweiffel, daß Er des H. R. Reichs Furſt und Stand ſey. Inmaſſen Er auff Reichstæge, neben andern Churfurſten und Stænden, beſchrieben wird, und mit einem gewiſſen Churfurſtenmæſſigen Anſchlage, in der Reichs-Matricul begriffen iſt; Ob Er ſich wohl, ſeiner Præpotentz, und Entlegenheit halber, ſo genau an die Reichs-Abſchiede, und Reichs-Anlagen, auſſer was die Turcken-Hulffe betrifft, nicht binden læſſet, ſondern dem Reich nur, was Ihme gefællet, zu willen iſt.* De prædicta Ejus Matriculari Quota, evolvendi *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad L. V. Cap. 14. §. 17. p. 919. *Conringius*, l. c. pag. 391. & 392. &c. Matriculæ ipſæ, in *Andleri Corpore Conſtitutionum Imperialium* voc. *Matricul.* p. 806. *Reinking* l. c. lib. I. Claſſ. IV. Cap. I. § 65. pag. 341. v. 18. *Hertzog von Saphoie, zu Roß 60. zu Fuß, 277. bringt 1. Monat 1828. Fl.* (2) *Perpetuus Vicarius Imperii per Italiam*, audiat; de quo Vicariatu, per Terras Sabaudicas extenſo, præced. Tit. XI. §. 2. lit. f. p. 966. &c. egi. (3) In Capella Papali, Regumque Aulis, omnibus Italiæ Principibus, imò & Magno Duci Hetruriæ, vigore Bullæ *Pii V.* P. R. de an. 1570. 17. Jan. an. 1582. à Collegio Electorali confirmatæ, præferatur. Vid. Auctor *des Berichts, auff die Bayeriſche Anhaltiſche Cantzley*, p. 4. *Der Hertzog von Saf-*

ſoya

Digitized by Google

ſoya ſitzet vor allen Fürſten in Italien, auch für dem Hertzog zu Florentz ſelbſten, dann Pius V. in ſeiner Bull, durch welche Er Coſino dignitatem Magni Ducis conferiret, *dieſe* Prærogativam Familiæ Sabaudiæ *vorbehalten &c. Linnæus*, L. V. Cap. 14. §. 7. pag. 292. *Cruſius* de *Praecedentia*, C, X. §. 5. p. 511. *Gaſtelius* l. c & §. 127. p 693 Dn. *Schwederus* l. c. Dn. *Zweyburg* l. c. Part. I. Tit. 42. pag. 110. *Europ. Herold* l. c Venetos excipiunt *Cruſius* l. c. C. XII §. 21. pag. 536. *Gaſtelius* l. c. Dn. *Schwederus* l c. De *Praecedentia Reipubl. Venetae* Tract. ſcripſit *Graswinckel.* Apud *Johannem Burchardum*, Argentorat Capellæ *Alexandri VI.* P. R. Ceremoniarum Magiſtrum, in *Hiſtoria arcana Vitaè Alexandri VI.* ab Jll Dn de *Leibnitz*, an. 1697. edita, ad an. 1499. p. 74. legimus: *Vigeſima octava Menſis Junii, in introitu Dn d' Aubini, Capitanei Gentium Regis Franciae, contentio fuit inter Oratores Ducis Sabaudiæ, & Venetorum, nec fuit ſervatus ordo, quia Sabaudus contendit cum Veneto, qui erat à dexteris Oratoris Regis Angliae, & Sabaudus ivit ab Illius ſiniſtris: nolui me interponere &c* & ad ann' 1502. pag. 78. *Ante Miſſam, in Camera Papagalli, Dominica I. Adventus*, 18. *Novembr. orta eſt differentia, inter Oratorem Venetorum, & Oratorem Ducis Sabaudiæ, ſuper Præcedentiam, qua per Papam intellecta, mandavit Sanctitas ſua, ut alternatis vicibus venirent; &, pro ea vice, manſit Venetus, & receſſit Sabaudus. Dominica ſecunda Adventus, ante Miſſam, iterum contenderunt Oratores Venetus & Sabaudus, ſuper Præcedentia; & Papa, de conſilio Cardinalis Ulïſiponenſis, mandavit, quod uterque oratorum recederet, quod factum. Cardinalis Grimani allegavit coram Papa; quod Dominium Venetorum eſſet in poſſeſſione illius loci ante Sabaudum, ad quadraginta* (fortè quadringenta) *annos, & ultra; & Ducatum Sabaudiæ ante* 40 (400.) *annos, fuiſſe Comitatum, & à ſexaginta annis citra eſſe erectam in Ducatum; propterea & Venetos, qui habuerunt ad — Ducem debere Sabaudorum præcedere. Papa interrogavit me, quid mihi videretur? reſpondi ſanctitati ſuæ, quod tempore Sixti IV. Orator Ducis Sabaudiæ præceſſit, Oratorem Ducis Mediolani præceſſiſſe, Oratorem Venetorum receſſiſſe; idem dixit Cardinalis S. Severini, &c.* Biennio poſt, *Paris de Graſſis*, Ceremoniarum Magiſter *Julii II.* in *Ceremoniali*, ex mandato Domini confecto, hunc ordinem ſervavit: *Dux Auſtriae; Dux Sabaudiae; Dux Mediolani; Dux Venetiarum &c.* Vid. *Linnaeus*, Tom. IV. Addit ad L. V C 14. §. 7. p. 914. (4) Ab ipſo Auguſtiſſimo Electorali Collegio, Ei *Celſitudinis Regiæ* titulus tribuatur; Vid. *Oldenburg*, in *Limnæo Enucleato*, L. I. C. 14. §. 11. *Gaſtelius* l. c. §. 126. Dn. *Zweyburg* l. c p. 110. Dn. *Schwederus* l c. Hinc laudatus *Europ. Herolds* l. c. p. 702. *wird von den græſten Printzen Europæ, mit dem Prædicat: Alteſſe Royale, das iſt, Kænigliche Hoheit, beehret ---- wie denn Seine Kayſerl Majeſt. dem jetztregierenden Hertzoge, anno* 1690! *Kænigliche Ehre anthat, alſo, daß deſſen Abgeſandter, bey Hoff, in der Kirche, und anderwerts, den Kæniglichen Ambaſſadeuren, in allen Stucken, gleich gehalten würde,* (5) Utatur *Corona Regiæ clauſa*; Vid. *Oldenburger*, l c. lib. 3. c. 22. Dn *Zweyburg* l. c. pag. 111. Dn. *Spener, Op. Herald* Part. ſpec. L. I, c. 83. §. I. p 328 (6) Fruatur jure nobilitandi, quod *Choppinus*, de *Domanio*, L. 3 Tit. 26. § 2. p 662 ad *Comites*, usqve, & *Rolandus à Valle*, Conſ. 4. §. 44 fol. 3. usq; ad *Marchiones*, extendunt. Vid. *Linnæus* Lib. V. Cap. XIV. § 5 & 6. pag. 291. & 292. &c. &c. Qvæ omnia hodiè eo minus in dubium vocanda, qvo, juxta, art. V. Inſtrumenti *Pacis Ultrajectenſis* Gallo-Sabaudæ, de an. 1713. 11. April. Tom. LIV. *der Mercure Hiſtorique & Politique*, ad h. a. pag. 627. &c. Potentiſſimus Dux: VICTOR AMADEUS, 22. Sept. 1713. *Regem Siciliæ* ſe proclamari curavit, ſolemni Inauguratione 24. Dec. an. eod. ſubſecuta

Prætenſiones ſiſtit Dn. *Chriſtoph. Herman Schweder, Theatr. Hiſtor. Prætenſionum Illuſtrium*, L. 4. Sect. 31 Cap. I. & ſeqq. p 784. ad 797. De Inveſtitura *Monſferratenſi*, vid. ſeq. L. 2. Tit 1. § 13.

Inſignia Ejus exponunt: *Fabricius, Annal. Miſn.* lib 3 p. m. 257. Hœping, *de Jur. Inſign.* C. VI. Part 5. §. 843. p. 364 &c. *Linnæus*, Tom IV. Addit. ad L. V. Cap XIV. §. 10 p. 914. & Tom. V. ad eundem locum, pag. 443 Dn *Spenerus* l. c. §. 2. & ſeqq. *Europ Herold* l. c. p. 713.

(q) LOTHARINGIÆ; Illuſtrant hanc Hiſtoriam; *Franciſci de Roſieres*, Tomi VII. *Stemmatum Lotharingiae ac Barri Ducum*, ad *Trojana* licet usqve tempora, inepto labore, deductorum Pariſ 1580. *Nicolai Bire, Allianses Genealogiques de la Maiſon de Lorraine*, 1593. *Nicolai Clementis Trelai, Reges Auſtraſiae, & Duces Lotharingiae, nativis iconibus, & Hiſtoricis Epigrammatis, expreſſi, Colon.* 1619. *Theodorus Godofroy, de la Vraye Origine des Ducs de Lorraine*, Pariſ. 1624. *Hieronymus Vignerius, de la veritable Origine des tres-Illuſtres Maiſons d' Alſace, de Lorraine, d' Autriche, de Bade, & de quantité d' autres*, Pariſ. 1649. *Huberti Loyens, Synopſis rerum geſtarum, à Lotharingiæ, Brabantiae & Limburgi Ducibus; Bruxell.* 1672. *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, Ducum originem à veſtutiſſimis *Sicambrorum*, ſeu *Cimbrorum*, Regibus, deducens quorum Genealogiam, ab *Antenore* circa an. 440 ante natum Salvatorem, cæſo, usqve ad *Pharamundum*, Sec. V. electum *Francorum* Re-

I

gem

gem, pag. 3. ad 6. exhibet; Hujus nepotem, ex filio *Clodione*, *Alberonem*, conſtituit, p. 8. communem ſtipitem Ducum Comitumque *Moſellanicæ*, *Alſatiæ*, *Arduennæ*, & *Brabantiae*, qvos, pag 18. & 19. &c. ordine recenſet, continuando eorum Genealogiam, p. 62. & ſeqq. *Micrælius*, Lib. 3. *Syntagmatis*, Sect. 2. p. 139. eos orditur à *Reginaldo*, Arduennæ & Moſellani Comite, Stemma ad S. *Arnulphum*, indeqve ad *Pharamundum*, laudatum Regem Francorum, referente. *Vignerius* l. c. multis argumentis probat, deducendum eorum initium ab *Archinoaldo*, ſub *Clodoveo II.* Rege, Palatii Magiſtro, *Leudeſii*, eodem munere, functi, Patre, cujus filius, *Adalricus* à *Theodorico III.* Rege, *Alemanniae* Ducatum, (*Alſatiam*, *Sueviam* & *Germaniam Superiorem*, complexum) fuerit conſecutus; à quo reliqui, usque ad *Gerhardum de Alſatia*, anno 1048. ab *Henrico III.* Imp. *Lotharingiæ Ducem* creatum, cujus poſteros, Ampliſſ. Dn. *ImHoff* in *Genealogiis Excellentium Familiarum Galliae*, pag. 79. &c. qvinqve Tabulis ſiſtit. *Bucelinus*, in *Genealogica Germaniae Notitia*, p. 47. &c Dn. *Hübnerus*, *Tab. Geneal.* §. 279. aliique, ſententiam *Henningeſii* l. c p. 18 &c. amplectuntur. *Morery*, voc. *Lorraine*, pag. m. 366. & 367. meram nomenclaturam, à laudato *Gerbardo* deſcendentium Ducum ſuppeditat. Modernorum Ducum Genealogiam texuit *Limnæus*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. XI. Quoad Politica, debemus *Ludovico Chantereau le Fevre*, *la Queſtion Hiſtorique: Si les Provinces de l'ancien Royaume de Lorraine, doivent être appellées Terres de l'Empire?* Pariſ. 1644. *Johannes Jacobus Chiffletius* Imperio *Barrenſem* quoqve Ducatum, in *Commentario* ſuo *Lotharienſi*, adſeruit, Antwerp. 1649. cui tamen *David Blondellus*, *Barrum Campano-Francicum*, Amſtelod. an 1652 oppoſuit.

apud Dn. *Friſchium*, Addit. ad *Limnæum* 5. lib. V. Cap. XI. pag. 163. ibi: *In dero ungezweiffelten Reichs-Immediat-Marggrafſchafft Nomeny &c.* nonnulli conjiciunt, ſed & ratione Marchionatuum *Pont à Mouſſon*, & *Caſtri Hattonis*, Comitatus *Blamont*, aliorumqve Feudorum, qvorum mentio fit in Literis Feudalibus *Rudolphi II.* Imp die nona Septembris 1609. *Pragæ Henrico* Duci datis, apud *Chiffletium* l. c. Cap. XII. p. 45. *Conringium*. de *Finibus Imperii*, L. 2. Cap. 27. §. 27. p. 440. &c. & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Continuat. 2. *vierte Abtheilung, vierzehender Abſatz*, §. VI. p. 310. & 311. ubi: *Eundem Illuſtrem Principem, & Conſanguineum Noſtrum- Henricum, Lotharingiæ & Barri Ducem, de prædictis Caſtris, terris, & locis, ac nominatim, de Marchionatu Pontis-Montis, & de Comitatu Blanckenberg, ſeu Albi-Montis, Belliſtbein & Clarmontis; Item, de Marchionatu Hattonis Caſtri, cum omnibus & ſingulis eorum honoribus, homagiis, gratiis, juribus, libertatibus, ac pertinentiis univerſis; item, de Advocatia Civitatis in Toll, ja, & Monaſterii in Rumelſperg, Diœceſis Tullenſis, & aliis certis Juribus, in dicto Monaſterio Ei competentibus &c. clementer inveſtivimus, & in Feudum conceſſimus, ac tenore præſentium inveſtimus, & in Feudum concedimus &c.* Conf. *Arumæus* de *Comitiis*, Cap. 4. §. 122. *Hagemeier*, de *Comitiis*, Cap. 5. pag 23. afferens, Legatum Lotharingicum, anno 1664. 13-23 April. in Comitiis, ad Feuda hæc provocaſſe; *Conringius* l. c §. 11. &c. pag. 424. *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad L. 5. C. XI. §. 3. p. 886. & Tom. V. ad L. 5. C. XI. §. 2. pag. 416. Jll. *Obrechtus*, ad *Monzamban*. Cap. 2. §. 9. pag. 41. Dn. *Schwederus*, Introduct. Jur. Publ. part. General. Cap 4. §. 22. pag. 108 Dn. *Schurtzfleiſchius*, Differt. de *Regno Auſtraſiæ*, Cap. 3. §. 2. & in Addit. ad hunc locum; Dn *Bilderbeck*, *Reichsſtaat*, Tom. 2. part. 10. §. 3 p. 456. &c.

Prærogativis Ducum annumerandum;

(1) Quod ſint *S. R. Imperii Principes*, votum & ſeſſionem, immediatè poſt *Hirſchfeld*, in Senatu Principum habentes; non qvidem, intuitu duntaxat Marchionatus *Nomeny*, ceu, ex ſchedulis Pappenheimianis, vulgò *Auffruffs-Zettul*, ubi: *Savoyen; Leuchtenberg; Anhalt; Henneberg; Schwerin; Razeburg; Hirſchfeld; Nomeny; Mompelgard &c.* nec non ex ſubſcriptione R. J. *Ratisbon.* anno 1598. verb. *Als Marggrafen zu Numeny*; & *Ratisbon.* an. 1654. verb. *Des Hauß Lothringen, wegen der Marggrafſchafft Nomeny, Niclas Fourrier von Neidecke &c.* & memoriali libello *Johannis Moneti de Reinenbergk*, Legati Lotharingici, modernis in Comitiis exhibito,

(2) Vigore Transactionis *Norimbergenſis*, d. 26. Aug. 1542. inter *Ferdinandum I.* Regem Romanorum, & *Anthonium*, Lotharingiæ Ducem, ſolemnibus in Comitiis, Electoribus, reliqvisqve Imperii Statibus, conſentientibus, initæ. & à *Carolo V.* Imp, 28. Julii, 1543. *Spiræ*, confirmatæ, apud *Chiffletium* l. c. C. IX. &c. *Limnæum* L. V. Cap. XI. §. 3. p. 260. &c. & Tom. V. Addit. ad hunc locum, p. 410. &c. *Conringium* l. c. §. 18. &c pag 430. &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 4 p 299. &c. Princeps noſter, qvoad *Ducatum Lotharingiæ*, pro libero Statu, nemini ſubjecto, ſit declaratus, qvi tamen, cum omnibus Terris ſuis, Tutela & defenſione Imperii perpetua, fruatur, inſuperqve ab omnibus proceſſibus, Manda-
tis

tis & Judiciis S. R. Imperii, tam in *Prima*, qvam in ulterioribus *Inſtantiis*, liber ſit & exemptus; addita tamen Lege, ut ad communia Imperii onera, *duas Tertias Quotæ Electoralis* conferat, ita, ut ſi Electori cuidam *trecenti* floreni, collectæ titulo, ſolvendi imponantur, Lotharingus *ducentos* pendat, proportione hac in reliquis quoque collectis obſervanda; inde huc faciunt: *Tandem inter Nos convenimus, virtute præſentis Inſtrumenti, meliori forma, pactione & modo, quo id fieri debet & poteſt; ita, ut dictus Noſter Conſanguineus, Dux Lotharingiæ, Anthonius, & Ipſius hæredes, non tantum cum Membris, aut Statibus particularibus, dependentibus, ex Feudo, & Feudo ſubalterno, ab Imperio; verum etiam, cum Ducatu Lotharingiæ, & iis, quæ ad illum pertinent, tanquam ad Ducatum, nempe: Album Montem, Muſſipontem, & ſimilia, manere debeant inpoſterum, & in perpetuum, ſub tutela & defenſione Imperatoris, Regis Romanorum, & Sacri Imperii, defendique ac protegi, eodem modo, quo alii Ducatus & Status Sacri Imperii --- cujus rei cauſa, offert Dux Antonius, pro ſe, & ſuis hæredibus, ferre & perſolvere ratam ſuam portionem, de omnibus & qualibuscunque taxis & contributionibus, quæ imponentur, aut concedentur, à Statibus Generalibus Sacri Imperii, quod eſt tertia parte minus eo, quod uni Principi Electori imponitur: ita, ut ſi alicui Electori trecenti floreni, collectæ loco, Imponuntur, prædictus Dux Antonius, ejusque hæredes, ducentos florenos ſolvant, atque ita etiam in majoribus & minoribus collectis computando--- Alias autem ipſi, cum Ducatu Lotharingiæ, ejusdemque ſubditis, ab omnibus proceſſibus, mandatis & Judiciis S. R. Imperii, tam in Prima, quam aliis Inſtantiis, liberi & exempti erunt. — Ducatusque Lotharingiæ, cum ſuis appertinentiis, Liber, & non incorporalis Ducatus erit, & manebit ſemper, & à Cæſarea Majeſtate, Nobis, & Electoribus, Principibus atque Statibus Sacri Imperii, pro Libero & non incorporali Ducatu, Superioritate & Principatu, recognoſcetur, nominabitur, & habebitur &c.* Hinc, *in dem Reichs-Bedencken, über die in die Frantzœſiſche* Satisfaction *mit einlauffende Puncten*, dictat. 6. & 7. Septemb. 1674. Oſnabrugis, apud *Lundorpium*, Tom. VI. Actor. Publ. Lib. 3. C. 173. pag. 277. verb. *Angeſehen Ihr. Fürſtl. Durchl. (von Lotharingen) wegen dero Hertzogthumb Lothringen, und deſſen* Dependentiis, *ein Mittglied des Reichs, und unter deſſen Tutela & protectione begriffen; über dieſes, Krafft des anno 1642. (1542) zu Nurnberg, von Gemeiner Reichs-Verſammlung adprobirten Vergleichs, ſpecialiter conſœderatus Imperii ſeind, denſelben auch biſshero jederzeit*, tanqvam Pactum Publicum *unverbrüchlich gehalten, und* pro rata, *dem Rœmiſchen Reich, gleich andere Stænde, in Reichs- und Craiſs-Anlagen*, contribuiret &c. Eodem reſpicit Dux FRANCISCUS, in literis ad Imperatorem, 22. April. 1654. Ratisbonæ, ad publicam Dictaturam promotis, apud *Lundorpium*, Tom. VII, lib. VI. Cap. 574. pag, 678. *Ich werde auch in dieſer, und allen andern* Occaſionen, *erweiſen, wie veſt mir angelegen, nicht allein als benachbarter Fürſt, ſondern auch, als ein Mitt-Stand des Reichs, Chur-Furſten und Stænden an die Hand zu geben &c.* Add. Decretum Cæſareum, 19. April. 1674. *Viennæ*, ad Memoriale *Eſaiæ Puffendorffii*, Legati Suecici, ibid. T. X. Cap. 91. pag. 134. quo Galliarum Rex inter alia, Tractatus pacis ſufflaminaſſe dicitur, *Salvum Conductum Duci Lotharingiæ, licet Imperii Princeps, & Sacræ Majeſt. Cæſar. confœderatus ſit, denegando &c.* pariter ac Memoriale Dn. *Georgii Caſimiri Maji*, laudati Ducis Legati, 24. Aug. 1683. in Comitiis exhibitum, apud *Lundorpium* T. XI. lib. 12. Cap. 189. §. 57. pag. 622. *Quamvis Sereniſſimus Dux Lotharingiæ ---- non dubitet, quin S. R. I. Electores, Principes ac Status, deveniendo ad aliquos Tractatus cum Chriſtianiſſimo Galliarum Rege, recordaturi ſint, ſibi, ſuisque Ducatibus & Ditionibus, à S. R. J. debitæ protectionis, tanquam Membro & Con-Statui, & Fœderato ſuo --- per Pacta, 1542. inita, in Comitiis Generalibus Norimbergæ habitis &c.* & Decretum Commiſſionis Cæſareæ, d. 26. Sept. 1684. in puncto reſtituendi Ducis Lotharingiæ in integrum, ibid. T. XII. Lib. XIII. Cap. 60. §. 87. pag. 140. & apud Dn. *Kulpiſium*, ad *Monzambau*. Cap. 2. §. 9. pag. 511. &c. *Weilen Sie (Ihr. Kayſerl. Majeſt.) hœchſternannten Herrn Hertzog eines Theils, tanquam Con-Statum, und vermœge des Nürnbergiſchen Abſchieds, Dero und des Reichs Schutz-Verwandten, nicht weniger als ein jedwederes Reichs-Mit-Glied, vom Hœchſten Kayſerlichen Ampts wegen, zu ſchützen und zu ſchirmen verbunden &c.* Jung. Memoriale ſæpe fati Legati, ad S. R. Imperium, de an. 1690. ſic ſe habens:

MEMORIALE
Sereniſſimi Ducis Lotharingiæ Ablegati
ad
Statuum Imperii Legatos, in puncto Reſtitutionis;
de an. 1690.

TAmetſi neceſſe non ſit, Ampliſſimum hunc Dominorum Legatorum, Conſiliariorum atque Deputatorum Conventum, denuo multis docere, Sereniſſimum quoque Lotharingiæ Ducem, inter illa S. R. IMPERII MEMBRA numerari, quæ à Gallis potiſſimum affliguntur,

eum rerum ſtatus, ad quem redactus eſt, Europæ univerſae abundè perſpectus ſit. Nibilo tamen minus, quoniam Ejus Serenitati dubitare non licuit, quin rebus ita conſtitutis, Imperium, efficacibus conſiliis, eò collimet, ut Provincias, à Gallo ereptas, recuperet, ſuaque poſſeſſione dejectos Principes priſtinum in locum reſtituat, cenſuit minimè abs re futurum, ſi hac occaſione ſuam quoque cauſam, Imperio paulò altius conſiderandam, in memoriam revocaret, atque, ejusdem praeſidii fiducia freta, ob oculos poneret. Notum eſt, qua ratione Gallia, anno 1670. copias ſuas, Duce Mareſchallo de Crecqui, Lotharingiae, ad ſubjiciendam ſibi Provinciam illam, infuderit, poſtquam propoſitum Regis Chriſtianiſſimi, de Lotharingo Duce, tum gubernante, opera Dn. de Fouville, in Arce Nanceana, ubi tum publica tranquillitate confiſus, omnisque periculi ſecurus degebat, ſubita irruptione capiendo, ſucceſſu caruerat. Exinde verò Rex Chriſtianiſſimus intelligens, qui, ob deſtitutum tali modo avitis ditionibus maximi Nominis Principem, immenſumque inde Imperio non imminere periculum, ſed jam illatum damnum, animorum in Imperio motus futuri eſſent, Comitiorum Ratisbonenſium hac ſuper re Conſilia praeventurus, per Delegatum ſuum, Dn. de Gravel, Statibus tum ibidem praeſentibus ſignificavit, non ea mente Lotharingiam à ſe fuiſſe occupatam, ut ſibi eandem ſervaret, ſed ut, nullo vel commodo, vel fructu, ex Domus Lotharingicae deſtitutione, ſibi quaeſito, vel retento, legitimo haeredi univerſa redderet. Verùm, quàm ſanctè promiſſum Regium non Ratisbonae modò, ſed praecipuis quoque Europae Principibus, factum, obſervatum fuerit, inde ſatis liquet, quod Rex Chriſtianiſſimus, vix Provincia illa potitus, illicò munimenta ſolo aequare, arces evertere, Urbium, & Oppidorum mœnia dejicere, apparatum bellicum, arma, tormenta, commeatum, omnem, abducere, aerarium cum Archivo aufferre, reditus & ſupellectilem omnem bonorum mobilium, atque alia bona, ad Cameram Ducalem pertinentia, ad ſe transferre, ſubditos armis exuere, Eccleſiaſticos pariter & Nobiles, privilegiis atque immunitatibus ſpoliatos, opprimere, novis, iisque immodicis, tributis ac vectigalibus, copioſoque milite, totam Regionem vexare, & exhaurire, cœperit, ut non obſcurè deprehendi potuerit, Chriſtianiſſimum, non ſolùm praedam everſae Domus Lotharingicae ſibi retinere conſtituiſſe, ſed voluiſſe potius Provinciam illam eò calamitatis redigere, ut ne veſtigium aviti ſplendoris & Magnificentiae priſtinae, Sereniſſimae Domui ſupereſſet. Unde factum, ut dictus Sereniſſimus in Germaniam ſe recipere coactus fuerit; ubi, quamprimum inaudiit, anno 1672. Arma Gallica Imperio imminere, mox militem ſuum Auguſtiſſimo, ad Imperii defenſionem, obtulit, quem in finem etiam Caeſareis Copiis adjunctus eſt; imò, Ipſe Sereniſſimus perſonalia ſua, pro viribus, impendit obſequia, quod idem & à Sua Serenitate, nunc rerum potiente, non modò in ultimis hiſce bellis, ſed jam dudum ſtadio ſingulari, & conatibus Orbi notis, praeſtitum eſt. Sperabat Is quidem, cum ultima pacis fœdera ſancirentur, ſuas quoque Provincias ſibi reſtitutum iri. Verùm, rigor conditionum à Gallia Neomagi propoſitarum tantus fuit, ut mallet bonis illis, ſibi ablatis, carere, quàm illa ea ratione ablata recipere; atque ita Sereniſſimus in hæc usque tempora omnibus ſuis Provinciis & Dominiis exutus manſit, ut à 20. annis inde ne obulo frueretur. Præterea & illa ſpes inanis fuit, quam Gallici Miniſtri, hinc inde, de reſtitutione Lotharingiæ, cum Auguſtiſſimo Cæſari, tum Imperio, & nominatim Comes de Creſſy, Ratisbonæ, quando ultimum inibi Armiſtitium concluſum eſt, fecerant; Sed nec illa conſilia, quae Auguſtiſſimo totique Imperio, ad Lotharingiam denuo acquirendam, idonea videbantur, eum, qui ſperari poterat, effectum obtinuerunt. Tantum enim aberat, ut à Rege Chriſtianiſſimo, ad juſtitiae bilancem, negotium abſolveretur, ut ne quidem promoveri potuerit, ad hominem vel unicum à Sereniſſimo Lotharingo Delegatum, cujus opera negotium perageretur, ad Regiam ſuam admittendum, niſi ea conditione, ut non de reſtituenda à Rege Lotharingia, ſed hac Eidem relinquenda, ſermo duntaxat fieret. Quæ ſane conditio tam inopina fuit, quàm promiſſis, de reſtitutione Lotharingiae factis, omnibusque Juſtitiae & aequitatis legibus, contraria. Ad novam hanc prætenſionem, de Lotharingia retinenda, ſtabiliendam, Rex Chriſtianiſſimus eandem Regno ſuo adjungi, ejusque partibus, per Decretum, a Regio Conſilio editum, via quidem per Imperium paſſim notâ, ac procedendi modo prorſus inſolito, nec hactenus unquam audito, accenſeri voluit, eo potiſſimum prætextu, vel ut Ducatus Lotharingicus, ab origine ſua, ab Epiſcopatibus Metenſi, Tullenſi & Verodunenſi, dependerit, qui tamen, ſicut ex Sereniſſimorum Majorum patrimonio primitus conſtituti, ita deinceps, ſerie prope continua, à Sereniſſimæ Domus Principibus poſſeſſi fuêre. Proinde, quoniam Deo placuit, Status Imperii ad arma, tum pro ſua defenſione, tum repetendis ereptis à Gallia Provinciis excitare, altiſſimè memoratus Sereniſſimus Dux, Princeps ac Dominus Meus Clementiſſimus, è re ſua futurum cenſuit, laudabiliſſimum hunc S. R. I. Conventum, per me, infra nominatum, omni efficaſiſſimo modo, ac reſpectu debito, iterum iterumque interpellare, quatenus per aliquod tam favorabile, quàm juſtum Concluſum Imperiale, ſive Senatus Conſultum decernere velit, ne ullus, vel de pace ineunda, aut bello interrumpendo, tractatus ſuſcipiatur, quin Suis Miniſtris neceſſariae literae, in optima forma, procurentur, quae tutum iis faciant tranſitum, quò expeditius, in deſtinato Conventui loco, comparere poſſint; neque pax, vel Armiſtitium, ſub quocunque praetextu, cum corona Galliae concludatur, reſtitutione Sibi non ex integro facta, tam quoad damna inde tolerata, quàm proventus tamdiu impeditos; omnia, juxta executionem Proteſtationum, ab Excellentiſſimo Dn. Comite de Windiſchgrætz, nomine Imperatoris, Electorum, Principum, ac Statuum Imperii, Rege Chriſtianiſſimo factarum, quan-

Digitized by Google

do anno 1671. *Pariſios ablegatus eſt. Ut denique Auguſtiſſimus & Imperii Principes Ducatus Lotharingici curam retinere, eòque conniti velint, ut Ipſe Sereniſſimus in ſua iterum jura & poſſeſſionem reponatur. Quemadmodum ea obligatio Imperio incumbit, non ideò tantum, quod communem ſingulis ſuis membris tutelam debeat, Seque, peculiari ratione, per pacta Norimbergae an.* 1542. *cum Sereniſſimo Duce Antonio, piae mem. inita, obſtrinxerit, ſed etiam, quia ad Germaniae totius ſecuritatem, bonumq; publicum, plurimum intereſt, ut loca iſta, & antiqua monumenta, quae ob Imperio confines ſibi Gallos arcebant, inſtaurentur, Ipſeq; adeò Sereniſſimus Dux in Ditiones ſuas avitas plenariè reſtituatur. Ita ſibi promittit, obſequia, quae Orbi Chriſtiano, in primis Imperatori. in tot ac tantis bellis exhibuit, quæque porrò praeſtare conabitur, plurimum benevolentiae & præſidii ſibi conciliare non immeritò potuiſſe. Quae omnia, ex ſpeciali Suae Serenitatis Clementiſſimo Mandato, hiſce exponere volui, reſtiturus ſemper*

Reverendiſſ. Illuſtriſſ. Nobiliſſ. & Ampliſſ. Dominorum Legatorum, Conſiliariorum atque Deputatorum, Dominorum Honoratisſimorum,

ad quaevis officia paratiſſimus
Georgius Caſimirus Majus.

(3) Gaudeat Juribus, quæ *Rudolphus II.* Imp. in dictis Literis Feudalibus an. 1609. hiſce complectitur: *Item de CONDUCTU in Territ & aquis partium ſuarum, ac Villa YVE, cum MONETA, quam in jam dicta Villa poteſt cudi facere, una cum Jure, quod Ipſe Dux praetendit antiquitus ad ſe ſpectare, & ad Praedeceſſores ſuos ſpectaſſe; nempe, quod, quicunque in Terra inter Rhenum & Moſam duellare voluerit, hujusmodi duella coram Eo fieri debeant, & non alibi conſummaris & quod Filii Clericorum, qui in terris ſuis naſcuntur, ad Ipſum debeant pertinere, clementer inveſtivimus &c.*

(4) Fruatur etiam Jure, cujus præced. Tit. XIII. Proœm. lit. b. p. 1021. ex Privilegio *Alphonſi*, Romanorum Regis, an. 1258. *Friderico* Lotharingo dato, memini.

(5) Referatur inter Superioris Rheni Circuli Status Imperii. Vid. *Limnæus*, L. V. *Jur. Publ.* C. XI. §. 3. p. 260.

PRÆTENSIONES ſiſtit Dn. *Chriſtoph. Herman. Schweder*, L. 4. *Theatri Hiſtorici Praetenſionum Illuſtrium*, Sect. XVII. C. I. & ſeqq. p. 646. & 659.

Quid Inveſtituræ *Sabaudo - Montisferratenſi* anno 1708. objecerit, docet Memoriale Miniſtri Ejus, & ad Comitia Imperialia Ablegati Extraordinarii, Dn. *Caſpari de Hanckelman*, an. 1710. 27. Martii, Ratisbonæ, Imperii Conventui exhibitum, in *Spicilegio Obſervationum ad Capitulationem Caroli VI.* à Dn. à *Stande* typis vulgato, ad art. XXVI. p. 303. & 304.

Inſignia depingunt: *Hœpping*, de *Jur. Inſign.* C. VI. Part. V. Paragr. XV. §. 849. p. 367. *Limnæus*, T. V. Add. ad L. V. C. XI. p. 423. Dn. *Spener. Oper. Herald.* part. ſpec. L. I. c. 58. §. 2. p. 229. *Europ. Heroldt.* T. II. p. 736. & 737. inter alia ſcribens: *Am Dude ſiehet man, im blauen Felde, zwo güldene mit denen Rücken gegen einander gekrumte Barmen, welche auff den vier Seiten mit vier Schwartzen Creutzlein umbgeben, und zeigen dieſelben das Hertzogthum Barr an; Im Mitten des Stamm-Schildes, erſcheinet ein guldenes Schildlein, mit einer ſchrægrechts durchgehenden breiten rothen Straſſe, darauff drey Silberne Vægelein (obs Adler, oder Lerchen, oder Tauben ſind, iſt ungewiß) ſchweben; Zum Merckmahl und Ehren-Zeichen des Hertzogthums Lothringen. Auff dem güldenen Helm lieget ein von Golde und rother Seide gedrehet* Diadem; *Darauff eine güldene Crone lieget, ob welcher ein ausgebreiteter mit Golde gekrænter weiſſer Adler ſchwebet. Die Helmdecken ſind roth, gelb und weiß. Zu Schildhaltern ſind zween gekrœnte Adler verordnet, deren jeder einen Roſenkrantz, oder* Pater Noſter, *mit angehangenem Lotharingiſchen Creutze, am Halſe trægt &c.*

(r.) CONDITIONES &c. Inſpicienda de his Pacificationis Noviomagenſis Formula, in *Theatro Pacis*, Tom. II. p. 725. nec non apud *Lundorpium*, Tom. X. *Act. Publ.* pag. 691. maximè huc faciunt Articuli XII. & ſeqq. ad XVII. qvorum hæc ſumma: (1) Rex Chriſtianiſſimus reſtituat *Carolum V.* Ducem Lotharingiæ, in integrum, ita tamen, ut (2) juxta art. 13. Urbs *Nancy*, cum ſuo Banno, vulgò *Finage*, in perpetuum incorporata maneat Coronæ Gallicæ, omnique Dux juri & prætenſioni renunciet; (3) juxta art. 14. per Commiſſarios utrinque denominatos qvatuor viæ deſignentur, dimidiæ Leucæ Lotharingicæ latitudinis, qvarum prima ducat à *Nancy*, ad *St. Deſier*; altera, à *Nancy*, in Alſatiam; tertia, à *Nancy*, ad *Veſontium*; & quarta, à *Nancy*, ad Urbem Metenſem. (4) Vigore art. 15. omnia loca, arces, villæ, pagi &c. qvæ, vel qvi, dictis viis comprehenduntur, eodem jure Regi ſubjiciantur, qvo antea Lotharingo paruerint; (5) juxta art 16 retineat Rex Urbem & Præfecturam *Langwy*, cum dependentibus, omniqve ſuperioritate & dominio, addita tamen lege, ut æqvivalentis nomine, Duci aliam Præfecturam ejusdem amplitudinis & bonitatis, in uno trium Epiſcopatuum ſibi ceſſorum, tradat; (6) juxta art. 17. cedat Rex Duci ſupremo dominio & proprietate in Urbe *Tullenſi*, cum ſuburbiis, omnibusqve juribus inde pendentibus, nulla Lege ſeu pacto obſtante: nec non jure præſentandi Præſulis Tullenſis, à Clemente IV. P. R. conceſſo; integrumqve faciat Duci, pro eodem obtinendo, Curiam adire Romanam &c. Conf. *L'Hiſtoire de Charles V. Duc de Lorraine*, Edit. 1691. anno 1697 art XXVIII. *Pacis Ryſwicenſis*, Dux Lotharingiæ in liberam & plenariam poſſeſſionem eorum Statuum, locorum & bonorum, quæ Patruus Ejus an. 1670. cum à Gallis occuparentur, poſſederat, reſtitutus eſt, exceptis mutationibus art. 29. & ſeqq. ad 43. usqve expreſſis. Qvæ omnia in tabulis Pacificationis *Badenſis* an. 1714 art. XII. confirmantur. Cum *Auguſtus II.* contra voluntatem Regis Galliæ ſub tutela Imperatoris Romani & Imperatricis

ratricis Moſchorum, ao. 1733. eligeretur Rex Sarmatarum, excluſo Stanislao; id tam ægre tulit Rex Galliæ, ut Imperatori & Imperio bellum inferret. Imperator huic bello finem impoſiturus, *Franciſcum Stephanum* Ducem Lotharingiæ eò flexit, ut accepto Magno Hetruriæ Ducatu, die 3. Oct. 1735. Ducatum *Lotharingiæ* & *Barri* Regi Galliæ cederet, vid. *Ant. Fabri Staats-Cantzley* P. 79 p 333. prout ceſſionis Inſtrumentum de 13. Dec. 1736. ipſius Ducis Lotharingiæ ap. *Fabrum* l. c. p. 427. commonſtrat; actualem poſſeſſionem Ducatus *Barri*, die 8. Febr. Ducatus vero *Lotharingiæ* die 20. Martii 1737. obtinuit *Stanislaus*, nomine Regis Galliæ. Tractatus Pacis inter Cæſarem & Imperium inter atque Galliæ Regem die 18. Nov 1738. Viennæ concluſus proſtat in *Fabri Staats-Cantzley* P. 79 & Decretum Commiſſionis-Cæſareæ dictatum Ratisbonæ die 7. Martii 1740 ap. *Fabrum* P. 78. p 576.

11. Originem (*a*) Ducum, quando ſcil quisque cœperit, vid, in Notit. Imperii Bœcleri, *lib. VII. Cap. VIII. pag.* 121. *&c.*

NOTÆ.

(*a*) ORIGINEM &c. Vulgaris Quæſtio eſt: *Num Carolus Magnus Ducatus abrogaverit?* Ill *Conringius*, de *Republica*, Exercit. IV. de *Ducibus & Comitibus Imperii German.* §. 19. p. m. 163. ait: *Etſi vero Carolus Magnus aboleverit Ducatus, Poſteri tamen Ejus, rebus Regni attenuatis, in Germania, Gallia, & Italia, complures iterum inſtituerunt. Et quidem, ultimis Carolovingorum temporibus, Germania, ut eam diſtinxeris à Terris, quas Venedi inhabitarunt, quinque habuit Ducatus: Bajoaricum, Suevicum, Francicum, Lotharingicum, & Saxonicum &c.* Et rurſus, in Annotat. ad partem III *Lampadii*, Cap. V. §. 26. pag. 193. *Carolus Magnus omnes quidem Ducatus e medio tulit &c.* Conf. idem, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. V. p. 24. Quam ſententiam Dn. *Hertius*, de *Origine & Progreſſu ſpecialium Romano- Germanici Imperii Rerumpublicarum*, §. 5. p. 14. Ampliſſ. Dn. *Gundlingius*, de *Statu Reipubl- Romano-Germanicae, ſub Conrado I.* §. 2. pag. 10. ibiqve in notis, p. 12. lit. m. aliiqve, magni nominis Viri, tuentur. *Griphiander* contrà, C. LXI. de *Weichbildis*, §. 2. & 3 p 152. & 153. inqvit: *Antiquiſſima eſt Magiſtratuum diſtinctio, qua Regem, DUCES, & hos, COMITES inſequuntur — qvi, ſicuti in Italia, apud Gothos & Longobardos; in Germania, apud Francos, & Alemannos, uſitati fuerant — ita, in Saxonia, devicta à Carolo Magno, relicti ſunt. Ducatus enim Witikindo Saxoni, & poſteris, conceſſus eſt. Vid. Reineccius; & Meibomius, de Ducatu Saxoniæ &c.* In *Gallia*, atque *Italia*, Principem noſtrum, plures ſub ſe habuiſſe *Duces*, expeditum eſt.

v. (2) De GALLIA, teſtes ſunt: HUNALDUS, qui, debellato, à *Pipino*, an. 768. *Waiphario* Duce, ſubactaque omni *Aquitania*, rebellare auſus, à *Carolo* Rege, an. 769 bello ſuperatus, captivitatem ſubiit. Vid. *Eginhartus*, in *Vita Caroli Magni*, apud *Freberum*, T 2. *Rer. Francic. pag.* 435. *Annales Francorum Fuldenſes* ad. an. 768. & 769. p. 5. & *Lambeciani*, Tom. II. *Biblioth. Cæſar.* ad eosd. p 346 *Pithœani*, ad an. 765. (rectius 768.) & 769. p 8. *Reuberiani*, ad an. 768. & 769 pag 19. *Adelmus*, Annal. ad eosdem Annos, apud *Freberum* l. c. pag. 387. & 388. *Regino*, ad eosd. an. Monachus *Egoliſmenſis S. Eparchii*, in *Vita Caroli Magni*, ad. an. 768. apud *Schilterum*, de *Scriptorib Rer. German.* pag. m. 47. eum WALDUM, vocans: *Ademarus*, Monachus *S Eparchii*, in Chronico *Egoliſmenſi*, Cap I. apud *Labbeum*, *T* 2. *Bibliothecæ* MS pag. 157. &c. Vid. S. *Sacerdotis*, Epiſcopi *Lemovicenſis*, Cap. 13 apud eundem, l. c. p. 664. *Annales Maſciacenſes*, ad an 768. & 769. ibid pag. 734. *Sigebertus Gemblacenſis* ad eosdem annos; annectens ad an. 771. *Hunaldus Dux Aquitaniæ, Romam, quaſi ibi perſeveraturus, venit, qui ad Longobardos fugiens, apoſtatavit, ibique, non multo poſt, lapidibus obrutus, male periit &c.* *Conradus Urſpergenſis* an. 769. p 132. *Chronographus Saxo*, ad an. 768. & 769. p. 121. Monachus *Sanſulpitianus*, in *Hiſtoria Patriarcharum Bituricenſium*, Cap. XXXVIII. apud *Labbeum* l. c p. 60. *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an 768. & 769. p. 120. & 121. *Albertus Stadenſ.* an. 768. p. 70. Alii. Et *Lupus Vaſconum Dux*, qvi, eodem anno 769. Principi noſtro ſe ſubmiſit. Vid. *Eginhardus* l. c. *Annales Reuberiani* ad h. a. p. 20. *Adelmus* anno eod. p 388. *Chronographus Saxo*, an eod. p. 121. *Conradus Urſperg.* l. c. *Albertus Stadenſis* l. c. *Albericus*, l. c. an. eod. p. 121 anno 771 *Carlus, habita Synodo in Valentianas, Corbanacum venit, ubi omnes Epiſcopi, Abbates, Comites & DUCES, qui fuerunt fratris ſui, ad ſe venientes, ſuſcepit &c* Hæc *Annales Pithœani* h. a. Vid præced. Tit. 2. § 10 lit. d p. 77. anno 778 in Expeditione Hiſpanica, adverſus Saracenos, WILHELMUM, qvendam DUCEM AQVITANIÆ creavit. Vid. Auctor *Vitæ S. Wilhelmi Gelonenſis*, à *Carolo Stengelio*, Ord. S. *Benedicti Monaſterii SS. Udalrici & Afræ, Auguſtæ Vindel.* Profeſſo, ao. 1611. editæ, pag. m. 78. & 79. verb. *Sarraceni pariter conglobati, magnum valde & inopinabilem producunt Exercitum, montes Pyrenæos tranſeunt; & una omnes conſpiratione ad has partes Aquitaniae Provinciae, ne Septimaniae properant confinia — nunciatur hoc Chriſtianiſſimo Regi* (Carolo) — *Chriſti nomen fidelis invocat, moxque ſuae virtutis Principes & Conſiliarios, more Regio, convocat, &, quid facto ad talia opus ſit? eos conſulit, & ipſe inde cum eis attentè & ſollicitè tractat; omnes, per Dei providentiam, in unam concordant ſententiam, ut ſtatim COMES WILHELMUS &c. armis inclitus, bello victorio-

Ẽloriosus, militiæ Gallicanae ſtudiis glorioſus, ad hoc opus eligatur, & ipſe, cum ſuis legionibus, contra Barbaros, concitè dirigatur. Adjudicotur etiam, acclamante Exercitu, **ut totius Aquitaniæ Provinciæ**, *quoniam dignus eſt*, **inveſtiatur Ducatu** *& de Conſu e* (forte, *Comite,*) *ſublimetur in* **Ducem.** *Non differt Carolus conſilii effectum, ſtatimque Wilhelmum manu tenet, ac promovet.* Ergo **Wilhelmus Comitis & Ducis** *gloria ſublimatus, fit inter Principes primus &c.* anno 799. *Britannio Ciſmarina, per Wittonem Ducem, tota ſubacta, & arma Ducum, qui ſe dediderant, inſcriptis ſingulorum nominibus, Regi præſentata ſunt &c.* Hæc *Annales Fuldenſes* h. a. pag. 9. & *Pithoeani*, h. a. pag. 16. *Adelmus* h. a. p 404, *Regino*, h. a. pag. 33. *Poeta Saxo*, h. a. apud Ill. Dn. *Leibnizium*, Tom. 1. *Rer. Brunſuicenſ.* pag. 149. & 150. *Sigebertus* ad an. 800. *Albericus*, an eod. pag. 130. an. 810. *mortuus eſt* **Sewinus, Dux Burdegalenſis.** Vid. *Albericus Monachus*, ad h. a. pag. 154. Nolo ad deſcriptionem Exercitus noſtri Principis, *Aygolando*, Saracenorum Regi, oppoſiti. ſub nomine *Johannis Turpini*, de *vita Caroli Magni*, Cap. XI. apud *Reuberum*, de *Script Rer. German.* pag. 72. extantem, provocare, qua inter alia, *Carolo* auxilia tuliſſe feruntur: *Rolandus, Dux exercituum, Comes Cenomanenſis & Blavii Dominus, Nepos Caroli, filius Ducis Milonis de Angleris, natus Berthæ, ſororis Caroli, cum* 4000. *armatorum* - - - *Engelerus, Dux Aquitaniæ, cum* 4000. *Virorum bellatorum* ---- *Lambertus, Princeps Bituliceuſis, cum* 2000. *Virorum; Samſon, Dux Burgundiæ, cum* 10000. *Heroum* --- *Garinus, Lotharingiæ Dux cum* 4000. *Virorum &c* quia integrum ſcriptum ſuppoſitum eſſe Viri eruditi jam dudum probarunt. Hinc &, hac parte, *Albericus*, ad ann. 805. quo Expeditionem iſtam contigiſſe putat, pag. 143. & 144. *Sanſulpitianus* Monachus, l. c. Cap. 41. in Vita *Berlam* XLI. *Biturgium* ArchiEpiſcopi, p. 63. aliique, inde ſeducti, corrigantur; nemo ſanè Veterum (1) tantæ expeditionis facit mentionem, nec *Eginhartus*, nec *Annales coævi*, dicentes ſaltem, ad annum 806. *Navarros & Pampelonenſes, qui ſuperioribus annis ad Saracenos defecerant, in fidem eſſe receptos*; ita *Annal. Reuberiani* h. a. pag. 35. *Adelmus* an. eod. p. 408. *Regino*, an eod. nec (2) *Bertæ*, *Caroli Magni* ſororis, cujus filius *Rolandus*, fuiſſe perhibetur; (3) *Lotharingiae Ducatus* appellatio, longè recentior; (4) *Naamannum*, *Bawariæ Ducem*, quem *Albericus* immiſcet, nemo apud Scriptores coævos offendit; (5) *Gryphiander* l. c. Cap. 3. & ſeqq. ad Cap. 12. p. 5. ad 28. ſolidis argumentis, fabulam de *Rolando*, deſtruxit &c.

v. (3) De ITALIA: *Rothgaudus, Forojulienſis*, de quo *Annales Reuberiani*, *ad an*: 776. *pag.* 21. *Regi, domum revertenti, nunciatur*, **Rotgaudum** *Langobardum*, **quem Forojulienſibus Ducem dederat, in Italia** *res novas moliri, & jom complures ad eum Civitates defeciſſe. Ad quos motus comprimendos, cum ſibi feſtinandum judicaret, ſtrenuiſſimum quemque ſuorum ſecum ducens, raptim in Italiam proficiſcitur, Rotgaudoque, qui Regnum affectabat, interfecto, Civitatibus quoque quae ad eum defecerant, ſine dilatione receptis, & in eis Francorum Comitibus conſtitutis, eadem, qua venerot, velocitate, reverſus eſt &c.* Conf. *Adelmus*, an. eod. p. 390. aliiqve, qvorum præced. Tit. IV. §. 5. lit. a. v. 30. p. 357. memini. *Hildebrandus Beneventanus, quom an.* 779. *cum magnis muneribus, in Villa Wirciniaco, quam benigniſſimè recepit, & muneribus donotum*, **in Ducatum ſuum remiſit.** Hæc *Annales Reuberiani*, h. a. p. 23 Conf. *Adelmus* an. eod. pag. 392. *Regino*, an. eod. *Poëta Saxo*, an. eod. apud Dn. de *Leibniz*, T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 128. & 129. *Conradus Urſperg.* an. eod. pag. 133. *Sigebertus* an. eod. *Chronographus Saxo*. an. eod p 124. *Albericus*, an 780. pag. 116. *Albertus Stadenſis*, an. 779. pag. 79. *Aragiſus, Dux Beneventanus*, qvem anno 768. *omnemque Populum Beneventanum, per ſacramenta, ſibi obſtrinxit &c.* Vid. *Annal. Reuberiani*, h. a. pag. 26. *Adelmus*. l. c. an. eod pag. 396. *Regino*, an. 787. *Poeta Saxo*, ad an. 786. l c. pag. 135. Monachus *Egoliſmenſis*, in *Vita Caroli Magni*, apud *Schilterum*, l. c. p. 52. *Annales Fuldenſes*, ad an. 787. & *Pithœani*, ad an. 786. pag. 11 & 12. *Conradus Urſperg.* an. 787. p. 134. *Sigebertus Gemblac.* an. eod. *Chronographus Saxo*, an. eod p. 126. *Albertus Stadenſ.* anno eod. pag. 80. &c. *Albericus*, an. eod. pag. 119. Anno 796. *Carolus* Rex, per *Angilbertum*, Abbatem *S. Richarii*, *ad S. Petrum, magnam partem theſauri, quem* **Henricus, Dux Forojulienſis**, *ſpoliata Hunorum Regia, quæ Rhingus vocabatur, eodem an. Regi, de Pannonio, detulerat, miſit &c.* ſunt Verba *Adelmi*, ad h. a. pag. 401. Conf. *Annal. Reuberiani*, h. a p. 50. *Pithœani* h. a. pag. 14. *Fuldenſes*, h. a p. 8. *Regino*, h. pag. 32. *Poëto Saxo*, h. a. p. 145 *Sigebertus*, ad an. 797. *Conradus Urſpergenſis*, an. 796. pag. m. 136 *Albericus*, an. 797. p. 126. anno 799. *Leo Papa, à Romanis, in Letania majore, lingua detruncata, excæcatus, & per Wirundum Abbatem, & Winigiſum, Ducem Spolitanum, ereptus, ad Carlum, in Saxonio, ad Padropruno, deductus eſt &c.* Ita *Annales Pithœani* h. a. pag. 15. Conf. *Fuldenſes* an. eod pag. 8, & 9. & *Reuberiani* h. a. pag. 31. *Anaſtaſius Bibliothecorius*, in ipſius vita, pag. m. 181. *Adelmus*, h. a. pag. 403. *Regino* h. a. *Poëto Saxo*, h. a. p. 148. *Hermannus Contractus* h. a. apud *Urſtiſium* p 301. *Marianus Scotus*; ad an. 798. p. 439. *Chronographus Saxo*, an. 799. pag. 129. *Conradus Urſpergenſis*, an.

Digitized by Google

viſione, cum Fratre *Johanne*, ea, jure pleni Dominii, ſit ſortitus.

(3) Degente Duce *Adolpho* in Aula Danica, *Franciſcum* Lauenburgicum reditus dictorum Pagorum ſibi vindicaſſe. Vid. *Gerechtſame Ihrer Hochfürſtlichen Durchl. zu Schleſswig-Holſtein, an gewiſſen acht Dœrffern, zu dem Ampt Rheinbeck gehœrig*, apud Ambeer, l. c. pag. 160. &c.

Ad quæ reſponderi, audio:

(1) Litem hanc olim motam, & hic inde repetitas poſitiones omni fundamento deſtitui, cum Pagi illi notoriè in Territorio Lauenburgico, & quidem ab hac parte fluminis *Bill*, ſiti ſint.

(2) Poſſeſſionem eorundem Pagorum, profanato Monaſterio, (quod vel maximè advertendum,) ſtatim anno 1529. nec anno demum 1534. vel 1544. ut Holſati prætenderunt, & hic in prætenſis argumentis, tertio præſertim, venditatur, nomine Ducis Lauenburgici, *Magni*, legitime & pacificè apprehenſam fuiſſe; teſtibus actis publicis; expreſſisque Holſatorum confeſſionibus; circumſtantiis his (quibus adhuc aliæ addi poſſent) ſi diſpoſitio Religioſæ Pacis & Weſtphalicæ applicetur, manifeſtum fieri fruſtaneam & hanc prætenſionem.

Potentiſſimus *Suecorum* Rex, tanquam *Dux Bremenſis*, reſpectu *Hadeleriæ* profert:

(1) Pertinuiſſe olim *Hadeleriam* ad ArchiEpiſcopatum Bremenſem, per Weſtphalicæ Pacis tabulas ſibi adſcriptum.

(2) *Albertum* Magnum Præſulem eundem Terræ Tractum, novem auri libris, ab *Agnete*, *Henrici III.* Imp. Conjuge, comparaſſe.

(3) Injuria temporis Provinciam, à Saxoniæ Ducibus fuiſſe occupatam, cujus adhuc mentio facta in Inſtrumento diviſæ hereditatis *Henrici Leonis*, inter Ipſius filios an. 1203. apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* p. 241.

Verum, nec hæc pro Rege Sueciæ, ejusve Ducatu Bremenſi quicquam probare, vel inde eluceſcere videtur, quod.

(1) Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ nullibi ea omnia Suecis adſcribat, quæ priſtinis temporibus ad ArchiEpiſcopatum Bremenſem pertinuerunt; quale genus adſcriptionis omni juri contrarium foret; ſed ceſſio Ducatus Bremenſis, Sueciæ Regibus facta, non obſcurè ad ſtatum, qui tunc erat, fuerit reſtricta.

(2) Prætenſa emptio probari nequeat; licetque poſſet, notum tamen ſit, rapacem fuiſſe *Albertum*, qui ſub- & obreptitiè multa Imperatori & Imperatrici extorſit, quæ etiam vel propterea nunquam agnita, vel in rem deducta, ſed annihilata noſcuntur.

(3) Allegatum tertio loco, ratione Ducatus Bremenſis, manifeſta ſit principii petitio, proinde nihil ad rem faciat, imò contrarium probet, *Hadeleriam* ſcil. ad *Henricum Leonem*, ejusque Poſteros, ſpectaſſe. Sereniſſima *Eleonora Charlotta* Lauenburgica, *Chriſtiano Adolpho*, Holſatiæ Duci, nupta, pro ſe allegat:

(1) *Hadeleriam* merè fuiſſe allodialem, nunquam feudalem.

(2) Semperque ſeparatam à Ducatu Lauenburgico, qua feudali, nudæque Ducum protectioni commisſam, à Speciali Præfecto, & quidem proprias juxta Leges & Conſuetudines, adminiſtratam; nec ullis oneribus, quæ Ducatus Lauenburgicus tam reſpectu Imperii, quam Inferioris Saxoniæ Circuli Matricularum, tulit, ſubjectam.

(3) Illationem Terræ illius in Inveſtiturarum diplomata, nullo ſibi eſſe præjudicio, utpote vel ex errore, vel ignorantia, aut ſingulari forte Vaſalli reflexione, factam.

(4) Defunctum Ducem poſtremum, *Julium Franciſcum*, declaraſſe, per ultimæ voluntatis Tabulas, *Hadeleriam* pro mero allodio, Principibus ſequioris ſexus, non extantibus maſculis, omnino obventuro. Vid. dictæ Duciſſæ Memorial *an Ihr Kayſerl. Maj.* apud *Ambeer*, l. c. p. 168.

Enimverò, nihil ſolidi & his argumentis contineri, ajunt; cum, Aſſerto *primo* omnes Inveſtituræ Feudales Ducum Lauenburgicorum, à prima ad ultimam, reclament.

Secundum planè nihil inferat ad intentionem, pro Principe prætendente; plenum inſuper ſit errorum, quorum refutationem ſuſcipere, nec hujus loci eſt.

Tertium petitionem principii involvat.

Declaratio *Julii Franciſci* in præjudicium pactorum omnium Majorum, nec contra Cæſarem & Imperium, multoqve minus contra jus quæſitum Sereniſſimæ Domus Brunſuicenſis & Luneburgenſis, nec qvidam allegari mereatur.

Jam iterum in viam! Annexa Ducatui ſunt *Votum* & *Seſſio*, in ſolemnioribus pariter Imperii Conventibus, & *Circuli Saxoniæ Inferioris* peculiaribus Diætis.

Scutum exponunt: *Sibmacher, im Wapenbuch*, Part. I. p. 5. *Spener*, *Op. Heraldt.* Part. ſpec. lib. I. Cap. 5. §. 3. p. 25. *Im Hoff Notit. Procer. Imperii*, L. 4. C. X. §. 19. p. 212. *Europ. Heroldt.* T. I. p. 516. Alii.

(p) SABAUDIÆ; Commendari hic merentur, quos *Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia, in Catalogo Scriptorum Pedemontanorum & Sabaudienſium*, anno 1614. *Taurini*, Italicè edito; hoc nomine, laudat. *Philiberti Pingonii, Arbor Gentilitia Sabaudiæ, cum Saxoniae Ducibus communis*, Auguſtæ Taurinor. 1581. *Lamberti Vanderburchii, libri duo Sabaudorum Ducum Principumque Hiſtoriæ Gentilitiæ*; *Antwerp.* 1609. *Papirii Maſſoni, Elogia Ducum Sabaudiæ*, Pariſ. 1612. Liber: AMADEUS PACIFICUS, ſeu *de Eugenii IV. & Amadei Sabaudiæ Ducis controverſiis* comment. Pariſ. 1626. 8 *Caroli Joſephi Morozzi, Vita Amadei D. Sabaud.*

Tau-

Taurini 1616. *Antonii Fabri, Conſultatio, de Montis-ferratenſi Ducatu, pro Duce Sabaudiæ, contra Mantuanum,* Lugduni 1617. *Petrus Monodus,* de Titulo *Regio Domui Sabaudiæ debito,* Taurini 1633. *Reſpublica Sabaudiæ,* Lugduni Batavorum, 1634. *Aloyſii Juglaris Notitia Regiæ Celſitudinis Caroli Emanuelis II. Sabaudiæ Ducis, & Inclyti Generis;* Monachii 1650. *Samuelis Guichenon, Hiſtoire Genealogique de la Maiſon Royale de Savoye;* Lyon 1660. *Gelegenheit und heutiger Zuſtand des Hertzogthumbs Savoyen, und Furſtenthumbs Piemont, durch J. G. D. T.* Nürnberg. 1690. *De Montple.nchamp, Vie d' Emanuel Philibert, Duc de Savoye,* Amſtelod. 1692. &c. *Henningeſius,* Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia,* pag. 77. &c. deducit hos Principes, à *Beroaldo,* ſeu *Bertholdo,* Morienna Comite, *Immodi,* ſeu *Amedei, Ringelheimenſis* Comitis, filio; *Diterici* itidem Ringelheimenſis Comitis, Nepote; *Walberti,* D. Saxoniæ, Pronepote; *Wigberti,* D. Saxoniæ, Abnepote; *Witikindi Magni,* D. Saxon. Atnepote, quos l. c. pag. 2. hoc titulo celebrat. Ejusdem ſententiæ ſunt: *Gabriel Bucelinus, in Genealogica Germaniae Notitia* pag. 63. *Ubbo Emmius, Append. Genealog.* pag. 151. &c. omittat licet *Ditericum, Immodi* Patrem; cujus ſchema & *Guichenon* l. c. ſequitur; *Maderus in Familia Witichindi,* præfixa *Chronico Montis Sereni* pag. 51. fortè & *Limnæus,* Lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 15. p. 286. *Immodum, Witikindi Magni* pronepotem conſtituendo, Dn. *Spenerus, in Sylloge Hiſtor. Geneol.* p. 108. Jll. Auctor *des Europ. Heroldts,* Tom. 2. p. 702. Dn. *Hübnerus* Tabb. Geneal. § 291. *Ubbonem Emmium* ſecutus; Alii. Quam in certa autem ſit hæc Genealogia, rectè notat Jll. *Conringius,* in Not. ad *Lampadium,* Part. 3. Cap. 5. pag. 191. ut & Dn *ImHoff,* Claſſ. 1. *Excellentium Familiarum Galliae Genealogiarum* pag. 69. cum pateat, nullis hactenus documentis authenticis probatum, quem dictus *Beroaldus,* circa annum 1023. defunctus, à quo Gentem Dn. *ImHoff* orditur, Parentem habuerit Id certum eſt, *Amadeum II.* circa annum 1119. ab *Henrico V.* Imp. *Comitem Sabaudiae,* & *Amadeum VIII.* à *Sigismundo* Imper, an. 1416 ex *Comite,* creatum *Ducem.* Vid. præced. Tit. V. in vitis, *Henrici V.* v. 4. pag. 558. & *Sigismundi* v. 4 ad an. 1416. p. 693. Conf. *Micrælius, Syntagm.* lib. 3 Sect. 1. p. 49. & 51. *Hemingeſius* l. c. p 77. & 78 *Amadei VIII.* vitam, plane ſingularem, depingit Dn. *ImHoff* l. c pag. 72. hiſce: *Amadeus VIII. anno 1401. Comitatum Gebenenſem, vel potius Gebennenſem, ab Humberto VIII. Du de Thoire & Villars, ultimorum Genevæ Comitum è ſorore nepote, pretio 45000. aureorum, acquiſivit, contradicente licet Johanne Cabilloneo, qui Mariam Balciom, Humberti conſobrinam, in matrimonio habebat. A Sigismundo Imp. anno 1416. die 19. Februar. Diplomate Cameraci dato, creatus eſt Dux Sabaudiæ. Biennio poſt, Agnati ſui, Ludovici, Principis Achajæ, hæreditatem adiit. Anno 1419. de Nicea Comitatu, cum Johanna, Neapolitana Regina, tranſegit, eumque Familiæ ſuæ ſtabilivit. Cum Johanne Jacobo, Marchione Montisferratenſi, à Mediolanenſibus oppreſſo, anno 1432. Fœdus fecit ea lege, ut is omnem Regionem, quam trans Padum & Tanarum, tenebat, clientelæ ſuæ ſubjiceret. Anno ſequenti, miſſis ad Baſileenſe Concilium Legatis, primum locum, præ Burgundiæ Duce, ambivit, eo argumento, quod ante novum Sabaudiæ Ducalem titulum, ante tria Secula, Majores ſui, Duces Chableſii, & Auguſtæ, atque Supremi Principes fuiſſent; excidit tamen illo petito. Exinde faſtidium rerum mundanarum præ ſe ferens, translato in Filium Regimine, anno 1434. Ripalliam ſeceſſit, & inſtituto Ordine S. Mauritii, adſcitisque in eum ſex Viris, quos Equites Anachoretas dixit, ſolitarium vitæ genus profiteri cœpit. Hujus rei fama permoti Patres Concilii Baſileenſis, qui Eugenium IV. Popam loco moverant, Illum, an. 1439. in Pontificem elegerunt; quam dignitatem, Baſileam profectus, aſſumpto Felicis V. nomine, ſuſcepit, ſed poſt decennium, in gratiam Nicolai V. iterum abdicavit, atque honore Cardinalis, Legati inſuper & Vicarii perpetui Sedis Apoſtolicæ, contentus, reliquum ætatis peregit &c.*

Filius Ejus, *Ludovicus,* ducta in Uxorem, *Anna de Luſignan, Jani,* Regis *Cypri,* filia, ad plures abiit. an. 1465. relinquens, præter alios liberos, *Amadeum IX.* ſui in Ducatu Succeſſorem; *Ludovicum,* Comitem Gebennenſem, & *Philippum, ſine Terra. Ludovicus,* torum conſcendens cum *Charlotta, Jani,* ſeu *Johannis II.* ultimi Regis *Cypri,* filia & herede, an. 1458. *Nicoſiæ,* Regio diademate redimitus eſt, ſequenti tamen, à *Jacobo,* ejusdem Regis filio naturali, *Nicoſiæ* ArchiEpiſcopo, ope Sultani Ægypti, inde iterum pulſus, tandemque vitam apud Monachos *Ripallienſes,* an. 1482. finiens. Quo vivis erepto, Ejus Vidua, *Charlotta,* per ſolennem donationem, *Romæ,* an 1485. 25 Febr omni jure ſuo in *Cyprum Carolo II.* defuncti, ex præfato fratre, *Amadeo IX.* Nepoti, (formulam ſuppeditante Jlluſtr. Dn. *Leibnizio* Tom. I. *Codic. Diplom. Jur. Gent* § 198 p. 450. &c) ceſſit, poſſeſſionem licet *Carolus* adipiſci non potuerit, quandoquidem invaſor Regni, *Jacobus,* faventibus ſibi Turcis, ſceptro potitus, ex *Catharina, Marci Cornaro,*

Veneti

Veneti Nobilis, filia, quam, an. 1470 ſibi ſociam elegerat, filium poſthumum, eodem nomine appellatum, an. 1473. heredem habuit, quo, an. 1475. itidem mortuo, Mater pueri *Cyprum* in *Venetos* tranſtulit, Inſulam quoque ſtatim occupantes, retinentesque, donec, an. 1571. Turcarum Imperator, *Selimus*, eam ſub jugum raperet; nudo *Sabaudis* relicto titulo.

Ad reliquas Principis prærogativas pertinet, quod (1) ratione *Ducatus Sabaudiæ, Principatus Pedemontii, Marchionatuum Cevæ, & Saluciarum, Comitatus Aſtenſis*, aliarumque veteris *Arelatenſis* Regni partium, ab Jll. Auctore *des Europ. Herolds* l. c. pag. 713. recenſitarum, *S.R. Imperii Princeps* audiat, voto & ſeſſione, in Imperii Comitiis, gaudens: quo reſpectu & Germaniæ Judiciis obnoxius eſt, & in Matriculas Imperii, & quidem inter *Rhenani Superioris Circuli* Ordines, relatus, addito onere, in Expeditiones Imperii publicas, ſingulis menſibus, mille octingentorum ac viginti octo, in Judicii Cameralis ſuſtentationem verò, trecentorum, florenorum annuorum. Vid. *Bodinus* de *Republ.* L. I, C. X. §. 129. cujus ſententiam ulterius illuſtrat *Conringius, de Finibus Imperii*, L. 2. C. 25. §. 11. &c. p. 388. & ſeqq. peculiari ſtudio hoc argumentum tractans; *Mylerus. ad Rumelinum*, in A. B. Part. 2. Diſſert. 2. *t*. IV. lit. f. p. 364. & Part. 2. Diſſert. 3. *t*. XXVII. p. 498. *Reinkingius*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. I. Claſſ. 2. C. IX. §. 102. &c. p. 175 & 176. *Limnæus*, lib. V. *Jur. Publ.* C. XIV. p. 291. &c. Jll. *Obrechtus*, Exercit. 2. ad *Monzambanum*, C. 2 §. 1. p. 19. Jlluſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, in Diſſ. de *Foro Principum S. R. Imperii*, an. 1692. Trajecti ad Rhenum habita, C. 3. §. 3. p. 67. &c. Clariſſ. Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ de *Diviſione Imperii Carolini*, §, 78. *p*. 86. &c Dn. *Schwederus Introduct. in Jus Publicum*, Part. General. Cap. 4. §. 44. p. 143. & 144. Dn. *Zweyburgius*, Part. II. *Theatri Præcedentiæ*, Tit. 28. p. 157. in ſpecie Auctor *der Erleuterung, daß Savoyen des H, Reichs Lehn-Mann ſey*: de an. 1703. Quid autem longa diſputatione opus? Audiamus R. J. *Ratisb.* an. 1541. §. 6. *Nachdem aber, in dem Unſerm Schwager, und des H. Reichs Fürſten und Lehenmann, dem Hertzogen von Savoyen, ein gut Theil ſeines Fürſtenthums, mit Kriegs-Gewalt abgedrungen, und eingenommen iſt, ſeind wir, in Betrachtung Unſers Kayſerlichen Ampts verurſachet, Uns zu Errettung, und Unterhaltung des H. Reichs Eygenthumbs, in Gegenrüſtung einzulaſſen &c.* Sic *Carolus V.* in Proœmio R. J. *Spirenſis*, an. 1544 *daß der Erbfeind Chriſtlichen Glaubens und Nahmens, der Turck, ---- Unſern Fürſten und Glied des Heil. Reichs, den Hertzogen von Saphoy, überfallen, und die Stadt und Port Niſſa, einnehmen laſſen &c* Noviſſimum R. J. *Ratisbonenſem*, an. 1654. ſubſcripſit, nomine *Caroli Emanuelis*, Sabaudi, *Johannes Baptiſta de Bigliatoribus, Comes à Lucerna, ejusque Valle, Conſiliarius Intimus.* In modernis Comitiis, an. 1664. 29. Januar. ejusdem Ducis Legatum, *Carolum Felicem Malleti, ex Dominio Droxy, J. U. D. & Sabaudiæ Vaſallum*, locum, ante *Leuchtenbergenſem.* quamvis non ſine ſolenni proteſtatione, occupaſſe, ex *Hagemeiero*, de *Comitiis Imperii*, Cap. V. p. 23. *Gaſtelio*, de *Statu Publ. Europ.* C. XIX. §. 126. p 693. Dn. *Schwederol* c. §. 44. p. 145. ut & *der Verzeichnus der Chur-Fürſten, Furſten und Stænde des H. R. Reichs, wie dieſelbe, auff dem, von Ihr Kayſerl. Majeſt. Leopoldo, nach Dero und des H. R. Reichs Stadt Regenſpurg, auff den 8. Jun. anno 1622 ausgeſchriebenen Reichstag, erſchienen &c.* de an. 1689. p. 17. diſcimus. Eundem tamen locum eum adhuc retinere, ſchemata Seſſionum, 18. Sept. 1702. 1. Febr. 1706. 8. & 11. April 1707. &c. mihi transmiſſa, in quibus hunc ordinem offendo: *Savoyen, Leuchtenberg, Anhalt, Henneberg &c.* teſtantur. In Memoriali; quod Miniſter moderni Ducis, *Carolus Caroccius*, 28. *Febr.* 1691. ad dictaturam, in Comitiis obtulit, compellatur *Princeps, fidumque Imperii membrum;* Vid. FABRI *Staats-Cantzley* Tom. I. Faſcic. X. §. XIII, p. 782. Errant *Gaſtelius* l. c. *Mylerus* l. c. Part 2. Diſſ. 3. §. 27. p. 498. & aſſeclæ, ab omnibus Imperii oneribus Eum exemptum eſſe, nullique Circulo inſcriptum ſtatuentes; verum licet ſit, quæ Jlluſtr. Auctor *des Europ. Herolds* l. c. memor Feudorum, quæ ab Imperio tenet, annectit: *Alſo iſt kein Zweiffel, daß Er des H. R. Reichs Furſt und Stand ſey. Inmaſſen Er auff Reichstæge, neben andern Churfurſten und Stænden, beſchrieben wird, und mit einem gewiſſen Churfurſtenmæſſigen Anſchlage, in der Reichs-Matricul begriffen iſt; Ob Er ſich wohl, ſeiner Præpotentz, und Entlegenheit halber, ſo genau an die Reichs-Abſchiede, und Reichs-Anlagen, auſſer was die Turcken-Hulffe betrifft, nicht binden læſſet, ſondern dem Reich nur, was Ihme gefællet, zu willen iſt.* De prædicta Ejus Matriculari Quota, evolvendi *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad L. V. Cap. 14. §. 17. p. 919. *Conringius*, l. c. pag. 391. & 392. &c. Matriculæ ipſæ, in *Andleri Corpore Conſtitutionum Imperialium* voc. *Matricul.* p. 806. *Reinking* l. c. lib. I. Claſſ. IV. Cap. I. § 65. pag. 341. v. 18. *Hertzog von Saphoie, zu Roſs 60. zu Fuſs, 277. bringt 1. Monat 1828. Fl.* (2) *Perpetuus Vicarius Imperii per Italiam*, audiat; de quo Vicariatu, per Terras Sabaudicas extenſo, præced. Tit. XI. §. 2. l it. f. p. 966. &c. egi. (3) In Capella Papali, Regumque Aulis, omnibus Italiæ Principibus, imò & Magno Duci Hetruriæ, vigore Bullæ *Pii V.* P. R. de an. 1570. 17. Jan. an. 1582. à Collegio Electorali confirmatæ, præferatur. Vid. Auctor *des Berichts, auff die Bayeriſche Anhaltiſche Cantzley.* p. 4. *Der Hertzog von Saf-*

ſayn

Digitized by Google

ſoya ſitzet vor allen Fürſten in Italien, auch für dem Hertzog zu Florentz ſelbſten, dann Pius V. in ſeiner Bull, durch welche Er Coſmo dignitatem Magni Ducis conferiret, dieſe Prærogativam Familiæ Sabaudiæ vorbehalten &c. Limnæus, L. V. Cap. 14. §. 7. pag. 292. Cruſius de Praecedentia, C, X. §. 5. p. 511. Gaſtelius l. c & §. 127. p. 693 Dn. Schwederus l. c. Dn. Zweyburg l. c. Part. I. Tit. 42. pag. 110. Europ. Herold l. c Venetos excipiunt Cruſius l. c. C. XII §. 21. pag. 536. Gaſtelius l. c. Dn. Schwederus l. c. De Praecedentia Reipubl. Venetae Tract. ſcripſit Graswinckel. Apud Johannem Burchardum, Argentorat Capellæ Alexandri VI. P. R. Ceremoniarum Magiſtrum, in Hiſtoria arcana Vitaè Alexandri VI. ab Jll Dn de Leibnitz, an. 1697. edita, ad an. 1499. p. 74. legimus: Vigeſima octava Menſis Junii, in introitu Dn d' Aubini, Capitanei Gentium Regis Franciae, contentio fuit inter Oratores Ducis Sabaudiæ, & Venetorum, nec fuit ſervatus ordo, quia Sabaudus contendit cum Veneto, qui erat à dextris Oratoris Regis Angliae, & Sabaudus ivit ab Illius ſiniſtris: nolui me interponere &c & ad ann. 1502. pag. 78. Ante Miſſam, in Camera Papagalli, Dominica I. Adventus, 18. Novembr. orta eſt differentia, inter Oratorem Venetorum, & Oratorem Ducis Sabaudiæ, ſuper Præcedentiam, qua per Papam intellecta, mandavit Sanctitas ſua, ut alternatis vicibus venirent; &, pro ea vice, manſit Venetus, & receſſit Sabaudus. Dominica ſecunda Adventus, ante Miſſam, iterum contenderunt Oratores Venetus & Sabaudus, ſuper Præcedentia; & Papa, de conſilio Cardinalis Uliſiponenſis, mandavit, quod uterque oratorum recederet, quod factum. Cardinalis Grimani allegavit coram Papa; quod Dominium Venetorum eſſet in poſſeſſione illius loci ante Sabaudum, ad quadraginta (fortè quadringenta) annos, & ultra; & Ducatum Sabaudiæ ante 40 (400.) annos, fuiſſe Comitatum, & à ſexaginta annis citra eſſe erectam in Ducatum; propterea & Venetos, qui habuerunt ad — Ducem debere Sabaudorum præcedere. Papa interrogavit me, quid mihi videretur? reſpondi ſanctitati ſuæ, quod tempore Sixti IV. Orator Ducis Sabaudiæ præceſſit, Oratorem Ducis Mediolani præceſſiſſe, Oratorem Venetorum receſſiſſe; idem dixit Cardinalis S. Severini, &c. Biennio poſt, Paris de Graſſis, Ceremoniarum Magiſter Julii II. in Ceremoniali, ex mandato Domini confecto, hunc ordinem ſervavit: Dux Auſtriae; Dux Sabaudiae; Dux Mediolani; Dux Venetiarum &c. Vid. Limnaeus, Tom. IV. Addit ad L. V C 14. §. 7. p. 914. (4) Ab ipſo Auguſtiſſimo Electorali Collegio, Ei Celſitudinis Regiæ titulus tribuatur; Vid. Oldenburg, in Limnæo Enucleato, L. I. C. 14. §. 11. Gaſtelius l. c. §. 126. Dn. Zweyburg l. c p. 110. Dn. Schwederus l. c. Hinc laudatus Europ. Herolds l. c. p. 702. wird von den græſten Printzen Europæ, mit dem Prædicat: Alteſſe Royale, das iſt, Kœnigliche Hoheit, beehret ---- wie denn Seine Kayſerl Majeſt. dem jetztregierenden Hertzoge, anno 1690! Kœnigliche Ehre anthat, alſo, daß deſſen Abgeſandter, bey Hoff, in der Kirche, und anderwerts, den Kœniglichen Ambaſſadeuren, in allen Stucken, gleich gehalten würde, (5) Utatur Corona Regia clauſa; Vid. Oldenburger, l c. lib. 3. c. 22. Dn Zweyburg l. c. pag. 111. Dn. Spener, Op. Herald Part. ſpec. L. I, c. 83. §. I. p 328 (6) Fruatur jure nobilitandi, quod Choppinus, de Domanio, L. 3 Tit. 26. § 2. p 662 ad Comites, usqve, & Rolandus à Valle, Conſ. 4. §. 44 fol. 3. usq; ad Marchiones, extendunt. Vid. Limnæus Lib. V. Cap. XIV. § 5 & 6. pag. 291. & 292. &c. &c. Qvæ omnia hodiè eo minus in dubium vocanda, qvo, juxta, art. V. Inſtrumenti Pacis Ultrajectenſis Gallo-Sabaudæ, de an. 1713. 11. April. Tom. LIV. der Mercure Hiſtorique & Politique, ad h. a. pag. 627. &c. Potentiſſimus Dux: VICTOR AMADEUS, 22. Sept. 1713. Regem Siciliæ ſe proclamari curavit, ſolemni Inauguratione 24. Dec. an. eod. ſubſecuta

Prætenſiones ſiſtit Dn. Chriſtoph. Herman Schweder, Theatr. Hiſtor. Prætenſionum Illuſtrium, L. 4. Sect. 31 Cap. I. & ſeqq. p 784. ad 797. De Inveſtitura Montferratenſi, vid. ſeq. L. 2. Tit 1. § 13.

Inſignia Ejus exponunt: Fabricius, Annal. Miſn. lib 3 p. m. 257. Hœping, de Jur. Inſign. C. VI. Part. 5. §. 843. p. 364. &c. Limnaeus, Tom IV. Addit. ad L. V. Cap XIV. §. 10 p. 914. & Tom. V. ad eundem locum, pag. 443 Dn Spenerus l. c. §. 2. & ſeqq. Europ Herold l. c. p. 713.

(q) LOTHARINGIÆ; Illuſtrant hanc Hiſtoriam; Franciſci de Roſieres, Tomi VII. Stemmatum Lotharingiae ac Barri Ducum, ad Trojana licet usqve tempora, inepto labore, deductorum Pariſ 1580. Nicolai Bire, Alliances Genealogiques de la Maiſon de Lorraine, 1593. Nicolai Clementis Trelæi, Reges Auſtraſiae, & Duces Lotharingiae, nativis iconibus, & Hiſtoricis Epigrammatis, expreſſi, Colon. 1619. Theodorus Godofroy, de la Vraye Origine des Ducs de Lorraine, Pariſ. 1624. Hieronymus Vignerius, de la veritable Origine des tres-Illuſtres Maiſons d' Alſace, de Lorraine, d' Autriche, de Bade, & de quantité d' autres, Pariſ. 1649. Huberti Loyens, Synopſis rerum geſtarum, à Lotharingiæ, Brabantiae & Limburgi Ducibus; Bruxell. 1672. Henningeſius, Part. I. Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia, Ducum originem à vetuſtiſſimis Sicambrorum, ſeu Cimbrorum, Regibus, deducens quorum Genealogiam, ab Antenore circa an. 440 ante natum Salvatorem, cæſo, usqve ad Pharamundum, Sec. V. electum Francorum Re-

Digitized by Google

gem, pag. 3. ad 6. exhibet; Hujus nepotem, ex filio *Clodione*, *Alberonem*, conſtituit, p. 8. communem ſtipitem Ducum Comitumque *Moſellanicæ*, *Alſatiæ*, *Arduennæ*, & *Brabantiae*, qvos, pag 18. & 19. &c. ordine recenſet, continuando eorum Genealogiam, p. 62. & ſeqq. *Micrælius*, Lib. 3. *Syntagmatis*, Sect. 2. p 139. eos orditur à *Reginaldo*, Arduennæ & Moſellani Comite, Stemma ad S. *Arnulphum*, indeqve ad *Pharamundum*, laudatum Regem Francorum, referente. *Vignerius* l. c. multis argumentis probat, deducendum eorum initium ab *Archinoaldo*, ſub *Clodoveo II.* Rege, Palatii Magiſtro, *Leudeſii*, eodem munere, functi, Patre, cujus filius, *Adalricus* à *Theodorico III.* Rege, *Alemanniae* Ducatum, (*Alſatiam*, *Sueviam* & *Germaniam Superiorem*, complexum) fuerit conſecutus; à quo reliqui, usque ad *Gerhardum de Alſatia*, anno 1048. ab *Henrico III.* Imp. *Lotharingiæ Ducem* creatum, cujus poſteros, Ampliſſ. Dn. *ImHoff* in *Genealogiis Excellentium Familiarum Galliae*, pag. 79. &c. qvinqve Tabulis ſiſtit. *Bucelinus*, in *Genealogica Germaniae Notitia*, p. 47. &c Dn. *Hübnerus*, *Tab, Geneal.* §, 279. aliique, ſententiam *Henningeſii* l. c p. 18 &c. amplectuntur. *Morery*, voc. *Lorraine*, pag. m. 366. & 367. meram nomenclaturam, à laudato *Gerbardo* deſcendentium Ducum ſuppeditat. Modernorum Ducum Genealogiam texuit *Limnæus*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. XI. Quoad Politica, debemus *Ludovico Chantereau le Fevre*, *la Queſtion Hiſtorique: Si les Provinces de l' ancien Royaume de Lorraine, doivent être appellées Terres de l' Empire?* Pariſ. 1644. *Johannee Jacobus Chiffletius* Imperio *Barrenſem* quoqve Ducatum, in *Commentario* ſuo *Lotharienſi*, adſeruit, Antwerp. 1649. cui tamen *David Blondellus*, *Barrum Campano-Francicum*, Amſtelod. an 1652 oppoſuit.

apud Dn. *Fritſchium*, Addit. ad *Limnæum* lib. V. Cap. XI. pag. 163. ibi: *In dero unzezweiffelten Reichs-Immediat-Marggrafſcafft Nomeny &c.* nonnulli conjiciunt, ſed & ratione Marchionatuum *Pont à Mouſſon*, & *Caſtri Hattonis*, Comitatus *Blamont*, aliorumqve Feudorum, qvorum mentio ſit in Literis Feudalibus *Rudolphi II.* Imp die nona Septembris 1609. *Pragæ Henrico* Duci datis, apud *Chiffletium* l, c. Cap. XII. p. 45. *Conringium*, de *Finibus Imperii*, L. 2. Cap. 27. §. 27. p. 440. &c. & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Continuat. 2. *vierte Abtheilung, vierzehender Abſatz*, §. VI. p. 310. & 311. ubi: *Eundem Illuſtrem Principem, & Conſanguineum Noſtrum-Henricum, Lotharingiæ & Barri Ducem, de prædictis Caſtris, terris, & locis, ac nominatim, de Marchionatu Pontis-Montis, & de Comitatu Blanckenberg, ſeu Albi-Montis, Belliſthein & Clarimontis; Item, de Marchionatu Hattonis Caſtri, cum omnibus & ſingulis eorum bonoribus, homagiis, gratiis, juribus, libertatibus, ac pertinentiis univerſis; item, de Advocatia Civitatis in Tullenſi, & Monoſterii in Rumelſperg, Diæceſis Tullenſis, & aliis certis Juribus, in dicto Monaſterio Ei competentibus &c. clementer inveſtivimus, & in Feudum conceſſimus, ac tenore præſentium inveſtimus, & in Feudum concedimus &c.* Conf. *Arumæus* de *Comitiis*, Cap. 4. §. 122. *Hagemeier*, de *Comitiis*, Cap. 5. pag 23. aſſerens, Legatum Lotharingicum, anno 1664. 13-23 April. in Comitiis, ad Feuda hæc provocaſſe; *Conringius* l. c §. 11. &c. pag. 424. *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad L. 5. C. XI. §. 3. p. 886. & Tom. V. ad L. 5. C. XI. §. 2. pag. 416. Jll. *Obrechtus*, ad *Monzamban*. Cap. 2. §. 9. pag. 41. Dn. *Schwederus*, Introduct. Jur. Publ. part. General. Cap 4. §. 22. pag. 108 Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſert. de *Regno Auſtraſiæ*, Cap. 3. §. 2. & in Addit. ad hunc locum; Dn *Bilderbeck*, *Reichsſtaat*, Tom. 2. part. 10. §. 3 p. 456. &c.

Prærogativis Ducum annumerandum;

(1) Quod ſint *S. R. Imperii Principes*, votum & ſeſſionem, immediatè poſt *Hirſchfeld*, in Senatu Principum habentes; non qvidem, intuitu duntaxat Marchionatus *Nomeny*, ceu, ex ſchedulis Pappenheimianis, vulgò *Auffruffs-Zettul*, ubi: *Savoyen: Leuchtenberg; Anhalt; Henneberg; Schwerin; Razeburg; Hirſchfeld; Nomeny; Mompelgard &c.* nec non ex ſubſcriptione R. J. *Ratisbon.* anno 1598. verb. *Als Marggrafen zu Numeny*; & *Ratisbon.* an. 1654. verb. *Des Hauß Lothringen, wegen der Marggrafſchafft Nomeny, Niclas Fourrier von Neidecke &c.* & memoriali libello *Johannis Moncii de Reinenbergk*, Legati Lotharingici, modernis in Comitiis exhibito,

(2) Vigore Transactionis *Norimbergenſis*, d. 26. Aug. 1542. inter *Ferdinandum I.* Regem Romanorum, & *Anthonium*, Lotharingiæ Ducem, ſolemnibus in Comitiis, Electoribus, reliqvisqve Imperii Statibus, conſentientibus, initæ. & à *Carolo V.* Imp, 28. Julii, 1543. *Spiræ*, confirmatæ, apud *Chiffletium* l. c. C. IX. &c. *Limnæum* L. V. Cap. XI. §. 3. p. 260. &c. & Tom. V. Addit. ad hunc locum, p. 410. &c. *Conringium* l. c. §. 18. &c pag 430. &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 4. p 299. &c. Princeps noſter, qvoad *Ducatum Lotharingiæ*, pro libero Statu, nemini ſubjecto, ſit declaratus, qvi tamen, cum omnibus Terris ſuis, Tutela & defenſione Imperii perpetua, fruatur, inſuperqve ab omnibus proceſſibus, Manda-

tis

Digitized by Google

tis & Judiciis S. R. Imperii, tam in *Prima*, qvam in ulterioribus *Inſtantiis*, liber ſit & exemptus; addita tamen Lege, ut ad communia Imperii onera, *duas Tertias Quotæ Electoralis* conferat, ita, ut ſi Electori cuidam *trecenti* floreni, collectæ titulo, ſolvendi imponantur, Lotharingus *ducentos* pendat, proportione hac in reliquis quoque collectis obſervanda; inde huc faciunt: *Tandem inter Nos convenimus, virtute præſentis Inſtrumenti, meliori forma, pactione & modo, quo id fieri debet & poteſt; ita, ut dictus Noſter Conſanguineus, Dux Lotharingiæ, Anthonius, & Ipſius hæredes, non tantum cum Membris, aut Statibus particularibus, dependentibus, ex Feudo, & Feudo ſubalterno, ab Imperio; verum etiam, cum Ducatu Lotharingiæ, & iis, quæ ad illum pertinent, tanquam ad Ducatum, nempe: Album Montem, Muſſipontem, & ſimilia, manere debeant in poſterum, & in perpetuum, ſub tutela & defenſione Imperatoris, Regis Romanorum, & Sacri Imperii, defendique ac protegi, eodem modo, quo alii Ducatus & Status Sacri Imperii --- cujus rei cauſa, offert Dux Antonius, pro ſe, & ſuis hæredibus, ferre & perſolvere ratam ſuam portionem, de omnibus & qualibuscunque taxis & contributionibus, quæ imponentur, aut concedentur, à Statibus Generalibus Sacri Imperii, quod eſt tertia parte minus eo, quod uni Principi Electori imponitur: ita, ut ſi alicui Electori trecenti floreni, collectæ loco, Imponuntur, prædictus Dux Antonius, ejusque hæredes, ducentos florenos ſolvant, atque ita etiam in majoribus & minoribus collectis computando --- Alias autem ipſi, cum Ducatu Lotharingiæ, ejusdemque ſubditis, ab omnibus proceſſibus, mandatis & Judiciis S. R. Imperii, tam in Prima, quam aliis Inſtantiis, liberi & exempti erunt. --- Ducatusque Lotharingiæ, cum ſuis appertinentiis, Liber, & non incorporalis Ducatus erit, & manebit ſemper, & à Cæſarea Majeſtate, Nobis, & Electoribus, Principibus atque Statibus Sacri Imperii, pro Libero & non incorporali Ducatu, Superioritate & Principatu, recognoſcetur, nominabitur, & habebitur &c.* Hinc, *in dem Reichs-Bedencken, über die in die Frantzœſiſche* Satisfaction *mit einlauffende Puncten*, dictat. 6. & 7. Septemb. 1674. Oſnabrugis, apud *Lundorpium*, Tom. VI. Actor. Publ. Lib. 3. C. 173. pag. 277. verb. *Angeſehen Ihr. Fürſtl. Durchl. (von Lotharingen) wegen dero Hertzogthumb Lothringen, und deſſen* Dependentiis, *ein Mittglied des Reichs, und unter deſſen Tutela & protectione begriffen; über dieſes, Krafft des anno 1642. (1542) zu Nurnberg, von Gemeiner Reichs-Verſammlung adprobirten Vergleichs, ſpecialiter confœderatus Imperii ſeind, denſelben auch biſſhero jederzeit*, tanqvam Pactum Publicum *unverbrüchlich gehalten, und* pro rata, *dem Rœmiſchen Reich, gleich andere Stænde, in Reichs- und Craiſs-Anlagen*, contribuiret &c. Eodem reſpicit Dux FRANCISCUS, in literis ad Imperatorem, 22. April. 1654. Ratisbonæ, ad publicam Dictaturam promotis, apud *Lundorpium*, Tom. VII, lib. VI. Cap. 574. pag, 678. *Ich werde auch in dieſer, und allen andern* Occaſionen, *erweiſen, wie veſt mir angelegen, nicht allein als benachbarter Fürſt, ſondern auch, als ein Mitt-Stand des Reichs, Chur-Furſten und Stænden an die Hand zu geben &c.* Add. Decretum Cæſareum, 19. April. 1674. *Viennæ*, ad Memoriale *Eſaiæ Puffendorffii*, Legati Suecici, ibid. T. X. Cap. 91. pag. 134. quo Galliarum Rex inter alia, Tractatus pacis ſufframinaſſe dicitur, *Salvum Conductum Duci Lotharingiæ, licet Imperii Princeps, & Sacræ Majeſt. Cæſar. confœderatus ſit, denegando &c.* pariter ac Memoriale Dn. *Georgii Caſimiri Maji*, laudati Ducis Legati, 24. Aug. 1683. in Comitiis exhibitum, apud *Lundorpium* T. XI. lib. 12. Cap. 189. §. 57. pag. 622. *Quamvis Sereniſſimus Dux Lotharingiæ --- non dubitet, quin S. R. I. Electores, Principes ac Status, deveniendo ad aliquos Tractatus cum Chriſtianiſſimo Galliarum Rege, recordaturi ſint, ſibi, ſuisque Ducatibus & Ditionibus, à S. R. J. debitæ protectionis, tanquam Membro & Con-Statui, & Fœderato ſuo --- per Pacta, 1542. inita, in Comitiis Generalibus Norimbergæ habitis &c.* & Decretum Commiſſionis Cæſareæ, d. 26. Sept. 1684. in puncto reſtituendi Ducis Lotharingiæ in integrum, ibid. T. XII. Lib. XIII. Cap. 60. §. 87. pag. 140. & apud Dn. *Kulpiſium*, ad *Monzambau*. Cap. 2. §. 9. pag. 511. &c. *Weilen Sie (Ihr. Kayſerl. Majeſt) hœchſt-ernannten Herrn Hertzog eines Theils, tanquam Con-Statum, und; vermœge des Nürnbergiſchen Abſchieds, Dero und des Reichs Schutz-Verwandten, nicht weniger als ein jedwederes Reichs-Mit-Glied, von Hœchſten Kayſerlichen Ampts wegen, zu ſchützen und zu ſchirmen verbunden &c.* Jung. Memoriale ſæpe fati Legati, ad S. R. Imperium, de an. 1690. ſic ſe habens:

MEMORIALE
Sereniſſimi Ducis Lotharingiæ Ablegati
ad
Statuum Imperii Legatos, in puncto Reſtitutionis;
de an. 1690.

Tametſi neceſſe non ſit, Ampliſſimum hunc Dominorum Legatorum, Conſiliorum atque Deputatorum Conventum, denuò multis docere, Sereniſſimum quoque Lotharingiæ Ducem, inter illa S. R. IMPERII MEMBRA numerari, quæ à Gallis potiſſimum affliguntur,

eum rerum ſtatus, ad quem redactus eſt, Europæ univerſae abundè perſpectus ſit. Nihilo tamen minus, quoniam Ejus Serenitati dubitare non licuit, quin rebus ita conſtitutis, Imperium, efficacibus conſiliis, eò collimet, ut Provincias, ô Gallo ereptas, recuperet, ſuaque poſſeſſione dejectos Principes priſtinum in locum reſtituat, cenſuit minimè abs re futurum, ſi hac occaſione ſuam quoque cauſam, Imperio paulò altius conſiderandam, in memoriam revocaret, atque, ejuſdem praeſidii fiducia freta, ob oculos poneret. Notum eſt, qua ratione Gallia, anno 1670. copias ſuas, Duce Mareſchallo de Crecqui, Lotharingiae, ad ſubjiciendam ſibi Provinciam illam, inſuderit, poſtquam propoſitum Regis Chriſtianiſſimi, de Lotharingo Duce, tum gubernante, opera Dn. de Fouville, in Arce Nanceana, ubi tum publica tranquillitate confiſus, omniſque periculi ſecurus degebat, ſubita irruptione capiendo, ſucceſſu caruerat. Exinde verò Rex Chriſtianiſſimus intelligens, qui, ob deſtitutum tali modo avitis ditionibus maximi Nominis Principem, immenſumque inde Imperio non imminere periculum, ſed jam illatum damnum, animorum in Imperio motus futuri eſſent, Comitiorum Ratisbonenſium hac ſuper re Conſilia praeventurus, per Delegatum ſuum, Dn. de Gravel, Statibus tum ibidem praeſentibus ſignificavit, non ea mente Lotharingiam à ſe fuiſſe occupatam, ut ſibi eandem ſervaret, ſed ut, nullo vel commodo, vel fructu, ex Domus Lotharingicae deſtitutione, ſibi quaeſito, vel retento, legitimo haeredi univerſa redderet. Verùm, quàm ſanctè promiſſum Regium non Ratisbonae modò, ſed praecipuis quoque Europae Principibus, factum, obſervatum fuerit, inde ſatis liquet, quod Rex Chriſtianiſſimus, vix Provincia illa potitus, illicò munimenta ſolo aequare, arces evertere, Urbium, & Oppidorum mœnia dejicere, apparatum bellicum, arma, tormenta, commeatum, omnem, abducere, aerarium cum Archivo auferre, reditus & ſupellectilem omnem bonorum mobilium, atque alia bona, ad Cameram Ducalem pertinentia, ad ſe transferre, ſubditos armis exuere, Eccleſiaſticos pariter & Nobiles privilegiis atque immunitatibus ſpoliatos, opprimere, novis, iiſque immodicis, tributis ac vectigalibus, copioſoque milite, totam Regionem vexare, & exhaurire, cœperit, ut non obſcurè deprehendi potuerit, Chriſtianiſſimum, non ſolùm praedam everſae Domus Lotharingicae ſibi retinere conſtituiſſe, ſed voluiſſe potius Provinciam illam eò calamitatis redigere, ut ne veſtigium aviti ſplendoris & Magnificentiae priſtinae, Sereniſſimae Domui ſupereſſet. Unde factum, ut dictus Sereniſſimus in Germaniam ſe recipere coactus fuerit; ubi, quamprimum inaudiit, anno 1672. Arma Gallica Imperio imminere, mox militem ſuum Auguſtiſſimo, ad Imperii defenſionem, obtulit, quem in finem etiam Caeſareis Copiis adjunctus eſt; imò, Ipſe Sereniſſimus perſonalia ſua, pro viribus, impendit obſequia, quod idem & à Sua Serenitate, nunc rerum potiente, non modò in ultimis hiſce bellis, ſed jam dudum ſtadio ſingulari, & conatibus Orbi notis, praeſtitum eſt. Sperabat Is quidem, cum ultima pacis fœdera ſancirentur, ſuas quoque Provincias ſibi reſtitutum iri. Verùm, rigor conditionum à Gallia Neomagi propoſitarum tantus fuit, ut mallet bonis illis, ſibi ablatis, carere, quàm illa ea ratione ablata recipere; atque ita Sereniſſimus in hac usque tempora omnibus ſuis Provinciis & Dominiis exutus manſit, ut à 20. annis inde ne obulo frueretur. Praeterea & illa ſpes inanis fuit, quam Gallici Miniſtri, hinc inde, de reſtitutione Lotharingiæ, cum Auguſtiſſimo Caeſari, tum Imperio, & nominatim Comes de Creſſy, Ratisbonae, quando ultimum ibi Armiſtitium concluſum eſt, fecerant; Sed nec illa conſilia, quae Auguſtiſſimo totique Imperio, ad Lotharingiam denuo acquirendam, idonea videbantur, eum, qui ſperari poterat, effectum obtinuerunt. Tantum enim aberat, ut à Rege Chriſtianiſſimo, ad juſtitiae bilancem, negotium abſolveretur, ut ne quidem promoveri potuerit, ad hominem vel unicum à Sereniſſimo Lotharingo Delegatum, cujus opera negotium perageretur, ad Regiam ſuam admittendum, niſi ea conditione, ut non de reſtituenda à Rege Lotharingia, ſed hac Eidem relinquenda, ſermo duntaxat fieret. Quae ſane conditio tam inopina fuit, quàm promiſſis, de reſtitutione Lotharingiae factis, omnibusque Juſtitiae & aequitatis legibus, contraria. Ad novam hanc praetenſionem, de Lotharingia retinenda, ſtabiliendam, Rex Chriſtianiſſimus eandem Regno ſuo adjungi, ejuſque partibus, per Decretum, a Regio Conſilio editum, viâ quidem per Imperium paſſim notâ, ac procedendi modo prorſus inuſitato, nec hactenus unquam audito, accenſeri voluit, eo potiſſimum praetextu, vel ut Ducatus Lotharingicus, ab origine ſua, ab Epiſcopatibus Metenſi, Tullenſi & Verodunenſi, dependerit, qui tamen, ſicut ex Sereniſſimorum Majorum patrimonio primitus conſtituti, ita deinceps, ſerie prope continua, à Sereniſſimae Domus Principibus poſſeſſi fuere. Proinde, quoniam Deo placuit, Status Imperii ad arma, tum pro ſua defenſione, tum repetendis ereptis à Gallia Provinciis excitare, altiſſimè memoratus Sereniſſimus Dux, Princeps ac Dominus Meus Clementiſſimus, è re ſua futurum cenſuit, laudabiliſſimum hunc S. R. I. Conventum, per me, infra nominatum, omni efficaciſſimo modo, ac reſpectu debito, iterum iterumque interpellare, quatenus per aliquod tam favorabile, quàm juſtum Concluſum Imperiale, ſive Senatus Conſultum decernere velit, ne ullus, vel de pace ineunda, aut bello interrumpendo, tractatus ſuſcipiatur, quin Suis Miniſtris neceſſariae literae, in optima forma, procurentur, quae tutum iis faciant tranſitum, quò expeditius, in deſtinato Conventui loco, comparere poſſint; neque pax, vel Armiſtitium, ſub quocunque praetextu, cum corona Galliae concludatur, reſtitutione Sibi non ex integro facta, tam quoad damna inde tolerata, quàm proventus tamdiu impeditos; omnia, juxta executionem Proteſtationum, ab Excellentiſſimo Dn. Comite de Windiſchgraetz, nomine Imperatoris, Electorum, Principum, ac Statuum Imperii, Rege Chriſtianiſſimo factarum, quan-

do

Digitized by Google

do anno 1671. *Pariſios ablegatus eſt. Ut denique Auguſtiſſimus & Imperii Principes Ducatus Lotharingici curam retinere, eòque conniti velint, ut Ipſe Sereniſſimus in ſua iterum jura & poſſeſſionem reponatur. Quemadmodum ea obligatio Imperio incumbit, non ideò tantum, quod communem ſingulis ſuis membris tutelam debeat, Seque, peculiari ratione, per pacta Norimbergae an.* 1542. *cum Sereniſſimo Duce Antonio, piae mem. inita, obſtrinxerit, ſed etiam, quia ad Germaniae totius ſecuritatem, bonumq; publicum, plurimum intereſt, ut loca iſta, & antiqua monumenta, quae ab Imperio confines ſibi Gallos arcebant, inſtaurentur, Ipſeq; adeò Sereniſſimus Dux in Ditiones ſuas avitas plenariè reſtituatur. Ita ſibi promittit, obſequia, quae Orbi Chriſtiano, in primis Imperatori. in tot ac tantis bellis exhibuit, quæque porrò praeſtare conabitur, plurimum benevolentiae & præſidii ſibi conciliare non immeritò potuiſſe. Quae omnia, ex ſpeciali Suae Serenitatis Clementiſſimo Mandato, hiſce exponere volui, reſtiturus ſemper*

Reverendiſſ. Illuſtriſſ. Nobiliſſ. & Ampliſſ. Dominorum Legatorum, Conſiliariorum atque Deputatorum, Dominorum Honoratiſſimorum,

ad quaevis officia paratiſſimus
Georgius Caſimirus Majus.

(3) Gaudeat Juribus, quæ *Rudolphus II.* Imp. in dictis Literis Feudalibus an. 1609. hiſce complectitur: *Item de* CONDUCTU *in Terris & aquis partium ſuarum, ac Villa YVE, cum MONETA, quam in jam dicta Villa poteſt cudi facere, una cum Jure, quod Ipſe Dux praetendit antiquitus ad ſe ſpectare, & ad Praedeceſſores ſuos ſpectaſſe; nempe, quod, quicunque in Terra inter Rhenum & Moſam duellare voluerit, hujusmodi duella coram Eo fieri debeant, & non alibi conſummari; & quod Filii Clericorum, qui in terris ſuis naſcuntur, ad Ipſum debeant pertinere, clementer inveſtivimus &c.*

(4) Fruatur etiam Jure, cujus præced. Tit. XIII. Proœm. lit. b. p. 1021. ex Privilegio *Alphonſi*, Romanorum Regis, an. 1258. *Friderico* Lotharingo dato, memini.

(5) Referatur inter Superioris Rheni Circuli Status Imperii. Vid. *Limnæus*, L V. *Jur. Publ.* C. XI. §. 3. p. 260.

PRÆTENSIONES ſiſtit Dn. *Chriſtoph. Herman. Schweder*, L. 4. *Theatri Hiſtoriei Praetenſionum Illuſtrium*, Sect. XVII. C. I. & ſeqq. p. 646. & 659.

Quid Inveſtituræ *Sabaudo - Montisferratenſi* anno 1708. objecerit, docet Memoriale Miniſtri Ejus, & ad Comitia Imperialia Ablegati Extraordinarii, Dn. *Caſpari de Hanckelman*, an. 1710. 27. Martii, Ratisbonæ, Imperii Conventui exhibitum, in *Spicilegio Obſervationum ad Capitulationem Caroli VI.* à Dn. à *Stande* typis vulgato, ad art. XXVI. p. 303. & 304.

Inſignia depingunt: *Hœpping*, de *Jur. Inſign.* C. VI. Part. V. Paragr. XV. §. 849. p. 367. *Limnæus*, T. V. Add. ad L. V. C. XI. p. 423. Dn. *Spener. Oper. Herald.* part. ſpec. L. I. c. 58. §. 2. p. 229. *Europ. Heroldt.* T. II. p. 736. & 737. inter alia ſcribens: *Am Ende ſiehet man, im blauen Felde, zwo güldene mit denen Rücken gegen einander gekrumme Barmen, welche auff den vier Seiten mit vier Schwartzen Creutzlein umbgeben, und zeigen dieſelben das Hertzogthum Barr an; Im Mitten des Stamm-Schildes, erſcheinet ein güldenes Schildlein, mit einer ſchrægrechts durchgehenden breiten rothen Straſſe, darauff drey Silberne Vœgelein (obs Adler, oder Lerchen, oder Tauben ſind, iſt ungewiß) ſchweben; Zum Merckmahl und Ehren-Zeichen des Hertzogthums Lothringen. Auff dem güldenen Helm lieget ein von Golde und rother Seide gedrehet* Diadem; *Darauff eine güldene Crone lieget, ob welcher ein ausgebreiteter mit Golde gekrœnter weiſſer Adler ſchwebet Die Helmdecken ſind roth, gelb und weiß. Zu Schildhaltern ſind zween gekrœnte Adler verordnet, deren jeder einen Roſenkrantz, oder* Pater Noſter, *mit angehangenem Lotharingiſchen Creutze, am Halſe trægt &c.*

(r.) CONDITIONES &c. Inſpicienda de his Pacificationis Noviomagenſis Formula, in *Theatro Pacis*, Tom. II. p. 725. nec non apud *Lundorpium*, Tom. X. *Act. Publ.* pag. 691. maximè huc faciunt Articuli XII. & ſeqq. ad XVII. qvorum hæc ſumma: (1) Rex Chriſtianiſſimus reſtituat *Carolum V.* Ducem Lotharingiæ, in integrum, ita tamen, ut (2) juxta art. 13. Urbs *Nancy*, cum ſuo Banno, vulgò *Finage*, in perpetuum incorporata maneat Coronæ Gallicæ, omnique Dux juri & prætenſioni renunciet; (3) juxta art. 14. per Commiſſarios utrinque denominatos qvatuor viæ deſignentur, dimidiæ Leucæ Lotharingicæ latitudinis, qvarum prima ducat à *Nancy*, ad *St. Deſier*; altera, à *Nancy*, in Alſatiam; tertia, à *Nancy*, ad *Veſontium*; & quarta, à *Nancy*, ad Urbem Metenſem. (4) Vigore art. 15. omnia loca, arces, villæ, pagi &c. qvæ, vel qvi, dictis viis comprehenduntur, eodem jure Regi ſubjiciantur, qvo antea Lotharingo paruerint; (5) juxta art 16 retineat Rex Urbem & Præfecturam *Longuy*, cum dependentibus, omniqve ſuperioritate & dominio, addita tamen lege, ut æqvivalentis nomine, Duci aliam Præfecturam ejusdem amplitudinis & bonitatis, in uno trium Epiſcopatuum ſibi ceſſorum, tradat; (6) juxta art. 17. cedat Rex Duci ſupremo dominio & proprietate in Urbe *Tullenſi*, cum ſuburbiis, omnibusqve juribus inde pendentibus, nulla Lege ſeu pacto obſtante: nec non jure præſentandi Præſulis Tullenſis, à Clemente IV. P. R. conceſſo; integrumqve faciat Duci, pro eodem obtinendo, Curiam adire Romanam &c. Conf. *L' Hiſtoire de Charles V. Duc de Lorraine*, Edit. 1691. anno 1697 art XXVIII. *Pacis Ryſwicenſis*, Dux Lotharingiæ in liberam & plenariam poſſeſſionem eorum Statuum, locorum & bonorum, quæ Patruus Ejus an. 1670. cum à Gallis occuparentur, poſſederat, reſtitutus eſt, exceptis mutationibus art. 29. & ſeqq. ad 43. usqve expreſſis. Qvæ omnia in tabulis Pacificationis *Badenſis* an. 1714 art. XII. confirmantur. Cum *Auguſtus II.* contra voluntatem Regis Galliæ ſub tutela Imperatoris Romani & Impe-

ratricis Moſchorum, ao. 1733. eligeretur Rex Sarmatarum, excluſo Staniſlao; id tam ægre tulit Rex Galliæ, ut Imperatori & Imperio bellum inferret. Imperator huic bello finem impoſiturus, *Franciſcum Stephanum* Ducem Lotharingiæ eò flexit, ut accepto Magno Hetruriæ Ducatu, die 3. Oct. 1735. Ducatum *Lotharingiæ* & *Barri* Regi Galliæ cederet, vid. *Ant. Fabri Staats-Cantzley* P. 79 p 333. prout ceſſionis Inſtrumentum de 13. Dec. 1736. ipſius Ducis Lotharingiæ ap. *Fabrum* l. c. p. 427. commonſtrat; actualem poſſeſſionem Ducatus *Barri*, die 8. Febr. Ducatus vero *Lotharingiæ* die 20. Martii 1737. obtinuit *Staniſlaus*, nomine Regis Galliæ. Tractatus Pacis inter Cæſarem & Imperium inter atque Galliæ Regem die 18. Nov 1738. Viennæ concluſus proſtat in *Fabri Staats-Cantzley* P. 79 & Decretum Commiſſionis-Cæſareæ dictatum Ratisbonæ die 7. Martii 1740 ap. *Fabrum* P. 78. p 576.

11. Originem (*a*) Ducum, quando ſcil. quisque cœperit, vid, in Notit. Imperii Bœcleri, *lib. VII. Cap. VIII. pag.* 121. *&c.*

NOTÆ.

(*a*) ORIGINEM &c. Vulgaris Quæſtio eſt: *Num Carolus Magnus Ducatus abrogaverit?* Jll *Conringius, de Republica*, Exercit. IV. de *Ducibus & Comitibus Imperii German.* §. 19. p. m. 163. ait: *Etſi vero Carolus Magnus aboleverit Ducatus, Poſteri tamen Ejus, rebus Regni attenuatis, in Germania, Gallia, & Italia, complures iterum inſtituerunt. Et quidem, ultimis Carolovingorum temporibus, Germania, ut eam diſtinxeris a Terris, quas Venedi inhabitarunt, quinque habuit Ducatus: Bajoaricum, Suevicum, Francicum, Lotharingicum, & Saxonicum &c.* Et rurſus, in Annotat. ad partem III *Lampadii*, Cap. V. §. 26. pag. 193. *Carolus Magnus omnes quidem Ducatus e medio tulit &c.* Conf. idem, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. V. p. 24. Quam ſententiam Dn. *Hertius*, de *Origine & Progreſſu ſpecialium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum*, §. 5. p. 14. Ampliſſ. Dn. *Gundlingius*, de *Statu Reipubl. Romano-Germanicae, ſub Conrado I.* §. 2. pag. 10. ibiqve in notis, p. 12. lit. m. aliiqve, magni nominis Viri, tuentur. *Griphiander* contrà, C. LXI. de *Weichbildis*, §. 2. & 3 p 152. & 153. inqvit: *Antiquiſſima eſt Magiſtratuum diſtinctio, qua Regem, DUCES, & hos, COMITES inſequuntur — qui, ſicuti in Italia, apud Gothos & Longobardos; in Germania, apud Francos, & Alemannos, uſitati fuerant — ita, in Saxonia, devicta à Carolo Magno, relicti ſunt. Ducatus enim Witikindo Saxoni, & poſteris, conceſſus eſt. Vid. Reineccius; & Meibomius, de Ducatu Saxoniæ &c.* In *Gallia*, atque *Italia*, Principem noſtrum, plures ſub ſe habuiſſe *Duces*, expeditum eſt.

v. (2) De GALLIA, teſtes ſunt: HUNALDUS, qui, debellato, à *Pipino*, an. 768. *Waiphario* Duce, ſubactaque omni *Aquitania*, rebellare auſus, à *Carolo* Rege, an. 769 bello ſuperatus, captivitatem ſubiit. Vid. *Eginhartus*, in *Vita Caroli Magni*, apud *Freberum*, T 2. *Rer. Francic. pag.* 435. *Annales Francorum Fuldenſes* ad. an. 768. & 769. p. 5. & *Lambeciani*, Tom. II. *Bibliotb. Cæſar.* ad eosd. p 346 *Pithœani*, ad an. 765. (rectius 768.) & 769. p 8. *Reuberiani*, ad an. 768. & 769 pag 19. *Adelmus*, Annal. ad eosdem Annos, apud *Freberum* l. c. pag. 387. & 388. *Regino*, ad eosd. an. Monachus *Egoliſmenſis S. Eparchii*, in *Vita Caroli Magni*, ad. an. 768. apud *Schilterum*, de *Scriptorib Rer. German.* pag. m. 47. eum WALDUM, vocans: *Ademarus*, Monachus *S Eparchii*, in Chronico *Egoliſmenſi*, Cap I. apud *Labbeum*, T 2. *Bibliothecæ* MS pag. 157. &c. Vid. S. *Sacerdotis*, Epiſcopi *Lemovienſis*, Cap. 13 apud eundem, l. c. p. 664 *Annales Maſciacenſes*, ad an 768. & 769. ibid pag. 734. *Sigebertus Gemblacenſis* ad eosdem annos; annectens ad an. 771. *Hunaldus Dux Aquitaniæ, Romam, quaſi ibi perſeveraturus, venit, qui ad Longobardos fugiens, apoſtatavit, ibique, non multo poſt, lapidibus obrutus, male periit &c.* Conradus *Urſpergenſis* an. 769. p 132. *Chronographus Saxo*, ad an. 768. & 769. p. 121. Monachus *Sanſulpitianus*, in *Hiſtoria Patriarcharum Bituricenſium*, Cap. XXXVIII. apud *Labbeum* l. c p. 60. *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 768. & 769. p. 120. & 121. *Albertus Stadenſ.* an. 768. p. 70. Alii. Et *Lupus Vaſconum Dux*, qvi, eodem anno 769. Principi noſtro ſe ſubmiſit. Vid. *Eginhardus* l. c. *Annales Reuberiani* ad h. a. p. 20. *Adelmus* anno eod. p 388. *Chronographus Saxo*, an eod. p. 121. *Conradus Urſperg.* l. c. *Albertus Stadenſis* l. c. *Albericus*, l. c. an. eod. p. 121 anno 771 *Carlus, habita Synodo in Valentianas, Corbanacum venit, ubi omnes Epiſcopi, Abbates, Comites & DUCES, qui fuerunt fratris ſui, ad ſe venientes, ſuſcepit &c* Hæc *Annales Pithœani* h. a. Vid præced. Tit. 2. § 10 lit. d p. 77. anno 778 in Expeditione Hiſpanica, adverſus Saracenos, WILHELMUM, qvendam DUCEM AQVITANIÆ creavit. Vid. Auctor *Vitæ S. Wilhelmi Gelonenſis*, à *Carolo Stengelio*, Ord. S. *Benedicti Monaſterii SS. Udalrici & Afræ, Auguſtæ Vindel.* Profeſſo, ao. 1611. editæ, pag. m. 78. & 79. verb. *Sarraceni pariter conglobati, magnum valdè & inopinabilem producunt Exercitum, montes Pyrenæos tranſeunt; & una omnes conſpiratione ad has partes Aquitaniae Provinciae, ac Septimaniae properant conſiuia — nunciatur hoc Chriſtianiſſimo Regi* (Carolo) — *Chriſti nomen fidelis invocas, moxque ſuae virtutis Principes & Conſiliarios, more Regio, convocat, &, quid facto ad talia opus ſit? eos conſulis, & ipſe inde cum eis attentè & ſollicitè tractat; omnes, per Dei providentiam, in unam concordiam ſententiam, ut ſtatim COMES WILHELMUS &c. armis inclitus, bello victorio-*

Digitized by Google

ctorioſus, militiæ Gallicanae ſtudiis glorioſus, ad hoc opus eligatur, & ipſe, cum ſuis legionibus, contra Barbaros, concitè dirigatur. Adjudicatur etiam, acclamante Exercitu, ut totius Aquitaniæ Provinciæ, quoniam dignus eſt, inveſtiatur Ducatu & de Conſu e (forte, Comite,) ſublimetur in Ducem. Non differt Carolus conſilii effectum, ſtatimque Wilhelmum manu tenet, ac promovet. Ergo Wilhelmus Comitis & Ducis gloria ſublimatus, fit inter Principes primus &c. anno 799. Britannia Ciſmarina, per Wittonem Ducem, tota ſubacta, & arma Ducum, qui ſe dediderant, inſcriptis ſingulorum nominibus, Regi præſentata ſunt &c. Hæc Annales Fuldenſes h. a. pag. 9. & Pithoeani, h. a. pag. 16. Adelmus h. a. p 404, Regino, h. a. pag. 33. Poëta Saxo, h. a. apud Ill. Dn. Leibnizium, Tom. 1. Rer. Brunſuicenſ. pag. 149. & 150. Sigebertus ad an. 800. Albericus, an eod. pag. 130. an. 810. mortuus eſt Sewinus, Dux Burdegalenſis. Vid. Albericus Monachus, ad h. a. pag. 154. Nolo ad deſcriptionem Exercitus noſtri Principis, Aygolando, Saracenorum Regi, oppoſiti. ſub nomine Johannis Turpini, de vita Caroli Magni, Cap. XI. apud Reuberum, de Scripc Rer. German. pag. 72. extantem, provocare, qua inter alia, Carolo auxilia tuliſſe feruntur: Rolandus, Dux exercituum, Comes Cenomanenſis & Blavii Dominus, Nepos Caroli, filius Ducis Milonis de Angleris, natus Bertha, ſororis Caroli, cum 4000. armatorum - - - Engelerus, Dux Aquitaniæ, cum 4000. Virorum bellatorum —— Lambertus, Princeps Bituliceſis, cum 2000. Virorum; Samſon, Dux Burgundiæ, cum 10000. Heroum—Garinus Lotharingiæ Dux cum 4000. Virorum &c quia integrum ſcriptum ſuppoſitum eſſe Viri eruditi jam dudum probarunt. Hinc &, hac parte, Albericus, ad ann. 805. quo Expeditionem iſtam contigiſſe putat, pag. 143. & 144. Sanſulpitianus Monachus, l. c. Cap. 41. in Vita Berlani XLI. Biturgium ArchiEpiſcopi, p. 63. aliique, inde ſeducti, corrigantur; nemo ſanè Veterum (1) tantæ expeditionis facit mentionem, nec Eginhartus, nec Annales coævi, dicentes ſaltem, ad annum 806. Navarros & Pampelonenſes, qui ſuperioribus annis ad Saracenos deſecerant, in fidem eſſe receptos; ita Annal. Reuberiani h. a. pag. 35. Adelmus an. eod. p. 408. Regino, an eod. nec (2) Bertæ, Caroli Magni ſororis, cujus filius Rolandus, fuiſſe perhibetur; (3) Lotharingiae Ducatus appellatio, longè recentior; (4) Naamannum, Bawariæ Ducem, quem Albericus immiſcet, nemo apud Scriptores coævos offendit; (5) Gryphiander l. c. Cap. 3. & ſeqq. ad Cap. 12. p. 5. ad 28. ſolidis argumentis, fabulam de Rolando, deſtruxit &c.

v. (3) De ITALIA: Rothgaudus, Forojulienſis, de quo Annales Reuberiani, ad an: 776. pag. 21. Regi, domum revertenti, nunciatur, Rotgaudum Langobardum, quem Forojulienſibus Ducem dederat, in Italia res novas moliri, & jam complures ad eum Civitates defeciſſe. Ad quos motus comprimendos, cum ſibi feſtinandum judicaret, ſtrenuiſſimum quemque ſuorum ſecum ducens, raptim in Italiam proficiſcitur, Rotgaudoque, qui Regnum affectabat, interfecto, Civitatibus quoque quæ ad eum defecerant, ſine dilatione receptis, & in eis Francorum Comitibus conſtitutis, eadem, qua venerat, velocitate, reverſus eſt &c. Conf. Adelmus, an. eod. p. 390. aliiqve, qvorum præced. Tit. IV. §. 5. lit. a. v. 30. p. 357. memini. Hildebrandus Beneventanus, quam an. 779. cum magnis muneribus, in Villa Wirciniaco, quam benigniſſimè recepit, & muneribus donatum, in Ducatum ſuum remiſit. Hæc Annales Reuberiani, h. a. p. 23 Conf. Adelmus an. eod. pag. 392. Regino. an. eod. Poëta Saxo, an. eod. apud Dn. de Leibniz, T. I. Rer. Brunſuic. pag. 128. & 129. Conradus Urſperg. an. eod. pag. 133. Sigebertus an. eod. Chronographus Saxo. an. eod p 124. Albericus, an 780. pag. 116. Albertus Stadenſis, an. 779. pag. 79. Aragiſus, Dux Beneventanus, qvem anno 768. omnemque Populum Beneventanum, per ſacramenta, ſibi obſtrinxit &c. Vid. Annal. Reuberiani, h.. a. pag. 26. Adelmus. l. c. an. eod pag. 396. Regino, an. 787. Poeta Saxo, ad an. 786. l c. pag. 135. Monachus Egoliſmenſis, in Vita Caroli Magni, apud Schilterum, l. c. p. 52. Annales Fuldenſes, ad an. 787. & Pithœani, ad an. 786. pag. 11 & 12. Conradus Urſperg. an. 787. p. 134. Sigebertus Gemblac. an. eod. Chronographus Saxo, an. eod p. 126. Albertus Stadenſ. anno eod. pag. 80. &c. Albericus, an. eod. pag. 119. Anno 796. Carolus Rex, per Angilbertum, Abbatem S. Richarii, ad S. Petrum, magnam partem theſauri, quem Henricus, Dux Forojulienſis, ſpoliata Hunorum Regia, quæ Rhingus vocabatur, eodem an. Regi, de Pannonia, detulerat, miſit &c. ſunt Verba Adelmi, ad h. a. pag. 401. Conf. Annal. Reuberiani, h. a p. 50. Pithœani h. a. pag. 14. Fuldenſes, h. a p. 8. Regino, h. pag. 32. Poëta Saxo, h. a. p. 145 Sigebertus, ad an. 797. Conradus Urſpergenſis, an. 796. pag. m. 136 Albericus, an. 797. p. 126. anno 799. Leo Papa, à Romanis, in Letania majore, lingua detruncata, excæcatus, & per Winiundum Abbatem, & Winigiſum, Ducem Spolitanum, ereptus, ad Carlum, in Saxonia, ad Padroprunno, deductus eſt &. Ita Annales Pithœani h. a. pag. 15. Conf. Fuldenſes an. eod pag. 8, & 9. & Reuberiani h. a. pag. 31. Anaſtaſius Bibliothecarius, in ipſius vita, pag. m, 181. Adelmus, h. a. pag. 403. Regino h. a. Poëta Saxo, h. a. p. 148. Hermannus Contractus h. a. apud Urſtiſium p 301. Marianus Scotus; ad an. 798. p. 439. Chronographus Saxo, an. 799. pag. 129. Conradus Urſpergenſis,

an.

Digitized by Google

an. eod. pag. 136. *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. 84. Ecce, quid Imperator noſter, in Capit. de an. 801. apud *Goldaſtum*, in *Collectione Conſuetudinum Imperialium* pag. 121. *Carolus --- omnibus Ducibus, Comitibus, ſeu cunctis Reipublicæ, per Provincias Italiæ, à Noſtra manſuetudine præpoſitis &c.* & p. 122. *Pervenit ad aures* Clementiae *Noſtrae, quod aliqui Duces --- manſionaticos parvae redae accipiant &c.*

v. (4) De GERMANIA verò quid dicendum? Fateor, rarò *Ducum, Ducatuumq;* fieri mentionem; fieri tamen, v. g. Auctor *Vitae Mathildis, Henrici Aucupis* conjugis, juſſu *Henrici S.* conſcriptæ, Cap. 1. §. 3. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 193. memor converſionis *Witikindi Ducis*, inquit: *His ita peractis, & compoſito inter ſe fœdere pacis, Rex Carolus cum victoria revertebatur lætus, Dux autem Witikinus in propriam remeavit Patriam, S. Spiritus gratia illuſtratus: & ſicut prius perſequebatur Chriſtum invocantes ſic poſtmodum ad fidem Chriſti traxit quosque errantes: &, ut antea bonorum extitit perſecutor, ita vigilantiſſimus tum apparuit ſacrae fidei propugnator; jam tum deſiderabat Eccleſias reædificare, quas prius deſtruxerat in infidelitate: &, ubi conſtituerat Idola, hic jam Sanctorum collocarit Oratoria. A poſteris ergò ejusdem Witikini, Egregii Ducis, proceſſit ſtirps beatiſſimae Mathildis, cujus Pater nomine Thietricus,* in *Occidentali Regione, Comes, fuerat Glorioſus &c.* anno 802. *Aquisgrani* commorando, *Carolus elegit in Regno ſuo, ArchiEpiſcopos, & reliquos Epiſcopos, & Abbates, cum Ducibus & Comitibus, qui jam opus non habebant, ſuper innocentes, munera accipere, & ipſos miſit, per univerſum Regnum ſuum, ut Eccleſiis, viduis, & Orphanis, & pauperibus, & cuncto Populo, Juſtitiam facerent. Et menſe Octimbrio, congregavit Univerſalem Synodum --- interim quod ipſa Synodus facta eſt, congregavit Duces, Comites --- & fecit omnes Leges in Regno ſuo legi, & tradi unicuique hominum Legem ſuam, & emendare, ubicunque neceſſe fuit &c.* Hæc, membranaceus Codex, anno 803. ſcriptus, in *Bibliotheca Caeſarea*, teſte *Lambecio*, lib. 2. *Commentar.* dictæ *Bibliothecae*, Cap. 5. p. 382. Conf. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 802. p. 78. add. Diploma noſtri Principis, quod *Erdwinus Erdmannus*, in Chronico *Epiſcoporum Oſnabrugenſium*, apud *Meibomium, Tom. 2. Rer. German.* p 197. & Reverendiſſ. Princeps *Fürſtenbergius*; in *Monumentis Paderbornenſibus*, pag 325. ampliori formula, *Eccleſiæ Oſnabrugenſi.* Anno 803. datum, perhibent, addita Lege: *Ut nullus Judex publicus; DUX, Comes, vel Vice-Comes --- loca illius Epiſcopatus, ad Placita habenda, vel freda exigenda --- ullo tempore, aggravare audeat &c.* anno 804. ordicut Princeps noſter Capitulare Aquenſe: *Ego Carolus, qui, Deo favente, curam Regni gero, & Romanorum Imperator exiſto, conſilio Principum Regni Noſtri, Epiſcoporum, Ducem, Marchionum, Comitum, &c.* & paulo poſt: *Sedem Regiam pro murali præſidio, contra omnes turbines, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites, omnes Principes Galliæ, Fideles Regni, tueantur.* Vid. *Lehman. Chron Spir.* lib. 2. Cap. XVI. pag. 80. & Cap. 39. pag. 150. Anno 806. in Teſtamenti Tabulis, Eundem, *Pipino* filio; *Ducatum Curienſem* adſcripſiſſe, præced. §. 6. lit. a. pag. monui. Anno 809. *Godefridus, Rex Danorum, per quosdam negotiatores, mandavit Duci, qui Phryſiam prævidebat, audiſſe ſe, quod ei Imperator eſſet iratus, eò quod in Abrotides* (Obtridos) *duxiſſet Exercitum, & ſuas ultus eſſet injurias &c.* Ita *Regino* h. a. pag, 37. In Diplomate, Anno 812. Cœnobio *Altahenſi* conceſſo, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. 2. *Metropolis Hundii*, p. 10. inquit: *Ad deprecationem Geroldi Comitis, Fidelis Noſtri, concedimus, atque confirmamus, ad Monaſterium S. Mauritii, quod eſt ſitum in Ducatu Bajoariorum, in loco nuncupante Altaha --- locum quendam, in Avaria, ubi Bieloba fluvius Danubium ingreditur &c* Conf. præced. Tit. XV. §. 5. lit, a. pag. 1125. anno 813. *Ludovicum* filium, hæredem Regni declaraturus, *grande Colloquium habuit Aquisgrani, cum Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, totius Regni Franciæ &c.* teſte *Thegano*, præced Tit. II. §. 10. lit. d. ad h. a p. 79. & Tit. XV. §. 2. lit. d. p. 1109 B. *Hildegardis*, Cœnobii *Montis S. Roberti extra Bingam*, Abbatiſſa, in Vita *S. Roberti* Confeſſoris, & Principis circa *Bingam* Cap. XIV. apud *Surium*, 15. Maji, p. 220. refert. nonnullos Mundi gloriæ & vanitatibus valedicentem *Robertum*, ita fuiſſe allocutos: *Tu qui tantum honorem Ducatus, tantasque divitias Seculi habes, cur, te tam contemptibilem facis?* Conf. de hoc *Roberto*, præced. §. 6. lit. b. pag. In Præcepto, pro *Adalrico* Saxone, an. eod. apud *Mabillonium*, de *Re Diplomatica*, lib. VI § 64. pag. 512. mentionem facit Cæſar *Gerbao Ducis*, verbis præced. §. 6. lit. b. occurentibus. De *Egberto Comite, cunctis Saxonibus inter Rhenum* (Albim) *& Viſurgim*, ab Imperatore Noſtro, præfecto *Duce*, legas *Uffingum*, cit. præced. §. 6. lit. b p, add. præced. Tit. XV. §. 16. lit. f. p. & mox proferendæ res ab eo geſtæ. Sufficiant hæc probandæ theſi: *Germaniam*, ſub CAROLO MAGNO *Ducibus* non caruiſſe. De temporibus proximè ſecutis, minus dubii eſſe, teſtimonia documento ſunt, quæ ſequuntur;

v (5) LUDOVICUS PIUS an. Imperii I. (adeoque 814.) 14. Kal. Febr notum eſſe vult *omnibus Epiſcopis, Abba-*

Digitized by Google

Abbatibus, DUCIBUS, *Comitibus, Vicariis, Centenariis &c.* quod *Viennenſis* Eccleſiæ Privilegia in Delphinatu confirmaverit; apud *Stephanum Baluzium, Append. Capit. Franc.* §. 24. & Dn. *Tenzelium*, Append. 2. *Vindic. Conring. Dipl. Lindav.* §. 1. pag. 46. Idem qvinto *Cal. Junii*, anno Imperii VIII. Indict. XIV. (adeoque an. 824.) notum facit *omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis &c.* qvod Cœnobium *Altaha* in ſpecialem tutelam ſusceperit. Vid. *Gewoldus*, Addit. ad Tom. II. *Metropolis Hundii*, p. 10. Idem, an. 819. *accepit filiam Welfi Ducis, qui erat de Nobiliſſima Stirpe Bavarorum, & nomen Virginis, Judith &c.* Hæc *Theganus*, præced. Tit. V. in Vita *Ludovici Pii*, v. 2. pag. 446. Eundem titulum impertit *Guelfo*, Auctor *Vitæ S Friderici Ultrajectenſis*, Cap. IX. apud *Surium*, 18 Julii, p. 217. Idem, in Confirmatione Privilegiorum juriumqve Eccleſiæ S. *Emerani* Ratisbonenſis, voluit, *ut neque DUX, neque Epiſcōpus, ullam poteſtatem habeant intus aut foris*; Vid. *Hundius* T. I. *Metropol.* p. 224. an. 833. in *Ducatu Buthinveldio, dat Corbejenſibus mercationem publicam, cum jure monetandi, & facultate coquendi ſalem*, vid. *Annal. Corbejenſes* h. a. apud Dn. de *Leibnitz*, T. 2. *Rer. Brunſuic.* pag. 296. Non male ſuſpicatur idem Vir Illuſtris, l. c. in *Introductione*, pag. 26. *Ducatum* hunc nomen ſortitum à ſede *Witikindi Magni*, quondam *Ducis*. Laudatus Cæſar, an. 834. nuncios æquivoci Filii, *Grimoaldum, Venerabilem Abbatem, atque Presbyterum, & Gebehardum, Nobiliſſimum atque fidelisſimum Ducem, de inſidiis Lotharii, Filiorum ipſius natu majoris, admittit*; Vid. *Theganus* l. c. ad h. a. pag. 316. addens, p. 319 Imperatorem, an. 835. eundem *Nobiliſſimum Ducem* viciſſim ad *Lotharium* direxiſſe. *Albericus*, an. 834. p. 173. appellat Eum *Gerardum, Burgundiæ Ducem*. An. 837. Notum eſſe vult *omnium Fidelium ſuorum benevolentiæ: tam præſentium, quam futurorum Epiſcoporum, videlicet, Abbatum, DUCUM, Comitum, Domeſticorum &c* quod *Cenomanicæ* Eccleſiæ cellam quandam, intra fl. *Sarthæ*, & murum Urbis Cenomanenſis, ſitam, dono dederit Vid. *Geſta Aldrici*, Cenomanenſis Epiſcopi, § XIII. apud *Stephanum Baluzium*, lib. 3. *Miſcellaneorum*, p 34. anno 838. publicè fatetur, ſibi placuiſſe *ad quoddam Monaſterium, vocabulo Herivarth, quod in Ducatu Saxoniæ, in honore S. Dei Genitricis Mariæ Semper Virginis, conſtat eſſe dicatum, quosdam res & mancipia proprietatis ſitas in memorato Ducatu, pro mercedis ſuæ augmento delegare*, vid. *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. 2. an. 838. p. 115. anno 839. inſtituta filios inter, *Juditæ* Conjugis conſilio, Regni partitione, varios *Ducatus* portioni *Italicæ* inſeruit, de quibus, *Annales Bertiniani*, ad h. a. verbis ſeq. *Catalogo Ducum Thuringiæ*, §. XVIII. occurrentibus, evolvendi; habes ibi, *Ducatus, Moſellicorum; Ribuariorum; Heliſatiæ; Alamanniæ; Auſtraſiorum; Toringubæ, & Freſiæ.* Intelligit fortè locum hunc Dn. *Hertius*, cit. Diſſert. de *Origine & Progreſſu ſpecialium S. R. J. Rerumpublicarum*, §. VI. pag 20. Idem Princeps, in Diplomate, an. Imperii XXVI, adeoque 840. *Campidonenſibus* Monachis, 14. Kal. Majas, dato, apud *Mabillon*, Tom. IV. *Analectorum*, pag. 470. & 471. & Dn. *Tenzelium, cit. Vindic.* Cap. V. §. 2. pag. 98. ait: *Quandam Cellulam, appellatam Aldrici-Cella — quæ in Ducatu Alamanniæ, ſita eſt, in Pago Albigoi, ad quoddam Monaſterium, quod dicitur Campidona — Nobis transferre placuit &c.*

v. (6) LOTHARIUS, Patre adhuc vivo, an. 834. *ſororem, Ducis Bernhardi, nomine Gerbich*, Cabillonenſem Sanctimonialem, dolio incluſam, in *Ararim* projici curavit. Vid. *Theganus* l. c. ad h. a pag. 318. Ejusque Filius, LOTHARIUS II. *Hugonem*, naturalem filium ſuum ex *Waldrada*, donavit anno 868. *Ducatu Elizatio*, h. e. *Alſatiæ*; Vid. præced. Tit. V. in Vita *Lotharii I.* Imp v. 3. p. 452.

v. (7) Sub LUDOVICO GERMANICO I. floruerunt: *Ludolphus Magnus, & Bruno, Duces Saxoniæ*, de qvibus mox plura; *Conradus, Dux Alamanniæ Burgundicæ*; Vid. ſeq *Catal. Ducum Alamann.* v. 21. *Bribinus, Dux ad Salam.* Vid. præced. Tit. XV. §. 5 lit a pag. 1133. & hoc ipſo Tit. XVI. §. 6. lit. b. p. *Erneſtus Dux*, de quo *Annales Fuldenſes*, ad an. 849. pag. m. 20. *Bohmanni, more ſolito, fidem mentientes, contra Francos rebellare moliuntur. Ad quorum perfidos motus comprimendos, Hernuſtus Dux partium illarum, & inter amicos Regis primus, Comitesque non pauci, atque Abbates, cum Exercitu copioſo, mittuntur &c.* Conf *Annal. Pithœani*, an eod. p. 44.

An 865. à laudato Rege varia Prædia, donationis titulo, transferuntur in Monaſterium *Herivurt*, ſitum in *Ducatu Saxonico.* Vid. *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. 3. h. a p. 157.

An. 866. auget idem Monaſterium, aliis rebus proprietatis ſuæ, quas *Folcheri* in beneficium tenuit, in *Ducatu Weſtfalorum*, vid. ibid. ad h. a. pag. 160.

An. 868. Monaſterio SS. Virginum, *Felicis, & Regulæ*, Tiguri, dono dat *Curtim Turegum, in Ducatu Alemannico &c.* Vid. præced. Tit. XV. §. 5. lit. a. pag. 1133.

In fine Placiti, in gratiam LUDOVICI II. Imp. contra qvendam *Ildebertum* habiti, an. 860. apud *Mabil-*

billon de *Re Diplomat.* Lib. VI §. 93. p. 534. legimus: *Gregorius*, *Dei pietate DUX*, *interfuit &c.*

v. (8) LUDOVICO GERMANICO II. Regi CAROLO CRASSO Imp. ARNOLPHO Imp. & LUDOVICO IV. Regi devoti fuere: *Otto Magnus & Henricus Auceps*, *Saxoniæ*; *Poppo*, *Conradus*, *& Burchardus*, *Thuringiæ*; *Conradus*, *Franconiæ*; *Luitpaldus & Arnoldus*, *Bajoariæ &c.* de quibus ſequentes Catalogi. Hinc *Carolus Craſſus*, in Diplomate, an. 886 14. Kal. Mart. *Rotwilæ* dato, teſtatur, ſe Monaſterium *Ober-Münſter* Ratisbonæ in tutelam ſuſcepiſſe, *ut neque Ipſe*, *nec quisquam Imperator*, *aut Rex*, *aut DUX*, *aut Comes*, *aut Regalis Exactor*, *ſive ex Imperiali*, *ſive ex propria auctoritate*, *quicquid ibi ordinandi*, *aut exigendi*, *habeat poteſtatem &c.* Vid. *Gewoldus*, Addit. ad Tom. I. *Hundii Metropolis*, pag. 245.

v. (9) CONRADUM I. rebelles habuiſſe *Potentiſſimos Germaniæ*, Principes, *Arnoldum*, *Bajoariæ*, *Burchardum*, *Sueviæ*; *Eberhardum*, *Orientalis Franciæ*; *Giſelbertum*, *Lotharingiæ*, *& Henricum*, *Saxoniæ*, auctoritate conſtat *Luitprandi*, præced. Tit. V. in Vita *Conradi*, v. 4. p. 479. A quo etiam tempore, *Germaniam*, in hos diviſam *Ducatus*, fatentur omnes.

v. (10) Si in rationes eamus, *cur nulla ferè Carolingorum ævo*, *Ducum*, *in Germania*, *mentio fiat?* duas prodit Dn. *Schilterus*, Tom. 2. *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2. Tit. VIII. §. 3. pag. 74. (1) quod nomina *Ducum & Comitum*, promiſcuè tunc ſumerentur, (2) *Dignitas Ducalis* (ubique ferè,) non niſi Magiſtratus fuerit. Priorem firmant exempla publica: De *Hrodgaudo Forojulienſi*, canit vetus *Poëta Saxo*, ad an. 776. apud Jll. Dn. *Leibnizium*, T. I. *Rer. Brunſuic.* p. 125.

Quippe Ducem Comitemque Forojulienſibus ipſum
Conſtituit Carolus --

Wido, ſeu *Witto*, *Dux*, per quem laudatus Cæſar, an. 799. *totam Britanniam*, *Annalibus Fuldenſibus* h. a. p. 9. & *Pithœanis*, h. a. pag. 16. teſtibus, ſubegit, *Adelmo*, an. eod p. 404. & *Poëtæ Saxoni*, an. eod. p. 149. tantum *Comes ac Præfectus Britannici Limitis*; *& Reginoni*, an. eod. p. 33. *Comes*, *qui Marcam*, *contra Brittones*, *tenebat*, vocatur. *Egbertum*, eodem Imperante: modò *Ducem*, modò *Comitem Saxoniæ*, nuncupari, mox probabo. *Geroldus*, *Bajoariæ Præfectus*, an. 799. in bello Hungarico, interfectus, *Sigeberto Gemblacenſi*, ad ann. 800. & *Alberico*, *Monacho trium fontium*, an. eod. p. 130. *Dux Bajoariæ* celebratur, quorum prior adhuc malè *Gerardi* nomen ei imponit. Vid. ſeq. Catalog. Ducum Bavariæ, *Guelpho*, *Ludovici Pii* Genero, itidem *Ducis Comitisque* titulos promiſcuè tribui, ex Vita *Ludovici Pii*, præced. Tit. V. v. 2. p. 446. cognoſcimus. Conf. *ſeq. Catal. Ducum Bavariæ*, v. 26. Idem de *Bernhardo Burgundo* affirmandum, quem *Theganus* l. c. ad an. 835. p. 318. *Ducem*; Auctor verò *Vitæ Caroli Magni*, apud *Freberum*, an. 834. p. 465. & *Annales Reuberiani*, an. eod. pag. 58. & Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, an eod apud *Pithœum*, pag. 402. *Comitem* appellant. *Illuſtrisſimus Princeps*, *Riddagus Comes*, *Ejusque ſapientiſſima Conjux*, *de Patrimoniorum ſuorum juſtis poſſeſſionibus*, *conſtruxerunt Cœnobium Lambſpring &c.* Vid. Protectorium *Ludovici* Regis, an. 873. in *Antiquitatibus Gandersheimenſibus Dn. Leuckfeldi*, Cap XXV. §. 10 lit. i. pag. 290. Conf. præced. §. 6. lit. b. ſub *Ludovico Germanico*, pag. *Ludolphus Magnus*, Ejusque filii, *Bruno*, *& Otto Magnus*; hujusque Gnatus, *Henricus Auceps*, *Duces Saxoniæ*, haud ſemel *Comitum* appellatione veniunt. Vid. *ſeq. Catal. Ducum Saxon. Giſelbertum Lotharingum*, aliis *Ducem*, aliisque *Comitem*, ſalutari, in ipſius vita, ſeq. *Catalog. Ducum Lotharing.* monebo; idem, de *Conrado Thuringiæ*; *Hermanno I. Alemanniæ*; *Eberhardo & Conrado*, *Franconiæ*, *Ducibus*, in *Catalogis Ducum Thuringiæ*, *Alemanniæ & Franconiæ*, demonſtraturus. *Suppo*, tempore *Arnolfi* Imp. florens, in Chronico *Caſaurienſis* Monaſterii, audit *Piceni Comes*, alibi *Dux* inoteſcens. Vid. Jll. Dn. *Leibnitzius*, Not. *in Panegyricum Berengarii*, Tom I. *Rer. Brunſ* pag. 242. lit. i. *Henricus Dux*, & quidem, (ut *Meibomius*, in Not. ad lib. I. *Witichindi* Corbejenſis, Tom. I *Rer. German.* pag. 674. opinatur) *Franconiæ*, apud *Regionem*, an. 897. occurrens, aliis tantum eſt *Comes*. *Wilhelmi*, *Præpotentis in Burgundiæ partibus Viri*, memor *Ditmarus*, lib. VII apud Dn de *Leibnitz* l. c. p. 407. inquit: *Wilhelmus Comes --- Miles eſt Regis* (Rudolphi Burgundi) *in nomine*, *& Dominus Terræ re*; *& in his partibus nullus vocatur Comes*, *niſi is*, *qui Ducis honorem poſſidet &c*, Sic *Hugo Capetus* promiſcuè *Dux & Comes* vocatur *Alberico*, ad an. 944. 966. 987. 988. æque ac *Robertus* Normannus, quem ad an. 1096. 1097. & 1098. *Ducem*, ad an. verò 1106. *Comitem* nuncupat. *Gero*, *Ottoni Magno* eſt *Marchio*, vid. præced §. 4. lit. b. p. & T. XV. §. 18. lit. b. p 1309 aliis vero DUX, vid. *Chronicon Montis Sereni* pag. m. 36. præced. Tit. XV. l. c. & *Witichindo Corbejenſi*, lib. 2. Annal. apud *Meibomium*, Tom. 1. *Rer. German.* p. 644. ſaltem *Comes*. In caſu ſimili, *Wipertus*, *Luſatiæ Mar-*

Digitized by Google

Marchio, haud ſemel *Comitis* appellatione venit, in Libello de *Fundatione Cœnobii Bigaugienſis,* in calce *Chronici Montis Sereni*, pag. 249 &c. ad an. 1105. & ſeqq. Idem de *Alberto Urſo* dicendum; Vid. Dn. *Becman,* T. 2. *Hiſt Anhalt.* Part V. lib. I. Cap. V. §. 1. p. 26 Multa exempla alia ut mittam. Theſin comprobant: Jlluſtr. Dn. *Chriſtianus Wilhelmus ab Eyben,* de *Stylo Curiæ*, pag. 17. Dn. *Hertius*, l. c. § V. p. 14. Alii De altero *Schilteri* aſſerti, præced. §. 4. egi

v. (11) *Carolingorum* ævo extitiſſe *Ducatus: Saxoniæ, Thuringiæ, Bavariæ, Alamanniæ, Franconiæ & Lotharingiæ,* palam eſt. *Venedicus* acceſſit, quoties *Wendi* Imperatorum juſſa excipere cogebantur. Hinc non ſemper idem *Ducum* numerus.

Tempore LUDOVICI PII, ceu ex *Annalibus Bertinianis* ad an. 839. & ſeq. *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 18. pateſcit, erant *Ducatus: Moſellicorum, Ribuariorum, Heliſatiæ, Alamanniæ, Auſtraſiorum, Thoringubæ*, (Thuringiæ) & *Freſiæ.*

Sub LUDOVICO GERMANICO celebrantur: *Thuringi, Saxones, Bajoarii, Franci & Alamanni*, vid. ſeq. *Catal. Duc. Thuring.* v. 19 & 20.

Exauctorati an. 887. *Caroli Craſſi* ſucceſſor in Germania, ARNOLFUS, rexit *Bajoariam, Sueviam, Saxoniam; Thuringiam, Friſiam, Lotharingiam*, totumque *Rhenum*; Vid. ibid. v. 22.

Poſt fata LUDOVICI IV. occurrunt apud *Luitprandum*, lib. 2. Cap. 7. p. 105. *Duces: Bajoariæ, Sueviæ, Franciæ,* (Orientalis) *Lotharingiæ & Thuringiæ;* qui paulo ante, l. c. Cap. I. p. 101. & *Moraviæ* meminit. Conf. *Conradus Urſpergenſ.* in Vita *Conradi* l. c. p. m. 144.

Sequentia tempora novos ſubinde Duces produxerunt, vel *Wippone* teſte, in Vita *Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, p. 424. ubi, defuncto *Henrico Sancto,* floruiſſe dicuntur: *Benno, Dux Saxoniæ; Adelbero, Dux Hiſtriæ; Hetzilo, Dux Bajoariæ; Erneſtus, Dux Alemanniæ; Fridericus, Dux Lutaringorum; Gozelo, Dux Ribuariorum; Cuno Wormatienſis, Dux Francorum; Udalricus, Dux Boëmiæ &c.* De omnibus fuſius loqui, cum non ſit mei inſtituti, Antiquiſſimos duntaxat per luſtrabo.

v. 12. DUCES SAXONIÆ.

Hiſtoriam *Saxonum*, à Gentis origine, ad annum usque 804. quo æternæ Pacis fœdere juncti *Francis*, præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. pag. 204. ad 225. expoſui. Num, ab iſto tempore Saxonia Provinciæ cenſu, ab hoſtibus in ordinem redactæ, habenda ſit? litigant inter ſe Viri Eruditi, quorum l. c p. 225. facta mentio. Deciſio mihi, ex Transactionis Formula, quam *Poëta Saxo*, ad an. 803. verbis l. c. pag. 224 & 225. extantibus, ſuppeditat, deſumenda videtur, cujus hæ leges: (1) *Renuncient Saxones in perpetuum Idolorum cultui*; (2) *Liberi ſint ab omni cenſu & tributa, Francis hactenus ſolutis*; (3) *Vivant & poſthac Patriis Legibus*; (4) *priſtinaque fruantur libertate*; (5) *Conſtituant, vice verſa; unum cum Francis Populum*; (6) *Solvant Clero Decimas*, (7) *Admittere teneantur impoſitos ſibi à Rege Judices, Legatasque ad ſe miſſos.* Proinde nec penitus erant *liberi*, nec *in totum ſubacti*, ſed, certis conditionibus, in unum cum Francis corpus coaleſcentes Socii perpetui. Conf. *Witichindus* lib. I. *Annal.* pag. m. 634. *Adamus Bremenſis* lib. I. *Hiſt.* Cap. VII. pag. 10. Nullo hinc teſtimonio publico probari poteſt, quod *Gryphiander* de *Weichbildis*, C. LXI. §. 3. pag 153. aſſerit: *Saxonia devicta --- Ducatus Witikindo Saxoni, & poſteris, conceſſus eſt &c. Saxoniam* ſanè *totam*, utpote Rempublicam Popularem, Ariſtocratica adminiſtratione temperatam, ne quidem antea ſoli *Witichindo* paruiſſe, ex ſuperius dictis, l. c. § 15. 16. & 17. p. 220. &c. elucet. Id tamen verum, relictum Ei (ceu ex vita *Mathildis* modò vidimus) *Ducalem titulum*, ampliſſimasque Poſteritati Ejus fuiſſe Hereditates, quarum intuitu ad altiſſimum quoque dignitatis gradum tandem provecti: *Saxoniam* autem ad Filium, quisquis ille fuerit, *hæreditario jure* tunc nondum tranſiiſſe, ECBERTUS, à quo SAXONIÆ DUCUM Catalogum exordiar, documento eſt. Quæ, de LUTGERO quodam, *Duce Saxoniæ,* in Privilegio, *Caroli Magni* nomen præ ſe ferente, anno quaſi 802 *Friſiis* dato, apud Dn. *Lunigium.* part. ſpec *des Reichs Archivs*, Contin II. *IV. Abtheilung, XXIV. Abſatz*, § 1. p. 490. &c. recenſentur, omnino falſa ſunt; nam (1) Nullum Diploma Idiomatis Teutonici *Caroli Magni* genuinum produci poteſt; (2) apertè ficta chartæ initia: *Deweille dat LUTGER, DE HERTOCH VAN SASSEN, SIN HERTOCHDOEM hilt van d' Herlickheit, nae Rechte des Leben-Gudes, und dat nicht achtende tho bekennen, und verſchmadede Uns den Tins tha geben von SIN HERTOCHDOEM, als DAT HERTOCHDOEM geſettet was van dem Kayſer Auguſto, und ock gewonlich was islichs van ſinen Vorgengeren, Unſern Vorgengern tho betalen, und --- mit ſiner Hoverdigheit --- ſich hift und upwarp vor ein Koninck, und geboet, dat men' One en Koninck von Saſſen heten ſolte &c.* Quæ nugæ? (3) Ineptior adhuc ſubſcriptio: *Duſſes Werckes ſinne wy Tuge: Winzelaus, Conninck van Bemen; Barnardus, Hertoch von Bayern; Ludolphus, Hertoch Morabienſis: Heinricus, Hertoch van Oeſterrick; Otto, Hertoch von Swaben; Con-*

radus, Marggraff von Miſſen; Herbold, Landgrave van Duringen; Und vele ander Erbar gute und bæſſcher Mannen &c. Dit is geſcheben und gegeben tho Romen, tho S. Laterane, in dem Jare uba Unſes Herren Gebært, 802. *und im andern Jar Unſers Ceyſerdiems &c.* cum nemo horum Principum an. 802. vixerit, imò Principatus ipſi ne qvidem omnes fuerint erecti. Revertamur ad *Ecbertum.*

(1) ECBERTUS.

Illuſtris Dominus de *Leibnitz*, in Introductione in Collectionem Tomi I. *Scriptorum Hiſtoriæ Brunſuicenſi* inſervientium, memor Vitæ *S. Idæ & Translationis S. Puſinnæ ad Hervordiam Weſtfaliæ*, inquit: *Vita S. Idæ ac Uffingo, Monacho Werthinenſi, ſcripta, & à Surio* (4. *Sept.*) *primum edita, continet res notatu dignas, de* SAXONUM DUCE, *poſt Witikindum*, PRIMO, *Ejusque Familia.* ECBERTUS *is fuit, Idæ, maritus, qui etſi ſtylo Curiae, Comes tantum, Ducis tamen poteſtate, & apud vulgus nomine, ſub Ludovico Pio, Saxoniam rexit: ut ſolebant Dominici Miſſi: & ejus opera, Saxones Tranſalbini, Caroli Magni antea juſſu, trans Rhenum exulantes, in Patriam ſunt reducti &c.* Nituntur hæc, partim *Uffingi* auctoritate, cujus verba, quoad *Ducatum*, præced. §. 6. lit. b. pag., habentur; partimque Diplomate *Ludovici Pii*, anno 834. in favorem *Anſcharii*, ArchiEpiſcopi Hamburgenſis, ſcripto, unde hauſi, quæ, huc, repetenda, præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 14. p. 219. extant. Sed pergit Vir Illuſtris l. c. *Albertus Stadenſis, Antiquiores ſecutus, -- Wicbertum quendam Ducem habet, & Witikindo Filium tribuit, quem verè non dixerim, neque, an noſtrum Ecbertum, hoc nomine, paulum inflexo, involverit. Sane poſtea Ludolphum Ducem, Henrici Aucupis, & Ottonum Auguſtorum, Progenitorem, ſucceſſiſſe in Ditiones Ecberti, ex eodem diſcimus Uffingo. Unde ſuſpicio eſt, ab Ecberto, deſcendiſſe Ludolphum, vel certè ejus liberos, per mares, an per fœminas, pro certo affirmari non poteſt. Sanè Albertus Stadenſis, eum continua maſculorum ſerie, ex Wicberto, Witikindi filio, deducit. Sed obſtat, quod Witikindus, Monachus, Corbejenſis*, (lib I. Vid. præced. Tit. V. in vita Henrici Aucupis, v. 2. p. 482.) *ſcripſit, Conjugem Henrici Aucupis, ex ſtirpe Witikindi Ducis, vel Regis, deſcendiſſe, idem dicturus & de Marito, ſi eam Ludolphi originem noviſſet &c.* Locum *Alberti Stadenſis*, ad quem hic provocatur, offendis, in ejus *Chronico*, ad annum 1024. p. 115. b. ibi:

Widekindus, Inclytus Dux Saxonum,
per Carolum baptizatus.

Wicbertus, Dux Saxonum Chriſtianus.

Walbertus, Dux Saxonum Chriſtianiſſimus.

Ludolfus, Dux Saxonum Nobiliſſimus.

Bruno, Dux, à Danis occiſus. — *Otto, Dux Saxonum Invictiſſimus. Dava.* — *Ludgard, Uxor Lothewici Regis, Arnulfi Imp. Filii.*

Heinricus, Rex.

Otto, Magnus, Imperator primus de Saxonibus. — *Heinricus, Dux Bawariæ.*

Otto, Imperator Secundus. — *Heinricus, Dux Bawariæ.*

Otto, Imperator Tertius. — *Heinricus, Bavenbergenſis, Dux Bawariæ, poſtea Imperator.*

Noneſt, cur addam nomina Scriptorum recentiorum, qui idem ſchema ſequuntur, quorum permulti ſunt, nec tamen ad deducendam EGBERTI originem, quicquam facientes. Audiamus, quid de Eodem, *Annales* coævi! *Adelmus*, ad ann. 809 p. 411. recenſens, qua occaſione, *Carolus Magnus* Imperii finibus, Contra Danorum Regis, *Godefredi*, infeſtationes, condenda Civitate trans Albim, proſpicere decreverit, annectit. *Imperator, poſtquam locum Civitati conſtruendæ fuerat exploratus*, EGBERTUM COMITEM, *huic negotio exe-*

Digitized by Google

exequendo præficiens, Albim trajicere, & locum occupare juſſit. Eſt autem locus ſuper ripam Sturiæ fluminis, vocabulo Eſelsfelth, (Eſesfelt) *& occupatus eſt ab Egberto, & Comitibus Saxonicis, circa Idus Martias, & muniri cœptus &c.* Idem dicunt *Annales Reuberiani*, h. a. p. 37. *Auctor Vitæ Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 274. & 275. *Regino*, an. eod. Biennio poſt, eundem Pacificationi Cæſaris, cum *Hemmingo*, Danorum Rege, qua *Egdora* fluvius, Imperii limes conſtitutus eſt, interfuiſſe, ex eodem Auctore *Vitæ Carolinæ*, l. c. ad an. 811. pag. 277. & 278. diſcimus, ubi: *Condicta inter Imperatorem & Hemmingum, Regem Danorum, Pax, propter hyemis aſperitatem, qua inter Partes commeandi via claudebatur, in armis tantum Jurata ſervatur, donec, redeunte Veris temperie, apertis viis, congregati ſunt, ex utraque parte Francorum & Danorum, duodecim Primores, ex utraque parte ſuper fluvium Egidoram, in loco, qui vocatur N.·datis viciſſim ſecundum ritum ac morem ſuum, Sacramentis, Pacem firmaverunt. Primores de parte Francorum hi fuere: Wala Comes; Filius Bernardi; Burchardus Comes; Unrocus Comes; Vodo Comes; Bernardus Comes; EGBERTUS Comes; Theodericus Comes; Abo Comes; Osdag Comes: Wignan Comes &c.* Eadem habent *Annales Francorum Reuberiani*, ad ann 811. pag 38. & 39. de Proceribus Danorum ibidem præſentibus addentes: *De parte Danorum, in primis Fratres Hemmingi, Hancwin & Angandeo, deinde cæteri Honorabiles inter ſuos Viri: Osfred, cognomento Turdimulo; & Warſten, & Swomt, & Vrin, & alius Osfred filius Heiligon, Osfred de Sconowe, & Hebbi, & Awin &c.* Conſentiunt *Adelmus*, Annal. Franc· an. eod, pag. 413. verbis ſeq. *Catalogo Ducum Franconiæ* v. 27. occurrentibus, *Regino*, An. eod. pag. 39. Recentiores. De *Saxonibus* in genere porrò notum:

Anno 814. Ludovicus Imperator *Saxonibus atque Friſonibus jus Paternæ hæreditatis, quod ſub Patre, ob perfidiam, legaliter perdiderant, Imperatoria Clementia reſtituit &c.* Ita Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, p. 362. & apud *Freberum*. p. 457.

Anno 815. Auxilia expetente *Harioldo*, Danorum Rege, à *Godefridi* Regis filiis, Regno pulſo, *juſſum eſt ab Imperatore, ut Saxones & Abodriti ad hanc expeditionem præpararentur — circiter medium ferè Majum menſem, opportunum proficiſcendi tempus adriſit. Tunc omnes Saxonici Comites, omnesque Abodritorum copiæ, cum Legato Imperatoris, Balderico, ſicut juſſum erat, ad auxilium Harioldo ferendum, trans Egidoram fluvium, in Terram Nordmannorum, vocabulo Sialandiam, perveniunt, & inde profecti, ſeptimo tandem die, in littore Oceani, Caſtra ponunt — vaſtatis circumquaque vicinis Pagis, & acceptis popularium obſidibus quadraginta, ad Imperatorem in Saxoniam reverſi ſunt &c.* Hæc *Adelmus*, h. a. pag. 416. Conf. *Annal. Reuberiani* an. eod. p. 41. *Pithœani*, anno eod. pag. 27. *Fuldenſes*, an. eod. p. 13. *Theganus*, apud *Pithœum*, pag. 302. *Vita Ludovici Pii*, ib. p. 363.

Anno 816. Hyeme transacta, Saxones, & Orientales Franci, Expeditionem in Sorabos Slavos, qui dicto audientes non erant, facere juſſi imperata ſtrenuè compleverunt &c. Ita *Adelmus* h. a. pag. 417. Conf. *Annal. Fuldenſ.* an. eod. pag. 12. *Pithœani*, an. eod. p. 24. & 25. *Reuberiani*, an. eod. p. 41. *Theganus* l. c. Vita *Ludovici Pii*, apud *Pithœum*; p. 364. & ſeq. Catal. *Ducum Venedicorum*, v. VII. ad an. 816.

Anno 819. *Slaomir, Abodritorum Rex, ob cujus perfidiam ulciſcendam, Exercitus Saxonum & Orientalium Francorum, eodem anno, trans Albiam miſſus fuerat, per Præfectos Saxonici Limitis, & Legatos Imperatoris, qui Exercitui præerant, Aquisgrani adductus ---- exilio condemnatus eſt, & Regnum Ceadrago, Thraſconis Filio, datum.* Hæc *Adelmus*, h. a. pag. 419. Conf. *Annales Fuldenſes*, an. eod. pag. 13 *Reuberiani*, an. eod. pag. 44. *Pithœani* an. eod. pag. 26. Vita *Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, p 372. & 373. add. ſeq. *Catal. Ducum Venedic.* v. 7. ad an. 819.

Anno 820. Contra *Ludovicum*, Imperatoris *Ludovici* filium, in Patrem inſurgentem, in Pannoniam mittendi *tres exercitus, de Saxonia, & Orientali Francia, & Alemannia, & Bajoaria quoque, atque Italia, congregati ſunt.* Sunt verba *Adelmi*, h. a. p. 421. Conf. *Annal. Fuldenſ.* an. eod. p. 13. *Reuberiani*, an. eod. p. 45. *Pithœani*, an. eod. p. 27.

Anno 828. *Cum in confinibus Nordmannorum* (Danorum) *tam de fœdere inter illos & Francos, confirmando, quam de Heriholti*, (Harioldi Regis) *rebus, tractandum eſſet, & ad hoc* penè *totius Saxoniæ Comites, ſimul cum Marchionibus, illo conveniſſent, Heriholtus, rerum gerendarum nimis cupidus, condictam & per obſides firmatam pacem rupit &c.* Ita *Annales Reuberiani* h. a. pag. 53. Conf. Vita *Ludovici Pii* apud *Pithœum*, pag. 389 *Adelmus* an. eod. pag. 431.

Expeditionibus hiſce *Egbertum* noſtrum interfuiſſe, ſi vixerit, non eſt, de quo dubito.

Uxor Ei erat *Ida*, unica filia & hæres Comitis cujusdam; de cujus Parentibus Jll. Dn. *Leibnitz*, cit. Introduct. in Tom. I. *Rer. Brunſ.* pag. 6. egregiè diſſerit.

Liberi inde nati fuere: *Cobbo* Comes; *Warinus*, Abbas Corbejenſis, & *Hadwid*, Abbatiſſa Her-

Vordenſis. Vid. ibid Conſ. præced. Tit. XV. §. 16. lit. f. pag. 1287. & §. 18. lit. e. p. 1314.

Quo anno deceſſerit, reperire non potui, Conſ. interim de Ejus obitu *Uſſingus* l. c. Cap. V. apud *Surium*, 4. Septemb. pag. 63. & Dn. de *Leibnitz* Tom. I. *Rer. Brunſuic.* p. 173.

(2) WICBERTUS.

Meminit hujus Principis Auctor Libelli de *Fundatione Eccleſiarum Germaniæ, à temporibus Caroli Magni, ad Ottonem Magnum usque* apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* p. 162. & Dn. de *Leibnitz* Tom. I. *Rer. Brunſ.* pag. 261. verb. *Anno Domini* 850. *Cœnobium Ganderſem inchoatur per Ludolffum*, *Quartum Ducum Saxoniæ, de Progenie Wedekindi, Regis Angarorum, quem Carolus Magnus convertit, & à Wilhado, Epiſcopo Bremenſi, baptizatus Wormatiæ, & WICKBERTUM, DUCEM Chriſtianum, qui genuit WALBERTUM, qui fundavit Wildeshuſen, & genuit LUDOLPHUM prædictum &c.* Nec non *Conradus Urſpergenſis*, poſt vitam *Conradi I.* Regis p. m. 149. *Wuitikindi, Filius, WUIGBERTUS, Chriſtianæ Religionis cultor devotus, Filium procreavit, quem WALBERTUM vocavit &c. &c*, & Auctor Epitaphii *Witikindi*, præced. Tit 2. §. 10. lit. q. v. 17. p. 222. & *Chronicon vetus Ducum Brunſuicenſium* apud *Maderum*, l. c, p. 4. & Dn de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 14. *Witekindus, Rex Saxonum ---- genuit WICHBERTUM, Wichbertus WALTERUM &c.* Eandem Genealogiam texere *Albertum Stadenſem*, ſub *Ecberto* modo probavi; teſteſque inſuper ejusdem verba, quæ ad annum 917 p. 100. præmiſit: *Witikindus Filium habuit WICBERTUM Chriſtianum; Hic genuit WALBERTUM &c.* Nec aliter docet *Chronicon Luneburgicum* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 172. nec *Chronicon Pictum atum Bothonis*, ibid. p. 295. Num verò Genealogia hæc re vera ita ſe habeat, ex adductis ſub *Ecberto* III Dn. de *Leibnitz* verbis, quibus Dn. *Schateni Annales Paderbornenſes*, lib 2. ad ann. 845 pag. 129. & Dn. *Leuckfeldi Antiquitates Gandersheimenſes*, Cap. 2. § 4. pag. 13. jungas, dijudicandum. *Witichindus* ſanè *Corbejenſis* (verbis præced. p. 482. productis) prædicando proſapiam *Mathildis, Henrici Aucupis* Conjugis, à *Witichindo* Saxone repetendam, vix *Paternum Genus* Ipſius *Henrici* Regis ſilentio præteriiſſet, ſi ab eodem *Witichindo* deſcendiſſet; idem de Auctore *Vitæ Mathildis* dicendum, Cap. 1. §. 3. apud Dn de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 193. ſcribente: *Hæc etiam Virgo* (Mathildis) *traxit egregium Genus à Venerabili Viro, Witikino, qui in Occidentali Regione DUX fuerat Glorioſus &c.* & rurſus §. 5 p. 194. *A Poſteris ergò Ejusdem Witikini Egregii Ducis, proceſſit Stirps Beatiſſimæ Mathildis &c.* Conſ. præced. pag. 482. Tacent præterea planè *Wicbertum* Scriptores coævi, imò vix *Saxonum* mentionem faciunt.

Anno 838. legimus ſaltem, in *Annalibus Pithœanis*, p. 35. *Imperator, poſt peractam feſtivitatem Natalis Domini, & Theophaniæ, 7. Id. Januar. cum Exercitu, navigio Rhenum tranſiit, obvios habens Saxones, partim minis, partim ſuaſionibus Adalberti Comitis* (in favorem *Ludovici*, adverſus Patrem, *Ludovicum*, Imp. rebellantis) *abductos.* Quas turbas *Annales Reuberiani* pag. 64. & Author *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum*, p. 474 perperam ad ann. 841. referunt, utpote quo Imperator non amplius erat in vivis.

An. 839. diſpoſuit Imperator de *Saxonia*, teſtibus, Annalibus *Bertinianis* h. a. verbis ſuperius allegatis.

An. eod. *Hludowicus* (Filius) *Orientales Francos, Alamannos, Saxones, & Turingos, ſibi, fidelitatis jure, confirmat &c.* Vid. *Annales Pithœani* h. a. pag. 37.

An. 841. commiſſo inter fratres, *Lotharium, Ludovicum, & Carolum Calvum*, cruentiſſimo *Fontanedenſi* prælio, de quo præced. p. 454. aliquid dictum, *Hiutharius iterum ſuis undique collectis, Mogontiacum veniens, Saxones, cum Hluthario, filio ſuo parvulo, obviam ſibi Nemeti venire præcepit. Ipſe autem Rhenum tranſiens, quaſi Hludowicum, fratrem ſuum, usque ad exteras Nationes, fugaturus, infecto negotio, redit Wormatiam &c.* Hæc *Annales Fuldenſes* h. a. pag. 18. Conſ. *Pithœni* an. eod. pag. 38 Quomodo hæc ſibi cohæreant, illuſtrat *Nithardus*, Principum Patruelis, adeoque fidus teſtis, lib IV. *Hiſtoriæ*, apud *Pithœum*, pag. 478. & 479 diviſos *Saxones* tradens, diverſis ſtudiis *Lotharii, & Ludovici* Fratris, jura propugnaſſe; locus notabilis eſt, quia ſimul ſtatus *Saxonum* popularis inde elucet: *Gens* (inquit) *omnis in tribus Ordinibus diviſa conſiſtit. Sunt enim inter illos, qui Edhilingi, ſunt qui Frilingi, ſunt qui Lazzi, illorum lingua, dicuntur. Latina verò Lingua, hoc ſunt: Nobiles, Ingenuiles atque Serviles. Sed pars illorum, quæ Nobilis inter illos habetur, in duabus partibus, in diſſenſione Lodharii, ac Fratrum ſuorum, diviſa. unaque eorum Lodharium, altera verò Lodhuvicum, ſecuta eſt. His ita ſe habentibus, cernens Lodharius, quod, poſt Victoriam Fratrum, Populus, qui cum Illo fuerat, deficere vellet, variis neceſſitatibus aſtrictus, quocunque & quomodocumque poterat, ſubſidium quærebat. Hinc Rempublicam in propriis uſibus tribuebat, hinc quibusdam libertatem dabat, quibusdam autem, poſt victoriam, ſe daturum promittebat. Hinc etiam in Saxoniam miſit, Frilingis, Lazzibusque, quorum infinita multitudo eſt, promittens, ſi ſecum ſentirent,*

ut

ut Legem, quam Anteceſſores ſui, tempore, quo Idolorum cultores erant, habuerant, eandem illis deinceps habendam concederet. Qua ſupra modum cupidi, nomen novum ſibi, id eſt, Stellinga, impoſuerunt, & in unum conglobati, Dominis è Regno benè pulſis, more antiquo, qua quisque volebat Lege videbat &c. Enimvero, concluſa inter dictos Fratres an. 843 *Virodunenſi* Pace, cum *Ludovico*, tota inde *Germania*, ut præced. p. 56. probavi, cederet, *in Saxonia ſeditioſos, qui ſe, uti præfatum eſt, Stellinga nominaverant, nobiliter, legali tamen cæde, compeſcuit &c.* Hæc idem *Nithardus* l. c. p 483. de interitu eorum, pergens, p. 486. *Eodem tempore, Stellinga in Saxonia, contra Dominos ſuos, rebellarunt, ſed prælio commiſſo, nimia cæde proſtrati ſunt, ac ſic auctoritate interiit, quod ſine auctoritate ſurgere præſumpſit &c.* Altum ubique de *Wicberto*, de quo aliàs multa *Cranzius*, lib. 2. *Saxon.* Cap. XXV. & XXVI. ſilentium. Imò *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni* in *Quarta Monarchia*, p. 3. & Recentiores alii, Eum jam anno 825. in fata conceſſiſſe, perhibent.

Conjugem Ejus *Sindacildam*, Gente Friſiam, vocat *Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, apud Dn. de *Leibnitz* Tom. 3. *Rer. Brunſ.* p. 295. *Van duſſem Hartogen Raboden, eyn Here der Freſen, quemen Eddele Schlechte, Hertogen und Greven in Freslant unde in Normandie, ſo dat eyn Dochter quam van duſſem Slechte, de het Sindacilda, unde was eyn Eddele Grevynne, unde er Slechte weren gude Criſten gewordén. Duſſe Eddele Fruwe de nam Hertogen Wyprecht to Saſſen, Wetekindes Sone, unde ſe telden to ſamede twey Sone, eyne de het Walbrecht, unde de ander Bruno. Und düſſe Hertoge Wyprecht de begunde to buwen Wildershuſen, dat Syne Sone, Walbrecht, vulle rede makede, unde brachte dar grot Hilligedom, van Rome, unde Wiprecht und Walprecht ſyn dar albeyde begraven &c.* Aſt qua auctoritate hæc?

(3) WALBERTUS.

Conſtituunt *Conradus Urſpergenſis*; *Albertus Stadenſis*, & Auctor de *Fundatione Eccleſiarum Germaniæ*, quorum verba ſunt *Ecberto, & Wicberto*, recitavi, Principem hunc *Wicberti* filium, *Ducemque Saxoniæ Chriſtianiſſimum*. Eundem agnoſcit *Chronicon Luneburgicum*, apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 172. & *Chronicon Picturatum Bothonis*, ibid. pag 295. *Cranzius*, lib 2. *Saxon.* Cap. XXX & *Ubbo Emmius*, in *Appendice Genealogica*, p. 151. cujus ſchema *Maderus*, *Chronico Montis Sereni*, p. 51. præmiſit; Dn. *Schurtzfleiſchius*, in Diſſert. de *Witekindo Magno*, §. XIV. p. 28. Alii multi. *Wolffgangus Lazius*, L. IX. de Migratione Gentium cujus ſchema apud *Maderum* l. c. conſpicitur, filium Eum fuiſſe putat *Witichindi Magni*, fratremque *Witichindi* II. & *Wicberti*. Vetuſto *Chronico Brunſuicenſi*, apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuicenſ.* pag. 4. & Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2. *Rer. Brunſuic.* pag. 14. vocatur *Walterus*, verbis in *Wicberto* occurrentibus. Sed & de hoc, coævi ſcriptores nihil commemorant. *Pithœani Annales*, ad an. 852. p. 48. dicunt ſaltem, de *Ludovico Germanico*: *Profectus eſt in Saxoniam, ob eorum vel maximè cauſas vindicandas, qui à pravis & ſubdolis judicium neglecti, & multis modis, ut dicunt, Legis ſuæ dilationibus decepti, graves atque diuturnas patiebantur injurias &c.* qui tamen locus, ex Codice membranaceo *Vindobonenſi*, monente *Lambecio*, lib. 2. *Commentar. Bibliothecæ Cæſareæ*, Cap. 5. pag. 349. hoc modo corrigendus, & ſupplendus: *Profectus eſt in Saxoniam, ab eorum vel maximè cauſas judicandas, qui à pravis & ſubdolis Judicibus neglecti, & multis modis, ut dicunt, Legis ſuæ dilationibus decepti, graves atque diuturnas patiebantur injurias &c.* Quæ lectio *Annalibus quoque Fuldenſibus* h. a. apud *Freherum*, pag. 22. probatur, nullibi facta *Walberti* mentione. *Conradus Urſpergenſis*, pag. 149. hæc ſaltem de eo: *Cum factus eſſet Vir, Romam cauſa orationis, & Reliquiarum acquirendarum, tetendit, corpusque S. Alexandri, filii S. Felicitatis, integrum accipiens, à Papa tunc temporis, Leone, in Saxoniam detulit, & in loco, qui dicitur Wigaltingohuſon* (hod. Wildeshuſen) *locavit*; quæ *Albertus Stadenſis*, ad an. 917. pag. 100. repetit; de *Alexandro*, evolvas *Martyrium Felicitatis*, apud *Surium*, 10. Julii, pag. m 157. Quis igitur crudè *Lazio* l. c. adhibiturus fidem, de eodem tradenti: *Walbertus II. Vitikyndi nepos, & frater Ludolphi, qui avus fuerat Henrici Aucupis, Dux de Engern & Ryngelburg; ex Conjuge, Kerehildi, Comitiſſa de Morsburg, genuit Immodum, Ducem de Engern; Brunonem, ArchiEpiſcopum Colonienſem, fundatorem S. Panthaleonis; Tanquardum, Saxoniæ Ducem interfectum in templo à famulis Othonis I. & unam filiam, Mechtildem, Henrico Aucupi. hoc nomine Imperatori I. nuptam &c* Quibus documentis probanda hæc? Anno 856. defunctus ſcribitur. Vid. *Henningeſius*, T. 2. *Secundi & Tertii Regni*, in *Quarta Monarchia* pag. 3 *Bünting*, Chron Brunſuic. pag. 33. cujus verba præced. Tit. XV. p. 1313. habentur.

(4) LUDOLPHUS MAGNUS.

Mirè torquet hic Princeps Scriptores, quem habuerit Genitorem? *Albertum Stadenſem*, & Auctorem de *Fundatione Eccleſiarum Germaniæ*, eum modo dicto, *Walberto*, Patre prognatum arbitrari, ſub *Egberto & Wicberto* adducta eorum verba teſtantur Ita etiam *Chronicon Luneburgicum*, apud Dn. de *Leibnitz* Tom.

Digitized by Google

Tom. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 172. *Wetckind was de Erſte Chriſtene Hertog tho Saſſen, und Weſtphalen. Darna gewan de einen Sone, Wickbertus genomet, de wort ein gut Chriſt en bleff; de kreeh einen Sone, genomet Walbertus — Duſe telede Ludolphum, einen guden Chriſten, de dat Stichte tho Ganderſſen ſtichte &c.* Auctor contrà Veteris *Chronici Saxonici*, apud Dn. *Leuckfeldum, Antiquit. Gandersheim.* Cap. 2. §. 4. pag. 14. eum filium credit *Brunonis*, inquiens: *Hertoge Brun, Hertoge Wyprechtes Sone to Saſſen, un eyn Her to Engeren, de name to ener Fruwen eyns Herren Dochter van dem Roten Fan, de het Suſanna, de telde æme einen Sone, de het Ludeleff, de wart de Erſte Hertog to Saſſen, up düſſe Sit der Weſer, und dem Harte, ſo dat duſſe Sone Ludeleff inkreeh beyde Lande to Saſſen. Itlicke de ſchrieven düſſes Ludeleſſes Vader, de hebbe geheten Walprecht un Bruno. Itlicke de willen, dat Walprecht, unde Bruno, hebben twey Broder geweſen, unde Bruno hebbe düſſes Ludeleſſes Vader geweſen; wu dat is, ſo quam jo düſſe Hertoge Ludeleff, de Ganderſchem buwede, van duſſer eynen. Doch van dem Bruno holdet de meyſten Croneken de warhafftig ſyn &c.* Quæ in *Chronico Picturato Bothonis*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 297. voc. *Saſſen*, repetuntur. Sic & Poëtaſter, *Everhardus*, Canonicus, in Chronico, de Fundatione *Eccleſiæ Gandersheimenſis*, anno 1216. Teutonico idiomate donato, Cap. 2. apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. Cap. XXIX. p. 357.

Nu ſchul gy hæren unde mercken rechte
Von deſſulven Groten Heren Schlechte,
Alſe eck wol an der Warheid hebbe bekannt;
Von eynen Groten Heren, de was Brun genannt,
Wart eyn Hertoghe gebohrn,
Von deme eck ſede hirvorn,
Ludolf was ock deſulve Here genannt,
Syn Herſchop ging over alle Saſſen-Land,
Ake Dœghet mochte men an æme ſchauwen;
To Wyve nam he eyne Vil-Eddele Vrauwen,
Von Frankrike ut dem Lande gebohrn,
Unde van deme Groteſten Gheſlechte uterkorn,
Dat man over all dat Kœnigrike vand;
Ode was de Eddele Vrowe genannt,
Unde alſo eck an dem Boke beſcreven vant,
Billungk war der Vruwen Vater genannt.

Ejusdem ſententiæ fuit Vetus Poëta Anonymus, tempore *Alberti Magni*, Ducis Brunſuicenſis, florens, in *Chronico Rhythmico Principum Brunſuicenſium*, Cap. V. apud Dn. de *Leibnitz*, *T.* 3. *Rer. Brunſuic.* p. 8. & 9.

Van Gandersheim uns de Kronecke ſecht,
Wo dat diſſe Hertoge gar Gerecht,
Hertoge Wetckindes Kunne filia, vel agnata)
Ein Forſte ſind den lif gewonne,
De was Brun genant;
Ok deit ſe Uns mer bekant,
Dat van diſſen Brune worden geboren
Eyn Hoger Here uterkoren,
Ludolff der Forſte was genannt;
Hertoge ut Saſſenland:
Alle Doget was æme gemeyne;
Sine Juget levede he reyne;
An vil groter Otmot, (Demut)
Wisheit unde Tucht, gut
De wanede ane ſine Libe.
Der Forſte nam to Wibe,
Eine Jungfrowen herlich,
De was geboren van Franchrich,
Van deme Vornœmeſten over alle Land,
Os Vader Belunc was genant;
Oſte heit de Jungfrowe,
An oren Harten faut ok rowe
Kuſch unde Tucht mannichvalt &c.

& paucis interjectis:

Se gewann deme Hertogen ſchœne,
To der Welt twe Sœne,
Brun unde Otte on nahme was.
An eynen anderen Boke ek las,
Dar mek noch eyn Sone genemet wart,
Der ſolde heiten Dankwart;
Dat ſpreke ek doch nich vor war.
Ok gewann æme de Frowe klar,
Alſo mer de Schrifft dede ſchin,
Vir ſchœne Jungfrowelin.
De eyne; Hatmot geheiten wart;
De ander: Gerborch; Chriſtine; unn Luchart;
Dit waren vil herlike Kint &c.

Quæ hic *Oſte* audit, rectius Cap. VII. v. 30. *Ode* vocatur ibi:

Unde de Dogethafftige Ode &c.

de qua mox plura. Conf. *Chronicon Picturatum Conradi Bothonis*, ad an. 842. ibid. l. c. p. 298. *In duſſem Jare, kam Hertoge Ludeleff in Oſter-Saſſen, und wart eyn Hertoge over alle Saſſen-Lant, und was van Hertoge Wetekindes Slechte, in den anderen Kny,* (i. e. Generatione ſecunda; ſeu Gradu ſecundo) *und buwete eyn Cloſter to Brunteshuſen, in de Ere Sunte Johannes Baptiſte, und Sunte Steffen, und ſatte dar Junckfruwen in dat Cloſter, unde toch vort na Rome mit ſyner Forſtinne &c.* & Cranzius lib. 2. *Saxon.* Cap. XXVII. *Walbertus — habuit fratrem Brunonem, qui accepta, ut ferunt, Conjuge Suſanna, ex Suevia, genuit*

Ludol-

Ludolphum; qui in Principatu ſucceſſit : nam Walbertus prolem maſculam non reliquit &c. & C. XXIX. *Ludolphus inter Saxones Nobilitate præſtans, ex eadem Wedekindi ſtirpe prognatus eſt; Filius, an ex fratre, Walberti nepos, aut fratruelis? nonnulli relinquunt incertum; ſed compertum eſt, hunc Brunonis, qui frater erat Walberti, filidm* &c. Bodo, de *Conſtructione Cœnobii Gandersheim.* apud *Meibomium* T. 2 *Rer. German.* p. 480. *Hugo Menardus*, lib. 2. *Obſervationum*, p. 643 *Ubbo Emmius* l. c. *Hortlederus, von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, T. I. lib. 4. c. 23. pag. 1491. alii. *Lazio* lib. IX. de *Migratione Gentium*, audit filius *Wernekini*; unde ſua *Maderus* in Genenealogiis, *Chronico Montis Sereni* præfixis, p. 25. *Wernekinus, Dux de Engern & Yburg; ex Gundebilde, Rugorum Principis nata tulit duos Filios, Brunonem, Ducem Saxoniæ, & Vitikyndum, Ducem ab Engern. Bruno, Dux Saxoniæ Primus, à Carolo Magno cônſtitutus, ex Suſanna, Comitiſſa Montis fortis & de R-tenſan, Lutolphum genuit, à Ludovico Pio Saxonibus Ducem datum, circa annum* 820. *&c.* Qua verò auctoritate hæc? ubi Diplomata? chartæ publicæ? Chronica coæva? quorum fide probentur. Dictu facile, *Caroli Magni & Ludovici Pii*, an. 840. defuncti, ætate Saxoniæ Ducatui præfuiſſe: *Ecbertum, Wicbertum, Walbertum, Brunonem, & Ludolphum* noſtrum; aſt unde hæc? num breve iſtud Seculi ſpatium tot Ducum fuit ferax? ne dicam, ex ſilentio *Witichindi* lib I. *Annal:* cujus verba præced. Tit. p. 482. habentur, & *Auctoris Vitæ Mathildis*, verbis ſub *Wicberto* occurrentibus, dubium remanere, qvi nunqvam paternum *Henrici Aucupis* tacuiſſent Genus, ſi pariter cum Conjuge *Mathilda & Witichindo* illud duxiſſet, ceu ſub *Wicberto* jam monui. Certi proinde qvid hoc paſſu definire non poſſumus; ſufficit, ore omnium, *Ducem Saxoniæ* Eum fuiſſe. Diplomata, qvibus theſin ſuffulcio, indicavi præced. Tit. XV. §. 18. lit. g. v 2. pag. 1319 juncto Dn. *Lunigio*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. II. *funffte Abtheilung*, §. 3. p. 818. ubi Fundatio Cœnobii *Gandesheimenſis* ſic inchoata: *Quia ſcriptum eſt, pretium animæ Viri divitiæ ejus, idcirco Ego Lutolphus: Dux Saxoniæ, notum eſſe cupio --- quod, Divina inſpiratione commonitus, ſimulque dilectæ Conjugis meæ, Odæ, ſuadela inductus &c.* Ejusdem meminit Diploma *Ludovici*, Regis Germaniæ, de an. 877. apud *Bodonem* l. c p. 485. Jll. Dn. *Leibnitium*, Tom. II. *Rer. Brunſuic.* pag. 372. & Dn. *Leuckfeldum, Antiq. Gandersh.* Cap. XIV. §. 3. pag. 93. *Brun & Otto, Noſtri ƒ.. eles Comites, in Procerum Noſtrorum præſentia, tradiderunt Nobis quoddam Monaſterium, quod dicitur Gandesheim, quod Luidolf, Genitor eorum, in primis ædificare cœpit --- & cui Gerbig, ſoror eorundem Comitum, Sanctimonialibus fœminis præeſſe videtur &c.* ut & *Otto Magnus* Imp. in Diplomate an 946. eidem cœnobio dato, apud *Bodonem* l. c. pag. 493 & *Leuckfeldum* l. c. §. §. 6. p. 98. ubi notanda verba: *A Proavo Noſtro, Lutolpho --- & ab ejus Conjuge, Oda --- & ab Avo Noſtro, Ottone --- Genitor Noſter, Henricus Rex &c*, & in alio, de an. 956. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 373. & nominibus licet propriis paulo aliter exhibitis, Dn. *Leuckfeldum* l. c. pag 99. lit. i: & Dn. *Lunigium* l. c. §. 7. pag. 821. *Notum ſit, --- quomodo Ludolfus, Proavus Noſter, Dux Saxoniæ, quoddam Monaſterium, in loco, Gandesheim nuncupato, conſtruxit cum Venerabili Ejus Conjuge, Ota --- poſtquam autem memoratus DUX migravit à Seculo, ejusque Venerabilis Conjunx viduata permanſit, Filii eorum, Duces Brun & Otto, adierunt Lodowicum, Venerabilem Regem, qui ſororem eorum, ab eis, in matrimonium acceperat, & tradiderunt Ei ſupra memoratum Monaſterium, quod Ludolf, Genitor eorum, in primis ædificare cœpit --- deinde tradidit Otto Dux, in Hollanſteti &c*, Et *Otto II.* Imp. Dipl. an. 975. eadem verbotenus repetens, apud *Bodonem* l. c. p 494. Conf. Dn. *Leibnizium* l. c. p. 319. Add. *Witichindus Corbejenſis*, lib. I. *Annal* apud *Meibomium* l. c. T. I. p. 634. & *Hroſwitha*, in Carmine, de *Conſtructione Cœnobii Gandesheimenſis*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. II. pag. 319. & Dn. *Leuckfeldum* l. c. Cap. 30. p. 411. de *Ludolfo*, canens:

Hinc nam Francorum Magni Regis Hludowici
Militiæ primus aſcriptus pene ſub annis,
Ex ipſo digne ſummo ſublatus honore,
Gentis Saxonum mox ſuſcepit Comitatum.
Ac cito, majori donatus munere Juris,
Principibus ſit par, Ducibus ſed nec fuit impar

— — — — —

Cui Conjunx ergo fuerat Prænobilis Oda,
Edita Francorum clara de ſtirpe Potentum.
Filia Billungi, cujusdam Principis almi,
Atque bonæ famæ Generoſæ ſcilicet Æda &c.

Sic *Tangmarus*, in *vita S. Bernwardi*, Hildesheimenſis, Cap. XI. apud *Surium*, 20. Novemb. pag. m. 447. & Dn. *Leibnitium* l. c, Tom. I pag. 446 Cap. XI: I. *Temporibus namque Altfridi Domini, qui Quartus Eccleſiæ Noſtræ Antiſtes extitit, Luidolphus, Saxoniæ Dux, cum Religioſa contectrice ſua, Oda ---*

Romam perrexit, ibique à Domino Sergio Papa, magnificè ſuſcepti, cum votum Illorum in Divinis agnovit, dat Reliquiis Sanctorum Præſulum Anaſtaſii & Innocentii, cum benedictione, à ſe demiſit &c. Et *Arnoldus*, in *Vita S. Godehardi*, Hildesheimenſis, lib 2. Cap 4. apud *Surium*, 4. Maji, pag. m. 60. & Jll. Dn. de *Leibnitz* l. c pag. 490. Cap. 3. *Quidam Dux Saxonicus, Ludolphus nomine, cum ſua Conjuge, Oda — Romam petiit &c.* & *Eggehardus*, *Vragienſis* Abbas, in *Annalib. Hildesheim.* apud Dn. de *Leibnitz* l c. p. 772. *Hic* (Altfridus Epiſc.) *Anno Domini* 852. *cum Ludolfo primo Duce, in Brunetheshuſen, & quarto poſthæc anno, in Gandersheim, Virginum Cœnobium inchoavit. Qui Eccleſiam ibidem ædificare cœpit, & Hathumudam, ejusdem Ducis filiam Luidolphi, primam Abbatiſſam ordinavit, qui decimo octavo poſt anno, Hathomuda defuncta, Gerbergam, ſororem ejus, ſecundam Abbatiſſam conſecravit &c.* & *Sigebertus Gemblac.* ad an. 860. p. 566. corrupte licet *Leuculfum* eum appellet: *Hoc tempore Leuculſus, Dux Saxonum, Pater Ottonis Ducis, Avus autem Henrici Regis, Corpus S. Innocentii Papæ, à Roma, in Saxoniam tanſtulit &c. Albericus, Monachus trium fontium*, an. 859. p. 189. *Chronicon Brunſuicenſe*, apud Maderum de *Antiquit. Brunſ.* p. 2. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. II. pag. 14. *Circa principium converſionis Saxonum; Ludolfus, Dux Saxoniæ, poſt mortem Karoli, annis quadraginta fundavit Eccleſiam Gandersſem — genuit tres Filios: Oddonem, Brunonem, & Tancquardum. Hi duo, Bruno & Tancquardus Civitatem Brunswick, ſicut habetur in quibusdam Chronicis, fundaverunt Unde & quædam pars ipſius Civitatis, Urbis ſcilicet, in antiquis privilegiis, Tanquerode crebrius appellatur &c. Theodoricus Engelhuſius*, de *Imperatoribus, ex Celſiſſima domo Brunſuicenſi* oriundis, apud *Maderum*, l. c. pag. 24 *Joh. Stadtwegen*, *Chronicon*, apud Dn de *Leibnitz* l. c. Tom. III. pag. 265. *Hugo Menardus*, lib. 2. *Obſervationum*, apud Dn *Leuckfeldium* l. c. C. XXII. pag. 213. Jung. præc. Tit. XV. pag. 1318. &c. *Sergius II.* vero P. R. in publico teſtimonio, quod corpora *Innocentii & Anaſtaſii* Paparum, *Ludolpho* noſtro dederit dono, Eum ſaltem *Comitem* appellat, apud *Bodonem* l. c. pag 484. *Hunc Venerabilem & Glorioſum Comitem, Lutholphum nomine — cum Imperiali Epiſtola, ad Nos dirigere ſtuduit*; nim. *Ludovicus* Rex, & paucis interjectis: *Nos prædicto huic Lutholpho, Glorioſo Comiti, prædictorum Sanctorum corpora Innocentii & Anaſtaſii Papæ, ſive Reliquias, dedimus &c.* Conf. citatum carmen *Hroswithæ*, l. c. verb. *Gentis Saxonum ſuſcepit Comitatum &c.* Ratio, v. 10. allata eſt.

Uxor ejus fuit *Oda*, cujus aliquoties hic facta mentio, filia *Nibelungi*, *Matriacenſium* Comitis, (quem *Hroſwitha* l. l. *Billung*, *Eberhardus* Canonicus l. c. *Billungk*; Autor veteris *Chronici Rhythmici* l. c. *Belunc*, & *Conradus Botho*, in *Chronico Brunſuicenſi Picturato*, ad an. 842. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 298 corruptius, *Willikes*, quem inſuper Regem conſtituit verb. *Hertoge Ludeleff to Saſſen, de nam to eyner Fruwen, Konig Willikes Dochter ut Oſter Franckrike, de het Oda &c.* nuncupant) & *Æda.* Vid Dn. de *Leibnitz* l. c. in *Introduct.* T. I. §. IX p. 6. Meminit ejus, *Ludolphus* maritus, in Diplomate fundationis Cœnobii *Gandersheim* an. 856 & in alio, quo illud dotavit, apud *Bodonem* l. c. pag. 483. Dn. *Leibnitium* l c T. II. p. 371. & Dn. *Leuckfeldium* l. c. Cap. IV. § 3. p. 28 ibi: *Ego Lutholphus, ſimul cum Conjuge mea, Oda — Filiam meam, Hathumodam nomine, ſacro velamine, ibidem conſecrari faciens &c.* Add præfata Diplomata *Ottonis I.* an. 946. & 956. *Ottonis II.* an. 975. *Arnoldus* l. c. Auctor *Vitæ S. Bernwardi* l. c. *Eberhardus* Canonicus l. c. & præc. Tit. XV. pag. 1318. Vixiſſe fertur annos ſeptem ultra centum; ſic *Hroſwitha* l. c. Cap. 30 pag 426.

Oda, nimis felix, noſtri ſpes & Dominatrix,
Quum decies denos ſeptem quoque vixerat annos,
Vitam, fine bono conſumens, tranſit ad aſtra &c.

& *Tangmarus* l. c. *Domina Oda, centeſimo ſeptimo ætatis anno, omnibus filiis præmiſſis, deceſſit, Chriſtina tantum ſuperſtite.* Nec aliter *Eberhardus* Canonicus l c. Cap. IX p. 368 *Hundert unde Seven Jahr &c.* *Chronicon Quedlinburgenſe*, ad an. 913. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom, II. p. 278. *Domina Oda, Mater ſcilicet Ipſius* (Ottonis, Ducis *Saxoniæ*) *obiit, anno Centeſimo ſeptimo vitæ ſuæ &c.* *Conradus Botho* l. c. ad an. 859. pag. 299 *Oda de warr olt, Seven Jar unde Hundert &c.* *Chronicon Rhythmicum*, Cap. VIII. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag 14. *Darna ſtarff de Here, De Hertoginne Ode, De, an reyner hœde, Brachte in Alder, dat is war, Seven unde Hundert Jar &c.* *Bodo* l. c. pag. 498.

Liberorum hæc nomenclatura:

(1) *Tanquardus*, Arcis *Tanquarderode, Brunſuici* conditor, in bello Danico occumbens. Vid. *Chronicon Brunſuic.* apud *Maderum* l. c. pag 2. & Dn. *Leibnitium* l. c. Tom II. p. 14. verbis modò adductis. *Conradus Botho* l c. ad an 842. pag 298. eum ſecundo loco ponit: *Oda de selde dem* (Ludolpho) *ſe-*

uen

ven Kinder, dre Sone, unde veer Dochter. De Erſte Sone de heit Bruno; de Ander, Danckwort; de Dridde, Otto. De Erſte Dochter heyt Hatmod; de Ander, Garborch; de Dridde, Chriſtina; de Verde Lutgard. De erſte dre Dochter de worden Cloſter-Jungfruwen to Handerſſem, dat ær Vader funderet hadde; und Lutgart, de Jungſte Dochter, de nam Konigh Lodewich to Franckrike &c. & ad an. 859 pag. 299. *Hertoghe Ludeleff de leyt na dre Sone: Bruno, Danckwart, de bleven Hagenſtolte, ſunder Otto, de was de Jungeſt, de nam eyn Wiff &c.* & rurſus l. c. ad anno 861. *Brunswick wart begunt to buwen, in duſſem Jare, van den tweyen Broderen, Hertoghen to Saſſen, Bruno unde Danctwort &c.* Sic etiam *Engelbuſius*, de *Imperatoribus ex celſiſſima domo Brunſwicenſi oriundis*, apud *Maderum* l. c, pag 24. & 25. *Ludolfus genuit tres filios, quorum unus, nomine Bruno, pugnaturus contra Danos, inundatione repentina, periit ſine prole, à quo Brunswick Civitas nomen habet; quæ tamen, ab alio fratre, Tancwordo, ſcribitur; in multis antiquis literis, Tancworde Vierdre: Tertius autem filius Ludolfi erat Otto primus; non Imperator, ſed Dux Saxoniæ &c. & Albertus Crantzius*, lib. 2. *Saxon.* Cap XXXI.

(2) *Bruno*, de quo, ſuo loco.

(3) *Otto Magnus*, de quo, poſt *Brunonem*.

(4) *Hathumoda*, Prima Abbatiſſa *Gandesheimenſis*, de qua laudatæ modò fundationis charta *Ludolfi* Patris; *Hroſwitha* l. c. pag. 413. 423. *Tangmarus* l. c. *Eggehardus* Abbas, *Annal. Hildesheim.* apud Dn. de *Leibnitz* l c. Tom. I. p. 743. *Chronicon Hildesheimenſe*, apud eundem, Tom. II. p. 785. Auctor de *Fundatione Eccleſiarum Germaniæ, à temporibus Caroli Magni, usque ad Ottonem I*, apud *Maderum* l. c. pag. 162. & Dn. *Lebnizium* l. c. Tom. I. pag. 261 perperam licet eam *Achamodam* vocans; *Everhardus*, in *Chronico metrico Gandesheimenſi*, C. VI. apud Dn. *Leuckfeld*, *Antiq. Gandesh.* Cap. XXIX p. 365. *Conradus Botho*, l. c. *Chronicon Rhythmicum vetus*, Cap, VII, v. 45. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 12. *Hugo Menardus*, apud Dn *Leuckfeldum* l. c. Cap, XXII. p 213 lit. u. *Bodo*, de *Conſtruct. Cœnobii Gandesh.* apud *Meibom.* l. c, Tom. 3. pag. 484. *Engelbuſius* l. c, Dn. *Leuckfeld* l. c. Cap. XXII. §. 1. p. 210. aliique multi, teſtantur. Conf. præced. Tit. XV. p. 1318. Obiiſſe fertur anno 870. Vid. *Chronicon. Hildesheim.* apud Dn *Leibnitium* l. c. Tom. 2. p. 785. ubi hæc, de *Altfrido* Epiſcopo: *Dotavit etiam liberaliſſimè Gandersheimenſe Virginum Cœnobium, hodiè in ejusdem nominis Brunſuicenſi Oppido ſitum, quod, anno domini 825. à Leodolpho Magno, Saxonum Duce, fundatum ac inchoatum eſt. Ei Cœnobio præpoſuit Primam Abbatiſſam Epiſcopus ille, Leutholphi, Fundatoris Filiam, Hathmodam, eodem anno 852. quæ, cum octodecim annis praefuiſſet, & ex hac lacrymarum valle deceſſiſſet, conſtituta eſt, ab eodem Epiſcopo, anno domini 870. Secunda ejus loci Abbatiſſa, Domina Gerberga, Primæ Abbatiſſæ germana ſoror, ejusdem Magni Saxonum Ducis Leutholphi, Filia &c.* Ejusdem ſententiæ eſt *Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc. *Gandersheim*, pag. m, 233. quamvis perperam *Habundim* eam appellet,

(5) *Gerburgis*, ab obitu Sororis, *Hathumodæ*, Abbatiſſa *Gandesheimenſis*, Vid. cit. Diploma *Ludovici*, Germaniæ Regis, de an. 877. apud *Bodonem* l. c. p. 485. Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 2. p. 372. & Dn. *Leuckfeldum* l. c. C XIV. §. 3. p. 93. *Hroſwitha* l. c. p. 423. *Tangmarus* l. c. *Annales Hildesheimenſes Eggehardi*, l. c, *Chronicon Hildesheimenſe Dn. Leibnitii* l. c. *Everhardi Chronicon metricum Gandesheimenſe* l. c *Chronicon Rhythmicum Dn. Leibnitii*, l. c. Tom. 3. pag. 12. *Botho* l. c. ad an. 842. pag. 298. *Bodo* l. c. pag. 488. *Hugo Menardus* l. c. *Trithemius*, *Chron Hirſaug* ad an. 854, Dn. *Leuckfeld* l. c. pag. 212. &c. Juxta veterem quendam Catalogum cœnobialem, defuncta eſt anno 881. ibi: *Gernbergis I. altera Fundatoris Filia, ſucceſſit Sorori, regnavit annos ſeptem, moritur anno* 881. *&c*, *Bruſchius* l. c. refert ejus obitum ad annum 883, Dn. *Leuckfeld* l. c. pag. 213. lit. Z. eam demum anno 896. Regiminis XXII. deceſſiſſe probat.

(6) *Chriſtina*, tertia Abbatiſſa *Gandersheimenſis*; Vid. *Hroſwitha* l. c. pag. 426. *Tangmarus* l c. *Eggehardus* l. c *Everhardus* l. c. *Chronicon Hildesheimenſe Dn. Leibnitii* l. c. pag. 786. *Chronicon Rhytmicum* apud eundem l. c. *Botho* l c. pag. 298. & 299. *Bodo* l. c. p 488. & 490. *Reutelius*, in *Hilleshemia*, apud Dn. *Paullini*, *Syntagm*, *Rer. German* p. 76. *Bruſchius* l. c. Dn. *Leuckfeld* l. c. p. 216. & 217 ubi eam anno 904. Regiminis VIII. has res reliqviſſe docet.

(7) *Luitgarda*, *Ludovici II.* Germaniæ Regis, Conjux. Vid. præc. Tit. V. Vita *Ludovici Pii* Imp. v. 3, pag. 449. ut & *Ludovici IV.* v. 2. pag. 474. & 475. *Gobelinus Perſona*, ætat VI. *Coſmodr.* Cap. 42. apud *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. 243. minus rectè eam nuptam perhibet *Ludovico Germanico I.* nec majori fundamento, proferunt hoc titulo, *Conradus Urſpergenſis* pag. m. 149. & *Theod. Engelbuſius*, de *Imperatoribus, ex Celſiſſima Domo Brunſuicenſi oriundis*, l. c. pag. 24. *Ludovicum IV. Arnolphi* Imp. filium, errore *Halberſtadenſi* quoque *Chronico* apud Dn de *Leibnitz* l. c. Tom. II. pag. 113. communi. Perperam inſuper ejus maritus, in *Chronico Rhythmico* apud eundem, l c. T. 3. pag. 12. Cap. VII vocatur: *Koning Lodewige van Frankrik*; quod ſphalma & *Botho* l. c. ad an.

Digitized by Google

842. p. 298. committit. Cave tibi quoque, ne, cum dicto *Chronico Halberſt.* l. c. *Engelhuſ.* l. c. & aſſeclis, MECHTILDÆ nomen ei imponas. *Hemingeſius Part. I. Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 30. ut & Part. 2. p. 3. vindicat ei adhuc aliam filiam, PLACENTIAM, *Conrado I.* Germaniæ Regi nuptam; ſed qua auctoritate?

Cæterum, memor *Ludolphi* noſtri. inquit *Conradus Botho* l. c. ad an. 842. pag. 298. *Duſſe Hertoge Ludeleff was eyn from Chriſten Forſte, ock ſyne Forſtinne; ſe helden ære Kinder to Frede, und to den Denſte Godes &c.* Eundem, Genere *Nobilem*, bonitate, & vitæ moribus, *clarum*, celebrat *Bodo*, *Syntagm. Gandesheim. l. c.* pag. 480. & 481. *Totius Saxoniæ*, (Orientalis ſcil. & Occidentalis, ſeu Weſtphaliæ, (DUCATUI Eum præfuiſſe, hactenus dicta teſtantur; Acceptum autem retulit Ducatum LUDOVICO, Germaniæ Regi, de quo, *Roſwitha*, in Carmine de *Fundatione Gandesheimenſi*, apud Dn. de *Leibniz*, T. 2. *Rerum Brunſuic.* p. 325. & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandersheim*, Cap. 30. p. 419 canit: *cujus* (Ludovici) *dono*, *LUIDULFUS ſuſcepit primum propriæ Gentis Dominatum.* Non malè igitur, ab hoc tempore, repetenda ſucceſſionis hæreditariæ feudalis initia, in hoc Ducatu, arbitratur Dn. *Schurtzfleiſch*, in Not. ad *Michaelis Bojemi vitam Alberti III.* verbis præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 17. p. 222. occurrentibus. Qvid *Gandesheimenſe* Cœnobium Ei debeat, dictum, præced. Tit. XV. §. 18. lit. g. p. 1318.

De anno obitus ejus, diſſentiunt à ſe invicem Scriptores, *Gabriel Bucelinus*, in *Genealogica Notitia Germaniæ* pag. 60. ait: *Ludolphus Magnus, Dux Saxoniæ I. Orientalem Saxoniam Regno adjecit. Obiit anno Chriſti*, 855. *&c.* Ita & *Micrælius*, lib. 3. *Syntagm.* Sect. X. I. p. m. 588. Alii habent anno 859. Vid. *Conradus Botho* l. c ad h. a. p. 299. *In düſſem Jare ſtarff de Erluchtige Forſte, Hertoge Ludeleff to Saſſen, unde wart begraven in dat Cloſter to Gandersſem. &c.* & *Hemingeſius*, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, Part 2. p. 2. Aliique multi. Hoc minimum anno eum adhuc in vivis fuiſſe, tradit *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad h. a. pag. 189. *Hoc tempore, Leuthulphus, Dux Saxonum, Pater Brunonis & Ottonis Ducum, avus Henrici, Regis primi Romanorum, corpus Innocentii I. Papæ, à Roma, in Saxoniam tranſtulit &c.* id quod *Sigebertus Gemblacenſis* pag. m. 566. planè in annum 860. rejicit, inquiens: *Hoc tempore Leuculfus, Dux Saxonum, Pater Ottonis Ducis, avus autem Henrici Regis, corpus S. Innocentii Papæ, à Roma in Saxoniam tranſtulit &c.* Atque nondum liquet, quo anno revera deceſſerit.

(5) BRUNO

Ludolphi Magni, ut dictum, Filius, Urbis *Brunſuicenſis* conditor, vel inſtaurator. Mentio Ejus fit in Diplomatibus *Ludovici Germanici*, anno 877. *Ottonis* I. Imp. an: 956. & *Ottonis II.* anno 975. verbis, ſub *Ludolfo* Patre adductis. In priori COMES: in poſterioribus, DUX, appellatur. A *Ludovico* laudato in expeditionem, adverſus Normannos, ſeu Danos, miſſus, cum *Diterico* Mindenſi, & *Marquardo* Hildesheimenſi, Epiſcopis, atque XII. Comitibus, 4 Non. ann. 880. occubuit. Vid. *Annales Francorum Fuldenſes* h. a. & *Pithœani* h. a. verbis præced. §. 10 lit. c. pag. extantibus. Sic *Hroſwita*, in Carmine de *Conſtructione Cœnobii Gandersheimenſis*, apud Dn. de *Leibnitz* Tom. 2. *Rer. Brunſuic.* pag. 326. & Dn. *Leuckfeldum*, de *Antiquit. Gandersheim.* Cap. 30. p. 420.

Brun Dux Eccleſiam promtus defendere Sanctam
Incurſu de ſævorum ſævis Ungariorum,
Proh dolor, ex ipſis Domini pravis inimicis,
Occiditur, binis cum Præſidibus Venerandis,
Omnibus atque Viris propriæ pariter Legionis &c.

Malè tamen hic *Ungari*, *Normannorum* loco ponuntur. *Adamus Bremenſis*, lib. I. Cap. 34. p. 29. verbis præced. §. 10. lit. c. pag. prolatis, nec aliter *Conradus Urſpergenſis* pag. m. 149. *Hic* (Ludolfus) *habuit duos filios, Brunonem, & Ottonem: quorum major, Bruno, cum totius Saxoniæ Ducatum adminiſtraſſet, Exercitum contra Danos duxit, ibique occiſus, Ducatum Fratri Ottoni reliquit &c. Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. VII §. 4. pag. 23. *Tunc etiam Saxonia vaſtata eſt à Northmannis, ſive Danis. Bruno Dux occiſus, cum XII. Comitibus. Theodoricus & Marquardus, Epiſcopi, obtruncati &c. Albertus Stadenſis*, ad annum 917, p. m. 100 *Ludolfus --- habuit duos Filios, Brunonem & Ottonem, quorum major, Bruno, cum Ducatum totius Saxoniæ adminiſtraſſet, Exercitum contra Danos ducens, ibidem occubuit, & Ottoni Fratri Ducatum relinquit &c. Chronicon Luneburg* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 172. *Johannes Stadtwegen*, *Chron.* ibid. p. 265. *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Cosmodromii*, Cap. 42. apud *Meibomium* Tom. I. *Rer. German.* p. 243. *Crantzius* lib. 2. *Saxon.* Cap. XXXI. Hi omnes Ducem noſtrum in prælio occiſum ſcribunt, quod *Hermannus de Lerbeke*, in *Chronico Epiſcoporum Mindenſium*, in Vita *Theodorici* Epiſcopi, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 159. juxta *Monaſterium Ebbeſtorpe*, trium milliarium intervallo à *Luneburgo* diſtans, commiſſum ſcribit. *Witichindus* vero, lib. I. *Annalium* apud *Meibomium* l. c. pag. 634. Eum aquis ſuffocatum arbitratur: *Horum* (Brunonis & Ottonis) *Pater erat*

Lu-

Digitized by Google

Luidolfus — *Bruno, cum Ducatum adminiſtra-*
ret totius Saxoniæ, ducit Exercitum contra Danos,
&, inundatione repentina circumfuſus, non habens lo-
cum pugnandi, periit, cum omni Exercitu, FRATRI,
natu quidem minori, ſed omni virtute multo potiori,
relinquens Ducatum &c. Quam ſententiam *Dit-*
marus quoque lib. 2. *Chron.* pag. m. 20. & apud Dn.
de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 335. ſequitur, nec non
Conradus Urſpergenſis p.m. 144. *Witichindi* verba repe-
tens; *Chronicon Brunſuic.* apud *Maderum, Antiq.*
Brunſuic. p. 2. & 3. addens, de Danis prius Eum du-
xiſſe triumphum; *Ipſis* (Danis) *in Theutonia BRU-*
NO & TANQVARDUS in manu valida occurrerunt, &,
cum eis confligentes & glorioſa de eis habita victoria, cum
ad ſua redirent inundatione gravi imbrium perierunt &c.
Quod & *Engelhuſius*, de *Imperatoribus, ex celſiſſi-*
ma Domo Brunſuicenſi oriundis, ibid. p. 24. & 25. &
Auctor *Chronici Rhythmici Principum Brunſuicenſium*,
Cap. VIII. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 14.
perhibent. *Everbardo*, in *Chronico Metrico Ganders-*
heimenſi, Cap. IX. apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. Cap.
XXIX. p. 367. naufragio periiſſe videtur:

Nu is de ſalighe Hertoghe (Ludolf) *verſcheiden,*
Nu ſchall eck ſaghen van ſienen Sonen beiden,
Her Brun, na æme, dat Herthogedæm behielt.
Des he mit Eren, unde doch met Sware gewielt &c.

Et poſtea. infeſtationum Danicarum per Saxoniam facta mentione;

De Hertoghe troſte ſeck Lives und Schaden,
Unde ſammede ein vil erhaftig Her,
Darmede volghede he an dat Mer,
Unde verdref ſe gar von Saſſen-Lande,
So he aver met Vroyden herwedder wande,
Ymmetlick Storm wedderhof ſeck up der See,
Dat eck nu reden ſchall, das dait my twar we:
De Herthoge Brun alldar ſienen Ende nam,
Unde ſiene Herſchop an Otten ſienen Broder,
quam &c.

Minimum errat *Hermannus de Lerbeke* l. c. plures tunc interfectos Præſules exiſtimans: *Tempore LUDOWICI PII, Hunnorum ſævitia, ſeu Paganorum, omnes Terras Chriſtianorum, in partibus Saxoniæ & Weſtphaliæ, cæteriſque Terris circumjacentibus, cædibus, ſpoliis & incendiis, devaſtabant. Hic Vir Dei, Præſul THEODERICUS,* (Mindenſis) *tanquam adletha glorioſus, ſuper firmam petram, quæ Chriſtus eſt, fundatus, vicem Chriſtiani Populi dolens, accinctus gladio, cum multis Catholicis Principibus, videlicet: Drogone, Epiſcopo Oſnabrugenſis, Dudone Paderbornenſis, Anfred Trajectenſis, Ramberto Hamburgenſis, Ernulfo Verdenſis Eccleſiæ, cum tribus Ducibus, tredecim Comitibus multiſque aliis fidelibus, pro fide, & Patriæ defenſione, ſtantes pugnaverunt, Domino tandem permittente, cujus judicia abyſſus multa, ipſe in bello cum multis occumbens, cœlos penetravit ſanguine laureatus. Facta eſt prædicta ſtrages in Vigilia Purificationis Virginis Benedictæ, Lodowico Imperatore adhuc ſuperſtite, & vivente — & prædicta ſtrages juxta Monaſterium Ebbeſtorpe eſt facta &c.* Eadem tradunt: *Chronicon Epiſcoporum Verdenſium*, in vita *Ernulfi*, Epiſcopi IX. apud Dn. de *Leibnitz* l. c Tom. 2. p. 213. *Fragmentum, ex Martyrum in Ebbekeſtorp quieſcentium Paſſione*, apud eundem, Tom. I. pag. 192. *Crantzius*, lib. 2. *Metrop.* Cap. IX. *Cyriacus Spangenberg, Chron. Sax.* C. 108. *Georgius Fabricius*, lib. 2. *Orig. Saxon.* aliique multi; rectè verò eos refutat Dn. *Meibomius*, in Notis ad *Hiſtoriam Bardovicenſem*, Tom. 3. *Rer. German.* p. 79 Præfati enim Annales, & Scriptores coævi, non niſi unius Ducis, *Brunonis* ſcilicet noſtri, duorumque Epiſcoporum, *Diterici, Mindenſis*; & *Marquardi, Hildesheimenſis*, ibi interfectorum, faciunt mentionem; ne dicam, tempore cladis iſtius, non *Ludovicum*, ſed *Carolum Craſſum*, fuiſſe Imperatorem; nomenque *Ebſtorf*, tunc penitus ignotum.

(6) OTTO MAGNUS.

Defuncti *Brunonis* frater, cujus *Ludovicum Germanicum* anno 877. *Ottonem I.* anno 956. & *Ottonem II.* anno 975. meminiſſe, ſub *Ludolfo* Patre notavi. In priori Diplomate, COMES, in poſterioribus, DUX audit. Ab obitu Fratris, *Ducatui Saxoniæ* Eum præfuiſſe, teſtimoniis, ſub BRUNONE adductis, firmari poteſt: add. *Roſwitha*, de *Conſtructione Cœnobii Gandesheim.* apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2. *Rer. Brunſuic.* pag. 326. & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandesheim.* Cap. XXX. pag. 420. quæ, memor cædis *Brunonis*, canit:

Quo mox occiſo, junior Frater ſuus, Oddo,
Dux factus Populi, dono Regis Hludowici &c.

Everhardus, in *Chronico Metrico Gandesheim.* apud *Leuckfeldum*, l. c C. XXIX. p. 367. verbis modo recitatis, & p. 378. ubi:

Sin (Ludolfi) *ander Son, de dar OTTE was ghenant,*
Beholt dat Herthogedom over alle Saſſen-
land &c.

Chronicon Rhythmicum, Cap. VIII. apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 14.

Do Hertoge Brun erſtorven was,
Doh behelt an dogenthafftiger Hant,
Dat Hertochdom an Saſſenlant
Hertoge Otte, ſin Broder &c.

Chronicon Halberſtadenſe, ibid. T. 2. p. 113. *Chro-*

Digitized by Google

nicon Verdenſe in Vita *Bernarii* Epiſcopi ib. p. 214. *Roſwitha*, in Carmine de *Geſtis Ottonum*, apud *Meibomium* Tom. I. *Rer. German.* p. 711. Eum *Magni Ducis* encomio celebrat:

Filius Oddonis, Magni Ducis & Venerandi.
Scilicet Henricus, ſuſcepit Regia primus,
Juſto Pro Populi moderamine, Sceptra gerenda &c.

Ita & *Witichindus Corbejenſ.* lib. I. *Annal.* apud eundem, l. c. p. 635. *Patre Patriæ, & Magno Duce, Ottone, defuncto, Illuſtri & Magnifico Filio, Henrico, totius Saxoniæ Ipſe reliquit Ducatum &c.* Wertinenſi Monacho, *Uffingo*, lib. 2. *Actorum Idæ Duciſſæ*, C. I. eſt *Dux Excellentiſſimus*, verbis præced. §. 6. lit. b. p. ſub *Arnolfo* occurrentibus. Auctor Vitæ *B. Mathildis*, Reginæ juſſu *Henrici Sancti* Imp. ſcriptæ, C. I. eundem vocat *Ducem, honeſtate morum perſpicuum, in decernendis rebus providum, clarum Nobilitate Generis, & famoſum bellorum triumphis*, vid. præced. Tit. V. in vita *Arnolfi* Imperatoris, v. 3. pag. 471. Alios, qui de ſanguine Ejus & Dignitate, teſtantur, ib in vita *Henrici Aucupis*, p. 481. nominavi.

Uxor Ei fuit *Hathuwic* (Hedwig) *Arnolphi* Imp. filia. Vid. præc. Tit. V. in *Vita Arnolphi*, v. 3. pag. 471. ubi ſimul Auctores, qui *Lucardæ* vel *Luitgardæ*, nomen ei tribuunt, quibus *Conradi Bothonis Picturatum Chronicon*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 302. & *Aventini Annales*, lib. 4, C. 22. §. 12. pag. in. 455. jungas.

Liberi eorum fuiſſe feruntur:

(1) *Tancmarus*, ante Parentem defunctus. Vid. *Witichindus Corbejenſis*, l. c. *Cum autem Ei* (Ottoni Duci) *eſſent & alii Filii: Thanemarus & Luitolfus, ante Patrem ſuum obierunt &c.* Auctor *Vitæ S. Mathildis* l. c. p. 193.

(2) *Luitolphus*, itidem ante Patrem extinctus. Vid. *Witichindus* l. c.

(3) *Henricus Auceps*, de qvo mox. Conf. præced. Tit. V. Ejus vita, p. 481. &c.

(4) *Roswitha*, Gandesheimenſis Abbatiſſa; teſte Catalogo Cœnobiali ibidem, apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. Cap. XXII pag. 217. *Roswida, Ottonis Magni filia, Fundatoris Neptis, præfuit Monaſterio tres annos, obiit anno 906. &c.* Conf. tamen Dn. *Meibomius*, in præfatione ad *Panegyrim Hroswithæ* l. c. p. 706 Minimum, apud Veteres nihil de hac generatione hactenus legi.

(5) *Lutgarda*, Abbatiſſa Gandersheimenſis, de qua idem Catalogus Cœnobialis, apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. pag. 219. lit. tt. *Luitgardis I. Henrici Aucupis Imperatoris ſoror, ut & Anteceſtricis, adminiſtravit Eccleſiam annos XVIII. moritur an. 924. &c.* Conf. *Bodo*, *Syntagm. de Conſtructione Gandersheim*, apud Dn. *Meibomium* l. c. Tom. 2 p. 491.

(6) N. Uxor *Wigmanni*, Fratris *Hermanni Billingi*. Vid. Dn. *de Leibnitz, Introduct. in Collectionem T. I ſcriptorum Rerum Brunſuic* § XXIX. *pag.* 19.

(7) Deſponſata *Leopoldo*, Marchioni Auſtriæ. Vid. *Fundatio Cœnobii Melicenſis*, apud *Lambecium Tom.* 2. *Commentarior. Biblioth. Vindobonenſ.* Cap. VIII, pag. 627. Recentioribus vocatur *Richardis*, aliis *Adelheida*. Hinc error *Gewoldi*, Tom. 2 Addit. ad *Hundii Metropolim*, pag. 147. &c exiſtimantis, Duci noſtro fuiſſe filiam *Adelhaidam*, *Luitbaldo*, Bojorum Duci, nuptam; quem ſeq. *Catal. Ducum Bavar.* in vita *Luitbaldi*, v. 2. refutabo.

(8) *Baba*, Ux. *Henrici*, Franconiæ *Comitis*, quem *Regino* ad an. 897. *Ducem* vocat, Mater *Alberti* Babenbergici, qui anno 905. *Conradum*, Franconiæ Comitem, occidit. Vid. *Regino* ad h. a. *Otto Friſing.* Lib. VI. *Chron.* Cap. XV. pag. 125. *Godefridus Viterbienſ.* Part. XVII. *Chron.* pag. 471. Auctor *de Fundationibus quorundam Monaſteriorum Germaniæ*, apud *Maderum*, in calce *Chronici Montis Sereni*, pag. 277. *Babæ*, nomen exprimens, verbis præced. Tit. XIV. §. 15. lit. b pag. 1103. exhibitis. *Albericus*, Monachus trium fontium ad annum. 903. p. 243. *Siffridus Presbyter*, lib. I *Epitomes*, apud *Piſtorium*, p. 688. *Wolfgangus Lazius*, lib IX. de *Migratione Gentium*; Dn *Meibomius*, Not. ad lib. I. *Witichindi* l. c. Tom. I. pag. 674. Dn. *Tolnerus*, *Hiſtor. Palat.* Tab. Geneal. lit. G.

Conradus Botho, l. c. Eidem vindicat *Adelheidam*, Abbatiſſam *Quedlinburgenſem*, ſcribens; *He* (Otto) *hadde ock eyn Dochter, de het Albeyt, de wart eyn Ebbetymme to Quelinborch.* Idem docet *Crantzius* lib. 2. *Saxon.* Cap. 33. *Otto, Dux Saxoniæ .... ſuſtulit* (ex Arnolphi filia) *Henricum, qui primus ex Saxonibus imperabat, filiamque Alheidim, quæ in Quedelenborg Chriſto conſecrata eſt Abbatiſſa &c.* Hanc Principem contra docet *Gewoldus*, Tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim*, pag. 147. fuiſſe nuptam *Luitbaldo*, Bavariæ Duci, eſt ſine fundamento. Vid. ſeq Catalog. Ducum Bavariæ, in Vita *Luidbaldi*. Recentiores addunt *Odam*, *Balduini*, Cliviæ Comitis, Conjugem.

Naturalem Ejus filiam *Widoni* Thuringo fuiſſe deſponſatam, ex *Witichindo* l. c. p. 641. diſcimus.

Geſtis OTTONIS MAGNI annumerandum, quod.

Anno 880. occiſo Fratri, *Brunoni*, in *Ducatu totius Saxoniæ* ſucceſſerit. Teſtes modò laudavi.

Anno 905. fundavit Eccleſiam *S. Michaëlis*, in Monte calcario *Luneburgi*, jecitque fortè fundamenta ſimul *Monaſterii* ibidem erecti. Vid, *Membr ana-*

Colle-

Collegiatæ Eccleſiæ S. Blaſii Brunſuicenſis apud *Maderum, Antiq. Brunſuic.* pag. 169. *Anno Domini* 905. *fundatum eſt Monaſterium S. Michaëlis in Luneborg &c.* Sequentem mavult Auctor *Fundationum quarundam Germaniæ Eccleſiarum, à temporibus, Caroli Magni, usque ad Ottonem Magnum*, apud eundem l. c. p. 162. ut & apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom. I. pag. 261. *Anno Domini* DCCCCVI. *Monaſterium in monte Luneborch fundatum eſt, ab Ottone, Duce Saxonum, hortante eum ad hoc Wickberto, Epiſcopo Verdenſi &c.* In eandem ſententiam. ſcribit Auctor *Chronici Riddageshuſani*; apud Dn. *de Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 73. in fine: 906. *Monaſterium S. Michaëlis in Luneborch fundatur &c.* Conf. *Sagittarii Memorabilia Hiſtoriæ Luneburgicæ* ad annum 973 pag. 2. & 3. & Jll. Dn. de *Leibnitz*, Præfat. in T. 2. *Rer. Brunſuic.* §. XXX. p. 33.

Anno 911. Poſt fata *Ludovici IV.* recuſat oblatum ſibi Germaniæ Regni diadema ſuſcipere, commendando ad hoc *Conradum*, Franconiæ Ducem. Vid præced. Tit 2. §. 10. lit. d. ad annum 911. p. 89. & Tit. V. vita *Conradi I.* v. 4. pag. 479 add. *Chronicon Rhythmicum*, apud Dn de *Leibnitz* l. c. Tom 3. p. 15 Cap. IX. & *Everhardi Chronicon Rhythmicum*, Cap XIX. ap. Dn. *Leuckfeldum* l. c. Cap XXIX. pag. 379. & 380. qui ſe totum in encomia ejus effundit:

Van Hertogen Otten ſchall eck noch ſeghen mere,
Do de Keyſer Arnolff (Ludovicus IV.) *verſcheiden were,*
Alleine he des Landes, unde der Værſten, Blæme,
So wol heilt he ſeck an deme Hertogdome,
Dat an rechter Warheit neymand dorfte ſaghen,
Dat he ok einer Vromigkeit mer dochte haven,
Denne he to Godo, unde to der Welt hadde &c.

Qua auctoritate, ſub *Conrado* fuerit præditus, ex *Witichindo* l. c. pag. 634. diſcimus: *Cunradus, quondam Dux Francorum, ungitur in Regem; penes Ottonem tamen ſummum ſemper & ubique vigebat Imperium &c.* Hinc ſua *Everhardus* l c. memor *Conradi*:

Ock ſecht Uns dat Bok, wat de Kœnig dede,
Dat he allen Rad to den Hertoghen neme,
Up dat all ſiene Sake to guden Ende queme,
De he an dem Rike to ſchikkende hadde.
All des Rikes do ſtund an ſyner Rade,
All des Konigs Herſchup de was æme ghemeine,
Sundern ſodaner Ere darwedder alleine,
Dat he Konigs Namen nicht en hadde &c.

Obiit tandem Anno DCCCCXII. Vid. *Continuator Reginonis* ad h. a p. 74. *Otto, Dux Saxonum, obiit &c.* Ita & *Necrologium Fuldenſe*, an eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 763 *Otto Comes*, ſcil. obiit. Biennio poſt, Eum extinctum, arbitratur *Lambertus Aſchaffenb.* ad annum 914. pag. 155. *Otto, Saxonicus Comes, obiit &c.* Ejusdem ſententiæ eſt, *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 150. *Otto, Dux Magnus, obiit &c.* Adhuc minus rectè, annum 916. proferunt Auctor *Chronici Rhythmici Principum Brunſuicenſ.* Cap. X. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag 16.

Nu was to vollen dagen kommen,
Hertoge Otte, dan ek vornomen,
Dat he ſinen Ende nam.
Wo grot Leit an Saſſen quam,
Des were to ſagende vil,
Düre was der Frieden ſpiel.
Wente ſe verloren hadden æren Vader;
One Klagede dat Lant algader.
Ek provede dat to deme male,
Na Chriſtus Gebort de tale,
Vil na weren utgeſundert,
XVI Jar unde IX Hundert.
To Ganderſem wart he begraven &c.

Conradus Botho l. c. an. eod. pag. 303. *In düſſem Jare, ſtarff de Erluchtige Forſte, Hertoch Otto to Saſſen, und eyn Here to Brunſwick, unde wart begraven by ſinen Vader to Ganderſſem, unde leyt dat Hertochdom upp ſynem Sone, geheten de Vinckeler &c. Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 3. *Micrælius* lib. 3. *Syntagm.* Sect. XII. p. 588. Alii.

(7) HENRICUS AUCEPS, Rex.

Mortuo Patre Patriæ, *Ottone*, obveniſſe ejus filio, *Henrico, Aucupi, Saxoniæ Ducatum*, tralatitium eſt. Vid. præced Tit. V. *Vita Conradi I.* v. 4. p. 479. *Witichindus Corbejenſis*, lib. I. *Annal.* apud *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. 634. memor laudati *Ottonis*, ait: *Natus eſt autem Ei filius, toti mundo neceſſarius, Regum Maximus, Optimus, Henricus, qui primus libera poteſtate regnavit in Saxonia &c.* Quæ *Conradus Urſperg.* p. m. 149. *Albertus Stadenſis*, ad ann. 917. pag. 100. Aliique repetunt, ſed pergit *Witichindus* l c pag. 635. *Igitur Patre Patriæ, & Magno Duce, Ottone, defuncto, Illuſtri & Magnifico Filio Henrico, Totius Saxoniæ Ipſe reliquit Ducatum &c.* & paucis interjectis, *Rex* autem *Cunradus, cum ſæpe expertus eſſet virtutem Novi Ducis, veritus eſt ei tradere omnem poteſtatem Patris. Quo factum eſt, ut indignationem incurreret totius Exercitus Saxonici. Fictè tamen, pro laude & gloria Optimi Ducis plura locutus, promiſit, ſe majora ſibi daturum, & honore magno glorificaturum. Saxones vero hujuscemodi ſimulationibus non attendebant, ſed ſuadebant duci ſuo, ut, ſi honore Paterno Eum nollet ſponte honorare, Rege in-*

vito, quæ vellet, obtinere poſſet Rex autem, videns vultum Saxonum erga ſe, ſolito auſteriorem, nec poſſe publico bello Ducem eorum conterere, ſuppetente Illi fortium Militum manu, Exercitus quoque innumera multitudine, egit, ut quoquo modo interficeretur dolo; ad hocque negotium habens, ut fertur, maximè idoneum Moguntiacæ Sedis Epiſcopum, nomine Hattonem. *Hic, obſcuro genere natus, ingenioque acutus --- Virum, nobis propriè à Summa Clementia conceſſum, aggreſſus eſt, fecitque ei torquem auream fabricari, & invitavit ad convivium, quo magnis ab Eo muneribus honoraretur. Interea Pontifex, opus conſiderandi gratia, ingreditur ad aurificem, &, viſa torque, ingemuiſſe fertur. Gemitus cauſam aurifex interrogat; cui reſpondit, quia optimi Viri, & ſibi Cariſſimi, ſcil.* Henrici, *ſanguine illa torques deberet intingi. Aurifex audita ſilentio texit, &, opere perfecto traditoque, miſſionem petit & accipit: & obvians Duci, eunti ad negotia, indicavit ei, quæ audivit. Ipſe autem vehementer iratus, vocat Legatum Pontificis, qui jampridem aderat invitandi eum gratia: Vade, inquit, dic* Hattoni, *quia durius collum non gerit* Henricus, *quàm* Adelbertus (Babenbergenſis Comes, ipſius proditione ad ultimum ſupplicium raptus) *& quia melius rati ſumus domi ſedere, & de ejus ſervitio tractare, quam Comitatus noſtri multitudine modo eum gravare. Et ſtatim omnia, quæ Juris ipſius erant, in omni Saxonia, vel Turingorum Terra, occupavit. Burghardum quoque & Bardonem, quorum alter Gener Regis erat, in tantum afflixit, & bellis frequentibus contrivit, ut Terra cederent, eorumque omnem poſſeſſionem ſuis Militibus divideret. Hatto autem, videns ſuis calliditatibus finem impoſitum, nimia Juſtitia ac morbo pariter, non poſt multos dies, confectus interiit. Fuere etiam, qui dicerent, quia fulmine cœli tactus, eoque ictu diſſolutus, poſt tertium diem defeciſſet. Rex autem miſit Fratrem* (Eberhardum) *cum Exercitu in Saxoniam, ad eam devaſtandam; qui appropians Urbi, quæ dicitur* Heresburg, *ſuperbe locutum tradunt: Quia nihil ei majori curæ eſſet, quam quod Saxones pro muris ſe oſtendere non auderent, quo cum eis dimicare potuiſſet. Adhuc ſermo in ore ejus erat, & ecce! Saxones ei occurrerunt miliario uno ab Urbe, &, inito certamine, tanta cæde Franci mulctati ſunt, ut à mimis declamaretur: Ubi tantus ille infernus eſſet, qui tantam multitudinem Cæſorum capere poſſet? &c.* Hinc ſua *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. 918. p. m. 576. *Conradus Urſpergenſ.* pag. m 149. & 150. *Albertus Stadenſis*, ad an. 917. pag. 100. *Everhardus*, in *Chronico Rhytmico Gandersheimenſi*, Cap. 22. & ſeq. usque ad 28. apud Dn. *Leuckfeldum*, l. c. Cap. XX.X pag. 383. ad 390. *Chronicon Rhythmicum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. Cap. IX. pag. 16. & 17. *Albertus Crance*, lib. 3. *Saxon.* Cap. I. Vitandus igitur error Anonymi de *Geſtis Anglorum*, lib. 2. Cap. 3. apud *Commelinum*, de *Scriptoribus Rer. Anglic.* p. m. 296. Principem noſtrum Filium *Conradi* conſtituentis, verb. *Conradus Rex quidam Theutonicorum imperavit. Huic ſucceſſit Filius Henricus &c.* aliorumque, eundem errorem committentium, quorum præc. Tit. V in vita *Henrici Aucupis*, p. 481. memini. Patefacta inſuper ſimul ratio, ob quam Principi noſtro minus bene cum *Conrado* convenerit, de qua ibid. in vita *Conradi*, v. 4. p. 479. quædam notavi.

De *Conjugibus* Ejus, & *Prole*, evolvas ibid. Ejus vitam, v. 2. & 3. p. 482. &c. Quæ de *Sigfrido* Comite ibi dicta, ſequentibus *Witichindi* verbis lib. 2. *Annal.* p m. 644. deſtrui poſſe videntur. *Defunctus eſt Sifridus Comes, cujus ditionem cum ſibi vendicaſſet Thancmarus, eò quod propinquus ei eſſet, nam Mater ejus* (Hatburg) *filia materteræ erat Sifridi, de qua genuit Rex Henricus Thancmarum; & Regali dono ceſſiſſet Geroni Comiti, afflictus eſt Thancmarus triſtitia magna &c.* Quibus docemur, *Sifridum* fuiſſe ſaltem conſobrinum *Hatburgis, Thancmari* Matris. Verum, non ſunt contradictoria: *Eſſe Generum, & eſſe conſobrinum.* Quamvis prius mordicus non defenderim, cui notum, vocem *Gener*, quandoque *Sororis maritum*, ſeu *affinem*, denotare, teſte ſeq. *Catal. Ducum Alamann.* v. 28. in vita *Burchardi I.* v. 2 p. 308.

De *Mechtildi*, Ejus filia, *Quedlinburgenſi* Abbatiſſa, juſtam Diſſertationem vulgavit Plurimum Reverendus Dn. *Fridericus Erneſtus Kettnerus*, SS. Theol. D. & Superintendens Quedlinburgicus, an. 1711. *Quedlinburgi* impreſſam, cui tit. *Diſſertatio Hiſtorica de Prima Abbatiſſa Quedlinburgenſi, Seculo X conſtituta; in qua rationes à Viro Clariſſimo Dn. D. Nicolao Hieronymo Gundlingio, Profeſſore Hallenſi, contra eam, & pro Diemote allatæ, modeſtè examinantur, &, ad argumenti hujus illuſtrationem, alia quædam annectuntur.* Quam *Antiquitatibus Quedlinburgenſibus*, an. 1712. Lipſiæ prelo ſubditis, pag. 115. &c. inſeruit. Antiquiſſimum teſtimonium, in hanc ſententiam faciens, eſt Auctoris Libelli de *Fundatione quarundam Saxoniæ Eccleſiarum, aliisque originibus, à tempore Caroli Magni, ad Ottonem Magnum usque* (quibus temporibus non multo poſterior fuiſſe videtur) apud *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. 164. & Ill. Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 261. in fine, ubi: *Rex Henricus---- Qwedelingborch Urbem, & ibidem Monaſterium glorioſum conſtruxit, & fecit Abbatiſſam primam ſuam filiam &c.* unde ſua Auctor *vetuſti Chronici Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium*, Sec. XIII. florens, apud *Maderum* l. c. pag. 3. & Dn. de

Leib-

Digitized by Google

Leibnitz l. c Tom. II. pag. 14. verbis præc. Tit. V. in vita *Henrici Aucupis*, v. 3. p. 485. occurrentibus; nec non *Theodoricus Engelhuſius*, in Chronico, ineunte Seculo XV. ſcripto Edit. *Maderi* 1671. pag. m. 177. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 1073. ubi mentione facta *Henrici* noſtri: *Dereliquit autem Filios, quorum unus dictus eſt Bruno — & Filias, quarum unam fecit Abbatiſſam in Quedelinborg &c.* Nomen *Mathildis* exprimit Auctor *Chronici Rhythmici Brunſvicenſium Principum, Alberto Magno* Duci coævus, quem anno 1279 obiiſſe docet; Cap XI. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 19.

To Quedelenborch eyn Samenunge
Deſulve Forſte (Henricus Noſter) *dachte ſtichten,*
De he wolde wol berichern,
Mit Richeit an groter Ube,
He wolde em gheven wol duſent Hübe,
Unde ſyn vil leves Dochterlin,
(Mechtild heit ok dat Megetin,)
Godde unde Sanct Servatius ere,
Dat ſe dar Abbetiſſe were,
Unde eyn Frowe der andern Frowen &c.

Sic etiam *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad an. 921. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 304. *Keyſer Hinrick, Hertoghe to Saſſen, und Here to Brunſwick, gebeten de Vinckeler, de nam eyne Eddelen Fruwen ut einem Cloſter, de telde eme eynen Sone, de het Danckwort, de moſte he vorlaten — do nam he Greven Diderikes Dochter to Ryngelem, de dat Cloſter to Ryngelem ſtichte, de het Metta, eſſte Mettbilda, de telde eme dre Sone — dar to telde ſe veer Dochter; De eyne het Methilda, de wart eyn Ebbetynne to Quelinborch, unde was de Erſte. De ander Dochter het Garborch &c.* Rurſus ad annum 928. p 306. *Keyſer Hinrick de buwede de Stadt Quelingborch, und eyn Cloſter in de Er Sunte Servacius, und ſatte dar Metildam, ſyne Dochter, to eyner Ebbetynne. Deſulfſte Ebbetynne, und er Moder, de Keyſerinne, de makeden dat fullen Rede &c.* quæ ad annum 934 p. 307. repetit. Add. *Trithemius*, in *Chronico Hirſaugienſi*, ad an. 929. *Andreas Hoppenrodius*, in *Annalib. Gernrodenſib.* apud *Meibomium* T. 2. *Rerum Brunſuic.* pag. 421. aliique multi, quorum laudatus Dn. *Kettnerus*, cit *Antiquitatib. Quedlinburg.* p. 129. & 30. §. 22. & 23. meminit. Ad objectiones reſpondet idem l. c. §. 23. & ſeq. p. 131. &c.

Saxonum rem ſtrenuè propugnavit; Benè itaque *Ditmarus*, lib. I. Chron. pag. m. 12. *Ab hoc HENRICO, & Succeſſoribus Ejus, usque huc, Saxones elevati, & in omnibus ſunt honorati &c.* Ab *Ekkehardo Juniore*, de *Caſibus S. Galli*, C. V. in Vita *Engilberti* Abbatis. apud *Goldaſtum*, T. I. *Rer. Alaman.* Part. I. pag. 29. ſaltem *Comes* audit, ibi: *Eſt in Saxonia*, (ita moribundus Rx Conradus Eberbardum fratrem allocutus fertur) *cui neminem in Regno æquiparem ſcio, Heinricus, quippe Comes, Mathilda Conjuge clarus &c.* Ducatum *Thuringiæ* Eundem rexiſſe, ſeq. *Catalogo Ducum Thuringiæ* demonſtrabo. Quomodo, ab exceſſu *Conradi*, anno 919. *Germaniæ* ſolium conſcenderit, dictum præc. Tit. 2. §. 10 lit. d, ad h. a. pag 89. & 90. Reliqua Ejus geſta tetigi præc. Tit. V. in Ipſius vita, v. 4. p. 487. &c.

Anno tandem 936. 2. Jul. Eum vivendi finem feciſſe, ibidem, v. 5. p. 491. annotavi.

(8) OTTO MAGNUS, Imperator.

Animi corporiſque dotes hujus Principis laudati modò *Henrici Aucupis* & *Mathildæ*, filiorum natu Maximi (vid. præc. Tit. 2. § 10. lit. d, ad an. 936. p. 90. & 91. & Tit 5. in vita *Henrici*, v. 3. p. 483.) delineat *Witichindus* Monachus, lib. 2. *annal.* apud *Meibomium* T. 1. *Rer. German.* p. 650. verbis: *Dominus rerum, Fratrum natu maximus optimus, in primis pietate erat clarus; opere omnium mortalium conſtantiſſimus; præter Regiæ diſciplinæ terrorem, ſemper jocundus; dandi largus; dormiendi parcus, & inter dormiendum ſemper aliquid loquens, quo Eum ſemper vigilare æſtimes: Amicis nihil negans: & ſupra hominem fidelis: nam quosdam audivimus accuſatos, & peccati manifeſtos, Ipſum eorum Advocatum & Interceſſorem, & criminis nullo modo credulum, ab Eo poſt habitos, tanquam nihil unquam in Eum peccaſſent. Ingenium Ei admodum mirandum: nam, poſt mortem Edidis Reginæ* (adeoque an. 947.) *cum antea neſcierit literas, in tantum didicit, ut pleniter libros legere & intelligere noverit. Præterea, Romana Lingua Slavonicaque loqui ſciebat; ſed rarum eſt, quod earum uti dignaretur. In venationibus creber: tabularum ludos amat; equitatus gratiam Regia gravitate interdum exercens. Acceſſit ad hæc & moles corporis, omnem Regiam oſtendens dignitatem, capite cano, ſparſus capillo, oculi rutilantes, & in modum fulguris, cita repercuſſione, ſplendorem quendam emittentes. Facies rubicunda, & prolixior barba; & hæc contra morem antiquum. Pectus leoninum, quibusdam ſparſum jubis Venter commodus. Inceſſus quondam citus, modo gravior. Habitus patrius, ut qui nunquam ſit peregrino uſus. Quotiescunque autem ſit opus corona portanda, jejunium ſemper præcedere pro vero traditur &c.* Brevior eſt *Luitprandus*, lib. 4. *Hiſtor.* C. VII. apud *Reuberum*, p. 132. *Mathildis*, Matris Ejus, memor: *Hæc, ante Regni ſuſceptionem, Viro ſuo* (Henrico) *Filium peperit, quem vocavit Othonem. Juſtum, inquam, cujus mundi partes Aquilonaris, & Occidua potentia, reguntur; ſapientia pacificantur; Religione lætantur; juſtiq; judicii ſeveritate terrentur &c.*

Digitized by Google

plura de eo prædicat *Hroſwitha*, in Carmine quod *Meibomius* T. I. *Rer. German.* p. 709. &c. inſeruit.

Succeſſiſſe Eum Parenti in *Ducatu Saxoniæ*, nulla eget probatione. Ex quo verò Germaniæ Regni diademate redimitum ſe vidit, credidit adminiſtrationem ejus Merſeburgenſium Comiti SIFRIDO, de quo *Witichindus*, lib. 2. Annal. p. m. 643. verbis præc. Tit. XI. §. 4. lit. h. p 982. jam productis, inſpiciendus. Variis mox diſtractus Princeps bellis, *militare* Saxonicas in Legiones, adverſus *Baleslaum* Bohemum educendas, imperium commiſit ÆSICO cuidam, qui victoriam quidem reportaverat, minus cautè verò ea uti didicit, quandoquidem barbarorum ſpolia gregariis diripienda tradendo, occaſionem reſtaurandi vires hoſtibus ſubminiſtravit, & intempeſtivè ſarcinis conficiendis occupatos Saxones ſubito invadendi ac acerba caſtigandi clade, qua ipſe periit. *Placuit igitur* (ita Witichindus l. c. pag. 643.) *novo Regi novum Principem Militiæ conſtituere, elegitque ad hoc officium, Virum Nobilem & Induſtrium, ſatisque prudentem, nomine Herimannum &c.* Ab initio *Wichmannum*, cui *Henrici Aucupis* ſoror nupta erat, Fratris *Hermanni* fortunam ægro tuliſſe animo, teſtis *Witichindus* l. c. Verùm, ea ſemper conſtantia cum inclareſceret *Hermannus*, ut invidiam, virtute partam, non talem, ſed gloriam putaret, parum quoque fratris rugas curavit, quin potius tanta fortitudinis ediderit ſpecimina, ut à Rege *Ottone* primo *Marchiam Saxoniæ*, deinde *Ducatum ipſum*, hæreditario jure, utut lege beneficiali, conſequeretur. *Marchia* Regis Germano Fratri, *Henrico*, Bojorum Duci, tradita. *Wichmannus Junior Eltenenſe* Cœnobium condidit, de quo Diploma *Ottonis III* Imp. de an. 997. apud *Schatenum*, lib. 4. *Annal. Paderborn.* ad h. a. p. 343. evolvi meretur.

(9) HERMANNUS BILLINGUS.

(1) Eſt hic ipſe *Hermannus*, cujus modò memini *Billungi* Comitis Filius, Fraterque *Wichmanni*, *Henrici Aucupis* Affinis; ut præc. Tit. XI. §. 4. lit. h. p 981 pluribus oſtendi. Duo hic inveſtiganda potiſſimum occurrunt, (1) *Qualem Ducatum Hermannus ab Ottone Magno ſit conſecutus? &* (2) *Quid habuerit alladii?*

Totius Saxoniæ Ducatus adminiſtrationem Ei fuiſſe demandatam, auctoritate nititur Veterum. *Witichindus*, Scriptor coævus, lib. 3. Annal. p. m. 654. ait: *Herimannus Dux Saxoniam procurabat &c.* *Ditmarus* lib 2. p. m. 18. (apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 1. *Rer. Brunſuic.* p. 333) inquit; *Herimannus Dux Seliburem & Miſtui* (Slavorum Principes) *Imperatori tributarios facit &c.* & p. 22. (apud Dn. de *Leibnitz*, pag 337.) *Herimannus Dux Saxoniam regebat, poſtaque ad Magdeburg concione, ſuſceptus eſt ab Archi Epiſcopo, manuque deducitur ad Eccleſiam accenſis luminaribus cunctisque ſanantibus campanis &c.* Apud *Adamum Bremenſem*, lib. 2. *Hiſt. Eccleſ.* Cap. IV. p. m. 45 (ubi integra Principis noſtri Fatorum, quamvis non ubique accurata ſatis hiſtoria, unde hauſi, quæ præc. Tit. XI. §. 4. lit. g. p 980. extant,) legitur: *Poſtquam vero Ducatum meruit Saxoniæ, judicio & Juſtitia gubernavit Provinciam, &, in defenſione Sanctarum Eccleſiarum, ſtudioſus, usque in finem, permanſit. Nam & Bremenſi Eccleſiæ, ac Matri Hammaburg, fidelis extitit ac devotus, multa bona faciens in Fratres, & in omnes Saxoniæ Congregationes &c.* Eadem repetentibus *Helmolda*, lib. 1. *Chron. Slavor.* Cap. X. §. 2. p. m. 28. *Alberta Stadenſi*, ad an 961. p. m. 107. & *Alberta Crantzio*, lib. IV. *Saxon.* C. IX. & L. III. *Metrop.* C X. X. p. 71. In *vetuſto Chronico Brunſuicenſi*, adud *Maderum*, *Antiq. Brunſuic* p. 7. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 15. offendimus : *His temporibus, in Brunswick Princeps fuit Bruno, qui Comes dictus eſt, quod eſſe potuit, quia Ducatus, quem Prædeceſſores ſui tenuerunt, maribus deficientibus, ab Ottone I., Hermanno, Bilingi filio, eſt donatus &c.* *Chronicon Verdenſe*, in Vita *Amelungi*, XVI Epiſcopi, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. pag 214. hæc ſuppeditat: *Amelungus, hujus Eccleſiæ Epiſcopus XV. hic fuit Frater illius Ducis Hermanni, qui vocabatur Filius Bilighi, quem Otto I. Imperator, ob merita ſua, conſtituit Ducem Saxoniæ, qui fundavit Eccleſiam S. Michaëlis in Luneborch &c.* In *Chronico Halberſtadenſi*, in vita *Hildewardi* Epiſcopi, apud eundem. l c. pag. 116. habetur : *Iſte quidem Eccleſiæ tunc Præpoſitus, &, ad hanc dignitatem, à Venerabili Bernhardo Epiſcopo præſignatus, anno Domini 968. Indict. 2. pari vota totius Cleri, & Populi unanimi acclamatione, 3. Cal. April. ritè & canonicè eſt electus, & in Caſtello Werle conſtitutus, ab Hermanno, Duce Saxoniæ, Præſul dignus Halberſtadenſi Eccleſiæ eſt transmiſſus &c.* Conf. *Chronicon Holſaticum*, C. XI. T. 1. *Acceſſionum Hiſtoricarum* Dn. de *Leibnitz* pag. 19. *Qua propter eam* (Saxoniam) *cuidam provido Viro, nomine Hermanno, tanquam Ducatum, conceſſit in titulum, cui ſucceſſit filius Ejus, Benno* &c. Liberalius loquitur *Chronicon Luneburgicum*, in annum 1421. usque deductum, apud eundem, Tom. III. *Rer. Brunſ.* pag. 173. ad an. 957. *Alſe de Keiſer in Wallant toch, bevoel he Ehm* (Hermanno Billingo) *mit Rade des Rykes-Vorſten, Saſſen und Weſtphalen Land, dat Harmen de hebben, und Vorſtan ſcholde, und makede En, over de Lande, einen Vorſtender, und gaff ſe Em tho Erven. Do Harmen Byling tho Saſſen und Weſtphalen Vorſtender und Hertoge worden was &c.*

Ita

Digitized by Google

Ita & *Fragmentum Chronici Bardewicenſis*, ibid. pag. 217. *Hermanno Duci dedit Otto Magnus dat Hertochdom Saſſen und Weſtphalen, tho ewigen Tyden tho beſittende &c.*

Audiamus *Conradum Bothonem*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad an. 968. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 311. *To dem Stubbekeſchorne, by Soltaw, wonede ein Man, de heit Billick to Stubbekeſchorne, de hatte ſeven Hove Landes, und ſeven Underſaten armer Lude, unde hadde twey Sone, de eine de het Wichman, de ander Hermen. Duſſe Hermen de kam in des Keyſers Hoff, unde wart ein Wepener by dem Keyſer, unde helt ſick denſtlicken alle Manne, ſo, dat æne to leſten alle Man leyff krech, unde de Keyſer de nam æn to einem Tochtmeiſter ſynes Sones; und darna ſatte he æne vor eynen Richter in de Stadt to Meydeborch. He reygerde unde richtede ſo rechte, dat æne alle Lude frochten. Do de Keyſer ut moſte, dat he wolde teyn to Rome, unde in Italien, do bevol de Keyſer duſſem Hermen dat Lant to Saſſen, unde de Keyſer was ute lengk wan viff Jare, unde duſſe Hermen reygerde ſo wol, dat yd alle Man behagede. Do de Keyſer wedder tho Hus kam, unde Greve Gero was vorſtorven, und ſyn Lant was an den Keyſer geſtorven, do kam de Keyſer Otto, und beſlot dat in ſinem Rade ghentliken, dat he, van duſſem Hermen van Stubbekeſchorne, einen Hertoghen wolde maken, in Greven Gero Stidde. Alſe makede de Keyſer duſſen Hermen to eynem Hertoghen unde ſcholde ſyn eyn Hertoghe to Saſſen unde Lunenborch, unde ſo gaff he æme ein Wapen, einen blauwen Lauwen, in einem gulden Velde; So wonde Hertoch Hermen uppe Lunenborch, unde de Keyſer gaff æme dat Lant by der Elve &c.* & ad an. 1108. p. 333. *Hertoghe Magnus was de leſte van Hertoghen Hermen Slechte, den Keyſer Otto, de Grote, to eynen Hertoghen makede, unde ſatte æn upp Lunenborch &c.* Quæ de origine noſtri Principis hic finguntur, deſumpta eſſe ex *Adamo Bremenſi*, l. c. palam eſt. *Johannes Stadtwegius*, Poppendikenſis, in *Chronico Saxonico*, ad an. 1000. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 268. facta mentione *Brunonis*, *Ottonis* Magni, ex fratre, *Henrico Rixoſo*, Nepotis, ſcribit: *Bruno heit ein Greve, wente dat Hertochdom, dat ſine Elderen hat hadden, dat hadde Otto Hermene Bilinges gheven &c.* Hauſit hæc fortè ex citato veteri Chronico Brunſuicenſi. Auctor *Chronici Rhythmici Principum Brunſuicenſium*, Cap. XIII. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 22. canit,

Alſo ein läsik vornomen
Deme Koninge Boden quomen,
Van Rome her utgeſant,
Da He an Ytaligen Lant,
Mit Heres Krafft komen rochte,
Nu en wiſtehe nicht, wem he mochte
Bevelen dat niuwe Lant,
Dat betwongen hadde ſin Hant,
Dat et des geloven plag;
Ek meine, dat umme de Elbe lag
Allenthalven, dat he mit Not
Betwank under ſin Kæniglik Gebot,
Do makede he to Hertogen,
Hermanne (des was he unbetrogen
An æme: ek alſo vernomen han)
Unde heit æne van Saſſen Hertoge Herman &c.

Permulti alii. Quibus ſimul conſideratis, ſufficientia videntur adeſſe documenta, auctoritatem Noſtri Principis per *totam* ſe extendiſſe *Saxoniam*, quam Regia Progenies hactenus erat moderata.

Num *Burggravius* quoque Magdeburgicus fuerit, ſeq. Tit. XVII. §. 14. lit. c. diſpiciemus.

v. (2) De *Allodio*, obſcurior Hiſtoria. *Cyriacus Spangenberg*, C. 145. *Chronici Mansfeldici*, ad an 965. p. m. 144. inquit: *Marggrafen Geren Erb und Eigenthumb, ſampt der Burggraffſchafft Magdeburg, hat Er* (Otto I. Imp.) *Fürſt Herman von Stublizkesgeborn, übergeben; und --- Ihn auch zu einem Hertzogen in Sachſen gemachet, und aufs Hertzogthum Lüneburg gefürſtet, und den Blauen Lœwen, im weiſſen Felde, zum Wapen geben &c.* Deſcripta hæc ex præfatis *Picturati Chronici* verbis. Agrum *Luneburgicum* hoc nomine celebrandum, ex fundatione Eccleſiæ, an Cœnobii, in monte calcario *Luneburgi*, ab *Ottone Magno*, *Henrici Aucupis* Patre, an. 905. vel 906. ut in ipſius vita monitum, facta, colligi poſſe, rectè judicat Jll. Dn. de *Leibnitz*, in Præfat. in *Collectionem* T. 1. *Scriptorum res Brunſuicenſes illuſtrantium*, §. XX ubi: *Notabile imprimis eſt, Monaſterium in Monte Luneburg, quod S. Michaëlis vocatur, tribui Fundatori Ottoni, Duci Saxonum Henrici Aucupis, Regis Germaniæ, Patri, quem Regiones iſtas proprio jure tenuiſſe, vel hinc agnoſcas. Inde, cum ad Hermannum Ducem devenerit Ditio, confirmatur, quod aliunde diſcimus, Billinganam Familiam, Regiæ, per matrimonii vinculum, connexam, inde opes ſuas auxiſſe &c.* & rurſus, §. XXIX. *Accedit, quod Otto, Dux Saxoniæ, Henrici Regis Pater, fundavit Monaſterium S. Michaëlis Luneburgicum, in allodio ſcilicet ſuo --- ſed idem poſtea locus in proprietate Hermanni, Saxonum Ducis, fuit, ut credibile ſit, hujus matrimonii intuitu, ex Regia Familia, in Billinganam veniſſe &c.* Hæc ut intelligantur, in memoriam

riam revocandum, quod. præc. Tit. XI. §. 4. lit. h, p. 981. ex *Ditmaro reſtituti,* notavi, *Wigmannum Seniorem, Hermanni* noſtri Fratrem, in toro habuiſſe *Henrici Aucupis* ſororem, cujus matrimonii intuitu, ditionem *Luneburgicam,* ex Familia Regia, in *Billingianam* tranſiiſſe, valde probabile eſt; quandoquidem *Wigmannus* Junior, *Senioris* filius & heres, vel propter ea *Patruum,* eam occupantem, graviter objurgaverat, *Witichindo* teſte, lib. 3. Annal. p. m. 654. *Wicmannus* (Junior) *admodum corruptus, Patruum* (Hermannum noſtrum) *exin arguere, Paterna hereditatis raptorem dicere, & ſuorum theſaurorum prædonem vocare, cœpit.* Quamvis, Controverſia in judicium tracta, in favorem Ducis ſententia ferretur: *Cauſas dicentibus* (pergit Witichindus l.c.) *coram Rege, Herimanno, ſuisque Nepotibus, omnes juſti tenaces ſententiam Ducis laudavere, Adoleſcentes caſtigandos judicantes &c.* Minimum, poſthac ſemper *Luneburgum* de *Patrimonio Billingico* fuiſſe, conſtat, ubi etiam Principum Sedes erat, & tumbæ. Hocque reſpectu, vocatur *Hermannus* noſter, in *Chronico Montis Sereni* ad an. 1171. pag. m 38. *Dux à Luneburg;* verbis mox producendis; & *Luneburgum: Civitas Bernhardi;* ipſius filii, *Ditmaro,* lib. VI. *Chron.* pag. m. 82 *In Civitate Bernhardi Ducis, Luinberg* (Luniburg) *dicta, eodem anno, aëris fit mira mutatio atque motio, & immenſus terræ hiatus &c.* nec non *Chronographo Saxoni,* ad an. 1013. pag. 225. *In Civitate etiam Bernhardi Ducis, Luniburg dicta, horribilis hiatus terræ apparuit, ipſi templo minas ruendi præbens, & incolis, timore perterritis, confugii tempus funditus auferens &c.* Factum comprobante *Chronico Quedlinburgico,* anno eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. p. 289. Imo, *Oppidum maximum Ottonis, Ducis Saxonici* (Bernhardi II. Filii) *ſitum in confinio Saxonum & Luticiorum.* Hæc *Lambertus Aſchaffenb.* ad anno 1073. pag. m. 196. Sic *Bruno,* in *Hiſtoria Belli Saxonici,* ſub *Henrico IV.* apud Freherum, Tom I. *Rer. German.* pag. 106. memor. captivitatis *Magni* Ducis: *Rex etiam Caſtellum Luniburgum, quod ibi prope erat, conſideravit — Illud autem Caſtellum, Magni Ducis Parentum ſemper fuerat, & ad ipſum, ſuumque Patruum, Hermannum, tunc, hæreditario jure, pervenerat &c.* & pag. 108. *Hermannus Comes* (Dicti Bernhardi II. Ducis filius) *quod nuper erat factum, narravit, quod Urbem ſuam, Luniburg, hæreditate relictam, callidè Rex occupavit, & ſi etiam retinere potuiſſet, totam illam Regionem, quam ſibi Parentes jure* (hereditario) *dimiſerant, non Regia, ſed poteſtate injuſta poſſidere cohæt &c.* Et *Chronicon Magdeburgicum* ap. *Meibomium,* Tom. 2 *Rer. German.* pag. 293 *Illud autem Caſtellum* (Luneburg) *Magni Ducis Parentum ſemper fuerat, & ad ipſum, ſuumque Patruum, Hermannum, tunc hæreditario Jure pervenerat &c.* Hinc etiam *Henricus Leo,* exprobrans *Adolfo,* Holſatiæ Comiti, damna, quæ *Luneburgenſibus Salinis,* ab *Oldenslöenſibus,* inferrentur, apud *Helmoldum,* lib. I. Cap LXXVI. §. 1. pag. 171. ait. *Non enim ferendum eſt nobis, ut, propter aliena commoda, deſolari patiamur Hæreditatem Patrum noſtrorum &c.*

v. (3) Regimen Ejus, èx *Adami Bremenſis* Libro 2. Cap IV. pag. m. 45. verbis v. 1. jam allatis, cognoſci poteſt - quibus *Witichindum* jungas, lib. 3. pag. 662. de Eo ſic judicantem; *Prudentiæ ac Juſtitiæ, miræque vigilantiæ, in rebus Civilibus, & externis, cunctis retrò mortalibus æternam reliquit memoriam &c.* Conf. *Helmoldus,* lib. I. *Chron Slav* Cap. X. §. 2. pag 28. *Albertus Stadenſis,* ad annum 961. pag. 107. *Cranzius,* lib. IV. *Saxon.* Cap. IX & lib. III. *Metropol.* Cap. X X. p. 71.

v. (4) Monti calcario, vulgò *Kalckberg,* qui *Luneburgi* eſt, Arcem impoſuiſſe legitur, pariterque circa annum 955. fundaſſe ibi, minimum continuaſſe, quod *Otto Magnus,* Dux, anno 905. vel 906. jam inchoaverat, Monaſterium, (ordinis S. Benedicti, an. 1055. 1. Octobr. à Verdenſi Epiſcopo, *Sigiberto,* in honorem omnium Sanctorum, & præcipuè *S. Michaëlis* Archangeli, dedicatum; deinde, vetuſtate collapſum, à Sereniſſ. Duce, *Johanne,* qui an. 1277. obiit, Abbatiam regente *Haldo* Abbate, reſtauratum; & ann. 1305. 18. Septembr. Vice altera, à *Friderico,* Verdenſi Præſule, ſub Abbate, *Thoma de Calve,* conſecratum; anno verò 1371. die Veneris ante *Purificationem Mariæ,* à Civibus Luneburgenſibus, violata fide, Duci *Magno* præſtita, vafrè Montem, trucidato præſidio, occupantibus, ſub Abbate, *Wernero Grote,* deſtructum; &, biennio poſt, intra Oppidi mœnia, ad radices Montis, in loco, quem *Hole Ecke* vocabant, à *Wenceslao* & *Alberto,* Saxoniæ Ducibus, Sacrique Romani Imperii Electoribus, nomine etiam *Illuſtrium Domicellorum, Frederici & Bernardi, Ducum Brunſwicenſium,* quorum curam geſſerant, *præſentibus & cooperantibus Pro-Conſulibus, Conſulibus, & Univerſitate* dicti *Oppidi,* per Diploma, anno 1373. 25. Septembr. *Luneburgi* datum, Monachis aſſignato, rurſus ædificatum; anno 1532. extincto poſtremo Romano-Catholicæ Religioni addictorum Abbatum *Boldewino de Marenholtz,* in ejusque locum electo *Herbordo de Holle,* viam ſternente Sereniſſimo Duce *Erneſto,* Religionis Evangelicæ regulis, anno 1534 imbutum, Scholaque auctum, vel *Meibomio* teſte, in *Hiſtoria Bardewici,* T. 3. *Rer. German.* p. 78. ubi: *Reformatum eſt Collegium* (S Micha-

Digitized by Google

chaëlis) *ab Antiſtite ejus loci*, *Herbordo ab Helle, Johannis Filio*, *Equite Saxonico*, *ſinceram Evangelii doctrinam amplexo*, *qui Paſtorem rectè docentem*, & *Scholam ad S. Michaëlem inſtituit*, *libros irrituales ad normam Verbi divini emendavit*, *anno M. D. XXXIV.* conſentiente *Chytræo* lib. XIII *Saxon.* unde ſua *Sagittarius*, in *Memorabilibus Hiſtoriæ Luneburg.* §. 116. ad an. 1533. pag. 42 anno 1655. 5. Septembr. ad plures abeunte ultimo Abbate, *Chriſtophoro de Bardeleben*, ſurrogatoque, mediante canonica electione, die proximè ſequenti peracta, in ejus vices, *Statio Friderico de Poſt*, cui Sereniſſ. Dux *Chriſtianus Ludovicus* titulos *eines Landes Hoffmeiſters*, primum impertivit, *Abbatiali*, ab eo tempore, expuncto, conſtitutoque Inſpectore, Dn *Hermanno Nottelmano* &c. in *Collegium Illuſtre* mutatum; anno 1660. in *Gymnaſium* converſum, cujus Profeſſores fuere: *Joachimus Hecht*, SS. Theol. Lic & ad D. Michaëlis Paſtor; *Hermannus Nottelman*, Nobilium Alumnorum Inſpector, & Prof. Logic *Daniel Claſſenius*, J. U. D. & Philoſophiæ Practicæ Profeſſor, *Johannes Buno*, Hiſtoriarum & Geographiæ Profeſſor; *Martinus Ditbmarus*, Prof. Matheſeos: & *Johannes Juſtus Oldecop*, Adjunctus Philoſophiæ. Anno tandem 1686. Directore Dn. *Ludolpho Ottone de Eſtorf*, Viro Venerabili, & Generoſiſſimo, cujus memoria, ob inſignem humanitatem, & eruditionem raram, nunquam poſteritati non erit precioſa; Inſpectore, Viro Illuſtri, Dn. *Chiliano Schradero*, Potentiſſimo Magnæ Britanniæ Regi ſimulque Electori Brunſ. & Luneburg. *Georgio Ludovico*, in præſentiarum à Conſiliis Juſtitiæ ſanctioribus, ejusque Adjuncto, Dn. *Caſparo Gœdemanno*, à Sereniſſimo Duce, *Georgio Guilielmo*, denuo in *Collegium Equeſtre* transmutatum, & anno 1712 Directore Illuſtriſſ. Dn. *Erneſto Guilielmo de Spörcke*, laudato Electori Potentiſſimo à Conſiliis intimioribus, & me *Johanne Friderico Pfeffingero*, Argentoratenſi, Inſpectore, ab eodem Principe Potentiſſimo, nova facie donatum, atque, ſolemni ritu, 30. Maji, inauguratum) reperi. hanc in rem, vetuſtum ſatis fragmentum quoddam, cui rubrica: *Confirmatio Privilegiorum Monaſterii S. Michaëlis, Hermanni Billingi, Anno* 971. continens ſequentia: *Neque hoc Monaſterium, in Summi Dei honorem, in utilitatem & emolumentum pauperum Nobilium, eorumque tantummodo Filiorum educationem, fundatum atque erectum, unquam deſtruatur, ſed, ut ſartum & tectum in æternum conſervetur, Succeſſoribus noſtris, & heredibus, ſeverè mandamus, niſi in graviſſimas Dei pœnas incurrere velint, hac addita comminatione: Si mandatum hocce noſtrum ipſi extra oculos ponant, & reſpuant, Nobilibus prædictis, & Fidelibus noſtris, Monaſterium iſtud eripiendo, atque ad alios uſus transferendo, faxit Divina vindicta, ut ipſis intima viſcera, pulmoque, jecurque, perpetuo morborum cruciatu contorta, exareſcant, & è regione viventium exterminentur, aut ad meliorem mentem redeant, & ablatum reſtituant, ne damna animæ patiantur.* Quo reſpicere omninò videtur *Bernhardus* Dux, an. 1434. Cœnobii Privilegia confirmando, verb. *Düs Kloſter ſchall dem Adel, tho ewigen Tyden, bliven, unde œm dat nit enttagen werden: dat wy hiemede Unſer Nakomelingen, unde Erven, ernſtlick unde yvrigen befahlen, unde upgedragen hebben wollen, ſo leff enen Gades Gnade unde Barmhartigkeit iſt; dat enen nicht betrede de Straffe, de Unſe Vorfaren geſettet hebben, dat dem Krenekere düſſes Kloſters ſchall de Lunge, un de Lever, im Live verſuhlen, unde in dat Ingeweide gemartelet werden.* &c: Stylus licet *Ottoniano* ævo nullatenus reſpondeat, utpote quo (1) *Nobilium* appellatione, non niſi Principes Comitesque venerant, & (2) phraſis: *Pauperum Nobilium*, contradictionis inſtar in adjecto habebatur; ne dicam, (3) fundationem Cœnobiorum *pro ſolis Nobilibus*, eſſe figmentum otioſi Monachi; Vetuſtum tamen documentum eſt, nec penitus ſpernendum; deſumptum fortè ex antiquiori. cui titulus: *Bernhardus, Ducis Hermanni Filius, in confirmatione quadam Privilegii S. Michaëlis ſpeciali*, ibi: *Si quis autem MS.* (meus) *& præſentium Heredum meorum Nacumelius* (Nachkom, Nachkœmling, Succeſſor) *hujus dati violator exiſtere præſumpſerit, aut aliquid omnino abſtulerit, ſit anathema à Domino Noſtro Jeſu Chriſto, & omnibus Sanctis Ejus, cum quibus venturus eſt, in die judicii, judicare vivos & mortuos, & Seculum per ignem, Amen, Amen.* &c. De facto teſtantur: *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato*, ad ann. 969. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 312. *Hertoge Hermen to Saſſen unde Lunenborch, de buwede up den Barch Lunenborch, wedder ein Borch, de Karolus verſtœret hadde, unde leyde darin eyn Cloſter, in de Ere Sunte Michel, unde — he ſatte in düt Cloſter einen Abbet, de het Ludericus, de was van Sunte Panthaleon to Collen, unde ſtedigede dar Sunte Benedictus Orden, unde gaff darto Vorewarcke, und de Keyſer gaff to dem Cloſter einen tollen van der Sulten, unde gaff dar over ſyne Hantveſte* &c. Vera eſſe, quæ de teloneo hic dicuntur, diploma *Ottonianum* de anno 956. cujus formulam præced. Tit XI. §. 4. lit. g. pag. 981. exhibui, evincit. *Chronicon Verdenſe*, in vita *Amelungi*, XV. Epiſcopi, ibid. Tom. 2. p. 214. facta mentione *Hermanni* noſtri: *Fundavit Eccleſiam S. Michaëlis in Luneborch* &c. *Chronicon Luneburgicum*, apud eundem l. c. Tom. III. p. 173. in *Hermanni* noſtri vita: *Men ſecht ok, das Harmen das Schlot up dem Barge tho Luneborch gebuwet hebbe. Ok ſtichtede he das Cloſter up dem Berge, dat dar was in de Ehre des Ertzengels Sunte Michaëlis, dat ſin Sone, Benno, nha vullenbrachte; und*

Digitized by Google

begavede dat ricklieken mit Gude und makede dar einen Abbet, Ludericum, den leth he halen uth S. Panthaleonis Cloſter tho Colne. De Abbet, und Monnecke, ſcholden leven na Sunte Benedictus Regulen &c. *Chronicon Rhythmicum Principum Brunſuic.* C. XIII. ibid. pag. 22.

Diſſe Here Hertoghe Herman
Vil ſchœne he aber to buwen began
Luneborch, to des Landes were:
Unde dat Geſtichte an Sanct Michahelis Ere,
Dat et were ein Abbedie unde eyn Herſchap,
Vil ſchœner Gulde he darto gab &c.

Fragmentum *Chronici Bardevicenſis*, ibid. pag. 217. *Etliche Croneken ſpreken, dat diſſe Hertoch* (Herman) *dat Cloſter tho Luneborch up dem Berge ſtichtede, wowol doch etlicke ſpreken, dat idt Wypert, Biſcop van Veerden, buwede, und dat Hertoch Harmen in dem Cloſter ungebuwet leth, dat vulbrachte ſin Sone, Benno, de leth halen einen Geiſtlicken Man van Sunte Panthaleon tho Colne, und makede en darinn den Erſten Abbet. &c.* Auctor Narrationis de *Fundatione & Reſtauratione Monaſterii S. Michaëlis in Luneburch*, ibid. Tom. 2. p. 381. *Fundator hujus Baſilicæ* (S. Michaëlis) *Vir egregius, Hermannus, piæ memoriæ, primus Dux Saxoniæ, devotus extitit, quem primitus, conſilio Principum, in Ducatum promovit Vir Potentiſſimus, Otto Magnus, Imperator, --- dedicatum vero eſt hoc Monaſterium in honorem omnium Sanctorum, & præcipuè in honorem S. Michaëlis Archangeli, Cœleſtis militiæ Principis, anno Domini Milleſimo Quinquageſimo Quinto, Indictione VIII. ipſo die Calendarum Octobris, à Venerabili Epiſcopo Verdenſi, Sgiberto. Fluxerunt autem amplius quam centum anni, ut in Chronicis exprimitur, à tempore, quo ædificatio Monaſterii inchoata eſt, usque ad conſecrationem ejusdem &c. Albertus Granzius*, L. 3. *Metropol.* C. XIX. pag. 71. *Exſtruxit autem iſte Hermannus, in Monte Luneborg, primus arcem, deinde Monaſterium Divo juſſit conſecrari Michaëli &c.* & lib. 4. *Saxon.* Cap. XVI. *Hermannus, Germaniæ novus Dux — extruxit arcem in montem; appellavitque Luneburg —— in hac arce nova, novus Dux ut Religioni inſerviret, gratus Deo, qui illum provexerit, ut, ſuſceptus de pulvere privatæ Familiæ,* (error hic Cranzii eſt) *ſederet cum Principibus, Monaſterium inſtruxit ad arcem, in honorem S. Michaëlis Archangeli, ſub regula D. Benedicti, transferens Abbatem primum, Ludericum, de Cœnobio S. Panthaleonis, ex Colonia. &c.* Andreas de Mandelslob, Decanus Cathedralis Templi Verdenſis, in Chronico MS. de *Epiſcopis Verdenſibus*, in Vita *Amelungi*, XV. Epiſcopi: *Herman Billing hat das Schloſs zu Luneburg - uff dem Kalckberge gebauet --- hat auch das Cloſter S. Michaël an demſelben Berge gebauet, worzu ihm ſein Bruder, Amelungus, geholffen &c.* Add. ſeq. v. 7. Ducis noſtri Epitaphium. Teſtes Recentiores producit *Sagittarius* l. c §. VI. ad annum 973. p. 2. primum Abbatem LUDERICUM, *Chytræo* lib. XX. *Saxon.* ad annum 1561. p. 527. *Linderinum* dictum, extitiſſe, fatentur omnes; defunctum volunt anno 982. nullam hactenus chartam publicam de eo vidi. In Veteri *Chronico Quedlinburgenſi*, quod in an. 1025. explicit, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. p. 281. ubi conſecratio *Halberſtadenſis* Eccleſiæ, 17. Cal. Novemb. an. 992. deſcribitur, mentio quoque fit LURONIS, *Lunaburgenſis Abbatis*, qui ſolemnibus interfuerit. Niſi hunc *primum* agnoſcamus, inter primos tamen omninò referendus erit.

v. (5) Uxorem duxit HILDEGARDAM; cujus *Membrana S. Blaſiana* apud *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* p. 170. veluti jam anno 940. extinctæ, meminit; *anno Domini* 940. *obiit Domina HILDEGARDIS, Uxor Domini HERMANNI Fundatoris &c.* Monaſterii ſcil. S. Michaëlis; de quo ſermo eſt. *Chronicon Rhythmicum*, de *Ducibus Brunſuic.* Cap XIII. apud Dn de *Leibnitz* l. c T. 3. p. 21. de eadem, ait:

Eyn Here, de heit Herman,
Alſo ek vernomen han,
Sin Vader Billing was genant,
Nicht meer ek van ſinen Kunne vant,
Wen dat he van Adames Geſchlechte
Were. De Here nam to echte,
Eine Frowen, de heit Hildegart.

Gentem *Hildegardæ* oſtendit *Conradus Botho.* cit. *Chronico Picturato*, ad annum 968. ibid. pag. 311. inquiens: *Hertoghe Hermen hadde eyn Wiff, de het Hildegard, de was eynes Eddelen Mans Dochter van der Weſterborch &c.* Quam ſententiam *Henningeſius* quoque, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 99. Bucelinus, *Hiſtor. Agilolfing.* p. 399. aliique multi, amplectuntur.

v. (6) Liberi Ejus erant:

(1) *Bernhardus I.* ſeu *Benno*, de quo mox, v. 10.

(2) *Luderus*, Comes. Sanguinis vinculum probatur Diplomate *Ottonis III.* Imp. anno 991. *Mindenſi* Eccleſiæ dato, apud *Piſtorium*, in *Chronico Epiſcoporum Mindenſium*, pag. 736. ubi; *Ob interventum & comprobationem Fidelium noſtrorum, Bernardi videlicet Ducis, & Fratris ſui, Luitgeri, atque Ailhardi Comitis &c.* Conf. *Adamus Bremenſis*, L. 2. *Hiſt. Eccleſ.* C. 32. pag. 64. *anno igitur ArchiEpiſcopi* (Liben

Digitized by Google

bentii, Bremenſis) *XXII. Benno, Dux Saxonum, obiit, & Ludgerus, Frater Ejus, qui, cum Uxore ſua, Venerabili Emma*, Bremenſi *Eccleſiæ plurima bona fecerunt &c.* ſic *Chronicon Quedlinburgicum*, ad ann. 1011, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 288. *Bernhardus Dux --- invehitur Cœlos --- Quem, lamentatione dignum , octava decima die moriens , ſecutus eſt Ludgerus Comes, Frater ſuus &c.* Et Auctor *Vitæ S Meinwerci Paderbornenſis*, Cap. XX. apud *Surium*, 5. Junii, pag. m. 88. & Dn. *Leibnitium* l. c. T. I. p. 542. *Anno Dominicæ Incarnationis M. X. indict. VIII. Ansfridus, Venerabilis Trajectenſis Epiſcopus — ad cœleſtem vitam ſuſtollitur --- Sequenti anno, 7. Kal. Martii , Willigiſus. Magontienſis ArchiEpiſcopus --- ad Chriſtum migravit. --- Quinta dehinc proxima Idus Februarii, Bernardus , Dux pius Saxonicus, filius Hermanni Ducis, obiit: & Filius Ejus, Bernardus, favente ſibi Meinwerco Epiſcopo, amicisque ſuis, Ducatum obtinuit: & bonomo Epiſcopi factus, juge obſequium in omne fidelitate, ſibi exhibuit. Frater quoque præfati Ducis, Bernardi Comes Luitderus, proxima 4 Kal. Aprilis* (i.e. 29. Martii) *obiit, qui, cum Uxore ſua Emma, Senatrice Chriſtianiſſima, multa bona Eccleſiæ Bremenſi obtulit &c.* Add. *Conradus Botho* l. c. memor *Hildegardæ*, *Hermanni* Billingi Conjugis: *De ſelde æme dre Kinder; eyne Dochter, de het Methilda, de nam den Greven Arnolt to Flanderen; unde hadde twey Sone, de ein het Luder, de ſtarff ane Arven; de ander Sone de het Benon, effte Berno, de beſat dat Arve.* Nec non *Chronicon Luneburgicum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 173. *Sine* (Hermanni) *Sons bleven Hertogen aver Saſſen und Weſtphalen, unde deden vele Gudes in dem Lande. Ludingerus ſterf ſunder Erven; Benno gewan twe Sons, Bernhardus und Thitmarus &c.* & Fragmentum *Chronici Bardewicenſis*, ad annum 1011. ibid. pag. 217. Anno 1011. *do ſterff de gute Hertoch Benno van Saſſen, und wart begraven in Sunte Michaëlis Cloſter up dem Berge tho Luneborch, by ſinem Broder, Ludern. Duſſe beiden Broder, do de Berg gebroken wart, und dat Cloſter in de Stadt gelecht, worden ok do in de Stadt gebrocht, und gegraven in datſulve Cloſter &c. Albertus Cranzius* conſtituit Eum *Comitem Saxoniæ Tranſalbinæ*, ſcribens, lib. IV. *Saxon.* Cap. XXIX. *Benno, Dux Inferioris Saxoniæ, Filius Hermanni, in ea Ditione Secundus, migravit è vita: & Frater Ejus, Luderus Comes, brevi ſequutus eſt illum, cujus Uxor Emma, locupleti in Patrimonio conſiſtens, multa bona contulit in Eccleſiam Bremenſem --- Luderum vero, maritum Ejus, Hermanni Ducis filium, Bennonis fratrem, quem Comitem Annales referunt, ſed diſtrictum Ejus non ſignant, Tranſalbinam tenuiſſe Provinciam, conjecto, quæ nunc Stormaria, Holſatia, Thietmarſia, eſt; cui etiam ſitum Stadenſis Comitatus, ut poſtea, fuerit conjunctus, non enuncio: ſed ex rebus conjecto quod, in ampliſſima ditione, Fratres non tam iniquam, fecerint partitionem, quin Fratri, Ludero Comiti, plurima Ditio provenerit, quæ ſitum erat Tranſalbina, non magnum debet haberi, ſi illi, ut poſtea, Comitatus Stadenſis jungeretur &c.* Qualis fuerit *Emma, Luderi* Conjux, interpretatur *Henricus Wolterus*, *Chron. Bremenſ* in Vita *Beſelini*, apud *Meibomium* Tom. 2. *Rer. German.* pag. 34. *In diebus illis, Emma, grandæva, & Nobilis vidua, obiit, Relicta quondam Comitis Ludgeri, & ſoror Epiſcopi Meinwardi Paderbornenſis, quæ quadraginta annos vidua ſedit, & habuit maximum theſaurum, quem dedit pauperibus, & Eccleſiæ Bremenſi & corpus quieſcit in Eccleſia Bremenſi &c.* (Conf. idem, in Vita *Libentii*, p. 32.) ex quibus ſimul conſtat, quo tempore illa deceſſerit, ſcil. circa annum 1051. *Ludgerus* enim Comes Ejus maritus, obiit an. 1011. & *Emma*, quadraginta annis poſt: id quod etiam Hiſtoria *ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, in Vita *Bezelini*, apud *Lindenbrogium*, p. 79. affirmat: *Nobiliſſima Senatrix Emma obiit, Uxor quondam Luidgeri Comitis, & ſoror Meinwerki, Epiſcopi Paderburnenſis, ſed vidua jam per annos XL. quæ ingentem theſaurum, quem habuit, totum ferè pauperibus & Eccleſiis diſperſit &c.* Adeoque fuit filia *Imed:* Comitis; hinc fortè exiſtimantium error, *Ludero* ipſi Parentem fuiſſe *Immadum*; de quo Dn. *Heineccii Antiquitates Goslarienſes*, lib. I ad an. 1052. p. 58. evolvendæ; quamvis nec *Wolteri* ſententia omni dubio careat, quandoquidem Auctori *Vitæ Meinwerci*, Cap. IV. apud *Surium*, 5. Junii, pag. 84. & 85. & Dn. *Leibnitium* l. c. Tom. I. pag. 518. & 519. ignota eſt *Emma*, dicenti ſaltem: *Imed Comes Nobilem duxit Uxorem, de Terra Saxoniæ, Athelam nomine, de qua, proceſſu temporis, genuit Thiedericum, & Meinwercum, & Gliſmod & Azelam &c.* quorum facta exponit, alto de *Emma* ſilentio. Mortuo *Ottone III.* oppoſuiſſe ſe *Luderum* Thuringiæ Marchioni, *Eckhardo*, Regni faſces ambienti, ſeq. *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 27. in vita *Eccardi Marchionis*, probabo. Deceſſit, ut dictum, eodem anno, quo ipſius frater, *Bernhardus Dux*.

(3) *Suanehildis*, Uxor (1) *Ditmari, Luſatiæ* Mar-

Marchionis. Vid. *Chronicon Montis Sereni*, ad ann. 1171. pag. m. 38. *Dithmarus Marchio duxit filiam Hermanni Ducis à Luneburg, Suanehildam nomine, ex qua genuit Geronem Marchionem. Gero genuit Dithmarum; Dithmarus genuit Odonem, qui ſine liberis obiit, & in eo poſteritatis propagatio ceſſavit. Hi omnes Provinciæ Luſizenſis Marchiones fuerunt, quæ nunc Orientalis Marchia vocatur &c.*

(2) *Eckehardi, Miſniæ Thuringiæque* Marchionis; Vid. *Dithmarus* lib. IV. *Chron.* pag. 42. & apud Dn. *Leibnitium*, l. c. Tom. I. pag. 356. *Ekkihardus, ex Nobiliſſimis Turingiæ Auſtralis natalibus, hujus Genealogiæ ortum ducens —— Thitmari Comitis viduam, & Bernhardi Ducis ſororem, nomine Suonehildam, in matrimonium ſibi copulavit, ex eaque primogenitam, nomine Luidgerdam, acquiſivit filiam &c.* Citatum *Chronicon Montis Sereni* l. c. pag. 39. *Mortuo Dithmaro, Suanehildis, Ejus Relicta, nupſit Ekkehardo Marchioni, filio Guntharii, Marchionis de Thuringia, qui Nuenburgenſem fundavit Epiſcopatum; qui genuit ex ea plures filios, & filias. Unam filiarum ejus, quæ, ex matre, ſoror fuit Geronis Marchionis, Machtildem nomine, duxit Tidericus, genuitque ex ea Thiemonem Comitem, & fratres ejus &c.* & rurſus, pag. 202. *Accepit itaque Tidericus Comes Uxorem filiam Ekkehardi Marchionis, qui in Regia Curte, quæ Police* (Polite) *dicitur, interfectus eſt, Machtilden nomine, ſororem Hermanni & Ekkehardi Marchionis, &, ex Matre, Geronis Marchionis. Gero autem fuit filius Diethmari Marchionis,* (Luſatiæ) *qui, cum fratre ſuo, Gerone, Colonienſi Archi Epiſcopo, Nienburgenſem Abbatiam, juxta Bodam & Salam fluvios, conſtruxit &c.* Conf. *Albini, Meißniſche Chronick*, Tit. X. p. 243. & & 245. &c. *Henningeſius*, l. c. pag. 11. 13. & 99 *Maderus, Genealog.* Marchionum *Miſniæ, Chronico Montis Sereni* præfixa; *Sagittarius*, Diſſ. de *Eccardo I.* Marchione Miſniæ, anno 1675. Jenæ ventilata, Sect. XVII. §. 1. & Sect. XVIII. §. 1. Illuſtre *Benedictini* Inſtituti Cœnobium *S. Georgii*, prope *Numburgum*, eam, an. 1002. fundaſſe, auctor eſt *Gabriel Bucelinus*, Part. 2. *German. Sacræ.* p. 38.

(4) *Mechtildis*, Uxor *Balduini*, *Flandriæ* Comitis. Vid. *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 966 pag. 14. *Arnulphi* (Flandriæ Comitis) *filius Balduinus juvenis —— duxit uxorem, Mathildem, filiam Hermanni; Ducis Saxonum, genuitque ex ea Arnulphum Juniorem &c.* Conf. *Conradus Botho* l. c. *Henningeſius*, l. c. Part. I. p. 77. & Part. 2. p. 99.

Tribuunt *Henningeſius*, l. c. P. 2. p. 99. & *Bucelinus, Hiſtor. Agilolfin.* p. m. 399. eidem filium *Ditmarum*, ſed ſine fundamento; confundentes *Bernhardum II.* Ducem, cui frater *Ditmarus* fuit, cum Parente ipſius, *Bernhardo I.*

v. (7) Objit tandem HERMANNUS noſter, *Quedlinburgi* paulo prius Imperatore *Ottone I.* anno 973. *Luneburgi* ſepultus. Vid. *Ditmarus*, lib. 2. pag. m. 23. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. p. 337. *Dehinc ivit* (Otto I. an. 973.) *ad QUIDILINGEBURG, proximum Paſcha, divinis laudibus, humaniſque peragens gaudiis --- HERIMANNUS autem Dux, ibi tandem moriens, Imperatoris gaudia turbavit. Hujus corpus dum ad Luneburg, à Filio ſuimet, Bernhardo, deferretur, contigit, ibi Brunonem, Verdenſis Eccleſiæ Antiſtitem, in proximo eſſe. Hic, quia Herimannum, dum vixit, banno conſtrictum habuit, ſuppliciter rogatur à Filio, ut & ſolutionem ſaltem defuncto impenderet, &, in Eccleſia eundem ſepeliri liceret. Sed is, quod poſtulat, nequaquam impetrat &c.* Ejuſdem ſententiæ ſunt: *Witichindus Monachus*, lib. 3. Annal. apud *Meibomium* l. c. Tom. I. pag. 662. *Adamus Bremenſ.* lib. 2. C. 14. pag. m. 52. *Necrologium Fuldenſe*, ad ann. 973. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3 p. 764. *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slav.* Cap. 13. §. 5. p. 40. *Chronographus Saxo*, anno 973. pag. 187. *Chronicon Magdeburgicum*, apud *Meibomium* l. c. Tom. 2. pag. 276. *Lambecius*, in *Chronologia & Auctario* libri I. *Rerum Hamburgenſ.* ad an. 973. §. 486. pag. m. 139. *Bangerus*, in Not. ad L. I. *Chronici Slavorum Helmoldi*, Cap. 13. pag. 41. alii annum ſequentem 974. malunt. Auctor *Chronici Slavici*, Cap. X. apud *Lindenbrogium*, p. m. 192. & *Chronicon Luneburgicum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 173. Majori errore proferunt, hoc titulo, annum 981. *Conradus Botho* l. c. ad h. a. pag. 313. verb. *In duſſem Jare, ſtarff Hertoch Hermen, to Saſſen und Lunenborch, unde wart begraven in dat Cloſter upp der Borch, dat he ſulven hadde geſtichtet, und ſyne beyden Sone de regerden ſick wol &c* *Henningeſius* l. c *Bucelinus* l. c. & ſequaces. *Alberto Stadenſi* pag. m. 109. planè arridet annus 984. ſcribenti ad hunc annum: *Herimannus, Saxonum Dux, obiens, Bennonem, filium ſuum, reliquit hæredem &c.* unde ſua *Thraziger*, in *Chron. Hamburg* MS Benè propterea eos carpit *Meibomius*, Not. ad lib. 3. *Witichindi* p. m 704. pariter ac *Lambecius*, lib. I. *Orig. Hamburg.* p. m 13. & in priori Editione, pag. 41. Vice verſa, erroneè rejicit ejus obitum *Membrana S. Blaſiana* Brunſuicenſis, apud *Maderum. Antiq. Brunſuic.* p. 170. in an. 935. ibi *anno Domini 935. obiit Dominus Hermannus, fundator ejusdem Monaſterii* (S. Michaëlis in Luneburg, de quo loquitur) Diem 1. April exprimunt *Meibomius* l. c. *Bangerus* l. c. & *Lambecius* utroque loco citato; occaſione fortè verborum *Ditmari* l. c. *Confluebant* (Quedlinburgi) *Imperatoris Edicto, Miſeco, atque Bolis-*

laus

Digitized by Google

laus, Duces, & Legati Græcorum , Beneventanorum, Ungariorum, Bulgariorum, Danorum & Sclavorum, cum omnibus Regni totius Primariis ; *conſummatisque pacificè cunctis, ditati muneribus magnis , reverſi ſunt ad ſua , lætantes , Calendis Aprilis Herimannus autem Dux ibi tandem moriens , Imperatoris gaudia turbavit &c.* Quis autem non videt, verba: *Calendis Aprilis*, non ad *Hermanni* obitum, ſed ad Principum Legatorumque diſceſſum , pertinere. Epitaphium, omni carens diſtinctione, ſiſtit vetus Tabula, nomina Cœnobii *Michaëlitani* exhibens, à dextris ædem *D. Michaëlis* intrantium ſuſpenſa , hoc tenore :

EPITAPHIUM HERMANNI
BILINGR HERTOGEN THO
SASSEN UND LUNEBORCH
FUNDADORIS DISSES CLOSTERS.

Herman Billingk bin ick genanth
In dem Romeſchen Rike wol bekanth
Ein Eddelman van Stibbeshorn
Was van ſlichten Stammen geboren
Kunſt Dœget Rechtichein mick bracht
Dat Kayſer Ottho mick thom Fürſten macht
Do ick nhu erhaven tho einem Heren
Do ſtifte ick Got unde dem Adel tho Eren
Und bawede dit Kloeſter S, Michael vorwar
Darbeneven Luneborch dat Sloeth aldar
Was tüchtich Strenge in aller Thaeth
Otthe de Groethe mi darumb begnad.

v. (8) *Brunonem*, Epiſcopum Verdenſem, ſolviſſe defunctum, ad Imperatoris preces, quo conſtrictus erat, banno, tradit *Fabricius* , lib. 2. *Originum Saxon.* p. 181. & 182. Cum quibus *Hermannus* , noſter confundi ſoleat, ex Do. *Tolneri Hiſtoria Palatina*, Cap. VIII. p. 203. petendum eſt.

(10) BERNHARDUS I. ſeu BENNO.

v. (1) Principem hunc Parenti, *Hermanno Billingo*, in Saxoniæ Ducatu, ſucceſſiſſe, tralatitium eſt. Teſtimonia Auctoris *Vitæ S. Meinwerci* , C. XX. in vita *Hermanni*, v. 6. ut & *Ditmari.* ibid. v. 7. jam adduxi; quibus jungendi : *Adamus Bremenſis*, lib 2. Cap. XIV. p. 52. *Anno Pontificatus Adaldagi, XXXVIII.* (ArchiEp. Bremenſ.) --- *Hermannus, Saxonum Dux, obiens, Bennonem, Filium ſuum, reliquit heredem ; qui etiam vir bonus & fortis memoratur, excepto, quod, degenerans à Patre , Populum rapina gravavit &c. Helmoldus* lib. 1. *Chron, Slav.* Cap. XIII. §. 5. p. 40. & *Albertus Stadenſis* , ad an. 984. p. 109. eadem repetentes ; conſentiente *Chronico Slavico* apud *Lindenbrogium*, C. X. & XI. p. m. 192. Add. *Vetus Chronicon Holſaticum*, C. XI. apud Dn. de *Leibnitz* , Tom. I *Acceſſ. Hiſtoricar.* pag. m. 18. & 19. *A tempore CAROLI MAGNI, non fuit Princeps & Dux in Saxonia , propter rebellionem ejus, & ideò Imperio fuit ſolum ſubjecta, quapropter eam eidam provido Viro , nomine Hermanno, tanquam Ducatum , conceſſit in titulum , cui ſucceſſit Filius Ejus , Benno &c.* Et *Chronicon Verdenſe*, in vita *Amelungi* XV. Epiſcopi, apud eundem, T. 2. *Rer. Brunſuic.* pag 214. *Hic* (Hermannus) *ex humilibus natus ad alta provectus, genuit Filium Ducem Bernardum. Iſte autem Bernardum ferociſſimum , qui fuit rebellis multo tempore Imperatori , deprimens undique Eccleſias &c.* Et *Chronicon Rhythmicum, Principum Brunſuicenſium*, C. XIII. apud eundem, l. c. Tom. 3. p. 22.

Nu hadde dat Rike aller Tucht
Getogen ſine Frowen Hildegart,
Eynen Son , de heit Bernhart,
De beſat ok dat Hertochdom &c.

Albertus Cranzius, lib. IV. *Saxon.* C. XXIII. *In Inferiori Saxonia Hermannus Dux , ab Ottone I. ad Albim conſtitutus, diem ſuum obiit, annis & virtutibus plenus ; qui Nobilitatem primus in ſuam intulit Familiam , relicto Filio Bennone, virtutum ſuarum imitatore, & ditionis promeritæ juſto ſucceſſore &c.*

v. (2) Conjugem habuiſſe legitur *Beylam, Stetinenſium* Ducis filiam : de qua *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato* , apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 313. ad an. 981. *Hertoge Benno , Hertogen Hermes Sone , to Saſſen unde Lunenborch , de nam Beyla , des Hertogen Dochter, to Stettin, de telde œme dre Sone &c. Cranzius* l. c. ait : *Qui* (Benno) *accepta Uxore Principis , ut ferunt , Stetinenſis filia, bono Patre, non degener filius , dignus habebatur. Mirum vero , cum, per id tempus , omnis illa Wandalorum Provincia Idolis ſervierit , Chriſtianum* Principem *ex Gentilitate iniſſe connubium &c. Bucelino* , in *Hiſtoria Agilolfingica* p. m. 399. vocatur *Geila,* ibi : *Uxor :* (Bernhardi) *Geila , Duciſſa* Pomeraniæ *&c.* Conf. *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 99. *Uxor* (Bernhardi) *Geila, aliis Beila, vel Giſala, filia Wartislavi, Principis Stetinenſis, in Pomerania &c.* Apud coævos, nullum de ea veſtigium.

v. (3) Liberi ejus fuerunt :

(1) *Bernardus II.* de quo, ſuo loco.

(2) *Ditmarus ;* cujus *Conradus Salicus* Imp. in Diplomate, an. 1029. Eccleſiæ *Mindenſi* dato , apud *Piſtorium*, in *Chronico Epiſcoporum Mindenſium* p. 736. hiſce meminit : *Sigiberto, Mindenſi Epiſcopo, & Eccleſiæ, cui ipſe, Deo dante, præſidet, -- quandam ſylvam in Pago Entergowi, in Comitatu vero Bernardi Ducis , cum conſenſu & collaudatione præfati Ducis Bernardi , & ſui Fratris Dietmari , cæterorumque ci-*

vium, in eadem ſylva, usque modo, communionem venandi habentium in ſylvis, campis, & paludibus, inter flumina Oſſenbeke & Alerbeke --- foreſtavi conceſſimus &c. nec non *Ditmarus*, lib. VII. *Chron.* p. m. 112 & apud Dn. *Leibnizium* T. I. *Rer, Brunſuic.* lib. VIII. p. 425 *Meinwercus, Præſul* (Paderbornenſis) à *Thietmaro, Nepote meo, Bernhardi Ducis Fratre, diſpoliatus eſt &c.* Et Auctor Vitæ *S. Weinwerci*, C. XXXI. §. 70. apud Dn. de *Leibniz*, l. c. p. 536. *Thietmarus ſenior, Frater Bernhardi, Ducis Saxoniæ, Vir in hoc mundo valde idoneus fuit, ſed tantum vitiis plenus, quantum rebus, ſuperbia tumidus: in acquirendis rebus, avaritiæ facibus accenſus. Denique, contra jus & fas, ubique fidelium res invadens & diripiens, inter cætera tyrannidis ſuæ opera, quodam tempore, iter ſuum ad Monaſterium Herivordiæ, direxit, faciensque ibi magnam munitatem, Sanctorum ibidem requieſcentium, & ſuæ Sororis Abbatiſſæ, nomine G. deſti, & Congregationis S. Mariæ, theſaurum confregit, & inde plus juſto pecuniæ detraxit. Poſtea, ad Synodum, ſecundum canonicam Conſtitutionem, ab Epiſcopo Meinwerco, vocatus, ad corrigendum commiſſa, eſt ammonitus. Quo ſalubriter compuncto, & utiliter correcto, conſtitutum eſt, Eum Epiſcopo dare triginta tal. denariorum. Illo autem pecuniæ pondus tantum non habente, omne prædium, quod habuit in Brunincthorpe, cum omnibus appendiciis, cum conſenſu & voluntate ſui heredis, Bernhardi, Ducis atque Fratris ſui, ad Dominium Patherbr. Eccleſiæ, pro reconciliatione illius pecuniæ, in proprium dedit &c.* Et Cap. XLIX. p. 546. *Eccleſia Herivordenſis --- tam Ungariorum devaſtatione, quam Thietmari, Fratris Bernardi, Ducis Saxoniæ, invaſione ſpoliata &c.* quæ & apud Surium, in *Vita Weinwerci*, C. 49. 5. Junii, p. 95. occurrunt, ſimulque præmiſſa *Ditmari*, verba illuſtrant. Et C. XCI. apud *Surium* l. c. p. 101. & Jll. Dn. de *Leibniz* l. c. p 557. *Poſt obitum igitur Imperatoris*, (Henrici S.) *ſoli Saxones, in quodam Caſtello, quod Werla dicitur, convenerunt: & tam de Regis Electione, quam aliarum rerum neceſſaria diſpoſitione, tractare cœperunt. Ibi Dominus Weinwercus Epiſcopus, & Thietmarus, Frater Ducis Saxoniæ, Bernhardi, quicquid injuriarum, vel controverſiarum, de Abbatia Helurwardeshuſun, aut aliis rebus, ad invicem habuerunt, penitus dimiſerunt &c.* Add. *Chronicon Quedlinburgenſe* apud Dn. de *Leibniz*, l. c. Tom. 2. pag. 291. ad an 1019. *Conſobrini Imperatoris filii Hermanni Comitis, cum Thiatmaro, Bernhardi* (Primi) *Ducis filio, rebellare cœperunt, qui tamen comprehenſi cuſtodiæ deputantur. Interim prior, fuga elapſus, Patriam repetit: ſed ſtatim, non poſt multos dies, omnes pariter Imperatoris gratia condonantur &c.* & ad an. 1020. *Bernhardus, Junior, Dux Frater Thiatmari, congregato occidentali Exercitu, Imperatori rebellaturus, Schalkesburg intravit, quam idem Imperator cum ſuis obſedit. Sed Bernhardus, juſtitia cedens, interpellante Imperatrice, gratiam Imperatoris, pariter cum beneficio Patris, obtinuit &c.* Hinc ſimul ratio, cur per *Bernhardum Ducem*, non *Primum* hujus nominis, *Hermanni Billingi* filium, ſed *Secundum, Primi* gnatum, intelligam; quia narrata, demum poſt *Bernhardi I.* obitum, contigerunt, adeoque non niſi de filio Ipſius, ejusdem nominis, accipienda: Conf. Dn. *Schaten*, lib. V. *annal. Paderborn.* ad an. 1024. p. 460. & 461. Sic etiam intelligendus *Adamus Bremenſis*, l. c. L 2. C. 49. pag. 75. *Bernardus Dux, & Frater Ejus, Theotmarus, exhortante piiſſima Emma* (Luderi Comitis, Bernhardi I. Fratris, vidua) *quæ Eccleſiam valdè dilexit, Bremenſi Eccleſia multa bona fecerunt &c.* & Cap. 56. p. 79. *Alebrandus autem Archi Præſul* (quem anno 1035. quo *Bernhardus I.* diu jam in cineres erat redactus, *Henricus Wolterus*, in *Chronico Bremenſi*, apud *Meibomium*, T. 2. *Rer. German.* pag. 33. cathedram conſcendiſſe teſtatur) *omnibus acceptus, à Duce Bernardo, ac Ejus Germano, Thiadmaro, pro liberalitate animi, valde honoratus eſt.* Eadem ſuppeditat *Albertus Stadenſis*, ad an. 1032. p. 118. & 1042. p 120. Quem finem Princeps noſter habuerit, docet *Lambertus Aſchaffenb.* ad annum 1048. *Feſtum S. Michaëlis Imperator iterum Polethæ celebravit: ibi, poſtero die, Dietmarus Comes, Frater Ducis Bernhardi, cum à Milite ſuo, Arnoldo, accuſatus fuiſſet, de inito contra Imperatorem conſilio, congreſſus cum eo, ut objectum crimen manu propria purgaret, victus & occiſus eſt &c.*

(3) *Bruno*; Vid. *Albertus Cranzius*, lib. IV. *Saxon.* Cap. XXIII. *Ex illa qualicunque Conjuge* (Principe Stetinenſi) *ſuſtulit* (Bernhardus I. Dux) *filios Brunonem, Bernhardum, Thietmarum: Bruno in teneris deceſſit &c.* Conradus Botho contra, in *Chronico Picturato*, apud Dn. de *Leibniz* l c. Tom. 3. p. 313. memor Conjugis *Bernhardi*, ait: *de telde œme dre Sone; de eyne het Detmer, de ſtarff in der Joget; de ander, Bruno, de wart ein Biſchop to Oldenborch. De Dridde, de heyt Bernd, de beſat dat arve und wart eyn Hertoge to Saſſen, unde ein Her to Lunenborch &c.* ſic & *Gabriel Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, p. 399. *Bruno, Epiſcopus Alteburgens. Hildeſii, in dedicatione, obiit &c.* Et *Hemingeſius* l. c. p. 99. *Bruno, hunc alii juvenem mortuum eſſe ſcribunt, alii Epi-*

ſcopa

ſcopatum Aldenburgenſem in Stargardiæ, (Wagria) *qui jam Lubecenſis nominatur, ei attribuunt, qui ab Unwano ſit inauguratus, & ob negatos reditus Eccleſiaſticos, Hildeſiam ſe contulerat, ubi in Dedicatione Templi S. Michaëlis, in ſiniſtro latere ædis, ita attritus ſit à turba, ut paulo poſt expiraret, ſepultus in Aquilonari plaga prædictæ Eccleſiæ &c.* Cum verò nec *Adamus Bremenſis*, lib. 2. *Hiſtor. Eccleſ.* Cap. 33. ad 44. p. 64 ad 73. vitam *Unwani* ArchiEpiſcopi fusè deſcribendo: nec *Ditmarus*; nec *Annales Hildesheimenſes*, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom. I. p. 726. ubi ad an. 1033. de laudatæ Eccleſiæ dedicatione, ſermo; nec *Chronicon Hildesheimenſe*, C. XIV. XV & XVI. ibid. p. 744. & 745. res iſtius temporis recenſens; nec Auctor *Vitæ S. Godehardi Hildesheimenſis*, C. 3. de eadem agens conſecratione, ibid. p. 489. nec *Chronicon Monaſterii S. Michaëlis Hildesheimenſis*, ejusdem memor, apud *Meibomium* Tom. 2. *Rer. German.* p. 517. & 518. nec Veterum ullus, ejusmodi quid, de *Brunone* commemorent, ſoli *Crantzio* fides tutò non habetur.

(4) *Conradus Botho* l. c. ad an. 1020. p. 322. addit *Mechtildam*, Wendorum Principi, *Miſtiwoi*, nuptam, inquiens: *Hertoghe Bernd to Luneborch* (Secundus) *de hadde eyne Suſter, de het Mechtilda, de hadde eynen Greven van Flanderen, ſo reyde berœret is, de ſtarff. Do kun Hertoghe Bernd, de gaff ſe eynem Forſte to der Wende, de heyt Meſteswyn, de œm gehulpen hadde jegen den Keyſer, Do darna alſe de Hertoge Bernd des Keyſers Frünt wart, de entoch do Hertoghe Bernd ſyne Suſter den Meſteswyn, wente alleman de ſprack ſo: Dat eyn Wendeſch Hunt ſcholde nemen eyn alſo Eddele Fruwe. Diit vordrot dem Marggreve Meſteswyn, unde ſede: Schal ick eyn Hunt ſyn, ſo will ick ock gnarren alſe eyn Hunt; Unde toch mit den Wenden; unde sloch alle de Papen ut Hamborch, unde ſlogen all de Criſten dot, unde vorſtorden Oldenborch, unde vorjagede Biſchopp Benno, unde vorſtorde Mekelenborch, unde dede allen Jammer unde Schande &c.* Idem connubium agnoſcunt *Henningeſius* l. c. *Bucelinus* l. c aliique. Fictum autem illud eſſe, vel inde conſtat, quod (1) Slavorum defectio ad Gentilitatem, non ſub *Bernhardo I.* ſed Ejus filio, *Bernhardo II.* Duce, contigerit, (2) eo demum tempore Slavorum Princeps *Bernhardi* Ducis, (adeoque *Secundi*,) neptem, (non filiam) Filio ſuo (non ſibi ipſi) in conjugium dari petierit, *Adamo Bremenſi* teſte, lib. 2. *Hiſt Eccleſ.* C. 31. p. 63. Quæ ſub *Bernhardo II.* latius exponam.

v. (4) Ob virtutes, & pietatem maximè, quibus coruſtabat, Pii, elogio celebratur. *Adamus Bremenſis*, l. c. C. 33. pag. 65 *Bernhardi II.* malè geſta recenſendo, inquit: *Bernardus enim Dux, tam avitæ humilitatis, quam Paternæ Religionis, oblitus, Gentem Winulorum crudeliter opprimens, ad neceſſitatem Paganiſmi coëgit &c.* Sic *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slavor.* C. XVI. § 2. pag. 50, *Mortuus eſt Dux Saxoniæ Benno, Vir omni probitate conſpicuus, & ſtrenuus Eccleſiarum defenſor &c.* & §. 4. pag. 51. de Ejus filio, pergit: *tam paternæ, quam avitæ, devotionis, quam erga Slavos habebant, penitus immemor &c.* Auctor *Vitæ B. Weinwerci Paderbornenſis*, C. XX. apud *Surium*, 5. Jun. p. 88. & Dn. *Leibnitium* l c. T. I. p. 524. *Bernardus Dux Pius Saxonicus — obiit &c.* *Albertus Stadenſis*, ad an. 1013. pag. 113. *Bernardus* [II] *Dux, tam initæ* (avitæ) *humilitatis, quam paternæ Religionis, oblitus &c.* nec aliter *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, in Vita, *Unwani*, apud *Lindenbrogium*, p. m. 75 & *Wolterus, Chron. Bremenſ.* in vita ejusdem Præſulis, apud *Meibomium* T. 2. *Rer. German.* p. 31. *Conradus Botho* l. c. ad an. 1008. pag. 320. *Dut* (Benno noſter) *was eyn Woldedich Forſte to Gode, unde den Chriſten geweſen*, Fragmentum *Chronici Bardewicenſ.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. III. p. 217. *Na dem Benno, wart Hertoge tho Saſſen ſin Broder* (Sone) *Bernhardus, de v. lgede overſt nicht den Vader in Dogeden, und Bedervicheit, men he wart ein Vordreter und bedrover des gantzen Landes &c.* Auctor *Chronici Quedlinburgici* ad an. 1001. ib. T. 2. p. 288. *Bernhardus Dux, à Rege ſecundus, multigenis ſapientiæ, ſcientiæ, pietatisque donis fœcundus, invehitur Cœlos, ſanctæ Eccleſiæ multa tempora lugendus &c.* Auctor *Annalium Hildesheimenſium*, an. eod apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom I. p. 723. *Bernhardus, Pius Dux, V. II. Febr. obiit &c.* De aliis ne dicam. Ut adeò notabili errore, apud *Adamum* l. c. C. 32. p. 64. & in *Hiſtoria Archi Epiſcoporum Bremenſium*, in vita *Libentii*, apud *Lindenbrogium* p. 75. legatur: *Hæc facta ſunt ultimo tempore Senioris Libentii, ſub Duce Bernardo, filio Hermanni, qui Populum Slavorum graviter afflixit.* Nam, nec *Bernhardus* noſter ultimo tempore *Senioris Libentii*, quippe qui an. 1013. deceſſerat, vixit, anno 1010. jam defunctus; nec *Slavorum* Populum graviter afflixit; utroque in ejus filium, *Bernhardum II.* quadrante.

v. (5) Quod Geſta ejus concernit, ſtrenuam *Ottoni II.* Imp. adverſus *Danas*, operam cum navaſſe, teſtatur *Ditmarus*, lib. 3. p. m. 28. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. p. 342 *Imperator, prima Expeditione* (Danica) *Buſchuth Civitatem cœpit; Danos, ſibi rebelles, petens, ad Sleswigck properavit. Ibi etiam hoſtes ſuos foveam, quæ, ad defenſionem Patriæ, parata eſt, & por-*

portam, quæ Wieglesdor vocatur, armis præoccupare videns, conſilio Bernhardi Ducis, & avi meimet, Henrici Comitis; omnes has munitiones viriliter exuperat -- temporibus his ego natus ſum, 8. Cal. Aug. menſe Julio, anno Dominicæ Incarnationis § 976. *&c.* Quæ poſteriora verba cognoſcendæ Epochæ inſerviunt. pag. 33. & apud Dn. de *Leibnitz* pag. 347. annectit *Ditmarus: Solus Dux Bernhardus in media revertitur via: namque una ex Urbibus ſuis, quam Imperator, contra Danos, opere ac præſidio firmavit, dolo ab his demo capta, cæſis defenſoribus ejusdem, incenſa eſt &c.*

An. 983. debellati, à *Saxonibus*, SCLAVI. Vid. ſeq. *Catal. Ducum Slavic.* v. 15 ad hunc annum.

An. eod. non minoris fidelitatis documentum reliquit, *Ottoni III.* contra *Henrici* Bavari, Regnum ambienis, machinationes; de quo *Arnoldus*, in vita *Godehardi*, Hildesheimenſis Epiſcopi, lib. I. C. 4. apud *Surium*, 4. *Maji*, pag. m 57. & C. I. apud Dn. *Leibnitium* l. c. Tom. I. pag. 485. *anno, poſt partum Virginis* DCCCC. LXXXIII. (non DCCCC LXXXVIII. ut Surius legit) *Ottone Imperatore Secundo, poſt periculoſiſſimum, & etiam infeliciſſimum Calabriæ bellum, adhuc, per Orbem Terræ, clade & infamia notiſſimum, ex hac vita ſublato, & Romae, cum ſummo totius Chriſtianismi mœrore, ſatis tamen honorificè, ſepulto, certè, poſt inconſideratam Merſburgenſis Epiſcopatus deſtructionem, &, poſt innocentem, juxta vocem Populi, Geronis Comitis necem, prædictus Henricus, Bajoariæ Dux, Pater Henrici* [Sancti] *Imperatoris, ab Imperatore, Patruele certè ſuo, ante ſeptennium, ob infidelitatem & tyrannidem, quam contra Eum, paterno more, exercuit, ab honore ſummotus. tunc, occaſione Juſtitiæ, in ſpem regnandi, arrogantiæ furore, incaſſum elatus, herilem Filium, dignum, Dei ordinatione, Regni hæredem opprimere, ſemetque in Monarchia Regni, ſuadente ſeductore. conatur erigere. Cujus tamen nugalis machinatio, à Primoribus Regni, Deum ſanè timentibus, & maximè à Willegiſo, Metropolitano Moguntiaco, & Bernardo, Duce Saxonico, pacificé ſedatur, eique poſt multa apta & inepta, quæ modo melius ſilentur, quia in Chronicis plenius continentur, priſcus Ducatus redonatur &c.* Factum comprobantibus, quos præc. Tit. 2. §. 10. lit. d, ad an. 983. pag. 94. & 95. produxi teſtes.

An. 985. celebrante laudato Imperatore, Paſchatos Feſtum *Quedlinburgi*, *præfuit* Dux noſter *Regiis equis* Vid. *Ditmarus* lib. IV. pag. m. 36. cujus verba præc. Tit X.II. Proœm. lit. b. p. 1020 habentur.

An. eod. Ad interventum Dominæ Theophaniæ, Auguſtæ, Hillebaldi, Wormacenſis Epiſcopi, nec non Bernardi, Ducis Saxoniæ, Otto Imperator III. donavit (Erponi, Epiſcopo Verdenſi) *in loco Verde, ubi principalis ſedes ejus eſſe dignoſcitur, facere mercatum, monetam, thelonium, & bannum, & Edicto ſuo Regio confirmavit, Inſuper, Regali munificentia ſua, contulit eidem, Venationem cervorum cervarumque, per totum Pagum Sturmium &c. Actum Soſat. Anno Domini* 985. Ita *Chronicon Verdenſe*, in annum usque 1472. continuatum, in Vita *Erponis*, Epiſc. XVII. apud Dn. de *Leibnitz* l. c Tom. II. p. 215.

An. eod. SAXONES, *Sclaviam invaſerunt.* Ita *Chronogr. Saxo* h. a. p. 198.

An. 987. SCLAVI, à *Saxonibus* deficientes, ſe ſubdunt Imperatori *Ottoni III.* vid ſeq. *Catal. Ducum Venedicorum*, v. 16.

An. 991 Conſecrante Templum *S. Stephani*, Protomartyris *Halberſtadii*, *Hildewardo* Epiſcopo, *omnes Saxoniæ Principes*, *Dux quoque Bernhardus, & Ludolphus Comes — in laudem Dei, exultantibus animis & vocibus, acclamabant &c,* Hæc ex *Chronico Halberſtadenſi* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 119. conſentiente *Chronico Quedlinburgico*, ad an. 992. ibid. pag. 281.

An. 993. *OTTO Rex, ob petitionem & interventum — Bernhardi Ducis --- dedi ſex manſos Regales, in Villa, Holtshuſen dicta ſitos, & in Comitatu Ekkihardi Comitis in Thuringia &c.* Eccleſiæ ſcil. *Numburgenſi*; Sunt verba Diplomatis *Ottoniani*, quod *Sagittarius*, Exerc. de *Eccardo I. March. Miſniæ*, Sect. VIII. §. 2. p. 10. *Naumburg* aſſervari, docet.

An. eod. laudatus Cæſar, ejusdem *Ducis*. aliorumque Fidelium ſuorum petitionibus aſſenſum præbens, confert in Eccleſiam Quedlinburgenſem Curtem *Walbeck*, vid. ſeq. Catal. *Ducum Thuringiæ*, v. 27. in Vita *Eccardi I.*

An. 994. Sclavi omnes, exceptis Sorabis à Saxonibus defecerunt. Hæc *Chronographus Saxo*, h. a. p. 203.

An 996. mediante Imperatore, ſtabilitur *Saxones* inter *Slavosque* pax, quam, an. 997. *Slavi* rurſus infringunt. Vid. *ſeq. Catal. Ducum Venedic.* v. 16 ad hos annos.

An. 1000. Magna animi fortitudine, cladem ultus eſt, à Suecis Danisque, *Stadenſi* in Portu, illatam, *Sigfrido* Marchione, *Theodorico* Comite, aliisque Viris Illuſtribus, captis, quos, *vinctis poſt terga manibus, Barbari traxerant ad naves; pedesque eorum catena ſtrinxerant, totam exinde Provinciam impunè deprædantes*; ut *Adami Bremenſis* l. c. lib. 2. Cap. XXII. p. 57. verbis utar, immediatè annectentis: *Sed cum ex captivis, ſolus Marchio Sigafridus. cujusdam auxilio piſcatoris, furtim noctu ſublatus evaderet, piratæ, mox in furorem verſi, omnes, quos in vinculis tenuerunt meliores, ludibrio habentes, manibus pedibusque truncaverunt, ac, nare præciſa, deformantes, ad terram ſemianimes projecerunt. — Quam plagam mox cum Exerci-*

Digitized by Google

ercitu ſupervenientes, **Dux Benno**, *&* **Sigafridus Marchio**, *vindicarunt, in tantum, ut piratæ omnes, quos apud* **Stadium** *egreſſos fuiſſe diximus, ab ipſis, auxiliante Domino, fuerunt contriti &c.* Conſ. *Helmoldus* lib I *Chron. Slav.* Cap. XV. §. 10. &c. pag. 47. & 48.

Inclinantes quoque ad defectionem Slavos, non minori prudentia, in officio continuit. Teſtis *Helmoldus* l. c. Cap. XIV. §. 9 & 10. p. 43. *Eo quod* **Magnus Otto** *jam pridem præſenti vita deceſſiſſet,* **Medius** *quoque, nec non &* **Tertius Otto**, *bellis Italicis eſſent occupati: &, ob hanc cauſam,* **Slavi**, *temporis opportunitate freti, non ſolum Divinis Legibus, ſed & Imperatoriis juſſis, cœpiſſent paulatim obniti, ſolus* **Saxoniæ Dux**, **Benno**, *aliquam* **Dominationis umbram, licet tenuem, prætendere videbatur, cujus reſpectu, Slavorum impetus retardati ſunt, ne aut fidei Chriſtianæ renunciarent, aut arma corriperent** *&c,*

Qua ſubmiſſione, an. 1002. recens electum Imperatorem. *Henricum Sanctum*, in *Saxonia* ſuſceperit, ex *Adelboldo*, in vita hujus Cæſaris, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, p. 436. petendum eſt, ubi: *Rex, procedens in Saxoniam pervenit* **Merſeburg, Benno, Dux Saxonum; Bulizlaus, Dux Sclavorum, Liebzo** (Libentius) *ArchiEpiſcopus Bremenſis;* **Benno**, *Epiſcopus Hildenenſis,* **Ratherius**, *Epiſcopus Paderbornenſis;* **Arnulphus**, *Halberſtetenſis, cæteri Epiſcopi de Saxonia, & Comites plurimi, in feſtivitate S. Jacobi, Regi occurrunt; acclamatum ſuſcipiunt;* (Suſceptum) *collaudant; collaudato manus ſinguli, per ordinem, reddunt; redditis manibus, fidem ſuam, per ſacramenta. promittunt; fide promiſſa, Regem coronant; coronatum in ſolio Regio locant; locatum debita congratulatione venerantur &c.* Ita & *Ditmarus*, cujus verba præced. Tit 2. §. 10 lit. d. ad an. 1002: p. 96. & 97. recitavi; *Chronographus Saxo*, an. eod. p 214. Alii Cum debellatum iret *Henricus* Imperator *Boleslaum* Bohemum, interfuiſſe Principem noſtrum Expeditioni, affirmat *Ditmarus*, lib. VI. pag. m. 73. Sed & Quidam *Nobilis, nomine Richardus, pro animæ ſuæ, Parentumque ſuorum remedio, quicquid hereditatis, vel proprietatis, habuit, in Villis ac Merchan* **Gladabiki, Hiridecaſſun, Hemmanhus, Heriſti, Perrenhus, Dallanhus**, *aut, in omni Orientali Exercitu, cum conſenſu ac petitione ſui juſtiſſimi heredis,* **Wiris**, *cum omnibus appenditiis, dedit Eccleſiæ,* (Paderbornenſi) *& Epiſcopus, hoc piè perpendens, aſtante* **Bernhardo, Duce, Conrado, Amulungo, Thiadrico**, *Comitibus, & aliis multis,. unam Curtem, quæ vocatur* **Betanun**, *cum* **XVI.** *familiis, &* **XX.** *aratra decimationis, ei conceſſit, omnibus diebus vitæ ſuæ; recipiendi ſua dans ei poteſtatem, ſi quis ei cum attinentiis præfatam auferret curtem &c.* Hæc Auctor *Vitæ S. Meinwerci* Paderbornenſis, Cap. XXXII. v. 39. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 533.

Cœnobium quoque *Luneburgicum* haud parum Ei fuiſſe curæ, utpote quod ad finem perduxit, fragmentum, teſteſque, in vita *Hermanni*, Parentis ejus, v. 4. laudati. documento ſunt.

v. (6) Vanitatibus tandem mundi *Corbejæ*, valedixit, Anno M. X. 9. Februar. & *Luneburgum* translatus, in Cœnobio ibi mandatur terræ. Rationes ſic inſtituo: Obiit *Bernhardus* noſter anno XXII. ArchiEpiſcopi Bremenſis, *Libentii*, vel *Adamo Bremenſi*, l. c. lib. 2. Cap. 32. p. 64. teſte. *anno igitur Archi Epiſcopi* (Libentii) *XXII.* **Benno, Dux Saxonum**, *obiit &c.* Deceſſit autem Præſul hic, anno 1013. Regiminis XXV. eodem *Adamo* confirmante l. c. Cap. XX. p. 55. ubi: LIBENTIUS *ſedit annis XXV. &c.* & cit. Cap. XXXII. p: 64 *Omnibus benè compoſitis, obiit B. Archimandrita,* LIBENTIUS, *unaque Ferdenſis Epiſcopus, anno Domini, M. XIII. Indict. XI. & ſepultus eſt in medio Chori, ante gradus Sanctuarii, pridie Nonas Januarii &c.* Conſentientibus *Chronographo Saxone*, an. 1013. p. 223. *Alberto Stadenſi*, an. eod. p. 113. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, in vita *Libentii*, apud *Lindenbrog.* p. 75. *Chronico Slavico*, an. eod. ibid. p. 253. *Henrico Woltero, Chron. Bremenſ.* in ejusdem vita, apud *Meibomium* l c. T. 2. p 31. *Bangerto*, ad lib. I. *Helmoldi.* Cap. XVI, pag. 53. *Petro Lambecio*, lib. I. *Orig. Hamburg* §. 42. pag. m. 13. aliisque pluribus. Reſpondebit ergò annus *Libentii* Regiminis XXII. anno Chriſti M. X Quem Duci noſtro emortualem fuiſſe, *Helmoldus* quoque lib. I. Cap. XVI. §. 1. & 2 p. 50. aſſerit: *Circa idem tempus, impletus eſt annus Incarnationis Verbi,* **Milleſimus primus**, *in quo fortiſſimus Imperator,* **Otto III.** *cum jam tertio Victor Romam intraſſet, immatura morte præventus occubuit, cui ſucceſſit in Regno, pius Henricus* — *at vero* **Regni** *ejus decimo, mortuus eſt* **Dux Saxoniæ. Benno**, *&c.* falſa licet hypotheſi, quaſi *Otto III.* anno 1001. vivis ſit ereptus; non minus *Albertus Stadenſis*, ſcribens ad ann. 1010. p. 113. BENNO, *Dux Saxonum, obiit &c. Bangertus* l. c *Lambecius* l. c. ſequentem annum 1011. proferunt, hoc titulo: *Necrologium Fuldenſe*, ad h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 766. ibi: **Berenhart Dux**, ſcil. abiit ad plures: *Annales Hildesheimenſes*, apud eundem T. I. p. 723. *anno* 1011. *Rex Natalem Domini Frankenavord celebravit, &, in capite jejunii, Corbejam, venit;* **ibi Bernhardus, Pius Dux, V. Idus Februa-**

 rii,

rii, obiit, & in Luniburg, Cœnobio B. Michaelis, magno exequiarum planctu, ſepultus, quod ipſe, à fundamento conſtruxerat, & in quo Monachorum Congregationem adunaverat &c. Habes hic ſimul diem, locaque obitus, & ſepulturæ. *Chronicon Quedlinburgicum*, an. eod. apud eundem, l. c. Tom. 2. pag. 288. verbis præced. v. 4. occurrentibus; *Chronicon Luneburgicum*, apud eundem l. c. Tom. 3. p. 173. *Fragmentum Chronici Bardewicenſ.* ibid. p. 217. &c. annum 1012. propugnare videtur Auctor *Vitæ S. Meinwerci*, *Paderbornenſis*, Cap. XX. cujus verba, in vita *Hermanni Billingi* v. 6. Tit. *Luderus*, jam exhibui, docens; *Ansfridum* Trajectenſem reliquiſſe has res, anno 1010. excepiſſe Eum, anno ſequenti (adeoque 1010.) 7. Kal. Martii, *Willigiſum* Moguntinenſem; huncque ſecutum, *quinta dehinc proxima Idus Februarii*, conſequenter, 9. Febr. 1012. *Bernhardum*, Saxoniæ Ducem. Quam ſententiam *Baronius* quoque T. XI. Annal. ad an. 1012. §. 6. p. m. 40. amplectitur. Errat minimum *Conradus Botho* l. c. ad annum 1008. ſcribens: *In düſſem Jare --- do ſtarff Hertoghe Benno to Saſſen unde Lunenborch, unde wart begraven in de Clufft up Lunenborch, by ſinen Broder, (Vaders Broder) Greven LUDER, vor Sunte Marien Altar &c.*

(II) BERNHARDUS II. ſeu BENNO.

v. (1) Mortuo Patre, obtinuit *Saxoniæ Ducatum Bernhardus* noſter de quo Auctor *Vitæ S. Meinwerci Paderbornenſis*, Cap. XX. verbis præced. vita *Hermanni Billingi*, v. 6. voc. *Luderus*, pag. occurrentibus. Add. *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slav.* Cap. X. I. §. 2. p. 50. *Anno Regni Ejus* (Henrici Sancti) *decimo, mortuus eſt Dux Saxoniæ, BENNO, Vir omni probitate conſpicuus, & ſtrenuus Eccleſiarum defenſor, cujus Principatus hæres factus eſt Bernhardus. Filius Ejus, licet à paterna felicitate divertit &c.* Sic *Annales Hildesheimenſes*, ad an. 1011. apud Dn. de *Leibnitz* Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 723. *Bernhardus, pius Dux, V. Idus Februarii obiit --- poſt quem vero Filius Ejus, Benno, Ducatum obtinuit &c. Chronicon Verdenſe*, in Vita *Amelungi, XV.* Epiſcopi, apud eundem, l. c. Tom. 2. p. 214. cujus verba præced. Vita *Bernhardi I.* v. 1. pag. exhibui. *Chronicon Holſaticum*, Cap. XI. apud eundem, Tom. I. *Acceſſionum Hiſtoricarum*, p. 19. *Bennoni* (primo) *mortuo ſucceſſit Dux Bernardus, Filius Ejus &c. Chronicon Rhythmicum Principum Brunſuicenſium*, Cap. XIII. apud eundem Tom. 3. *Rer. Brunſ.* p. 23. facta mentione *Hermanni Billingi* ejusque Conjugis.

Ok gewann œr Sone, Bernhart,
To Erben eyn Kindelin,
Dat heit man, na dem Vader ſin,
Bernhart; Hertoge ut Saſſen Lant &c.

Conf. de Genealogia: *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato*, ad an. 1008. apud eundem, l. c. p. 320. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XI. p. m. 192. *Cranzius*, lib. IV. *Saxon.* Cap. XXX. &c.

v. (2) Conjugem Ejus innuit *Conradus* Botho l. c. *Hertoge Bernd to Saſſen unde Lunenborch, Hertogen Benno Sone, de nam Bertradam effte Hericke, des Koniges Dochter ut Norweghen, de telde œme twey Sone, de eine het Ortdolgus; de ander, Hermen; de ſtarff ane Wyff ---- Ortolff de beſat dat Arve &c.* Idem docent *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 100. *Bertrada* Patrem *Haraldum* vocans; *Bucelinus, Hiſtor. Agilolfing.* p. m. 399. alii.

v. (3) Liberi fuere:

(1) *Ordulphus*, ſeu *Otto*, de quo, ſuo loco.

(2) *Hermannus* Comes, Qui flagrante Civili Bello Saxonia, admodum clarus fuit, vel *Lamberto Aſchaffenburgenſi*, bellum iſtud deſcribente, ad an. 1073. teſte, apud *Piſtorium* p. m. 192. *Hujus Conjurationis* (adverſus Henrici IV. Imp. molimina) *Authores ac ſigniferi quidem erant; BUCCO, Halberſtatenſis Epiſcopus; OTTO, Dux quondam Bajoariæ, atque Herimannus, frater Ottonis, Saxonici Ducis, qui ſuperiore anno deceſſerat &c.* & pag. 169 *Luineburg quoque Oppidum Maximum Ottonis, Ducis Saxonici, ſitum in confinio Saxonum & Luticiorum, occupaverat* (Henricus laudatus) *militesque lectiſſimos cum Eberhardo; filio Eberhardi Comitis de Ellenburg, impoſuerat, non aliam ob rationem, niſi quod omnia quæ prædicti Ducis fuerant, in poteſtatem Regiam; jure deditionis, per Magnum, filium Ejus, veniſſe, argumentabatur --- Herimannus, Frater Ducis Saxonici, jam pridem, ante quam Rex Saxonia effugaretur, Luineburg obſederat, militesque Regis, quoniam temere ingreſſi, alimenta non habebant, paucis diebus ad deditionem coëgit, nec tamen dimittere victos, aut punire, volebat, ſed intra Oppidum diligenti cuſtodia, ne effugerent, obſervatos, ſecundum Prophetam, pane arcto, & aqua brevi ſuſtentabat, mittensque ad Regem, mandavit, ut ſi ſuos, qui obſidebantur, vivos incolumesque recipere vellet, Magnum, Fratris ſui Filium, deditione abſolveret, ſibique remitteret; ni id faceret, ſe de his, tanquam de hoſtibus, qui fines alienos, contra Leges, invaſiſſent, juxta Leges Gentis ſuæ, capitale ſupplicium ſumpturum. Diu Rex, quid ageret, ambigebat. --- Itaque in Aſſumptione S. Mariæ, cum adhuc Herveldiæ eſſet, miſit, qui Magnum, cuſtodiæ exemptum, ſuis reſtituerent, & eos, qui in prædicto Caſtello* (Luneburg) *jam pumculi ſervabantur, obſidione*

dione & periculo liberarent &c. Quæ omnia *Helveldenſis* Monachus in Chronico, apud *Schardium*, Tom. I. *Rer. German* ad an. 1073. p. m. 898 & 401. repetit; Unde ſimul apparet, *Hermanni* fratrem, *Ordulfum*, alio nomine, & *Ottonem*, vocari. Confirmat hæc, *Bruno*, in *Hiſtoria Belli Saxonici*, apud *Freherum*, Tom I. *Rer. Germ.* p. 106. *Rex* (Henricus IV.) *Magnum, Ducem, in carcere ſuo, per integrum biennium, tenuit, ita, ut nullus in hoc tempore ſciret: Utrum viveret, vel, ubi eſſet --- Rex etiam Caſtellum Luniburgum, quod ibi prope erat, conſideravit, cujus munitione perſpecta, in ejus cupiditatem, ſuo more, vehementer exarſit, quaſi, ſi illud in poteſtate ſua teneret, nullus in illis partibus ſibi reſiſtere potuiſſet. Illud autem Caſtellum Magni Ducis Parentum ſemper fuerat, & ad ipſum, ſuumque Patruum, Hermannum, tunc hæreditario jure, pervenerat. Ex paucis ergo, quos habebat ſecum, fideliſſimos ſeptuaginta ferè dimiſit in illo Caſtello, qui etiam ipſum, totamque Regionem circa, compellerent Regio parere ſerviliter Imperio. Sed his temere ingreſſis, Hermannus, dum Rex è finibus ſuis fuiſſet egreſſus, expectat, & mox ipſum Caſtellum, cum multa virtute, circumdat. Illi quid facerent? Caſtellum quidem forte, & cunctis, niſi ſoli fami, inſuperabile, ſed, præter paucos panes, quos diſcedentes Monachi reliquerant, nihil, quod manducari poſſet, habebat, fames eos Caſtellum relinquere jubebat, ſed obſidia ferri virtus eos exire non ſinebat. Paucis autem non erat tutum cum Exercitu venire in prælium. Deditionem ergo Comiti Hermanno offerebant, ſed Ille, niſi Magnus Dux, filius Fratris ſui, rediret, nullum iſtorum abiturum dicebat. Quo aperto, Rex multas anguſtias habuit, nec, quid ſibi fuiſſet utile, facile excogitare potuit. Illos obſeſſos, per vim liberare non potuit, quod de Saxonibus, quos offenſos habebat, Exercitum congregare non credidit; de Gentibus vero aliis, ſuæ Ditioni ſubjectis, eam multitudinem, cui illuc ire tutum eſſet, non habuit. Ducem reddere noluit, quod, dum Illum in vinculis tenebat, ſecurus à Bello Saxoniæ fuit. Solus enim timor, ne Ille occideretur, fecit, ut tot injuriis acceptis, bellum non inciperent, Tot autem Fideliſſimos ſuos, inter quos etiam erant, qui Nobiles Cognatos habebant, & fortes, ſi perire dimitteret, nullum ultra fidelem ſibi inveniret, & tutum tempus ab eorum Propinquis nullum haberet. Reddidit ergo Magnum Ducem, & ſuorum Fidelium recepit multitudinem: Inde natum Proverbium per totam Saxoniam divulgatur: Quod unus Saxo ſeptuaginta Suevis ematur, & LXX. Suevi uno Saxone redimantur &c.* Eadem dicunt Recentiores. *Luneburgum Billingicæ Genti hæreditarium* fuiſſe, jam in vita *Hermanni Billingi* v. 2. notavi.

An. 1075. reportante *Henrico*, Imperatore, ad fluvium *Unſtrut*, de Saxonibus, victoriam, laudati Principes ad deditionem compulſi leguntur; teſtis *Lambertus*, ad h. a. p. 228. *Tandem deditioni conſenſerunt --- poſtera die, Rex, ad ſuſcipiendos eos, in media latè patentis campi planitie, in loco, qui dicitur Spiraha, aſſedit, toto Exercitu ad hoc ſpectaculum ſolenniter evocato --- Igitur introducuntur per ordinem, Saxoniæ ac Thuringiæ primo Principes; WEZIL, Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis;* BUCCO, *Epiſcopus Halberſtadenſis; Otto, Dux quondam Bajoariæ; Magnus Dux Saxoniæ; Herimannus Comes, Patruus Ejus; Fridericus, Palatinus Comes &c.* Eadem dicente Monacho *Herveldenſi*, ad h. a. p. 424. Conf. Helmoldus, lib. I. Cap. XXVII. §. 7. pag. 71. & præced. Tit. V. in vita *Henrici IV.* v. 4. an. eod. p. 537. & 538.

Sequenti anno 1076. *Rex, finito in Wormatia Colloquio, concitus Goslariam rediit, ibique iram ſuam, qua, multo jam tempore, in Saxones anxiè æſtuaverat, omni crudelitate explebat, Principes Saxoniæ, qui in deditionem venerant, in ultimas Regni partes relegabat, bona eorum ſuis fautoribus, pro libito ſuo, diripienda permittebat &c.* ita *Lambertus*, ad an. 1076. p. 235. & Monachus *Herveldenſis*, an. eod. p. 429. Vento nimium ſecundo, contrahendis velis, Rex *omnes Regni Principes, in Pentecoſten, Wormatiæ, ſibi occurrere juſſit; quid facto opus eſſet, communi conſilio, ut prætendebat, deliberaturus. Statuta die, cæteris amplo ſatis numero occurrentibus, nullus aderat ſupradictorum Ducum, à quibus Reipublicæ periculum timebatur ---- ita Conventus ille Principum, caſſata voluntate Regis, nullum habuit effectum. Iterum, in Natale S. Petri Apoſtoli, Moguntiæ eos adeſſe, addita jam, Edicto, obnixa ſupplicatione, præcepit; ſed ne tunc quidem quiſquam eorum, vel ſupplicantem attendit, vel præcipientem, omnibus planè ad rebellionis ſtudium immobiliter obſtinatis &c.* Hæc iterum *Lambertus* l. c. pag. 237. & *Herveldenſis* l. c. pag. 430. & 431. Hac ergò rerum facie, ut *Lambertus* l. c. p. 239. & *Herveldenſis* l. c. p. 432. docent: *Sapienti certè uſus conſilio,* (Imperator) *quoniam conſtet, omne Regnum nulla vi, nulla clade, citius quam domeſtica, atque inteſtina ſimultate, labefactatum corruere ---- Magnum, Ducem, Fridericum, Palatinum Comitem, præterea omnes Saxoniæ & Thuringiæ Principes, qui adhuc in deditione tenebantur, ab exilio revocari jubet, & clementer accerſitis, ait, ſe, cum juxta Palatinas leges extremo in eos ſupplicio animadvertere poſſit, & hoc jure faciat ---- ſe primos in amicis habiturum, &, cum opportunitas præbuerit, Beneficiis; prout Regiam Munificentiam deceat*

Digitized by Google

ceat, honoraturum &c. Quamvis *Hermannus*, noſter, alio modo, in libertatem ſe vindicaverit, vel *Lamberto*, an. eod. p. 236 & Monacho *Herveldenſi*, an. eod. p 430. teſtibus: *Inter hæc, rediens Herimannus, Patruus Magni, Ducis, & alii plerique ex Principibus dedititiis, quos, ut prædictum eſt, inconſulto Rege indulgentia eorum, à quibus tenebantur, deditione, abſolverat, inopinatum cunctis gaudium præſtiterunt &c.* Aſt anno 1078. denuò in *Strovienſi* prælio, infelices, alter ſpoliatus, alterque rurſus captus, noſcuntur; qua de re, *Conradus Urſpergenſis* ad h a. p. m. 170. *Heinricus Rex, properanti contra ſe, cum multo Exercitu, Rudolpho juxta Strouui, occurrit, initoque prælio, non pauci ex his atque illis proſternuntur, ac incerta fit victoria, utrisque certatim fugientibus ad propria; ubi, à vulgaribus hominibus, Wecil, Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus, in fuga occiditur, ſive, ut quidam dicunt, ſuſpenditur; Magnus Dux deſpoliatur; Hermannus Comes, Ejusdem Magni Patruus, & Adelbertus, Wormacenſis Epiſcopus. compremenſi, ac plurimi de Militibus Saxonicis turpiter ſunt interempti &c.* Conf. *Chronographus Saxo*, an. eod. p. 262. *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. 138. & præced. Tit. V. l. c. p. 543. ad an. 1078. Theſin meam inſuper firmant: *Adamus Bremenſis*, lib. IV. *Hiſt. Eccleſ.* Cap I. pag. m 111. *anno Pontificis Noſtri* (Adelberti) *decimo ſeptimo, Bernardus Saxonum Dux obiit, qui, à tempore Senioris Libentii, jam per quadraginta annos, Slavorum res, atque Nordalbingorum, ac noſtras, ſtrenuè adminiſtravit; poſt cujus obitum, Filii Ejus, Ordolf & Hermannus, hæreditatem Patris acceperunt, malo omine Bremenſis Eccleſiæ &c.* Eadem proferens *Helmoldus*, lib. I. Cap. XXII. §. 6. p. m. 63. addendo: *Et quidem Ordulfus Ducatum ſuſcepit gubernandum, licet fortitudine, & militiæ uſu, longè à felicitate Paterna diverterit &c.* *Albertus Stadenſis*, ad an. 1062. pag. m. 128. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XIV. p. m. 193. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, in vita *Adelberti I.* ad annum 1062. ibid. pag. m. 83. *Henricus Wolterus*, *Chron. Bremenſ.* in vita ejusdem Archi-Epiſcopi, ad an. 1062. apud *Meibomium*, T. 2. *Rer. German*, pag. 42 *Albertus Crantzius*, lib. V. *Saxon.* Cap. 2. Quæ fuerit *Hermanni* portio, non ſatis liquet. *Conradus Botho* in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad an. 1046. apud Dn. de *Leibnitz* Tom. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 325. ait: *Hertoghe Bernd de ſtarf, unde wart begraven in dat Münſter up Lunenborch, vor des hilligen Crützes Altar; Syne Sone beyde de telden de Lande: Ortolff de heylt Lunenborch, unde Hermen dat Rike der Wende, over nicht langhe wanne viff Jare, do behelt Orttolff dat ganſe Lant &c.*

Hinc *Albertus Crantzius* l. c. conſtituit Eum Comitem *Aldenburgicum*. Conjectura *Lambecii*, lib. I. *Originum Hamburgenſium*, ad an. 1061. §. 60. p. m. 18. & 19. (in priori Editione, p. 146. & 147.) *Nordalbingiam* Eum, ex hæreditate paterna, ſortitum, non ſine fundamento eſt, quandoquidem *Liemarus* ArchiEpiſcopus, in Diplomate an 1088. ſuper ſatisfactione *Gerhardi de Stumpenhuſen*, confecto, apud *Lindenbrogium*, inter *Privilegia Archi Eccleſiæ Hamburgenſis*, §. XXXIII. pag. m. 146. (al. 168.) *Hamburgenſis Comitis* titulum Ei impertit: *Cum in Villa, quæ dicitur Archeim, Nos, & Dux Magnus, & reliqui Milites Eccleſiæ noſtræ, quibusdam de cauſis, colloquium haberemus, aderant autem Dux Magnus, ut dixi, Udo Marchio, Udonis Marchionis Filius, tunc adoleſcens --- de Militibus Ducis, Comes H. de Hammaburg; Comes Reynoldus; Hermannus de Imma &c.* Plura de Eo, *Adamus*, lib. 4. Cap 2. & 3. p. 111. & 112. Conf. ſeq. vita *Ordulphi*. Perperam ejus obitum refert *Bucelinus* l. c. ad annum 1066 & *Henningeſius* l. c. in annum 1068. Alii eum an. 1078. interfectum arbitrantur, quorum vera ſententia, ſi vox *interempti*, qua *Conradus Urſpergenſis* l. c. ad h. a. utitur, *Hermannum* quoque reſpiciat, nec adducta *Liemari* charta de an. 1088. de eo loquatur.

(3) Dantur *Bernhardo* noſtro duæ quoque filiæ, quarum alteram, *Hildegardam*, Obotritorum Regulo, *Buthue*, alteramque *Roberto Friſio*, Flandriæ Comiti, nuptas contendit *Bucelinus*, *Hiſtor. Agilolfing.* p. 399. conſentiente, quoad poſteriorem, *Henningeſio*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 79. & part. 2 pag. 100. Tacent autem eas coævi Scriptores; nec hinc habenda fides *Fragmento Chronici Bardewicenſis*, apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſ.* p. 218. *anno* 1019. *do begunde he* (Bernhardus noſter) *ſick tho ſetten jegen Keyſer Hinrich. Darvan nemen de Wenden Orſake, und treden wedder van dem Chriſten loven --- Duſſen argen Sake was, alſe me ſede, der Wende Forſte, Meſtwinus, de hadde getruwet duſſes Hertogen van Saſſen Dochter &c.* Fictum hoc connubium mox dicenda declarabunt.

v. (4) Initia Regiminis ejus dura erant, nec ulla commendatione digna; Slavis, quos vix Parens ejus, potentia & prudentia, ab Idolorum aris arcuerat, èo usque abutebatur, ut, circa annum 1013. cum furore Chriſtianorum ſacra desererent. Qua de memorabili defectione, *Adamus Bremenſis* lib. 2. *Hiſtor. Eccleſ.* Cap. XXX. p. 62. hæc ſuppeditat: *Poſt cujus* (Ottonis III.) *mortem, Regnum in contentione remanſit. Tunc SLAVI, à Chriſtianis Judicibus plus juſto compreſſi, excuſſo tandem jugo ſervitutis, libertatem ſuam armis defendere ſunt coacti. Principes autem Winulorum*

erant

Digitized by Google

erant MIZZIDROG *&* MISTROWOI. *quorum ductu ſeditio inflammata eſt. His ergò Ducibus Slavi rebellantes, totam primò Nordalbingiam, ferro & igne, depopulati ſunt. Deinde reliquam peragrantes Slavaniam, omnes Eccleſias incenderunt, & ad ſolum usque diruerunt. Sacerdotes autem, reliquosque Eccleſiæ Miniſtros, variis enecantes ſuppliciis, nullum trans Albiam Chriſtianitatis veſtigium reliquerunt. Apud Hammaburg, eo tempore, ac deinceps, multi ex Clero & civibus in captivitatem ducti ſunt, plures etiam interfecti, propter odium Chriſtianitatis. Narravit nobis diu memorandus Rex Danorum, qui omnes Barbarorum res geſtas, ac ſi ſcriptæ eſſent, in memoria tenuit, Aldinburg, Civitatem populoſiſſimam de Chriſtianis inventam eſſe. Sexaginta, inquit, Presbyteri, cæteris, pecudum more, obtruncatis, ibi ad ludibrium ſervati ſunt, quorum major loci Præpoſitus, Oddar nomen habuit, noſter Conſanguineus. Ille igitur, cum cæteris, tali martyrio conſummatus eſt, ut, cute capitis, in modum crucis, inciſa, ferro cerebrum ſingulis aperiretur. Deinde, ligatis poſt terga manibus, Profeſſores Dei per ſingulas Slavorum tracti ſunt Civitates, aut verbere, aut alio modo, vexati, quousque deficerent &c.* Et C. XXXI. p. 63, *Omnes igitur Slavi, qui inter Albiam & Oddoram habitant, per annos ſeptuaginta & amplius, Chriſtianitatem coluerunt, omni videlicet tempore Othonum, talique modo ſe à corpore Chriſti & Eccleſiæ, cui ante conjuncti fuerant, abſciderunt &c.* Qua occaſione nefandus hic ad Gentilitatem reditus contigerit, exponit *Adamus* l. c. hiſce verbis: *Eo tempore, Dux Slaviæ, petiit Filio ſuo neptem Ducis Bernardi, dari in conjugium, quod & Dux conſenſit. Tunc Princeps Winulorum miſit Filium ſuum, cum Duce, in Italiam, cum mille Equitibus, qui ferè omnes ibi ſunt interfecti. Poſthæc, cum Filius Ducis Slaviæ pollicitam ſibi expeteret Uxorem Thiadericus Marchio intercepit conſilium, proclamans: Conſanguineam Ducis non eſſe dandam cani. Iſte Thiadericus Slavorum erat Marchio, cujus ignavia coëgit eos fieri deſertores. Qui poſtmodum ab honore ſuo depulſus, & ab omni hæreditate ſua, apud Magdeburg Præbendarius vitam, ut dignus erat, mala morte finivit &c.* (Quibus ſimul patet, nullum fuiſſe contractum matrimonium inter *Miſtiwoi*, Obotritorum Principem ipſum, & *Bernhardi* noſtri filiam; ut *Helmoldo*, lib. I. Cap. XVI. §. 5. p. 51. cujus verba mox reddam, aliisque multis, videtur, ſed inter iſtius Filium. *Udonem* fortè, & *Bernhardi* neptem; num ex fratre, *Ditmaro*? an Filio, *Ordolpho*? non liquet.) Et C. XXXIII. p. 65 *Ipſo tempore* (quo Unwanus, an. 1013. Libentium excepit) *ferunt, aggerem Bremenſem firmatum, contra inſidias & impetus inimicorum,* *præcipuè, quoniam Dux Bernhardus, Heinrico Imperatori auſus rebellare, terruit & turbavit omnes Eccleſias Saxoniæ. Ex illo enim tempore, quo Dux in hac conſtitutus eſt Regione, nunquam diſcordia inter geminas domos, ſcilicet ArchiEpiſcopi & Ducis, ceſſavit; illis impugnantibus Regem & Eccleſiam, iſtis pro ſalute Eccleſiæ certantibus. Hæc æmulatio partium, dum prius occulta eſſet, ex eo tempore vires accepit, & crevit in immenſum. Bernardus enim Dux, tam avitæ humilitatis, quam paternæ Religionis oblitus, primò quidem per avaritiam, Gentem Winulorum crudeliter opprimens, ad neceſſitatem Paganiſmi coëgit; deinde, per ſuperbiam, beneficiorum immemor, totam ſecum, ad rebellandum Cæſari, movit Saxoniam; noviſſimè, ſurgens in Chriſtum, Eccleſias hujus Patriæ non dubitavit impugnare, præcipuè noſtram, quae & ditior eo tempore cæteris, & remotior videbatur à manu Imperatoris &c.* Audiamus *Helmoldum* l. c. §. 3. & ſeqq. p. 50. & 51. *Ex illo tempore, quo* (Bernhardus noſter) *Dux conſtitutus eſt, in hac Regione nunquam ceſſavit diſcordia, & perturbatio, quoniam Dux Henrico Imperatori rebellare auſus, totam ſecum ad rebellandum Cæſari movit Saxoniam. Deinde, ſurgens in Chriſtum, omnes Eccleſias Saxoniæ terruit atque turbavit, illas præcipuè, quæ, in memorata rebellione, ipſius malitiæ noluerunt applicari. Acceſſit his malis, quod idem Dux, tam paternæ, quam avitæ devotionis, quam erga Slavos habebant, penitus immemor, Gentem Winulorum, per avaritiam, crudeliter opprimens, ad neceſſitatem Paganiſmi coëgit. Sanè eo tempore Slavorum dominio potiti ſunt Theodoricus Marchio, & Dux Bernardus, illo quidem Orientalem, iſto Occidentalem poſſidente Provinciam, quorum ignavia Slavos coëgit fieri deſertores. Rudes enim adhuc in fide Gentilium Populos, quos optimi quondam Principes, cum magna lenitate, foverant, temperantes rigorem his quorum propenſius inſiſtebant ſaluti, iſti tanta crudelitate inſectati ſunt, ut, excuſſo tandem ſervitutis jugo, libertatem ſuam armis defendere cogerentur. Principes Winulorum erant* MISTIWOI *&* MIZZUDRAG, *quorum ductu ſeditio inflammata eſt. Sermo ergò eſt, & veterum narratione vulgatum, quod idem* MISTIWOI *petiit ſibi neptem Ducis Bernardi, & ille promiſit. Tunc idem Princeps Winulorum, volens ſponſione dignus fieri, perrexit cum Duce in Italiam, cum Equitibus mille, qui omnes ferè ibidem ſunt interfecti. Cumque, rediens de Expeditione, pollicitam ſibi mulierem expeteret, Theodoricus Marchio intercepit conſilium, Conſanguineam Ducis non dandam proclamans cani. Quo ille audito, cum magna indignatione, receſſit. Cum ergò Dux, mutato conſilio, nuncios poſt Eum direxiſſet, ut concupitis potiretur nuptiis, ille refertur tale dediſſe reſponſum:* opor-

Digitized by Google

oportet quidem Generoſam magni Principis Neptem præſtantiſſimo Viro copulari, non vero cani dari: magna Nobis gratia pro ſervitio refertur, ut jam canes, non homines, judicemur; ſi ergo canis valens fuerit, magnos morſus dabit. Et hoc dicens, *reverſus eſt in Slaviam — Poſtquam autem Dux Bernardus, emergentibus cauſis, arma adverſus Cæſarem corripuit, Slavi, opportunitate accepta, congregato Exercitu, totam primò Nordalbingiam ferro & igne depopulati ſunt; deinde reliquam peragrantes Slaviam, omnes, Eccleſias incenderunt &c, ad ſolum, usque, diruerunt: ſacerdotes autem, & reliquos Eccleſiarum Miniſtros, variis ſuppliciis enecantes, nullum Chriſtianitatis veſtigium trans Albiam reliquerunt &c.* Conf. *Albertus Stadenſ* ad. an. 1001. p. 112. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XI. p. m. 192. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium.* in vita *Libentii*, apud eundem, pag. 75. *Chron Holſaticum*, Cap. XI. Tom. I. *Acceſſionum Hiſtoricarum* Dn. de *Leibnitz*, pag. 19. *Conradus Botho, Chron. Picturat.* ad an. 1015: apud eundem, Tom. 3. *Rer. Brunſ.* pag. 321. &c. & ad an. 1020. pag. 322. *Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* in vita *Libentii* XI. ArchiEpiſcopi apud *Meibomium* Tom. 2. *Rer. German.* p. 31.

De tempore, quo contigerit defectio, pergit *Adamus Bremenſis* l. c. Cap XXXII. p. 64. *Hæc facta ſunt ultimo tempore SENIORIS LIBENTII* (Bremenſis ArchiEpiſcopi) *ſub Duce* BERNARDO, FILIO HERMANNI, (Bernhardi I.) *qui Populum Slavorum graviter afflixit &c. Hermanni* loco, legendum *Bernhardi*, ſeu *Bennonis*, ſcilicet *primi*, in vita ipſius *Bernhardi I.* v. 4. p. 113. rationibus adſtruxi. Mortuum autem eſſe *Seniorem Libentium* an. 1013 ib v. 6. pag. 115. probavi; adeoque in hunc ipſum annum referendus *Slavorum* lapſus. Sic enim argumentor: *Slavi* deſecerunt ad Paganiſmum (1) ſub *Bernhardo*; qui tam avitæ humilitatis, quam paternæ Religionis, oblitus, per avaritiam; Gentem *Winulorum* crudeliter opprimens, ad neceſſitatem Paganiſmi, coëgit; (2) & quidem occaſione diſcordiarum inter ipſum & Imperatorem, (3) ultimo tempore *Senioris Libentii*, Bremenſium Præſulis. Jam conſtat, (1) non *Bernhardum I.* ſed *Bernhardum II.* WINULOS crudeliter oppreſſiſſe; [2] non illum; ſed hunc, Cæſari inſurrexiſſe; [3] *Libentium* an. 1013. deceſſiſſe; Ergô Slavi non ſub *primo*, ſed ſub *ſecundo*, *Bernhardo*, rediere ad vomitum. Conf. ſeq. *Catal. Ducum Venedic.* v. 17. ad an. 1018.

v. [5] Hac rerum facie, conſcendit Bremenſem Cathedram, *Unwanus, Libentii* ſucceſſor, an. 1013. Hic laboranti ſuccurrens Eccleſiæ, non ſolum ſimultatem inter Ducem, & Eccleſiam ſuam, ſed & inter eundem & Imperatorem. è medio, ſine remora, tolli curavit; quo facto, *Slavi* quoque in ordinem iterum redacti

Ecce, quid de his *Adamus* l. c. Cap. XXXIII. pag. 65. & 66. *Hujus impetum Viri* (Bernhardi II.) UNWANUS *ArchiEpiſcopus, ſua taliter magnanimitate refregiſſe dicitur, ut, prae pudore ſapientiae ac libertatis Epiſcopi, cogeretur ipſe Dux Eccleſiae, cui ante adverſatus eſt, deinceps hilaris, & benevolus in omnibus exiſtere. Ergò, habito noſtri Pontificis conſilio, rebellis tandem flexus Princeps, apud* SCALCHINBURG, *Caeſari* HEINRICO *ſupplex dedit manus. Moxque, favente Unwano, Slavis tributo ſubjectis, pacem reddit Nordalbingis, & Matri Hammaburg &c.* Quæ *Helmoldus* lib. I. Cap. XVII. p. 53. *Albertus Stadenſis*, ad an 1013. p. 113. *Wolterus, Chron. Bremenſ.* l. c. in vita *Unwani*, XII. ArchiEpiſcopi, p. 31. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium* l. c. in ejusdem vita, p. 76. *Crantzius* L. IV. *Saxon.* C. XXX. aliique multi, confirmant. Quæ de *Slavis* dixi, concluſa pace laudata, ad officia rurſus compulſis, auctoritate nituntur ejusdem *Adami* l. c. annectentis: *Ad cujus* (Pacificationis) *reſtaurationem, Venerabilis Metropolitanus, poſt Slavanicam cladem, Civitatem & Eccleſiam* (Hamburgenſem) *fecit novam, ſimul, ex ſingulis congregationibus ſuis, quae Virorum eſſent, tres eligens fratres, ita, ut XII. fierent, qui in* HAMMABURG *Canonica degerent converſatione, Populum Idololatriae revocantes errore &c.* Eadem repetentibus *Helmoldo*, l. c. *Alberto* l. c. *Woltero* l c. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum* l. c. *Crantzio* l. c.

v. (6) Eodem tempore, pergit *Helmoldus*, lib. I. Cap. XVIII. §. 1. pag. 54. BENNO, *magnæ devotionis, Vir cupiens diruta* ALDENBURGENSIS *Sedis reædificare, perquirere cœpit, de poſſeſſionibus & reditibus, quos ad Jus Epiſcopale, Magni Ottonis deputaverat inſtitutio. Sed, quia, poſt excidium Aldenburgenſis Eccleſiae, primitiva inſtitura, & magnorum Principum donationes, venerant in abolitionem, Slavorum poſſeſſioni ceſſerant, memoratus, Pontifex, in præſentia Ducis Bernardi, queſtus eſt, quod Wagiri & Obotriti, cæterique, Slavorum Populi, debita ſibi negarent ſtipendia.* Conf. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XII pag. m. 193. Ecce! quæ *Bernhardo* in Slavos auctoritas! Quid autem ad Antiſtitis querelas Dux? *Principes Winulorum*, (inquit Helmoldus l. c. § 2. & 3.) *ad colloquium evocati ſunt, &, interrogatione, habita, quare Pontifici legitimam ſubtraherent annonam? illi prætendere cœperunt varias exactionum gravedines: expedire ſibi, egredi terram potius, quam implicari majoribus vectigalium penſionibus. Conſiderans ergo* DUX, *non poſſe inſtaurari Eccleſiaſtica Jura, ſecundum eam formam, qua fuerant tempore* OTTONIS MAGNI, *petitione adhibita, vix obtinuit, ut, de qualibet domo, paupere vel divite, per omnem Obotritorum*

Ter-

Terram, duo nummi Pontificalibus ſolverentur impenſis &c. Utque plane Ducis imperio ſe ſubtraherent, Cæſaris partes, quamvis in ſpeciem duntaxat, amplectebantur; *poſtquam* (ut l. c. §. 5. p. 55. annectit,) *placuit Piiſſimo Cæſari, Henrico, Curiam celebrare in Caſtro Werbene, quod eſt juxta Albiam, ad experiendos animos Slavorum, venerunt omnes Principes Winulorum in praeſentiam Caeſaris, ſeque Imperio, ad bonum pacis & ſubjectionis, obtemperaturos, proteſtati ſunt &c.* Vid. præc. Tit 2. §. 10. lit d, ad an. 1020. p. 100. ubi reliqua, huc facientia; fraudulentum eorum animum produnt ſequentia *Helmoldi* l. c. § 6 pag. 55. *Statim enim, ut Caeſar, ſoluta Curia, ad alia ſe convertit, nihil de promiſſis curaverunt.* Quare & Dux eos magis magisque preſſit; *Dux, quoque Saxonum Bernardus, in armis quidem ſtrenuus, ſed totus avaritia infectus, Slavos, quos è vicino poſitos bellis ſive pactionibus ſubegerat, tantis vectigalium penſionibus aggravavit, ut, nec memores Dei, nec Sacerdotibus ad quidquam eſſent benevoli &c.* Qualem in bello *Bohemico*, adverſus *Boliſlaum*, ſe præſtiterit, ex *Dirmaro*, lib. VII. p. m. 89. petendum eſt. Conf. ſeq. *Catal. Ducum Venedic.* v. 17. ad an. 1015.

Cæterum - ætate hac, *interventu Chunigundæ Imperatricis* -- *Godefredi* (Lotharingiæ) *Bernhardi* (Saxoniæ) *Ducum &c.* obtinuit *Paderbornenſis* Eccleſia, an. 1018. ab Imperatore, Prædium *Siburgehuſon*, in Comitatu *Udonis* Comitis, in Pago *Hemmerſeldun*, ſitum Vid. ſeq. *Catal. Ducum Lothar.* v. 18. §. 1.

An. 1019 laudatus Cæſar *interventu Chunigundis Imperatricis*, *Optimatumque Regni*, *Bernhardi Ducis &c.* transfert in eandem EccleſiamAbbatiam *Sceldize*, ſitam in Pago *Weſſaga*, in Comitatu *Fritherici Comitis.* Vid. Vita *Meinwerci*, C. 59. apud *Surium*, 5. Junii, p. 96. & Dn. *Leibnitz* l. c. Tom, I. p. 547.

v. (7) Relinquente has res *Henrico Sancto*, Succeſſor Ejus, *Conradus Salicus, mox Polonos, & Regem eorum, Miſingum, magna virtute perdomuit, & auxiliatores eorum, Bohemos, cæterosque Slavorum Populos, ſub tributum miſit*; hæc *Adamus*, lib. 2. C. 39. p. 69. *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, ad an. 1034. p. m. 439. *Helmoldus* lib. 1. Cap. 19. §. 1. &c. pag. 57. Auctor vitæ *Meinwerci* Paderbornenſis, Cap. 100. apud *Surium*, 5. Junii, p. 102. & Cap. 108. p. 103. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1027. pag. 116. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, C. XIII. p. m. 193. *Eo tempore, cum eſſet pax firma inter Slavos & Tranſalbianos, Unwanus, Archi Epiſcopus Metropolim, Hammaburg renovavit, Clerumque diſperſum colligens, magnam ibidem, tam civium, quam Fratrum, multitudinem adunavit. Itaque cum Duce Bernardo, frequenter inhabitans locum, ſæpe dimidium annum vixit in Hammaburg, Glorioſiſſimum Regem* (Danorum) *Knut, invitans ad Colloquium, Slavorumque Satrapas: Utonem, & Sedericum* &c. ſunt verba *Adami*, lib. 2. Cap. 42. pag. 71. qui, l. c. Cap. 52. p. 77. pergit: *Ibi* (Hamburgi) *poſt cladem Slavanicam* ---- *Unwanus Archi Epiſcopus, & cum eo Dux Bernardus, Clauſtrum nobile, de ruinis antiquæ Civitatis, elevantes, Eccleſiam & diverſoria omnia conſtruxerunt lignea &c.* & rurſus, memor *Libentii II.* defuncto anno 1029. *Unwano* ſurrogati, l. c. Cap. 48. p. 74 *Archi-Epiſcopus crebro Metropolim Hammaburg viſitavit. Nam, eo tempore, virtute Knut Regis, & Ducis Bernardi, pax firma trans Albiam erat; cum etiam Cæſar Winulos bello domuerit; Principes enim eorum, Gneus & Anatrog, Pagani erant; Uto vero tertius, filius Mſtiwoi, malè Chriſtianus, unde &, pro crudelitate ſua, à quodam Saxone transfuga, interfectus eſt, filium habens, Goteſcalcum, qui, per idem tempus, apud Luniburg, Monaſterium Ducis, literalibus erudiebatur ſtudiis, Gotheſcalco, Gothorum Epiſcopo, ejusdem Cœnobii curam agente. Verum, is comperta morte Parentis, ita furore commotus eſt, ut, rejectis cum fide literis, arma corriperet, amneque transmiſſo, Winulis ſe, Dei inimicis, conjungeret, quorum fretus auxilio, Chriſtianos impugnans, multa millia Saxonum, in Patris proſtravit vindictam &c.* Conf. *Helmoldus*, l. c. §. 3. &c. p. 57. ſpeciatim referens: *tantas ſtrages fecit Chriſtianæ Plebis, ut crudelitas omnem modum exceſſerit; nihilque remanſit in Holſatorum & Sturmariorum Provincia, ſive eorum, qui Thetmarſi dicuntur, quod manus ejus effugerit, præter notiſſima illa Præſidia, Ezeho, & Bokeldeburg* --- *quadam ergo die* --- *videns Regionem, Viris & Eccleſiis quandoque refertam, vaſtæ ſolitudini ſubjacere, exhorruit propriae crudelitatis opus, tactus dolore cordis intrinſecus, deliberavit à nefariis cœptis tandem cohibere manus*; Deinde, commemorans, quale colloquium de propria crudelitate, cum Chriſtiano quodam Saxone, habuerit, in hæc eum erupiſſe verba teſtatur l. c. §. 6. *Doleo, me tantum nefas commiſiſſe, adverſus dominum & Chriſticolas, & vehementer cupio redire in gratiam eorum, quibus me tanta injuſtè intuliſſe recognoſco. Accipe ergò vei ba mea, & revertens ad Populum tuum, annuncia eis, ut ad locum deſtinatum transmittant viros fideles, qui mecum clam agant de fœdere, & pacis conditione &c.* Enimvero, *hunc tandem, quaſi latronum Principem, Bernardus Dux capiens, in cuſtodia tenuit, Virumque arbitrans fortiſſimum, juncto ſecum fœdere, dimiſit eum, qui veniens ad*

Knut Regem, profectus eſt cum eo in Angliam, & ibi manſit multo tempore &c. Hæc *Adamus* l. c. add. *Helmoldus*, l. c. §. 7. p. 58. *Albertus Stadenſis*, ad annum 1032. pag. 117. & 118. & ad an. 1039. pag. 119. & 120. *Crantius* lib. IV. *Saxon.* Cap. 38. & lib. 2. *Vandaliæ*, Cap. 47.

Monendum obiter, quod *Conradus* Imp. an. 1025. *interventu dilectiſſimæ contectalis ſuæ, Giſelæ — Bernardi Ducis, Sifridi & Hermanni Comitum,* Prædium *Kemnium*, in *Pago Valim*, *in Comitatu Dancinari*, Mindenſi Eccleſiæ dono dederit. Vid. Charta in *Chronico Mindenſi*, apud *Piſtorium*, p. 743.

An. 1029. teſte *Bernhardo Duce*, tradit *Meinwercus* Paderbornenſis Comitiſſæ *Idæ*, pro juribus ſuis in in Prædiis *Sudesburch, Betmun, Wallenſtedi*, 80. aratra, ad vitæ dies. Vid. Vita *Meinwerci*, C. 102. apud *Surium*, 5. Jun. p. 102. & Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 1, p. 559. conf. præc. Tit. 2. § 10. lit. d, p. 103.

v. (8) ArchiEpiſcopus *Bezelinus*, ſeu *Alebrandus*, ex quo an. 1035 extincto *Hermanno*, *Baculum à Conrado* Imp. & *Pallium*, *à Benedicto* IX. P. R. ſuſcepit, *ad Eccleſiæ Hammaburgenſis ædificationem, toto cordis amore, accingitur — primum omnium, Eccleſiam, quæ conſtructa erat in Matris Dei honore, lapide quadro ædificavit. Aliam deinde ſibi domum fecit lapideam, turribus & propugnaculis valde munitam. Cujus æmulatione operis,* DUX, (Bernhardus) *provocatus, & Ipſe domum ſuis, in eodem loco, paravit. Ita prorſus Civitate renovata, Baſilica eadem, ex parte una, habuit domum Epiſcopi; ex alia, Prætorium Ducis &c.* Hæc *Adamus*, lib. 2. Cap. 52. p. 77. & 78. pergens, Cap. 53. pag. 78. *Trans Albiam enim, ſuo tempore, ac per totum Regnum, pax firma erat. Principes Slavorum: Anatrog. & Greus, & Ratibor, pacificè ad Hammaburg venientes, Duci ac Præſuli militabant. Sed, cum diverſo modo, & tunc & nunc, in Gente Winulorum Dux & Epiſcopus laborarent, Duce ſcilicet pro tributo, Pontifice vero pro Chriſtianitate augenda, jam dudum, Sacerdotum ſtudio, Chriſtiana ibidem Religio convaluiſſet, ſi converſionem Gentis, avaritia Principum non præpediret &c.* Motus hinc Cæſar ipſemet auctoritatem ſuam interpoſuit, concedendo Saxonibus & Paganis, facultatem privato certamini bonitatem cauſæ confidendi; de quo duello, *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, ad an 1034. p. 439. evolvendus, cujus verba ſeq. *Catal. Ducum Venedic.* v. 18. ad h. a. exhibebo. Conf. *Albertus Stadenſis* ad an. 1039. p. m. 119. & 120. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium*, in Vita *Bezelini*, p. m. 78. *Henricus Wolterus, Chron Bremenſ.* in ejus Præſulis vita, apud *Meibomium* l. c. p. 34. Non multo poſt, mortuis A. 1039. *Conrado* Imperatore, & an. 1042. *Canuto*, Rege Danorum *Magnus*, (Olai filius) *Daniam obtinuit & Norwegiam, ad quem ArchiEpiſcopus noſter* (Alebrandus) *usque Sliaswig, pro colloquio venit, habens in Comitatu ſuo Ducem Bernardum, & Thiadmarum, Hildenſemmenſem Epiſcopum, & Rodulfum, ejusdem Civitatis Epiſcopum — In quo colloquio, ſoror Magni Regis, Ordulfo, filio Ducis, deſponſatur, Qui vix peractis nuptiis, in gratiam cognati, quendam Haroldum, Danorum Principem, redeuntem, ab Urbe Apoſtolorum, trans Albiam, obtruncavit innoxium &c.* ſunt verba *Adami Bremenſis*, lib. 2. Cap. 58 p. m. 80. quæ *Albertus Stadenſis*, ad an 1042. p. m. 120. repetit. Eodem fere tempore. rediens ex Anglia, præfatus *Winulorum* Princeps GODESCHALCUS, domum, *Slavos ita perdomuit, ut, Eum quaſi Regem timentes, tributum offerrent, & pacem cum ſubjectione peterent &c.* — ita *Adamus*, lib. 3. Cap. 21. p. 95 addendo, p. 96. *In Slavania ulteriori nemo unquam potentior ſit rexit, & tam fervidus Chriſtianæ Religionis Propagator; etenim — omnes Slavorum Populi, qui ad Hammaburgenſem reſpiciunt Diœceſin, ſub illo devoto Principe, Chriſtianam fidem coluerunt, hoc eſt: Wagiri, Obodriti, vel Reregi, & Polabingi, item Lingones, Warnabi, Chizzini, & Circipani, usque ad Penem fluvium &c.* Conf. *Helmoldus* lib. I. Cap. XX. p. 60. & 61. *Albert. Stadenſ.* ad an. 1042. p. 120. & 121. & an. 1058. p. 128. &c. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, l. c. in vita *Alberti I.* pag. 83 *Albertus Crantzius*, lib. IV. *Metropol.* Cap. 39 pag. 112. & ſeq. *Catal Ducum Venedicorum*, v. 19. ad an. 1042. Subjectioni huic nec Cæſare, *Henrico III.* nec *Bernhardo*, Duce noſtro, ſe opponentibus, vero ſimile videtur: ſupremam poteſtatem, per iſtum Slaviæ tractum, armata manu *Godeſchalcum* tunc ſibi iterum vindicaſſe. Nec aliud Dux noſter, ab hoc tempore, in *Slavia* peregiſſe legitur, excepto. quod, oborto inter *Wilſos* civili bello, *Tolenzis & Kiaduris*, tulerit auxilia, quorum beneficio *Circipani* quoque & *Kycini*, ad internecionem cæſi. Qua de clade *Adamus*, lib. 3. Cap. XXIV. p. 97. & *Helmoldus*, lib. 1. Cap. XXI. p. 61. evolvendi. Malè contra in *Freſia* Eum habitum, teſtatur *Adamus* l. c. Cap. 45. p. 110.

An. 1057. *Saxones, congregata Exercitu, Gentem efferam Luiticiorum hoſtiliter invaſerunt, diverſisque malis eam affligentes, Romanæ Ditioni ſubdiderunt, & acceptis obſidibus, ad propria redierunt.* Ita *Albertus Stadenſis*, ad an. 1057. p. 126. & 127.

v. (9) Vitam tandem cum morte commutavit, *Anno Pontificis* (Adalberti Bremenſis) *decimo ſeptimo*, Hæc *Adamus* lib. IV. Cap. I. pag 111. adeoque, anno 1061. quandoquidem anno 1043. 17. Kal. Maji, mortuo *Alebrando*, ſucceſſerat, ut idem lib. 2. Cap. 63. p. 83. tra-

Digitized by Google

83. tradit. Eundem annum ponit *Lambecius* lib. I. *Originum Hamburgenſium*, §. 60. pag 18. *Albertus Stadenſis* vero, pag. m. 128. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſ.* cit. in vita *Adalberti*, pag. m. 83. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap XIV. pag. m. 193. *Wolterus*, l. c. in Ejusdem Præſulis vita, pag. 42. *Crantzius*, lib. IV. *Metropolis*, Cap. 40. pag. m. 112. aliique multi, id referunt in annum ſequentem 1062. Perperam *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 3 *Rer. Brunſuic.* p. 325. ad an. 1046. *Hertoghe Bernd de ſtarff*; reliqua ſub *Hermanno*, ejus filio, jam recenſui ſupra pag. 116. 117. & 118.

(12. ORDULPHUS, ſeu OTTO.

v. (1. Fuiſſe huic Principi, *Bernhardi II.* Filiorum natu majori, *Ordulphi* pariter & *Ottonis* nomen, ſub Ejus Parente dicta probant. p. 116. v. 3. In *Ducatu Saxon.* extitiſſe Parentis ſucceſſorem, ib. monui.

v (2) Uxorem habuit (1) GISELAM, filiam *Olai*, Regis Daniæ, in Conventu Slesvicenſi ſibi deſponſatam, Vid. *Adamus Bremenſ.* lib. 2. C. 58. verbis ſub *Bernhardo II* v. 8. p. 122. modò prolatis; *Helmoldus*, lib. I. Cap. 25. §. 5. p. 66 & *Albertus Stadenſis*, ad annum 1042. p. 120. & an. 1067 p. 131. quorum verba in Vita MAGNI recitabo. *Wolterus*, in *Chronico Bremenſi*, in vita *Beſelini* ArchiEpiſcopi, apud *Meibomium* Tom. 2, p. 34. *In diebus illis, regnavit etiam Rex* MAGNUS OLAVI *filius, in Dacia & Norwegia, cui obviam venit ArchiEpiſcopus* BESELINUS, *in Civitatem Slesvicenſem, ad colloquendum, & tractandum, cum Eo, & ArchiEpiſcopus habuit in Exercitu, & Expeditione ſua, Ducem Saxoniæ, Bernhardum — & tractatur, quod Rex det ſororem ſuam, Ordulfo, filio Ducis Bernhardi de Saxonia.* Confer. *Chronicon Rhythmicum* apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 3. *Rer. Brunſuic.* Cap. XIII. pag. 23.

Men ſecht ok vor war,
Dat he (Ortolff) *to Wibe neme ſint,*
Van Norwegen Koning Mognus Kint,
Des Vader Sancte Olaff was,
Bi der gewan he, alſo ek las,
To Erbe ein Kindelin,
Dat wart, na deme alden Vader ſin,
Hertoge Magnus genant,
Der nam to Wibe, ut Ungerlant,
Konig Wentſlawen Dochter, Soffiam &c.

& *Chronicon Luneburgicum* ib. p. 173. & *Conradi Bothonis Chron. Picturatum*, ib. p. 325. an. 1046 de quo mox, & *Hiſtoriam Epiſcoporum Bremenſium*, in Ejusdem vita, apud *Lindenbrogium*, p. m. 78. & 79 *Conradus Botho*, de quo mox; *Henningeſius*, Part 2. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, pag. 12. & 160. & *Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, pag. 399. nomen *Giſelæ* addunt. (2) *Gertrudim*, *Conradi*, Marchionis Landsbergici, gnatam; cujus Bruno, in *Hiſtoria Belli Saxonici*, *apud Freherum*, Tom. I. *Rer German* pag. 132. meminit; *Inter quos*, (Moguntiæ captivos) *erat etiam Gertrud, Nobiliſſimi Ottonis Ducis, Fratris Hermanni, vidua, quam Lodewigi ante biennium fere, ceperat, & Domino ſuo, HEINRICO, ut ab ea pecuniam extorqueret, quod & fecit, adduxerat &c.* Eadem dicente *Chronico Magdeburgico*, apud *Meibomium* l. c. pag. 308. Parentis nomen exprimunt *Henningeſius* l. c. *Bucelinus* l. c.

v. (3) De Filio Ejus, *Magno*, ſuo loco, verba faciam. *Albertus Crantzius*, lib. V. *Saxon*, Cap. XXVI. in fine *Henningeſius*, l. c. *Bucelinus* l. c. & aſſeclæ, addunt *Magno* Germanum fratrem, *Ottonem*, *Phriſiæ* Comitem, qui, ex *Irmengardi*, filia *Conradi* Suevi, *Conradum & Henricum* procreaverit, atque duos fratres conſanguineos, à *Gertrudi* Landsbergica in lucem editos. *Bernhardum* nimirum, qui puer, à ferociori equo in terram proſtratus, obierit, & *Hermannum*, ab *Henrico IV.* Imp. in vincula conjectum. Nititur hæc ſententia modo citato *Chronico Picturato Conradi Bothonis* l c. *Do bebelt Orttolff dat ganſe Lant, und nam Giſelam, Konigh Magnus Dochter in Dennemarcke, unde de telde æme twey Sone, eynen Magnus, unde eynen Otten* — *do de vorſtarff, do nam he wedder Gerdrudis, des Marggreven Dochter to Brandeborch, de telde æm eynen Son, de het Bernd, unde de ſtottede van eynem Perde, unde ſtarff unnitlikes Dodes; Duſſe Gerdrudis Vader heyt Margreve Cord, unde ſe nam eynen Man vor Duſſer Tyt, dat was Burggreve Frederick to Nurenbarge &c.* & ad an. 1099. p. 332. *Hertoghe Otto to Luneborch, Hertoghen Ortolffen Sone, unde Hertoghen Magnus Broder, de nam Armgard, Hertoghen Cordes Dochter to Swaven, de telde æme twey Sone, de eine heyt Hinrick, de ander Cone, effte Cord, de worden beyde dot geſlagen*; paucisque interjectis: *Hertoghe Cord to Swaven, de nam to Wive Bertke, Keyſer Hinrick des Verden Dochter, de telde æme acht Kinder, dre Dochter: Armgart, de nam Hertoghen Otten to Saſſen, to Lunenborch &c.* & ad an. 1105. pag. 332. *Darna wart Hertoghe Contze, effte Cord, dot geſlagen van Lunenborch, Hertoghen Otten Sone, unde ſyn Broder, Hinrick, de was eyn Here der Freſen, de wart dar, van den Freſen geſlagen &c.* Sed hæc omnia ſine fun-

damento, tacentibus coævis Scriptoribus. Qualis; quæſo, *Conradus* Dux *Suevorum*, de quo hic ſermo?

v. (4) Minus præclare ſe geſſit. *Primo quidem*, (ut *Adami Bremenſis* lib. 4. Cap. I. p. 111. verbis utar) *Dux Ordulfus, vivente adhuc Patre, hoſtili ſtipatus multitudine, Bremenſem in Freſia devaſtavit Epiſcopatum, hominesque Eccleſiæ necavit; alios, etiam Legatos, ad ſe, pro pace, directos, publicè verberari & decalvari juſſit; poſtremo, omnibus modis Eccleſiam, & ſuos, impugnare, ſpoliare, cædere, ac pro nihilo habere cœpit: & licet Pontifex* (Adalbertus) *ut debuit, Eccleſiaſtico Zelo exardeſcens, malefactores anathematis gladio percuſſit, querelam tamen ad curiam deferens, nil aliud meruit, quam derideri. Nam & Rex* (Henricus IV.) *puer, à Noſtris Comitibus, primò deriſui habitus eſt. Quapropter* (pergit l. c. Cap. 2.) *ArchiEpiſcopus, tempori deſerviens, ut conjuratos tantum Fratres ab invicem divelleret, Hermannum Comitem adoptavit in Militem; cujus ſatellitio functus, in Ungaricam expeditionem, tunc quaſi Magiſter Regis, & Princeps conſiliorum profectus eſt, relicto, ſuper negotia Regni, Colonienſi ArchiEpiſcopo. Reſtituto autem in Regnum Salomone, quem bello expulerant; Pontifex Noſter, cum Rege Puero, victor ab Ungaria regreſſus eſt.* His ſubnectit l. c. Cap. 3, *Tunc Comes Hermannus, aliquid magnum ſperans, ambiensque beneficium, quod dare noluit Epiſcopus, ſtatim in furorem verſus, cum Exercitu copioſo, venit contra Bremam, ibique diripiens omnia, quae ad manum venerant, ſoli Eccleſiae pepercit &c.* & pag. 112. *ArchiEpiſcopus, eo tempore, Primatum Curiae* (Imperialis) *tenebat. Cujus audita querela, Comes, ſecundum judicium Palatii, exilio relegatus, poſt annum, Clementia Regis, abſolutus eſt. Deinde verò idem Comes, Hermannus, & frater Ejus, Dux Ordulfus, ad ſatisfactionem Eccleſiæ venientes, pro delicto ſuo, quinquaginta manſos obtulerunt &c.* Idem docent *Albertus Stadenſis*, ad an. 1062. p. m. 128. & 129. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium* l. c. in vita *Adalberti*, p. 83. *Wolterus* l. c. p. 42. *Albertus Cranzius*, lib. IV. *Metropol.* Cap. 40. pag. 112. & 113. His tamen non obſtantibus, protracta ſaltem ſimultate inter Domum Saxonicam & ArchiEpiſcoporum, hocque non multo poſt, in odium Imperii procerum incidente, & an. 1066. à ſumma rerum planè remoto, ceu præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 106. notavi, recruduit non ſolum civile inter eos bellum, ſed &, eodem anno, *Slavi*, turbarum beneficio, quibus & Saxonia (totumque Imperium, ſub Puero Principe, flagraverant, auctore *Pluſſone*, qui laudati Principis *Obotritorum*, *Godeſchalci*, ſororem, in matrimonio habebat, unanimi conſilio, defecerunt, omnia ferro & igne vaſtantes; *Princeps Godeſchalcus, eo tempore, à Paganis interfectus eſt, quos ipſe ad Chriſtianitatem nitebatur convertere ---- paſſus eſt autem noſter Machabæus in Civitate Leontia, 7. Id. Junii --- Anſverus etiam Monachus, & cum eo alii, apud Raziſpurg, lapidati ſunt, Id. Julii &c.* Hæc *Adamus*, lib. 4. Cap. 12. pag. m. 116. mox ſubnectens, Cap. 13. p. 117. *Victoria potiti totam Hammaburgenſem Provinciam, ferro & igne, demoliti ſunt; Sturmari ferè omnes aut occiſi, aut in captivitatem ducti; Caſtrum Hammaburg funditus exciſum ---- Sliaswig, Civitas Saxonum Tranſalbianorum --- funditus exciſa eſt --- Hujus vero auctor cladis Pluſſo fuiſſe dicitur, qui Sororem Godeſcalci habuit, domumque reverſus & ipſe obtruncatus eſt. Itaque omnes Slavi, facta Conſpiratione generali, ad Paganiſmum denuo ſunt relapſi, eis occiſis, qui perſtiterunt in fide &c.* Torrentem quidem impedire audebat Dux noſter, ſed irrito conatu; *Dux Noſter* (pergit immediatè Adamus) *Ordulfus, in vanum ſæpe contra Slavos dimicans, per duodecim annos, quibus Patri ſupervixit, nullam unquam potuit habere victoriam, totiensque victus à Paganis; à ſuis etiam deriſus eſt. Igitur expulſio ArchiEpiſcopi, & mors Godeſcalci, uno ferè anno contigit, qui eſt Pontificii XXII. Hæc eſt Slavorum tertia negatio.* Quæ poſteriora verba denotandæ Epochæ inſerviunt. Comprobant omnia: *Helmoldus*, lib. I. Cap. XXII. §. 7. & 8. pag. 63. & 64. & C. XXIV. p. 65. ubi, in ſpecie § 6. de tempore ait: *Accidit autem perturbatio hæc, in Slavorum Provincia, anno, poſt Incarnationem Domini, Milleſimo Sexageſimo Sexto &c*, *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. 130. & 131. *Hiſtoria ArchiEpiſcop Bremenſium* l. c. pag 84. & 85. *Wolterus*, l. c. p. 43. & 44. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. 14. p. m. 193. & 194. *Cranzius* l. c. C. 42: 43. & 44. p. 114 & 115. quamvis errore fortè Typographi, annus 1060. pro 1066. ibi reperiatur; Idem, lib. 3 Vandal. c 5. Nec majori fundamento, rejicit hanc cataſtrophen in annum 1067. *Chronographus Saxo* h. a. p 257. & 258. Anno 1071. feria ſecunda Pentecoſtes, dedicante *Halberſtadenſem* Eccleſiam *Burchardo*, Epiſcopo Halberſtadenſi, *aderat etiam cum jucunditate, Quartus Henricus Rex ---- Otto quoque Dux Saxoniæ, & plurimi Regni Principes &c.* Hæc ex *Chronico Halberſtadenſi*, ap. Dn de *Leibnitz*, Tom. 2. *Rer. Brunſ.* p. 125. Trucidato *Godeſchalco, ad filium Ejus, Buthue, pervenit Principatus Ejus hereditaria ſucceſſio. Timentes autem ii, qui Patrem Ejus interfecerant, ne fortè filius ultor paternæ cædis fieret, concitaverunt tumultum in Populo, dicentes: Non hic dominabitur noſtri, ſed Cruco, filius Grini ---- ſtatimque, conſpirata manu, ſtatuerunt Cruconem in Principatum, excluſis filiis Godeſcalci, quibus jure debe-*

debebatur dominium. Quorum junior, HENRICUS *nomine, profugit ad Danos, eò, quod Regia Danorum ſtirpe eſſet oriundus; at. Senior*, BUTHUE, *declinavit ad Bardos, quærens auxilium à Saxonum Principibus quibus Pater ejus devotus ſemper & fidelis extiterat.. Qui etiam, rependentes beneficiis gratiam, ſuſceperunt pro eo praelium, multoque expeditionum fatigio, reſtituerunt eum in locum ſuum, attamen ſtatus* BUTHUE *ſemper erat infirmus, nec adplenum roborari potuit, eò, quod Chriſtiano Parente natus, & amicus Principum, apud Gentem ſuam, ut proditor libertatis haberetur. Poſt eam enim victoriam, qua, primum* GODESCHALCO *interfecto, Nordallingorum Provincia percuſſa eſt, Slavi ſervitutis jugum, armata manu, ſubmoverunt, tantaque animi obſtinatia, libertatem defendere niſi ſunt, ut prius maluerint mori, quam Chriſtianitatis titulum reſumere, aut tributa ſolvere Saxonum Principibus, ... Luit hanc novam Ordulphus, Saxonum Dux, qui, derelictus à Deo, quamdiu Patri ſupervixit, nullam contra Slavos victoriam conſequi potuit. Unde etiam contigit, ut filii* GODESCALCI, *qui ſpem ſuam in Duce poſuerant, ſuper baculum arundineum, atque confractum, inniſi ſint &c.* Hæc iterum *Helmoldus* l. c. Cap. XXV. pag. 66. Conf. *Crantzius*, lib. 3. *Vandal.* Cap. 6. & 7. *Chronicon Holſaticum* Dn. de *Leibnitz*, *Acceſſ. Hiſtor.* Cap. XI. p. A9. & 20.

v. (5) De tempore obitus ORDULFHI, diſcors, Auctorum ſententia Rationes ſic inſtituo: *Adamo Bremenſi* lib. IV. Cap. 13. p. 117. *Helmoldo* lib. I. C. 24. §. 5. p. 65. *Alberto Stadenſi*, ad anno 1066. p. 131. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium* cit. an. eod. pag. 85. aliisque teſtibus, ſupervixit Princeps noſter Parenti, annis *Duodecim*, verbis ſupra allatis; Obiit autem Ille, ut in ipſius vita probavi, anno 1061. diſceſſit ergò noſter, an. 1073. Præcedentem 1072. propugnat *Lambertus Aſchaffenburg.* ad an 1073. p. m. 192. *Conjurationis Authores ac Signiferi quidam erant. Bucco Halberſtatenſis Epiſcopus; Otto, Dux quondam Bajoariæ, atque Herimannus, frater Ottonis, Saxonlci Ducis, qui ſuperiore anno deceſſerat &c.* Eadem repetente Monacho *Herveldenſi*, an. eod. apud *Schardium*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 398. Mihi aſſentitur *Hemingeſius* l. c. annus 1074. placet Dn. *Hübnero* Tabb. Geneal. 150.

(13) MAGNUS.

v. (1) Natum hunc Principem, Patre ORDULPHO, ſeu OTTONE, cui in Ducatu ſucceſſit, & *Daniæ* Principe, quam *Giſelæ* nomine Recentiores compellant. docent: *Bertoldus Conſtantienſis*, ad an. 1070. cujus verba præced. Tit. 2. § 10 lit. d. ad A. 1070. p. 108. exhibui; *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slav.* C. XXV. §. 5. p. 66. *Defuncto* ORDULPHO, *ſucceſſit in Principatum, filius Ejus, Magnus, natus de Filia Regis Danorum &c. Albertus Stadenſis*, ad an. 1067. p. 131. eadem proferens; Conf. idem, ad an. 1042. p. 120. *Bruno*, in *Hiſtoria Belli Saxonici*, apud *Freberum*, p. 106. cujus verba, in vita *Bernhardi II.* ſub *Hermanno* Comite, p. 117. recitavi; *Lambertus* ad an. 1073. p. m 192. *Cæteri duo* (Otto, Dux Bavariæ, & Hermannus, frater Ordulfi, Ducis Saxoniæ) *præter publicam Gentis ſuæ cauſam, etiam privato odio jam pridem à Rege deſciverant, propter Magnum, Ottonis, Ducis Saxonici, Filium, quem Rex in deditionem acceptum, jam per biennium, in cuſtodia tenebat &c.* Monachus *Herveldenſis*, an. eod. totidem verba proferens; *Chronicon Verdenſe*, in vita *Amelungi*, XV. Epiſcopi, apud Dn de *Leibnitz* Tom. 2. *Rer. Brunſ.* p. 214. *Ortolphus genuit Magnum. Hic non habuit Filium, ſed duas Filias, de quibus proceſſerunt Duces Bavariæ & Saxoniæ, Marchiones de Brandenborch, Comites & multi Nobiles &c. Chronicon Rhythmicum*, Cap. 13. apud eundem, Tom 3. p. 23. alii.

v (2) Uxor Ejus, SOPHIA, ſoror erat COLOMANNI, Hungarorum Regis, & Vidua cujusdam Dynaſtæ Carinthiæ; teſtis *Conradus Urſpergenſ.* p. m. 211. *HEINRICUS, Frater ejus* [Weltonis] *Ducatum, & omnia quæ illius erant,* [obtinuit] *& potenter Ditioni ſuae ſubjugavit. Accepit autem Uxorem de Saxonia, Filiam Magnonis Ducis, & Sophiæ, Sororis Regis Ungariæ Colomanni, Vulfhildem nomine &c.* Nec non *Weingartenſis* Monachus, in Chronico de *Guelfis Principibus*, Cap. X. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. pag 785. HEINRICUS, [Niger] *Frater ejus* [Weltonis] *Ducatum* [Bavariæ] *& omnia, quæ illius erant, obtinuit. & potentes* [potenter] *Ditioni ſuae ſubjugavit; qui Uxorem jam dudum, vivente Patre, de Saxonia accepit, Filiam Magmonis* [Magimuis; i.e. Magni] *Ducis, & Sophiæ, Sororis Regis Ungariæ, Colomanni, Wulfildem nomine. Erat tandem eadem Sophia antea cuidam de Carinthia copulata, ex qua genuit Poponem Marchionem &c.* Et *Arbor Genealogica*, Codici membranaceo MS. Hiſtoriæ de *Guelfis Principibus*, præfixa, apud eundem l. c. pag. 800. *Henricus III. Uxor Wulfhildis, Filia Magnonis, Ducis Saxoniæ, & Sophiæ, Sororis Colomanni, Regis Ungariæ, quæ ante Magnonem, maritum habuit quendam de Carinthia, ex quo genuit Popponem Marchionem &c.* Et *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad an. 1099. apud eundem l. c. Tom. 3 pag. 331. *Hertoghe Magnus, Hertoghen Ortolfſus Sone to Saſſen unde Lunenborch, de nam Konigh Ladislaus Dochter to Ungeren, de telde em twey Doch-*

ten

Digitized by Google

rey, de eyne de het Eleke, de nam Greven Otten to Soltweddel unde Balenſtidde —— de Ander Dochter de het Wulffilt, de nam Hertoghen Hinrick den Swarten &c. Add. idem. ad an. 1108. pag. 333. *Chronicon Rhythmicum,* Cap. 13. apud eundem l. c. p. 23. *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia* p. 100. Gabriel Bucelinus, in *Hiſtoria Agilolfingica*, p. 399.

v. (3) De *Liberis* eorum pergit *Monachus Weingartenſis* l. c. *Sophia, ex Duce Maginone, quatuor Filias habuit: (1) Wulfildem, noſtram; (2) Alicugam* [Eilicam] *Matrem Adelberti, Marchionis de Saxonia; Tertiam, quam duxit Dux Moraviæ; Quartam, quam Egehardus, Comes de Schiten* [Schiren] *à quodam Monaſterio Sanctimonialium in Ratiſpona abſtulit, ac ſibi matrimonio copulavit, Ottonemque Palatinum ex ea progenuit &c.* De duabus poſterioribus nihil commemorant *Bucelinus* l. c. *Henningeſius*, l. c. & qui eos exſcribunt.

De *Wulfildi* res clara eſt; præter enim *Weingartenſis* teſtimonium, adeſt Diploma ipſius Ducis noſtri, ſub dato *Ranneshofen*, an. 1125. apud *Aventinum*, lib. VI. *Annal.* Cap. 3. §. 3. p. m. 590. ubi: *Hainricus, Divina favente Clementia, Dux Bawariorum, conſenſu Wulffhyldæ Uxoris &c.* ut & *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. 35. §. 1. & 2. p. 89. verbis præced. §. 10. lit. o. p. 59. v. 2. occurrentibus; quæ *Albertus Stadenſis* ad an. 1106. p. 150. *Paulus Langus, Chron Citizenſ.* apud Piſtorium, p. 785. & *Albertus Crantzius* lib. *V. Saxon.* Cap. 25. repetunt; Fragmentum *Chronici Brandenburgenſis* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 18. & *Maderum* de *Antiq. Brunſ.* p. 270. ubi; *Magoni, Ducis Saxoniæ Quinti, Filiam, Wibildim duxit Henricus, Dux Bawariæ, Frater Ducis Welff &c.* Et Vetus *Chronicon Brunſuicenſe*, apud *Maderum* l. c. pag. 13. & 14. mentione facta *Henrici ſuperbi* Ducis: *Iſte Dux Matrem habuit, Wilphildem, Filiam Ducis Magni, unde & Catulus, ſive Welp, dicebatur &c.* Et *Chronicon Rhythmicum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. Cap. 13 p. 23. harum ſororum memor:

De Eyne heit Elige; de Ander Wolfhilt;
Eyn jowilke wart gegheven
To Manne, vinde ek beſcreven,
Van Ballenſtede Greven Otten;
Eken wil ok nicht ſpotten;
Wolfhilt nam ok herlich
Van Beygeren Hertogen Henrich,
Der Swarze was genant &c.

Et Cap. XXVII. p. 47.

Wo de Hertog Magnus van Saſſen,
(De Here was gewaſſen,
Van Hermanne, Billinges Sone)
Hadde gewonnen ſchone,
Twe Jungfrowen reyne:
Wolfhilt heit de Eyne,
Elike was der Anderen Name,
De nam ok, ſunder Schame,
Van Ballenſtede Greven Otten,
Eken will des nicht ſpotten;
Wolfhilt nam ok vil herlich
To Manne, Hertogen Henrich,
Eynen Forſten ut Beygerlant,
De ok de Schwarte was genant &c.

Et *Chronicon Luneburgicum*, ib. pag. 173. *Hertoch Magnus, Ortolfus Sone, ſtarff ok ſunder Mans-Erven, van Em geboren; Doch hadde He twe Dochter, de he nhaleth: Eine hethe Eylecke, de nam Greven Otten van Soltwedel; dar toch ſe aff Marggreven Albert van Brandenborch, ſin Thoname was: De Bare; de Ander Dochter, Wilfildis, anders Mechtildis, de nam Hertogen Welp, Hertogen tho Beyern &c.* Conf. ſeq. *Catal. Ducum Alamanniæ* v 44. Vita *Bertoldi* 2. p. 336. Obiit Princeps noſtra, circa, an. 1127. teſte Monacho *Weingartenſi* ad h. a. C. 14. l. c. p. 792. HEINRICUS, *Dux Senior, cum Conjuge ſua, Wulfildi, quæ ſedecim tantum dies ſupervixit, obiit &c.* & rurſus, Cap 10. p. 786. *Mater* (Liberorum Henrici Nigri) in ALTORFF *decimo ſexto die poſt mortem mariti, obierunt.* Conf. ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ*, v. 46. in Vita *Henrici Nigri*, § 5. p. 448.

Eilicæ fata expoſui præced. § 10. lit. o. p. 59 v. 2. Utra fuerit natu major? quæritur: Pro *Wulfildi*, pugnant *Monachus Weingartenſis* l. c. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1152. p. 168. & Aſſeclæ. *Eilicam* tueri videtur *Helmoldus* l. c. & qui eum ſequuntur, verb. *Eo quod Magnus non haberet Filium, ſed Filias, quarum, Una, Eilike nomine, nupſit Ottoni, Comiti de Ballenſtede —— Altera vero Filiarum, Wulffildis, nomine, data eſt Duci Bavariæ, Catulo &c.* Hic priori loco venit *Eilike*. Verùm, quid inde concludendum? In *Chronico Holſatico*, Tom. I. *Acceſſionum Hiſtoricarum* Dn. de *Leibnitz*, pag. 20. Cap. XII. legimus: *Mortuo Magno, Duce Saxoniæ, Filios hæredes non habens, ſed duas Filias, quarum Una data eſt Duci Bavariæ &c.* Per τὸ *Una*, intelligendane natu prior, an poſterior? Numeri Cardinales nullum involvunt ordinem, ſed de . ei ſaltem exiſtentia, de qua ſermo eſt, teſtan-

Digitized by Google

teſtantur. Proinde, ſi quis cauſam *Eilicæ* mordicus perorare cupiat, firmiori fundamento habebit opus.

v. (4) Quantum ad Principis noſtri Vitæ Curriculum; conſtat. oborto civili bello inter Imperatorem, *Henricum IV.* & Saxones, MAGNUM Ducem ſimul arma arripuiſſe. tempore, quo ipſius Parens, ORDULPHUS Dux. irrito licet conatu, BUTHUE, extorrem Godeſchalci occiſi Slavorum Principis, Filium, avitum in Principatum, (ceu in vita *Ordulphi* notavi) introducere meditabatur; re vero infeliciter geſta, Principem anno 1071. in captivitatem à Cæſareis fuiſſe abductum, *Saxonia* licentiæ militari relicta, ex *Lamberto Aſchaffenburgenſi*, ad an. 1073. p. m. 191. &c. *Brunonis Hiſtoria Belli Saxonici*, apud *Freberum T. 1. Rer. Germ.* p, 106 *Monacho Herveldenſi* ad an 1073. apud *Schardium T. 1. Rer. Germ.* p. 398 aliisque, diſcimus. Vid. præc. Vita *Bernhardi II.* ſub *Hermanno*, Ejus filio; & *Adamus Bremenſ.* L. 4. c. 25. p 124. & 125 *Hiſtoria Archi Epiſc. Bremenſ.* in *Vita Alberti I.* apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 86. quamvis malè ad an. 1069. Hac rerum facie, obiit ORDULPHUS, an. 1073. cujus liberando à cuſtodibus filio & hærede, MAGNO, tota in fœdus, adverſus Cæſarem, coaluit Saxonia; Principum nomina exprimit *Lambertus* l c. p 192. cujus verba præc. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 13. p. 218, jam exhibui, quæ etiam in Monachi *Herveldenſis* Chronico, ad an. 2073. pag. 399. offendimus. Iſti omnes, *verè divinitus oblatam ſibi eſſe occaſionem dicebant, qua jugum iniquiſſimæ dominationis, à cervicibus ſuis excuterent. Dux Saxoniæ necdum aliquis conſtitutus fuerat*, quia DUX OTTO, *paulo antè, humanis rebus exceſſerat, & Filius Ejus Magnus, cui Ducatus, legitima ſucceſſione, debebatur, adhuc, in caſtello Hartesburg, deditus ſervabatur: & quia Rex in bona Ejus inhiaverat, id præſtolari putabatur, ut malorum pondere, ac longæ deditionis tædio, fatigatus, ultro jure ſuo cederet, & Ducatum, cui Rex voluiſſet, dandum permitteret &c.* Hæc *Lambertus* l. c. p. 193. & Monachus *Herveldenſis*, l. c, Conf. *Bruno* l. c p. 106. & 108, verbis in vita *Bernhardi II. ſub Hermanno*, ejus filio, extantibus; Hoc ipſo tamen anno 1073. compulſo ad deditionem LUNEBURGO, Cæſareo, milite inſeſſo, Principem noſtrum, ab HERMANNO, Patruo, in libertatem fuiſſe vindicatum, *Brunonis, Lamberti*, & Monachi *Herveldenſis*, auctoritate, ibidem adſtruxi.

v. (5) Reverſus, ad ſua MAGNUS, *ſtatim in ipſo Principatus ſui exordio, ad ſubnervandos* SLAVORUM *rebelles, animum & vires intendit, exacuente Eum ad id Buthue, Filio Godeſcalci. At illi unanimiter refragari cœperunt, ſecuti Cruconem, filium Grini, qui erat inimicitias exercens, adverſus Chriſtianum nomen, & honorem Principum. Et primum quidem Buthue Provincia pepulerunt, diripientes præſidia, in quibus confugium habebat. Videns autem, ſe Principatu extorrem; confugit ad Ducem Magnum, qui tunc forte Lunenburg degebat, & allocutus eſt Eum: Novit Excellentia Tua, Virorum Maxime! qualiter Pater meus, Godeſcalcus, procurationem Slavicæ Provinciæ, ad honorem Dei, & Progenitoris Tui, fideliter ſemper intorſerit, nihil prætermittens eorum, quæ ad cultum Dei, & fidem Principum, jure pertinuerint, Ego quoque, paternam æmulans modeſtiam, omni fide & devotione, mandatis Principum obſecundavi, infinitis me objiciens periculis, ut mihi vel vacuum honoris nomen; vobis vero fructus, permaneret. Qualis autem merces & me, & Patrem meum, exceperit, neminem latet, cum Illum quidem vita, me Patria, exemerint hoſtes noſtri; hoſtes, inquam, non tantum noſtri, ſed etiam tui. Si ergò honorem tuum, & ſalutem tuorum, curare volueris, viribus & armis utendum eſt. Denique, fortuna noſtra in extremo ſita eſt, & maturandum eſt, ne ultra progredientes inimici, etiam Nordalbingorum Provincia abutantur. His auditis, Dux reſpondit: Non poſſum hac vice ipſe egredi, eò quod detinear magnis impedimentis, ſed dabo Tibi Bardos, Sturmarios Holzatos, atque Thetmarchios, quorum auxilio fretus, hoſtium impetus, ad tempus, excipere valeas. Ego quoque, ſi neceſſe fuerit, quantocyus ſubſequar &c.* Ita *Helmoldus*, L. I Cap XXV. §. 6. 7. & 8. p 66. & 67. Conf. *Albertus Stadenſ.* ad an. 1067. p. 132. *Chronicon Holſaticum T. 1 Acceſſionum Hiſtoricarum Ill. Dn. Leibnizii*, Cap. XI. p. 20. *Albertus Cranzius* lib. 3. *Vandaliæ* Cap. 7. Triſtis autem expeditioni finis fuit, quandoquidem *Buthue*, impoſito, PLOENÆ, quam à *Slavis* aſturè derelictam, in cautius occupaverat, Præſidio, poſtridie infinita *Slavorum* multitudine cinctus, dedere ſe cogebatur, contra fidem tamen ſibi datam, cum inde egrederetur, interfectus. CRUCO, (ut *Helmoldus* l. c. Cap. XXVI. pag. 69. & 70. pergit,) *& ejus ſocii, ſtatim inſiluerunt in eos, omnemque multitudinem hanc interfecerunt, in ore gladii, & interfectus eſt Buthue, & omne robur Bardorum, coram Caſtro Plune, in die illa pariter, Invaluitque Cruco, & proſperatum eſt opus in manibus Ejus, obtinuitque dominium in Univerſa Terra Slavorum, & attrita ſunt vires Saxonum, & ſervierunt Cruconi ſub tributo, omnis Terra videlicet Nordalbingorum. qua diſterminatur in tres Populos: Holzatos, Sturmarios, Thetmarchos;*

omnes hi duriſſimum ſervitutis jugum portaverunt, omni tempore Cruconis &c. Conf. *Albertus Stadenſ.* ad an. 1067 pag. 132. &c. *Chronicon Holſaticum* l. c. *Cranzius* l. c. & Cap. 8.

v. (6) Acceſſit huic malo, quod, ſpreta *Gerſtungenſi* Pace, an 1074. (de qua præc Tit. 2. §. 10. lit. d, ad an 1074. p. 109.) redintegratoque bello Civili Saxonico, an. 1075. ambo Principes, MAGNUS Dux, ejusque Patruus, HERMANNUS, Cæſari redderentur dedititii, utut *Lamberto & Herveldenſi* teſtibus, an. 1076. reſtituti in integrum. Vid. præc. vita BERNHARDI II. ſub *Hermanno*, Ejus filio pag 116. Eodem anno, percuſſo Imperatore *Excommunicationis* fulmine, ab *Hildebrando* Papa, hujusque nutu ſurrogato in Ipſius locum, an. 1077. RUDOLPHO Suevo, auctæ inter Cæſarem & Saxones inimicitiæ, de quibus præc. Tit. V. in vita *Henrici IV.* v. 4. ad ann 1076. & 1077. pag. 538. &c. Decretoria erat pugna, apud *STROVI*, qua an. 1078. Cæſar *Saxonum* vires admodum incidit, Principibus quoque noſtris ferali, ut l. c. pag. 543. ad h. a. & præc. Vita BERNHARDI II. ſub *Hermanno*, Ejus filio, p. 116. notavi, Occiſo, in *Merſeburgenſi* prælio, RUDOLPHO, an. 1080. 15. Oct intruſoque novo Anti-Cæſare, HERMANNO, cujus præc. Tit. V. in vita *Henrici IV.* ad h. a pag. 544. memini, *Saxones* vindictam quidem moliebantur, aſt fruſtra, nam, ut *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 1087. pag m. 606. monet, *Inter Imperatorem, & Saxones, vario eventu, ſæpè pugnatum.* Donec tandem, HERMANNO Anti-Cæſare, à reliquis derelicto, & an. 1088 in Lotharingiam ſecedente, *Saxones*, tanti ſanguinis effuſi turbarumque pertæſi, armis depoſitis, HENRICO Imperatori ſe ſubmitterent, *videntes, Ei Regnum conſervari, Divina voluntate approbante, ſive permittente*, ut Helmoldi lib. I Cap XXX. §. 5. p. 78. verbis utar. Conf. *Bertoldus Conſtantienſ.* ad annum 1088. p. m. 360. *Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, ad an. 1087. p. m. 457. *Sigebertus*, ad ann. 1090 p m. 607. *Albertus Stadenſis*, an. 1087. pag. m. 140. [illegible] us ECBERTUS *Marchio*, à nonnullis electus [illegible]i Cæſar novus, negotium Principi faceſſere viſus eſt, non multo poſt autem trucidatus. Vid ſupra l. c. pag. 546. Sedato Civili bello, vertit MAGNUS arma in Slavos, eosque debellat, vel *Annalibus Hildesheimenſibus*, ad annum 1093. apud Dn. de Leibnitz, T. 1. Rer. Brunſvic. pag. 733. teſtibus: *Magnus, Dux Saxonum, Slavos rebellantes, XIV Urbibus captis, ſubegit &c.*

De Colloquio ejus, an. 1088. in Villa *Acheim*, cum *Liemaro* Bremenſi habito, vid. hujus Charta an. 1088. apud *Lindenbrogium*, inter *Privilegia Hamburgenſia*, § 33. p. 146.

v. (7) Ultimis MAGNI temporibus, HENRICUS, *filius* GODESCALCI, *egreſſus eſt Dacia, & reverſus eſt in terram Patrum ſuorum, cui cum CRUCO introitum præcluderet omnem, ille, collecto de Danis ſimul atque SLAVIS navium numero, percuſſit ALDENBURG, & omnem maritimam SLAVORUM Provinciam, duxitque de eis infinitam prædam, Et cum hoc ſecundò & tertiò feciſſet, factus eſt timor magnus omnibus Slavorum Populis, inſulas & littus maris habitantibus, adeò, ut ipſe CRUCO, præter ſpem, HENRICUM ad pacis conditionem admitteret, &, conceſſo introitu, Villas ei, opportunas ad habitandum, concederet. Nec tamen hoc egit ſincera intentione, Virum enim juvenem, fortem, & bellicoſum, quem vi nequibat; fraude opprimere geſtiebat. Unde etjam, per interſtitia temporum, accuratis conviviis, animum ejus explorabat, pertentans opportunum inſidiis locum. At Illi, ad cavendum, nec conſilium, nec doli, deerant, nam Domina Slavina, Uxor CRUCONIS, ſæpius illum præmunivit, denuncians inſidias. Denique, marito, jam vetulo, infenſa, HENRICO, ſi poſſibile foret, nubere affectabat. Unde etiam, inſtinctu ejusdem fœminæ, HENRICUS invitavit CRUCONEM ad convivium, quem multa potione temulentum, cum æſtuarium, in quo bibebant, incurvus exiret, Danus quidam, de ſervis, ſecuri percusſit, & uno ictu caput amputavit. Et accepit HENRICUS Slavinam in Uxorem, & obtinuit Principatum, & Terram, occupavitque munitiones, quas antè habuit CRUCO, & reddidit hoſtibus ſuis ultionem &c.* Sunt verba *Helmoldi*, lib. I. C. XXXIV. §. 1 2. & 3 p. 87. immediatè annectentis, quomodo erga MAGNUM Ducem ſe geſſerit! *Acceſſit etiam ad Ducem MAGNUM, eò quod cognatus ejus eſſe[illegible], & magnificatus eſt apud eum, fecitque ei juramentum fidelitatis, ac ſubjectionis; Sed & NordAlbingorum Populos, quos CRUCO vehementer attriverat, iſte convocavit in unum, & iniit cum eis pactum firmiſſimum, nulla bellorum tempeſtate convellendum. Et læta[t]i ſunt HOLZATENSES, nec non STURMARII, cæterique Saxones, SLAVIS conſigui, eò quod corruiſſet hoſtis eorum maximus, qui tradidiſſet eos in mortem, & in captionem, & in exterminium, & ſurrexiſſet pro eò Princeps novus, qui diligeret ſalutem Iſraël, ſervieruntque Ei ex animo, properantes cum eo ad varia bellorum pericula, parati, cum eo aut vivere, aut mori fortiter &c.* H[æ]c omnia quoque *Albertus Stadenſis*, ad A. 1106. pag. 150. *Wolterus, Chron, Bremenſ. T. 2. Rer. Germ. Meibom.* pag 48. & *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap XV. pag. m. 194. *Chronicon Holſaticum* T. 1. *Acceſſionum Hiſtoricarum* Jll. Dn. *Leibnitii*, Cap.

Cap. XI. pag. 20. *Crantzius*, lib. 3. *Vandaliæ*, C. 18. & 19. & 20. Certiores hujus metamorphoſis facti Slavi reliqui Gentiles, coadunato Exercitu, arma *Henrico* inferunt, Ille' (ut *Helmoldus* l. c: § 6. p. 88. pergit) *ſtatim direxis nuncios ad accerſendum Ducem Magnum, & fortiſſimos Mardorum, Holzatorum, Sturmariorum, atque Tuetmarchorum, qui omnes occurrerunt prompto animo, & voluntario corde. Et progreſſi ſunt in Terram Polaborum, in campum, qui dicitur Similowe, ubi Exercitus hoſtilis erat diffuſus ſuper latitudinem Terræ. Videns ergo Magnus, quia Exercitus Slavorum grandis eſſet; & armis inſtructus, timuit congredi, protractumque eſt bellum, à mane, atque ad Veſperam, eò quod internuncii tentarent pugnam conditionibus dirimere, Dux quoque expectaret auxilium militum, quos ſuperventuros ſperabat. Factum eſt autem, circa occaſionem ſolis & ecce, ſpeculator Ducis nunciat militiam, armis inſtructam, eminus accedentem, quibus viſis, Dux lætatus eſt. Saxonibus augeſcunt animi, ſublatoque clamore aggreſſi ſunt prælium, & perrupta eſt acies Slavorum, disjectique per fugas, occiſi ſunt in ore gladii, & facta eſt victoria illa Saxonum celebris, & recordatione digna, eò quod adfuerit Dominus credentibus in ſe, & concluſerit multitudinem in manu paucorum ---- ſervieruntque, à die illa, omnes illæ Orientalium Slavorum Nationes Henrico ſub tributo, factusque eſt apud Slavorum Gentes notiſſimus, in his, quæ ad honeſtatem & pacis bonum pertinent, nobiliter clarens, præcepitque Slavorum Populo, ut coleret Vir agrum ſuum, & exerceret laborem utilem & commodum, extirpavitque latrunculos & Viros deſertores de Terra; & exierunt Nordalbingorum Populi de munitionibus, in quibus incluſi tenebantur, propter timores bellorum, & reverſi ſunt unusquisque in Villam, & poſſeſſionem ſuam, & reædificata Domus & Eccleſiæ, bellorum tempeſtatibus dirutæ. Porrò in Univerſa Slavia nec dum erat Eccleſia, vel Sacerdos, niſi in Urbe tantum, quæ nunc Vetus Lubika dicitur, eò quod Henricus, cum Familia ſua, ſæpius illic morareture &c.* Conf. *Albertus* l. c. *Chronicon Holſaticum* Dn. *Leibnizii* l. c. *Crantzius* l. c. Cap. 20.

v. (8) Tenuiſſe, Ejus beneficio, *Godefridum* quendam. an. 1106. jugulatum, à latronibus, *Holſatiæ* Comitatum, ex *Helmoldo*, l. c. Cap. 35. p. 89. *Alberto Stadenſi*, anu. 1106 pag. 150. *Hermanno de Lerbeke*, *Chron. Schaumburg*, apud *Meibomium*, T. I. *Rer. German.* p. 498. *Woltero* l. c. *Chronico Holſatico* Dn. de *Leibnitz*, Cap. 12. p. 21. *Chronico Slavico*, ad an. 1106 apud *Lindenbrogium*, p. 254. *Crantzio*, lib. V. *Saxon.* Cap. 28. diſcimus.

v. (9) Exuvias tandem mortales depoſuit ann. 1106. Vid *Chronicon Stederburgenſe*, ad h. a. adud Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 853. *Magnus, Dux Saxonum, obiit &c. & Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, ad h. a. p. m. 466. *Magnus, Dux Saxoniæ, obiit, cujus Ducatum obtinuit Lutgerus Comes, filius Gevehardi, quum non haberet hæredem &c.* Idem docentibus *Helmoldo*, L. I. Cap XXXV. p. 89. cujus verba præced. §. 10. lit. o. p. 59. habentur; *Alberto Stadenſi*, ad ann. 1106. pag. 150. eadem proferente, *Annalibus Hildesheimenſibus*, Dn. *Leibnizii*, ann. eod. l. c. Tom. I. pag. 737. *Dux Magnus Saxonum moritur, & Ducatus Liutgero de Supelingeburg commendatur &c.* *Chronico Holſatico* Dn. *Leibnitii*, Cap. XII. pag. 20. *Chronico Slavico Lindenbrogii*, ad ann. 1106. p. m. 254. *Chronico Halberſtadenſi*, apud Dn. de Leibnitz, Tom. 2. *Rer. Brunſuic.* pag. 130. *Eodem anno* (1106.) *Magnus, Dux, Saxoniæ, obiit, pro quo Lotharius ſurrexit &c. Paulo Lango*, in *Chron. Citizenſi*, apud *Piſtorium*, p. 785 *Alberto Crantzio*, lib. V. *Saxon* C. XXV. & lib. III *Vandal.* Cap. XXI aliisque. *Chronographus Saxo*, pag. m. 281. perperam id in annum 1107. rejicit, ſcribens H. a. *Magnus, Dux, obiit, cujus Ducatum obtinuit Lutgerus Comes &c.* & minus adhuc rectè *Wolterus*, in *Chronico Bremenſi*, in vita *Himberti* ArchiEpiſcopi, apud *Meibomium* Tom. 2. *Rer. German.* p. 48. annum 1112. *Obiit Dux Saxoniæ, Magnus, in eodem anno &c.* Notatu dignum, ultimum Gentis hujus Ducem eodem anno deceſſiſſe, quo Imperator, Familiæ huic ſemper infenſus; cum in contrarium *Otto Magnus* Imp. *Billingorum* promotor, & *Hermannus*, primus Gentis Dux, etiam uno eodemque tempore ad plures abierint, ſe invicem multum diligentes.

v. (10) Coronidis loco ſubjiciam, ex *Alberto Stadenſi*, ad annum 1152. p. m. 168. *Genealogiam Billingianam*:

Genealogia Billingiana.

Hermannus, Dux primus extra Progeniem Widekindi.

Bernardus, *Dux Saxoniæ.*

Bernardus, *Dux Saxoniæ.*

Ordulfus, *Dux Saxoniæ.*

Magnus, *Dux Saxoniæ*, *Anno Domini* 1106.

Carulus - Wulfbildis. qui & Welp. — *Elika - Otto Comes*

Fridericus - Jutta. Dux Sueviæ. — *Heinricus Dux Bavariæ.* — *Otto, Marchio,* — *Albertus, Marchio, cognomento Urſus.*

Bernhardus Dux, *Sifridus*, *Archi*, *Ep. Bremenſis.*

Fridericus, *Imper.* — *Henricus Dux Magnus de Brunſwic.* — *Albertus*, *Marchio.* *Albertus Dux Saxoniæ.* *Heinricus. Comes.*

Heinricus, *Imp.* *Fridericus*, *Imp.* — *Otto. Joannes.* — *Mechtild.* *Eliſabetha.* *Magnus.*

Hanc duxit Johannes, Comes Holſatiæ, Filius Fr. Adolphi.

Heinricus Wilbelmus, Otto, Palatinus. *Dominus de Luneburg.* *Imp.* *Otto, Dux de Brunſwic.*

Mechtildis, Uxor Alberti Marchionis. — *Helena. Nupſit Alberto Duci Saxoniæ, Erat enim ei in ſecundo gradu, & ipſa Duci in quarto.*

Meum Schema, ex hactenus dictis, tale eſt.

Billung Comes

Wigmannus Senior Ux N. filia *Ottonis Magni*, Duc. Saxon. — *Hermannus*, ab *Ottone I.* creatus Dux Saxoniæ †. An. 973. — *Amelungus*, Epiſcopus Verdenſis.

Ecbertus. — *Wigmannus Jun.* Fundator Cœnobii *Eltenenſis.* — *Bernhardus I. Luderus*, *Comes*, Dux Saxoniæ, †. 1010. Ux. *Emma.* †. An. 1010. — *Suanebildis*, Ux. (1) *Dithmari*, March Luſat. (2) *Eckardi*, March. Miſniæ & Thuringiæ. — *Mechtildis* Ux *Balduini* Com. Flandriæ.

Lutgardis, Abbat. Eltenenſis Vid. Charta *Ottonis III.* A. 997. apud *Schatenum* Ep. Paderb l. c. lib. 4. *Annal.* Paderborn. ad h. a p. 343. — *Adela*, Ux. *Balderici*, Com. Saxon. unde natus *Meinwercus* — *Bernhardus II* Dux Saxoniæ. †. 1048. — *Ditmarus*, Comes †. 1061.

Ordulphus, ſeu *Otto*, Dux Saxon. Ux. (1) *Giſela*, fil. *Olai*, R. Daniæ, (2) *Gertrud*, fil. *Conradi*, March. Landsbergici. † 1073. — *Hermannus* Comes,

Magnus, Dux Saxoniæ, ex priori toro. Ux *Sophia*, fil. *Ladislai* (Geiſæ) Regis Hungariæ. Familiæ ultimus †. 1106.

Wulfildis, Patrimonii Luneburgici hæres Ux. *Henrici Nigri*, Ducis Bavariæ †. Anno 1127. (al. 1125. & 1126.) — *Eilica*, Ux. *Ottonis* Divitis, March. Salisquellenſis; †. An. 1142. — N. Uxor Ducis Moraviæ. — N. Ux. *Egebardi* C. Schirenſis.

Henricus Superbus Dux Bavariæ & Saxoniæ; †. 1139. — *Albertus Urſus*, Marchio Brandenburgicus, †. 1170.

v. (14) LOTHARIUS Imp.

v. (1) GEVEHARDO, Comite Supplenburgico, in prælio *Unſtrutenſi*, an. 1075. occiſo, Patre natum hunc Principem, ſuſcepiſſe, ex *Richenſea, Henrici Craſſi*, Northeimenſium Comitis. Filia, GERTRUDEM, primò *Henrico Magnanimo*, vulgò *Superbo*, Bajoariorum Saxonumque Duci, &, ab ejus exceſſu, *Henrico* Auſtriaco, vulgò *Jobſamergott*, itidem Bavariæ Duci, nuptam, in vita Ejus, præc. Tit. V. v. 1. 2. & 3. pag. 560. ad 562. probavi, conf. ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ*, v. 49. in vita *Henrici VIII*, §. 2. De Matre Ejus, inquit *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato*, ad an. 1009. apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, Tom. 3. *Rer. Brunſvic.* p. 330 *Gevert, Greve to Suppelinborch, unde Here to Arnesbarge, nam Hedewich, Burggreven Frederikes Dochter to Nürenbarge, de telde æme eynen Sone, unde twey Dochter; de Sone het Luder, de wart, na æme eyn Hertoghe to Saſſen, unde darna Keyſer. De eine Dochter de het Gerdrut, de nam Greven Florentz to Hollande; De ander Dochter de het Oda, de nam Greve Segebart to Beyeren &c.* Hinc ſua *Henningeſius* Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia* pag. 102. & Recentiores;

v. (2) Ampliſſimum *Brunſuicenſe* Patrimonium intuliſſe Ei *Richenſeam*, Conjugem, præc. Tit. XI. §. 4. lit. i. p. 983. dictum eſt. Firmant ſententiam hanc *Vetuſtum Chronicon Brunſuicenſe*, apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſvic.* p. 13. *Ceſſit etiam eidem Ludero, ex Uxore ſua, Rikiza, Brunswigk hæreditas dignitatis &c. Conradus Botho* l. c. ad an. 1108 pag 333. memor obitus *Magni*, Billingorum Gentis ultimi Saxoniæ Ducum: *Do gaff de Keyſer Hinrick de veffte Greven Luder, Greven Geferdes Sone, dat Lant, unde Hertochdom to Saſſen, unde makede us æm einen Hertoghen to Saſſen, unde nam do hyrna Gertrudis* (Ecberti Marchionis Saxoniæ, & Domini Brunſuicenſis, Filiæ, & Henrici Craſſi Northeimenſis, Conjugis) *Dochter*, (Richenſeam) *de gaff æme midde Brunswich, unde dat Lont an der Weſer, ſo dat düſſe Hertoghe Luder nam dat Wapen der Heren von Brunswick, dat witte Pert, unde wart, mit der Fruwen, eyn Here to Brunswick, und ein Hertoghe to Saſſen, unde van der Weſer &c.* Sic *Chronicon Rhythmicum Principum Brunſuicenſium*, Cap. XXIII. ibid. p. 39.

Wer nu gerne wil weten,
We hirna beſeten,
Dankwerderode de Herſchap,
Merket dat de Mark grevine gab,
De werde Frowe Gerdrut,
Ore leven Dochter gut
Rixen er diſſen Dagen
Eynem Heren, hœrde ek ſagen,
De kam hergeboven an den Kreis,
Ek weit vorwar, ſin Vader heis
Van Suppelingeborch Greve Ghevehart,
Geboren her van Fœrſten art.
He mog ein Here weſen wol,
Wente ſin Lif was aller Dœges vol,
Greve Luther was her genannt,
Van Suppelingeborch ut Saſſenlant &c.

Et Cap. XXVII. pag. 47. ubi facta mentione *Henrici Nigri*, Bojorum Ducis;

De Forſte, alſo men jach,
Gewann to Erve vil herlich,
Eyne Jutten, unde Hertoghen Henrich,
Des to Beygeren was de Herſchap,
Unde to Saſſen, de ome gab
De Keiſer, de ſin Here was,
De werde Luder, alſo ek las
Mit Gerdrude, ſinen Kinde,
Van diſſen Fœrſten ek ok vinde,
Dat he beſat alglich
De Herſchap in Brunswich,
De was ſyner Frowen eygen

Johannes Stadtwegen, in *Chronica*, ib p. 269. *Ecbertus Brunſchw. wart geſchlagen van den Hogheren des Rykes. Do behelt ſyn Süſter, Gertrud, de Herſchop to Brunſchw. und nam to manne Greven Hinrike, de Pinguis heit, Otten Sone van Northeime, de gewesen hadde Hertoghe to Saſſen. Van düſſen Hinrike telde Gertrud, Rickezam, de vertruwet wart Ludero, Greven Gheverdes Sone van Supplingeborch, de na Hertoghe to Saſſen wart, und Keyſer na &c. & pag.* 270. *Loderus, vel Lotharius, was van de Edelſten Saſſen. Syn Vader was Greve Ghevehart to Süpplingborg und Haldesleven, ſyn Vruwe was de Edele Rikeza, Vrowen Gertrud Tochter, dar he mede hadde de Herſchop tho Brunſchwick &c.*

v. (3) Sepulchra Parentum ingreſſo Duce MAGNO, *Billingorum* ultimo, fortitus eſt *Lotharius*, an. 1106. *Henrici V.* Imp. beneficio, *Saxoniæ Ducatum*. Teſtes iidem ſunt, quos de obitu *Magni* Ducis teſtantes adduxi; quibus addi merentur: *Vetuſtum Chronicon Brunſuicenſe* apud *Maderum* l. c. ubi, *Duce Saxoniæ Magno, mortuo, à Rege* Henrico, *Ducatum Saxoniæ, pro ſua induſtria,* (Lotharius) *eſt adeptus &c. Hermanni de Lerbeke Chronicon Comitum Schawenburg* apud *Meibomium*, T. I *Rer. German*, pag. 498. *anno Domini* 1106. *Henrici IV.* (Quintum intelligit) *Ducatum*

 Saxo-

Digitized by Google

Saxoniæ dedit Ludero, Comiti Saxoniæ, qui deſcenderat de ſemine Wedekinde, Regis Angariæ &c. *Conradus Botho* cit. *Chron. Picturat.* ad an. 1108. pag. 333. *Hertoghe Magnus was de leſte van Hertoghen Hermen Slechte, den Keyſer Otto de Grote to eynen Hertoghen makede, unde ſatte æn upp Lunenborch, dat ſtarff quyt upp de twey Dochter na, dar eynander Slechte aff kam, do gaff de Keyſer Hinrick de Veffte Greven Luder, Greven Geferdes Sone, dat Lant unde Hertochdom to Saſſen, unde makede ut æm einen Hertoghen to Saſſen &c.* Cit. *Chronicon Rhythmicum* l. c. pag 40.

Er ſtarff der Forſte ut Saſſenlant,
Hertoge Magnus was her genant,
De des Hertochdomes hadde geplegen:
Da wart do gelegen
Van dem Verden (Fünfften) Keiſer Henrich,
Greven Lüders vil werdichlich
Van Suppelingeborch, der hi iſt genant,
Do heit he Hertoge ut Saſſenlant &c.

Henricus Bodo, de Cœnobio Gandesheimenſi, apud Dn. *Meibomium l. c.* Tom. 2. p. 504. Alii.

v. (4) Regimen Ejus paucis depingit *Helmoldus,* lib. I. *Chron. Slav.* Cap. XXXV. §. 1. &c. pag. 89. *Mortuus eſt, poſt hæc, Dux Saxoniæ, Magnus, & dedit Cæſar Ducatum Ludero Comiti, eò, quod Magnus non haberet Filium, ſed Filias — Luder autem obtinuit Ducatum Saxoniæ, & gubernavit, cum modeſtia, tam Slavos, quam Saxones &c.* habes hic ſimul titulum tranſlati in *Luderum* Ducatus. Idem docent *Albertus Stadenſis,* ad an. 1106. p. 150. *Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* in Vita *Himberti* Archi Ep. apud *Meibomium* l. c. T. 2. pag. 48. *Albertus Crantz* L. III. *Vandal.* Cap. XXI. & L. V. *Saxon.* C. XXV. Liberalitatis Cæſareæ exemplo, primo ſtatim *Ducatus* anno, contulit *Holſatiæ* Comitatum in *Adolfum Schawenburgicum, de quo Helmoldus l, c.* Cap. XXXVI. §. 1. p. 90. *Comitiam* (Holſatiæ) *vacantem* (à nece Godefridi Comitis) *dedit Luderus Dux Nobili Viro, Adolfo de Schowenburg; fuitque pax inter Adolphum Comitem, & Principem Slavorum, Henricum, &c.* Conf. *Albertus Stadenſis* l. c, *Eo tempore Godefridus, Comes Holſatorum, occiſus eſt à Latrunculis Slavorum, deditque Luderus Dux Cometiam Nobili Viro de Scowenburg, Adolfo, fuitque pax inter Adolfum Comitem, & Principem Slavorum, Henricum &c. Hermannus de Lerbeke,* l. c. ad an. 1106. *In diebus illis, latrunculi Sclavorum homines & jumenta de Stormaria, prope Civitatem Hamborg, abduxerunt, & Comitem Provinciæ illius, Godfridum, cum aliquantis Civium de Hamborg, capite Comitis truncato, occiderunt. Cometia igitur Holſatiæ, per mortem Godfridi vacante, & fama Nobilitatis, atque virtutum floribus, per terrarum ſpatia circumquaque, de Adolpho, Comite in Schowenborg, volante, Dux Luderus præfatus Terram Holſatiæ, Stormariæque Adolpho, virtutibus militaribus, & induſtria, tunc in partibus occidentalibus ſingulariter ornato contulit &c. Henricus Wolterus* l. c. *Eodem anno* (quo Lotharius Dux Saxoniæ evaſit) *iterum Slavi venerunt in Hamborg, pro rapina, & hos inſequebatur Comes Gotfridus, Dominus iſtius Terræ, & fuit à Slavis interfectus. Tunc Dux Luderus dedit illam Comitiam Stormariorum Seniori Adolfo, Comiti de Schowenborg, quia Feudum eſt Ducum Saxoniæ, Et ipſe tunc optimè concordabat cum Principe HENRICO de Wenden, id eſt, Slavorum &c. Chronicon Slavicum,* apud *Lindenbrogium* an. eod. pag. m. 254. *Comes Holſatiæ, Godefridus, à Slavis occiditur, & Luderus, Dux Comitiam illam Comiti Adolfo de Schowenborch contulit &c. Chronicon Holſaticum,* apud Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Acceſſ. Hiſtoric.* C. X. I. pag. 21. *Imperator Ducatum Saxoniæ dedit Comiti Ludero, qui ſuo tempore ſatis benè rexit. In illis diebus contigit, quod Slavi de Aldenborg, ante Civitatem Hamburgenſem, jumenta prædati ſunt, quos Godfridus, Comes Holſatiæ, de Hamborch, cum paucis, inſequebatur, quo capto, & capite ejus à Slavis illis paganis abſciſſo, & ſecum deducto, vocabat Comitia talis. Tunc dictus Luderus, Dux Saxoniæ, Cometiam Holſatiæ ac Stormariæ Nobili Viro, Adolpho, Comiti Schowenborch, conceſſit in Feudum, circa annum domini Milleſimum undecenteſimum decimum &c.* Quamvis Chronologia hæc falſa ſit. *Albertus Cranzius,* lib. IV. *Saxon.* Cap. XXVI. & XXVII. & lib. III. *Vandal.* Cap. XXI.

v. (5) Quod de *Slavis* dictum, quos cum modeſtia rexerit, de protectione interpretor, qua HENRICUS, eorum Princeps, non minus ſub *Lothario,* quam ſub Duce *Magno,* fruebatur; cum nullibi reperiam, armata *Lotharium* manu eos ſubegiſſe, benè verò, quod *Henricus,* dèbellatis ad Lubecam, *Rugianis,* ſeu *Ranis,* Cal. Aug. 1106. *Slavorum Rex* fuerit declaratus; nam, ut *Helmoldus* l. c. C. XXXVI. §. 6. p 91. ait: *ſervierunt Ranorum Populi Henrico ſub tributo, quemadmodum Wagiri, Polabi, Obotriti: Kycini, Circipani, Lutici, Pomerani, & univerſæ Slavorum Nationes, quæ ſunt inter Albiam, & Mare Balticum, &, longiſſimo Tractu, portenduntur usque ad Terram Polonorum, Super omnes hos imperavit Henricus,*

ricus, vocatusque eſt Rex, in omni Slavorum & Nordalbingorum Provincia &c. Nec aliter *Chronicon Holſaticum* Dn. de *Leibnitz* l. c. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XV. p. m. 194. *Heinricus Wolterus* l. c. p. 48. *Albertus Crantzius*, lib. 3. *Vandal.* Cap. 22.

An 1107. domabat HENRICUS, Tranſalbinorum Saxonum auxilio, rebelles *Brizanos & Stoderanos.* Vid. *Helmoldus*, lib. I. Cap. 37. pag. 93. *Chronicon Slavicum* l. c. *Crantzius* l. c. Cap. 23.

An. 1109. iisdem ſupperias ferentibus, adegit *Rugianos* deficientes, filium ipſius, *Woldemarum*, trucidantes, ut flebili voce gratiam implorarent, dicentes: *Ecce, Terra in conſpectu tuo eſt, utere ea, ut libet. omnes in manu Tua ſumus. quicquid impoſueris, feremus.* Vid. *Helmoldus* l. c. Cap. 38. pag. 95. immediatè annectens: *Quatuor ergò millibus & quadringentis Marcis, pacem indepti ſunt; acceptisque obſidibus, in Terram ſuam reverſus eſt*, (Henricus) *dimiſitque Exercitum unumquemque in ſua &c.* Conf. *Crantz* lib. 3. *Vandal.* Cap. 25. & 26.

An. eod. Confirmavit *Henricus V.* Imp. *interventu & humili petitione Dilectorum ſuorum Principum* — *Liudigeri Ducis, Herimanni Comitis &c.* omnia Privilegia, Abbati & Monaſterio *Helmwardesbuſano*, á majoribus conceſſa. Vid. *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. VII. h. a. p. 667.

An. 1110 Recruduit bellum inter Imperatorem, & Saxones, de quo *Helmoldus* l. c. Cap. 39. §. 1. pag. 96. *Fuit autem, circa hos dies, bellum potens HENRICO Cæſari, contra* DUCEM LUDERUM, *& Saxones. HENRICUS enim Junior, ubi, depulſo, vel potius extincto, Patre, obtinuit Monarchiam Imperii, vidit, quia univerſa Terra quievit in conſpectu Ejus, fecitque univerſis Principibus jurari Expeditionem Italicam, volens juxta morem, aſſequi plenitudinem Imperialis honoris, de manu Summi Pontificis.* Quæ & apud *Albertum Stadenſem*, ad h. a. p. 151. & in *Chronico Slavico*, cit. C. XVI. p. 195 habentur. Unde ſuſpicior, ortas, ob ipſam expeditionem hanc, inter eos lites. Duce forſan Imperatorem vel plane in Italiam comitari recuſante, vel non eo modo, quo voluit. Quicquid ſit, eò profectus legitur Imperator, de cujus rebus geſtis, vitam Ejus, præced Tit. V. v. 4. ad an 1110. & 1111. p 549. ad 555. evolvas. Certior, inde redux, factus de perjurio *Paſchalis II.* P. R. pacta ſecum inita fœdè reprobantis, data ſic nonnullis Imperii Principibus rebellandi anſa, vindictam coquere molitur. Opportuna ſenſis animi exprimendis occaſio erat diſſidium, inter Marchionem *Stadenſem, Henricum*, ſeù potius ipſius Patruum, Marchionem *Rudolfum*, qui, durante nepotis minorennitate, Marchiam procuraverat, atque *Fridericum*, Comitem quendam *Stadenſem*, de *Hæreditate Idæ*, quod *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1112. pag. 152. & ſeqq latè deſcribit, verbis ſeq. Tit. XVII. §. 13. lit. f. v. 17. occurrentibus. Summa eſt: *Fridericus* Comes, mediantibus 40. marcis auri, conciliavit ſibi Gratiam Cæſaris; *Lotharius* Dux contrà conatibus ejus quocunque modo ivit obviam. Indicitur igitur litigantibus dies, quibus, una cum Legato Cæſareo, *Lothario* Duce, & *Friderico*, ArchiEpiſcopo Bremenſi,

An. 1112. *Radolveſtorpi* congregatis, injicit *Rudolfus* Marchio *Friderico* Comiti vincula, eumque *Saliſquellam* ducit captivum. Re cognita, vocat Cæſar ſibi & *Friderico* adverſantes in Judicium, ibique Ducem pariter ac Marchionem proſcribit; Vid. Annal. *Hildesheimenſes* ad h. a. apud Jlluſt. Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſuic.* p. 738. *Imperator Natalem Domini Goslariæ celebrat. Diſſenſio Liutgeri, & Marchionis Rodolfi, cum Imperatore; unde Principum ſententia, utrique damnantur. Ducatus Ottoni de Ballenſtad committitur; Marchia, Elperico &c.* Hinc circumpoſita *Saliſquellæ* obſidio; verùm, aſſerto in libertatem *Friderico*, & Principes proſcripti in Gratiam Cæſaris redierunt. Vid. Annal cit. l. c. *Imperator Saltwidele, obſides, ipſi non longè, cum Imperatore pugnaturi, cum Exercitu manent; ſed, bellica tandem rabie diſſipata, prædicti Principes gratia Imperatoris utuntur* De libertate *Friderico* reddita teſtatur *Albertus Stadenſis* ad an. 1112. ſeq. Tit XVII. §. 13. lit. f. v. 17. *Lotharium* verò Ducem ſerius nonnihil in integrum fuiſſe reſtitutum, vel inde ſuſpicor, quod Scriptores coævi Eum ſupplicem Imperatori factum affirment, tempore, quo Cæſar nuptias cum *Mathilda, Henrici*, Anglorum Regis, filia, celebraverit; jta ſanè *Otto Friſingenſis*, L. VII. *Chronicorum*, Cap. XV, p. 147. *Poſt hoc, Moguntiæ, Regio apparatu conjuncta ſibi filia Henrici, Regis Anglorum, Mathilda, magnificè nuptias celebravit. In ipſa nuptiarum ſolennitate, Lotharius, Dux Saxonum, nudis pedibus, ſago indutus, coram omnibus, ad pedes Ejus venit, ſeque ſibi tradidit. Tantus enim, usque ad id temporis, timor Principes invaſerat, ut nullus rebellare auderet, vel rebellans, cum maximo damno ſui, vel etiam vitæ detrimento, in gratiam Ejus rediret &c. & Godefridus Viterbienſis*, Part. XVII. *Chronicorum* p. 506. *Imperator, ab Urbe, in Franciam reverſus. filiam HENRICI, Regis Anglorum, MATHILDAM, in Uxorem ſibi conjunxit, nuptiasque magnificas Moguntiæ celebravit. In Ipſa Curia, Lotharius, Dux Saxoniæ, qui poſtea fuit Imperator, tunica lanea, pro pœnitentia, indutus, & pedibus diſcalceatus, procidit ante pedes Imperatoris. Tantus enim terror omnes inva-*

ſe-

Digitized by Google

vaſerat, ut aliquis voluntati ſuæ reſiſtere non auderet &c. & Albericus, Monachus trium fontium, ad annum 1114. pag. 224. & 225. ad verba *Friſingenſis* provocans. Aſt nuptias iſtas, anno 1114. conſummatas, præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 118. probavi. Enimverò, tributa Saxonibus imponere cum conaretur Cæſar, coëunt Saxones, impellente Moguntino Præſule, *Adelberto*, in novum fœdus, de quo *Friſingenſis* l. c. *Verùm, in hac Curia, quia penè omnes Principes Regni confluxerant, conſpirationes fiunt, ac exhinc non ſolum occulta conſilia, ſed & publica contra eum* (Cæſarem) *machinamenta diſponuntur; hinc iterum miſerum Imperium, quod per paucos vix quieverat annos, ſcinditur &c.* (Conf. idem, lib. I de *Geſtis Friderici I.* Cap. XII. pag. 414.) *Godefridus Viterbienſis*, l. c. *Albericus* l. c. in primis *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſ.* ad h. a. apud Dn. de *Leibnitz T. 3. Rer. Brunſuic.* p. 334. *In duſſem Jare vorheff ſick ein Krich. De Biſchopp Albert to Mentze, Hertoghe Luder van Saſſen, vnde Greve Roleff, unde Frederick Paltz-Greve by den Ryne, de ſatten ſick wedder den Keyſer, Wente he wolte dat Lant to Saſſen tynshafftich maken. De Keyſer fengk Biſchopp Albert to Mentze, unde beleyde Kollen. Unde Greve Hoyger to Mansvelde, de was by dem Keyſer unde dene wolde he belenen dat Hertogedom to Saſſen, unde wolte dat Hertoghen Luder nemen — de Keyſer toch mit eyne ſtarcken Her, vor dat Wulpes-Holt, by Quelinborch, dat vorde Greve Hoyger van Mansvelde in den Graven &c.* Vim vi opponendo Cæſar, incentorem rebellionis, *Adalbertum* Moguntinum, intercipit, quo liberando, tota concurrit Saxonia. Terminando bello, cruentum committitur prælium, apud *Welfholtz*, A. 1115. cæſis ad internecionem Cæſareis, interque eos Phalangum ductore, *Hogero*, Mansfeldiæ Comite, cui *Saxoniæ Ducatus*, rebus proſperè ceſſuris, in militiæ ſtipendium, deſtinatus erat Vid. *Chronicon Verdenſe*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 2. p. 216. in vita *Hartwini* XXIV. Epiſcopi; & *Chronicon Rhythmicum*, ibid. T. III. p. 40. & 41. C. XXIII. & *Conradus Botho* l. c, ad an. 1115. p. 334. & 335. ubi addit: *To eyner Dechtniſſe deſſulven Strides, buweden de Saſſen eyne clene Cappellen, upp de Stidde, dar de Stryd geſchach, unde richteden dar upp eyn Sule, darup ſtod eyn wapens Man, de hadde eynen Schilt in der Hant, unde eyne Kule, mit ſcharpen Tacken, unde den beden de Bur an vor eynen Got, unde beten one Jodute, und menden, dat ſe, dorch Hulpe Sunte Jodute, den Stryd gewunnen hedden. Upp duſſe Stidde is nu gebuwet eyn Cloſter, Prediger Ordens, unde het Wedderſtidde &c.* add. præc. Tit. V. Vita *Henrici V.* v. 4 ad an. 1115. p. 556. ubi verba *Helmoldi*, teſteſque alii. Romana Curia, cui, (ut l. c ad an. 1116. & 1117. notavi,) non benè cum Cæſare convenerat, inde reddita elatiori, protractum civile bellum, donec an. 1120. LOTHARIUS DUX, cæterique Imperatori reluctantes, gratiam Principis iterum amplecterentur. Vid. ib. *Annal. Hildesh.* ad h. a. p. 558.

An. 1116. *De Wende de treden echt van dem Geloven, unde ſatten wedder upp oren olden Affgott, de het Flyns, wende he ſtod upp eynem Flynsſteyne, was van Geſtalt alſe eyn dode, mit eynem langen Mantel, unde hadde in der Hant eynen Staff, mit eynem barnen Blaſe, unde upp der luchteren Schulderen, eynen upgerichten Lauwe, de ſe vorwecken ſcholde, wan ſe ſtorven. Dar toch Hertoghe Luder, unde Biſchopp Adolgotus to Meydeborch, unde vorſtorden den Affgott uppet nyge in dem Lande to Luſitze, dat to ydel Wenden weren &c.* Hæc *Conradus Botho* l. c. ad h, a. p. 336.

An. 1119. augente Imperatore *Henrico* Cœnobium in Monte *S. Georgii*, Goslariæ, ſylvà *Aal*, teſtes fuere adhibiti: *Luderus Dux, Rodolfus Marchio &c*, vid. *Heineccii Antiquit. Goslar.* lib. I, h. a. pag. 116.

An. 1121. *Dux Liutgerus, Comes H.* (Hermannus) *de Winceburch, numeroſa, & forti manu Monaſterium vadunt, pro reſtituendo Theoderico Epiſcopo. In qua reſtitutione incautè S. Pauli templum, nobiliter conſtructum, incendio conflagravit, cum omni fere Urbis loco. Prædictus Dux omnes ferè Urbis defenſores tam Nobiles, quam Miniſteriales, captos abducit. His actis, Dulmene, Urbem munitam, in deditionem accepit &c.* Hæc Annales cit. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 739. Conf. *Robertus de Monte*, h. a. p. m. 618 *Conradus Urſpergenſis* in vita *Henrici V.* an. eod p. m. 201. *Cranzius*, lib. V. *Saxon.* Cap. 41. *Schaten*, *Annal. Paderborn.* lib. VII. an. eod. p. 695. & 696.

An. 1122. *Luderus, Dux Saxoniæ, conſtruxit Caſtrum Vordis &c.* Ita *Wolterus*, l. c. in Vita *Friderici* Archi-Epiſcopi, p. m. 49. Erectum hoc caſtrum, durante memorato bello *Stadenſi*, inter *Rudolfum*, Ejusque nepotem, ex fratre, *Udone II. Henricum*, Marchiones *Stadenſes*, atque Comitatus *Stadenſis* Adminiſtratorem, *Fridericum* Comitem, favente jam *Lothario* noſtro, ipſius antea hoſte acerrimo, dominium Provinciæ vindicatum ſibi eundem, ex *Alberto Stadenſi*, ad an. 1112. p. m. 154. diſcimus, ubi: *Ex deliberato, Comes Rodolfus, & nepos ſuus, Heinricus, Marchio, juvenis, cum multa militia Stadium properant, ſed Fridericus, audito introitu eorum, ex altera parte Oppidi fugit, & vix; tam nocte, quam nemore, exceptus, inſequentium manus declinavit. Elapſus itaque Ducem Luderum adiit, & ipſi, & quæ potuit, & quæ non potuit, dedit. Principibus ergò Stadenſibus, quæcunque in Friderici*

rici, poſſeſſione fuerant, ſibi vendicantibus, Luderus Caſtrum VORDE ædificavit, & totius Ducatus Saxoniæ vires, ad FRIDERICUM reſtituendum, informat. Tandem mortuo RODOLFO, FRIDERICUS reſtitutus eſt priori poſſeſſioni &c. Licet h. a. hæc recenſeantur; tamen non unius ejusdemque anni fuiſſe res, caret dubio. Conf. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſ. Lindenbrogii*, pag. m. 88. in vita laudati Præſulis, *Friderici I. Cranzius*, lib. 3. *Vandal.* Cap. 17.

v. (7) An. 1125. *toch Hertoghe Luder van Saſſen, unde Greve Hermen, van Winſenborch, mit einem ſtarcken Here, to Münſter, unde Vorde Biſchopp Diderick wedder in, unde in der Storling wart gebrant de Dom Sunte Pauwel, unde de Stad vel na, alldar gaff Hertoghe Luder wedder dem Goddeshuſe groten Schas, dar me den Dom wedder mit buwen ſcholde, alſe me ok dede &c* Ita *Conradus* Botho l. c. ad h. a. p. 337.

An. eod. poſt fata *Henrici V. Voto omnium renitens valdè, ac reclamans, ad Regnum tractus*; ita *Otto Friſingenſis*, ut & Gibelinus; præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a p. 120 & Tit. V. in Vita *Lotharii*, v. 4. an. eod. p. 562. & 563. De Statu *Saxoniæ* iſtius ætatis, legas *Helmoldum* lib. I. c. 41. p. 107. ib. p. 562. qui l. c. §. 5. de *Slavia*, ſubjicit: *Sed & Slavorum Populi agebant ea, quæ pacis ſunt, eò quod Henricus Slavorum Regulus, Comitem Adolphum, & contiguos Nordalbingorum Populos, omni benevolentia amplexatus fuerit &c.* quamvis, eodem teſte, l. c. §. 6. eò triſtior, per *Slaviam*, Eccleſiæ fuerit facies: *In diebus illis, non erat Eccleſia, vel Sacerdos, in univerſa Gente Luticiorum, Obotritorum, vel Wagirorum, niſi tantum in Urbe Lubeke, eo quod illic fuerit Henrici familiare contuberuium &c.* Idem affirmantibus *Alberto Stadenſi*, ad an. 1133. p. 157 *Henrico Woltero* l. c. in Vita *Himberti* Præſulis, p. 48. *Chronico Slavico Lindenbrogii* Cap. 16. p. m. 195. *Surrexit quidem*, (ut *Helmoldus* l. c §. 7. pergit) *eo tempore quidam, Vicelinus nomine* (de Quernhamelen, ceu ex eodem, l c. Cap. 42. §. 1. p. 108 diſcimus) *& venit ad Regem Slavorum, Lubeke, rogavitque dari ſibi facultatem prædicandi Verbum Dei, infra terminos ditionis ejus &c.* conſentientibus. *Alberto Stadenſi* l. c. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium, Lindenbrogii*, in vita *Adalberonis* ArchiEpiſcopi, pag. m. 89. & 90. *Chronico Slavico* l. c. *Hermanno de Lerbeke Chron. Schaumburg;* apud *Meibomium* l. c. Tom. I. pag. 498. *Alberto Cranzio*, lib. VI. *Metropol.* Cap. XI. Enimvero, admotis vix operi manibus, *Rudolpho*, Hildeshemenſi Presbytero, & *Ludolfo*, Verdenſi Canonico, cum adjuturis, *fama velox pertulit, Henricum Regem Slavorum, præſenti vita deceſſiſſe, ſicque, ad præſens, pia eorum vota retardata ſunt. Filii enim Henrici, Zwentepolch, nec non Kanutus, qui dominio ſucceſſere, inteſtinis bellis adeo perturbati ſunt, ut tranquillitatem temporum, & tributa Regionum perderent, quæ Pater eorum, armorum virtute, conquiſierat &c.* ſunt Verba *Helmoldi*. lib I. Cap. 46. §. 5. p 113. &c. Add. *Albertus Stadenſis* l. c. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. 17. p. 195. quibus ſimul probatur, errare *Cranzium*, lib. 3. *Vandaliæ*, Cap. 28. *Henrici* obitum anno 1122. vindicando, cum, ex hactenus dictis, conſtet, *Vicelinum*, priusquam *Lotharius* Imperator fuerit electus. *Lubecam* non veniſſe; quod & *Bangertus*, in Not. ad lib I. *Helmoldi*, Cap. 41. voc. *Surrexit*, pag. 108. obſervavit; nec malè hinc inferens, in Rubrica Cap. 46. § 5. pag. 112. *Henricus moritur, Suentepolcho & Kanuto, relictis filiis, circa annum* 1126. Obortis inter hoſce fratres, erciſcundæ Familiæ judicium ſubituros, litibus, *Zuventepolchus*, natu major, ſolus regnare cupiens, Holſatorum auxilio, obſidet fratrem, *Kanutum*, in arce Plœnenſi; quo viciſſim propugnacula conſcendente, &, jus ſuum, in avitas, æquis cum fratre partibus, ſuccedendi terras, de muro deducente, controverſia amicè compoſita, *Audite, quæſo*, (inquit Kanutus) *Verbum meum, Viri optimi, qui veniſtis de Holzatia! Quid, rogo, cauſa eſt, ut conſurgatis adverſus amicum veſtrum? nonne Ego Frater ſum Zuentepolci, eodem Patre, Henrico, genitus, &, de jure, Ditionis paternæ cohæres? Quare ergò frater meus extorrem me facere nititur hæreditatis paternæ? nolite, quæſo fruſtra vexari adverſum me ſed revertimini ad judicium, & obtinete mihi, apud fratrem meum, ut det portionem, quæ me jure contingit. His auditis, animæquiores facti ſunt animi obſidentium, decreveruntque, Virum, juſta poſtulantem, exaudiri, adhibitaque opera, Germanos diſcordes reconciliaverunt, partita inter eos Provincia. Sed Kanutus; non longe poſt, interfectus eſt, in Urbe Lutilinburg, Zuventepolch ſolus Dominio potitur, convocansque Adolſum Comitem cum Holzatis & Sturmariis, direxit expeditionem in Provinciam Obotritorum, obſeditque Urbem, quæ, dicitur Werlo. Qua in poteſtatem redacta, ultra progreſſus eſt ad Urbem Kycinorum, obſeditque eam hebdomadibus quinque. Tandem, Urbe ſubacta, acceptisque obſidibus, Zuentepolch reverſus eſt Lubeke, Nordalbingi quoque ad ſedes ſuas redierunt &c.* Hæc *Helmoldus*, lib. I. Cap. 48. §. 2. 3. & 4. p. 117. Conf. *Albertus Stadenſ.* l. c. an. 1133. pag. 157. *Chron. Slavicum Lindenbrogii* l. c. *Cranzius* lib. 3. *Vandal.* Cap. 31. Probè notandum, *Lotharium*, neque qua *Imperatorem*, neque qua *Ducem Saxoniæ*, ter-

terminandæ litis judicium ſibi vindicaſſe, magno argumento, *Henricum* Regem, liberam planè, neminique obnoxiam hæreditatem, liberis reliquiſſe. Quam breve autem & ipſius *Zwentepolchi* Regimen fuerit, docet *Helmoldus* l. c. §. 8. pag. 118. *Zuventepolch, non longè poſt interfectus eſt, dolo cujusdam Daſonis, prædivitis de Holzatia. Remanſit Zuventepolch filius, nomine Zuinike, ſed & hic interfectus eſt apud Ertheneburg, Urbem Tranſalbianorum, defecitque ſtirps Henrici, in Principatu Slavorum, mortuis ſcilicet filiis, & filiorum filiis.* Eadem habet *Albertus Stadenſis* l. c, & p. 158. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* l. c. *Crantzius* l. c. C. 32. & VI. *Metropol.* Cap. XIV. p. 150.

v. (8) Jam, circa ſucceſſionem, novæ lites. Superſtes erat, ex Gente *Godeſchalci*, Slavorum Principis, *Primislaus*, adeoque Agnatorum hæres; *Canutus* vero, *Godeſchalci* Conjugis ex fratre, *Erico*, Danorum Rege, nepos, *Lotharii* Imperatoris gratia, *Obotritorum Rex* creatus, Vid. Auctores præced. Tit. V. §. 8. lit. a. pag. 424. hoc nomine laudati, & ſeq. v. 9. nec non ſeq. *Catal. Ducum Venedic.* v. 24. ad an. 1183. Genealogiæ Schema, ex *Helmoldo.* lib. I. Cap. 14 15. 16. 19. 24. 35. 37. 46. & 49. *Saxone Grammat.* lib. XIII. & *Bangerto,* in Notis, ad lib. I. *Helmoldi* Cap. XIX. p. 58. deſumptum, tale eſt:

Billug, Slavorum Princeps, ſub *Ottonibus I. & II.*

- *Miſizla* (Mislaus) ſub *Ottone II. & III.*
  - *Miſtiwoi*, ſub *Henrico Sancto*, quo Anteſignano, Slavi, anno 1013. de fecerunt.
    - *Anadrog*
    - *Gneus.*
    - *Udo*, malè Chriſtianus, ſub *Conrado Salico.*
      - *Godeſchalcus*, Pius Princeps, an. 1066. adeoque ſub Imperio Henrici IV. à Paganis occiſus. duas habuit Conjuges: (1) *Syritham*, fil *Suenonis*, Regis Daniæ, (2) N.
        - *Henricus*, Rex Obotritorum, ex (1) †. an. 1126.
          - *Miſtue.*
          - *Zwentepolch.*
            - *Zuinike*, ultimus
          - *Kanutu.*
        - *Buthue*, ex (2)
          - *Primislaus*, ſeu *Pribislaus*, item *Henricus*, Obotritorum Regulus ſimulque Marchio Brandenburgicus, †. an. 1141. (al. 1142.)
      - N. Uxor *Pluſſonis*, qui Slavos ad defectionem ſeduxit.
  - *Mizzudrag.*
- *Naccon.*
- *Sederich.*

Sueno Eſtbritius, Rex Daniæ, 1049.

- *Nicolaus*, ex Concubina.
  - *Magnus*, qui *Canutum* fratruelem proſtravit.
- *Ericus Bonus*, Rex Daniæ.
  - *Canutus*, an. 1133. creatus *Rex Obotritorum*, a fratrueli, *Magno*, occiſus an. 1134.
    - *Woldemarus I.* Rex Daniæ. †. 1182
      - *Canutus II.* Rex, †. 1202.
      - *Woldemarus II.* Rex †. 1241.
- *Syritha*, Uxor Godeſchalci.

v (9) In Terram Sanctam abiturus *Ericus*, Danorum Rex, commendabat Regnum pariter, & filium, *Canutum*, fratri naturali, *Nicolao*, ea lege, ut, ſe inde non redituro, Regnum *Canuto*, poſtquam adoleviſſet contraderet. Verum, extincto in *Cypro* Inſ. *Erico*, *ubi Kanutus adoleſcere cœpit, timens, ſe inſidiis Patrui ſui, facile poſſe obrui, tranſiit ad Imperatorem Lotharium, & manſit apud Eum multis diebus, ſive annis, habitus, ut Regiam Magnificentiam decuit, cum plena honorificentia. Inde ſubiens in Patriam, à Patruo benigne receptus, & Ducatu totius Daniæ præfectus eſt, cœpitque, Vir pacificus, Regionem com pacare, auferens viros delictores de Terra... Interea ſubiit animum ejus, quoad Principatus Regni Slavorum vacaret, mortuis ſcilicet*

licet Henrico, & filiis Ejus adnullatis. Adiit ergo Lotharium Imperatorem, emitque, multa pecunia, Regnum Obotritorum, omnem ſcilicet poteſtatem, qua præditus fuerat Henricus & poſuit Imperator coronam in caput ejus, ut eſſet Rex Obotritorum, recepitq; Eum in dominium &c. Ita Helmoldus, lib. I. Cap. 49. §. 4 5. & 7. p. 119. & Albertus Stadenſis l. c. p. 158, Cranzius lib. 3. Vandal. C. 30. & lib. 6. C. 27. & lib. VI. Saxon. Cap. 2. Conradus Botho, Chron. Picturat. Brunſuic. ad an. 1133. apud Dn. de Leibnitz Tom. 3. Rer. Brunſuic. pag. 339. de coronatione hac legas & & alios, quos præc. Tit. V. §. 8. lit. a. pag. 424. hoc titulo, produxi teſtes. Hac rerum facie, tranſiit (ut Helmoldus l. c. § 8. pergit) Kanutus, in Terram Wagirorum, & occupavit montem, qui antiquitus Alberg (hodie Segeberg) dicitur, impoſuitque illic manſiunculas, intendens ibidem communire Caſtellum, & ſociavit ſibi, in Terra Holzatienſium, omnem Virum fortem, fecitque cum eis incurſationes in Terram Slavorum, occidens & ſternens omnes ſibi adverſantes; ſed & fratruelem Henrici, Pribizlaum; & majorem Terra Obotritorum, Niclotum, duxit in captivitatem poſuitque Slesvvich in cuſtodiam, adſtringens eos manicis ferreis, quousque pecunia & vadibus redempti, ea, quæ ſubjecta ſunt, ſentirent &c. Add Albertus Stadenſ, l. c. Cranzius l. c. Vandal. C. 31. 32 & 33. Non multo poſt autem, Canutus, à fratrueli, Magno; Nicolai filio, obtruncatus eſt. Vid. Helmoldus, l. c. Cap 50. §. 4. pag. 122. & Albertus Stadenſ. l c p. 159. Herman. de Lerbeke l c. pag. 499. Chron. Slavicum Lindenbrogii, Cap. 17. pag. 159. Wolterus, Chron. Bremenſ. in vita Humberti ArchiEpiſcopi, apud Meibomium T. 2. Rer. Germ. pag. 50. Cranzius l. c C. 34. & lib. VI. Saxon. C 3 & lib VI. Metropol. Cap, XV. p. 150. ad an. 1134 & lib. V. Daniæ, C. XI. pag. m. 105. Audito ſiniſtro hoc nuncio, Lotharius Imperator, cum Conjuge ſua, Rikenza, non modicè contriſtati ſunt, eò quod corruerit Vir Imperio & amicitia conjunctiſſimus, venitque, cum grandi Exercitu, prope Civitatem Slesvvich, ad Vallum illud notiſſimum, Dinevverch, ulturus mortem funeſtam optimi Viri, Kanuti. Conſederat è regione Magnus, cum immenſo Danorum Exercitu, defenſurus Terram ſuam. Sed territus, virtute Teutonici militis, apud Cæſarem, immenſo auro, & hominio, impunitatem indemptus. eſt Hæc iterum Helmoldus l c. §. 5 & 5. p 122. conf. Saxo Grammat. lib. 13. Hiſt. Dan. p. 211 &c. Albertus Stadenſ. l c. Henricus Wolterus l c. in vita Adelberonis Antiſtitis, p. 50. Conradus Botho l c. ad an. 1134. p. 339. Chronicon Slavicum Lindenbrogii l. c. Cranzius L. VI Saxon. C. 3. & lib. 3. Vandal. Cap. 36. & lib. 5. Dan. c 13. p. 106. aliique, præced, Tit. V. in vita Lotharii, v. 4. an. 1134. p. 565. Poſtquam ergò mortuus eſt Kanutus, cognomento Lawardus, Rex Obotritorum, ſucceſſerunt in locum ejus, PRIBIZLAUS, atque NICLOTUS, bipartito Principatu, uno ſcilicet Wagirenſium, atque Polaborum, altero Obotritorum, Provinciam gubernante. Fueruntque hi duo truculentæ beſtiæ, Chriſtianis valde infeſti; invaluitque, in diebus illis, per univerſam Slaviam, multiplex Idolorum cultura, errorque ſuperſtitionum; nam, præter Lucos, atque Penates, quibus agri & oppida redundabant, primi & præcipui erant: Prove, Deus Aldenburgenſis Terræ; Siwa Dea Polaborum; Radigaſt, Deus Terræ Obotritorum &c. Sunt rurſus verba Helmoldi, L. I. C. 52. §. 1. & 2. p. 125. adſtipulantibus Alberto Stadenſi cit. an. 1134 p. 159. Chronico Slavico Lindenbrogiano, Cap. 18. p. 195. Cranzio, l. c. Vandal. Cap. 37. & lib. VI. Metropol. Cap. 15. pag. m. 150. &c.

v. (10) Certior de his factus Imperator, à VICELINO, Bardovici, Wagriam ingreſſus, Montem ALBERG, an. 1134. condere cœpit, præcepitque (ut Helmoldus l. c. Cap. 53. §. 2 &c. p. 128. loquitur) omni Populo Nordalbingorum, ut occurrerent ad ædificationem Caſtelli; Sed & Principes Slavorum aderant, in obſequium Imperatoris, facientes operationem, ſed cum grandi triſtitia, eò, quod ſentirent, clam ſibi ſuſcitari preſſuram. Dixit ergò quidam Principum Slavorum ad alteram, Vides hanc ſtructuram firmam, & præeminentem? Ecce vaticinor tibi, quia Caſtrum hoc erit jugum univerſæ Terræ. Hinc enim egredientes primum effringent PLUNEN, deinde ALDENBURG atque LUBEKE; deinde, tranſgreſſi Trabenam, RACESBURG, & omni POLABORUM Terra abutentur. Sed neque OBOTRITORUM Terra effugiet manus eorum. Cui Ille reſpondit: Quis nobis malum hoc paravit, aut Regi montem hunc quis prodidit? Ad quem Princeps: Vides, inquit, homunkionem illum calvum, (Vicelinum) ſtantem prope Regem; Ille induxit ſuper nos univerſum malum hoc. Perfectum ergo eſt Caſtrum & numeroſo milite communitum, vocatumque SIGEBERG, poſuitque in eo quendam ſatellitem ſuum. HERMANNUM, qui Caſtro præeſſet. Nec his contentus ordinavit fundationem Novæ Eccleſiæ, ad radices ejusdem montis, deputans, in ſubſidium divini cultus, & ſtipendia, fratrum illic adunandorum, ſex vel eo amplius Oppida, juxta morem, privilegiis conſtabilita. Porrò, diſpenſationem ejusdem Baſilicæ, commiſit Domino VICELINO; ut ædificiis ſuberigendis, & perſonis coadunandis, inſtaret propenſius. Idem quoque fecit de LUBECENSI Eccleſia, præcipiens PRIBISLAVO, ſub obtentu gratiæ ſuæ, ut memorati Sacerdotis, vel qui vicem ejus egiſſet, plenam gereret diligentiam, propoſuitque, ut ipſe proteſtatus eſt omnem

Digitized by Google

mnem Slavorum Gentem divinæ Religioni ſubigere, & de Miniſtro Chriſti, ſtatuere Pontificem Magnum &c. Eadem profert *Albertus Stadenſis*, ad an. 1134. pag. 159. & 160. & *Chron. Holſaticum* Dn. *Leibnitzii*, T.I. *Acceſſ. Hiſtor.* Cap. XIV. an. eod. p. 24. Conf *Hermannus de Lerbeke*, an. eod. *Chronici Schwabenburg* apud *Meibomium* l. c. pag. 499. & 500. *Cranzius* L. 3. *Vandal.* Cap. 38. & lib VI. *Metrop.* Cap. XV. ad an. 1134. p 151. Caſtri hujus meminit Ipſe Imperator, dato Diplomate an. 1137. apud *Henningeſium*, *Part.* 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p 244. inde huc ſpectant: LOTHARIUS - - *notum eſſe volumus omnibus Fidelibus, tam præſentibus quam futuris, quod Nos, pro perſecutione Paganorum in Chriſtianos*, CASTRUM IN SLAVIA *conſtruximus, quod à modernis vocatur* SIGEBURGK, *ab antiquis* AELBERG, *& ante caſtrum fecimus Eccleſiam, ad honorem Dei, & Virginit Mariæ*, & B. JOHANNIS *Evangeliſtæ, pro fide Catholica ibi propaganda Ordinationem vero ſupra dictæ Eccleſiæ commiſimus Fideli noſtro Fratri* VICELINO, *Viro Religioſo, & bonae converſationis — data anno Incarnationis Dominicae* 1137. 16. *Cal. April. anno verò Regni Noſtri XII. Imperii V. Actum* BARDEWICK, *in Chriſti nomine, feliciter Amen.*

v. (11) His, aliis, aliisque; de quibus evolvenda præced. Tit. V. *Lotharii* Imp vita, v. 4. p. 565. confectis, in alteram Expeditionem Italicam ducturus Princeps Exercitum, tradidit an. 1136. Genero ſuo *Henrico Magnanimo*, vulgò *Superbo*, Bojorum Duci,, *Saxoniæ Ducatum*, quod, in vita Ejus, mox probaturus ſum. Ex altera parte, *Dominus Vicelinus* (ut Helmoldi verbis utar, lib I Cap. 54. pag 130) *Legationis ſibi creditæ ſolers curator, idoneas Evangelio perſonas, ad opus Miniſterii, conſcivit, ex quibus Venerabiles Sacerdotes, Ludolfum, Hermannum, Brunonem, in Lubeke conſtituit; Luthmundum, cum cæteris, Sigeberg eſſe mandavit; factumque eſt, miſericordia Dei, & virtute* LOTHARII *Cæſaris, ſeminarium novellæ plantationis in Slavia.* Quæ *Albertus Stadenſis*, ad an. 1136. p. 160. *Chron. Holſat.* Dn. de *Leibnitz* l. c. *Cranzius*, lib VI. *Metrop.* Cap. XVI. p. 151. aliique, repetunt.

v. (12) Anno tandem 1137. migravit Cæſar ad Superos; vid. præc. Tit. V. Ejus vita, v. 5. p. 566. &c. & *Chronicon Halberſtadenſe*, apud Dn de *Leibnitz*, T. 2. *Rer. Brunſuic.* p. 135. *Lotharius, de Apuleja victor ſecundo reverſus, pridie Non. Decemb. univerſæ carnis viam eſt ingreſſus &c.*

(15) HENRICUS SUPERBUS.

v. (1) Filius fuit *Henrici Nigri*, Bojorum Ducis, & *Wulfildis*, ultimi, Billingicæ ſtirpis. Ducis Saxonum, *Magni*, filiæ. Vid. *Helmoldus* lib. 1. *Chron. Slav.* C. 35. p. 89. verbis præc. §. 10. lit. o, v. 2. p. 59. cum teſtibus aliis occurrentibus, quibus jungendi: *Otto Friſingenſis*, lib. I. de *Geſtis Friderici I.* Cap. XVIII, p. m. 416 HENRICUS, *Noricorum Dux, ſupra nominati* HENRICI DUCIS *filius &c. Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, Cap. X. & *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Lotharii* Imp. pag. m. 211. quorum verba præc. vita *Magni* Ducis, v. 3. & ſeq. *Catal. Ducum Alamann.* v. 44. in vita *Bertoldi II.* v. 2. habentur; *Arbor Genealogica Guelfonum*, apud Dn. de *Leibnitz T. 1. Rer. Brunſuic. pag.* 800. *Albertus Stadenſis* ad an. 1136. verbis mox producendis; *Chronicon Brunſuicenſe*, ap. *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* p. 13. *Iſte Dux* (Henricus noſter) *Matrem habuit Wilphildem, filiam Ducis Magni, unde & Catulus, ſive Welp, dicebatur; Patrem verò Hinricum, Ducem Bawariæ, qui Niger, dicebatur; igitur Hinricus Niger, ex Wilphilde, genuit Hinricum Catulum, Generum Regis Luderii &c. Ladislaus Sundhemius*, de *Guelfis Principibus*, *apud Dn. de Leibnitz* l c. p. 804. *Chronicon Holſaticum, T.* 1 *Acceſſionum Hiſtoricarum* ejuſdem Viri Illuſtris, Cap. XII pag. 20. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, ad an. 1106 p. m. 254. *Joh. Stadtwegen*, cujus verba mox exhibebo; Sexcenti alii. Indiſtinctè: *Catulus; Superbus; Magnanimus; & Leo*, appellatur.

v. (2) Uxorem duxit, an. 1127. GERTRUDIM, fil. *Lotharii* Imp. ditionis *Brunſuicenſis* heredem. Vid. præc. *Vita Lotharii*, v. 2. p. 131. & præc. Tit. V. in ejuſdem vita, v. 2 & 3. p. 561. & 562. Add *Otto Friſingenſis* l. c. memor Ducis noſtri: *Ob gratiam Principis*, (Lotharii Imp.) *cujus filiam*, GERTRUDIM, *noviter in Uxorem duxerat*, FRIDERICO *Duci*, (Alemanniæ) *haud memor affinitatis, quæ, ex copula ſororis ſuæ*, JUDITHÆ, *inter ipſos erat, bellum indicit &c.* *Conradus Urſpergenſis* l. c. verbis ſeq v. 4. occurrentibus, & à *Vito Arenpeck*, Friſingenſi Presbytero, in *Chronico Bavarico*, apud Dn, de *Leibnitz*, l. c. Tom. 3. pag. 662. repetitis; *Chronicon Rhythmicum* de *Ducibus Brunſuicenſibus*, Cap. 24. apud Dn. de *Leibnitz* l c. Tom 3. pag. 42. *Conradus Botho, Chron. Pictur at. Brunſuicenſ.* ad annum 1126. ibid. pag. 337. & ad annum 1134. pag. 340. ubi, mentione *Gertrudis* facta: *De nam Hertoghen Hinrick, dat Wolp, to Beyeren unde Saſſen, unde gaff æme midde Brunswick, Northem, by der Weſer dat Lant &c.* necnon ad an. 1136. p. 340. & an. 1146. p. 344. quo eam defunctam ſcribit: *In duſſem Jare ſtarff Gerdrudis, in dem Kindelbette, Hertoghen Hinrikes Fruwe to Oſtcrick, unde wart in Oſterick begraven, dat was Hertoghen Hinrikes Moder des Lauwen &c.* Conf. tamen, præc. Tit. V. vita *Lotharii Saxonis*, v. 3. p. 562. *Johann. Stadtwegen*, in Chron. ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 270. *He* (Lotharius) *telde mit Riekezen, Ghertrut. de gaff he Hertoghen Henrick von*

Beye-

Digitized by Google

Beyegeren, des Moder heit Wilſildis, und was Hertoghen Magnus Dochter, darumme heit me æue Welp; ſyn Vader heit Hinrik Niger &c. Alios teſtes offendis præc. Vita Ducis *Magni*, v. 3. p. 131. Secundis nuptiis obveniſſe Principem hanc HENRICO Auſtriaco, vulgo *Joſamer Gott*, intruſo Duci Bavariæ, ſeq. *Catalogo Ducum Bavariæ*, v. 49. p. 450 in ipſius vita, probabo.

Inde nati, *HENRICI LEONIS*, vitam, ſeq. v. 16. exhibebo.

v. (3) *Otto Friſingenſ.* l. c. Cap. XIX. p. m. 416. ita de noſtro Principe: *Erat Natione Alemannus, ex antiqua & Nobiliſſima GUELFORUM Familia originem trahens, ac per hoc, multas poſſeſſiones ex ea parte, qua Pyrenæos montes* (Alpes) *attingit Alemannia, jure hæreditario habens: Vir per omnia laudabilis; tam animi, quam Generis Nobilitate inſignis, in hoc ſolo facto,* (quod *Friderico* Duci Sueviæ, Ottonis fratri uterino, bellum intulerit) *tantùm reprehenſibilis &c.* Conf. *Monachus Weingartenſis* l. c. Cap. XI. ap. Dn de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 786. *HEINRICUS, defuncto Patre, Ducatum ejus adeptus, Generalem Conventum RATISPONÆ omnibus indixit. Quo, collecto milite, adveniens, quidquid inſolentiæ in Civitate, ſive extra circumquaque, ad aures ejus perlatum eſt provida diſpenſatione dijudicavit. Diſcrimina bellorum inter Principes, ſeu Majores Terræ, diu exagitata compeſcuit; pacem firmiſſimam omnibus annunciavit, & juramento confirmari præcepit. Et ſic demum, accepta à Burgenſibus pecunia, terrorem cunctis incutiens, Civitatem egreditur, & munitiones ac Villas prædonum, & proſcriptorum, per totam Provinciam devaſtat &c.* Cæterum

An. 1125. vel, ut alii habent, 1126. aut 1127. defuncto Patre (vid. ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ*, v. 46. vita *Henrici Nigri*, v. 5. p. 448. & v. 47: (4) p. 448.) nactus eſt *Ducatum Bavariæ*: de quo *Monachus Weingartenſis* l. c. teſtatur; add. *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Lotharii* Imp pag. m. 211. *HEINRICUS, defuncto Patre. Ducatum Ejus adeptus eſt &c.* nec non *Ladislaus Sundhemius* l. c. p. 804. *Hainricus Senior, dictus Superbus, filius Hainrici Nigri & Welfildis, Ejus Uxoris Hainrico, Duce Bavariæ, Patre ſuo, vita functo, Bavariæ Ducatum obtinuit &c.*

v. (4) A ſocero, *Lothario* Imp. *Ducatum* quoque *Saxoniæ* accepit. De tempore nova Quæſtio! Annum 1125. profert Auctor *Chronici Holſatici*, apud Dn. de *Leibnitz, T. 1. Acceſſ. Hiſtor.* Cap. XIII. p. 23. *Acta hæc ſunt circa annum Domini M. C. XXV. Regnante Imperatore Ludero, qui Dux fuit Saxonum, & mutato nomine, dictus fuit Lotharius, Pius & Juſtus, & Ducatum Saxoniæ obtinuit Heinricus Leo, Dux Bavariæ &c.* Sequentem 1126. propugnat *Dodechinus, Append. ad Marianum Scotum*, ad h. a. p. 470. *Filius Ducis Bajoariæ Ducatu Saxoniæ à Rege donatur &c.* Annum 1127. tuetur *Conradus Urſpergenſis*, pergens l. c. *Hic eſt Heinricus ille, frater Welſonis noviſſimi, qui filiam Lotharii accepit uxorem, & nuptias cum ea apud Auguſtam Civitatem, convocatis ferè omnibus Principibus, magnificè celebravit, in loco, qui dicitur Concio Legum. Quo facto, venit ad Imperatorem Lotharium, Socerum ſuum, apud Civitatem Nurenberg, & ibi Ducatum Saxoniæ, & omnia Beneficia, quæ Imperator ab Epiſcopis & Abbatibus habuit, in Beneficio ſuſcepit; & ibidem, pollicetur eidem Imperatori auxilium, contra præfatum Fridericum, & Cunradum fratrem ejus &c.* Quæ *Vitus Arenpeck*, l. c. ad verbum exſcribit. Ex qua hypotheſi fluit, Inveſtituram hanc anno 1127. celebratam, utpote quo non ſolum *Henricus Superbus* torum cum Imperatoris *Lotharii* filia, (teſte vita *Lotharii* præc. Tit. V. v. 3. p. 561. & 562.) conſcenderat, ſed & NORIMBERGA à laudato Cæſare cincta militari corona; Vid. ibid. v. 4. ad h. a. pag. 563. Quam ſententiam inſuper Vetus *Genealogia Ducum Brunſvicenſium, apud Maderum Antiq. Brunſ.* pag. 271. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. II. pag. 18. ſuſtinere videtur: *Lotharius Rex factus, Ducatum Saxoniæ dedit Socero ſuo, Hinrico, Duci Bawariæ, ut duos pariter poſſideret &c.* Conf. *Vetuſtum Chronicon Brunſvicenſe, apud Maderum* l. c. pag. 13. *Gertrudem, filiam ſuam ex Rikiza, Henrico, Duci Bavariæ, dedit,* (Lotharius) *cui & Ducatum Saxoniæ contulit, tunc vacantem &c. & Conradus Botho* l. c. ad an. 1126. pag. m. 337. *Keyſer Luder, eſſte Luttarius, de hadde Rixſa, Marggrevin Gerdrudis Dochter, Greven Hinrikes Dochter to Northem des Vetten, de telde æm twey Kinder, eynen Sone, de he Luder, de ſtarff in der Joget; unde eyne Dochter, de heyd Gerdrud, de gaff he Hertoghen Hinriken to Beyeren, geheten dat Wolpy, unde makede ut æm einen Hertoghen to Saſſen, unde gaff dem midde dat Hertochdom &c.* & *Ladislaus Sundhemius* l. c. *Gertrudem, Lotharii, Romanorum Imperatoris, Saxoniæ Ducis, filiam, Uxorem duxit,* (Princeps Noſter) *Optimatibusque Bavariæ Sueviæque ad nuptias vocatis, invitavit, & juxta Licum fluvium, Auguſtam prope, eo loco, qui Concioleje dicitur, celebravit, in Octava Pentecoſtes, & in Arce Ravenſpurg, usque in Autumnum, ſtare conſtituit, & à Lothario Imperatore, Duce Saxoniæ, Dux Saxoniæ creatus fuit, ratione Uxoris ſuæ, Gertrudis &c.* Longius progreditur *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slav.* C. 54 §. 1. p. m. 130. *Imperator, ordinatis rebus tam Slavorum, quam Saxonum, dedit Ducatum Saxoniæ Henrico, Genero ſuo, Duci Bavariæ, quem etiam ſecum aſſumens,*

mens, paravit ſecundum profectionem in Italiam &c. Sic & *Hermannus de Lerbeke, Chron. Comitum Schawenburg.* apud *Meibomium* T. 1. Rer. Germ. pag 500. ad an. 1134. *Poſthæc*, , (exſtructa arce *Segeberg*) *Imperator dedit Ducatum Saxoniæ Henrico, Genero ſuo, Duci Bavariæ &c*, & *Chronico Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XIX. pag. m. 196. *His peractis*, (ordinatis rebus in Slavia) *Lotharius dedit Ducatum Saxoniæ Henrico, Genero ſuo, Duci Bavariæ, quem etiam ſecum aſſumens, paravit ſecundam profectionem in Italiam &c.* Hoc factum anno 1136. tradit *Albertus Stadenſ.* ad h. a. p. 160. *Lotharius Imperator Herſenvelde veniens, pecuniam, quam Fridericus, Comes Stadenſis, eidem Monaſterio contulerat, ſcilicet DC marcas argenti, de altari S. Mariæ abſtulit, ordinatisque rebus; dedit Ducatum Saxoniæ Heinrico, Genero ſuo, Duci Bawariæ, qui erat filius filiæ Ducis Magni, Wulfildis; & Ducis Bawariæ, Catuli. Quem etiam ſecum aſſumens, profectus eſt ſecundò in Italiam &c.* ut & Auctor *Hiſtoriæ Archi Epiſcoporum Bremenſium*, in vita *Adalberonis*, apud *Lindenbrogium* pag. m. 90. *anno Domini M. C. XXXVI. Lotharius Imperator Hertzevelde veniens, pecuniam, quam Fredericus, Comes Stadenſis, eidem Monaſterio contulerat, ſcilicet ſexcentas marcas argenti, de altari S. Mariæ abſtulit, ordinatisque rebus, dedit Ducatum Saxoniæ Henrico, Genero ſuo, Duci Bavariæ &c: & Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* in ejusdem Præſulis vita, apud *Meibomium*, l. c. T. II. p. 50. an. 1135. *Comes Fridericus, Marchio Stadenſis, mortuus eſt; & ſequenti Anno, venit Cæſar Lotharius in Herſevelde, & abſtulit inde ſexcentas marcas argenti, quas Comes Fridericus B. Virgini ad Monaſterium Stadenſe legaverat, & dedit Genero ſuo, Duci Henrico, Ducatum Saxoniæ &c.* Nec aliter *Crantzius*, lib. VI. *Saxon.* Cap. VII. & lib. VI. *Metropol.* Cap. XV. p. 151. & *Chronicon Luneburgicum*, apud Dn de *Leibnitz* l. c. Tom. III. p. 173. militatque pro *Helmoldo, Alberto*, & aſſeclis, patriarum rerum cognitio. Quid, ſi dicamus? anno 1127. quo nuptiæ celebratæ, Ducatum Duci noſtro fuiſſe promiſſum, annoque 1136. traditum. Rationi ſane nullatenus conſentaneum videtur, adhuc ante nuptias, Eum Ducatu novo auctum, cum non è re Imperatorum fuerit, dilatari Ducum potentiam, ſatis Cæſaribus jam formidabilem, quin potius modis omnibus eam habuerint ſupprimendam; ut adeò palam ſit, *Lotharium* nulla ratione alia, de duobus Germaniæ Ducatibus potentioribus, *Bavariæ* ſcil. & *Saxon.* inveſtiviſſe *Henricum Superbum*, quàm quia filiam ſuam heredemq; *Gertrudim*, ipſi collocaverat, via hoc modo in Imperatorem poſtea eligendo præparanda. Minimum, annis 1133. & 1134. Imperatorem multa adhuc per *Slaviam* ordinaſſe, vel *Canutus*, *Erici*, Danorum Regis, filius, *Obotritorum Rex* ab eo declaratus, documento eſt. Vid. præc v. 14. vita *Lotharii* v. 8. pag. 136. & præc. Tit. V. § 8. lit. a. pag. 424.

v. (5) An. 1128. obſidenti Socero *Spiram, Friderico, Sueviæ & Conrado, Franconiæ* Ducibus, Cæſaris hoſtibus infenſiſſimis, faventem, tulit ſuppetias, de quibus *Conradus Urſpergenſis* l. c. *Imperator quippe Lotharius, eo tempore obſederat Spiram Civitatem, eò quod Civitas illa faverat Friderico & Chunrado Ducibus, ad cujus auxilium adduxit* (Henricus noſter) *Milites ſexcentos, aut amplius, quos tamen ultra Rhenum apud ſe prope collocavit, ut impetus & irruptiones Friderici Ducis præcaveret. Fridericus tamen Dux, utpote Vir armis ſtrenuus, quadam nocte in Caſtra ipſius irruit, ſane Heinricus præmonitus fuerat, armis & equitaturis inſtructus, ad fugam illam compulit, & ita fugientem illum, usque Gruoningin, inſequitur Deinde, mediante Mogontino Archi Epiſcopo, Spirenſes* (an 1130.) *in gratiam Imperatoris redeunt &c.* Conf. præced. T. V. Vita *Lotharii* ad an. 1128. p. 563. ubi teſtes alii. Subjungit *Urſpergenſis* l. c *Caſtrum quoque Falchenſteyn à Duce Henrico, in Bawariam regreſſo, capitur. Non multo poſt, Fridericus Dux, memor priſtinæ injuriæ, Altorf & Ravenſpurg armata manu invaſit, ubi quosdam captivavit, & villas circumquaque, & Memingin, incendio vaſtavit. Sequenti vero æſtate, Henricus Dux, cum Exercitu copioſo, fines Friderici Ducis ingreſſus, à Villa Tuogendorf, quæ eſt in ripa Danubii, incipiens, & ultra Stouphen perveniens, omnia circumquaque, in tranſitu & in reditu, incendio & præda devaſtat. Poſthæc, rediens in Bawariam, bella plurima peregit, videlicet*, (1) *contra Epiſcopum Ratisponenſem, Heinricum nomine, unum de Nobiliſſimis Bawariæ, Patruum Ottonis, Comitis de Wolfratehuſen; &* (2) *contra ſupradictum Fridericum, Advocatum Ratisponenſem, &* (3) *dictum Ottonem de Wolfratehuſen; Hi quoque in auxilium ſuum habuerunt Luipoldum, Marchionem Orientalem: Qui omnes, congregato copioſo Exercitu, Caſtra, juxta Iſaram fluvium, poſuerunt, ut attentarent Ducem de finibus illis expellere: Cæterum, Dux acies ſuas ordinavit econtra, cumque pugnam inire debuiſſent, Otto, Palatinus de Wittilisbach, conſiderans periculum utriusque partis, Mediatorem ſe interpoſuit, &, ſive minis, ſive promiſſionibus, ſæpedictum Fridericum Advocatum, Conſobrinum ſuum, & Ottonem, Comitem Generum ſuum, ad hoc induxit, ut in poteſtatem Ducis*

ſe

ſe traderent, & Caſtrum Wolfratehuſen, quod Milites Ducis dudum obſederant. Dux itaque ipſum Ottonem Comitem, cuſtodiæ militum deputatum, abduxit, & Caſtrum, cum ædificiis, incendit. Poſtmodum quoque Epiſcopatus Ratisponenſis in gratiam Ducis rediit, & Comitatum, quem habet Epiſcopatus Ratisbonenſis circa Enum fluvium, ei in Beneficio conceſſit, ſicque factum eſt, ut bella quieſcerent in Bawaria. &c. Conf. Otto Friſing. lib I. de Geſtis Friderici I. Cap. 18. pag. m. 416. Monachus Weingartenſis, de Guelſis Principibus, Cap. XII. apud Dn. de Leibnitz l. c. Tom. I. p. 787. & 788 Aventinus, l. c. §. 7. & ſeqq. p. m. 591. &c. Bucelinus, in Hiſtoria Agilolfingica, in Vita Henrici Superbi, p. 400.

An. 1129. In diplomate Lotharii Imp. Cœnobio Malbarſtorf dato, apud Gewoldum T. 2. Addit. Metropolis Hundii, pag. 460. teſtis celebratur: Heinricus, Dux Babariorum.

Anno 1130 in Ejusdem diplomate Cœnobio Undenſtorf conceſſo, rurſus teſtis: Hainricus Dux Bavariæ, Vid Hundius l. c. Tom. 3. p. 438.

An 1134. Imperator, cum Exercitu, Sueviam intravit, propter Fridericum Ducem, & Fratrem Ejus Conradum; qui quoddam Oppidum, Ulma dictum, contra eum munierunt, & Cives, ad reſiſtendum ei, incitaverunt. Sed Henricus, Dux Bavarorum, Imperatorem præveniens, Oppidum expugnavit, cepit, & incendit, Duce, (Conrado) & fratre ſuo, Friderico, inde fugientibus &c. Hæc Chronicon Montis Sereni ad h. a. pag. 13. Conf. Chronographus Saxo, an. eod. pag. 291. Quomodo Ducem Fridericum, utut affinem ſuum, in Cœnobio Zwifalten, ſub ſpecie amici colloquii, invicem inſtituendi, fallere tentaverit, docent Otto Friſingenſ. l. c. Cap. XIX. pag. 416. & 417. Aventinus l. c. §. 11. pag. 591. Eundem, ope Welphonis fratris, arce Wirtenberga, præſidio Alberti Com. de Kalbe firmata, potitum, teſtatur Aventinus l. c. §. 15. & 16. p. 592.

An. 1135. Confirmat Lotharius Imp. Contractum permutationis, inter Hainricum Ducem Bavariæ, & Epponem, Abbatem Cœnobii S. Johannis in Madelhardeſtorf, factum, apud Gewoldum l. c. p. 461.

An. 1136. Lothario Imperatore, inferente Siculorum Regi, Rogerio, arma, Henricus, Noricorum Dux, Gener Regis, (Lotharii) per Tuſciam, Exercitum ducens, ſummo Pontifici, usque ad Imperatorem, conductum præbuit &c. &, paucis interjectis: Henricus Dux, cum militia Bajoariorum, Beneventum cepit, ac Papæ reſtituit; nam, apud Albam, ſuburbia Civitatis, ſibi reſiſtere nitentis, ante expugnaverat, ac deſtruxerat &c. Ita Otto Friſing. lib. VII. Chron. Cap. XIX. pag. 150. Conf. Conradus Urſpergenſis l. c. p. 212. Imperator movit Expeditionem in Italiam, ſecunda vice, in qua Expeditione, præfatus Henricus Dux, mille quingentos milites duxit in Italiam, & cum Imperatore, in citeriore Italia, Gardam & Hariſtallum Caſtra, cepit, quæ etiam in Beneficio ſuſcepit — porro, Heinricus, per Tuſciam Exercitum duxit, quam & ab Imperatore in Beneficio obtinuit: Romamque veniens, Summo Pontifici, Innocentio, usque ad Imperatorem, conductum præbuit. Suburbia Albæ Civitatis, ſibi reſiſtere nitentis, expugnavit ac deſtruxit. Beneventum cepit, ac Papæ reſtituit. Imperatori, non longè à Barra, cum Summo Pontifice, obviam venit, ibique Caſtrum quoddam, ubi præſidia Rogerii fuerant, artificioſè valde expugnavit, militesque in eo repertos, & præcipuè Sarracenos, patibulo ſuſpendit &c. & rurſus pag. 213. Anno Domini 1136. Lotharius ivit in Apuliam, in qua expeditione, Henricus Dux, frater Welfonis, duxit mille quingentos milites &c. Plura, Petrus Diaconus, in Chronico Monaſterii Caſinenſis, Cap. 105. pag. m. 532. & 533. & C. 108. p. m. 536. Monachus Weingartenſis, C. XII. p. m. 788 & 789 cujus verba præced. Tit. V. in vita Lotharii, ad an. 1135 p. 565. exhibui; Albericus, Monachus trium fontium, ad an. 1136. pag. 278. Ottonis Friſingenſis verba repetens; Nauclerus, Vol. 2. Chronographiæ, Generat. 38. p. m. 826. Sigonius. lib. XI. Hiſtor. Regni Italici, ad an. 1136. & 1137 p. 437. & ſeqq. Aventinus, l. c. §. 28. & 29. p. m. 594. Baronius T. XII. Annal. ad an. 1137. § 1. p. 252. & §. 8. p. 254. Bucelinus, l. c. Meruit igitur, Expeditione hac, Dux noſter, Tuſciam, Hæc dum aguntur, eodem anno 1136. facta irruptio Slavorum, in partes Saxoniæ, contra quos Adalbertus Marchio, Exercitum movens, Terram eorum non ſemel hoſtiliter invaſit, & depopulatus eſt; ut Annales Hildesheimenſes apud Dn. Leibnizium, T. I. Rer. Brunſuic. ad h. a. p. 741. loquuntur, rurſusque, ad an. 1137. l c. Marchio Adelbertus, collecta valida manu, hiemali tempore, Terram Slavorum prædabundus perambulat &c.

v. (6) an. 1137. Lothario Imperatore mortuo, cum ex Italia in Germaniam reverteretur, Regalia, Dux Henricus, Gener Ejus, in cujus finibus obierat, accepit &c. Hæc Otto Friſing. lib. VII. Chron. Cap XX. pag. m. 150. conſentientibus Godefrido Viterbienſi, p. 511. cujus verba præced. Tit. 2. § 10 lit. d. ad an. 1138. p. 123. & 124. habentur; Conrado Urſpergenſi, in Vita Lotharii pariter, & Conradi III. pag. 213. Monacho Weingartenſi, Cap. XIII. l. c. pag. 789. Alberico, Monacho trium fontium, ad an. 1137. pag. 281. Dodechino, ad an. 1138. pag. 472. Nauclero l. c. ad

m.

an. 1138. p. 826. *Mutio*, lib. XVII. *Chron Germ.* an eod. p. m. 137. *Sigonio* l. c an. eod. pag. 446. *Onuphrio Panvinio, de Comitiis Imperatorum*, Cap. VI. §. 17. pag. 100. & 101. *Baronio* T XII ad an. 1139. §. 2. p. 271. *Lehmanno*, *Chron. Spir.* lib V. Cap. 50. p. 493. Indicuntur ergò Comitia Generalia, *Moguntiæ*, celebranda, eligendo ibi novo Rege; verum, metuentes *Fridericus*, *Sueviæ*, & *Conradus*, *Franconiæ*, Duces, *Guelficæ* Domus hoſtes infenſiſſimi, ne in Potentiſſimum Principem noſtrum potiora conferrentur vota, ſubitò, faventibus ſibi *Theodewino*, Papali Nuncio, *Adelberto* Trevirenſi, & *Arnoldo* Colonienſi, ArchiEpiſcopis, privatum agunt an. 1138. *Confluentiæ* Conventum, in quo abſentibus Saxonibus, CONRADUS Rex ſtatuitur. Teſtimonia præc Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 1138. pag. 123. produxi. Palliando facto, indicitur mox *Generalis Curia* BABENBERGENSIS, Saxonibus, reliquisque clandeſtinam *Conradi* electionem Improbantibus, ibi pacandis; Siſtunt ſe Saxones omnes, agnoſcuntque variis inducti artibus, *Conradi* Imperium, vel ipſa qvoque *Lotharii* vidua, *Richenſea*, ſolo HENRICO noſtro, in cujus manibus adhuc erant *Regalia*, venire renitente. Præfigitur ergò abſenti dies RATISPONAM, *quo veniens* REGALIA *quidem, multis illectus, promiſſis, reddidit, ſed tamen ea minimè conſecutus, infecto pacis negotio, ſine gratia* CONRADI, *receſſit*; ſunt uerba *Ottonis Friſing.* quæ l. c. plenius recitavi, ubi ſimul teſtes alii. Jacta ſic alea, ſurgit *Albertus Urſus*, Marchio MAGNI, ultimi, *Billingicæ* Gentis, Saxoniæ Ducum, ex filia, *Eilica*, nepos, adeoque Principis noſtri conſobrinus, *Ducatum Saxoniæ* ſibi vindicandum aſſerens Vulgatiſſimum quidem erat, extincto MAGNO, tranſtuliſſe *Henricum V.* Imperatorem, an. 1106. *vacantem Saxoniæ Ducatum*, in *Lotharium*, tunc Suplenburgicum Comitem, ex mera gratia, meritorumque Principis intuitu, non conſiderato ſanguinis jure, quo defuncto, ex filiarum altera, *WULFILDI*, *Henricus* noſter, & ex altera, EILICA, præfatus *Albertus*, Nepotes eſſent, proptereaque, ex parte horum Principum, nullam deſuper fuiſſe proteſtationem interpoſitam, nec motas unquam querelas; Non minus innotuerat, *Lotharium*, ab omnibus Imperii Principibus, pro legitimo *Saxonum* Duce, fuiſſe habitum, ad annum usque 1136. quo, electus interea Imperator, Ducatu iſto, nemine rurſus contradicente, Genero, *HENRICO* noſtro, cedebat. His autem non obſtantibus, valida judicabatur *Alberti* prætenſio, ex quo Conradus *HENRICUM* Ducem deſtruere ſibi propoſuerat; *Statim enim ut corpus defuncti Cæſaris perlatum eſt in Saxoniam, LUTTURÆ tumulatum, ortæ ſunt ſeditiones, inter Henricum, Regis Generum, & Adelbertum Marchionem, contendentes propter Ducatum Saxoniæ. Conradus autem Rex, in ſolium Regni levatus, Adalbertum in Ducatu firmare niſus eſt, injuſtum eſſe perhibens, quenquam Principum duos tenere Ducatus. Nam Henricus duplicem ſibi vendicabat Principatum, Bavariæ atque Saxoniæ*, Hæc *Helmoldus*, L. 1. C 54. §. 6. & 7. p. 131. & *Albertus Stadenſis*; ad. an. 1137. & 1138. p. 160. *Chronicon Weingartenſe*, de *Guelfis Principibus*, C XIII. apud Dn. de *Leibnitz*, *T. 1. Rer. Brunſ. p.* 789. *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1138 p. m. 283. Cranz. lib. VI. Sax. Cap. VII & lib. VI. *Metropol.* C. XVI. p. 151. *Conradus Botho*, *Chron Brunſuic. Picturat.* ad an. 1138. apud Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 341. ubi: *Düſſe KeyſerCord de belech dat Hertoghedom to Saſſen dem Marggreve Alberde to Soltweddel, dat dede he dem Hertoghen Hinrick to wedderen, de Keyſer Luders Dochter hadde; hyrvan vorhoff ſick eyn ſwar krich, ſo dat de Lande jammerlicken vordarffi worden &c.* In ſpeciem juſti, vocatur Dux *Auguſtam*, ubi lis eſſet terminanda. Quæſtio erat: *Num Adalberto Marchioni Saxonia cedere vellet?* Ridente propoſitionem injuſtiſſimam Duce, peracta Cœna cubitum ſe iturum ſimulans *Conradus*, cum paucis; inde aufugit. ſecedensque *Herbipolim*, *judicio quorundam Principum*, Ducem proſcribit, ac, in proxima Nativitate Domini, *Goslariæ*, *Ducatum* Ei abjudicat, *Alberto* Marchioni addictum; ablata non multo poſt eidem *Bavaria*, an. 1139. in Regis fratrem uterinum, *Leopoldum*, translata Teſtes horum offendis præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. an. 1138. p. 124. Conf. *Vitus Arenpeck*, in *Chronico Bajoariorum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 663. quamvis minus accurate Ducem anno 1140. *Herbipoli* proſcriptum tradat, præcedente jam extinctum. *Bellabant ergò hi duo Principes*, (Henricus & Albertus) *duarum ſororum filii, inteſtinis præliis, & commota eſt univerſa Saxonia. Et quidem Adalbertus præripiens Caſtrum Luneburg, cum Civitatibus Bardewich, atque Brema, Occidentali Saxonia potitus eſt. Sed & Nordalbingorum fines partibus ejus appliciti ſunt. Quamobrem Comes Adolphus Provincia pulſus eſt, eò quod fidem juratam Imperatrici Rikenze, & Genero Ejus, temerare noluiſſet. Comitiam Ejus, Urbes & ſervitia, Henricus de Badwide, beneficio Adalberti aſſecutus eſt. Sed & Caſtrum Sigeberg in cuſtodiam accepit, mortuo ſcilicet Hermanno, & cæteris exturbatis, quos Cæſar impoſuerat &c.* Hæc omnia *Helmoldus* l. c. §. 7. 8. & 9. p. 131. &, ex eo, *Albertus Stadenſ.* an. 1138. p. 160. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XIX. p. 196. *Hermannus de Ler-*

Lerbeke, Chron. Schawenb. l. c. p. 500. Conradus Botho l. c. ad an. 1139. *In düſſem Jare was grot Krich in Saſſenlande, unde in Wenslande , Hertoghe Hinrick, unde Marggreve Albrecht, de Kiveden umme dat Hertogedom to Saſſen, wol weren dat twyer Suſter Kinder, by Hertoghen Hinricken vellende Paltzgreve by dem Ryne, der Keyſerinne Rixſa Suſter Kinder, de ſe dar totoch , unde Biſchopp Cord to Meydeborch ; unde der Keyſer vel Marggreven Albrecht to &c. Albertus Cranzius*, lib. VI. *Saxon.* Cap VIII. profert eadem, verbis mox producendis, licet minus rectè, cum Comites Palatini hi perperam *Rickenſeæ* ex ſorore nepotes vocentur ; add. idem lib. 3. *Vandal.* Cap. 38. & L. VI. *Metrop.* C. XVI. Alii. Vid. præc. Tit. V. Vita *Conradi III.* v. 4. p. 569. & 570. Verſa vice, *Caſtrum, quod Berneburch dicitur , igne crematum eſt, propter tyrannidem , quam exercebat inde Eilica Comitiſſa , cum ſuis &c.* hæc *Chronographus Saxo* , ad an. 1138. p. 295. annectens ad an. 1139. *Poſt Paſcha, Cunradus Magdab. ArchiEpiſcopus , cum Duce Heinrico, & aliis Principibus ſibi auxiliantibus , Caſtrum Bernhardi, Comitis , Plozeke , obſedit, cepit , deſtruxit &c.* Hac rerum facie, uſurpavit *Albertus* titulum *Saxoniæ Ducis*, vel Diplomate *Adelberti*, Moguntini Præſulis , ſub dato *Kuſtiberc*, 10. Kal. Junii. 1139. Eccleſiæ S. *Johannis* in *Katelenburch* , conceſſo, teſte, apud Dn. *Leuckfeldum, Antiquit. Walchenred.* Cap. 13. lit u. p. 253. &c. ibi inter teſtes : *Adelbertus , Dux Saxoniæ.* Conf. Dipl. *Conradi III* Imp. an. 1140. Aſtenſibus datum, apud Dn. *Tolnerum , Cod. Dipl. Palat.* §. 49. p. 43. ubi rurſus teſtis : *Adelbertus , Dux Saxoniæ.*

v. (7) *His turbulentis* (pergit Helmoldus, lib. I. C. 55. §. 1. p 132.) *per Saxoniam usque quaque concitatis, Pribizlaus* (Wagirenſium & Polaborum Princeps) *de Lubeke, occaſionem nactus , aſſumta latronum manu, Suburbium Sigeberg, & omnia circumjacentia, in quibus Saxonum erant contubernia , penitus demolitus eſt. Ibi oratorium novum, & Monaſterii recens ſtructura, igne conſumpta ſunt &c.* & §. 2. *Non multò poſt , venit quidam Race, de ſemine Cruconis, cum claſſica manu, arbitratus , ſe hoſtem ſuum , Pribizlaum , reperturum Lubeke. Duæ enim cognationes , Cruconis atque Henrici, propter Principatum* (in Slavia) *contendebant; cum ergò Pribizlaus adhuc fortunatus eſſet, Race, cum ſuis, Caſtrum, & circumjacentia, demoliti ſunt, Sacerdotes inter arundineta ſalvati, Falderenſe praeſidium apprehenderunt &c.* & Cap 56. §. 3. pag. 134. *Henricus itaque* (de Badwide) *qui Cometiam adminiſtrabat, vir otii impatiens, & ſtrenuus in armis, congregato latenter de Holzatis & Sturmariis Exercitu, hyemali tempore, intravit Slaviam , aggreſſusque eos, qui præ manibus erant, & quaſi ſudes defixæ in oculis Saxonum, percuſſis eos plaga magna , omnem ſcil. Terram Plunenſem , Luthilenburgenſem , Aldenburgenſem, omnemque Regionem, quae incboat à rivo Sualem , & clauditur mari Baltico, & flumine Trabena &c.* & § 4. l. c. *Proxima æſtate* (1139.) *Holzati , ſe mutuo adhortantes, etiam ſine Comite, Caſtrum Plunen adierunt, divinoque adjuti præſidio , munitionem hanc , cæteris firmiorem , præter ſpem obtinuerunt , Slavis , qui inibi erant , occiſioni traditis , geſſeruntque , eo anno, bellum perutile , vaſtaveruntque crebris incurſibus Terram Slavorum , feceruntque eis , ut ſibi facere propoſuerant, omni Terra eorum in ſolitudinem redacta , habueruntque Holzati pro omine bellum illud Tranſalbianum Saxonum, eò quod inveniſſent libertatem ulciſcendi ſe de Slavis , nemine ſcilicet obſiſtente &c.* Conf. *Albertus Stadenſ.* l. c. pag. 160 & 161. *Chronicon Slavicum* l. c. *Hermannus de Lerbeke* l. c. *Chronicon Holſaticum Dn. Leibnizii* C. 14. p. 24. & 25. Cranzius l c. Vandal. Cap. 39. & lib. 6. *Saxon.* C. 8 & 9. & lib. VI. Metropol. C. XVI. p. 151 Stantibus ita rebus, arripuit Princeps noſter arma , hoſteſque ſuos *Saxoniæ* ducatu fortiter pepulit, Holſatiæ Comitatum Adolpho reſtituens ; qua de victoria Helmoldus l. c. Cap. 56. §. 5. & 6. p. 134. *Poſtquam ergo Henricus, Gener Lotharii Regis auxilio ſocrus, Rikenzæ , Imperatricis , Ducatum obtinuit & Nepotem ſuum, Adalbertum, Saxonia deturbavit , Adolphus Comes rediit in Cometiam ſuam. Videns autem Henricus de Badewide,* (ab Alberto, conſtitutus Comes Holſatiæ) *quia ſubſiſtere non poſſet , ſuccendit Caſtrum Sigeberg , arcemque firmiſſimam Hammenburg, quam Comitis Adolfi Mater , murato opere, conſtruxerat, ut eſſet firmamentum Urbi, contra impetus Barbarorum. Hanc ergò domum, & quidquid nobile Senior Adolfus conſtruxerat , Henricus, fugam meditans , demolitus eſt.* Eadem habet *Albertus Stadenſ.* l c. ad an. 1139 p. 161. & 162. & Cranzius, lib. VI. *Saxon.* Cap. IX. lib. VI. Metropol. Cap. XVI. & XVII. & lib. 3. Vandal Cap. 40. Poſthæc (pergit Helmoldus l. c. §. 7. &c. p. 135.) *Henricus Leo cæpit armari adverſus Conradum Regem, duxitque, contra Eum, Exercitum in Thuringiam , ad locum, qui dicitur Cruceburg &c.* add, *Chronographus Saxo*, ad an. 1139. p. m. 295. *Appropinquante Feſtivitate Aſſumptionis S. Mariae, idem ArchiEpiſcopus* (Conradus Magdeburgenſis) *cum Duce,* (Henrico) *& prædictis Principibus, apud Cruciburch, contra Regem convenit, qui, ut praedictum eſt , Saxoniam hoſtiliter intrare , ac devaſtare, ſummis viribus conabatur &c.* & Conradus Botho l. c. ad an. 1139. *de Keyſer de wolde teyn upp de Saſſen, unde*

Digitized by Google

kam to Grützeborch; darjegen kam Biſchobopp CORD to Meydeborch, und Hertoghe Hinrick, dar wart eyn Dach beropen to Quelinborch &c. Cæſarem Saxoniam infeſtaſſe, probo inſuper *Alberti Stadenſis* l. c. pag. 162. verbis: *Conradus Rex Saxoniam petiit, habens in Comitatu ſuo Ducem Bœmiæ, contra quem Saxones ſtrenuè venientes, circa Hamburg Caſtra poſuerunt, Heinrico Duce auctore. Bello itaque per inducias protracto, Rex, propoſito Principibus Saxoniæ Placito, Wormatiæ, in Purificatione S. Mariæ, revertitur; ſed & Dux rediit in Saxoniam &c.* Quæ poſteriora & apud *Helmoldum* l. c. §. 8. pag. 135. reperiuntur. Addit *Cranzius*, lib. VI *Saxon.* Cap. 8. *Ducebat* (Henricus Dux) *in belli ſocietatem Comites Palatinos Reni, natos ſorore Rixa Imperatricis; & videbantur omnia in deterius prolapſura, ad vaſtitatem Provinciæ. Sed intervenere Principes, qui rem ponerent in treugas. Conſtitutus à Rege dies; in Quedelenborg, ad Conventum Principum, ut cauſa tractaretur; per quæ tempora moriens, ſine hærede, Henricus, Marchio Brandenburgenſis, locum fecit novo Beneficio, cum Feudum vacaret Imperatori. Contulit ergò Conradus Rex Alberto, Comiti de Balenſtede, ſive de Anehold, Marchionatum antedictum. Ita auctus Albertus, à Rege, novo Principatu, facile dimiſit Henrico Saxoniam, in eoden Conventu Principum, habito in Quedelenborg &c.* Verum, nec *Helmoldus*, nec *Otto Friſingenſis*, nec *Godefridus Viterbienſis*, nec *Albertus Stadenſis*, nec ullus veterum, ejusmodi Conventionem literis mandarunt Solus *Chronographus Saxo* l. c. adventus Imperatoris in Saxonia memor, ait: *Ibi, facta, per Internuncios, Conventione, pax firmata eſt, usque ad condictum tempus. Deinde, facto Colloquio in Quidilingeburch, Heinricus, Nobiliſſimus atque Probiſſimus Dux Bawariorum atque Saxonum, veneficio ibidem infectus, 13. Kal. Novemb. vitam finivit, Corpus ejus Luttera, ad dextram Lotharii Imperatoris, poſitum eſt &c.* Ecce, interfuit quidem *Henricus* Conventui *Quedlinburgico*, nullatenus verò in integrum ibi reſtitutus; benè tamen veneno infectus; *Saxonia*, demum an. 1142. Ejus filio reddita. Quæ de Comitibus Palatinus, *Cranzius*, l. c tradit, itidem falſa ſunt; nec ei præſidio *Albertus Stadenſ.* l. c. ſcribens: *Interea Rodulfus Comes, & Fridericus Palatinus, adunata manu, Bremam profecti, totam depopulati ſunt Civitatem, ArchiEpiſcopo Alberone Romam profecto &c.* quandoquidem, per *Rudolphum, & Fridericum Palatinum*, non Imperatricis, *Rickenſeæ*, ex ſorore, *Gertrudi*, *Sigefrido* C. P. R. nupta, nepotes, intelligi poſſunt, cum, juxta præc. Tit. XI. §. 1. lit. b. in vita Ejus, p. 950. unicus *Sigfrido* filius fuerit, *Willhelmus*, tempore, quo juſta Parenti perſolvebantur, trium annorum infans; ſed *Rudolphus*, Marchio *Stadenſis*, & *Fridericus* C. P. *Saxoniæ*; vid. *Hemingeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 24. & 199. Quicquid ergò *Henricus* noſter in *Saxonia* ſervavit, propriæ ipſius fortitudini vindicandum.

v (8) Eodem anno 1139. cum in *Bavariam* quoque, rebus ſuis ibidem conſulturus, Dux noſter proficiſci meditaretur, abiit ad plures; de cujus obitu, hæc *Otto Friſingenſ.* ipſius *Conradi* Imp. frater uterinus, lib. VII. *Chronicor.* Cap. XXV. pag. m. 153. *Henricus Dux, dum in Saxonia Albertum Marchionem, ſibi rebellantem, in tantum humiliaſſet, ut, Caſtris ejus dirutis, Terris circumquaque vaſtatis, ad Regem, auxilii gratia, ire compuliſſet, omnibusque ſuis ibidem ritè diſpoſitis, jam in Bajoariam ire propoſuiſſet, morbo correptus, diem clauſit extremum, ac in Monaſterio LUTER, juxta Socerum, humatur &c.* Conf. *Monachus Weingartenſis*, de *Guelſis Principibus*, Cap. XIII. apud Dn de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſuic.* p. 789. *HEINRICUS DUX, dum, in Saxonia omnibus ſuis ritè diſpoſitis, in Bavariam redire diſpoſuiſſet, morbo correptus, diem extremum clauſit, ac ſic in Monaſterio LUTHER, juxta Socerum, humatur &c. Helmoldus* l. c. lib I. Cap. LVI. §. 8. p. 135. *Dux* (Henricus) *rediit in Saxoniam, &, poſt non multos dies, mortuus eſt &c. Conradus Urſpergenſis*, in vita *Conradi III.* p. m. 214. *HEINRICUS Dux, dum in Saxonia omnibus ſuis ritè diſpoſitis, in Bavariam redire diſpoſuiſſet, morbo correptus diem clauſit extremum, ac in Monaſterio LUTHER, juxta Socerum, humatur.* Annum deſignant *Dodechinus, Append. ad Marianum Scotum*, ad an. 1139. p. m. 472 *Henricus, Dux Saxoniæ, moritur &c. Chronicon Steterburgenſe*, an. eod. apud *Meibomium, Tom. I. Rer. German. pag.* 453. *Heinricus, Dux Saxoniæ, obiit &c.* Genealogia *Ducum Brunſuicenſ. apud Maderum, Antiq. Brunſuic. pag.* 271. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. II. pag. 18 *Chronographus Saxo* l. c. cujus verba modo exhibui, vel propterea notanda, quod ſimul diem obitus, 13. Cal. Nov. i. e. 20. Octob. morbique cauſam, & ſepulturæ locum, palam faciant. *Alberrtus Stadenſis*, an. eod. p. 162. *Heinricus, Dux Saxoniæ, obiit, 13. Kalend. Octob.* (i. e. 19. Sept) contra *Chronographi Saxonis* ſententiam; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. p. 284. *Heinricus, Dux Bajoariorum, adhuc contrarius exiſtens Conrado Regi —— irremediabili morbo triſtitiæ, pervenit ad extrema vitæ &c.* & p. 286. *Cum autem in Saxonia Dux Bajoariæ, Henricus, eſſet mortuus, & juxta Socerum, Lotharium, humatus &c. Continuator Lamberti Aſchaffenburg.* an. eod. pag m. 255. *Heinricus, Dux Saxonum, qui ſuit Gener Lo-*

tha-

Digitized by Google

tharii Imperatoris, perrexit cum Exercitu, contra Chunradum Regem, poſt paucos autem dies, idem Heinricus Dux obiit &c. Chronicon Bigaugienſe, an. eod. pag. m 259. *Anno Domini* 1139. *obiit Hinricus, Dux Bavarorum, & Saxonum, qui Catulus dicitur &c. Chronicon Montis Sereni*, an. eod. p. m. 16 *Henricus, Dux Bavarorum & Saxonum, Veneno occiſus eſt, 13. Kal. Novemb. & Lutter, juxta Luderum Imperatorem, ſepultus eſt &c. Monachus Weingartenſis*, l. c Cap. XIV. an. eod. p. 792. *Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* in Vita *Adelberonis* ArchiEpiſcopi, apud *Meibomium* l c. Tom. II. pag. 50. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, an. eod. p. 255. *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Coſmodromii*, Cap. LIX. apud *Meibomium* l. c. Tom. I. p. 269. ajens: *Henricus Dux, veneno intoxicatus, obiit &c. Chronicon Luneburgicum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3 p. 173. *Albertus Crantzius* lib VI. *Saxon.* C. VIII. itidem *veneni* memor. Multi alii Errat hinc *Conradus Botho*, cit. *Chron. Picturat* ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 3. p. 341. referens ejus obitum ad an. 1140. *In düſſem Jare, was de dach o Quelinborch, upp dem Dage wart Hertoghe Hinrike vorgeven, dat he darvan ſtarff &c.* aſſecla *Vito Arenpeck*, de *Guelſis Principibus*, ib. p. 664. *Chronicon Rhytmicum*, de *Ducibus Brunſuic.* C. XXIX ibid. p. 49. adhuc minus rectè in annum 1141. delabitur:

Waren vorſwonden M. Jar
Hunders, eyn unde XL. gar,
Erſtarff ſin (Henrici Leonis) *Vader, ut Beygerlant,*
Unde van Saſſen; der was genant,
Ok Forſte in Brunswik,
Unde dat Welp, Hertoge Henrik.

Non enim an 1140. vel 1141. ſed 1139. deceſſit. Addatur M. TOBIÆ ECKHARDI, Rect. quondam Quedlinb. diſſ. *de Henrico Superbo Guelficæ gentis in Saxonia ſtirpe, ejusque morte.* Quedlinb. 4. 1723.

(16) HENRICUS LEO.

v. (1) Filius fuit, *Henrici Magnanimi*, cujus vitam paucis modò delineavi, & *Gertrudis, Lotharii* Imp. gnatæ Vid. *Acerbus Morena* de *Rebus Laudenſibus*, apud Dn. de *Lejbnitz T. I. Rer.* Brunſ. pag. 848. *Henricus, Dux Saxoniæ, erat mediocriter magnus, benè compoſitis viribus corporis valens, magnus facie, oculis magnis & nigris, albi coloris, in divitiis & potentia pollens, Genere Nobiliſſimus, & filiæ quondam Lotharii Imperatoris filius &c.* Conf. *Radevicus*, lib. 2 de *Geſtis Friderici I.* Cap. 38. p. m. 529. *Erat idem Princeps* (Henricus noſter) *filius Henrici Ducis, & Gertrudis, Filiæ Lotharii Imper. Qui, à primis cunabulis, Patre & Matre orbatus, ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, ſed multo maximè ingenio validus, non ſe luxui, neque inertiæ corrumpendum, ſed, ut mos Saxonum eſt, equitare; jaculari: curſu cum æqualibus certare: &, cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus eſſet. Ejus ſtudium, ut de quodam dicitur, modeſtiae, decoris, ſed maximè ſeveritatis erat. Cum Strenuo, virtute: cum modeſto, pudore: cum innocente, abſtinentia certabat. Eſſe, quam videri bonus, malebat. Ita, quò minus appetebat gloriam, eò magis illam aſſequebatur. In omnibus glorioſis, plurimum facere, & minimum ipſe de ſe loqui* (ſolebat.) *Is, recepto, ab Imperatore. Ducatu Bajoariæ, ubi naturam & mores hominum cognovit. multa cura, multo conſilio, in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut treuga per totam Bajoariam firmata, bonis vehementer charus, malis maximo terrori eſſet: adeò, ut abſentem, velut præſentem, timendo, leges pacis, quas ſanxerat nemo, ſine pœna capitis, auderet infringere. Qui cum ſuos milites Regiis conjunxiſſet, in brevi ſpatio, novi veteresquè coaluere, virtusque omnium facta eſt æqualis &c.* add. ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ*, v 46. vita *Henrici Nigri*, v. 3. ſub *Welfo VI.* hincque ſua *Andreas Ratisbonenſis* in *Chronico Bavarico* pag. m. 28. & 29. add. *Arbor Genealogica, præfixa Codici membranaceo MS. Hiſtoriæ de Guelfis Principibus*, ad ann. 1135. ib. p. 792. *Helmoldus, lib. 1. Chron. Slavor* Cap. 56. §. 8. & 9. pag. 135. *Otto Friſing.* lib. VII. *Chron.* Cap. XXV pag 153. *Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, an. 1142. p. 473. *Robertus de Monte*, Append ad *Sigebertum Gemblac.* ad an. 1169. p. m. 647. Vetuſtum *Chronicon Sereniſſ. Ducum Brunſuic.* apud *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. m. 14. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1139. p. 162. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. p. m. 286. *Chronicon Bigaugienſe*, an. eod. p. m. 259. *Continuator Lamberti Aſchaffenb.* an. eod. p. m. 255. *Wolterus, Chron. Bremenſ.* in vita *Adalberonis* ArchiEpiſcopi, ap. *Meibomium T. 2. Rer. Germ.* p. 50. *Conradus Botho, Chron. Picturat.* ad an 1136. ap. Dn. de *Leibnitz* l c. Tom. III. p. 340. *Vitus Arenpeck, de Guelfis*, ibid. p. 671 *Ladislaus Sundheimius*, de *Guelfis Principibus, ib. T. I. pag.* 805. *Chronicon Luneburgicum*, ib. T. III. pag. 173 *Albertus Cranzius*, L. VI. *Metrop.* Cap. XVII. pag. 152. & lib. VI. *Saxon.* Cap. X. *Johannes Stadtwegius, Chron.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. III. pag. 270. Alii. De anno nativitatis ejus, non eadem Auctorum ſententia. In genere, audit ab iis, qui de obitu Parentis ipſius ſcripſere: *Puerulus; Puer adhuc infantulus, Filius parvulus &c.* Dn. *Joh. Fridericus Schmidius*, Diſſ. de *Itinere Hieroſolymitano Henrici Leonis*, 8. Aug. 1711. *Helmſtadii* ventilata, §. 3. pag. 4. refert ejus natales in annum 1135. *Hemingeſius*, Part. II. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 116. in annum 1136. Ego rationes ſic inſtituo: *Gerhardus Stederburgenſ. in Hiſtoria, de Henrico Leone*, cui familiaris fuit, apud *Meibomium* l. c. T. I p. 436. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 867; ait: *Ex hac luce ſubtractus obdormivit*, (Princeps

noſter) *ut ſperamus, in Domino, anno ætatis ſuæ Sexageſimo ſexto.* Jam obiit Dux an. 1195. ut infra probabo; ergò natus videtur anno 1192. quem *Meibomius*, quoque in *Relectione Apologiae pro Ottone IV. Tom. 3. Rer. German.* pag. 166. Dn. *Hübnerus Tab Geneal. §. 151.* aliique, hoc titulo, proferunt.

v. (2) Nuptias celebravit,

(1) An. 1147. cum *Clementia*, filia *Conradi*, Ducis *Zæringiæ*. Vid. *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slav.* Cap. 68. §. 1, pag m. 156. *Dux noſter adoleſcens, Dominam Clementiam, Filiam Conradi, Ducis de Zeringge, duxit Uxorem &c. Monachus Weingartenſis de Guelfis Principibus*, ad annum 1162. apud Dn. de Leibnitz. Tom. I. Rer. Brunſuic. p. 793. anno 1162. *in feſto S. Clementis, diſſidium factum eſt, inter Ducem,* (Henricum) *& Uxorem ſuam, Clementiam, Filiam Conradi, Ducis, Conſtantia &c, Conradus Urſpergenſ.* an. eod p. m. 224. *Apud Conſtantiam, in feſto S, Clementis, factum eſt diſſidium; inter Heinricum Ducem, & Uxorem ſuam, Clementiam, Filiam Conradi, Ducis Zaringiæ, quod de conſilio Imperatoris dicunt factum fuiſſe &c. Conradus Sundbemius* l. c. *Clementia, Conradi, Ducis Zaringiæ, filia Uxor ejus* (Henrici) *prima, quam repudiavit, propter conſanguinitatem &c.* Erroneè vocat *Chronicon Brunſuicenſe*, apud *Maderum* l. c. pag. 15. *Clementiae* Patrem, Ducem *Thuring.æ*, verb. *Hinricus Leo, uxorem duxit ſuo Generi congruentem, filiam Ducis de Thuringe, Dominam Clementiam &c.* Pari errore ſcribit Conradus Botho l. c. ad an. 1142 p. 343. *Hinrick van Goddes Gnaden, Hertoghe to Saſſen unde Beyeren, Here to Brunſwick unde Lunenborch; de hadde int erſte to eyner Forſtinne, Clementiam, Lantgreve Cordes Dochter to Doringh, de moſte he verlaten, wente ſe eme was an der Echteſchaffi so nabe &c.* Ut & *Johannes Stadtwegius* l c. ad an 1167. p. 271. *Henricus Leo vrigede Clementiam, des Hertoghen Dochter van Doringen, de ſtorff &c.* Annum prodit *Johannes Ruffus*, in *Chronico Lubecenſi* MS. inquiens, ad an. 1147. *In der Tyt, nam Hertoge Hinrik, de Junge Lowe, ſin Erſte Wyff &c.* ita & *Henningeſius* l c. Bangertus ad dictum locum Helmoldi, pag. 157. Meibomius l. c. Principem hanc, *propter cognationis titulum*, ut *Helmoldus* lib. 2. C. 10. §. 7. p. 232. loquitur, an. 1162. iterum fuiſſe repudiatam, ex *Conrado Urſperg & Monacho Weingartenſi*, modò vidimus, quorum ſententiam quoque *Vitus Arenpeck* l. c. p. 672. *Martinus Cruſius. Annal Suev.* Part. 2. lib. 7. Cap. 3. Henningeſius l. c. Part. I. p 287. & Part. 2. p. 118. hoc licet poſteriori loco, typographi vitio, annus 1126. pro 1162. legatur; *Bangertus*, ad lib. 2. *Helmoldi*, C. X p. 232. *Meibomius* l. c. *Schmidius* l. c. §. IV. pag. 7. aliique, amplectuntur. Sequentem 1163. mavult *Chronicon Montis Sereni*, p. m. 32. & 33. anno 1163. *Henricus Dux Caſtrum Sclavorum, Werle, obſidens, ad deditionem coëgit. Divortium inter Ducem & ipſius Conjugem, propter Conſanguinitatem, factum eſt, hoc ipſum Imperatore juramento firmante.*

(2) Cum *Mathilda*, filia *Henrici*, Regis *Anglorum*; non cum *Sophia*, fil. *Richardi*, R. Angl. ut *Narratio Altbabenſis, de Genealogia Ducum Bavariae*, apud Dn. de Leibnitz l. c. Tom. 2. p. 21. vitioſè prodit. De anno, controverſia eſt. *Rogerus de Hoveden*, part. poſter Annal. Angl. in Vita *Henrici II.* apud *Savile*, p. m. 492. producit annum 1164. ajens: *Anno Gratiæ 1164. qui erat annus decimus Regni Regis Henrici, filii Mathildis Imperatricis, idem Henricus dedit Henrico, Duci Saxoniæ, Matildem, Filiam ſuam, in Uxorem &c.* In *Chronico Fiſcanienſi*, apud *Labbeum, T. I. Biblioth.* MS. p. 326. occurrit an. 1167. ibi: *Matildis, Filia Regis, nupſit Henrico, Duci Saxoniæ &c.* Ejusdem ſententiæ eſt Dn. *Meibomius*, l. c. & quos Dn. *Schmidius* l. c. §. IV. p. 8. teſtes adducit. Annum 1168. ponunt: *Albertus Stadenſis*, h. a. p. 193. *Dux Heinricus, repudiata Sorore Ducis Zaringiæ, Bertoldi, duxit Filiam Regis Anglorum, relictam Regis Franciæ, & nuptias Brunſwick magnificè celebravit &c.* quamvis fictum ſit, quod de *Rege Franciæ* perhibet; Auctor *Appendicis ad Radewici* Hiſtoriam, de *Rebus geſtis Friderici I.* Imp. apud Urſtiſium, T. I. *Rer. Germ.* pag. m 559. *Gervaſius*, in *Chronico*, p. 1403. *Chronicon Mindenſe*, an. eod apud Dn. de Leibnitz l. c. T. 2. p. 178. *Chronicon Luneburgicum*, anno eod apud Dn. de Leibnitz l. c Tom. III. p. 173. & Nauclerus, Vol. 2. Chronographiæ, Generat. XXXIX. in fin. p. 854. Sequentem 1169. producunt: *Robertus de Monte, Append. ad Sigebertum Gemblacenſem* h. a. p. 647. *Matildis, filia Regis Henrici, cum infinita pecunia, & apparatu maximo, ducta eſt in Alamanniam; ad ſponſum ſuum, Henricum, Ducem Saxoniæ & Bajoariæ &c. & Hermannus de Lerbeke, Chron. Comitum Schawenburg.* apud *Meibomium* l. c. Tom. I. p. 506. *Henricus Leo Curiam & bona in Lothen, vel Lode. Mindenſi Diœceſis, & brachium S, Gorgonii Martyris, precioſè adornatum, anno 1169. Eccleſiæ praedictae* (Mindenſi) *obtulit, eo, quo filia Regis Angliae, Mechtildis, ſibi, in Eccleſia præfata, ante Altare B. Petri ſubarrhata, & matrimonialiter copulata fuit &c. Henningeſius* l. c. part. 2. pag. 119. alii. *Godefridus Colonienſis, apud Freherum T. I. Rer. Germ.* pag. 244. delabitur in annum

plan

planè 1172. ſcribens h. a. Heinricus, Dux Saxonum, filiam Regis Angliæ duxit Uxorem, repudiata priore, ob famam Conſanguinitatis &c. De facto teſtantur etiam Conradus Botho, Chron. Picturat. apud Dn. de Leibnitz l. c. Tom. 3. pag. 343. Vitus Arenpeck l. c. ad an. 1162. pag 672. Chronicon Rhythmicum Cap. 38 ibid. pag. 66. alii. Mortuam hanc Principem anno 1187 tradunt: Conradus Botho l. c. ad h. a. pag. 351. ubi: de Forſtinne Mettilda de ſtarff in denſulven Paſchen, unde wart begraven in den nygen Dom to Brunſwick &c. Hemingeſius l. c. alii. Membrana San-Blaſiana Brunſuicenſis, apud Maderum, Antiquit. Brunſuic p. 170. & Dn, Leibnitium, l. c. Tom. 2. pag. 61. habet annum 1188. verb. Anno Domini 1188, obiit Domina Noſtra, Mechtildis, fundatrix. Sic etiam Chronicon Rhythmicum Principum Brunſuicenſ. C. XXXVIII. ibid. Tom. 3. pag. 66. facta mentione Henrici Leonis:

Mechtilde de werden
Leit be an Saſſen hinder ſich
An ſiner Stat to Brunſwich
Uns ſaget ok de mare,
Si ſtærve binnen deme Jare
Do men rekende van Chriſti Gebort gar,
M. unde Hundert Jar.
VIII. unde LXXX, an der tal,
Or Graf mit groten Eren,
Alſo & wol temede der Heren,
Wart getan an dat Gebuwe,
Dat over XXX Jaren nuwe
Makede ær Here, Henrich,
In der Borch to Brunſwich,
Vil ſchone unde herlich &c.

Annum 1189. innuit Rogerus de Hoveden l. c. in Vita Richardi I. pag. 654. Eodem tempore, (inquiens,) quo prædictus Rex Angliae (Henricus, quem l. c. pag. 652, an. 1189 defunctum teſtatur) obiit Mathildis, Duciſſa Saxoniæ, filia ejus, ſimiliter obiit &c. Conf. Meibomius l. c. & Dn. Toluerus, Hiſt. Palat. Cap XVI. p 332 lit. E

v. (3) Liberi ejus fuere & quidem ex priori Conjuge;

(1) N. Sponſa Canuti Regis Daniæ. Vid. Saxo Grammaticus Lib. XIV. Rer. Danic. pag. 277. Rex (Waldemarus) Orientalium Slavorum, ſibi, Virium fiducia, rebellantium, defectionem expertus, cum Henrico, Saxoniae Satrapa, belli Societate condicta, quo firmius necterentur, Filiam ejus ex Conjuge, poſtmodum repudiata, ſuſceptam, adhuc incunabulis utentem, Filio Kanuto, primum ætatis annum agenti, ſponſam adſcivit.

(2) Richenſea, aliis Rixa, Uxor an. 1167. (1) Friderici, Franconiæ Ducis vulgò de Rotenburg, Conradi III. Imp. filii; (2) an. 1169. Canuti Regis Daniæ! Vid. Helmoldus libr. 2. Chron. Slav. Cap. X. p. 231. & Cap. XIV. pag. 238. verbis præced. hujus I. Tit. V. p. 568. in Vita Conradi III. occurrentibus. Conf. Saxo Grammaticus l. c. pag. 277. & 285, Igitur HENRICUS (Dux Saxoniæ) ut repudiatam Regis (Waldemari) amicitiam recuperaret, ſine qua Slavos arcere non poſſet, HENRICUM Razeburgenſem Epiſcopum & Antiſtitem Lubecenſem, Legatione onerat, Filiam ſuam minorem Filio Ejus (Canuto) in matrimonium offerens; nam major natu, quæ prius Ei deſponſa fuerat, morbo occiderat. Meritò Saxoni ſuccenſet Meibomius, in Relectione Apologiæ pro Ottone IV. Tom. 3. Rer. German pag. 165. quod Principem hanc Canuto quaſi obtruſam exiſtimet, cùm ex Helmoldi teſtimonio l. c. manifeſtum ſit, Daniæ Regem efflagitaſſe Ducem, ut Filiam, Friderici Ducis viduam, Canuto Filio in Uxorem daret. Arnoldus Lubecenſis lib. 3. Chron. Slav. Cap. XII. §. 4. pag. 329. Godefridus Colonienſis, ad annum 1172. apud Freherum Tom. I. Rer German. pag. 244. memor repudii priori Henrici Leonis conjugum miſſi; Filiam verò ejus genuerat, & quæ prius copulata fuerat Friderico Duci, qui in Italia obierat, duxit filius Regis Danorum &c. Chronicon Montis Sereni, ad annum 1167. pag 34. cujus verba itidem præced. Tit. V. pag. 568. jam exhibui Hemmingeſius l. c. Part. I. pag. 44. & Part. 2. p. 118. Meibomius l. c. Bucelinus, Hiſtor Agilolfing pag. 471. alii. Chronicon Brunſuic apud Maderum, l. c. pag. 15. confundit eam cum ſorore MECHTILDE, ſcribens: de qua (Clementia) genuit Filiam, quam accepit potens quidam & Nobilis de Slavorum Principibus, in Uxorem &c. Errat etiam Conradus Botho l. c. pag. 343 & 344. conſtituendo eam filiam Matthildæ Anglicanæ, ibi, facta mentione libelli repudii Clementiæ Zæringiæ tranſmiſſi; Do nam he wedder Konigh Richharz. Suſter to Engelant, de heyt Mettilda, de telde æm veer Sone und twey Dochter. De Erſte Sone de het Otto, unde wart achter na Romiſcher Keyſer; De ander heyt Hinrik, de wart eyn Palz-Greve van dem Ryne; De dridde heyt Wilhelm, de beſat dat Brunſwikſche unde Luneborgiſche Arve. De veerde Sone heyt Luder, unde de ſtarff ein Jungheling. De Erſte Dochter de heyt Rixſa, de nam Frederik, Conrads Sone, de ſtarff ær van Stunden an; do nam ſe wedder Knut des Koniges Sone to Dennemarcke, darvan wart ſo groz Frede in Dennemarcke unde in Saſſen — De ander Dochter heyt Mettilda, de nam den Heren van Wenden, de heyt Boſwinus, unde wart achter na ein Greve to Holſtein. Pontanus Libr. VI. Rer Danic p. 290. vocat Prin-

Digitized by Google

cipem *Gertrudem*, verb. *Expeditione Livonica peracta*, *ſub annum*, *qui eſt ſecutus* 1197. *Regina Gertruda, Canuti Regis Conjux, Filia Henrici Leonis, Webæ, apud Cimbros, fatis conceſſit, ſepultaque eſt ibidem, in æde Cathedrali, ac noſtro tempore repertum memoratur Ejusdem Mauſoleum, quod erat tumbae impoſitum; è ſilice vulgari ac rubeo, levique brachio ſupernè excisum; Ipſa ante obitum, Extra Urbis pomœria, exædificari Sacellum fecerat, quod, in ipſius memoriam, Divæ Geerthrudæ Capellam prout fecerat ſingulari pietate ac ſanctimonia prædita, tum vulgò vocitatum, hodieque adhuc nominant &c.* Cui ſuffragari videtur *Ericus* Rex, in *Hiſtoria Gentis Danorum*, ad an. 1196. p. m. 86. &b. ubi: *Kanutus Rex duxit Exercitum in Eſtoniam. Obiit Gerthrud Regina. Rectius autem cum Henningeſio* Part. 2. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, pag. 118. *Meibomio* l. c. aliisque multis, tribuendum ei *Richenſeae* nomen, anno 1221. defunctæ, Erico Rege teſte ad h. a pag 90. *Obiit Rikece Regina*; quæ appellatio ipſi *Pontano* placet, in Tabula Genealogica l. c. pag. 322. *Regiſſam* Eam nominanti; magno incertitudinis afferri ſui argumento; nec eſt quod arbitremur, per dictam *Rikecem*, intelligere Ericum, Filiam *Woldemari I* laudati Danorum Regis, *Erico*, Suecorum Regi nuptam; quippe quæ, ſi vel *Erico Upſalienſi* lib 3. pag. 56. adhibenda fides, jam anno 1220. in vivis eſſe deſiit, ſcribit enim l. c. Anno Domini M. CC. XX. *obiit Rechiſſa, Regina Sueciae &c.* & paucis interjectis: *Ericus Rex, filius Kanuti, habuit Rechiſſam, filiam Regis Ducis Waldemari, & genuit ex Ea Filium Ericum, ſcil. Laſpe, & Ingeburgem, Uxorem Ducis Birgeri &c.* Nonnullos obitum ejus in annum planè M. CC. I. referre, documento eſt *Erpoldus Lindenbrogius*, in *Hiſtoria Regum Daniae*, in Vita *Canuti VI.* pag. m. 139. ajens. *Canutus I. Waldemari Filius - - - cum regnaſſet annis XXII., mortuus eſt anno M. CC. III. in Ringſtede, ſepultus cum ſua Sorore, Regiza Regina, Uxore Erici, Regis Sueciæ, quæ obiit anno M. CC. I* Proindè poſterior hæc *Rikece*, cum altera, quæ an 1221. deceſſit, non eſt confundenda.

(3) Filius, ex eadem, qui infans adhuc; nutricis negligentia, de menſa cadens cervicem fregit *Henningeſius* l. c. Part. 2. p. 118. Meibomius l. c.

Ex poſteriori Conjuge *Mechtilde* Anglicana.

(1) *Richenſea*, ſeu *Rixa*, nata 1172. teſte *Arnoldo Lubecenſi*, lib. 2. *Chron. Slav.* Cap. 2. §. 4. pag. 242. laudatæ *Mechtildis*, tempore *Henrici Leonis* in Terram Sanctam profecti, mentione facta: *Fidem quoque Conjugii illibatam cuſtodiens thorum conſervabat immaculatum. Manebat autem in Brunſwich omni-tempore, quo Dux peregrinatus eſt, quia tunc prægnans erat, edidítque Filiam, nomine Rikezen; Filios autem ex Eo, poſt reditum, ſuſcepit: Henricum, Luderum, Ottonem, Wilhelmum &c.* adeoque an. 1171. In *Fragmento vetuſti Chronici Brandenburgenſis*, de *Genealogia Ducum Brunſuicenſ.* apud *Maderum* l. c. pag. 273. & Dn. *Leibnitium* l. c. Tom. 2. pag. 19. vocatur, *Ricze*; ibi: *Obiit autem Henricus Leo anno Domini MC XXV. (MC XCV.) & reliquit Henricum Ottonem, Imperatorem; Luderum; Ricze, hæredes, & Wilhelmum &c.* Falſò Principem hanc cum *Richenſea, Clementiæ* Zæringiæ filia, miſcet *Botho*, in *Chronico Picturato* Brunſuicenſi, ad an. 1142. apud Dn. de *Leibnitz*, Tom 3. *Scriptorum Rer. Brunſuicenſ.* p. 344. recenſendo *Henrici Leonis* liberos ex *Mechtilde* Anglicana: *De Erſte Dochter de heyt Rixſa, de nam Frederick, Conrads Sone, de ſtarff ær van Stunden an; do nam ſe wedder Knut, des Køniges to Dennemarcke &c.* ceu jam antea ibidem diximus. Innuptam hanc ad plures abiiſſe, vel inde ſuſpicior, quod de Fatis ejus nihil apud Veteres annotatum reperiatur. Innuit fortè Eam *Pontanus*, cit. libr. VI. *Rer. Dan.* p. 295. ſub *Ingeburgæ* nomine inquiens: Hinc proxima æſtate, anno ſcil. M. CC. II. Dux *Waldemarus*, (*ſecundus*) *qui jam, nomine Regis Canuti, Holſatiam, Stormariam, Lubecam, Hamburgum, totamque Nordalbingiam, Regno Fraterno adjecerat, de nuptiis cœpit circumſpicere, ut ſibi hoc pacto amicos atque affines aſſociaret: Quocirca recepit in Conjugem Ingeburgam, Ducis Brunſuicenſium Ottonis, ſororem Germanam.* Erat is Otto Henrici Leonis *de quo memoravimus, Filius, qui & mox defuncto Philippo ad Imperatoriam dignitatem evectus fuit. Nuptiarum ſolemnia Hamburgi, Regium in morem, celebrata. præſentibus, praeter Canutum, perplurimis Germaniae Principibus. Aderat & Dux Luneburgenſis, Guilielmus, Ottonis Frater, qui eodem tempore Canuti & Waldemari viciſſim ſororem, Adelheidam, ſibi matrimonio conjunxit, Aderat & utriusque, Ottonis inquam & Guilielmi, Frater Heinricus, Rheni Palatinus &c.* & pag. 297. *ſub exitum anni M. CC. IV. obiit Regina Ingeburga, poſtquam biennium circiter Regi nupta fuiſſet. Liberos ex ea nullos Waldemarus ſuſtulerat: quâ occaſione affinitas, quæ erat inſtituta cum Ottone cæteriſque Henrici Leonis poſteris, paulatim elanguit &c.* Enimverò, ut tota narratio hæc falſa, quandoquidem veterum auctoritate probari nequit, *Henrico Leoni* fuiſſe filiam *Ingeburgam*; [2] multo minus, eam evaſiſſe an. 1202 Conjugem *Waldemari II.* Regis Daniæ, dum [3] *Ericus* Rex, in cit. *Hi-*

Digitized by Google

Hiſtoria Gentis Dan. non niſi duarum *Waldemari* conjugum meminit, ſcil. *Margarethæ Dagmaræ*, ad annum 1205. p. m. 87. verb. Anno Domini 1205. *Rex Waldamarus duxit Dagmar Filiam Regis* Bœmiæ *in Uxorem &c.* & ad an. 1212. pag. 88. *Obiit Margaretha Regina, quæ, propter præcipuam formæ pulchritudinem, dicta fuit Daghmar &c.* atque Berengariæ, ad an. 1214. p. 88. *Rex Waldemarus ſecundas nuptias celebravit cum Berengaria, Sorore Ferrandi,* Comitis *Flandriæ, quæ Beengerd eſt dicta &c.* de obitu ejus, ad annum 1221. pag. 90. pergens: *Obiit Berengaria, Mater Regum Erici, Abel & Chriſtophori &c.* Ita temerè opinamur, *Pontanum* per *Ingeburgam*, indigitare *Richenſeam* noſtram: Nec ſalvari poteſt *Pontanus* licet, in ejus favorem, excogitemus, *Waldemarum* ſponſalia duntaxat cum *Ingeburga* celebraſſe, ante nuptias mortuâ, proptereaquè à Danis ſcriptoribus omiſſâ; quia *Waldemarus* nec ſponſalibus ſibi unquam ex Filiabus *Henrici Leonis* aliquam devinxit, benè verò *Mariam, Henrici*, Ducis Saxoniæ, Comitisque Palatini Rheni, gnatam, adeoque *Henrici Leonis* neptem. teſte coævo Scriptore,, *Alberto Stadenſi*, ad an. 1202. p. m. 201. ubi: *Rex OTTO* [IV. Imperator] *Duci Danorum* [Waldemaro] *Filiam Fratris ſui Henrici, in Hamburg deſponſavit; & ſororem Ducis Helenam, Fratri ſuo, Wilbelmo &c.* Non ſatis hæc conſiderans *Pontanus*, finxit matrimonium inter dictum *Waldemarum & Ingeburgam* quandam, *Henrici Leonis* ſobolem; cui equidem in præfata Tabula Genealogica p. 323. genuinum *Mariæ* nomen reſtituit; aſt novò errore, Eam Patre *Ottone IV.* ortam cenſet, cùm palam ſit, *Ottonem* Imp. liberos non procreaſſe; Vid. præced. Tit. V. Ejus Vita, p 596. & 597. Inſuper falſum, quod *Wilhelmi* Ducis Conjux, *Adelheida* fuerit vocata. quam *Albertus Stadenſis* l. c. *Helenam* appellat. Notandum hic, *Pontani* relationibus non niſi prævio examine, fidendum.

(2) *Heinricus*, Dux Saxoniæ, & C. P. R. de quo præced. Tit. XI. & §. 1. lit. b. v. 10. p. 955. &c. & mox, ſuo loco.

(3) *Luderus*, quem ordine ſecundum Fratrum *Arnoldus Lubecenſis* l. c. celebrat, præfatis verbis annectens: *Filios etiam ex eo* [Henrico Leone] *poſt reditum* [è Terra Sancta] *ſuſcepit* [Mechtildis] *Henricum, Luderum, Ottonem, Willhelmum, quos, ſicut de S. Tobia legitur, ab infantia Deum timere docuit &c.* Multifariè invertitur hic ordo à recentioribus: *Albertus Stadenſis*, ad an. 1195. pag. 200. ait: *Heinricus Dux obiit, dimiſſis poſt ſe filiis. Ottone, Heinrico & Wilhelmo &c.* Apud *Albericum, Monachum trium fontium*, ad an. 1193. pag. 400. legitur: *Dux Henricus, qui de Mathilde, Sorore Regis Angliæ Richardi, tres filios habuit: Henricum, Rheni Palatinum, Guilelmum, & Ottonem &c.* Rurſus aliter *Chronicon Brunſuicenſe* apud *Maderum*, l. c. p. 16. *Hinricus Leo poſtea duxit Dominam Mechtildem, filiam Henrici, Regis Angliæ Senioris, de qua genuit quatuor Filios, Dn. Ottonem Imperatorem; Henricum, Palatinum Reni; Wilhelmum Ducem, & Luderum, qui in pueritia eſt defunctus &c.* quam ſententiam *Conradus* Botho l c & *Johan. Stadtwegius* in *Chronico*, ad an. 1168. & 1169 apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 271. ſcribens: *Do nam he* [Henricus Leo, repudiata Clementia] *Mechildem, de Koniges Tochter van Engeland, de telde œme IV. Sone, Otten, den Keyſer; Hinrick, Palantze Greven by dem Ryne und Hertoghen Wilhelme, und Lüder, de ſtorff jung &c* aliique, ſequuntur; Aliter, *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1195. p. 65. *Henricus, Dux de Bruneſwich, obiit, ſepultusque eſt in Monaſterio* S. Blaſii, *quod ipſe conſtruxit, juxta Uxorem ſuam. Hæc fuit ſoror Rikardi, Regis Angliæ, de qua hos habuit filios: Henricum, C. P. R. Ottonem Imperatorem; Willehelmum de Lüneburg; Luderum, qui in adoleſcentia obiit &c.* Eum ordinem ſervat *Chronicon Rhythmicum* loc. cit. ubi hæc de *Mechtilda*:

Se hadde ok, vinde ek beſcreven,
Togentlike gewonnen ſchœne,
To der Werlde vir Sœne,
Hertoge Henrich heit de Erſte;
Der ander, Otte, nude de herſte,
De plag des Rikes Kronen ſint;
Den Driddenmen genomet ſind
Willehelm; Luder, den Virden.

Iterum verò aliter *Narratio Althabenſis*, de *Quorundam* Bavariæ *Ducum Genealogia*, ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. II. pag. 21. *Iſte Henricus genuit ex ea* (Mathilda) *Ottonem, Imperatorem IV, & Willehalmum, Ducem de Lunburch, & Henricum, Comitem Palatinum* Bohemiæ *&c.* (Rheni) ut adeo vix duo in unam eandemque conſpirent ſententiam. *Henricum* minimum fuiſſe natu maximum, ex *Gerhardo Stederburgenſi* quoque, viro coævo, apparet, qui, T. I. *Rerum Germanicarum Meibomii*, p. 431. de *Henrico Leone*, ait: *Idem Dux Henricum, Filium ſuum majorem, inopinatè miſit &c.* & p. 435. *Mittitur itaque Filius Ducis, Palatinus Comes Reni, cum Domino Imperatore, in Apuliam, ſicque Dux, Beato Job in hoc non diſſimilis, omni*

omni

Digitized by Google

mui orbatus eſt filios; ſiquidem duos minores natu, Ottonem & Wilhelmum, Rex Angliæ, [Richardus] *Avunculus ipſorum, pro multis millibus marcarum argenti, quod pro ſui liberatione debebat Domino Imperatori, dederat in piguore, & hic* [Henricus C. P. R.] *major natu, ſub dubia ſpe revertendi, & ancipiti periculo peregrè profectus eſt &c.* Cæterum LUDERUM, noſtrum, an. 1190. *Henrico* Regi, poſteaque Imperatori, obſidem à Parente datum, *Auguſtæ Vindelicorum* obiiſſe, iidem *Gerhardus* l. c. & *Arnoldus* l. c. lib. 4. c. 3. p. 387. quorum verba præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 143. & 144. recitavi, teſtantur. Conf. Cit. *Chronicon Rhythmicum* l. c. Cap 41 p. 70. *Albertus Crantzius* lib. 7. *Saxon.* Cap. 3. p. 175. *Bunting. Chron. Brunſuic.* p. 171. Errat ergò *Membrana San-Blaſiana* apud *Maderum* l. c. p. 169. Principis noſtri memor: *Puer obiit* 1177. nec accuratius refert ejus obitum *Conradus Botho* l. c. p. 353. in annum 1193. commemorans ad h. a. *Ock ſo toch de Keyſer upp na Rome, unde nam midde des Hertoghen Sone, alſe Hinrick unde Luder. Do ſe kemen by Augſvorcn, dar ſtarff Hertoghe Luder &c.*

(4) *Otto* Imperator, cujus vitam præc. Tit. V. §. 11. p. 596. &c. delineavi.

(5) *Wilhelmus*, teſte *Rogero de Hoveden*, l. c. in vita *Henrici II.* p. 622. anno 1184. *Wintoniæ*, in Anglia natus, quare & ei WINTONENSIS cognomen datum; vid. *Meibomius, Apolog. pro Ottone IV. Tom. 3. Rer. German.* p. 142. & Jll. Dn. *Leibnitius*, in Not ad *Excerpta quædam ex Rogerio Hovedeno,* de *Henrico Leone, T. 1. Rer. Brunſ.* p. 880. lit. b. A monſtroſa corporis obeſitate, quæ tanta fuiſſe fertur, ut in Ejus cingulum tres alii includi potuerint, dictus quoque CRASSUS; Vid. *Meibomius Chron. Riddagshuſenſe*, l. c. Tom. 3. pag. 355. &, à longiori gladio, quo utebatur, LONGA SPATA; hinc *Gervaſius Tilberienſis*, in *Otio Imperiali*, quod ipſi *Ottoni IV.* inſcripſit, apud *Maderum*, p. 82. *Sereniſſime Princeps, ut bonæ arboris dulciſſimum beneficium proceſſiſti, cum Illuſtri Comite Palatino, Henrico, & Guillelmo Longa Spata, Fratribus tuis &c.* Conf. *Meibomius*, l. c.

Nuptias contraxit, anno 1202. cum *Helena*, fil. *Woldemari I.* ſororeque *Woldemari II.* Daniæ Regum; Vid. *Albertus Stadenſis* ad h. a. p. 201. *Rex OTTO Duci Danorum* (Woldemaro II. adhuc Sleſvicenſium Duci) *filiam Fratris ſui, HEINRICI,* (Mariam) *in Hamburg deſponſavit, & ſororem Ducis, Helenam, Fratri ſuo, Willhelmo &c.* Cit. *Fragmentum Chronici Brandenburgenſis*, apud *Maderum*, l. c. p. 273. & Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 2. p. 19. WILHELMUS, Anno Domini 1202. *duxit Uxorem, Helenam, ſororem Waldemari, Regis Daciæ, & genuit ex ea Ottonem de Luneborch &c,* *Chronicon vetus Brunſuicenſe*, apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* pag. 19. *Dux autem Wilhelmus, frater dictorum Principum,* [Henrici C. P. R. & Ottonis IV. Imp.] *qui Ducatum Luneborch poſſedit, Uxorem duxit,* 1102. *Helenam, ſororem Regis Slavorum* (Danorum) *Dn. Woldemari, avi Erici, Regis Danorum, nunc regnantis: & gen uie Ottonem de Luneborch &c.* Perperam igitur *Hemmingeſius* l. c. Part. 2. p. 119. nuptias an. 1200. & *Conradus Botho* l. c. pa. 356. anno 1205. celebratas, exiſtimant. Factum probant: Cit. *Chronicon Rhythmicum*, l. c. Cap. LXIV. p. 132. ubi:

Wilhelm dem Fürſten klar,
Gab der milde Voldemar,
Der Kœnig aus Denmarck,
Seine Schweſter, die was genant,
Helena, ein Jungfraue ſchœne &c.

Chronicon Luneburgicum l. c. ad an. 1199. p 174. *Stadtwegen* l. c. ad an. 1223. p. 272. *Ladiſlaus Sundhemius*, de *Familia Welphonum*, ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 805. *Eckſtormius, Chron. Walckenred.* in vita *Dethmari II.* Abbatis, pag. m. 59. *Bunting.* l. c. Part. II. pag. 15. *Bucelinus*, *Hiſtor. Agilolfing.* p 420. *Lairitzii Palmwald*, *Geneal. Brunſuic.* Cap. 3. §. 4. p. 390.

In Judicio Familiæ herciſcundæ, an. 1203. *Paderbornæ*, inter Fratres, *Henrici Leonis* Filios, inſtituto, obvenit Duci noſtro, *Principatus Luneburgicus*, quod ex Tabulis, quæ de portionibus *Henrici* C. P. R. & *Ottonis IV.* Imp. ap. *Maderum* l c. §. XVIII. & XIX. pag. 239 ad 245. ſuperſunt, reliquasque Guelfonum patrimoniales Terras, quas mox recenſebo, complectuntur, judicandum; hinc, καθ' ἐξοχὴν, *Dux de Luneborg* audit; pariter ac filius Ejus, OTTO PUER, ceu in hujus vita pateſcet. Faciunt hanc in rem ſæpe citatum *Chronicon Rhythmicum* l. c. C. LIII. p. 103.

Quamen toſamen, borde ek ſagen,
Hertogen Henriches Sone dre
Des Alden, den ek nant er,
Koning Otto, Willehelm, unde Henrich,
To deilende or Erve vaderlich;
Henrich gaf dat geſelle
De Herſchap Staden, unde Zelle;
Koning Otten wart Brunſchwich,
Unde ok darna dat Keyſerich;
Willehelme dat Geſelle gaff
Lunebork, unde de Herſchap &c.

Conradus Botho l. c. pag. 356. (quamvis malè ad annum 1206.) *In duſſem ſulven Jare, do telden de dre Bro-*

Broder dat Lant; Konigh Otto dem vel Brunswick; Palſsgreve Hinrick vel Selle unde Staden; Wilhelm, dem vel Lunenborch, dar geven ſe æme to, Lechtenbarge, Ganderſſem, Giſelwerder, unde Oſen, darto behelt behalff alle Lene bynnen Brunswick &c. Cit. *Chronicon Luneburgicum* l. c. ad annum 1209. p. 174. *Wilhelmus bleff in der Herſchop Luneborch und Brunswick beſittende, heth in twolf Jahr, ſtarff in Sunte Lucien Dage — wart begraven tho Luneborch &c.* *Albertus Crantzius* lib. VII. *Saxon.* Cap. 40. *Factum eſt, ut tres Henrici Leonis filii ita partirentur paternam ditionem, quod Ottoni proveniret Brunswicum cum attinentiis, Wilhelmo, Luneburgum, cum Terra ſua; Henrico, Stadium & Brema, cum pertinentiis &c.* *Hermannus Kornerus Chron.* MS. ad an. 1197. *Filiis Henricus Leo taliter diviſit hæreditatem: nam Heinrico Seniori, dedit Brunswic, cum attinentiis ſuis; Wilhelmo vero contulit Luneburg & Louenburg, cum pertinentiis eorum. Sed Ottoni dedit Haldesleve, cum attinentiis ſuis &c.* *Johannes Letznerus Chron. M. S. Brunſuic.* lib. IV. Cap. XXXI. p. 78. *Wilhelm, Herzog zu Sachſen, und Herr zu Lünenburg, Herzogen Heinrichs des Lawen Sohn, Kayſer Otten des IV. und des Pfaltzgraven und Churfürſten Bruder, bekam in der Theilung, als die ſein Herr Vatter, Hertzog Henrich der Lawe, gemacht hatte, die Herrſchafft Luneburg mit derſelbigen zubehœringe, als Lechtenberge, Gebeeshagen, Gandersheim, Geiſelwerder und Oſen &c.* quæ lib. V. Cap. 31. repetit; pariter ac *Bünting, Chron. Brunſuic.* pag. 181. *Hemingeſius* l. c. Part II. p. 119. Dn. *Speuer, Syllog-Hiſtorico-Geneal.* p. 490. *ImHoff Notit. Proc. Imp.* lib. IV. Cap. IV. §. 4. p. 151. Alii. Hi omnes *Ditionem Luneburgicam* vindicant *Wilhelmo* noſtro, & rectè; minus tamen accuratè *Brunſuicum, & Liechtenberga,* portioni ejus adjiciuntur, utpote quorum alterum *Ottonis* erat, & alterum *Henrici*; ſic enim prædictæ Tabulæ, & quidem *Portionem Henrici* exhibentes apud *Maderum* l. c. p. 239. & *Schatenum, Annal. Paderborn.* lib. IX. ad an. 1203. p. 934. &c. *Incipit igitur loco, in quo fluvius Sevina influit Albiam; in Albiam rurſum usque in Mare, & Sevinam rurſum usque ad locum, ubi ipſa eſt vicinior Daulo; à Daulo, usque Nortberg; à Nortberg, in Flotwide; à Flotwide, usque Hannovir Oppidum, quod Ducis eſt, cum omnibus ſibi attinentibus. Ab Hannovir, Leinam ſurſum usque Northem, quod & ſibi ſpectat, cum omnibus pertinentiis: à Northem, usque in Montem Pleſſe; inde, usque Guidingen, & Guidingen ſuum eſt, cum omnibus, quæ ſibi attinent; inde, usq; Haninſtein, quod & ſuum eſt, cum omnibus ſibi pertinentibus, ab Haninſtein, recta via & ſtrata Regia, usque Moguntiam; inde, per deſcenſum Rheni, usque in Mare. Quicquid igitur infra terminum iſtum, quod Patris Noſtri, piæ recordationis, fuit in Prædiis, ceſſit in partem Fratris Henrici Ducis ſæpe nominati. Præter hoc, provenit ſibi Stadium Oppidum, & omne Prædium noſtrum; quod eſt infra Comitiam Stadii, usque in Sevinam; & Prædium, quod eſt in Territorio Bremenſi; & Prædium, quòd eſt circa Verden; inſuper Cielle, & Nortberg, cum omnibus attinentiis, & Curtis Vrilede, cum ſuis pertinentiis; Curia Morſe, & ſibi attinentia; Caſtrum Homberg, cum ſuis pertinentiis; Eimbeke, & quæ ſibi attinent; Deſinberg, cum ſuis appenditiis, Adjuels, & ſibi attinentia. Præter enumerata ceſſerunt parti ſuæ, omnia Prædia in Ditmartia, & in Hadele. Comitia quoque Stadii ſucceſſit Ei ſed hæc Jure feodali, reſpectu aliorum Feudorum; præter hæc, Prædium in Wortſatia, & omnes Miniſteriales, qui ſunt infra terminos iſtos &c.* Fratris ejus, *Ottonis* Imp. Portio apud *Maderum,* l. c. p. 243. ſic deſcribitur: *Incipit itaque in hoc loco, Brunswik ſuum eſt, & ibi attinentia: & terra usque Nortburg ſua eſt: à Nortburg usque Daulo: à Daulo, usque Hünnekesbætle; à Hunekeſcætle, usque Schwibeke; à Schwibeke, usque Varesfelde; & Varesfelde ſuum eſt. De hoc loco terra eſt ſua, usque Vadenberge; à Vadenberge, usque ad navigium Wagersleve; à Wagersleve, usque in montem, qui dicitur Hart, ad Villam Reinebeke; & ab illo, totus mons Hart, ſuus eſt. Caſtrum Sommerſchenborg, & omnia attinentia, ſua ſunt. Quicquid, inquam, eſt in circuitu illo, usque Brunswic, quod Patris noſtri, Henrici Ducis, piæ recordationis, fuit in Prædiis, ceſſit in parte Fratris & Domini noſtri, Ottonis, Romanorum Regis. In alio latere à Brunsvic, usque Flotwode, terra ſua eſt, & ipſum Vlotwode, dimidium & à Vlotvvode, usque Hannovere, terra ſua eſt. A Hannovere, fluvius Leina ſuperius usque Northeim, & juxta Northeim, usque ad montem Pleſſe, ſuum eſt; à Monte Pleſſe, usque Gotinge; à Gotinge, usq; Hanenſtein; à Hanenſtein, Regia ſtrata, usque Moguntiam. Quicquid eſt infra terminum iſtum, verſus Brunswic, tam in Miniſterialibus, quam in Prædiis & Caſtris, totum ſuum eſt. Hæc ſunt Caſtra, quæ ceſſerunt proprietati ſæpe dicti domini noſtri Regis: Lichtenberge, Aſſe, Schiltberge, Stauffenberg, Oſterode, Hertesberg, Scartfeld, Lutterberge, Haniſtein, Rodenburg,*

Monaſterium, Homburg, & totum Patrimonium in Thuringia, quod erat Patris Noſtri, ſuæ ceſſit parti &c. dolentum, portionem WILHELMI, quæ in Archivo Cellenſi aſſeruatur, nondum publici factam juris Sufficit, ex his argumentum duci poſſe, reliquam Henrici Leonis Patrimonii partem, Principatum, ſcil. Luneburgicum, fuiſſe huic Principi aſſertam. Ante diviſam hæreditatem, quandoque nudè VVilhelmus, de Brunswicke appellatus fuit; teſte Diplomate Ottonis IV. Imp. ipſius Germani, an. 1198. Colonienſibus dato, ap. Schatenum, lib. IX. Annal. Paderbornenſ. ad h. a. p 915. verb. cum bona voluntate Noſtra, & Fratrum Noſtrorum, HENRICI, Palatini Rheni, & WILHELMI de BRUNSWICKE &c Poſt diviſionem ao. 1205. ſe appellavit quoque: Wilhelmum de Luneburg, vid. J. F. PFEFFINGERI Hiſtor. des Braunſchw. Lüneb. Hauſes P. I. p. 95. Deinde verò Ducatu Luneburgico magis inclaruit; Rectè omninò Ducem Eum ſalutant: Arnoldus Lubecenſis, lib. VII. C. XVIII. §. 2 p. 562. commemorans, alios inter Proceres Imperii, VVilhelmum quoque Ducem Luneburgenſem, feſtivitati Pentecoſtes, quam Otto IV. Imp. anno 1209. Brunſuici celebraverat. interfuiſſe, verbis præc Tit. II. §. 10. lit. d ad h. a. p. 151. occurrentibus; Chronicon Brunſuicenſe Maderianum l. c. p. 19. cujus verba, occaſione nuptiarum Ducis noſtri, modò recitavi; Narratio Althabenſis, de Genealogia quorundam Ducum Bavariae, unde, huc quoque ſpectantia, hauſi, quæ ſub LUDERO, Ducis noſtri fratre, adducta ſunt. Ladislaus Sundhemius, de Familia Welphonum, ap. Dn. de Leibnitz, l. c. T. I. p. 805. Wilhelmus, tertius Filius Henrici Junioris, qui Leo cognaminatus fuit, fuit Dux Saxoniæ, Dominus in Braunſchweig & Luneburg. Helena, Ejus Uxor, filia VValdemari, Regis Daciæ, propriè Dennemark. Otto, dictus Puer, filius VVilhelmi, Ducis Saxoniæ, Domini in Braunſchweig & Luneburg, fuit Dux Saxoniæ, Dominus in Braunſchweig & Luneburg &c. Sic Henricus Eckſtormius, Chron. Walckenred. in vita Dethmari II. Abbatis, p. m. 59. VVilhelmus, Princeps Saxoniæ, obiit, Anno Chriſti 1213. &c. Chronicon Luneburgicum, ab initio, ap. Dn de Leibnitz l. c. T 3 p. 172, Keyſer Friderick de Ander makede erſt de Herſchop Luneborch tho einem Hertichrome --- unde --- belenede darmit den Eddelen Otten, ichteswan Hertogen Wilhelmes Sone, dede ein Son was Hertoghen Hinrichs des Lowen van Saſſen, Beyern, und Weſtphalen &c. Fragmentum Chronici Bardewicenſis ib. p. 218. anno 1215. do ſterff Hertoge VVilhelm, Keyſer Otten Broder, van Brunſchwigk &c Conradus Botho l. c. ad annum 1205. p. 356. Ock ſe kam de dritte Broder to Hus, Hertoghe VVilhelm, de ſo lange ſtan hadde, vor eyne Summen Geldes, in Ungeren &c. Johannes Stadtwegius l. c. ad ann. 1168. & 1169. ibid. p. 271. verbis ſub LUDERO, jam prolatis, & rurſus, ad an. 1223. p. 272. Hertoge VVilhelm. düſſer (Henrici C. P. R. & Ottonis IV. Imp.) Broder hadde Helenam, VVoldemari Süſter van Dennemarke &c. Alii multi. Sed, ecce teſtimonia longe majoris momenti! Ipſe Princeps noſter, confirmando, Bullæ ſuæ appenſione, an. 1200. donationem, qua domina Orgena, vidua N. de Repenſtede, Eccleſiæ S. Bartholomæi in Lune, Sanctimonialium Cœnobii prope Luneburgum, duas ſartagines in Superiori Domo DORNTZINGHE ſitus, ad dextram, pecunia mariti ſui legitimè comparatas, aſſignavit, in perpetuum poſſidendas, Diploma, cujus copiam poſſideo, (& nunc proſtat in AUTORIS Hiſtorie des Br. Lüneb. Hauſes, P. I. p. 91.) ſic inchoat: In Nomine Sancte & Individue Trinitatis, VVilhelmus, D. G. Dux de Luneborg, omnibus in perpetuum. Ne tranſeat &c. Actum eſt anno Domini Milleſimo Ducenteſimo, in menſe Auguſto, Regnante Fratre noſtro, Glorioſo Romanorum Rege Ottone &c. Non ſemper vero axiomate hoc Ducem noſtrum fuiſſe uſum, documento ſunt tabulæ, quibus an 1205. Indict. VII. preſidente Sacro Sancte Romane Eccleſiæ Summo Pontifice, INNOCENTIO, hujus nominis Tertio, laudatis Monialibus novum munificentiæ ſpecimen exhibuit, quarum copia itidem apud me; inde huc faciunt: In nomine Sancte & Individue Trinitatis, VVilhelmus de Luneborg, Filius Domini Henrici, Ducis Saxonie, omnibus, qui hoc ſcriptum inſpexerint --- noticie Poſterorum Noſtrorum transmittimus, quod nos, & omnes, qui proprietatem in Sulta (Salinis Luneburgenſibus) habere dinoſcuntur gratiam Summi Judicii Nobis comparare volentes, ad ſupplementum Prebende dominorum in LUNE, ob redemptionem animarum Noſtrarum - - conceſſimus in perpetuum, ut, ſingulis FLUMINIBUS (Flothen) jam dictarum dominarum, quadraginta URNE (Eimer) de communi Sulta adderentur. Statuimus quoque, ut præpoſitus earundem dominarum, poteſtatem habeat committendi eadem Bona, ſine omni convencione, que in vulgus VOREHURE (i. e. prælicitatio) dicitur, interpoſita, homini, quem ſibi & Eccleſiæ cognoverit utiliorem &c. Vides, nullam hic Ducalis dignitatis fieri mentionem, quam tamen iterum conſpicis in Diplomate Ottonis Pueri, Principis noſtri Filii, de anno 1234. quo liberalem ſe Monaſterio noſto S. Michaëlis præſtitit, ſcribendo inter alia: In Nomine Sancte & Individue Trinitatis. Otto, D. G. Dux de Brunswich, univerſis, preſentem paginam inſpecturis, ſalutem in domino --- Ad notitiam tam preſentium, quam futurorum, univerſorum Chriſti Fidelium

lium, volumus pervenire, quod Nos, & conſilio & conſenſu Uxoris Noſtre, Domine Mechtildis, & Heredum Noſtrorum, obtulimus & contulimus Eccleſiæ S. Michaëlis in Luneborg, pro animabus Parentum Noſtrorum, tria Allodia, unum in Villa Repenſtede, & duo in Villa Haghene, cum Hominibus in iisdem manentibus, & cum Advocatia, & omni utilitate & Jure, quo Nos illa habuimus excepto Judicio, quod pertinet ad corporis ad damp., nationem; ſtatuimus etiam, quod Abbas loci illius eadem bona in poteſtate ſua habeat, & de medietate rerum inde procedentium, bis in anno, ſcil. in Anniverſario Domini Willehelmi Ducis, Patris Noſtri, pie memorie, & in Anniverſario Domine Helene, Matris Noſtre, Fratribus faciat conſolationem &c. Adeoque digni commiſeratione ſunt, qui dignitatem Ei Ducalem denegare haud verecundantur.

Anno 1194. ab Avunculo, *Richardo*, Rege Angliæ obſes datur *Leopoldo*, Duci Auſtriæ. Hiſtoriæ hæc ſumma: *Richardus* Rex, in Terram Sanctam profectus, cum, rebus ſtrenuë in bello ſacro geſtis, domum reverteretur, *Aquilejam* inter Venetiasque patitur naufragium, ægrè inde, ad Iſtriæ littora, evadens, mutato habitu, equis velocibus, ad partes Auſtriæ ſecedit, ubi, in Villula quadam, prope *Viennam*, *Goritienſium* Comitis, Mainhardi, proditione, agnitus, ad dictum Ducem captivus adducitur, anno 1192. Decembri menſe, qui, ſequenti ſtatim anno, catenis vinctum viciſſim ad Cæſarem, *Henricum VI.* cui non bene cum illo convenerat, ob rationes, præced. Tit. V. in vita hujus Imperatoris, ad annum 1192. pag. 591. expoſitas, mittit. Cæſar magnopere de præda gaviſus, ingentem à captivo popoſcit pecuniæ ſummam, quam integram perſolvere cum non poſſet, obſides dedit Imperatori, *Walterum*, Rothomagenſem ArchiEpiſcopum, *Savaricum*, Batonienſem Epiſcopum, *Ottonem*, *Henrici Leonis* Saxonum Bajorumque Ducis, affinis ſui, filium, pluresque Nobiles alios, nec non Duci Auſtriæ, *Wilhelmum* noſtrum *Ottonis* fratrem, cum aliis. Extat, de captivitate hac Epiſtola Imperatoris ad *Philippum*, Regem Galliæ, apud *Rogerum de Hoveden*, Par t poſter: *Annalium, Angliæ*, in Vita *Richardi I.* ad annum 1192. p. 721. Compoſitionis formula habetur ibidem, ad annum 1193. pag. 728. ubi: *Dominus Imperator mittet nuncios ſuos, cum Nunciis Domini Regis, qui Lundonias ibunt, & ibi recipient Centum millia marcarum puri argenti, ad pondus Colonie — Alia quoque Quinquaginta millia marcarum dabit Rex Imperatori, & Duci Auſtriæ, & pro illis ponet obſides, ſcilicet Domini Imperatori, pro triginta millibus marcarum, ſexaginta obſides; Duci vero Auſtriæ ſeptem obſides, pro viginti marcarum millibus. Solutis ergo centum millibus marcarum, & datis obſidibus* (pro reliquis quinquaginta millibus) *Rex liberè recedet &c.* Quæ liberatio etiam facta *Spiræ, pridie Nonas Februar.* Anno 1194. quam diem propterea Angli *malam* vocant, *Rogero* teſte l. c. ad h. a. pag. 734. Variæ alias de exacto ære Auctorum Sententiæ; *Gerhardus Stederburgenſis*, tunc clarus, in *Hiſtoria Henric, Leonis*, apud *Meibomium* Tom. I. Rer. German. pag. 435. ſcribit ſaltem in genere, Filios *Henrici*, Ducis, *Ottonem* & *Wilhelmum*, à præfato Rege Angliæ, ipſorum avunculo, *datos eſſe in pignore*, Imperatori, *pro multis millibus marcarum argenti*, quas pro liberatione ſua, ei deberet, verbis, in Vita *Luderi*, *Guilielmi* noſtri fratris, modò recitatis. Sic & *Otto San Blaſianus, Append. ad Chronicon Ottonis Friſingenſ.* Cap. XXXVIII. pag. 217. *Tandem, datis, in redemptionem ſuam. Imperatori multis millibus centenariorum auri & argenti, nec non & Duci Leopoldo, auro & argento pro libito collato. eisque pace & reconciliatione Sacramento ab Eo firmata, captivitate exuitur, ſicque multatus rediit in Terram ſuam. Certum autem pretii pondus, quod contulit, explicare diſtuli, ne cuiquam incredibile viſum falſitatis arguerer. Hoc autem ſciendum, quod Ecleſiaſtici theſauri, per omnes Angliæ Eccleſias, collecti, hujus cenſus pars maxima conſtabat calicibus, crucibus, aliisque diverſis ſpeciebus conflatis &c.* Et *Platina*, in Vita *Cæleſtini III.* pag. m 189. *Richardi* memor: *Redemptus autem ingenti pecuniæ vi, tandem in Angliam proficiſcens &c. Leupoldus quoque à Northof. Chron Marcano*, ad annum 1194. apud *Meibonium* loc. cit. pag. 385. de eodem: *Se redemit per maximam pecuniæ ſummam &c.* Et *Nauclerus*, Vol. 2, *Chronographiae*, Generat. XL. ad annum 1193. pag. m. 874. *Vinctus adducitur Vormatiam, ubi tandem datis, in redemptionem ſuam, Imperatori multis millibus Centenariorum auri, nec non & Duci Leopoldo, reconciliationeque impetrata; Rex à captivitate liberatus eſt &c.* Alii verò ſummam exprimunt: *Aventinus*, Lib. VII. *Annal. Boicorum*, Cap. 2. §. 9. pag. m. 625. ait: *Anglis Quinquaginta Marcarum* (millia) *hoc eſt, Quatuor centena millia unciarum (Marca enim octo ſunt unciæ) tribuit Auſtriaco &c. Guilielmus Neubrigienſis* Lib. IV. *Rer. Angl.* Cap. XXXIV. pag. m. 473. meminit *Summa Centum millium librarum argenti, cujus pars tertia Duci Auſtriæ* (quem l. c.

Digitized by Google

Cap. XXIX. pag. m. 459. *Humboldum* vocat) *qui Regem captivaverat, competeret &c.* Ejuſdem ſententiæ ſunt: *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Henrici VI.* an annum 1193. pag. m. 232. *Albericus Monachus trium fontium*, an. eod pag. 398. *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Coſmodromii*, Cap. 61. apud *Meibomium* loc. cit pag. 275. *Sigonius*, *de Regno Italiæ*, lib. XV. ad annum 1193. pag 576 *Thomas Walſingham*, *Hiſt. Angl.* an. eod Alii. *Robertus de Monte*, *Append. ad Sigebertum Gemblacenſem*, ad annum 1194. pag. 677. numerat 130000. marcarum, inquiens: *Diſtracti ſunt theſauri Eccleſiarum, per totam terram Regis Richardi, calices etiam fracti & venundati, & miſſa ſunt precia eorum in Alemanniam, pro redemptione Regis Richardi, centum triginta millia marcarum Imperatori, cæteris vero infinita pecunia &c.* Apud *Albertum Stadenſem*, ad an 1194. pag. 199. legitur: *Richardus, Rex Angliæ, perſolvit Imperatori Centum & Quinquaginta millia librarum argenti &c.* Altius aſcendit *Godefridus Colonienſis*, Annal an. eod. pag. 261. *Richardus, Rex Angliæ, datis Centum & Septuaginta millibus marcarum, captivitate ſolvitur, & repatriat &c.* Hæc obiter; ſufficit, *Wilhelmum* noſtrum, hac occaſione, obſidis loco datum, & quidem *Leopoldo* Auſtriaco, qui tamen eundem, priusquam decederet, Hungarorum Regi, *Belæ*, Parenti *Henrico* reddendum commendabat; Vid. *Gerhardus Stederburgenſ.* l. c. *Eo tempore Dux Auſtriæ, Lippoldus, de equo corruens, vitam miſerabiliter finivit*, (1194.) *& filium Ducis* (Henrici Leonis) *Wilhelmum, quem habeat in pignore, ſerò pœnitens, antequam moreretur, Regi Ungariae* (Belæ III. cujus Sororem, Helenam, in toro habuerat) *Duci Henrico reddendum, tranſmiſit: ſed & hoc arte Imperatoris impeditum eſt &c.* Conf. *Chronicon Rhythmicum Principum Brunſuicenſium*, Cap. XLVI. apud Dn. de *Leibnitz*, *Tom.* 3. *Rer. Brunſuicenſ.* pag. 83.

Bi den tiden, eyn Forſte ſtolt
Van Oſterich, Hertoge Lippolt,
De vel van ſinen Perde
Unſachte to der Erde,
Dat he ſtarff an korter Tit,
He hadde geſant, alſo men git,
Deme Koning van Ungern.
Wilhelme den Jüngern,
Hertogen Henriches Sone,
Den he helt vor ſchone
To Giſele, vor eyn Pant,
Van dem Koninge ut Engeland,
Dat he æne ſende ſedder
Heym ſinen Vader weder.
Dat hinderde Keiſer Henrich &c.

Libertatem Eum anno demum 1205. recuperaſſe, docet *Conradus Botho*, *Chron. Pictur.* ad h. a. ibid. pag. 356. verbis modò repetitis: *Ock ſo kem de dridde Brodet to Hus, Hertoghe Wilhelm, de ſo lange ſtan hadde, vor eyne Summen Geldes, in Ungarn &c.* Ita etiam *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 119. Dn. *Speuerus*, *Syllog*, *Hiſtor. Geneal.* pag. 490. aliique; quibus tamen non aſſentior, quia, jam anno 1202. nuptias *Homburgi* celebravit. & an. 1203. diviſioni paternæ hæreditatis *Paderbornæ* interfuit.

Anno 1209. comitatus eſt fratrem, *Ottonem* Imp. *Brunſuicum*, Pentecoſtes ſolemnia celebrantem: Vid. *Arnoldus Lubecenſ.* Lib. VII. Cap. XVIII. §. 2. pag. 562. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 151.

Ann 1212. deceſſit tandem, ; teſtibus *Alberto Stadenſi* h. a. pag. 203. *Willehelmus de Luneburg obiit, relinquens Ottonem, adhuc infantulum &c.* & Auctore *Chronici Slavici* apud *Lindenbrogium*, an. eod. pag. m. 257. *Wilhelmus de Lunenborch obiit relinquens Ottonem infantulum &c. Chronico Luneburgico*, ad annum 1209 apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 174. *Wilhelmus bleff in der Herſchop Luneborch und Brunſchwick beſittende, herb in twolf Jahr, ſtorff in Sunte Lucien Doge, he leth na einen Sone, Otto, de was ein Kind. Wilhelmus wart begraven tho Luneborch &c.* Alii tamen referunt ejus obitum ad annum 1213. ſic *Vetus Chronicon Brunſuicenſe*, in *Antiquitatibus Brunſuicenſibus*, *Maderi*, pag. 19. *Dux autem Wilhelmus —— genuit Ottonem de Luneborch; obiit* 1213. *pridie Idus Decemb. &c.* Et *Membrana San-Blaſiana Brunſuicenſis*, apud *Maderum* l. c. pag. 170 & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 61. *Anno Domini* 1213 *obiit Dux Wilhelmus de Lunenborg &c.* *Conradus Botho* l. c. an. eod. pag. 358. *Ock ſo ſtarff Hertoghe Wilhelm to Lunenborch, in Sunte Loydage &c.* Eckſtor-

ſtormius, *Chron. Walckenred.* in Vita *Dethmari II.* pag. m. 59. *Wilhelmus*, *Princeps Saxoniæ*, *obiit Anno Chriſti* 1213. *&c. Hemmingeſius* l. c. Dn *Spene-* l. ſc. &c. Errore typographico occurrit in *Fragmento Chronici Brandenb.* apud *Maderum* l. c. p. 273. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 19. Annus 1203. ibi: *Wilhelmus ---- obiit anno Domini M. CC. III.* Vice verſa, perperam producitur in *Fragmento Chronici Bardewicenſis*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 3. p. 218. hoc titulo, annus 1215. ibi: *Anno* 1215. *do ſterff Hertoge Wilhelm*, *Keyſer Otten Broder van Brunſchwigk*, *und wart begraven tho Luneborch*, *in Sunte Michaëlis Kercken &c.*

Omnes Brunſuicenſium & Luneburgenſium Duces ab eo deſcendere, notiſſimum eſt.

(6) *Mechtildis*, Conjux *Gaufridi*, Comitis de *Pertico* (du Perche, in Aurelianenſi Præfectura) de qua ita *Rogerus de Hoveden*, in vita Richardi I Angliæ Regis, ad an. 1189. pag. 654 *Eodem ferè tempore*, *quo prædictus Rex Angliæ* (Henricus II.) *obiit*, *Mathildis*, *Duciſſa Saxoniae*, *Filia Ejus*, *ſimiliter obiit. Deinde venit idem Comes Richardus Rothomagum*, *& ---- acceptis Fidelitatibus à Clero & Populo Ducatus Normanniæ*, *dedit Gaufrido*, *Filio Rotrodi*, *Comitis de Pertico*, *Mathildem*, *Filiam Ducis Saxoniæ*, *Neptem ſuam*, *Uxorem &c.* Unde ſua *Meibomius* l. c pag 166. factum confirmante *Alberico*, Monacho trium Fontium; ad an. 1217. p. 495 *Gualo*, *Cardinalis*, *congregato Anglorum exercitu*, *Civitatem Lincolinum contra Ludovicum* (Galliæ Regem) *obſedit*; *Ludovicus miſit illuc Robertum*, *Filium Galteri*, *& Thomam*, *Comitem Pertici*, *Filium Comitis Gaufridi*, *natum de Sorore Imperatoris Ottonis &c.* Conf. *Morerii* Diction. voc. *Perche*, p. m. 128. *Geofroy III. du nom*, *Comte du Perche & de Montagne*, *ſe croiſa diverſes fois*, *pour le Voyage d' Outremer*, *& particulierement en.* 1198. *il mourut en ce voyage*, *l' an* 1205. --- *Il avoit épouſé Marie*, *ou Matilde*, *dont il eut Thomas*, *Comte de Perche*, *qui -- ſuivit Louis de France*, *depuis Roy VIII. du nom*, *éen Angleterre*; *ou il fut tué l' an* 1217. *à la Bataille de Lincolne.*

(7) *Alienor*, id eſt, *Eleonora*, de qua *Gervaſius Tilberienſis*, in *Otiis Imperialibus*, cap. *de Regibus Anglorum à tempore Normannorum*, ſub finem, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 947. & *Maderum* pag m. 82. *Ottonem IV.* Imper. alloquendo: *Dum ex eodem Rege Henrico* (Angliæ) *prodiit hinc Duciſſa Saxoniæ*, (Mechtildis) *cujus flos*, *Sereniſſime Princeps! ut bonae arboris dulciſſimum beneficium*, *proceſſiſti*, *cum Illuſtri Comite Palatino*, *Henrico*, *& Guillelmo Longa Spata*, *Fratribus Tuis*; *nec non Nobiliſſima Comite Alienora*, *Germana Tua.* Conf. *Meibomius* in *Relectione Apologiæ pro Ottone IV.* T. 3. *Rer. German.* p. 166. & *Bucelinus* l. c. qui eam in juventute extinctam ait.

Filia Naturalis ex Concubina Nobili.

Mechtildis, Uxor *Henrici Borwini*, Wendorum Principis Megapolitani, vid. *Arnoldus Lubecenſis* Lib. 3. *Chron. Slav.* c. 4. §. 5 pag. 305. *Borvinus verò Filius Pribislai*, *qui Filiam Henrici Ducis*, (*Saxoniae*) *habebat*, *Mechtildam*, *obtinuit Caſtra Roſtock & Mekelenburg &c*, & lib. 4. c. 7. §. 2. pag. 391. memor reditus *Adolfi* Holſati ex Terra Sancta: *Nec per Slaviam intrare poterat*, (*Adolfus*) *quia Borvinus*, *Gener Ducis*, *Ei ibi inſidias tetenderat &c.* Add. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1164. pag. m. 192. quamvis *Borvinum* non *Pribislai*, ſed *Wertislai* filium conſtituat. *Dux* (Henricus Saxoniæ) *Slaviam ingreſſus*, *Wertislaum*, *Filium Nicloti*, *captivum ſuſpendit. Hic eſt Pater Borcwini*, *cui Dux poſtea Filiam ſuam Naturalem in matrimonio copulavit*, *quæ Ei genuit Henricum & Nicolaum &c.* nec non *Albericus* ad an. 1193. pag. 400. *Ea*, *quæ in Slavia acquiſiverat*, *retinuit Dux Henricus*, *Qui de Mathilde*, *Sorore Regis Angliæ*, *Richardi*, *tres Filios habuit. Henricum*, *Rheni*, *Guilelmum & Ottonem*; *&*, *de quadam Cuncubina Nobili*, *Filiam habuit*, *quæ in Sclavia hæreditavit &c.* Errat proinde *Botho* l. c. eam ex *Mechtilde*, Anglicana, progenitam perhibens: *De Ander Dochter* (Mechtildis) *heyt Metrilda*; *de nam den Heren van Wenden*, *de heyt Boswinus*, *unde wart achter na ein Greve to Holſtein &c.* Conf. *Hemmingeſius* l. c. pag. 118. & *Bucelinus* loc. cit. pag. 417. Quæ omnia ſequens Tabula clariora dabit.

Genealogia Henrici Leonis D. S. & Bav. deſcendentium.

Henricus Leo, Dux Saxoniæ &c. †. 1195.
Ux. (1) *Clementia*, Duc. Zæringenſis.
Ux. (2) *Mechtildis*, fil. *Henrici II.* Regis Angliæ.
(3) Concubina Nobilis.

- 1. N. Sponſa *Canuti* R. Dan. †.
- 1. *Richenſea.* †.1221. Ux. (1) 1167. *Friderici*, D. Rodeburgii, an. eod. defuncti. (2) *Canuti* R. Daniæ, †. 1202.
  - 1. *Maria*, deſponſa anno 1202. *Waldemaro* II. R. Daniæ †. Virgo.
  - 1. *Henricus.* †. 1213. 1. Maji.
  - 1. *Agnes.* nat. 1202. Ux. 1225. *Ottonis* D. Bavar. †. 1269.
  - 1. *Irmgarda.* Ux. *Hermanni IV.* Marchionis Badenſis, †. 1259.
  - 1. Puer, †. infans.
- 2. *Richenſea.* nat. 1172. †. Virgo.
- 2. *Henricus* C. P. R. & D. Saxon. †. 1227. 23. April. Ux. (1) 1194. *Agnes*, fil. *Conradi*, C. P. R. †. 1204. (2) *Agnes* fil. *Conradi* March. Miſniæ & Landsberg. † 1244.
- 2. *Lotharius.* †. juvenis
- 2. *Otto IV.* Imper. †. 1218. 19. Maji Ux. (1) 1198. vel 1199. *Maria*, fil. *Henrici*, D. Brabantiæ; (2) 1212 *Beatrix*, fil. *Philippi* Anti-Cæſaris.
- 2. *Wilhelmus*, †. 1212. vel 1213. Ux. 1202. *Helena*, fil. *Woldemari* R. Daniæ.
  - *Otto Puer*, nat. 1204. †. 1252. Ux. *Mechtilda*, fil. *Alberti*, Marchionis Brand. †. 1261.
    - *Otto* †. Inf.
    - *Albertus* †. 1279. Ux. (1) *Eliſab.* fil. *Henrici* D. Brabantiæ; (2) *Alheid*, fil. *Ottonis* March. de *Monte ferrato.*
    - *Johannes* †. 1277. Ux. *Luitgarda*, fil. *Gerhardi*, Com. de *Schowenburg.*
    - *Conradus.* Epiſcopus Verdenſ.
    - *Otto.* Epiſc. Hildeshemenſ. †. 1279. die Ulrici
    - *Mechtildis.* Ux. *Henrici Pinguis*, Com. Anhaltini; poſtea Abbatiſſa Gernrod. vixit adhuc 1295.
    - *Helena.* Ux. (1) 1239. *Hermanni* Landgravii Haſſiæ. †. 1241. (2) *Alberti* D. Saxon. †. 1270.
    - *Albeida* †. 1280. Uxor *Henrici* Landgr. Haſſiæ.
    - *Eliſabeth* Ux. 1251. *Wilhelmi* C. Holland. Reg. Romanor. †. ante 1256.
    - *Agnes* Uxor *Wiſlavi* (Wenceslai) Principis Rugiæ.
- 2. *Mechtildis*, †. ante annum 1211. Ux. *Gaufridi*, Com. du *Perche.*
- 2. *Alienor* Comitiſſa.
- 3. *Mechtildis* Ux. *Henrici Borwini*, Principis Megapolitani.

v. (4) Vitæ curriculum *Henrici Leonis* conſpici poteſt ex *Gerhardi, Præpoſiti Steterburgenſis*, Hiſtorica narratione, *de poſtremis Ejus geſtis rebus*, apud *Meibomium, T. 1. Rer. German.* p. 430. &c. & Jlluſtr. Dn. *Leibnitzium, T. 1. Rer. Brunſuic.* p. 854. &c. *Aventini* lib. VI. *Annal. Boicor.* C. IV. V, & VI. pag. m. 598. ad 617. *Gabrielis Bucelini, Hiſtoria Agilolfingica*, § XVIII. p. 414. &c. ubi ſimul Principis effigies; B. Dn. *Schurtzfleiſchii* diſput. ad *Ligurini* VII. 100. de *Henrico Leone*, an. 1675. *Wittebergæ* habita, Annoque 1698. recuſa &c. Potiora facta, juxta annorum ſeriem, hic recenſebo.

An. 1139. extincto Principis noſtri Parente, *Henrico Magnanimo*, vulgò *Superbo*, recruduit controverſia de *Saxoniae Ducatu*, in quo Cæſar, *Conradus III.* totis viribus, Adalbertum Marchionem firmare nitebatur, Provinciæ contrà Principes cauſam *Henrici Leonis*, decem annorum pueri, egerant. *Dodechinus*, in Appendice ad *Marianum Scotum*, ad h. a. apud *Piſtorium* p. 472. diſertè ſcribit: *Henricus, Dux Saxoniæ, moritur, pro quo Adelbertus Marchio Ducatum* (à Cæſare) *ſuſcepit, contra omnes penè Principes Saxonum conjurant &c.* Audiamus *Ottonem Friſingenſem*, Cæſaris fratrem uterinum, L. 7. Chron. C. 25. p. m. 153. *Quo* (Henrico Duce) *mortuo, Saxones, amore Filii ſui parvuli, quem eis adhuc vivens commendaverat, Regi denuo rebellant &c.* Pari ſtylo utuntur, *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. p 286. *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Conradi III.* Imperat. p. m. 214. *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, C. XIII. apud Dn de Leibnitz l. c. Tom. I. p 789. *Vitus Arenpeck, Chron. Bavar.* ibid. Tom. 3. p. 664. aliique *Helmoldus* lib I *Chron. Slavor.* C. 56. p. m. 135. §. 8. ait: *Mortuus eſt* (Henricus Superbus) *obtinuitque Filius Ejus, Henricus Leo, Ducatum Saxoniæ, puer adhuc infantulus &c.* Quæ *Albertus Stadenſis*, ad an. 1139. p. 162. *Continuator Lamberti Aſchaffenburgenſis*, an. eod. ap. *Piſtorium*, p. m. 255. aliique repetunt. In Chronico *Bigaugienſi*, apud *Maderum*, an. eod. p. 259. legimus: *Obiit Hinricus, Dux Bavarorum & Saxonum, qui Catulus dicitur; reliquit filium, Hinricum ſcil. Leonem. Diſcordia inde oritur, pro Ducatu Saxoniæ, quem Cæſar dedit Adelberto Marchioni, Saxones defendebant puero Ducatum &c.* Conf. *Conradus* Botho, in *Chronico Picturat. Brunſuic.* apud Dn de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſ.* p. 341. ad an. 1140. facta mentione obitus *Henrici Superbi; do nam Marggreve Albert in Lunenburch, Bardewick, unde Bremen, dat Lant by der Elve, Nedder Saſſen dat belech æme Keyſer Cord mit Gewalt, by den do vel Preslaw, eyn Here der Wende, by Marggreve Alberde, unde vordreven Greven Adolff van Holſten van Segebarge, unde pinigeden de Preſters, de Biſchopp Vibelinus to Oldenborch to hordenz* Hac rerum facie, *Gertrudis, mater Pueri, dedit Heinrico de Badewid, VVagirenſium Provinciam, accepta ab eo pecunia, volens ſuſcitare preſſuras* ADOLFO *Comiti*, (Holſatiæ, ab Henrico Superbo in integrum reſtituto) *eò quod non diligeret eum. Poſtquam autem eadem Domina nupſit Principi* HENRICO, *fratri* CONRADI *Regis, & alienata eſt à negotiis Ducatus, acceſſit* ADOLFUS *Comes ad Ducem puerum, & Conſiliarios Ejus, acturus cauſam ſuam ſuper VVagirenſi Terra, prævaluitque, & juſtiori cauſa, & auctiori pecunia. Diſſenſiones ergò, quae fuerunt inter Adolfum, & Henricum, taliter compacata ſunt, ut Adolfus Sigeberg, & omni VVagirorum, Terra, potiretur, Henricus, in recompenſationem, acciperet Racesburg, & Terram Polaborum, &c.* Hæc ex *Helmoldo*, l c. §, 10. 11. & 12 p. 135. qui C. 57, §. 1 & 2 p. 135. addit: *His verò in hunc modum ordinatis,* ADOLFUS *cœpit reædificare Caſtrum* SIGEBERG, *cinxitque illud muro; quia autem Terra deſerta erat, miſit nuncios in omnes Regiones Flandriam, & Hollandiam, Trajectum, VVeſtphaliam, Friſiam, ut quicunque agrorum penuria arctarentur, venirent. cum Familiis ſuis, accepturi Terram optimam, Terram ſpacioſam, uberem fructibus, redundantem piſce & carne, & commoda paſcuorum gratia. Dixitque Holſatis & Sturmariis: Nonne vos Terram Slavorum ſubegiſtis, & mercati eam eſtis, in mortibus fratrum & Parentum veſtrorum, cur ergò noviſſimi venitis ad poſſidendum eam? eſtote primi, & transmigrate in Terram deſiderabilem: & incolite eam, & Participamini deliciis ejus, eò, quod vobis debeantur optima ejus, qui tuliſtis eam de manu inimicorum. Ad hanc vocem, ſurrexit innumera multitudò de variis Nationibus, aſſumptisque Familiis, cum facultatibus, venerunt in Terram VVagirenſium ad Comitem Adolfum, poſſeſſuri Terram, quam eis pollicitus fuerat. Et primi quidem Holzatenſes acceperunt ſedes, in locis tutiſſimis, ad occidentalem plagam Sigeberg, circa flumen Trabenam; Campeſtria quoque Zwentineveld: & quicquid à rivo Sualen, usque Agrimeſou, & lacum Plunenſem, extenditur. Dargnunenſem Pagum VVeſtfali; Ultinenſem, Hollandi: Susle, Freſi incoluerunt &c.* & §. 4 p 136. *Poſt hæc, venit Comes Adolfus ad locum, qui dicitur Bucu, invenitque ibi vallum Urbis deſolatæ, quam ædificaverat Cruco, olim Tyrannus, & Inſulam ampliſſimam, gemino flumine cinctam, nam ex*

una

una parte Trabena, ex altera Wochniza, præterfluit ---- cœpit illic ædificare Civitatem, vocavitque eam LUBEKE, *eò quod non longè abeſſet à veteri Portu & Civitate, quam* HENRICUS *Princeps olim conſtituerat &c.* Confirmant hæc omnia *Albertus Stadenſ.* ad an 1139. p. 162. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* , Cap. 20. p. m. 196. *Chronicon Holſaticum* Jll. Dn. *Leibnizii* T. I. *Acceſſ. Hiſtor* Cap. 14. p. 25. Cranzius, lib. VI. Metropol. Cap. XVII. p. m. 152. & lib. III. Vandal. Cap. 40. & lib. IV. Cap. I. & lib. VI. Saxon. Cap. X. Bangertus, ad lib. I. Helmoldi, Cap. 57. p. 136. ad 140.

An. 1140. *Conradus Rex Purificationem S. Mariæ celebrat* WORMATIÆ, *quo prædicti Principes* (Henricus Leo, reliquique Saxoniæ Proceres) *minimè venerunt, Rege eis Ducatum præbere nolente, quibus aliud Placitum propoſuit* FRANKENEVORDE; *ſed nec huic interfuerunt, prima Dominica poſt Octavam Paſchæ, prædictum Beneficium petentes, nec impetrantes, Principes*(Saxoniæ) *Albertum Marchionem, qui Ducatum à Rege ſuſcepit, Patria expellunt, cujus Marcam Rodulfus Comes, adeptis Urbibus, occupavit &c.* Ita *Albertus Stadenſis*, ad h. a. p. 162. Conf. Cranzius, lib. VI. Saxon C. XI Munitiones, *Alberto Urſo* ereptas, recenſet *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 296. *Eodem etiam anno obſeſſæ ſunt, & deſtructæ, munitiones iſtæ: Groninge, Anehalt, Gibelinzi, Wittekke &c.* ita & Conradus Botho, l. c. ad an. 1139. p. 341. *In düſſem Krige* (inter Henricum Leonem, & Albertum Marchionem) *worden gewunnen de Borge, alſe Cronick, Anhalt, Witeke, unde Ghebelitze, unde Plotzke, alle Marggreven Alberde aff &c.*

An. 1141. *Sedatæ ſunt concertationes Principum Saxoniæ, quæ fuerant contra Regem, & Albertum Marchionem &c.* Ita Albertus Stadenſis, h. a. p. 162. & 163.

An. 1142 Confirmatur Dux noſter, in *Ducatu Saxoniae, & Albertus Marchio* recuperat amiſſa. Vid. Tranſactio *Francofurtenſis*, apud Dodechiuum, ad h. a. pag. 473. præc. Tit 2. §. 10 lit. d. ad h. a. pag 124. Conf. Albertus Stadenſis, an. eod. p. 163. cujus verba præc. § 10. lit. o. in vita *Alberti Urſi*, v. 3. pag. 62. occurrunt.

An. 1143. Princeps noſter, una cum Matre, dividit, æquis partibus, Paludem Auſtralem Villis, *Santou, Strabelingbehuſen, Ochtmunde & Hasbergen* conterminam, cum *Adalberone*, ArchiEpiſcopo Hamburgenſi, vid. Documentum *Adalberonis*, inter Privilegia Eccleſiæ Hamburgenſis, apud *Lindenbrogium*, p. m. 153. *Notum ſit --- qualiter & Nos, & Domina Duciſſa, Gertrudis, & Filius ſuus, Henricus Puer, Dux Saxonum, una cum Fideli noſtro, Alberto Marchione, Illuſtri Principe, Paludem, Auſtralem, ſcil. Villis iſtis, Santou, Strabelingbehuſen, Ochtmunde, Hasbergen, conterminam, æqua inter nos portione, diviſimus --- Anno Incarnationis domini M. C. XLIII. Indict. V. &c.* Patet hinc ſimul, obitum Duciſſæ, ab *Alberto Stadenſi*, p. 163. Auctore *Chronici Montis Sereni*, pag. m. 17. Compilatore *Chronici Bigaugienſis*, apud *Maderum*, p. 260. aliisque, malè ad annum 1142. referri.

An. 1144. *Rodulfus Junior, Comes in Thietmarſia, occiſus eſt in Cometia ſua, & frater ſuus, Hartwicus, Major Præpoſitus Bremenſis, dedit omnem hereditatem ſuam Bremenſi Eccleſiæ, ut concederetur ſibi Comitatus Bremenſis. Et ſic Bremenſis Eccleſia, quæ Principes Stadenſes in quieta poſſeſſione, longo tempore, tenuerant, in ſuum dominium recepit, hæreditatem videlicet Principum, & Idæ, & Friderici, & facta eſt legitima hæres Parentum Præpoſiti Hartwici, per ſolennem & legalem donationem Inveſtitus eſt ergò Hartwicus Præpoſitus; & Fridericus Palatinus, ſororius ſuus, ſuſcepit pannum (Fahnen) à Rege Conrado, & ſtatutum eſt, ut eſſet Coadjutor ſuus, & judicaret, Proeo, in Placitis Principalibus. Dux autem Heinricus, adhuc puer, per Tutores ſuos, conqueſtus eſt Regi, & omnibus Principibus, quod ArchiEpiſcopus,* ALBERO, *Matri ſuæ promiſiſſet quod, ſi moreretur* RODOLFUS, *filio ſuo, Duci, conferret Comitatum. Unde, poſt multas querelas, ſecundum mandatum Regis, convenerunt* RAMELSLO, *ad cauſæ definitionem. ArchiEpiſcopus præfuit in judicio, una ex parte, Puer* DUX *ex alia. Præpoſitus & Palatinus conſtiterunt ad negotii ventilationem. Auditores aderant: Thietmarus, Verdenſis Epiſcopus, Albertus Marchio, Comes Hermannus de Winceberch, & frater ſuus, Heinricus de Dasle &c.* Hæc *Albertus Stadenſis*, h. a. pag. 163. docens ſimul, ArchiEpiſcopo, à Duce, *Luneburgum*, in captivitatem abducto, indeciſam litem relictam. Eadem habet *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium Lindenbrogii*, in vita *Adalberonis* pag. m. 90. *Henricus Wolterus*, *Chron. Bremenſ.* in vita ejusdem ArchiEpiſcopi, an. eod. apud *Meibomium*, T. 2. *Rer. German.* pag. 50. *Albertus Cranzius* lib. VI. *Saxon.* Cap. VI. & lib. VI. *Metropol.* Cap. XVIII. *Bangertus*, ad lib. IV. *Arnoldi Lubecenſ.* Cap. XVII. lit. a. pag. 409. *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 199. De RUDOLFI, *Ditmarſorum & Stadenſium* Comitis nece, teſtantur quoque *Chronographus Saxo*, ad an. 1144. p. 296. ROTHULFUS, *Comes de* STADEN, *interfectus eſt, à Transalbianis Saxonibus, qui* FEDMARSGOI, (Tedmarſgoi) *dicuntur; propterea, quia oppreſſiones ejus diutius ferre noluerunt &c. & Chronicon Montis ſereni*, p. m 18. an. eod. *Rodolphus, Comes de Staden, Junior inter-*

serfectus eſt à Transalbianis Saxonibus, qui Ditmerſchen dicuntur.

An. 1145. Confirmante Imperatore *Conrado* pacta conventa inter *Fridericum*, ArchiEpiſcopum Magdeburgenſem, & *Hartwicum*, Bremenſem Præpoſitum, de quibus ſeq. Tit. XVII. §. 13. lit. f. v. 17. evolvas, teſtis fuit: *Heinricus, Dux Saxoniæ*, Vid. DiplomaCæſareum, inter citata *Privilegia ArchiEpiſcopatus Hamburgenſis Lindenbrogii*, §. XLV. p. m. 155. ut & apud Dn. *Lunigium, Reichs-Archiv*, Contin. 2. *Vierte Abtheilung, funffzehender Abſatz*, §. XXXIV. p. 355. & Dn. *Muſchard, Monument. Nobilitatis Bremenſ.* p. m. 14.

An. 1146. decreta in Comitiis *Francofurtenſibus*, intentionis *Eugenii* Pontificis interprete *Bernhardo*, Claravallenſi Abbate. triplici Expeditione Sacra (1) in partes Orientis, (2) in Hiſpaniam, & (3) adverſus *Slavos*,)teſte *Helmoldo*, lib I. *Chron. Slav.* Cap. 59. §. 4. p. 142. & 125. & Tit. V. in vita *Conradi III.* v 4. an eod. p. 570. memini,) movit Dux noſter, anno 1147. Exercitum, in *Obotritorum* Principem, *Nicolotum*. *Tertius Signatorum* (cruce) *Exercitus devotaverunt ſe ad Gentem Slavorum, Obotritos, ſcilicet, & Luticios, nobis confines, ulturi mortes & exterminia, quæ intulerunt Chriſticolis, præcipuè verò Danis. Hujus vero Expeditionis Capitanei erant: Albero, Hammenburgenſis. & univerſæ Saxoniæ Epiſcopi: præterea, Henricus Dux adoleſcens; Conradus, Dux de Zæringe, Adalbertus, Marchio de Saltwidele, Conradus de Within. Audiens ergò Niclotus, quia congregandus eſſet in brevi Exercitus, ad deſtruendum eum, convocavit univerſam Gentem ſuam, & cœpit ædificare Caſtrum Dubin, ut eſſet Populo refugium, in tempore neceſſitatis. Direxitque nuncios ad Comitem Adolfum* (Holſatiæ) *commonens cum fœderis, quod pepigerant &c.* Sunt verba *Helmoldi* lib I. *Chron. Slavor.* Cap. 62. §. 1. & 2. p. 147. & 148. qui Cap. 63. & 64. pag. p. 148. ad 150. latè deſcribit, qua crudelitate *Niclotus*, impetum hoſtium non expectans, *Wagriam* vaſtaverit Conf. *Albertus Stadenſis*, an. 1147. p. m. 165. *Chronographus Saxo*, ad an. 1148. p. 299. *Chronicon Montis Sereni*, an. 1147. p. m. 21. *Conradus Botho Chron. Picturat. Brunſuic* apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* ad an. 1147. p. 344. non ſatis accuratè. vero expeditionem hanc adverſus *Pruſſos* ſuſceptam ſcribens: *Hertoghe Hinrick de Lauwe to Saſſen, de Biſchopp van Bremen, unde Hertoghe Cord van Borgonie, de toghen to dem Konigh to Dennemarcke, mit twintich Duſent Mynſchen, unde toghen jeghen de Pruzen &c. Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, C. 20. p. m. 196. &c. *Cranzius* lib. VI. *Saxon.* Cap. 12. & lib. IV. *Vandal.* Cap. 3. Cruce ſignati contra, in Slaviam irrumpentes, *Dobbinum & Demminum*, obſederunt: promittentibus autem Slavis, Chriſtianorum ſacra ſe recepturos, Danosque, quos in captivitate haberent, laxaturos, ſoluto obſidio, ſineque emolumento finis bello impoſitus, Slavis poſtea ne quidem promiſſis ſtantibus. Vid. *Helmoldus*, l. c. C. 65. p. 150. & 151. *Albertus Stadenſis*, l. c, *Cranzius*, L. IV. *Vandal* C. 4.

An. eod. 1147. in Diplomate, quo *Conradus* Imp. donationem *Hermanni de Zwiriske*, hereditatem ſuam, in Pago *Northuringe*, in villa *Rumkerslove*, in Comitatu *Friderici* Palatini Comitis in Cœnobium *Nenburgenſe* transferentis, confirmat, teſtis occurrit; *Heinricus Dux Saxoniæ*. Vid. Dn. *Beemannus*, Part. 3. *Hiſt. Anhalt.* L. IV. C 2 § 15. p. 435.

An. eod. In Diplomate *Conradi III.* Imp. Abbati *Altahenſi* dato, apud *Gewoldum*, T. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim*, p. 41. iterum teſtis: *Heinricus, Dux Bavariæ.*

An. eod. Henricus, Dux Saxoniæ, Advocatiam de Monaſterio Kamnat, in manus Chounrati Regis, reſignas ſponte, ut eandem Advocatiam Monaſterio in perpetuam poſſeſſionem contraderet. Ita *Annales Corbejenſes* apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. T 2. h. a. p. 308.

An. 1148. ſubjugat *Ditmarſiam*, eique præficit *Reinboldum*, Comitem, anno 1164. ad *Demminum*, à Slavis cæſum. Vid. *Helmoldus*, lib. 2. c. 4. §. 8. pag. 221. *Bangertus*, ad lib. IV. *Arnoldi Lubecenſ.* C. XVII. p. 409.

An. 1149. Adprobat donationem Patris ſui, Ducis *Henrici*, Avique *Lotharii* Imp. Novo Monaſterio in *Wipentlorp*, in Holſatia, factam; documentum ſic inchoans: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Henricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ &c.* Vid. *Privilegia Eccleſiæ Hamburgenſis*, apud *Lindenbrogium*, §. XLVII. p. 156.

An. eod. Hartwico, Hamburgenſi ArchiEpiſcopo, Epiſcopales per *Slaviam*, pace jam fruentem, Sedes, quas barbaricus furor deſtruxerat, reſtaurante, *Vicelinumque Aldenburgenſis*, & *Emmehardum, Mecklenburgenſis* Eccleſiarum conſecrante Epiſcopos, *inconſulto*, alt irritato propterea *Duce* noſtro, *abiit Epiſcopus* (Vicelinus) *ad Ducem, rogaturus veniam, & ſuſceptus eſt ab eo, cum honore & reverentia, & ait Dux ad eum: Dignum quidem fuit, ô Epiſcope! ut vos nec ſalutarem, nec reciperem, eò quod nomen iſtud, me inconſulto, ſuſceperitis; Ego enim hujus rei moderator eſſe debueram, maximè in Terra, quam Patres mei, favente Deo, in clypeo & gladio, obtinuerunt, & mihi poſſidendam hæreditaverunt; ſed quia Sanctitas veſtra dudum mihi comperta eſt, Progeni-*

nitores quoque noſtri Vos ab initio fidelem probaverunt, decrevi jam noxæ hujus oblviſci, promotionique veſtræ pleno favore concurrere, ſcilicet ea conditione, ſi Inveſtituram Epiſcopalem, de manu mea, recipere volueritis; hoc enim pacto, res veſtræ proceſſum habere poterunt &c. Ita *Helmoldus* lib. I. Cap. 69. §. 7. & 8. p. 158. ſequentibus recenſens, quam ob rationem. *Vicelinus*, mandato Ducis non ſtatim obediverit: *Viſum eſt Epiſcopo verbum illud durum, eò quod eſſet præter conſuetudinem; Epiſcopos enim inveſtire, ſolius Imperatoriæ Majeſtatis eſt &c.* ſed ecce, quid ad hæc Vir quidam Militaris, Duci fidus, ib §. 9. *Quidam ergò Fidelium Ducis, Henricus de Witha, Vir potens & militaris, & amicus Epiſcopi, dixit ad eum: Facite, quod vobis utile eſt, & appropinquate Domino noſtro, & facite voluntatem Ejus, ut ædificentur Eccleſiæ in Slavia, & dirigatur cultus Domus Dei in manibus veſtris. Alioquin fruſtrabitur labor veſter, eò quod nec Cæſar, nec Archi-Epiſcopus, poſſit juvare cauſam veſtram, Domino meo obnitente: Deus enim dedit Ei univerſam Terram hanc &c.* Quibus prolatis; moram ſibi conſulendi efflagitavit Præſul Conſ. *Albertus Stadenſ.* h. a. p. 165. & 166. *Hiſtoria ArchiEpiſcopor. Bremenſium Lindenbrogii*, in vita *Harswici*, p. m. 91. an. eod. *Cranzius*, lib. VI. *Metrop.* Cap. XXV. XXVI. & XXVII. & lib. IV. *Vandal.* Cap. VIII. IX & X. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, ad eundem annum, pag. m. 255. Add. TOB. ECKARDI Tr. de *Henrici Leonis auctoritate circa ſacra* p. m. 43. & 47.

An. 1150 *vel circa, congregavit Dux Exercitum, ut abiret in Bavariam, & requireret Ducatum, quem Vitricus ſuus, Henricus* (cogn. Jaſamer Gott) *Frater Conradi Regis, occupaverat,* (ab anno 1139. quo Henricus Superbus inde fuit ejectus) *venit ergo ad Eum Dominus noſter Epiſcopus, Vicelinus, . Lunenburgi, rogans, ut ſemper ſolebat, pro Epiſcopatus ſui promotione. Cui Dux, faciam, inquit, quod hortamini, ſi ad nos reſpectum habere volueritis. Ad quem Epiſcopus, Paratus ſum, ait, propter Eum, qui ſe humiliavit propter nos, me ipſum in proprietatem dare alicui de Clientibus veſtris, nedum vobis, cui Dominus ampliorem inter Principes contulit magnificentiam, tam Generis, quam potentiæ. Et his dictis, fecit, quod neceſſitas imperabat, & ſuſcepit Epiſcopatum per virgam, de manu ducis. Animæquior autem factus Dux, ait — quia nunc in procinctu ſumus itineris, & ordinatio veſtræ cauſæ prolixius tempus requirit, damus interim vobis Villam Buzoe, quam petiſtis, cum ſua pertinentia, Dulzaniza, ut ædificetis vobis domum, in medio Terræ noſtræ, & præſtolari poſſitis reditum noſtrum, tunc enim, propitio Deo, diſponendis rebus veſtris propenſius inſtabimus, rogavitque Comitem Adolfum, ut huic donationi præberet aſſenſum . . . . commiſit ergò Dux cuſtodiam Terræ Slavorum atque Nordalbingorum, Comiti noſtro, compoſitiſque rebus in Saxonia, profectus eſt, cum militia, ut reciperet Ducatum Bavariæ. Porrò Ductrix, Domina Clementia, remanſit Lunenburg, fuitque Comes clariſſimus in Domo Ducis, & officioſus in obſequio ductricis, paterque conſilii, quamobrem venerabantur eum Principes Slavorum &c.* Hæc *Helmoldus*, lib. I. Cap 70. p. 163. & 164 *Hermannus de Lerbeke, Chron. Comitum Schawenburg* apud *Meibomium*, T. I. *Rer. Germ.* p. 503. *Cranzius*, lib. IV. *Vandal* Cap. XI. & XII *Chron. Sclav Lindenbrog* C. 23 p. m. 197.

Abſente Duce, *venit Niclotus, Princeps Terræ Obotritorum, ad Dominam Clementiam Ductricem, Lunenburg, & conqueſtus eſt in facie ejus, & amicorum Ducis, quia Kycini, & Circipani paulatim rebellare cœperint, & obniti tributis, juxta morem perſolvendis. Et deſtinatus eſt Comes Adolfus, & Populus Holzatorum & Sturmariorum, ut adjuvarent Niclotum, & coërcerent rebellionem contumacium, abiitque Comes, cum duobus millibus & amplius electorum. Niclotus quoque contraxit Exercitum de Obotritis, & abierunt pariter in Terram Kycinorum, & Circipanorum, & pervagati ſunt Terram hoſtilem, omnia vaſtantes igne & gladio. Fanum quoque celeberrimum, cum idolis, & omni ſuperſtitione, demoliti ſunt. Videntes autem indigenae, quia non eſſent eis vires reſiſtendi, redemerunt ſe immenſa pecunia, defectumque vectigalium integraverunt cum cumulo. Tunc Niclotus, delectatus victoria, gratias Comiti retulit ampliſſimas, revertentemque proſecutus eſt ad extremitatem finium ſuorum, cautiſſimam Exercitui adhibens diligentiam. Ab eo die firmatæ ſunt amicitiæ inter Comitem, & Niclotum, habueruntque frequentius Colloquium Lubeke, ſive Travennemunde, pro commodis utriusque Terræ; fuitque pax in Terra Wagirorum, accepitque, per gratiam Dei, novella plantatio ſenſim incrementum &c..* Ita *Helmoldus* L. I. Cap. 71 p. 165. *Hermannus Lerbekius*, l. c. *Cranzius* lib. IV. *Vandal.* Cap. XIII. Infelicior autem Expeditio *Bavarica* erat; cui vacando, inſidiantibus ſibi *Alberto* Marchione, ejusque amicis, *Saxoniam* ferè amiſiſſet, *cum enim* (ut *Helmoldus* lib. I. C. 72. pag. 166. pergit) *hæc in Provincia Slavorum gererentur, Dux noſter morabatur in Suevia, intentans Vitrico ſuo* (Henrico Jaſamer Gott) *bellum, ſed non valens. Ille enim adjuvabatur à Rege Fratre, injuſtum eſſe perhibente, Quenquam,*

Digitized by Google

quam Principum duos habere Ducatus, Audiens ergo Adalbertus Marchio, & alii quamplures Principum, Ducem noſtrum minimè proſperari, & veluti inter hoſtes concluſum, miſerunt ad Regem, ut quantocyus cum Exercitu veniret in Saxoniam, obſeſſurus Brunſwich, & oppreſſurus amicos Ejus. Poſuit ergò Rex cuſtodiam per omnem Sueviam, ne fortè Dux elaberetur, ipſe vero abit Goslariam, accepturus Brunſwich, & omnia Caſtra Ducis. Inſtabat autem ſacra Nativitas Domini. Intelligens ergò Dux conſilium Regis in malum & interciſum ſibi digreſſum, Sueviae --- aſſumptus tribus fidiſſimis viris, veſpere quodam mutavit veſtem, & elapſus de Caſtro, nocturnum aggreſſus iter, & tranſiens medias hoſtium inſidias, quinto demum die, apparuit Brunswich, & amici ejus, antea mœrore affecti, inſperatam reſumpſere fiduciam. Caſtra vero Regis approximàbant Brunswig, conſtituta in loco, qui dicitur Heninge. Venit ergo nuncius, qui diceret Regi, comparuiſſe Ducem in Brunswig; quo certius recognito, diſſimulabat progredi, reverſusque eſt Goslariam, & annulata ſunt ea, quæ fuerant Regis molimine ſuſcepta. Et defendet ſe Dux de circumventione Principum, qui inſidiabantur animæ Ejus. & obtinuit Ducatum Saxoniæ, ſuccreſcens, & invaleſcens per ſingulos dies. Porrò Ducatum Bavariæ requirere non poterat, omni tempore, quo Conradus Rex ſupervixit &c. Patet hinc ſimul, quem locum tunc *Brunſwiga* inter Saxoniæ Ducatus Civitates habuerit. Contigiſſe hæc an. 1151, ex *Alberto Stadenſi*, ad h. a. p. 166. diſcimus; Conf. *Chron. Slavicum Lindenbrogii*, Cap. 23. p. m 197. *Cranzius* lib. IV. *Vandal.* Cap. XIII. & XIV. & lib. VI *Saxon.* Cap XIII.

An 1152. 3. Cal. Febr. *Hermanno* Comite de *Wincenburg*, una cum Conjuge *Luchardi*, domeſticorum inſidiis in domo propria, jugulato, (vid. ſeq. Catal. *Ducum Thuringiae* §. 36) nova lis circa ſucceſſionem in Comitatum *Wincenburgicum*, inter Ducem noſtrum, & *Albertum* Marchionem; exarſit, qua ſedanda recens electus Cæſar, *Fridericus I.* litigantes vocabat *Merſeburgum*, re licet infecta. Vid *Helmoldus* lib. I. Cap. 73. p. 167. cujus verba præced. Tit. 2. §. 10 lit. d. ad. an. 1152. p. 127. exhibui. Conf. *Cranzius*, lib. IV. *Vandal* C. XIV. &c. Indicta hinc, paulo poſt, Comitia *Herbipolenſia*, in quibus tandem controverſiam ſopitam *Albertus Stadenſis*, ad an. 1152. p. 188. teſtatur: *Rex Wirceburg, Conventum habuit, ibique Heinricum Ducem & Albertum Marchionem, diſcordantes, pacificavit &c.* Idem affirmantibus *Hiſtoria ArchiEpiſcopor. Bremenſ.* in vita *Hartwici*, apud *Lindenbrogium*, pag. m. 91. *Cranzio*, lib. VI. *Saxon* Cap. XV. &c Meminit Hæreditatis hujus ipſe Dux noſter, in Diplomate, an. 1153. quo, in gratiam *Bernhardi*; Paderbornenſis Epiſcopi, Cœnobio, Virginum *Gerdenſi* prædium conceſſit, apud *Schatenum*, Lib. VIII. *Annal. Paderbornenſium* h. a. p. 795. verb. *Henricus D. G. Dux Bavariæ & Saxoniæ: Notum ſit cunctis Fidelibus, præſentibus & futuris, quod Hermannus Comes, qui hæreditatem Sigefridi Comitis, à legitimis hæredibus emptam poſſedit, Villam quandam Hampenhuſen, de eadem hæreditate, quæ fuit Beneficium cujusdam Henrici de Gerdone, Eccleſiæ B. Petri, quam isdem Henricus in proprio allodio fundavit, ad uſus pauperum Chriſti tradidit. Quod tamen ut obtineret, ipſe Henricus aliud Beneficium, Thinkelbroch, Comiti reddidit. Nos autem tam pio operi congaudentes, (ad nos enim, occiſo Hermanno Comite, eadem hæreditas, Deo diſponente, pervenit;) prædictam Traditionem conſcriptam Noſtra auctoritate firmavimus &c.* Lites quoque, inter Ducem, & *Henricum* Auſtrium, ipſius Vitricum, quoad *Bavariæ Ducatum*, ibidem terminandæ quærebantur, infecto tamen negotio, poſteriori ne quidem ſe ſiſtente. Vid. *Otto Friſingenſ.* lib, 2 de *Geſtis Friderici I.* C. 7. p. 449. præced. Tit 2. §. 10. lit. d an. eod. p. 127.

Circa idem tempus, *Dux Heinricus*, *Vicelino* (Aldenburgenſi) *Epiſcopo graviter inſtitit, ut Ferulam Paſtoralem ab eo reciperet, quod Bremenſes omnino diſſuaſerunt. Fecit tamen, ne Epiſcopatus periclitaretur &c.* Ita *Albertus Stadenſis* l. c. Conf. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium* l. c. an. 1152. vid. ECKHARD l. c. p. 47.

An eod. teſtis in diplomate *Friderici I.* Imp. confirmationis Privilegiorum Corbejenſium, *Heinricus Dux Saxoniæ*, apud *Schatenum*, lib. VIII. *Annal. Paderborn* ad h. a. p. 793.

Anno eodem, compenſaturus *Dux* damna, Salinis *Luneburgenſibus*, mercatuique *Bardovienſi*, ab *Adolfo*, Holſatiæ Comite, illata, corrumpit Venas *Oldesloënſes*, ex quo dictus Comes, dimidiam partem Civitatis *Lubecenſis*, ſalinarumque *Oldesloënſium*, ſibi denegaverat. Vid. *Helmoldus*, lib. I. Cap. 76. p. m. 171. & 172. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap 24. p. m. 198. *Hermannus de Lerbeke* l. c. p. 504. *Cranzius*, lib. IV. *Vandal.* Cap. XV. *Wolterus*, *Chron. Bremenſ.* in vita *Hartwici*; apud *Meibomium* l. c. Tom. 2. p. 51. *Henricus Aquilonipolenſis*, lib. I. Poëmatis, de *Primordiis Lubicanæ Urbis*, Cap 2. apud *Meibomium* l. c. Tom. I. p. 606. *Conradus Botho, Chron. Picturat. Brunſuic.* ad an 1152. apud Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 345.

An. 1153. Denuo fruſtra negotium *Bavariæ Ducatus*, inter ipſum, & *Henricum* Vitricum, ventilatur. Vid. præced. Tit Tit 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 127. & 128. & *Vitt Arenpeck Chronicon Bavaricum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c p. 670.

Digitized by Google

An. 1154. In Curia Goslarienſi, judicio Principum, adjudicatur tandem, Duci noſtro, Ducatus Bavariæ, ſententia, biennio poſt, confirmata & publicata Vid. I c. ad h. a. p 128. Quamvis jam antea Ducis Bavariæ titulo fuerit uſus, ceu ex .dictis ad annum 1152. conſtat.

An. eod. Romam comitatur Fridericum Imp. quo abſente; *Vicelinus*, *Aldenburgenſis* Epiſcopus, 2. Id Decemb. obiit; Helmoldus lib. I. Cap. 78. §. 1. pag 173. in cujus locum, Geroldum ſubſtituit, de quo *Albertus Stadenſis*, ad an. 1155. p. m. 189. *Proficiſcente Rege FREDERICO verſus Romam, DUX poſt ſe vocavit GEROLDUM, Aldenburgenſem electum, ut ſecum Romam iret. Siquidem* HARTWICUS, (Bremenſis,) *ArchiEpiſcopus, ipſum noluit conſecrare, quia, quaſi per Ducem & Duciſſam electus erat. Nam ArchiEpiſcopus & Dux minus ſibi faventes erant ad invicem, quia Dux bona Epiſcopalia ad libitum occupans, quaſi pro Capellano ArchiEpiſcopum reputabat &c.* Conf. Helmoldus, lib. I. Cap 79 §. 1. 2. & 3. pag. 175. & 176. ubi plura, de Geroldi vocatione. *Hiſtoria Archi Epiſcoporum Bremenſium* l. c. ad annum 1155. pag. m. 91. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* Cap. 24. p. m 198. quamvis, Typographi errore obitus Vicelini in annum 1174 referatur; aliud Chronicon Slavicum ibid. pag. 255. ad an. 1154. *Hermannus de Lerbeke*, an. eod. pag. m. 504. Cranzius, lib IV. Vandal. Cap. XV. & XXI. & XXII. & lib. VI. Saxon. C. XV. & XVI. & lib. VI. Metropol. C. XXVI. pag. m. 157. & Cap. XXVIII. pag. 158. & Cap. XXXVIII. pag. 163. Conradus Botho l. c. ad an. 1154. pag. 345. & 346. De Introductione GEROLDI, ſiſtit Bangertus in Notis ad cit locum Helmoldi, pag. 178. ſc iipturam, quæ in lapide ſuperliminari Templi Cathedralis Lubecæ inciſa: *Anno Domini M. C. LIV. Heinricus Leo, Bawarie & Saxonie Dux, tunc temporis hujus Civitatis Dominus, & hujus Eccleſie, Fundator, Geraldum, primum Epiſcopum Lubicenſem, hic introduxit.* Quomodo hæc, cum ſententia tranſlati demum an. 1163. Epiſcopatus *Aldenburgo Lubecam*, concordent, exponit ibidem.

Eodem tempore inſtaurari curat Epiſcopatum *Razeburgicum*, conſecrato ibi Præſule *Evermodo.* Vid. Helmoldus, lib. I. Cap. 77. §. 1. pag. 172. Chronic. Slav. Lindenb. ad an. 1154. pa. 255. Cranzius, libr. VI. Metrop. Cap. XXVIII. Conf. *Catal. Ducum Venedicor.* v. 24. ad h. a.

An. eod. ad Colloquium evocat *Ertheneburgum.* hodiè *Atlenburgum*, Slavorum Principes, *Pribislaum* & *Nicolotum*, occaſione alterius colloquii, inter *Geroldum*, Aldenburgenſem Epiſcopum, & *Pribislaum*, de ſuſcipiendis Chriſtianorum Sacris; exprobrante enim Epiſcopo: *Nonne Saxones, & cæteræ Gentes, quæ Chriſtianum nomen habent, degunt cum tranquillitate, contenti legitimis ſuis? Vos vero ſoli, ſicut ab omnium diſcrepatis cultura, ſic omnium patetis direptioni:* ait PRIBISLAUS; *Si Domino DUCI, & tibi, placet, ut nobis cum Comite eadem ſit Culturæ ratio, dentur nobis Jura Saxonum. in praediis & reditibus, & libenter erimus Chriſtiani, ædificabimus Eccleſias, & dabimus decimas noſtras. Poſthaec abiit Epiſcopus noſter, GEROLDUS, ad Ducem propter Colloquium Provinciale, quod laudatum fuerat ERTHENEBURG, & evocati venerunt illuc REGULI SLAVORUM, ad tempus Placiti. Tunc, adhortante Epiſcopo, Dux habuit verbum ad Slavos, de Chriſtianitate: ad quem Niclotus, Regulus Obotritorum ait: Sit Deus, qui in Cœlis eſt, Deus tuus, eſto tu Deus noſter, & ſufficit nobis. Excole tu Illum; porrò nos Te excolemus. Et corripuit Eum Dux de verbo blaſphemiæ &c.* Sunt Verba Helmoldi, lib I. Cap. 83. §. 9. 10. & 11. p. 186. & 187 teſtes auctoritatis Ducis per Slaviam. Conf *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XXV. pag. m. 198. Cranzii Vandal. lib 4 Cap. 24. & 25.

Anno 1156. recuperat tandem à Vitrico, in Comitiis Ratisbonenſibus, DUCATUM BAVARIÆ, additis legibus, quas præced Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 128. & 129. & præced. §. 9. lit. b. evolvas. Conf. *Vitus Arenpeck*, de *Guelfis*, apud Dn. de Leibnitz T. 3. Rer. Brunſuic. p. 670.

An. eod. de Stadt HANOVER was gans ſlym, wente yd was eyn Greveſchopp, unde hedde Greve van LAUWENRODE, de vorſtorven alle, do nam de Greveſchopp in, Hertoghe Hinrick de Lauwe to Saſſen, unde leyt de Stads beteren, unde de Borch de beyt LAUWENRODE, unde lach dar in de Nygenſtadt licht vor HONOVER, *over der Leyne.* Hæc *Conradus Botho, Chron. Pictural. Brunſuic.* ad an. 1156. apud Dn. de Leibnitz, Tom. 3. Rer. Brunſuic. pag. 346.

An. eod. 18. Cal Julii, tranſigit cum *Ottone*, Epiſcopo Friſingenſi, ſuper Forum & teloneum Veringenſe, concedens Epiſcopo tertiam partem redituum ſuorum ex Foro Monachenſi; cuncta habente rata Imperatore Friderico; cujus Diploma apud Hundium, T. I. Metropolis Salisburg. pag. 114. occurrit.

An. eod. *Canuto & Woldemaro* inſurgentibus in Sueonem, Danorum Regem, *Ducem, Curia* (Ratisbonenſi) *redeuntem, adierunt Principes Saxoniae, interpellantes, ut fieret SUEIN auxilio, & reduceret Eum in Regnum ſuum, promiſitque Duci SUEIN pecuniam immenſam. Collecta ergo maxima Militia, Dux noſter, hyemali tempore, reduxit SUEIN, in Daniam, & ſtatim apertæ ſunt Ei Civitates Sleswich & Ripa &c.* Hæc rurſus Helmoldus lib. I. Cap. 84. §. 4. d. 196.

Digitized by Google

pergens §. 5. *Acceptis ergò obſidibus duarum Civitatum, exierunt Dania. Tunc SUEIN, alia via & Conſilio utens, ſtatuit tranſire ad Slavos, & utens diverſorio Comitis Lubike, tranſiit ad Niclotum, Principem Obotritorum; præcepitque Dux Slavis in Aldenburg, & in Terra Obotritorum, ut adjuvarent Suein &c.* En novum Imperii Ducis in Slavos documentum! Conf. *Saxo Grammaticus*, L. XIV. *rerum Danicarum; Chronographus Saxo* ad an. 1157. pag. 305. & *Chronicon Montis Sereni.* ad anno 1156. p. 29. & 30. & *Albertus Stadenſis* eod an. 1156. pag. 190. expeditionis Ducis in *Freſiam*, Sleswicenſi agro conterminam, memores *Pontanus*, lib. V. *Chron. Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XXVI. p. m. 199. *Cranzius* lib. IV. Vandal. Cap. 27. & lib. VI. Saxon Cap. XVIII. & lib. V. Daniæ. Cap. 30, & ſeqq. *Joh. Adolphus Cypraeus*, lib. I. c. 25.

An. 1157. Conſumpta incendio *Lubeck*, *rogavit Dux Comitem* ADOLFUM, *ut permitteret ſibi Portum & Inſulam in LUBIKE. Quod ille facere noluit, Tunc ædificavit Dux Civitatem novam, ſuper flumen IWO CHENICZE, non longè à LUBIKE, in Terra RACESBURG, cœpitque ædificare & communire, & appellavit Civitatem, de ſuo nomine, LEWENSTAT, quod dicitur LEONIS CIVITAS. Sed, cum locus ille minus eſſet idoneus & Portu & munimento, nec poſſet adiri, niſi navibus parvis, Dux iterato ſermone cœpit convenire Comitem* ADOLFUM, *ſuper Inſula LUBICENSI & Portu, multa ſpondens, ſi voluntati ſuæ paruiſſet. Tandem victus Comes, fecit, quod neceſſitas imperabat, & reſignavit Ei Caſtrum & Inſulam; & tunc, jubente Duce, reverſi ſunt mercatores cum gaudio, deſertis incommoditatibus novæ Civitatis, & cœperunt reædificare Eccleſias, & mœnia Civitatis. Et transmiſit Dux nuncios ad Civitates & Regna Aquilonis, Daniam, Suediam, Norwegiam, Ruziam, offerens eis pacem, ut haberent liberum commeatum adeundi Civitatem ſuam LUBEKE, & ſtatuit illic monetam, & teloneum, & jura Civitatis honeſtiſſima &c.* Ita *Helmoldus*, lib. I. Cap. 85.. pag. 197. & 198. Conf. *Wolterus*, *Chron. Bremenſ.* l. c. p. 51. ad ann. 1157. Conradus Botho l. c. ad ann. 1156 p 346. *Henricus Aquilonipolenſis*, l. c. Cap. 3. 4, & 5. p. 606. & 607. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XXVI. pag. 199. Cranzius, lib. VI. Metropol. Cap. 38 pag. 163. & lib IV. Vandal. Cap. 30. ad ann. 1158.

An. eod. Ex liberalitate Friderici Imp. conſequitur Comitatum UTONIS, & *foreſtum, in Montanis* HARTZ. Diploma ſuppeditat Maderus, in Antiquit. Brunſuic. §. VII. p. 117.

An. eod. Teſtis eſt. *Heinricus, Dux Saxonie & Bawarie*, quod laudatus Imperator *Richenbergenſem* Eccleſiam in tutelam ſuſceperit, cujus diploma in *Goslarienſibus Antiquitatibus* Dn. *Heineccii*, lib. 2. ad h. a. p. 159. reperitur.

An. eod. fundat Monaſterium *Raushoven*, in Bavaria. Vid. *Viti Arenpeck*, *Chronicon Bavaricum*, h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 671.

An. 1158. Auxilia fert Imperatori, Exercitum in Italiam ducenti, Annoque 1159. obſidio prementi *Cremam*; *In diebus illis, Imperatrix, Uxor Imperatoris, quæ Beatrix vocabatur, cum ſuo Exercitu, & una cum Duce, Henrico de Saxonia, qui maximum Exercitum ſecum duxerat, ad eandem obſidionem Cremæ, in die Lunæ, quæ fuit 12. Cal. Auguſti, venerat; deinde, ſequenti die, quæ fuit feſtum S. Praxedis, ipſa domina Imperatrix, relicto ibi ad obſidionem, prædicto Duce Henrico de Saxonia, ejusque Exercitu, primo Laudam venit --- prædictus vero Dux Henricus ad obſidionem remanens, ante Portam de Plavengo, cum toto Exercitu, ſua Caſtra firmavit &c.* Hæc Otto Morena, de *rebus Laudenſibus*, ad an. 1159. apud Illuſt. Dn. *Leibnitzium*, *T I. Rer. Brunſu.* pag. 821. Conf. præced. Tit. XI. vita *Friderici I.* Imp. v. 4 ad ann. 1158. & 1159. p. 580. & 581. ubi teſtes alii, quibus *Visum Arenpeck.* l. c. ad an. 1159. & 1160. p. 671. & ſeq. *Catal. Ducum Alemanniæ*, v. 48. Vitam *Friderici IV.* Ducis, addas. Priusquam vero Patria fuerit egreſſus, ut *Helmoldi* verbis utar, lib. I. C. 86. § 2. &c. p. 198. & 199. *Cœpit Sopire diſcordias, quæ erant intra Ducatum, ſapienter præcavens, ne tumultus aliquis conſurgeret in Principum cæterorumque Nobilium abſentia. Tranſmiſſis autem nunciis, vocavit Regem Danorum, Waldemarum, ad Colloquium, & junxit cum eo amicitias, & rogavit Rex Ducem, ut faceret ſibi pacem de SLAVIS, qui, ſine intermiſſione, vaſtabant Regnum Ejus, & pactus eſt Ei amplius quam mille Marcas argenti. Quamobrem præcepit Dux,* SLAVOS *in præſentiam ſuam venire,* NICLOTUM. *ſcilicet, & cæteros, & aſtrinxit eos, praecepto & juramento, ut ſervarent Pacem tam Danis, quam Saxonibus, usque ad reditum ſuum; & ut pactiones ratæ eſſent, juſſit omnes piraticas naves* SLAVORUM *perduci* LUBIKE, *& nuncio ſuo præſentari &c. In hunc modum rebus compoſitis, profectus eſt Dux in Longobardiam, cum mille, ut ajunt, loricis, habens in Comitatu ſuo* ADOLFUM *Comitem, & multos Nobiles Bavariæ atque Saxoniae, & pervenerunt ad Exercitum Regis, qui obſederat præſidium, quod dicitur Crumme &c.* Add. *Lerbeke*, *Chron. Comitum Schawenburg.* l. c. pag. 505. *Chron. Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XXVII pag. m. 199. Cranzius, lib. IV. Vandal. Cap XXXIII.

An. 1160. 6. Cal. Febr. *Expugnato* (Cremenſi) *Præſidio, Cæſar convertit Exercitum ad Mediolanum, Dux*

vero (Henricus) *accepta licentia, reverſus eſt in Saxoniam &c.* Hæc *Helmoldus* l. c. lib. I. Cap. 86 §. 7. p. 199. Conf. *Otto Morena* l. c. ad h. a. pag. 827. *His peractis* (in ordinem redacta, & everſa *Crema*) *dedit licentiam dulciſſimus Imperator, Duci Henrico de Saxonia, & Duci Bertaldo, ac etiam omnibus ferè ArchiEpiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis Praelatis, qui ſecum erant in Exercitu, cum ſuis Militibus, ad ſuam Patriam remeandi &c.* Add. *Radevicus*, libr. 2. de Geſtis Friderici Imp. Cap. 62. ad h. a. p. 544. *Conradus Urſpergenſ.* p. m. 219. ad 221. an. eod. *Chronographus Saxo*, an eod. pag. 306. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XXVII. p. m. 199. & 200. Cranzius, lib. IV. Vandal. Cap XXXIII. *Redeunte ergò Duce, & Comite* (Adolfo) *præfixum eſt Colloquium Provinciale omnibus Marcomannis, tam Teutonicis, quam Slavis, in loco, qui dicitur Berenvorda. Rex quoque Danorum, Waldemarus, venit uſque ad Ertheneburg, & conqueſtus eſt Duci omnia mala, quae intulerunt ſibi Slavi, prævaricatores mandati publici. Et timuerunt Slavi venire in præſentiam Ducis, eò quod culpæ ſuæ eſſent conſcii. Et dedit eos Dux in proſcriptionem. & fecit omnes ſuos paratos eſſe, ad expeditionem, tempore meſſis. Tunc Niclotus, videns animum Ducis, contra ſe, fixum in malum, propoſuit primum irrumpere Lubeke, & miſit filios ſuos eò, cum inſidiis &c.* Ita Helmoldus l. c. §. 10 11. & 12. pag. 199. pergens l. c. Cap. 87. §. 1. &c. pag. 201. *Poſt hæc intravit Dux Henricus Terram Slavorum, in manu valida, & vaſtavit eam igne & gladio, & videns Niclotus virtutem Ducis, ſuccendit omnia Caſtra ſua, videlicet Ilowe, Mikilinburg, Zuerin & Dobin, præcavens obſidionis periculum. Unum ſolum Caſtrum, Wurle, ſitum juxta flumen Warnou, prope Terram Kicine. Inde exibant per ſingulos dies, & explorabant Exercitum Ducis, & percutiebant de inſidiis incautos. Una ergò dierum, dum Exercitus moraretur prope Mikilinburg, egreſſi ſunt ad nocendum Filii Nicloti, Pribizlaus & Wertizlaus, & percuſſerunt quoſdam de Caſtris, qui exierant ad frumentandum; quos inſecuti fortiores de Exercitu, comprehenderunt multos eorum, fecitque Dux eos ſuſpendio affici. Filii autem Nicloti, amiſſis Equis, & Viris melioribus, venerunt ad Patrem, quibus Ille dixit: Ego equidem æſtimabam, Me Viros enutriſſe, ſed iſti mulieribus fugaciores ſunt; egrediar ergo Ipſe, & experiar, ſi forte majora promovere poſſim. Et exiit cum electorum numero; & collocavit inſidias in latibulis prope Exercitum. Tunc exierunt Pueri de Caſtris ad conquirendum pabulum, & venerunt prope inſidias; porrò Milites venerant intermixti ſervis, numero quaſi ſexaginta, omnes induti loricis ſub veſte intrinſecus: quod non advertens NICLOTUS, equo velociſſimo perlatus eſt inter eos, conatus quendam perfigere; ſed lancea pertingens ad loricam, caſſo ictu reſiliit. Volens ergò ad ſuos reverti, circumventus ſubitò atque trucidatus eſt, nemine ſuorum ipſi præſidium ferente. Caput Ejus recognitum in Caſtra perlatum eſt. non ſine admiratione multorum. quod tantus Vir, tradente Deo de omnibus ſuis ſolus ceciderit. Tunc Filii Ejus, audita morte Patris, ſuccenderunt WURLE, & occultaverunt ſe in nemoribus; Familias verò ſuas tranſtulerunt ad naves. Dux ergò demolitus omnem Terram, cœpit ædificare ZUERIN, & communire Caſtrum, & impoſuit illic Nobilem quendam, GUNCELINUM, Virum Bellicoſum, cum Militia.* Hunc finem habuit Fortiſſimus *Nicolotus*. Conf. *Albertus Stadenſ.* ad h. a p. 191. *Chronographus Saxo*, ad ann. 1159. & 1160. pag. 306. *Chronicon Montis Sereni*, an. 1160. p. m. 32. *Chronicon Bigaugienſe*, an. eod pag. m. 261. *Wolteri Chronicon Bremenſe*, in Vita *Harwici*, Præſulis, p. m. 52. *Chronicon Holſaticum*, T. I. *Acceſſionum Hiſtoricarum* Dn. de *Leibnitz*, Cap. XV. pag. m 28. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* Cap. 28. pag. 200. *Conradus Botho*, Chron. Picturat. Brunſuic. ann. 1157. & 1160. apud Dn. de Leibnitz Tom 3. *Rer. Brunſ.* pag. 347. *Henricus Botho*, de *Conſtructione Cœnobii Gandersheim.* apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. German.* pag. 505. *Cranzius* lib. IV. Vandal. Cap. 34. 35. & 36. & lib. VI. Saxon. Cap. XIX.

An. eod. Nanciſcitur Dux noſter, ab Imperatore Friderico, Jus inveſtiendi Epiſcopos Slaviæ, i. e. *Aldenburgicum*, *Megopolitanum*, & *Razeburgicum*; Diploma exhibet Maderus, Antiquit Brunſ. §. XII. p. 121. unde quædam hauſi præced. Tit. XV §. 22. lit. h. ad an 1160. p. 1394 Teſtibus ibidem adductis jungas *Chronicon Stederburgenſe*, ad h. a. apud Meibomium l c. Tom. I. pag. 454. De primo, GEROLDUM; de Secundo, BERNONEM & de Tertio, EVERMODUM, fuiſſe inveſtitos, tradunt Helmoldus, lib. I. Chron Slav. Cap. 87. §. 12. pag. 202. *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1160. p. 32. *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. 191. (quamvis, paulo poſt, Inveſtituram hanc anno demum 1163. contigiſſe tradat, cujus etiam ſententiæ eſſe videtur *Chronicon Rhythmicum*, apud Dn. de Leibnitz, T. 3. Rer. Brunſuic. Cap. 31. p. 52.) *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium*, in vita *Hartwici*, an. eod pag. 92. *Chronicon Slavicum*, ibid. l c. Botho l. c. Cranzius lib. 4. Vandal. C 36. & lib. 6. Metropol. C. 38 Addatur omnino TOBIÆ ECKHARDI *Henrici Leonis auctoritas circa ſacra* §. XIIX. p. 48 ſqu.

An. eod. Fatetur ſolenni charta, *quod ad petitionem Præpoſiti & Fratrum* POLLINGENSIS *Eccleſiæ* Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in Bavaria, *Advocatiam Ejuſdem loci, à Domino Hartmanno Venerabi-*

Digitized by Google

rabili S. Brixinenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Feudali jure receperit, eo nimirum tenore, ut nunquam à manu ſua, vel hæredum ſuorum, ad Sub-Advocatos, vel Vicarios, beneficiali lege deſcenderet &c. Extat Diploma apud *Hundium* T. 3. *Metropol.* p.. 116.

An. 1161. In Diplomate *Friderici* Imp. *Conrado,* Pataventium Epiſcopo, 4. Cal. Febr. apud *Cumas,* dato, inter teſtes celebratur: *Heinricus, Dux Bavariæ atque Saxoniæ &c:* Vid. *Gewoldus* Tom. 1 Addit. *Hundii Metropolis*, p. 371.

An. eod. In Diplomate ejuſdem Imperatoris, *ante Portas Civitatis Mediolanenſis, tempore vaſtationis,* 3. *Non. Junii*, eidem tradito Eccleſiæ, iterum teſtis: *Heinricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ.* Vid. *Gewoldus*, l. c. p. 372.

An. eod. *Magna diſcordia inter Henricum Ducem & Ratisbonenſem Epiſcopum* (Hartwicum) *oritur &c.* Ita *Chronicon Stederburgenſe* h. a. apud *Meibomium* l. c. p. 454 Conf. *Chronograph. Saxo*, an. eod. p. 307.

Circa idem tempus, *Eberhardus, D. G. Saleburgenſis Eccleſiæ ArchiEpiſcopus, Glorioſo & Victorioſo Bavvariorum & Saxonum Duci, Heinrico, ſinceram dilectionem & omne bonum* apprecans, ait: *Rogamus Nobilitatem Veſtram, in ea fiducia, Vobis Eccleſia Saltzburgenſis confidit, ut Richerſpergenſe Cœnobium, quod* --- quantum *ad Regimen Seculare, Veſtram Celſitudinem reſpicit, ſpecialiter habeatis pietati ac Principatui Veſtra commendatum, jure Veſtro, contra injurioſos defendendum, & manutenendum: Dilectum quoque Fratrem noſtrum, Gerhohum, ejuſdem Cœnobii Præpoſitum, tum pro noſtri dilectione, tum pro beatæ memoriæ Patris Veſtri, Henrici Ducis, cui Præpoſitus idem Fidelis & familiaris extitit, ut pluribus veſtrorum eſt notum, Vos, tanquam Paternæ Pietatis hæres, in eadem gratia foveatis, & manu teneatis, in qua eum Pater Veſter habuit &c.* Vid Literæ apud *Gewoldum*, l. c. T. 3. p. 243. & 244 ubi ſimul *Ducis* declaratio.

An. 1162 Humo æquato *Mediolano*, evocatisque, ab Imperatore, *Galliæ, Daniæ, Bohemiae, Ungariæque* Regibus, & magna Principum aliorum multitudine, ad Colloquium *Lugdunenſe*, Dux quoque noſter eo venit, qui inde *in Bavariam declinavit, &, compoſitis illic rebus, reverſus eſt in Saxoniam.* Vid. Helmoldus lib I. Cap. 90. §. 5. p. 205. & §. 7. p. 206. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap 27. p. 200.

An. eod. Heinricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ, judicio adjudicavit Riet: Lis erat inter Polling, (Cœnobium Bavariæ) *& Henricum de Hochenwanc, Judex, cum Duce, Berchtoldus, Comes de Andechs: Teſtes, Fridericus & Otto Palatini de Witelinſpach; Heinricus, Præfectus de Regenſpurg; Heinricus de Stoufen; Dietericus eo tempore Præpoſitus Ducis. H. de Cohmunoshuſen. Poſthæc accepit de manu Fratrum, ad ſervitium trium denariorum, usque ad obitum Giſalæ, Miniſterialis Brixinenſis Eccleſiæ. Geſta ſunt hæc anno Chriſti 1162. quo deſtructum eſt Mediolanum & celebratum Concilium, in decollatione S. Joannis Baptiſtæ, in Epiſcopatu Biſunti, ſuper fluvium Saona, cui interfuit Fridericus, Imperator; Ludovicus, Rex Franciæ: Heinricus Dux Saxoniæ & Bavariæ &c.* Hæc *Hundius* l. c. Tom. 3. 115.

An. 1163. Extorres *Pribislaus & Werslaus;* Slavorum Principes, Gratiam Ducis efflagitant, obtinentque. *Poſt hæc redierunt Filii Nicloti in Gratiam Ducis, & dedit Eis Dux Wurle, & omnem Terram.* (Kycinorum & Circipanorum, terminos deſcribente *Bangerto*, ad lib. I. *Helmoldi*, C. 2. p. 11.) *Porrò Terram Obotritorum, diviſit Militibus ſuis poſſidendam, & collocavit in Caſtro Cuſcin, Ludolfum quendam, Advocatum de Brunswich; apud Melicon, fecit eſſe Ludolfum de Paina; Zuerin & Ilenburg Guncelino commendavit; porrò, Mikilinburg, dedit Henrico cuidam, Nobili de Scaten, qui etiam de Flandria adduxit multitudinem Populorum, & collocavit eos Mikilinburg, & in omnibus terminis ejus.* Sunt verba *Helmoldi* loc. cit. §. 8. & ſeqq. p. 202. quibus ſubjicit, quæ ad ann. 1160. de Inveſtitura trium Slaviæ Epiſcoporum, dicta ſunt: unde quis colligat, eam hoc ipſo anno 1163. celebratàm; enimverò, firmum ſtat *Stederburgenſis* Præpoſiti, utpote Viri docti & coævi, teſtimonium. conſentientibus tot aliis, Præſules iſtos jam anno 1160. à Duce noſtro inveſtitos. Conf. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. 28. p. m. 200. *Chronicon Rhythmicum;* de *Ducibus Brunſuicenſibus*, Cap. XXXI. apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag 52. *Crantzii Vandal.* lib. IV. Cap. XXXVI. & lib. VI. *Saxon.* Cap. XIX. *Fuit ergò, in diebus, pax per Univerſam Slaviam; & munitiones, quas Dux, jure belli, poſſederat in Terra Obotritorum, cœperunt inhabitari à Populis Advenarum, qui intraverant Terram, ad poſſidendum eam, fuitque Præfectus Terræ illius, Guncelinus, Vir fortis, & amicus Ducis. Porrò, Henricus, Comes, de Racesburg, quæ eſt in Terra Polaborum, adduxit multitudinem Populorum de Weſtfalia, ut incolerent Terram Polaborum, & diviſit eis Terram in funiculo diſtributionis, & ædificaverunt Eccleſias, & ſubminiſtraverunt decimas fructuum ſuorum, ad cultum Domus Dei; & plantatum eſt opus Dei, temporibus Henrici, in Terra Polaborum &c.* Hæc iterum *Helmoldus* l. c. lib. I. C. 91. § 1. & 2. pag. 207. non multo poſt autem. *Filii Nicloti, Pribizlavus, atque Wertizlavus, non contenti Terra Kycinorum & Cir-*

Circipanorum, (quam Dux, ex gratia, Eis reſtituerat) *aſpirabant, ad acquirendam Terram Obotritorum, quam Dux eis abſtulerat, Jure belli. Quorum inſidiis recognitis, Guncelinus de Zuerin, Præfectus Terræ Obotritorum, intimavit Duci. At ille poſuit eos rurſus in indignationem et iram, et venit, cum Exercitu gravi, in Terram Slavorum, hyemali tempore. Porrò illi conſederant in Urbe Wurle, & muniverunt Caſtrum, contra obſidionis impetum. Et præmiſit Dux Guncelinum, & fortiſſimum quemque, ut præoccuparent obſidionem, ne forte elaberentur Slavi, ipſe vero quantocyus ſecutus eſt, cum reliquo Exercitu, et obſeſſa eſt Munitio, in qua fuit Wertizlavus filius Nicloti, & multi Nobilium, inſuper vulgus promiſcuum multum valde. At Pribizlavus, ſenior natu, cum numero equitum tranſierat in abdita nemorum, percuſſurus de inſidiis incautos. Et gaviſus eſt Dux gaudio, eò quod Slavi, obfirmatis animis, expectaverunt cum in Munitione, & præbita ſit ei facultas obtinendi eos &c.* Ita Helmoldus l. c. lib. I. cap. 92. §. 1. 2. & 3. pag. 209. & 210 docens ſequentibus, redactos ad incitas, mediante *Adolpho*, Comite Holſatiæ, præſidiatorios ea lege Victori ſe dediſſe, ut vita & membra ſibi relinquerentur, *& Pribizlavus ab armis diſcederet. Tunc Conductu Clariſſimi Comitis, exierunt de Munitione Wertizlavus, & omnes Nobiles Slavorum, & venerunt ad pedes Ducis, uniuscujusque enſis ſuper verticem ſuum. Et ſuſcepit eos Dux, et recluſit in cuſtodia — Caſtrum, & vulgus ignobile, fecit ſervari, & præpoſuit eis Lubemarum, quendam Veteranum, Fratrem Nicloti, ut præeſſet Terræ, & ſentiret ea, quæ ſubjecta ſunt. Wertizlavum vero, Slavorum Regulum, duxit ſecum Brunswich, & aſtrinxit eum manicis ferreis; cæteros vero diſpertivit per cuſtodias, quousque ſolverent noviſſimum quadrantem. His ita geſtis, humiliatæ ſunt vires Slavorum &c. Pribizlavus ergò, qui erat ſenior natu, et acris ingenii, cupiens fratri captivo ſubvenire; cœpit, per Nunciorum manus, attentare Principis animum, et rogare ea, quæ pacis ſunt. Cumque Dux requireret obſides, ut firma eſſet ſponſionum fides, ait Pribizlavus: Quid opus eſt domino meo, ut à ſervo ſuo requirat obſides? Nonne Fratrem meum: & omnes Nobiliores Slaviæ, retinet in cuſtodia? teneat eos, loco obſidum, abutatur eis, ut libuerit; ſi temeraverimus ſponſionum fidem. Dum hæc, per internuncios agerentur, et daretur Pribizlavo ſpes meliorum, aliquantulum temporis fluxerat ſine bello, fuitque Pax in Slavia, à Martio Menſe, usque in Calendas Februarii ſequentis anni, et omnia Caſtra Ducis erant illæſa, videlicet Malachou, Cuſcin, Zuerin, Ilowe, Mikilinburg &c.* Ita *Helmoldus* l. c. §. 8. 9. & 10. pag. 211. conf. *Hermannus de Lerbeke* apud *Meibomium*, l. c. T. I. p. 505. & *Cranzius*, lib. VI. *Saxon.* Cap. XIX. & lib. *V. Vandal.* cap. I. & *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*. cap. XXIX. p. 200. De expugnatione WURLENSI ſeu WERLENSI teſtantur quoque *Chronicon Stederburgenſe*, ad an. 1163. apud Meibomium l. c. p. 454. & Dn. *Leibnitzium* T. I. *Rer. Brunſ.* p. 857 *Chronographus Saxo*, an. eod. p. 307. *Albertus Stadenſis* an eod, p. 191, *Chronicon Montis Sereni*, an. eod p. 32. Hiſtoria ArchiEpiſc. Bremenſium, in vita Hartwici, an. eod. apud Lindenbrogium, p. m. 93. *Chronicon Slavicum*, l. c. & aliud, an. eod. ibid. pag. m. 255. &c.

An. eod. Heinricus Dux Congregationem in Lubeke Clericorum inſtituit, Eccleſiam, ex lignis conſtructam, in honorem S. Mariæ, & S. Nicolai, dedicari fecit. Ubi pacis gratia, Principes Rugianæ Inſulæ ad dedicationem venerunt &c. Hæc *Chronographus Saxo* h. a. pag. 307. add. *Albertus Stadenſis*, an. eod. pag 192. *Poſtulante* GEROLDO (Aldenburgenſi) *Epiſcopo Dux Sedem* (Epiſcopalem) *tranſtulit, de Aldenburg, in Lubeke, ſtatuens ibi XII. Præbendas, & Præpoſitum Athelonem, cujus eſt tertia decima. Ibi Rugiani venerunt in Gratiam Ducis &c.* Conf. *Chronicon Stederburgenſe l. c. Helmoldus*, lib. I. cap. 89 p. 204. cujus verba præced. Tit. XV. pag 1249 habentur: *Chronicon Rhythmicum Dn Leibnitzii T.* 3, *Rer. Brunſvic*, cap. XXXI. p. g. 52 *Chronographus Saxo l. c. Chronicon Montis Sereni* l. c pag. 33. *Hermannus de Lerbeke*, l. c. an. eod. *Hiſtoria ArchiEpiſc. Bremenſium l. c. Chronicon Slavicum Lindenbrogii l. c. Cranzius*, lib. IV. *Vandal.* cap. 37 *Bangertus*, Not. ad Lib. I. Helmoldi, cap. 79. pag. 178. & cap. 89. pag. 204. Alii. Fugiendus hinc error alterius *Chronici Slavici*, apud Lindenbrogium, pag. 200. cujus Auctor, cap. XXIX. tranſlationem Epiſcopatus *Aldenburgici Lubecam*, anno 1174. inſcribit. His ita ſe habentibus, HARTWICUS, Bremenſis ArchiEpiſcopus, *venit LUBEKE, ſuſcepit eum Dux, et Epiſcopus, cum magna gloria, et aggreſſi ſunt opus Dedicationis, et obtulerunt ſinguli voluntaria cordis ſui, Heinricus, Dux Geroldus Epiſcopus, et Adolphus Comes, dederuntque prædia, et reditus, et decimationes, in ſubſidia Cleri.* Ita Helmoldus l. c. cap. 93. §. 3. pag. 212. annectendo §. 5, *Dux vero, ordinatis rebus in Saxonia, profectus eſt in Bavariam, ut ſedaret tumultuantes, et faceret judicium injuriam patientibus &c.* Eadem docet *Wolterus* l. c, ad annum. 1164. pag. 52.

An. eod. in charta Friderici I. Imp. qua Goslarienſibus Canonicis *liberam diſpenſationem Præbendarum*

ſua

Digitized by Google

ſuarum concedit, inter teſtes occurrit *Heinricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ &c.* Vid. *Leuckfeld. Antiqut. Pœldenſ.* Append. IV. §. XI. p. 284.

An. 1164. *Compoſitis rebus in Bavaria, Henricus Leo, gemino Ducatus clarus, reverſus eſt in Saxoniam, & accerſito Clero Lubicenſi, dedit eis Pontificem, Dominum Conradum, Abbatem de Reddegeshuſen, Fratrem Germanum Domini Geroldi Epiſcopi,* (An. 1163. *Alberto Stadenſi* h, a. p. 192. *Hiſtoria ArchiEp. Bremenſ.* l. c an. eod. p. 93. aliisque teſtibus, defuncti) Sunt verba Helmoldi, lib. II. C. I. § 1. pag. 216. quæ Cranzius, lib. *V. Vandal.* C. 2. repetit. Sed pergit *Helmoldus* l. c. §. 4 p. 216. *Circa dies illos, quo primum promotus eſt ad ſummi Sacerdotii gradum, cum adhuc conſiſteret ſecus ArchiEpiſcopum, in Urbe Horeborg, quæ eſt ſuper ripas Albiæ, in menſe Februario, hoc eſt, 14. Calendas Martii, orta eſt tempeſtas maxima, ventorum procella, fulgurum coruſcatio, & tonitrui fragor, quæ paſſim multas ædes, aut incendit, aut ſubruit: inſuper tanta maris exundatio oborta eſt, quanta non eſt audita à diebus antiquis, quæ involvit omnem terram maritimam Freſiæ, Hadelen, & omnem Terram paluſtrem Albiæ, & Wirræ, & omnium fluminum, quæ deſcendunt in Oceanum mare, & ſubmerſa ſunt multa millia hominum, & jumentorum, quorum non eſt numerus &c.* Conf. *Chronicon Stederburg.* l. c. ad h. a. *Albertus Stadenſ.* an. eod p. 192. *Hiſtoria ArchiEp. Bremenſ.* l. c. an. eod. pag. 93. Chronographus Saxo an. eod pag. 307. *Chronicon Montis Sereni,* an. eod. pag. 33. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* Cap. 30. & 31. p. m. 201. aliud *Chronicon Slavicum,* ibid. ad h. a. p. 255. *Cranzius,* lib. V. *Vandal.* Cap. 2. & lib. *VI. Metropol.* C. 43. p. m. 165. *Eadem die, qua maritimæ Regiones Oceani tanta clade pervaſtatæ ſunt, accidit ſtrages magna, in Civitate Slavorum Mickelenburg, Wertiſlavus, enim, Nicloti filius Junior, qui tenebatur in vinculis Brunswich, mandavit, ut dicitur, Pribizlavo fratri, per nuncios, dicens: En, ego teneor vinculis æternis incluſus, & tu negligenter agis; evigila, & enitere, atque viriliter age, &, quod pace non potes, armis extorque &c. His auditis, Pribizlavus collegit latenter Exercitum, & venit improviſus Mekelingburg. Henricus autem de Scathen, Præfectus Caſtri, tunc forte defuit, & Populus, qui erat in Caſtro, fuit ſine Principe. Accedens ergò Pribizlavus ait ad Viros, qui erant in munitione: Magno, o Viri, tam mihi, quam Genti meæ, illata eſt violentia, qui e pulſi ſumus de Terra nativitatis noſtræ, & privatiſumus hæreditate Patruum noſtrorum —— proponimus ergò vobis optionem vitæ & mortis. Si volueritis aperire nobis Munitionem, & reddere Terram nobis debitam, deducemus vos pacificè cum Uxoribus, & filiis, & univerſa ſupellectili —— Quod ſi nolueritis egredi, imò Urbem hanc pertinaciter defendere, juro vobis, quia, ſi faverit nobis Deus, & victoria, omnes vos occidam in ore gladii. Ad hæc verba, Flammingi jacula dirigere, et vulnera infligere cœperunt. Slavorum ergò Exercitus, viris & armis potentior, vehementi pugna irrupit Munitionem, et occiderunt omne maſculinum in ea, non reliquerunt de Populo advenarum vel unum, Uxores, et parvulos eorum, duxerunt in captivitatem, & ſuccenderunt Caſtrum igne &c.* Ita *Helmoldus,* lib. 2. Cap. 2. pag. 217. & 218. docens inſuper, facto *Meklenburgi* excidio, PRIBISLAUM terrore ILOVIAM quoque intercipere fuiſſe conatum, aſt metu *Guncelini* inde receſſiſſe; compulſo tamen, non multo poſt, ad deditionem CUSSINO, vid. l. c. Cap. 3. pag 219. Conf. *Chronicon Stederburgenſe* l. c *Chronographus Saxo* l. c. *Chronicon Montis Sereni* l. c. *Albertus Stadenſis* l. c. *Hermannus de Lerbebe* l. c. pag. 506. Cranzius lib. *V.* Vandal. Cap. 3. & 4.

Audiens ergò Henricus Leo Dux, labefactari res in Slavia, contriſtatus eſt animo, & miſit interim robur Militum ZUERIN, ad cuſtodiendum eam; & præcepit ADOLFO Comiti, & Majoribus de Holzatia, ut tranſirent ILOWE, & eſſent tutamen Caſtri. Poſt hæc, congregavit Exercitum grandem, & vocavit Cognatum ſuum, Adelbertum, Marchionem Orientalis Slaviæ, & omnes fortiſſimos totius Saxoniæ, in auxilium, ut redderet SLAVIS malum; quod fecerant. Sed & WALDEMARUM, Regem DANORUM, adduxit cum navali Exercitu, ut vexaret eos Terra marique. Et occurrit ADOLFUS Comes Duci, cum omni Nordalbingorum Populo, juxta MALACOWE. Dux verò, ubi tranſiit Albiam, & attigit terminos Slavorum, fecit Wertizlavum, Principem Slavorum, ſuſpendio interfici, prope Urbem Malacowe, eò quod peſſundaverit eum frater ejus, Pribizlavus, & prævaricatus fuerit promiſſiones pacis, quas pactus fuerat &c. Ita Helmoldus. lib. 2 C. IV. §. 1. 2. & 3. pag. 220. Conf. *Saxo Grammat.* lib. XIV. *Rer. Danic* p. m. 277. &c. ſequentibus enarrat *Helmoldus,* quanta fortitudine Dux *Slavos* debellaverit: Fœderatos *Pribislai, Caſimirum & Bogislaum, Pomeraniæ* Principes, conjecerit in fugam; *Demminum,* ab hoſtibus derelictum, occupaverit; *Slavorumque* rem totam deleverit; jactura licet *Adolfi,* Holſatiæ, & *Reinoldi,* Ditmarſiæ, Comitum, à *Slavis* trucidatorum, quamvis non an. 1167. ut *Alberico* ad h a. pag. 346. videtur, Verba Helmoldi, l. c. §. 4. hæc ſunt. *Et præcepit*

cepit Dux Adolfo Comiti, per nuncium, dicens: Surge cum Holzatis, & Sturmariis, & cum omni Populo, qui tecum eſt, & præcedite Ducum, usque in locum, qui dicitur Viruchne. Idem facturus eſt Guncelinus, præfectus Terræ Obotritorum; & Reinaldus, Comes Thetmarſiæ, & Chriſtianus, Comes de Aldenburg, quæ eſt in Amerland, Terræ Freſonum; hi omnes præcedent te, cum armatorum numero, qui ad ipſos pertinent. Tunc abiit Adolfus Comes, cum cæteris Nobilibus; qui ſecum deputati fuerant, juxta imperium Ducis, et venerunt in locum, qui dicitur Viruchne, & diſtat ab Urbe Dimin, ferè duabus miliaribus, et metati ſunt illuc Caſtra. Porrò Dux, et caeteri Principes, *morati ſunt in loco qui dicitur Malacowe, ſecuturus, poſt aliquot dies, cum reliquo Exercitu, cum veredariis, ferentibus victualia, quæ exercitui ſufficerent copioſe. Univerſus vero Slavorum Exercitus conſederat in Urbe Dimin, fueruntque Principes eorum:* KAZEMARUS & BUGEZLAVUS. *Duces Pomeranorum, & cum his PRIBIZLAVUS, autor rebellionis, miſeruntque nuncios ad Comitem, volentes per eum admitti ad conditiones pacis, et promiſerunt tria millia Marcarum; rurſum alios mittentes, promiſerunt duo millia. Et diſplicuit verbum hoc Comiti Adolfo, & dixit ad ſuos: Quid vobis videtur, ô Viri Sapientes? qui heri promiſerunt tria millia marcarum, nunc offerunt duo millia. Verbum iſtud non eſt quærens pacem, ſed adducens bellum. Miſerunt ergò SLAVI noctu ſpeculatores in Caſtra, explorare ſtatum exercitus;* ALDENBURGENSES *verò* SLAVI *fuerant cum* ADOLFO *Comite, ſed inſidioſè: nam quæcunque gerebantur in Exercitu, remandaverunt hoſtibus, per manus exploratorum. Dixerunt ergò Adolfo Comiti, Marchradus, ſenior Terræ Holzatorum, & cæteri, qui intellexerant verbum abſconditum: Auditu certiſſimo comperimus, quod hoſtes noſtri præparent ſe ad bellum. Porrò, noſtrates ſegnius agunt, nec in vigiliis, nec in cuſtodiis, debitam exhibent diligentiam, Adhibe ergò cautionem Populo, eò quod Dux benè præſumat de te. Et diſſimulavit Comes, cæterique Nobiles, & dixerunt: Pax & ſecuritas; emortua eſt enim virtus Slavorum. Defecit ergò in Exercitu cuſtodia &c.* Hac rerum facie, irruentibus hoſtibus, pergit Helmoldus. l. c. §. 8. p. 221. *Viri Illuſtres, atque Militares, Adolfus atque Reinoldus, cum pauciſſimis Holzatenſium atque Thetmarſienſium, qui fortè ſomno exciti maturius accurerant, exceperunt hoſtes in deſcenſu clivi, et contrita eſt prima acies Slavorum ab eis, et percuſſerunt eos, usque ad interiora ſtagni. Quos eveſtigio ſubſecuta ſecunda Slavorum acies operuit inſtar montium, & percuſſi ſunt Adolfus Comes, & Comes Reinoldus, & fortiſſimi quique ceciderunt, & obtinuerunt Slavi Caſtra Saxonum, & diripuerunt prædas Caſtrorum &c.* Sanando vulnere. *Saxones, qui erant in latibulis, & egreſſi ſunt, reſumpta audacia fortiter infuſi ſunt hoſtibus, & percuſſerunt eos attritione magna nimis, & repletus eſt campus ille acervis mortuorum. Et venit Dux feſtinanter, ut fieret ſuis præſidio, & vidit ruinam, quae facta eſt in Populo ſuo, & quia mortuus eſt Comes Adolfus, & Fortiſſimi quique, & reſolutus eſt in lacrymas multas. Sed dolorem Ejus mitigavit copioſior victoria, & cædes Slavorum maxima, qui ad duo millia & quingentos, connumerati ſunt.* Hæc idem l. c. §. 9. p. 222. addens §. 12. l. c. *Slavi ergò, qui effugerant manus gladii, venerunt Dimin, &, ſuccenſo Caſtro illo potentiſſimo, tranſierunt ad interiora Pomeraniæ Regionis, fugientes à facie Ducis. Sequenti autem die venit Dux, cum Exercitu univerſo, Dimin, & reperit Caſtrum exuſtum, et collocavit ibi partem Exercitus, ut deponerent vallum, & adæquarent ſolo, et ut eſſent præſidio vulneratis, quibus opus erat cura. Ipſe verò, cum reliquo Exercitu, ivit in occurſum Waldemari Regis, & abierunt ſociata manu, ut depopularentur latitudinem Pomeranæ Regionis, et venerunt ad locum, qui dicitur Stolpe; illic Kazemarus & Bugezlavus jam olim fundaverant Abbatiam, in memoriam Patris ſui, Wertizlavi, qui ibidem et occiſus et ſepultus eſt. Ille primus inter Duces Pomeranorum converſus eſt ad fidem, per manum S. Ottonis, Bavenbergenſis Epiſcopi, & ipſe fundavit Epiſcopatum Uznam, et admiſit cultum Chriſtianæ Religionis in Terram Pomeranorum. Illuc ergò pervenit Exercitus Ducis, et non erat, qui reſiſteret. Slavi enim ſemper ultra progrediente, diffugiebant à facie Ducis, nusquam auſi ſubſiſtere, præ formidine faciei Ejus* C. V. §. 1. &c. p. 223. ſubjungit: *In diebus illis venit nuncius in Terram Slavorum, qui diceret Duci: Ecce, Legatus Regis Graeciae, cum multò comitatu, venit Brunswich, loqui tibi. Ad hunc audiendum, Dux egreſſus eſt Slaviam, omiſſo Exercitu, et proſperis expeditionis ſucceſſibus; alioquin, propter Comitis* (Adolfi) *mortem importunam, convocata fortitudine, omne robur Slavorum conſumpſiſſet, usque in finem, et feciſſet Terræ Pomeranorum, ſicut fecit Terra Obotritorum. Omnis ergo Terra Obotritorum, et finitimae Regiones, quæ pertinent ad Regnum Obotritorum, aſſiduis bellis, maximè vero hoc noviſſimo bello, tota in ſolitudinem redacta eſt,*

eſt, Domino ſcilicet favente, & dextram Piiſſimi Ducis confortante: Si quæ Slavorum extremæ remanſerant reliquiæ, propter annonæ penuriam, & agrorum deſolationes, tanta inedia confecti ſunt, ut congregatim ad Pomeranos, ſive ad Danos, confugere cogerentur, quos illi nihil miſerantes Polonis, Sorabis atque Boëmis vendiderunt &c. l. c. Cap. VI. §. 1. &c. p. 225. porrò recenſet, quantas nihilominus inſidias, *Pribislaus*, apud Pomeranos extorris, ſubinde *Zuerinenſi* & *Razeburgenſi* ſtruxerit præſidiis, & quid Pomerani tandem Ei dixerint, *Pribizlavus ergò Rebellionis autor, Paternæ hæreditatis factus extorris, conſiſtebat apud Duces Pomeranorum, Kazemarum atque Buggeslavum, cœperuntque reædificare Dimin. Inde frequenter exiens Pribizlavus, per inſidias percutiebat fines Zuerin atque Racesburg, & tulit captionem multam, tam de hominibus, quam de jumentis. Cujus exitum obſervantes Guncelinus, atque Bernhardus, pugnabant & ipſi de inſidiis, & commiſſa creberrima pugna, ſemper meliores inventi ſunt, quousque perditis Fortioribus Viris, & equis, Pribizlavus nihil jam poſſet moliri. Et dixerunt ad eum Kazemarus & Buggezlavus: Si tibi placet habitare nobiscum, & úti diverſorio noſtro; cave, ne offendas oculos Virorum Ducis, alioquin propellemus Te de finibus noſtris. Jam dudum enim duxiſti nos, ubi contriti ſumus contritione maxima, & perdidimus Viros, & Urbes meliores; nec his contentus iteratam ſuper nos inducere vis Principis iram?* His annectit § 3 &c. *Et cobibitus eſt Pribizlavus ab inſania ſua. Humiliatæ ergo ſunt vires Slavorum, nec auſi ſunt mutire, præ fortitudine Ducis. Et habuit Dux Pacem cum Waldemaro, Rege Danorum, & celebraverunt* Colloquia *ad Egdoram, ſive Lubike, pro commodis utriusque Terræ; & dedit Rex Duci pecuniam magnam, eò quod pacarentur termini Ejus, per Ipſum, à vaſtatione Slavorum; & cœperunt inhabitari omnes Inſulae Maris, quæ ad Regnum pertinent Danorum, eò quod pirata defeciſſet, & confractæ ſunt naves prædonum; & inierunt Pactum Rex & Dux: Ut, quascunque Gentes Terra Marique ſubjugaſſent, tributa ſocialiter partirentur. Et increvit Ducis poteſtas ſuper omnes, qui fuerunt ante Eum; & factus eſt Princeps Principum Terræ; & conculcavit colla rebellium; & effregit Munitiones eorum; & perdidit Viros deſertores; & fecit Pacem in Terra; & ædificavit Munitiones firmiſſimas; & poſſedit hæreditatem multam nimis &c.* Conf. de Victoria hac: *Saxo Grammaticus*, lib. XV. *Hiſtor Danor.* p 323. &c. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1164. p. 192. *Hermannus de Lerbeke*, l. c. p. 506. *Conradus Bosbo*, in *Chronico Picturato Brunſuic.* ad an. 1160. apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 347. *Cranzius* lib. VI. *Metropol.* Cap. 47. & L. VI. *Daniae* Cap. 21. & lib. V. *Vandal.* cap. V. VI. & VII. & lib. *VI. Saxoniae*, Cap. XIX. *Pontanus*, lib. *IV. Rer. Dan. in Woldemaro I.* ad an. 1164.

An. 1165. *Diſſenſio inter Henricum Ducem, & Marchionem, & Palatinum. Sors ſuper Palatinum cecidit, qui Lowenberg Caſtrum ſuum Duci reſignat &c.* Hæc ex *Chronico Stederburgenſi Meibomii* l. c. p. 455. ad hunc annum; & apud Dn. de *Leibnitz T. I. Rer. Brunſ.* pag. 857.

An. eod. Intereſt Dux noſter Comitiis *Ulmenſibus*. Vid. Præc. Tit. 2 §. 10. lit. d. ad h. a. p. 135.

An. 1166. Adiit quoque Comitia *Herbipolenſia*, occaſione Schiſmatis inter *Paſchalem III. & Alexandrum III.* Romanos Pontifices, celebrata. *Vid. Goldaſtus T. 3. Conſtit Imper.* p. 342. & Dn. *Tolnerus*, *Cod. Diplom. Palat. §. LXI. p. 55.*

An. eod. In Diplomate *Friderici I.* Imp. ſub dato *Ratisponæ*, 4. Id. April. in confirmationem concambii Inter Babenbergenſem & Ratisbonenſem Epiſcopos facti, ſcripto, apud *Gewoldum*, Tom. II. Addit. ad *Hundii Metropolim*, p. 113. Teſtium primus eſt: *Heinricus, Dux Bavariæ atque Saxoniæ.*

An. eod. In Diplomate, quo laudatus Cæſar Cœnobium *Nienburg*, Magdeburgenſi ArchiEpiſcopo ſubjecit, iterum teſtis: *Heinricus, Dux Saxóniæ*, apud Dn. *Becmannum, Hiſt. Anhalt.* Part. 3 lib. *IV.* Cap. 2. § 17. p. 436.

An. eod. Rurſus teſtatur *Heinricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ*, quod *Wigmannus*, ArchiEpiſcopus Magdeburgicus, in compenſationem Cœnobii *Nienburg*, Imperatori Caſtrum *Schœnburg*, tradiderit. *Vid.* ibid. §. 18.

An. eod. Per Ducem Saxoniæ, Henricum, Filium illius Ducis Bavariorum, qui fuit Gener Imperatoris Lotharii, Sclavi ante Daciam conſiſtentes, qui alio nomine dicebantur Luciani, (Luticiani) *ad Chriſtianitatem cœperunt converti, cum idem Rex Terram illam ſuæ ſubjugaſſet Ditioni.* Hæc *Albericus*, Monachus trium fontium, ap h. a. p. 345.

An. eod. *Werra inter Heinricum Ducem, & Wigmannum ArchiEpiſcopum,* (Magdeburgicum) *& cæteros Saxoniæ Principes.* Ita *Chronograph. Saxo* ad h. a. p. 308. & *Chronicon Montis Sereni* an. eod. pag. m. 34. Rationes ſuppeditat *Helmoldus*, lib. 2. *Chron. Slav.* c. 7 p. 226. *Quia Gloria parit invidiam, & quia nil durabile in rebus humanis, tantam Viri* (Ducis noſtri) *Gloriam Zelati ſunt omnes* Principes *Saxoniæ. Ille enim immenſis divitiis locuples: Clarus victoriis: & propter geminum* Bavariae *& Sáxoniae* Principatum, *ſublimis in Gloria ſua; omnibus Saxoniae tam Principibus,*

Digitized by Google

pibus, quam Nobilibus, importabilis viſus eſt. Sed manus Principum formido Cæſaris continuit, ne concepta molimina transferrent in effectum. Poſtquam autem Cæſar quartam profectionem paravit in Italiam, et opportunitatem tempus adduxit, ſtatim inveterata conſpiratio proceſſit in publicum, et facta eſt Conjuratio valida omnium, contra Unum; fueruntque inter eos primi. Wichmannus, Magdeburgenſis, Epiſcopus; Hermannus, Hildenſemenſis Epiſcopus, poſt hos fuerunt Principes ii: Ludowicus, Provincialis Comes Turingiæ; Adelbertus, Marchio de Soltwedele, & Filii Ejus; Otto, Marchio de Camburg, & Fratres Ejus; Adelbertus, Palatinus Comes de Someresburg. Hos adjuverunt Nobiles ii: Otto, de Asle; Wedekindus de Daſenburg; Chriſtianus de Aldenburg, quæ eſt in Amerland. Super hos omnes, Præpotens ille Reinoldus, Colonienſis ArchiEpiſcopus, & Cancellarius Imperii, inſidiatus eſt Duci, facie quidem abſens, et in Italia poſitus, ſed totus conſilio expugnationi Ducis intentus &c. Habes hic CAUSAM pariter *Conjurationis,* ſcil *Invidiam*, ex ſecundis Principis Noſtri rebus conſlatam, nec, ut Albertus Stadenſis ad h. a. p. 192. fingit, *quaſi Dux contra Imperium ſe erexiſſet:* & CAPITA, & TEMPUS, annum videlicet 1166. quo Cæſarem quarta vice in Italiam profectum, præced. Tit. *V.* in Ipſius vita, p. 584. oſtendi, quem propterea & Albertus Stadenſis l. c. rectè, hoc titulo, profert. Nec obſtat, quod in *Chronico Stederburgenſi,* apud *Meibomium T. I. Rer, German.* p. 455. & Dn. de *Leibnitz, T. I. Rer. Brunſ,* p. 858. demum ad an. 1167, legatur: *Diſſenſio magna inter Ducem Henricum, & Principes Orientales &c.* aut in *Chronico Picturato Conradi Bothonis,* apud Dn. de Leibnitz l. c. T. 3. p, 348. ad eundem annum: *In düſſem Jare, vorhoff ſick eyn Krich, twiſchen Biſchopp Wichman, unde Hertoghen Hinricke deme Lauwen, unde Nygendorppe wart gebroken &c.* Quia an. 1166. bellum ortum, ſequenti magis dilatatum fuit.

An. eod. Heinricus Dux ſuper Baſin erexit Leonis effigiem in Branſwic, & Urbem foſſa & Vallo circumdedit. Sunt Verba *Alberti Stadenſis* h. a. pag. 192. Conf. *Membrana San-Blaſiana Brunſuic.* ap. Dn. de Leibnitz l. c. Tom. 2. p. 61. & *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* p. 170. an. eod. *Heinricus Leo Dux ſuper baſem erexit Leonis effigiem in Brunswik.* Sic Author *Catalogi Epiſcoporum Hildesheimenſium*, apud Dn. de Leibnitz l. c. pag. 153.

An. eod. *In Brunswik, erigitur effigies Leonis, per Hinricum Leonem &c.* Et *Chronicon Luneburgicum* apud Eundem l. c. T. 3. p 173. *Anno 1166. do de Hertoge rick und mechtich wart, leth He einen Louwen gethen van Erne, unde leth den up eine erne Sulen ſetten tho BRUNSCHWICH, unde leth de Stadt mit Daren und Grawen beveſten &c.* Et *Stadtwegen* in *Chronico*, an. eod. apud Eundem. l. c. p. 271. *Effigies Leonis in Brunswick levatur in Urbe.* Alii *Hermannus de Lerbeke* verò, in *Chronico Schaumburgico* apud *Meibomium* l. c. Tom. I. p. 506. id refert ad annum 1164. *Eodem anno* (1164.) *Henricus Leo ſuper baſin erexit Leonis ærei effigiem in Brunswick, tanquam Coloſſum ſuum, cum Ipſe LEO vocaretur &c.* Aſſecla *Bangerto,* Not. ad Lib. I. *Helmoldi,* Cap. 92. pag. 211. In *Chronico Mindenſi* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. p. 178. vindicatur hoc anno 1168 ibi: *Tempore WERNERI* (Epiſcopi) *HENRICUS, qui et LEO dictus, Curiam ſuam in Villa, LOTHEN, ſive LODE, dictam, dedit Eccleſiæ MINDENSI, Anno Domini 1168. Indict. I. quando idem HINRICUS Filiam Regis Angliæ, MECHTILDAM, Kal. Febr. MINDÆ ſubarravit; et ſuper baſin lapideam Leonis effigien, quaſi Coloſſum ſuum, cum ipſe LEO vocaretur, in BRUNSWICK erexit &c.* Alia *Membrana San Blaſiana* apud Dn. *Rehtmeyer,* Part. I. *Antiquit. Brunſuic.* cap. *VI* Documentor. §. *XV.* p. 89. erectionem hanc an. 1172. contigiſſe tradit, verb. *In düſſem ſulven* (1172.) *Jare, is ock de Lauwenſtein, tho einer ewigen Gedechtniſſe, vam Hertogen Hinriken, upgerichtet worden.* De facto etiam teſtatur Crantzius, lib. *VI.* Metropol. cap. 47. p. m. 167.

An 1167. Ingruente Bello Civili Saxonico, doloſè à Ducis noſtri hoſtibus Anno ſuperiori inchoato, *Principes* pergit *Helmoldus* l. c. §. 4.) *qui erant in Orientali Saxonia; cum Turingorum Principe, Lodewico, obſederunt Munitionem Ducis, quæ vocatur ALDESLEF, & fecerunt contra eam machinas multas. Porrò, Chriſtianus, Comes de Amerland, collecta Freſonum manu, occupavit BREMAM, et omnes fines Ejus, & fecit motum magnum in Occidentali Regione, Videns ergo Dux, quia conſurgunt undique bella, cœpit communire Civitates, et Caſtra, et ponere cuſtodias Militum, in locis opportunis. In tempore illo, Cometiam HOLSATIÆ, STURMARIÆ, atque WAGIRÆ,* (Wagriæ) *adminiſtrabat vidua ADOLFI Comitis, cum filio adhuc tenello; propter conſurgentes autem bellorum motus, poſuit Dux puero* (Adolfo III.) *Tutorem, qui præeſſet armis, HENRICUM,* (Oriemundanum) *Comit. Thuringia natum, avunculum* (cognatum potius, poſtea enim pueri Mater Henrico huic nupſit) *Pueri, Virum ſcil. impatientem ocii, et totum armis deditum. Communicato quoque Fidelium ſuorum conſilio, Pribizlavum, Principem Slavorum, quem multis prælis expulerat Provincia, admiſit in Gratiam, et reddidit ei omnem hære-*

hæreditatem Patris ſui, Terram ſcilicet Obotritorum, præter Zuerin, & attinentia ejus. Et fecit Pribizlavus Duci, et amicis ejus, ſecuritatem fidelitatis, nulla deinceps bellorum tempeſtate corrumpendam, ſtare ſcilicet, ad mandatum ipſius, et obſervare oculos, amicorum ejus, absque omni offenſione. &c. Et Cap. *VIII.* pag. 228. *Tunc congregavit Dux exercitium grandem, et intravit Orientalem Saxoniam, ut pugnaret cum inimicis ſuis, in medio Terræ ipſius. Et viderunt, quia venit cum manu forti, et timuerunt occurrere illi; et fecit plagam magnam in Terra hoſtili, et vaſtavit eam incendiis et deprædationibus; et pervagatus eſt Terram, usque ad muros* MAGDEBURG. *Deinde convertit Exercitum in Occidentales partes, ut comprimeret tumultum* CHRISTIANI *Comitis, et improviſus venit* BREMAM, *et cepit eam. Tunc fugit* CHRISTIANUS, *Comes in abditas FRESLÆ paludes, et irrupit Dux* BREMAM, *et deprædatus eſt eam* --- CHRISTIANUS *autem Comes, poſt paucos dies, mortuus eſt &c.* Conf. *Albertus Stadenſ.* ad annum 1167 pag. 193. Hiſtoria ArchiEp. Bremenſ. in vita Hartwici, apud Lindenbrogium, an. eod. pag. 93. Cranzius lib. *VI. Saxon.* Cap. XX. & XXI. & lib. *V. Vandal.* Cap. *VIII.*

An. eod. Pomeranis quoque nutantibus, reſtàurat Dux fœdera cum Danis. *Vid.* ſeq. *Catal. Ducum Vened.* v. 24. ad h. a.

An. eod. Welf, Dux orbatus hærede, in amiſſo (an. 1166 apud Sienam peſtilentia) *filio, tactusque dolore cordis intrinſecus, Henricum, Ducem Saxoniæ & Bavariæ, fratruelem ſuum, in hæredem adſcivit &c,* Ita *Otto de S. Blaſio,* in *Appendice* ad *Ottonis Friſingenſis Chronicon.* ad h. a. p. 207. Qua ratione verò Princeps noſter hæreditatem iſtam non fuerit conſecutus, ibidem dicitur, verbis præced. Tit. *IV.* §. 3. lit. o. pag. 324. extantibus.

An. 1168. *Reverſus* (Imperator, ex Italia) *in Teutonicam Terram, indixit Curiam* BAWENBERG, *vocatisque univerſis Principibus Saxoniæ, coarguit eos, de violatione pacis, dicens tumultum Saxoniæ dediſſe Longobardis materiam defectionis. Multis itaque dilationibus, multa providentia et conſilio, diſſenſiones, quæ erant inter Ducem et Principes, ad conventionem pacis inclinatæ ſunt, et ceſſerunt omnia, juxta placitum Ducis, & ereptus eſt à circumventione Principum, absque omni ſuimet diminutione &c,* Hæc Helmoldus lib. 2. Cap. XI. §. 2 &c. pag. 233. annectens. §. 6. pag, 234. ſpreta pace *Widekindum*, Comitem de *Daſenburg*, à Duce, obſeſſum, ad deditionem fuiſſe compulſum. Conf. *Albertus Stadenſis*, h. a. pag. 193. pacem BO MENEBURGI factam tradens. cujus verba præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 135. habentur; *Godefridus Colonienſis*, eod. an. apud *Freberum, T. I. Rer. German.* pag. 243. *Francofurtum* hoc nomine, proferens ibi: 2. *Kal. Junii, Curiam FRANKINFORT habuit, ubi Ducem, & Principes Saxoniæ, ad pacem revocavit &c. Cranzius,* lib. V. *Vandal.* cap. XI, & lib. VI. *Saxon.* Cap. XXV. *Helmoldum* ſecutus. Conf. *Chronicon Luneburgicum*, apud Dn de *Leibnitz* T. 3, *Rer. Brunſuic.* ad an. 1168. p. 173,

An. eod. Hartvvicus, Bremenſis *ArchiEpiſcopus, obiit* 8. *Nonas Octobris, & duo ſunt electi, Sifridus, Alberti Marchionis filius, & Otbertus Decanus, & factus eſt maximus tumultus in Brema, Gunzelino de Zuerin, ex parte Ducis, inſaniente, ita; ut Sifridus electus in Aldenburg, cum Ottone Præpoſito, ſe transferret. Alii fugerunt Horburg — Imperatore, Curiam habente in Bavenberg, duo electi* Bremenſes *deſtituti ſunt, &, de voluntate Ducis, Baldewinus, Halverſtadenſis Præpoſitus, eſt intruſus. Sifridus fit Epiſcopus in Brandenburg. Baldewinus, licet ſenex, Bona Eccleſiæ Duci conceſſit, & ſuis &c,* Sunt verba Alberti Stadenſis h. a. p. 194. repetita in *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium,* in vita *Baldewini,* apud *Lindenbrogium,* §. XXIV. p. 93. Quæ de Bonis Eccleſiæ heic dicuntur, ita interpretatur *Helmoldus* lib. 2. cap XI. § 4. pag. 233. *Hartwici* ArchiEpiſcopi obitus memor, *Extincta eſt, morte illius, vetus controverſia, quæ fuit ſuper Cometia Stadenſi, & poſſedit eam Dux de cætero, absque omni contradictione. &c.* Conf. *Henricus Wolterus, in Chronico Bremenſi,* in vita *Baldewini* ArchiEpiſcopi, apud *Meibomium,* Tom. 2. p. 53: *Cæſar acceſſivit* (Baldewinum) *& precibus Ejus, Papa* PASCHALIS *dedit ei Pallium, & confirmavit ipſum, & idem FRIDERICUS Cæſar dedit ei Baculum Paſtoralem; & conſecratus eſt in ArchiEpiſcopum, à ſuffraganeis ſuis, & tunc Dux, Henricus, obtinuit Caſtrum Stade. & Comiciam, quia Baldevvinus ſibi carus fuit, & de Ducatu ſuo natus &c.* Add. *Albertus Cranzius,* lib. VI. Saxon. cap. XX*V*. *Extincta morte ipſius* (Hartwici ArchiEpiſcopi) *vetus controverſia, quæ fuit ſuper Comitatu Stadenſi: & poſſedit illum Dux deinceps ſine contradictione &c* Conf. idem, Lib. *VI. Metropol.* cap. IXL. p. 168. *Chronicon. Slavicum Lindenbrogii,* h. a. p. 255.

An. eod. Transfert Dux noſter Epiſcopatum Megapolitanum *Suerinum.* *Vid* præced. Tit. X*V*. §. 13. lit. XX. p. 1266.

An. eod. In ordinem, ſolvendaque ad Tributa, redactis, à *Woldemaro,* Rege Daniæ, RUGIANIS, *confeſtim DUX miſit Legatos ad Regem Danorum, requirens obſides, & medietatem tributorum, quæ ſolvunt RANI, eò quod* (an. 1164. ceu h. a. monui.) *laudatum & jura-*

ramento firmatum eſſet, ut, quaſcunque Gentes Rex Danorum expugnare voluiſſet, Dux ferret auxilium, &, cum participatione laboris, fieret etiam particeps emolumenti, Cumque renueret Rex, & nuncii rediiſſent inacti, DUX, ira permotus, vocavit Principes Slavorum, & mandavit, ut ultionem facerent de Danis. Vocati ſunt, & dixerunt: aſſumus, & obaudierunt ei cum lætitia, qui miſit illos, & admoniti ſunt vectes, & oſtia, quibus jampridem concluſum erat mare, erumpebat vadens, et inundans, et inventans, exitium multis Danorum Inſulis, et Regionibus maritimis &c. Hæc Helmoldus, lib. 2. cap. 13. §. 2. & 3. p. 237. Conf. Chronographus Saxo, ad an. 1169. pag. 309. Saxo Grammaticus, Lib. XIV. Erici Hiſtoria Gentis Danorum, ad an. 1170. p. m. 83. Chronicon Bigaugienſe Maderi, an. 1169. p. 262 Chronicon Holſaticum Dn. Leibnizii T. I. Acceſſ. Hiſtor. cap XVI. pag 30. Cranzius lib. VI. Daniæ cap. XXII. &c,

An. 1169. Rex ergo Danorum, perſpecta calamitate Gentis ſuæ, vidit tandem, quia bona eſt pax, & miſit Legatos, ad Fortiſſimum Ducem, rogans, præberi ſibi locum familiaris colloquii ad Egdoram; & venit DUX ad expetitum Placiti locum, in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ, & occurrit ei Rex Danorum, & exhibuit ſe promum ad omnem voluntatem DUCIS; & recognovit ei medietatem tributorum et obſidum, quæ dederant RANI, &, de ærario Fani, æquam portionem, et ad ſingula, quæ DUX judicavit exigenda, devotè paruit Rex; et renovatæ ſunt inter eos amicitiæ, et inhibiti ſunt Slavi, ne de cætero impugnarent Daniam; et facti ſunt vultus SLAVORUM ſubtriſtes, propter confœderationem Principum, et miſit Dux nuncios ſuos, cum nunciis Regis, in Terram Ranorum, & ſervierunt Ei ſub tributo RANI. --- et pacata eſt via transeuntibus, à Dania in SLAVIAM, et ambulaverunt mulieres et parvuli per eam, eò quod ſubmota ſint offendicula et defecerint prædones in via. Omnis enim Slavorum Regio, incipiens ab Egdora, qui eſt limes Regni Danorum, & extenditur inter Mare Balticum, & Albiam, per longiſſimos Tractus, uſque ad Zuerin, olim inſidiis horrida, et penè deſerta, nunc, dante Deo, tota redacta eſt, velut in unam Saxonum Coloniam, & inſtruuntur illic Civitates, & Oppida, multiplicantur Eccleſiæ, & numerus Miniſtrorum Chriſti. Pribizlavus quoque depoſita diuturnæ rebellionis obſtinatia, ſciens, quia non expedit ſibi calcitrare adverſus ſtimulum, ſedit quietus, & contentus funiculo portionis ſibi permiſſæ, & ædificavit Urbes Mekelenborg, Ilowe, & Rozſtock, & collocavit in terminis eorum, Slavorum Populos &c. Ita Helmoldus l. c. Cap. XIV. pag 238. & 239. Conf. Chronicon Slavicum Lindenbrogii, cap. 32. pag. m 202. Cranzii Dania, lib. VI. cap. XXVII. & Lib. V. Vandal. cap. XII. & ſeqq. ad XIX. uſque.

An. eod. Heinricus Leo Curiam & Bona in Lothen, vel Lode, Mindenſis Diœceſis, & brachium S. Gorgonii Martyris, precioſè adornatum, Eccleſiæ prædictæ, obtulit. Sunt verba Hermanni de Lerbeke, Chron. Schaumburg. apud Meibomium T. I. Rer. Germ. pag. 506. In Chronico Mindenſi, apud Dn. de Leibnitz T. 2 Rer. Brunſ. pag. 178. referuntur hæc ad annum 1168. Vid. præced. ann. 1166. ubi ſermo, de Leonis Brunſuicenſis erectione.

An. eod. Fridericus Imp. conſiderans incommoditatem cujusdam Curtis Eccleſiæ Goſlarienſis, quæ eſt in Villa Diedren, ad cottidiana Fratrum ſtipendia pertinentis, liberè, propter locorum diſtantiam & intollerabilem prædonum inſtantiam, frequenter accidentem, conſilio Præclariſſimorum Principum ſuorum, & Nobilium, atque Sapientum Imperii, pro eadem Curte, ipſi Eccleſiæ dat in concambium manſos in Windehuſen, Urbecke & Bilan, ad Villicationem Northehuſen, pertinentes, cum univerſis appendiciis eorum, areis videlicet, & pratis; ſilvis & paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, per manum Domini Heinrici, Ducis Bavariæ & Saxoniæ, eorundem Bonorum Advocati, quæ annuatim reddens Goſlarienſi Eccleſiæ decem & ſeptem libras gravis monetæ &c. Habetur diploma apud Dn. Leuckfeldum, Antiquit. Pœldenſ. Append. IV. §. XII pag. 285. in cujus calce legitur: Teſtes ſunt ---- Heinricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ; Conradus, Palatinus Comes de Reno; Marchio Albertus de Saxonia, & Filii Ejus, Otto & Hermannus &c,

An. eod. Venit ad Curiam Regis Henrici Anglorum Saxonum & Bajocorum Dux, Heinricus, Gener Ejus, & magnis ab Eo honoratus muneribus in ſua rediit &c. Ita Robertus de Monte ad h. a. p. 648.

An. 1170. Henricus D. G. Bajoariæ atque Saxoniæ Dux, dotando Epiſcopatum Suerinenſem, ait: Notum facimus Univerſis, tam præſentibus, quam futuri temporis Chriſti Fidelibus, quomodo Nos, pro remedio animæ Noſtræ, & Parentum Noſtrorum, ad propagandam Chriſtianam Religionem, in Terra Slavorum, tranſalbina, in loco horroris & Vaſtæ ſolitudinis tres Epiſcopatus conſtruximus, allodiis, reditibus menſæ noſtræ dotavimus, inſuper ea, quam gladio & arcu noſtro quæſivimus, hæreditate ampliavimus -- Ex quibus Epiſcopatum Suerinenſem, quem poſtremo

mo omnium conſecrari & dedicari in honorem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Sanctæ Dei Genetricis, Mariæ, et S. Johannis Evangeliſtæ, fecimus, trecentis Manſis, et duabus villis ac duabus Curiis allodii Noſtri, dotavimus &c. Vid. Diploma, apud *Lindenbrogium*, inter *Privilegia Eccleſiæ Hamburgenſis*, §. 59. p. 165. *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. 234. & Dn. *Lunigium, Reichs-Archiv*, partis ſpecialis Continuat. II. *IV. Abtheilung, VI. Abſatz*, §. 1. *pag.* 498.

An. 1171. *Henricus Dux cum Epiſcopis, Abbatibus. Præpoſitis, & aliis multis Baronibus, Sepulcrum Domini viſitat &c.* Hæc *Chronicon Stederburgenſe* h. a. apud *Meibomium T. I. Rer. German.* p. 455. & Dn. de *Leibnitz T. I. Rer. Brunſuic.* p 858. Illuſtrant locum hunc: Vetus *Genealogia Ducum Brunſuicenſium*, apud Maderum l. c. p. 272. & Dn. de Leibnitz l. c. Tom. 2. pag. 19. ubi; Anno Domini 1171. *Henricus Leo Terram ſuam Wichmanno, Magdeburgenſi ArchiEpiſcopo, committens, ad Terram Sanctam, per Terram, profectus eſt, et, viſitatis Locis ſanctis, et ſepulchro Domini, cum Gloria in Theutoniam eſt reverſus &c.* & *Arnoldus Lubecenſis* lib. 2. *Chron. Slav.* C. 2. §. 3. p. 241. *DUX tanta potius quiete, tantisque fluctuationem emenſis periculis, tanquam Portum ſalutis, commodum duxit pro peccatis ſuis, ſanctum viſere ſepulcrum, ut adoraret Dominum in loco, ubi ſteterunt pedes Ejus. Ordinatis ergò rebus ſuis, de profectione Hieroſolymitana acrius cogitare cœpit, et Terræ ſuæ tutelam Wichmanno, ArchiEpiſcopo Magdeburgenſi, conſignans, Nobiliores Terræ itineris ſui ſocios fecit, Conradum ſcilicet Epiſcopum Lubicenſem; Henricum, Abbatem de Brunswich, Bertoldum, Abbatem de Lunenburg, & memoratum Pribizlavum, Regulum Obotritorum, & Guncelinum, Comitem de Zuerin, & Sifridum. Comitem de Blanckenburg, & alios quam plures, tam de Viris ſuis liberis, quam de Miniſterialibus; & non remanſit quisquam Majorum, excepto Ecberto de Wolfelebotele, quem conſtituit Dux ſuper Familiam ſuam, maximè tamen deputatus eſt in Miniſterium Dominae Duciſſae, Mechtildis, Religioſiſſimae Fœminae &c.* Qui Cap. 3. & ſeqq. ad XII. usque, pag. 242. ad 258. votivum hoc iter prolixè deſcribit, de quo etiam *Godefridus Colonienſis*, ad an. 1173. apud Freherum, T I. Rer. German, p. 244 Theodoricus Engelhuſius, in Chronico apud Maderum, in Vita Friderici I Imp. p. 234. Albertus Crantz L. VI. Saxon C. 29. ad 33. *Aventinus*, lib. VI. *Annal Boicor.* C. 6. §. 7. pag. m. 614. &, ex *Brunnero, Bucelinus, in Hiſtoria Agilolfingica*, §. 28. in Vita Henrici Leonis, p. m. 415. aliique, evolvendi, Peculiarem de eodem Itinere diſſertationem, anno 1711. Helmſtadii edidit laudatus Dn. Schmidius. Quo anno ſuſceptum ſit, diſcors Doctorum ſententia. Auctor *Chronici Slavici* apud *Lindenbrogium*, Cap. 33. pag. m. 202. refert illud ad annum 1168. verb. *Conradus, præmemoratus Epiſcopus* (Lubicenſis) --- *exiſtens in Via peregrinationis ad Terram Sanctam, cum Duce Heinrico Leone, obiit in Civitate SURS, quæ alias dicitur TYRUS. anno Domini* 1168. *&c.* aſſentiente Dn. *Toluero*, Cap. *XV. Hiſtor. Palat.* pag. 321. *Chronicon Bigaugienſe*, in calce *Chronici Montis Sereni*, apud *Maderum*, pag. 262. habet annum 1170. ibi: *Dux Hinricus Mare tranſiit.* Laudatum *Chronicon Stederburgenſe* l. c, profert, ut dictum, ann. 1171. de quo etiam citata *Genealogia Ducum Brunſuicenſium*. l. c. & MS. *Chronicon Lubicenſe*, apud *Bangertum*, ad lib. 3. *Arnoldi Lubecenſis*, cap: 3. p, 243. *Indem Jare* 1171. *des achten Dages na Twelfften, da tog Hertoge Hinrik van Brunswic, over Mer &c.* nec non *Marſchalcus Thurius*, lib. 2. c. 4. *Hemingeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, *pag* 116. *Heineccius*, lib 2. *Antiquit. Goslarienſ.* an. eod. p. 170. aliique teſtantur. *Albertus Stadenſis* p. m. 194. ponit ann. 1172. ajens h. a. *Heinricus Dux, per Græciam, ivit Hieroſolymam, rediens ipſo anno.* Sequuntur Eum: Auctor *Hiſtoriæ de Guelfis Principibus*, apud Dn. de Leibnitz l. c. T. I. p. 793. *Heinricus, Dux Bavariorum & Saxonum Hieroſolymitanum iter aggreſſus eſt, circa Purificationem S. Mariæ &c.* *Albertus Crantz Lib. V. Vandal.* Cap. 41, & lib. VI. Saxon. cap. 28. & 29. Inſequentem annum 1173. excurrunt *Godefridus Colonienſis* l. c. *Heinricus, Dux Saxonum, Jeroſolymam, cum quingentis ferè Militibus. tetendit, felici prorſus uſus & honeſta per Terram profectione, & reditu &c.* & *Robertus de Monte*, an. eod. p. 653. *Heinricus Dux Saxonum & Bajoarum, Gener Henrici, Regis Anglorum, perrexit Hieruſalem, cum magno comitatu Militum, & magna ibi incepiſſet & perfeciſſet forſitan incepta, niſi Rex, & Templarii, obſtitiſſent &c.* & *Gobelinus Perſona*, Ætat VI. *Coſmodromii*, cap. 60 apud *Meibomium* l. c. T. I. p. 271. anno Domini 1173. *Henricus, Dux Saxoniæ, cum quingentis fere Militibus, ad Terram Sanctam, pro viſitando Sepulchro Domini, profectus eſt ---- Interim Imperator, exiſtens in partibus Saxoniæ, Potentiores quosdam Provinciæ, quibus Dux Urbes ſuas commiſerat, terroribus, vel promiſſionibus, ſecretò circumvenit, et juramento conſtrinxit, ut, ſi fortè Dux non rediret, Urbes cum Terra ſibi contraderent, Et, . poſt hoc Duce reverſo, propter hæc, facta eſt diſſenſio inter, Imperatorem et Ducem &c.* & noviſſimè Dn. Schmidius l. c § VI. pag. 14. & 15. Ego Stederburgenſem, tanquam teſtem coævum, & doctum., ſecutus ſum, habita ſimul ratione Diplomatis, ad ann. 1172. mox laudandi. Fabulam de Leone,

quem

quem Dux noſter in Palæſtinæ deſertis, cum immani ſerpente, vulgò Dracone, dimicantem offenderit, eumque à ſerpente, amputando huic caudam liberaverit, ſemperque poſthac habuerit comitem erecto tandem, in defuncti memoriam, *Brunſuici, Leone fuſili*, refutat Cranzius lib. VI Metropol cap. 47. p. 167. & lib. VI. Saxon. c. 34 & Meibomius, Not. ad Herlingsbergam l. c. p. 798. & 799. Erectus minimum Leo ille jam an. 1166. ut ad h. a. monui, adeoque diu ante ſuſceptum iter Sacrum Ducis; ne dicam, Veterum neminem tantæ victoriæ facere mentionem.

An. 1172. Domum redeundo Dux noſter, conſtituit in Eccleſia *Dominicae Reſurrectionis Hieroſolymorum*, tres lampades, ad honorem Dei perpetuo arſuras, & quidem *unam, coram glorioſo Domini Sepulchro; alteram vero in Calvariae loco, ante Dominicam Paſſionem; tertiam autem coram Vivifico S. Crucis ligno*. Hæc ex ipſo diplomate, apud Maderum, Antiquit. Brunſuic p. 123. infallibili argumento, ante hunc annum Ducem nondum revertiſſe domum; ſed anno præcedente 1171 iter iſtud fuiſſe aggreſſum, quia diſertè Arnoldus l. c. c. XII. §. 4. p. 258. ſcribit. *Revoluto anno, reverſus eſt Brunſchwig, & lætati ſunt omnes amici Ejus de adventu Ipſius.* Benè hinc *Chronicon Auguſtanum S. Udalrici* ad annum 1172 apud Freherum T. I. Rer. German. p. 361. *Heinricus, Dux Bavariæ, Jeruſalem profectus, reverſus eſt &c.* Conf. *Bangertus* l. c.

An. eod. Hefft Herthoge Hinrick de Lauwe. de Olden Kerken up Danckquorderode (Brunſuici) *in de Ere S. Peters, unde Pauls, gewiget, laten afbreken unde einen nigem Dohm, in de Ere S. Blaſius und S. Johannis Baptiſten, laten uprichten; unde ock de twe Cappellen Sanct Jürgen und Gertruden, ſampt anderen drepliken Gebuwethen düſſer Stat, angerichtet &c.* Ita Membrana S. Blaſiana apud Dn. Rehtmeyerum, Part. I. Antiquitatum Brunſuicenſ. C. VI. §. I. pag. 86. ibidemque, in Additionibus, §. 15 p. 88. Conf. Conradi Bothonis Chronicon picturatum, apud Dn de Leibnitz, T. 3. Rer. Brunſuic. p. 348. ad an. 1172 Inaugurationem factam, ab Hermanno Hildeſheimenſi, ex Cranzii Metropoli, lib. VI. c. 47. p. 167. & Chronico Riddagshuſano Meibomii, Tom. 3. Rer. German. p. 347. diſcimus. Quamvis alia membrana S. Blaſiana, apud Maderum l. c. p. 170. eam in annum 1173. rejiciat, ibi: *Fundata eſt Eccleſia S. Blaſii Epiſcopi, quae nunc eſt.* Conf. *Arnoldus Lubecenſis* l. c. Cap. XII. §. 4 pag. 258 *Catalogus Epiſcoporum Hildesheimenſium*, apud Dn. de Leibnitz, l c. Tom. 2. p. 154. ad an. 1173. Zeileri Topographia Brunſuicenſ. p. 51. ad an. 1172

An. 1173. In diplomate, quo Fridericus Cæſar, apud Frankenfurt, 6. Id. Julii, *concambium Adelheidis* Abbatiſſa Quedlinburgenſis & Gandersheimenſis, cum Fratribus de *Lapide S. Michaëlis.* ratum habet, teſtis occurrit: *Heinricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ.* Vid. Dn. *Kettneri Antiquitates Quedlinburgenſes, Dipl.* Seculi XII. §. XIV. p. 189. & Dn. *Leuckfeldi Antiq. Michelſtein. p.* 91.

An. 1174. Confirmat *Heinricus D. G. Dux Bavvariæ & Saxoniæ* Anteceſſorum dona, in Eccleſiam Cremifanenſem, ſeu *Cremsmünſter* collata; ſub Dato, *In Curia Hering*, XV. Kalend. Octob. 1174. apud *Simonem Rettenpacherum*, lib. 2. *Annalium Cremifanenſium*, Cap. XII. p. 163. &c.

An. 1175. Ultima Mediolanenſibus minanti Imperatori Friderico, apud Clavennam occurrit, ſui tamen ſuorumque damno. Vid. præced. Tit. V. vita Friderici Imp. v. 4. ad an. 1175. & 1176, &c. p. 585. &c. Legi hic poteſt Arnoldus Lubec. lib. 2. Chron. Slav. cap. XV. p. m. 265. &c. recenſens: quibus argumentis Imperator Ducem, ad ſuſcipiendam ſecum expeditionem Italicam, inducere fuerit conatus, potentiæ ejus, divitiarum, honorum, Juramenti Imperio præſtiti; & conſanguinitatis memoriam excitando, quamvis re infecta, addensque: *Cum Dux adhuc renueret, & ad omne obſequium, ſe paratum offerret, ſe tamen in propria perſona venire negaret*, (ob rationes ſupra l. c. allatas, quibus etiam aſſentire videtur *Vitus Arenpech*, in *Chronico Bavarico*, ad h, a. apud Dn. de Leibnitz l. c. T. 3. p. 673. ALEXANDRIA *obſeſſa eſt ab Imperatore* FRIDERICO. *In hac obſidione Imperator non profecit; nam Hainricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ, nepos ſuus, perfidè, vel potius religioſe, ab Eo receſſit, ſumpta Occaſione de Excommunicatione Imperatoris, & ſchiſmate in Eccleſia &c.* de quo ſchiſmate l c. dixi,) *Imperator, aſſurgens de ſolio ſuo; utpote quem anguſtiæ tenebant, ad pedes ejus corruit. Dux autem vehementer conturbatus, de re tam inaudita; quod humiliatus in Terra jaceret, ſub Quo curvatur Orbis, quantocyus Eum à Terra levat, nec tamen Ejus conſenſui animum inclinat &c,* Hinc multæ fabulæ! Otto de S. Blaſio, cap. XXIII. p. m. 209. *Imperator anguſtatus Legatos in Germaniam, pro ſupplemento Exercitus, direxit, ſimulque ad* HENRICUM, *avunculi ſui filium, ducem Saxoniæ & Bavariæ, ut* CLAVENNÆ, *ad colloquium ſibi occurreret; venientique obviam procedens, ut periclitanti Imperio ſubveniret, plus quam Imperialem decet Majeſtatem, humiliter efflagitavit. Dux igitur,* HENRICUS, *utpote ſolus ad ſubveniendum Imperio, hoc tempore, potentia & opulentia, idoneus,* GOSLARIAM, *ditiſſimam Saxoniæ Civitatem, jure Beneficii, pro donativo, ab hoc expetiit, Caeſar autem tale Beneficium ſibi invito extorqueri ignominioſum exiſtimans, minimè conſentit. Pro quo* HENRICUS *iratus, Ipſum in peri-*

Digitized by Google

periculo conſtitutum recedens reliquit &c. Craſſius adhuc *Albertus Stadenſis*, ad an. 1177. p. m. 195. *Imperator, Mediolanenſibus offenſus, Principes in auxilium vocavit, & præcipuè* Heinricum Ducem. *Qui cum Ei difficilis eſſet, ad pedes Ejus procidit, quem Dux levare contempſit. Sed Imperatrix Eum levavit, dicens: Surge mi Domine, memor eſto caſus hujus, & memor ſit Deus &c* Quæ Auctor *Hiſtoriae ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, in vita *Baldewini* intruſi, apud *Lindenbrogium*, p. m. 94. nec non Auctor *Chronici Slavici*, ad an 1177. ibid p. 256 *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1180. p. m. 44. *Henricus Bodo, de Conſtructione Gandeſ.* apud *Meibomium* T. 2. *Rer. Germ.* p. 505 *Chronicon Luneburgicum Dn. Leibnitii* l. c. Tom. 3. pag 174. an 1177. aliique. reperiunt Alii contra ſcribunt, Eum, Cæſarem quidem ſecutum, obſidentem verò *Alexandriam*, in favorem *Mediolanenſium*, à quibus fuerit corruptus, iterum deſeruiſſe, reddita hinc Expeditione irrita; ita *Chronicon Raſtedenſe*, apud *Meibomium*, T 2 *Rer German p.* 99. *Joh. Schiphower*, *in Chronico ArchiComitum Oldenburgenſium*, cap. VII. ib. p 145. *Mutius*, lib. XVIII. *Chron. German.* p. m. 155. *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiae*, cap. XIX. apud *Piſtorium*, p. m. 917. *Nicolaus Staubeimius, de Guelfis Principibus*, apud Dn. de *Leibnitz*, *T. I. Rer. Brunſuic* p. 805. *Aventinus*, lib. VI. *Annal. Boicor.* cap. VI. §. 10. p. m. 615. Alii. Sed, qua fide hæc? De *Goslaria*, vix riſu digna aſſertio; ſanè ſi vel propterea Dux cum Cæſare ire recuſaverit, ut *S. Blaſiano* videtur, Cæſari imputandum, quod, ob unicum Oppidum, totius Imperii Salutem periculo expoſuerit. *Albertum Stadenſem*, & aſſeclas, refutat *Arnoldus* l. c. Reliqui confundunt geſta ante Colloquium *Clavennenſe*, cum iis, quæ poſtea ſecuta; non minus, obſidiones *Mediolanenſem*, & *Alexandrinam*. Dux Expeditioni Cæſareæ, finito dicto Colloquio ſuſceptæ, planè non interfuit, qua ratione itaque Cæſarem perfidè deſerere potuit? Falſum deinde, Eum propterea fuiſſe proſcriptum; formula ſententiæ, in Eum latæ, apud *Gelenium*, lib. I. de *Magnitudine Coloniæ*, Syntagm. VII. p. 73. & 74. nihil ejusmodi continente. Ne dicam, victorias Cæſaris, quas redux in Italiam de hoſtibus reportaverit, vel *Arnoldo* teſte, l. c. c. XVI. pag. 266. & 267. ſufficienti documento eſſe, ob Ducis abſentiam, Eum nec hoſtium campos derelinquere fuiſſe coactum, nec inevitabile damnum Imperio obductum. Nec huc trahendum, quod poſtea fortunam non ſatis comiter habens Cæſar, adverſa Fata ſit expertus, quorum ſupra, in ipſius vita, l. c. p. 586. memini.

An. eod. *Heinricus Dux cum valido Exercitu Bodam fluvium tranſiens, & Groninge initium depopulationis faciens, ad injuriam Bernhardi Comitis, omnia igne domat, inter quæ & famoſum Oppidum Aſcerleve conflagrat. Lapideas vero ſtructuras impulſionibus quaſſat, quaſſatas diruit & ſubvertit &c.* Ita *Chronographus Saxo* h. a. pag 310. Conf. *Chron. Montis Sereni*, an. eod. p. 40. *Henricus Dux Aſchersleve incendit*,

An. 1176. Conflata iterum, in Ducis noſtri exitium, valida Principum conſpiratio, Cæſare coram Principibus, Ipſius hoſtibus; hisque viciſſim coram Imperatore, eidem infenſo, Eum accuſantibus, querelas utriusque partis recenſente *Arnoldo* l. c C. XVI. p. 267. vid. præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 1177. pag 139.

An. 1177. Tranſigente Cæſare, *Venetiis*, cum Papa *Alexandro*, (qua de Pacificatione *Guilielmum Neubrigienſem*, lib. 3. C. 2. & præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h a. p. 137. evolvas,) *Udalricus Halberſtadenſis, auctoritate Apoſtolica, reverſus in Sedem ſuam .. .. faventibus Principibus Orientalibus, contra Ducem Henricum, multa moliri cœpit &c.* Ita *Arnoldus Lubecenſis* l. c. lib. 2. c. XVII. §. 2. ad h. a. p. 268. Conf. *Chronicon Stederburgenſe*, an eod. apud *Meibomium*, l c. Tom. I p. 455. & Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 860. *Chronicon Bigaugienſe*, an. eod. apud *Maderum*, p. m. 262. *Chronicon Montis Sereni*, an eod. p. 42 *Albertus Cranzius*, lib. VI. *Saxon* C. 38. Dux contrà, *cum gravi expeditione. Slaviam intraverat, & expugnabat Dymin &c.* Hæc *Arnoldus* l. c c. XVIII. §. 1. pag. 268 Add. *Chron Bigaugienſe*, l. c. *Crantz* l. c. Non multo poſt, *Caſimirum* & *Bogislaum*, Pomeraniæ Principes, Danorum pertæſos, ſpontè ſe Duci noſtro ſubjeciſſe, èx *Saxone, Grammatico*, lib. XIV. *Rer. Danic.* p. m. 302. diſcimus: *Kazymarus & Burgiſzlavus, Danicarum virium metu, Henrico ſe ſubdunt, Regnumque ſuum, hucusque liberum, Saxonici muneris faciunt. Ergò, dum ex hoſtibus alterum metuunt, alterius jugum ſumpſerunt, auxiliumque petendo, antiquae libertatis beneficium amiſerunt &c.* Conf. *Conring.* de *Finib. Imp* lib. I cap. 16. §. 19. p. m. 169.

An 1178. Audiens Dux. *Udalricum* Halberſtadienſem firmaſſe præſidio montem *H pelberg, venit illuc, cum multitudine armatorum, &, abjectis hoſtibus, fregit munitionem. At illi, reſumtis viribus, cœpto operi inſtiterunt. Cumque ſecundò occurreret eis Exercitus Ducis, illi invaleſcentes, hos in fugam verterunt, &, plurimis captivatis, ſpolia multa acceperunt. Multi etiam ibi perierunt, ſuffocati in locis paluſtribus &c.* Hæc *Arnoldus* l c, cap. XX. p. 269 & 270 Conf *Cranzius* l. c. *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad an. 1178. apud Dn de *Leibnitz*. T. 3. *Rer Brunſuic.* p. 350. vocat caſtrum Epiſcopi, *Langbenſteyn.*

An. eod. Duci noſtro arma quoque inferens *Philippus, Colonienſis ArchiEpiſcopus, cum multis Terræ ſuæ Principibus, totam Weſtvaliam, incendiis & rapinis*

devaſtat &c. Sunt verba *Chronici Stederburgenſis*, ad h. a. apud Meibomium l. c. & Dn. de Leibnitz l. c. Add. *Arnoldus* l. c. lib. 2 cap. XXIV. §. 1. pag. 275. *PHILIPPUS Colonienſis, cum multitudine gravi, exiens de finibus ſuis, pervagatus eſt Terram Ducis, devaſtans eam incendiis multis, & ita procedens, usque Quernhamele &c.* & *Chronicon Montis Sereni* h. a. pag. 43. *PHILIPPUS, Colonienſis ArchiEpiſcopus, cum infinita multitudine, ad repetendam hæreditatem Ottonis, Comitis de Aſſe, ſui nepotis, & Chriſtiani, Com. de Aldenburg, contra HENRICUM Ducem venit, ſed Wichmannus ArchiEpiſcopus* (Magdeburgicus) *multo labore, pacem inter ipſos reformavit &c.* & *Cranzius* l. c.

An. eod. Ex Italia, *Spiram* reverſo Imperatore, conqueſtus Princeps noſter, de injuriis hinc inde, ab Imperii Proceribus, Colonienſi maximè, ſibi illatis, inverſo Judicii ordine, conſtituitur, ex Actore, Reus, ad varias vocatus Curias, querelis Principum ſatisfacturus Vid. *Arnoldus* l. c. §. 2. &c. & præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 1177. p 139. *Cranzius* l. c.

An. 1179. Imperator, cum Colonienſi ArchiEpiſcopo, & univerſis penè Regni Principibus, Ducem, HENRICUM, cum univerſa Terra ſua, miſerabili clade afflixit, ita, ut nec cœnobiis, nec Eccleſiis, nec Præbendis Fratrum, nec ulli ætati, vel ſexui, parceret, & ipſum Ducem proſcripſit &c. Hæc *Chronicon Stederburgenſe*, ad h. a. apud *Meibomium* l. c. pag. 455. & Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 860. Conf. *Arnoldus*, l. c. lib. 2. cap. XXV. §. 1. p. 282. *Albertus* Cranzius l. c cap. XXXIX. De proſcriptione Ducis facta *Herbipoli*, legas præc. Tit 2. l. c. p. 139. & ad an 1179. & 1180. p. 140.

An, eod. Halberſtadenſis Civitas, cum majori Monaſterio, & univerſis tam Monaſteriis, quam Eccleſiis, miſerabili incendio, plus quam cum mille hominibus, per homines Ducis (Henrici) *attrita eſt. ODELRICUS Epiſcopus, & ROMANUS Præpoſitus, cum pluribus militibus, capti ſunt. Caſtrum HORNEBORG, à Militibus Ducis viriliter expugnatum, reſtruitur &c.* Ita *Chronicon Stederburgenſe* l. c. Conf. *Chron. Montis Sereni*, ad h. a. pag. 43. *Chron. Bigaugienſe*, an. eod. pag. 263. *Albertus Stadenſis vero* pag. m. 195. & *Chron. Slavicum*, apud *Lindenbrogium*, p. 256. referunt *Halberſtadenſe*, excidium, ad annum 1178. Additionator *Lamberti Aſchaffenburg.* pag. m, 256. planè ad an. 1175. de facto teſtatur etiam *Arnoldus*, l. c. cap. XXVIII. pag, 285. & XXIX p. 287. *Chronicon Rhythmicum*, apud Dn. de *Leibnitz* T 3. *Rer. Brunſuic.* cap. XXXIV. pag 58. *Cranzius* l. c. cap. 40.

An. eod. Wichmannus Epiſcopus (Magdeburgicus) *Caſtrum Ducis* (Henrici) *Haldensleve, obſedit: ad cujus auxilium, non tantum noſtri Principes, ſed Epiſcopus Colonienſis, cum duobus Ducibus, & octo Comitibus, quatuor millia armati, ad deſtructionem illius Caſtri convenerunt. Sed heu! ad ultimam deſolationem totius Saxoniæ, Cœnobium Haldensleve vaſtatur. Orta inde diſcordia in Exercitu, diſceſſerunt, vaſtantes in via obvenientia. Dux, illis digreſſis, ſupervenit, circa Bodam Fl. omnia comburens & vaſtans Calve, Curiam Epiſcopi, exuſſit &c.* Hæc Chronicon *Bigaugienſe* l. c. Conf. *Arnoldus* l. c. lib. 2. cap. XXV. §. 2. p. 282. & 283. *Chronicon Rhythmicum* Dn. de *Leibnitz* l. c. *Conradus Botho, Chron. picturat. Brunſuic.* ad an. 1181. apud eundem, l. c. pag. 350. Quid plura? *Sclavi, Lithewizen,* (Lutitii) *& Pomerani, vocatione Ducis Henrici, Provinciam Juterbok,* (Wichmanno Subjectam) *invaſerunt, ipſaque vaſtata, & multis interfectis, plures captivos, viros & fœminas, abduxerunt. Abbas etiam Monaſterii, quod Cinna dicitur, qui & primus, tunc fuit interfectus. Henricus Dux, Calve, & inde Provinciam totam, usque Vroſe, incendio vaſtavit &c.* Ita *Chronicon Montis Sereni* l. c,

An. 1180. Exauctorationis ſententia in Principem noſtrum inauditum, nec ullius convictum criminis, (ſed propterea duntaxat, quod, prolatis *Spiræ*, contra Colonienſem, querelis, ex Actore, conſtitutus Reus, in Curia *Wormatienſi*, hoſtibus judicandum ſeſiſtere noluerit; nec, *Magdeburgi*, cum *Theodorico* Marchione *Landsbergico*, ineundi certaminis privati ancipiti eventu, cauſæ bonitatem experiri; nec quinque marcarum millia, ad inſtantiam Imperatoris, cujus colloquium, per internuncios, *Haldenslebiæ* expetierat, placandis ſic Principibus, pendere; nec, tertia vice *Goslariam.* in judicium vocatus, eò quod iterum Judices Actorum ſimul munere fungerentur, comparere; quidni? quia *Guelfus* erat, adeoque *Hohenſtauffiorum* Genti odio dignus viſus, imò perdendus, ex quo maximè, debellatis fortiter *Wendis*, mactus gloria, undique hoſtibus hinc inde caſtigatis, terrorem incuſſerat, indignabundo deſuper Imperatore,) in *Herbipolenſi* Curia, tumultariè, & inter arma, lata, *Geylenhuſæ* promulgatur, vi cujus *Angaria*, & *Weſtfalia*, Ducatu *Bavariæ*, aliisque Feudis, ab Imperatore & Imperio, recognitis, atque in *Philippum* Colonienſem, *Bernhardum* Anhaltinum, *Ottonem* Wittelſpachium, aliosque, viciſſim translatis, eſt exutus. Charta proſcriptionis extat apud *Gelenium* de *Magnitudine Coloniæ*; ut & apud *Schatenum*, L. IX. *Annal. Paderbornenſ.* ad an. 1180. p. 850. &c. Conf. præced. Tit. 2. l. c. p 139. & 140. quamvis, non ſine proteſtatione, *Dux* enim, (ut *Arnoldi* verbis utar, lib 2. c. XXIV. §. 9. p. 276.) *injuſte de ſe judicatum eſſe, affirmabat, dicens: Se de Suevia oriundum, & nullum proſcriptione damnari poſſe, non convictum in Terra Nativitatis ſuæ &c,*

An. eod. Dux, egregio Exercitu congregato, direxit

eum

Digitized by Google

eum in Weſtfaliam, per manus Adolfi, Com. de Schawbenburg; Bernardi, Com. de Raceburg; Bernardi, Com. de Welpe (qui etiam, aliis à Duce deficientibus, ipſe fidelis ſolus permanſit) Guncelini, Com. de Suerin, Ludolfi Comitis, & Wilbrandi, fratris ejus de Halremund, ut pugnarent, contra inimicos ſuos in medio terræ eorum, qui fines ſuos, in partibus illis occupaverant --- & conſederunt contra Oſenbrugge. Cumque appropinquaſſet Exercitus hoſtilis, attriti ſunt Weſtfali, (in Hallerfeld) *plaga magna, eò quod Saxones, qui Holſati dicuntur, viri ſunt abſque miſericordia, & humani ſanguinis avidiſſimi fuſores, & non pepercit oculus eorum majori vel minori, ſed omnes, quos oppoſitos habebant, inſatiabiliter neci tradiderunt --- Jacta autem eſt diſceptatio inter Ducem, & Comitem Adolfum, & cæteros Nobiles, de captivis. Dicebat enim Dux: ſui juris eſſe, ut omnes captivi ſibi redderentur; Cui conſentiebat Guncelinus Comes, Conradus de Rothe, redditis captivis ſuis, & alii de Domo Ducis familiariores; Econtra illi dicebant: Se de propriis ſtipendiis militare, & ideo juſtum eſſe, ut de captis ſua reciperent: nec omnino ſtipem militiæ ſe habere poſſe dicebant, ſi eorum captivi in uſus alienos tollerentur &c.* Hæc *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 2. cap. *XXVII.* pag 283. & 284. immediatè ſubnectens: *His contentionibus Comes Adolfus animum Ducis graviter irritavit. Et ex illo tempore ſeminarium diſcordiæ inter eos pullulat. Ipſe autem, cum aliis, reverſus eſt in Terram ſuam, cum numeroſa multitudine captivorum: & præda multa &c.* Cont. *Albertus Cranzius*, lib. VI. *Saxon.* cap. 39 & lib. VI. *Vandal.* cap XII.

An. eod. Henricus Dux, Thuringiam vaſtans incendio, Landgravium, (Ludovicum) *& fratrem Ejus,* (Hermannum) *cum multis Nobilibus, captivum duxit &c.* Ita *Chronicon Stederburgenſe*, ad hunc annum l. c. Conf. de hac Expeditione, *Arnoldus*, lib. 2. Cap. 30. pag. m. 288. *Godefridus Colonienſis.* ad h. a. apud *Freherum, T. 1. Rer. German. pag.* 247. *Chron Montis Sereni*, an, eod. p. 45. *Chron. Bigaugienſe*, an. eod. p. m. 264. *Chronicon Rhythmicum de Ducib. Brunſuicenſibus*, apud Dn. de *Leibnitz, T. 3. Rer. Brunſuic.* Cap. 36 pag. 62. *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Cosmodromii*, Cap. 60. apud *Meibomium, T. 1. Rer. German.* p. 273. *Theodoricus Engelhuſius*, Chron- in vita *Urbani III.* P. R pag. 241. referens eam in annum 1179. *Conradus Botho*, in *Chron. picturato Brunſuic.* ad an. 1181. apud Dn de *Leibnitz* l. c. p. 351. Hiſtoria *Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. XXIV. apud *Piſtorium*, pag. 918. & 919. *Cranzius*, lib. VI. *Saxon.* cap. 41.

An. eod. In Nativitate Domini, egit (Dux noſter) *diem ſolemnem in Luneburg, & vocans Dominum, Epiſcopum* (Udalricum Halberſtadenſem, Erdeneburgi cuſtodia detentum) *ſtatuit cum eo conditiones pacis; &, relaxata captivitate, cum honore eum ad ſua remiſit. Veniens autem Epiſcopus in Huſenburg, infirmitate tactus --- beato fine, diem clauſit extremum* Vid. *Arnoldus*, l. c. lib. 2. cap. *XXIX.* §. 3, pag. 287. Conf. *Chronicon Montis Sereni* ad h. a. pag. 43, *Chronicon Bigaugienſe*, an. eod. pag. 263. & 264. ambo teſtantia, pacta inter eos conventa, ab Imperatore & Papa Romano fuiſſe reddita irrita: *Cranzius* L. VI. *Saxon.* cap. XL. Obitum Epiſcopi præfati in hunc ipſum annum refert quoque *Chronicon Stederburgenſe*, apud *Meibomium*, l. c. pag. 455. & Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 860. *Bangertus*, contrá, ad lib. 2. *Arnoldi*, cap. *XXIX.* §. 3. pag. 287. in an. 1182. 30. Julii.

An. 1181. Simultate, inter Ducem, & *Adolfum*, Holſatum, propter captivos, cujus modò memini indies creſcente, Comiteque, ut & *Adolfo* Daſſelenſi, deſuper Ducem deſerentibus, *Dux occupavit omnem terram ejus, trans Albiam, & expugnavit Caſtrum Plune, &, ejectis hominibus ſuis, collocavit illic MARCRADUM, Præfectum Holſatorum. Caſtrum autem SIGEBERGE, quia inexpugnabile erat, diutina illud obſidione expugnabat per Bernhardum, Comitem de Raceburg, quod mater Comitis, Domina Machtildis, conſtanter tenebat; exſiccata autem ciſterna, ſitierunt hi, qui in caſtello erant. & --- ſub conditione pacis, caſtrum dederunt & præfecit ei Dux Lupoldum quendam, natione Bavarum &c.* Hæc *Arnoldus* l. c. L. 2. c. XXX. §. 6. p. 289. *Cranzius* l c cap. XLI. & lib. VI. *Vandal.* cap XII,

An. eod. Imperator audiens, quod defeciſſent hi à Duce, convertit faciem ſuam venire in Saxoniam, & timuerunt valde omnes Viri bellatores, qui erant in Caſtris Ducis à facie ejus. Et Eo approximante, ſive ex neceſſitate, ſive ex voluntate, omnia caſtra Ejus firmiſſima, & ſe ipſos in poteſtatem Imperatoris tradiderunt. Multi enim Miniſterialium Ducis, qui ab incunabulis ab Eo educati fuerant, & quorum Patres, ſine omni contradictione, ipſi ſervierant: ut Heinricus de Witha, Lupoldus de Hertesburg, Ludolfus de Peina, & plures alii, receſſerunt ab Eo, & ad Imperium ſe tranſtulerunt. Invaluit ergò Imperator, cum obtinuiſſet Caſtra firmiſſima: Hertesburg, Lawenburg, Blanckenburg, Regenſtein, & convertit Exercitum ad expugnandam Lichtenberg; & poſt paucos dies tradita eſt in manus illius &c. Hæc *Arnoldus* lib 2. c. 31. §. 1. & 2. pag. 290 pergens, cap. 32. §. 1. p. 290 *In diebus illis Imperator occupavit montem excelſum prope Goslariam, qui Hartesburg dicitur, firmans illic Caſtrum, & cingens muro valido &c.* Conf. *Godefridus Colonienſis* h. a. pag. 248. *Chronicon Montis Sereni* ad ann. 1180. pag. 45. & 46. *Chron. Bigaugienſe*, an. eod.

pag. 264. & 265. *Gobelinus Perſona* l. c. *Conradus Botho, Chron. Picturat.* ad an. 1182. apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom. 3. pag. 351. *Cranzius*, libr. VI. *Saxon.* cap. 42. Cernimus ſimul hinc, falſam eſſe *Erici* Regis, in *Hiſtoria Gentis* Danorum, h. a. aſſertionem, apud *Lindenbrogium*, p. m. 271. *Anno Domini* 1181. *Rex Waldemarus occurrit Fritherico Imp. apud Thraven, ubi duas filias ſuas maritavit; unam, filio Imperatoris; aliam, Comiti Sifrido; ubi etiam obtinuit ab Imperatore Dominium totius Nordalbingiæ, hoc eſt, omnium Terrarum ad Aquilonarem partem Albiæ; ſuper quo habuit literas Imperiales cum Bulla Aurea, & literas Papales, videlicet Dn. Innocentii Papæ III. de confirmatione dictæ collationis pro jure perpetuo habendæ. Sed has literas, poſt mortem Regis Abe quædam, mulier Teutonica, filia diaboli, de ſtruxit in odium Danorum &c.* nam (1) Congreſſus hic an. 1182. demum contigit, ut mox probabo, (2) *Saxo Grammaticus*, lib. XIV. ad nauſeam etiam invidiamque, Danorum gloriæ propola, nihil horum meminit; (3) *Adolfus*, Holſatiæ Comes, potiorisque *Nordalbingiæ* partis Dominus, Cæſaris Caſtra ſecutus eſt, cui Imperator quoque, compulſa ad deditionem *Lubeca*, ut *Arnoldi* verbis utar, lib. 2. Cap. 35. §. 9. p. m. 296. *medietatem tributorum, totius Civitatis de teloniis, de molendinis, de trapezitis, in beneficio dedit, tum, quia multum Imperio ſervierat; tam, quia propter ipſum* (Cæſarem) *exulaverat &c.* adeoque nullatenus ab Eo Terris ejectus eſt, in *Woldemarum* translatis. (4) Reliqui Comites vicini, veluti: *Razeburgicus, Suerinenſis, Luckovienſis, Dannebergicus &c. Bernhardo* Duci, quem Cæſar ſummopere tuebatur, fidelitatem præſtitere; (5) *Lubeca*, Imperialis facta Civitas. (6) *Woldemarus*, nunquam aliquid juris in Saxoniam ſibi arrogavit &c. (7) *Canutus Woldemari* filius, demum an. 1187. *NordAlbingiam* infeſtavit, ſed planè aliis de cauſis, de quibus, vid. ſeq. *Catal Ducum Vened.* v. 24. ad ann. 1184. & 1187 Conf. *Conring. de Finib. Imp* lib. I. Cap. XVI. §. 3. & 4. p. m. 150. & 151.

An. eod. Deficiunt *Pomerani* à Duce Noſtro. *Circa dies illos* (quibus præfata Caſtra in Saxonia Imperatori tradita) *mortuus eſt Cazamarus, Princeps Pomeranorum, Duci amiciſſimus, & defecerunt ab eo Slavi; quia Frater ejus, Bugislaus, Imperatori conjunctus, hominium & tributa, ei perſolvit &c.* Ita *Arnoldus* lib. 2. Cap. XXXI. §. 3 pag. 290. Conf. ſeq *Catal Ducum Vened.* v. 24. ad h. a.

An. eod. Nativitatis Domini ſolennia celebrans Dux *Luneburgi*, proditionis accuſatum Comitem *Bernhardum* de *Razeburg*, ejusque filium, *Volradum*, captivos ducit; utrique verò, expugnato eorum Caſtro *Razeburg*, *Gadebuſchum* abire permittit. Quibus non multò poſt ad *Bernhardum* ſecedentibus, *Gadebuſcho* quoque, & tota ipſorum terra, potitur, *Razeburgum* novis muniens operibus. Vid. *Arnoldus* lib. 2. cap. XXXIII. pag. 292. *Cranzius*. l. c.

An. 1182. Amittit *Razeburgum*, & *Stadium* ſe recipere cogitur. *Proxima æſtate*. (inquit *Arnoldus* lib 2. cap. XXXIV. p. m. 293.) *Imperator totus infuſus finibus Ducis, in manu valida, intravit* (altera vice) *Terram Illius, &, ejecturus eum de Terra, in propria perſona Albiam tranſire diſpoſuit; timens autem, ne poſt eum inſurgerent inſidiæ, Philippum Colonienſem, cum aliis Principibus, præcepit ſervare Brunſchwig; Bernhardum vero Ducem, & fratrem ejus, Othonem, Marggrafium de Brandenburg, cum aliis Principibus Orientalibus, propter Luneburgenſes, depoſuit Bardewich; Ipſe autem — convertit Exercitum verſus Albiam. Quo approquinquante, Ludovicus, Comes Provincialis* (Thuringiæ) *qui prius in Luneburg cuſtodiebatur, deductus eſt Sigeberg, & in arctiorem cuſtodiam eſt traditus. Dux autem, eo tempore, Lubeka, conſtitutus erat, muniens Civitatem, & erigens machinas multas. Quibus diſpoſitis, in die Apoſtolorum Petri & Pauli, abiit Raceburg; cumque manè inde proficiſceretur, tendens ad albiam, ſecuti Eum ſunt omnes, qui in Caſtro erant, quaſi deducentes Eum cum gaudio; videntes autem hi, qui, de parte Bernhardi Comitis, ibi remanſerant, quod vacuum eſſet Caſtrum, repente occupaverunt illud, &, capta arce, concluſerunt valvas ejus, & quotquot remanſerant de ſervis Ducis, ejecerunt foras. Dux autem audiens, quod factum fuerat frendens animo reverſus eſt ad Caſtrum, & invenit contra ſe obſtinatos animos illorum. Repente autem miſit Sigeberge, ad Lupoldum; & Plune, ad Marcradum, ut quantocyus venirent cum Holſatis, ſi fortè poſſet ejicere illos, quia pauci erant. Interea venit, qui diceret, jam appropinquare Cæſarem, & ſic imperfecto negotio aliis, amarus in indignatione animi ſui, & venit Ertenebug. Et videns appropinquare Caſtra Cæſaris, ſuccendit ipſum Caſtrum, & ingreſſus naviculam, per devexa Albiæ proficiſcens, abiit Stadium &c.* Conf. *Pontanus*, lib. VI. *Rer Danic.* ad ann. 1180. *Chron. Bigaugienſe*, ad an. 1181. p. 265. *Cranzius* l. c. Ex vetuſto MS. probat Dn. *Schlæpken*, Part. I. *Chron. Bardovicenſ.* Cap. XIII. §. 46 p. 196 Ducem voluiſſe prius *Bardovicum* ſe recipere, quam *Stadium* ſeceſſerit, à civibus verò non fuiſſe intromiſſum: *Tho der Tydt, als Kayſer Friderich, mit gantzer Heers-Macht, in dat Land getagen, und Unſe Gn. Heren, Hertog Hinrich, den Landes-Forſten, van Landen und Lüden verjeget, hefft S. Gn. de Börger van Bardewick angelangeth, und in de*

Stadt

Statt Schutt tho hebben, begehret, vor des Kayſer Hertogen, und Krieges-Volcke- -- dat is ſine Gn. affgeſchlagen, und gewægert worden. Denn als S. Gn. vor de Stads in Barwicken gekahmen, hebben die Bærger vor S. G. de Dobre thotgeſchlaten. Derhalven S. G. na STADE getagen &c. Ita & Bünting. Chron. Brunſuic. pag. 162. Expeditionem hanc fuiſſe anno 1182. ſuſceptam, ex coævo Stederburgenſi Abbate, Gerhardo, in Vita Henrici Leonis, ad h. a. apud Meibomium T. I. Rer. German. pag. 430. & Stederburgenſi Chronico ad h. a. apud Jll. Dn de Leibnitz T I. Rer. Brunſuic. pag. 860. cujus Auctor itidem tunc multa, ut ipſe l. c. fatetur, perpeſſus, diſcimus.

An. eod. Imperator, tranſito flumine (Albis) venit Lubeke, & occurrit Ei Exercitus Slavorum, & Holſatorum; Waldemarus quoque Rex Danorum, cum multa Claſſe, venit ad oſtium TRABENÆ, & obſeſſa eſt Civitas terra marique. In Civitate vero erant: Simon, Com. de Teckenburg, & Bernhardus, Com. de Aldenburg, & æquivocus ejus, Comes de Welpe, cum Marcrado Præfecto Holſatorum, & Emecone de Nemore, cum quibusdam Holſatis ſtrenuiſſimis, & multitudine infinita Civium &c. Ita Arnoldus lib. 2. Cap. 35. pag. 294. Hac rerum facie, mittunt Cives Stadium Legatos, interrogaturum Ducem: quid facto opus? quo in deditionem conſentiente, tradunt ſe obſeſſi Imperatori, libertatem tamen & privilegia, à Duce conceſſa, viciſſim confirmanti & augenti, Comitique Adolfo Holſatiæ exuli, medietatem tributorum totius Civitatis, de teloniis, de molendinis, de trapezitis, in beneficio danti &c. Vid. Arnoldus, lib. 2. C. XXXV. §. 1. 5. 6. 7. & 8. pag. 294. ad 296. Referunt expugnationem hanc in annum 1181. Albertus Stadenſis h. a. p. 197 Ericus, R Daniæ, in Hiſtoria Gentis Danorum, an. eod. apud Lindenbrogium. p. m 271. Chronicon Slavicum, an. eod. ibidem, pag 256. aliique; fatentibus autem omnibus, contigiſſe eam poſteriori Expeditione Cæſarea in Saxoniam, Chronico Bigaugienſi, pag. 266. Cranzio, lib. VI. Vandal. C. XV. Chronico Slavico apud Lindenbrogium, pag. m. 205. Cap. XXXVIII Lehmanno, Chron. Spirenſ. lib IV. Cap. IV. §. 4 pag. 287. Petro Lambecio, lib I. Orig, Hamburg, §. 82 ad an. 1182. pag. m. 24. & 25. aliisque, aſſentiens. ad annum. 1182. eam referendam duxi. De facto teſtantur: Henricus Aquilonipolenſis Poëta, de Primordiis Lubicanæ Urbis Cæſareæ, lib 2. C. 7. & 8 apud Meibomium T. I. Rer. German. pag. 607. Kranzius, lib. VII Metrop. Cap. 2. p. m 170. & lib. VI. Saxon. Cap XLIII. cit. Auctor. Chron. Slavici, Cap. XXXVIII. p. m. 202. Alii. Evaſiſſe tunc LUBECAM, Civitatem Imperialem, Urbiumque Maris Baltici caput, data ſimul Senatui facultate geſtandi auri, charactere inſuper Romani Imperii Conſiliariorum: inſignito, docet Hermannus Kornerus, MS. Chron. verba recitante Bangerto, ad lib. 2. Arnoldi, Cap. XXXV. §. 8. pag. m. 296. Conceſſit (Imperator) eisdem Civibus (Lubecenſibus) gratioſe, ut amplius caput eſſent omnium Civitatum maritimarum, & quod Conſulatus (Senatus) eorum aurum deferre poſſet, & eo uti, ut Milites; (Nobiles) & inſuper omnes in præſentiarum de Conſulatu exeuntes, & in perpetuum futuros aſſumpſit, de ſpeciali gratia, in Conſiliatores Imperii &c. Conf. Chronicon Slavicum Lindenbrogianum, Cap. XXXVIII. pag. m. 205. Poëtaſter Aquilonipolenſis l. c Cap. VIII. p. 607. Cranzius, lib. VI. Vandal. Cap. XV. Lehmannus l. c. Lambecius l. c.

An. eod. Rebus Lubecæ ritè diſpoſitis, Imperator inde regrediens, tranſivit Albiam, & caſtra metatus eſt juxta LUNEBURG, ad plagam occidentalem. Dux autem apud STADIUM poſitus --- videns, ſe in arcto poſitum, rogavit Dn. Imperatorem, ut, Ipſius conductu, veniret LUNEBURG, ſperans, ſe apud Ipſum, alio pacto, miſericordiam invenire -- veniens LUNEBURG, omnibus modis, per internuncios, animum Imperatoris lenire ſtuduit; captivos etiam ſuos, LUDOVICUM Landgrafium, & HERMANNUM, fratrem ejus, Palatinum, de captivitate laxavit, ſperans, ſe his beneficiis, gratiam aliquam mereri: ſed nihil inde conſecutus eſt. Imperator tamen, inde proficiſcens, Curiam apud QUIDELINGEBURG ei præfixit, ut ibi inter Principes, quid de ipſo fieret, Juſtitia mediante, decerneretur - -- ubi, cum nihil de cauſa ipſius tractatum fuiſſet, propter ſeditionem, quæ inter Ipſum, & æmulum Ejus, Ducem Bernhardum, coorta eſt, aliam ei Curiam, apud ERPISFORDIAM, (Erfordiam) indixit. Tunc temporis, SIFRIDUS, ArchiEpiſcopus Bremenſis, in plenaria reſtitutione, recepit STADIUN, cum omnibus aliis. quæ antea Dux, quaſi de Bremenſi Eccleſia inbeneficiatus poſſidere videbatur; ſexentas tamen mareas argenti PHILIPPO, Colonienſi ArchiEpiſcopo, perſolvit, quem rogaverat, ut cum Exercitu veniens; STADIUM expugnaret - - - Comes etiam BERNHARDUS (Razeburgicus) & Comes ADOLFUS (Holſatiæ) Caſtra, & Provincias ſuas, per Imperatorem, adepti ſunt. Dux autem veniens ad Curiam ſibi præfixam, totum ſe ſubmittens gratiæ Imperatoris, venit ad pedes Ejus, Qui de terra levans, oſculatus eſt eum, non ſine lachrymis, quod tanta inter eos controverſia diu duraverit, & quod ipſe ſibi tantæ dejectionis cauſa fuerit. Quæ tamen tam veræ fuerint, ambigitur: nam videtur Eum verè non fuiſſe miſeratum, quia ad ſtatum priſtini honoris Eum reſtituere non eſt conatus. Quod tamen, propter jusjurandum, ad præſens facere non potuit. Denique, cum omnes Principes ad dejectionem ipſius aſpirarent, juravit eis Imperator,

Digitized by Google

ratior, perthronum Regni ſui, nunquam ſe eum in gradum priſtinum reſtauraturum, niſi id fieret in beneplacito omnium; hoc tamen circa ipſum diſpenſatum eſt, ut Patrimonium ſuum, ubicunque terrarum fuiſſet, ſine omni contradictione, liberrimè poſſideret. Dux vero, per triennium, terram abjuravit, ut infra tempus id, terram ſuam non intraret, niſi per Imperatorem revocatus. Profectusque eſt ad Generum (Socerum, Henricum) *ſuum, Regem Angliae, cum Uxore & liberis, & apud Eum moratus eſt omni tempore illo. Quem Rex Angliæ honeſtiſſimè ſuſcipiens, Ipſum quaſi Principem ſuper omnem Terram conſtituit, & omnes qui ſecum exulabant, donis multis ampliavit &c.* Hæc omnia *Arnoldus* lib. 2. Cap. XXXVI. pag. 297. & 298. Conf. Cranzius, lib. VI. Saxon. Cap. XLIII. Non confundenda Erfordienſis hæc Curia, cum altera, an. 1183. ibidem celebrata, cujus præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 141. & Tit. 5. §. 11, in Vita Friderici I. Imp. an. eod p. 586. memini, de qua etiam *Hiſtoria ArchiEp. Bremenſium,* in vita *Bartholdi*, ap. *Lindenbrogium*, ad ann. 1183. p. 95. *Chronicon Slavicum*, an eod l. c. p 256. aliique evolvantur. Quæ de STADIO hic dicuntur, confirmat Philippus Imp. Dipl. ann 1199. *Hildesheimi* dato, apud *Lindenbrogium*, inter *ArchiEccleſiæ Hummaburgenſis Privilegia*, §. *LXIII.* pag. m. 170. *Nos, attendentes devotionem dilectorum ac fidelium noſtrorum, HARTWICI II. Bremenſis ArchiEpiſcopi, Cleri, ac totius familiae Bremenſis Eccleſiæ, Caſtrum STADII, cum Comitatu, & univerſis pertinentiis ſuis, patrimonium quoque RODOLPHI Marchionis, nec non hæreditatem Nobilis Fœminæ, IDÆ; patrimonium Comitis Friderico de Stadio, quod quondam Dux Henricus, per violentiam, occupaverat, ſed Sereniſſimus Pater noſter, FRIDERICUS, divæ memoriæ, Romanorum Semper Auguſtus, poſtmodum, in ſolemni Curia, apud ERFORDIAM celebrata, per ſententiam Principum, & totius Curiae ſuae, EIDEM DUCI abjudicatum, Eccleſiae Bremenſi reſtituit, donavit, & confirmavit --- Eccleſiae Bremenſi, perpetuo jure poſſidendum cofirmamus &c.* Circa iter Ducis duo notanda: *tempus*, quo illud ſuſceperit; & *locus*, quo ſe receperit. Illum, hoc ipſo anno ad Socerum ſuum, *Henricum II.* Angliæ Regem, profectum, teſtantur *Rogerus de Hovedeu*, part. poſter. *Annalium*, in vita *Henrici II.* ad h. a. pag. 617. *Dux, & Uxor Ejus, cum filiis, & filiabus --- egreſſi ſunt de Terra, & cognatione ſua, & venerunt in Normanniam, ad HENRICUM, Regem Angliæ, Patrem prædictæ Duciſſæ, quos Ipſe cum gaudio ſuſcepit &c.* *Godefridus Colonienſ.* h. a. pag. 248. *Chronicon Bigaugienſe* an. eod. pag. 265. *Albertus Stadenſ.* h. a. pag. 197. *Chronicon Luneburgicum* Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rerum Brunſuic.* pag. 174. an. eod. *Bangertus*, ad dictum locum *Arnoldi*, §. 7. lit. c. pag. 298. Alii; adeoque non anno 1181. ut *Roberto de Monte* h. a. pag 672. *Chronico Slavico Lindenbrogiano*, h a. p. m. 256. Cranzio l. c. Cap. XLIV. & aſſeclis videtur. Seceſſit autem in NORMANNIAM, ubi Socer ejus tunc commorabatur: Vid. *Rogerus* l. c. *Robertus de Monte* l. c *Bangertus* l. c. non in ANGLIAM, ceu *Godefridus* l. c. *Albertus Stadenſ. l. c. Chronicon Slavicum l. c. Cranzius l. c. Chronicon Luneburgicum*, l. c. & Recentiores, arbitrantur. Quamvis biennio poſt, ut ſuo loco dicam, eò ſe contulerit. Eum Terram ſuam ſeptem annos abjuraſſe, Imperatoremque, precibus Alexandri Pontificis, Philippi R Halliæ, Henrici R. Angl. & Philippi Com. Flandriæ, exoratum, quatuor annos de exilio remiſiſſe error eſt *Rogeri de Hoveden*, l. c. ad annum 1180. p., 595. Landgravii Thuringiæ, Ludovici, ejusque fratris, Hermanni, liberationem, comprobant quoque, *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. Coſmodromii, cap. 60. p. m. 273. *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiae*, C. 24. apud Piſtorium; pag. 919. Cranzius: l. c. Cap. 43. &c. Quod ad Patrimonium, Duci ſalvum relictum, attinet, litat veritati Ubbo Emmius, lib. VII. Rer. Friſic. ad an. 1186. cum ſcribit, Principem noſtrum, ab exilio reverſum, Brunſuicenſem & Luneburgenſem agros, ab Imperatore, qui iis fuerit potitus, dono recepiſſe.

An. eod. Abſente Duce, *non erat Rex in Iſraël, ſed unusquisque, quod rectum in oculis ſuis videbatur, faciebat --- Bernhardus Dux, qui Principatum obtinere videbatur, ſegniter agebat, & cum prius, in Cometia poſitus, ſtrenuiſſimus fratrum ſuorum fuiſſet, ad Ducatum promotus, non ut verus Princeps proficiebat, ſed, ut ſuperpoſitus, degenerabat, & quaſi pacificum ſe exhibens, in omnibus tardus & diſtinctus* (diſcinctus) *erat; unde nec ab Imperio, juxta ſtatum prioris, eſt honoratus, nec à Principibus, vel Terra Nobilioribus, eſt reputatus &c.* Ita *Arnoldus Lubecenſ* lib. 3. Cap. I. §. 1. & 2. pag. 299. pergens l. c. § 5. pag. 300. *Dux autem Bernhardus, cum fratre ſuo, OTHONE, Marchione* (Brandenburgico) *veniens ERTENEBURG, magnificum ſe illic exhibuit & NOBILIORES TERRÆ adeſſe præcepit, ut, receptis ab eo beneficiis ſuis, hominium ei facerent, & fidelitatem ei, per Sacramenta, confirmarent. Cumque ei ſe exhibuiſſet Comes de RACESBURG, & Comes de DANNEBERG, & Comes de LUCHOWE & Comes de SUERIN, expectabatur etiam Comes ADOLFUS,* (Holſatiæ) *& non venit, unde eum Dux ſuſpectum habere cœpit, & exinde occaſiones diſcordiæ inter eos exortæ ſunt. Dux autem BERNHARDUS, in ipſo tempore, cœpit ædificare LAWENBURG, ſuper littus Albiæ, ad Orientalem Plagam ERTENEBURG, &, deſolato hoc caſtro murum, quo cingebatur, deſtruxit, &, ex lapidibus ejus, Caſtrum ſuum novum firma-*

vit &c. & l. c. §. 9. *Dux igitur Bernhardus, nominis ſui extendere volens potentiam, nobis quibuſdam inductionibus, & inauditis, ac intolerabilibus, provinciales ſuos gravare cœpit, &. derelicto conſilio ſenum, & acquieſcens conſilio juvenum, minimum digitum ſuum groſſiorem dorſo Patris faciens, aggravavit jugum eorum; Unde Principatus ejus verſus eis in odium, & gloria in nihilum &c.* Conf Cranzius, lib. VI. Saxon. Cap XLIV. & XLV.

An. 1183. *Dux Bernhardus, ut minus ſapienter agebat, ideò minus proſperè procedebat; nam, cum quibuſdam novitatibus Provinciales gravaret, contra Comitem Adolfum &c.* (Holſatiæ) *& Bernhardum de Raceburg: & Guncelinum de Suerin, quædam ineptè molitus eſt, Adolfo ſiquidem Comiti omnem Terram, quae Ratekowe, attinere dicitur, quam Dux Henricus prius habuerat, & Todeslo Civitatem, adimere conatus eſt; Civitatem quoque Lubeke ſibi uſurpare volebat --- Comiti verò de Raceburg, & Comiti Guncelino de Suerin, partem quandam beneficiorum ſuorum minuere tentabat. Unde commoti, conglobati in unum, Urbem ipſius, Lawenburg, expugnare aggreſſi ſunt; cumque adverſus eam ordinaſſent obſidionem, & machinas feciſſent, poſt paucos dies, eam ad ſolum diruerunt. Dux vero, Vir manſuetus, eis talionem reddere non valens, Imperatorem adiit, & hoc, in præſentia Ejus, conqueſtus eſt. Illi autem, cupientes excutere jugum ejus de cervicibus ſuis, quos Ei amicos eſſe ſciebant, de Terra fugare conati ſunt. Unde, congregato Exercitu, clam Terram Slavorum intrantes, occulto quodam aditu, noctu occupaverunt Caſtrum Ilowe, & clanculum illud intrantes, matrem Nicloti, qui Wertiſlai Filius fuerat, inde ejecerunt, cæteriſque captivatis, ſuccedentes ipſum Caſtrum, &, depopulata Terra omni, reverſi ſunt ad loca ſua, cum ſpoliis multis &c.* Ita Arnoldus, lib. 3. Cap IV. p. 304. & 305. Conf. Cranzius lib. VI. Saxon. Cap. XLV. Quomodo Imperator litem deciderit, docet Arnoldus l. c. Cap. VII. §. 6. pag. 313. *Diſcordantes à Duce Bernhardo, Adolſum Comitem, Bernhardum & Guncelinum. ad concordiam reformavit, ea conditione, ut Adolfus Comes ſeptingentas marcas denariorum ei perſolveret, & gratiam ejus, pro Caſtro deſtructo, inveniret & Terram, quæ Ratecowe attinet, cum Civitate Todeslo, quam Bernhardus Dux requirebat, liberè obtineret. Bernhardus vero Comes trecentas marcas perſolveret, & totidem Guncelinus; omnes tamen Caſtrum deſtructum reædificare ſtuderent &c.*

An. 1184. *Henricus, Dux Saxoniæ, Gener Regis* (Henrici) *venit in Angliam &c.* Hæc Rogerus de Hoveden l. c. ad h. a. pag. 622. Conf. *Matthæus Pariſienſis,* h. a, *Gervaſius, Dorobornenſis* Monachus in Chronico an. eod. Conf. ad præced. annum 1182.

An. eod. Rex Angliæ, ſollicitus de pace facienda inter Ducem Saxoniæ (Henricum) *& Imperatorem, FREDERICUM, conſilio Archi Epiſcopi Colonienſis, miſit nuncios ſuos --- ad LUCIUM, Summum Pontificem, ut, auxilio illius, præfatus Imperator recepiſſet Ducem Saxoniæ in amorem, Venientes itaque Nuncii Regis ad Curiam Dn, Papæ, invenerunt eum in Italia, apud VERONEM; & dum ibi moram cum eo facerent, venit illuc FREDERICUS, Romanorum Imperator, ad loquendum cum Dn. Papa, ad cujus inſtantiam, prædictus Imperator dedit Duci Saxoniae licentiam redeundi in Patriam ſuam, & relaxavit ei omne ſacramentum, quod Ei fecerat, de exilio exequendo; & Dn. Papa abſolvit eum de ſacramento illo, quod ipſe Imperatori fecerat &c* Hæc Rogerus l. c. p. 624. unde ſua Jll. Dn. Leibnizius T. 1. Rer. Brunſ. p 877. Conf. Carolus Sigonius, lib. XV. de Regno Ital. ad h. a. p. m. 559. &c. & Bangerius, ad lib. 3. Arnoldi, Cap. X. §. 1. lit a. pag. 326 rectè tradentes, finito demum Moguntinenſi Conventu, de quo mox, Cæſarem in Italiam deſcendiſſe.

An. eod. Imperator MOGUNTIÆ Pentecoſten celebravit, cum Regina & cunctis Principibus. Duos ibi filios ſuos gladio accinxit. Ibi DUX HINRICUS nullam gratiam impetravit &c, Hæc *Chronicon Bigangienſe* l. c. ad h. a. p. 266. De Curia hac legi meretur Arnoldus, lib. 3. Cap. IX. p. 318. &c. add. præced. Tit. 2. § 10. lit. d. ad h. a. p. 141. Perperam *Henricus Wolterus,* in *Chronico Bremenſi,* in vita *Hartwici II,* Archi Ep, apud. Meibomium T. 2. Rer. German. p. 54. refert eam in annum 1185. addens: *Ab illa Curia rediit ad partes Dux Saxoniae, Henricus, & dicebatur Henricus, Dux Brunſuicenſis, & non amplius Dux Saxoniæ, propter fugam à Mediolano, tali nomine ſpoliatus &c.* confundendo ſic hanc Curiam, cum illa altera, de an. 1235. qua OTTO PUER, *Dux Brunſuicenſis & Luneburg.* conſtitutus; ceu præc. Tit. 2. §. 10. lit d. ad an. 1235. p. 155. probavi.

An. 1185. *HENRICUS, Dux Saxoniæ, peractis exulationis ſuæ annis, de Anglia rediit. proprio tantum contentus Patrimonio.* Sunt verba *Godefridi Colonienſis,* ad h a. pag. 249. Quoad tempus, conſentiunt, *Matth. Pariſienſ.* h. a. *Bangertus,* ad lib. 3. *Arnoldi,* C. XII. §. 3 lit. a. p 329. De facto, teſtatur *Arnoldus* loc. cit. p. 328. *Dux HENRICUS, transactis diebus peregrinationis ſuae, reverſus eſt in Terram patrum ſuorum, & ſedit in BRUNSCHWIG, contentus patrimonio ſuo, quod tamen, ex magna parte, à multis violenter occupatum fuerat, Imperator vero, verbis bonis, & conſolatoriis, per literas ſuas, frequenter ei bonam ſpem facere-*

ciebat; quam tamen, variis impeditus caſibus, ad effectum non perducebat: nam quicquid adverſitatis Ei, illis in temporibus. accidiſſet, ſive ab Apoſtolico, ſive ab ArchiEpiſcopo Colonienſi, Philippo, vel à Rege Danorum, Canuto, qui filiam Ducis habebat, Ducem Henricum, quaſi per eum, vel propter eum, factum fuiſſet, ſuſpectum tenebat, ideoque ſegnius cauſæ ipſius intendebat &c. En ſuſpicax Gibellinum odium! Non ſatis accuratè refert *Crantzius*, lib. VI. *Saxon.* Cap. 49. reditum Ducis ex Anglia, in annum 1186.

Ann. 1188 Tranſigit Princeps noſter, *Henricus Leo*, in Comitiis *Goslarienſibus*, cum Imperatore, in bellum ſacrum ituro, dataque ſibi optione, num mallet certa Terrarum parte contentus conquieſcere? aut cum Imperatore in Terram Sanctam proficiſci, plenariè poſtea reſtituendus? aut rurſus exire Patria? per triennium, vice altera, Imperium abjurans, revertitur in Angliam; Vid. *Chronicon Stederburgenſe*, apud Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſuic.* p 861. add. *Gerhardus Stederburgenſ* Abbas, in vita *Henrici Leonis*, apud *Meibomium* l c. T. I p. 431. ut & præced. Tit. 2 §. 10. lit. d. ad h. a. p. 143. *Godefridus Colonienſ.* ad h. a p. 252., ſtolidè eum *Henricum de Aldenburg* nuncupat, verb *Heinricus de Aldenburg, qui antea Dux fuerat, Imperatori reconciliatur, & natale ſolum ad tres annos, abjurat, & in Angliam ſecedit &c.*

An. 1189 Abſente Cæſare, ducisque hoſtibus patrimonium ejus infeſtare pergentibus, *menſe Octobris, Henricus, Dux Saxoniæ -- redit in Saxoniam, Terram ſuam, & magno congregato Exercitu, invaſit eos, quibus Imperator Terram ſuam dederat, & expugnavit eos, & plusquam triginta Caſtella obtinuit &c.* Hæc *Rogerus de Hoveden*, part. poſter *Annalium*, in vita *Richardi I.* Regis Angliæ, ad h. a pag. 666. *Godefridus Colonienſ.* an. eod. pag. 254. ait: *Henricus, quondam Dux Saxonum, cognita Imperatoris abſentia, contra juramentum, de Anglia reverſus, nativum ſuum* (ſolum) *expetit, aſtipulante ſibi Rege Richardo,* (Angliæ) *cujus ſororem habuit, & Rege Dacio* (Canuto) *Genero ſuo &c* Plura, *Chronicon Rhythmicum* Dn. *Leibnitii*, Tom. 3 *Rer. Brunſuic.* Cap. 39. p. 68.

Noch was an Engelant Henrich.
Der grote Lauwe van Brunſwich,
An jmer elenden Vart. (in exilio)
We Kleine œme ok gehalten wart
De Vrede, d-n œme Keiſer Frederich
Lovede? wente ahermanich
Morgede (*ſchwæchte*) *œn an ſinen Gude;*
Henric de Hochgemode
Sinen Son dar he ſande
Henriche, weder to Lande,
Unde volgede œm an korten Dagen &c.

& vetuſtior *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 4. Cap. I. pag. 384. *Ipſo anno, quo Dn. Imperator, circa Majum, exierat, --- Dn Hartvicus, Bremenſis ArchiEpiſcopus, Dn. Ducem Henricum, una cum filio ſuo, æquivoco, circa feſtum B. Michaëlis, de Anglia revertentem, benignè ſuſcepit; &, ſperans, ſe per Eum, recuperare, poſſe priſtinum ſtatum, qui jam ab omnibus quaſi deſpectus erat, propter Thetmarchos, quos à Waldemaro Sleſvicenſi requirere non valebat, & faciens cum eo amicitias, eum in Stadio collegit, & Cometiam in manu ejus conſignavit. Quo audito, meliores Holſatorum, Sturmariorum, Duci Henrico occurrerunt, &, pacificé Eum ſalutantes, introitum Ei Terræ obtulerunt. Qui gaviſus eſt, & eos exaltare ſpopondit, ſi per eos, introitum habere poſſet. Qui ſtatim occupaverunt loca Comitis,* (Adolfi, in Terram S. profecti) *Hammenburg, Plunc, Etzihoe; & ejecerunt homines ejus de Terra. Quod videntes Comes Adolfus de Dasle, qui tunc in Terra erat, vice Nepotis, & Domina Mechtildis, mater Comitis de Schawenburg, & Uxor ejus Domina Adelheidis, filia Dn. Burcardi de Querenforde, in Civitatem Lubeke ſe receperunt &c.* Cauſas reditus enarrat *Gerhardus Stederburgenſis* l. c. iisdemque verbis, *Chronicon Stederburgenſe* apud Dn. *Meibomium* l. c. *Abſens Dux, Henricus, pollicitam ſibi ab Imperatore non ſenſit pacem: ſed bona ipſius omnium expoſita erant direptioni. Unde idem Dux, Henricum, filium ſuum majorem, inopinate miſit, & Ipſe, contra conſtitutum ſibi, in brevi eum ſubſecutus eſt &c.* Conf, *Crantzius*, lib. VII. *Saxon.* C. 2. & lib. VI. *Vandal*, Cap. XXIX. citatum *Chronicon Rhythmicum* Dn. *Leibnitii*, l. c. *Henricus Aquilonipolenſis*, de *Primordiis Lubicanæ Urbis*, lib. 2. Cap. X. ap. *Meibomium* T. 1. *Rer. German* pag. 608. Dn. *Schlœpken*, *Chron. Bardovic.* Part. I. Cap. XIV. §. 1. &c. p. 203. *Lambecius* L. I. *Orig Hamburg*, §. 86 pag. m. 25. & 26.

Jacta ſic alea, *Dux, contracto Exercitu, de Stadio, & de Terra Holſatorum, Sturmariorum & Polaborum, vallavit Bardewig, aſſiſtente ſibi Bernhardo, Com. de Raceburg, & Bernhardo, Com de Welpe; Helmoldo, Com. de Suerin & aliis amicis ſuis, & expugnare eam cœpit Rebellabant autem hi, qui intus erant, nolentes tradere Civitatem Prævaluit autem Dux adverſus eam, & devaſtata eſt Civitas opulenta valdè nec pepercerunt Vaſtatores Eccleſiis, vel cœmeteriis, ſed, ablatis omnibus, ſuccenderunt eam igne: captivatis autem omnibus, qui intus erant, inter quos erat Hermannus de Sturtenebuchle* (Sturtenebutlde, Stürtzenbüttel) *& aliis Militibus, cum Civibus Civitatis, vix mulieres & parvuli captivitatem evaſerunt &c.* Ita *Arnoldus* lib. IV. Cap. 2. §. 1 p. 386.

Conſ.

Digitized by Google

Conf. *Henricus Aquilonipolenſis* l. c. Cap. X. qui Cap. XI. cauſam deſtructionis addit:

Tam miri vero populaminis & Populorum
Cauſam Egkardina Chronographia refert.
Principe privato Dominatibus atque Ducatu,
Sub Fridericea vi ditione manu:
Introitum Cives Duci Hero, Henrico, exilianti
Inficiati & eum ſe tolerare ſuum,
Portas clauſerunt, Polum huic Antarcticum herili.
Nudificavere ab muro homines miſeri,
Blaſphemi ſuperaddentes probramina, ob hanc rem &
Cauſam, delevit Urbem hominesque Leo &c.

Eadem habet *Kornerus* l. c. ad h. a. *Cauſa autem deſtructionis Civitatis fertur fuiſſe talis: nam, ſecundum Egghardum, Henrico jam privato Ducatibus ſuis, & intrare eam volenti, ut conſueverat, Cives introitum negaverunt, portis clauſis, &, muros adſcendentes, poſteriora ſua nudata probroſe ei oſtenderunt; propter quod dedecus, Urbem jam capiens, eam funditus deſtruxit, Eccleſiis quibusdam dimiſſis, ſed ipſis ſpoliatis &c.* ut & *Cranzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap. II. & vetus *Chronicon Saxonicum*, apud Dn. *Schlæpken*, l. c. § 7. pag. 205. *In düt 1189ſte Jahr, als de Kayſer æver Meer. was, do brack Hartog Hinrich de Edle, mit ſinen Zwen Söhnes, Hinrich und Wilhelm, und wort rede mit Holſten, und tog vor Bardewick, de verbæfen ſick gegen æhren Ehrbaren Heren, und gingen up de Muhren ſtahn, und wiſeden den Edelen Færſten in das hinderſte, do das de Hartog ſag, wurd he so grimmig &c.* pariter & *Fragmentum Chronici Bardevicenſis*, apud Dn. de *Leibnitz*, *T. 3. Rer. Brunſuic.* pag. 217. *Do he* (Henricus Leo) *nu under weges quam, beth tho Bardewick, vor ſine Stadt, und menede dar in tho ryden, und dar benachten; Do nu de Borger dat vornehmen, wolden ſe en nicht inlaten, und ſchloten de Dare vor eme tho. Dewile ſe nu gehoret hadden, dat en de Keyſer genodiget hadde, und ſiner Macht berovet, ſo vorſchmaden ſe Ehn ſo deger, dat ſe up de Muren und Walle ſtegen, und wiſeden Ehn in den Ars; leten ſick betuncken, ſe wolden vor ehme wol blyven he konde ene nicht vel aff hebben. Do wart Hertoghe Hinrich tornich up ſe, und ſchwor, und lovede ene dat, wo eme Gott hulpe, dat he mit leve tho Naryden wedderumb tho Lande queme, he wolde ſe ſo handelen, ſe ſcholien des gelick nenen Forſten mehr doben. Und dat helt he ehme ock darna aver 3. Jaren, do he wedder ut deme Elenden quam &c*, & *Stadtwegen*, in *Chronico* ibid. pag. 271. & *Conradus Botho, Chron. picturat. Brunſ.* an. 1188. ibid. pag. 352. Expugnationis tempus innuit inſcriptio, valvis Templi Cathedralis ſuperimpoſita; ubi:

Abram dum natus, mox Treveris incipit ortus.
Hinc annis Bardvic mille, ſex X. quoque quinq; (1065)
Poſt Bardvic, Roma duo C. cum quinq; triginta (235)
M. C. poſt Nat. junctis octoginta novemque, (1189)
Dum Brunſuicenſis Dux, Henricus Leo, dictus,
Simonis in feſto, Bardvic ſubvertis ab alto &c.

Idem tempus probant: *Albertus Stadenſis*, ad h. a. p. 198. *Bardewich à Duce deſtruitur, Simonis & Judæ die &c. Hermannus de Lerbeke, Chron.* Comitum *Schawenburg.* apud *Meibomium T. 1. Rer. German.* p. 507.

Dux, poſt M. poſt C. poſt octoginta novemque,
Bardewick deſtruxit, Simonis ſol quando reluxit.

Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ. ibid. T. 2. pag. 55, *anno Domini* 1189. *in nocte Simonis & Judæ, tunc Henricus Leo, Dux Brunſuicenſis, cepit Civitatem Bardewicenſem, & incendit, ac funditus deſtruxit, demptis* (exceptis) *Eccleſiis &c.* nec non *Erdwinus Erdmannus, in Chronico Epiſcoporum Oſnabrugenſium*, in vita *Gerhardi* Epiſcopi, apud *Meibomium* l. c. p. 214. *Hermanni de Lerbeke* verſus recitans. *Chronicon Luneburgicum* Dn. de *Leibnitz* T. 3, *Rer. Brunſuic.* p. 174. & citatum *Fragmentum Chronici Bardevicenſis*, l. c. p. 217. *Duſſe Inne minge der Stadt, ſchach fro morgens, am Dage Simonis & Judæ, anno* 1189. *Cranzius*. lib. VI. *Vandal.* cap. XXIX. & XXX. & lib. VII. *Saxon.* cap. 2. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* h. a. pag. 256. Alii multi, quos *Sagittarius*, in Diſſert. de *Originibus & incrementis Civitatis Luneburgi*, §. 28. ad an. 1189. hoc titulo producit. Add. *Lambecius*, l. c. pag. 25. & 26. Error eſt Hiſtoriæ *Archi Epiſcoporum Bremenſium*, in vita *Hartwici II.* apud eundem *Lindenbrogium*, p. 95 deſtructionem hanc an. 1188. contigiſſe, narrantis! vice verſa perperam eam in annum 1190. rejicit *Chronicon Verdenſe* apud Dn. de *Leibnitz* l. c T. 2. p. 217. in vita *Hugonis XXVIII.* Epiſcopi. Templa non ſimul fuiſſe diruta, ſolidè oſtendit Dn. *Schlæpken* l. c. §. 17. p. 210. & 211. Integrum Commentarium de *Bardevico* edidit *Meibomius*, extatque T. 3. *Rer. Germ.* p. 55. &c. Itemque CASP. SAGITTARIUS in Hiſtoria antiq. urbis *Bardevici*, Jenæ, 4. 1674. in qua ſimul Henrici Leonis vita & res geſtæ erudite explicantur.

An. eod. Dux noſter, *circa feſtum B. Martini, ſecundam expeditionem inſtaurat, & ad obſidionem Lubecanam ſe præparet. Cumque jam appropinquaret Civitati, territi. qui intus erant, propter deſolationem memoratæ Civitatis,* (Bardovicenſis) *miſſis Nunciis, pacificè eum ſuſceperunt, tali tamen conditione, ut Adolfus, Comes de Dasle, & mater Comitis de Schauenburg --- liberè terra exirent. Cumque Dux obtinuiſſet Civitatem, & omnem Terram Adolfi Comitis, tunc peregrini,* (peregrinantis, ſcil. in Terram S.) *ſtatim expugnabant Lawenburg, Caſtrum Ducis Bernhardi, &, poſt menſem, traditum eſt in manibus ejus, hac tamen conditione, ut hi, qui in Caſtro erant, abirent illæſi &c.* Hæc

Digitized by Google

Arnoldus Lubecenſ. lib. IV. Cap. 2. §. 2. & 3. p. 386. annectendo Ducem, per Walsberum de Baldenſile, Caſtrum quoque Sigeberg, Adolfi Comitis præſidio adhuc firmatum, oppugnaſſe; aſt irrito conatu Eggone de Sture laborantibus auxilio veniente, & Walsberum, captum in vincula conjiciente; præter quod prædictus Daſſelenſis, Comes Lubecam multum infeſtaverit. De expugnatione Lawenburgi teſtatur quoque Gerbardus Stederburgenſis, in vita Henrici Leonis, apud Meibomium l. c. p. 431. iisdemque verbis, Chronicon Stederburgenſe, apud Jll. Dn. Leibnizium l.c. pag. 861. Ericus, Rex Daniæ, in Hiſt. Gentis Danorum, h.a. ap. Lindenbrogium, p. m. 271 Conf. Henricus, Aquilonipolenſis Poëta, l. c. lib. 2. C. XII. & XIII. pag. 609. Cranzius, lib. VI. Vandal. Cap. XXIX. & lib. VII. Saxon. Cap. 2. Conradus Botho l. c. ad annum 1189. pag. 352.

An. eod. Henricus, filius Cæſaris Curiam in Merſburg habuit. Ibi expeditio indicitur contra Henricum Ducem Leonem, & contra Brunswik, pro querimonia Bernhardi Ducis. Convenerunt in Saxonia, prope Hornebog, omnia circa Brunswik devaſtabant iterum conventuri &c. Hæc Chronicon Bigaugienſe ad h. a. pag. 267. Conf. Arnoldus Lubecenſis, lib. IV. C. 3. §. 1. pag 387. *Rex autem juvenis,* (Henricus) *audito reditu Ducis Henrici, & filii ejus, indignatus eſt, tum, quia, quaſi deſpiciens Adoleſcentiam ſuam, contra Jusjurandum, ante tempus rediſſet, tum, quia Terram Adolfi Comitis ſibi uſurpaverat -- impetu igitur quodam venit Brunſchwig, volens vaſtare eam; quam cum, propter inſtantem hyemem, obtinere non potuiſſet, abiit Limberg, ad Caſtrum Conradi de Rothe, volens obtinere illud; ſed, cum nec ibi profeciſſet, amaro animo reverſus eſt in locum ſuum &c.* Abbas Stederburgenſis, Gerbardus, l. c. pag. 431. & Chronicon Stederburgenſe l. c. pag. 861. addunt, priusquam Rex in Expeditionem iviſſet, convocatos ab Eo Imperii Proceres Goslariæ quoque, de plenaria Ejus deſtructione, agere cœpiſſe, Ipſumque, Caſtro Limbere nondum oppugnato, Hanoveram ſuccendiſſe. Cœpit hæc Expeditio, an. 1189. & ſequenti turpiter finita eſt; Conf. Cranzius lib. VII Saxoniæ Cap. 3. Chronicon Rhythmicum Dn. de Leibnitz l. c. T. 3. C. 40 p. 69. & 70. Conradus Botho, in Chronico Picturato, ad ann. 1192. apud eundem l. c. pag. 353.

An. 1190. *Adveniente Majo ulciſci volens Dux de adverſariis ſuis, ordinavit acies in Terram Holſatiæ, per manum Bernhardi, Com. de Raceburg, & per manum Helmoldi de Suerin, & Jordanis dapiferi; &, exeuntes de Civitate Lubeca, non longè in fugam verſi ſunt, & captivatus eſt Helmoldus, & Jordanes dapifer, cum aliis multis. Sed & multi in flumine Trabene ſubmerſi ſunt. Comes vero de Raceburg, cum aliis, fuga elapſus eſt. Helmoldus verò & Jordanes, in Caſtro Sigeberg, manicis ferreis conſtricti ſunt; poſtea vero à captivitate ſoluti ſunt, Helmoldo perſolvente trecentas marcas denariorum, & Jordane, quia pecunioſus erat, quingentas marcas argenti &c.* Ita Arnoldus l. c. §. 6 & 7. pag. 386. & 387. Conf. Henricus Aquilonipolenſis l. c. cap. XIV. pag. 609. Cranzius; lib. VII. Saxon. cap. II. & lib. VI. Vandal. cap. XXX.

An. eod. Tranſigit Dux noſter, in Fuldenſi Curia cum Henrico VI. Rege, ſpondens, ſi promiſſa ſibi, ſervarentur, (1) Brunſuicenſes muros, quatuor in partibus, ſe dejecturum, (2) Lauenburg Caſtrum diruturum, (3) dimidiam Lubecæ partem dono Regio poſſeſſurum, reliqua, cum Holſatiæ Comitatu, Adolfo Comiti reſtituenda. In horum fidem, tradidit ſimul Henricum & Ludgerum Filios obſides, quorum alter Cæſarem quoque in Apuliam eſt comitatus, Alterque Auguſtæ deceſſit. Vid. Crantz lib. VI. Vandal. cap. 30. & quæ præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 1190. pag. 143. & 144. dixi. Irrita vero Tranſactio fuit, Conditionibus Duci non ſervatis, proptereaque nec Illo promiſſis ſtante.

An. 1191. Denuo tranſigit Dux cum Imperatore, Henrico, Dullethæ, aſt rurſus inani ſpe reſtitutionis in integrum obtinendæ lactatus; nam, ut Gerbardi Steterburgenſis Dn. Leibnitii l. c. p. 866. verbis utar, *aliqua ex his, quæ ſibi promiſſa erant, exſpectabat.* Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad annum 1191. p. 144. & Tit, XI. §. 1 lit, b. pag. 956.

An. 1192. *Comes Adolfus, in peregrinatione conſtitutus, veniens Tyrum, cognovit Terram ſuam à Duce Henrico occupatam, & conſilio multorum Religioſorum, dimiſſa peregrinatione, reverſus eſt Schawenburg. Cum tamen in reditu eſſet, venit ad Imperatorem, qui tunc in Suevia erat, Qui ſpem bonam de reſtitutione Terræ ſuæ ei quidem in præſenti fecit, in omnibus promittens adjutorium, inſuper ditans omni eum ope ſuorum munerum. Cum igitur veniſſet Schawenburg, vidit, ex omni parte, præcluſum ſibi introitum Holſatiæ: quia Dux omnia circa Albiam loca tenebat, videlicet: Stadium, Lawenburg, Boyceneburg, Suerin. Nec per Slaviam intrare poterat, quia Borvinus, Gener Ducis, ei ibi inſidias tetenderat. Abiit ergò ad Bernhardum Ducem, & ad Othonem, Marchionem de Brandeburg, qui, in manu valida, eum Ertheneburgum deduxerunt. Ubi occurſans Ei Adolfus, nepos ipſius, de Dasle, cum multitudine Holſatorum, Sturmariorum, ſimiliter etiam cum Matre & Uxore ipſius, excipit illum gaudens. Bernhardus quoque junior, filius*

Co-

Comitis Bernhardi de Raceburg — *timens perdere Terram ſuam, veniens ad Ducem Bernhardum, & ad Marchionem, ſub nomine Imperatoris, ad eos ſe tranſtulit, & alienatus à Duce Henrico, cœpit Adolfo Comiti in omnibus aſſiſtere. Pater verò ad Ducem Henricum divertens, apud eum manſit diebus multis &c.* Ita *Arnoldus* lib. IV. Cap. VII. pag. 391, Conf. *Cranzius* lib. VII. *Saxon.* Cap. IV. & lib. VI. *Vandal.* Cap. XXXI. *Lambecius* l. c. §. 87. pag. 26.

In integrum reſtitutus *Comes Adolfus, & Bernhardus* (Razeburgicus) *ſtatim circumdederunt Civitatem Lubeke, vallantes eam obſidione maxima, uterque conſiſtens in Terra ſua; Quam homines Ducis Henrici conſtantiſſimè tenebant, cui etiam Dux præfecerat Luchardum quendam, filium Waltheri de Berge, virum ſtrenuum valde* — *Adolfus igitur, videns Civitatem non multum reputare obſidionem, quia liberam intrandi & exeundi, per Trabenam, facultatem habebat, multo labore, ſudibus ſive trabibus maximis, ipſum fluvium obſtrui fecit. Sicque arctata eſt Civitas valde &c.* Hæc *Arnoldus* lib. IV. Cap. VIII. p. 393. & 394. pergens Cap. IX. pag. 394. *Dux Henricus, compatiens Civibus incluſis, contracto Exercitu, direxit eum ad Civitatem, per manum Conradi de Rothe, qui tunc à Duce Stadium tenebat, ſimiliter & Bernhardi,* (Senioris, Com. Razeburg.) *ſupra dicti, cumque clanculo tranſiſſent Albiam, verſus Lawenburg, prope Raceburg, venerunt, & exterruerunt homines Comitis Bernhardi* (Junioris,) *qui prope Civitatem excubias ſervabant, in loco, qui dicitur Hernenburg: qui fugientes in Raceburg ſe receperunt; ſicque ſoluta obſidione in partibus illis, cives egreſſi de Civitate, rapuerunt ſpolia, vel victualia, quæ illic inventa fuerant, ſicque ingreſſi ſunt Civitatem, cum lætitia magna. Poſtera autem die, ſurgente aurora,* cum *Adolfi* quoque Caſtra, ab altera Urbis parte, aggrederentur, repulſi ſunt. Hinc *Bernhardus* junior denuo Urbem verſus meridiem obſidet; audiensque, Ducis milites, noctu egreſſos, clam ad ſua reverti cogitare, inſequitur, eos, & ad *Boyceneburgum*, acri prælio proſternit, multis in captivitatem abductis, quorum opera brevi poſt *Stadium* occupat. Vid. idem l. c. Appropinquante enim Comite *Bernhardo*, villasque quasdam exurente, præſidiarii ſponte ſe, & Caſtrum, ei obtulerunt. Vid. l. c. cap. X. p. 395. & 396. *Cranzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap. IV. & lib. VI. *Vandal.* Cap. XXXIII. *Intraverat* quidem *Henricus, Dux Junior, Henrici Ducis filius* Com *etiam Stadii cum expeditione*, aſt fruſtra. *Arnoldus* lib. IV. cap. XI. §. 4. p. 397. *Cranzius*, L. VI. *Vandal.* cap. XXXV. *Inter hæc,* Cives (*Lubicenſes,*) *diutina incluſione laborantes, audierunt de mutatione quæ in Stadio facta eſt; & turbati valdè cœperunt, de Civitatis deditione cogitare; facta eſt autem diſſenſio inter eos; quidam enim dixerunt: Tradamus Civitatem Regi Danorum* — *alii autem ſic dicebant* — *Tradamus eam Othoni Marchioni* (Bernhardi Ducis fratri) — *Adolfus autem Comes hoc cognoſcens, magis arctabat Civitatem. Unde territi Cives, Civitatem ei aperiunt, conditione tamen interpoſita, ut homines Ducis abirent illæſi, Capta autem Civitate, Adolfus ad Imperatorem profectus eſt, qui, pro labore ſuo, omnes reditus Civitatis liberaliſſimè ei permiſit.* Hæc *Arnoldus* lib. IV. Cap. XII. pag. 398. Conf. *Cranzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap. V. & lib. VI. *Vandal.* Cap. XXXIII. & XXXIV. *Lambecius*, l. c.

An. eod. Bernhardus Dux, videns, quod Adolfus Comes, proſperatus in via ſua, Lubecam obtinuiſſet, & Stadium, ſperans, per eum, plurimum prævalere in Terra, & nominis ſui potentiam extendere, veniens in manu valida, cum Uxore etiam, & omni ſupellectile, circa Cathedram B. Petri, obſidione maxima, vallat Lawenburg. Quem conſtanter juverunt Comes Adolfus, & Bernhardus; cumque diutina obſidione arctaſſet Caſtrum, ita, ut jam fame deficerent, qui in ipſo erant, & Dux, quaſi ſecurus, diſtracto Exercitu, ſolus excubias ſervaret, venerunt amici Ducis Heinrici, Bernhardus de Welpe, & Helmoldus de Suerin, cum his, quos contraxerant, aut victualia eſurientibus laturi, ſi poſſent; aut, ſi non poſſent, ipſos de obſidione liberaturi; certior horum factus *Bernhardus, arma corripuit, viriliter pugnavit, ſed victoriam non obtinuit; ſiquidem, omnibus ſuis captivatis, ipſe vix captivitatem evaſit* — *ſicque, præter ſpem, liberata eſt Lawenburg, vel, quia Ducem Bernhardum fortuna cœca deſeruit, vel, quia Duci Henrico aliquas reliquias transalbinas Deus reſervare voluit. Qui tamen, ultionem de inimicis expetens, nunc à Slavis, nunc à Danis, auxilium quærebat, & non erat.* Hæc *Arnoldus* lib. IV. Cap. XVI. pag. 408. Conf. *Cranzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap. V.

An. eod. Rex Danorum, Canutus, (gener Henrici Leonis) *exacerbatus à Comite Adolfo, fines ipſius, in manu valida, intravit, terram ejus, incendiis & deprædationibus, vaſtaturus.* Ita *Arnoldus* l. c. Cap. XVII. §. 1. p. 408. cauſas belli mox hiſce exponens: *Siquidem Waldemarus, Slesvicenſis Epiſcopus, Canuti Regis filius, contra Canutum inimicitias, pro Regno, ſuſceperat, & auxilium Regum Norvegiæ & Sueciæ ſibi contraxerat, cui, ex altera parte, favebant amici Imperatoris, Otho Marchio* (Brandenburg) *& Adolfus Comes, & Bernhardus, Comes de Raceburg. Cum*

igitur Waldemarus, contra Canutum, produceret Exercitum, ipſo tempore, Adolſus Comes, cum multitudine gravi, tranſiens Egdoram fluvium, omnem terram Regis vaſtavit, usque ad Sleſvich, ibique accepto ſiniſtro nuncio, ad ſua, cum præda multa, reverſus eſt — pro tali commotione, ut dictum eſt, ſive, ut quibusdam placuit, ad ſubveniendum Duci, Henrico, Rex fines Comitis, cum armorum vaſis intravit; amicabili tamen compoſitione interveniente, rediit domum, nam, ut *Arnoldus* l. c. §. 4 p. 409. pergit: *mille quadringentis denariorum marcis, gratiam Regis obtinuit, & Ille in locum ſuum reverſus eſt &c.* Conf. *Cranzius* l. c. *Lambecius* l. c. §. 87. p. m. 26.

An. eod. Reſtitutionem in integrum rurſus urgens Princeps noſter, per filium æquivocum, *videnſque Imperatorem flecti non poſſe ad benevolentiam, Cœleſti Regi placere deſiderans, cultum Domus Dei ampliare intendit; ſpecialiter autem Monaſterium S, Johannis Baptiſtæ, & S. Blaſii* (Brunſuici) *quod à fundamentis exſtruxerat, decorare ſtuduit — veſtes etiam ſacras divinis aptas miniſteriis, in ſui præſentia fecis aptari, quas in uſum Eccleſiarum partim diſtribuit, partim in capellæ ſuæ uſum reſervavit. Interim Dn. Imperator Ducem, inanibus promiſſionibus ſuſpenſum tenet, & frequenter mittit nuncios ad Ipſum, qui ſe, & filium ſuum, ab indebita læſione debebant eximere, & eos, qui indebitè ipſi rebelles erant, ſuæ gratiæ reformare. — Ipſe tamen operibus bonis, quæ cœperat, infatigabiliter inſiſtebat &c.* Hæc *Gerhardus Stederburg.* l. c. p. 435. & *Chron. Stederburg.* apud Dn de *Leibnitz*, T. I. *Rer, Brunſ.* p. 867. Conf. *Arnoldus Lubec.* lib IV. Cap. XX. pag 418. & 419. *Chronicon Rhythmicum* Dn. de *Leibnitz*, Tom. 3. *Rerum Brunſuicenſium*, Cap. XLVI. pag 83. ad 85.

v. [5] *An.* 1195. *Famoſus ille Princeps, Henricus Dux, inter manus Cleri ſui, quem ipſe tenerè dilexit, & glorioſæ tramite diſciplinæ imbutum, ad altiora tendere ſemper hortatus eſt, ex hac luce ſubtractus obdormivit, ut ſperamus, in Domino, an. ætat. ſuæ LXVI. &c. deportatus itaque, inter manus flentium, in Monaſterium S. Blaſii, quod ipſe exſtruxerat, in medio pavimento, ante Crucem, quam erexerat, in dextro latere Uxoris ſuæ, Mathildis Duciſſæ, Anglorum Regis filiæ, honorificè ſepultus eſt: ſicque factum eſt, ut, quam habuerat conſortem thalami, haberet etiam ſociam ſepulcri.* Hæc *Gerhardus Stederburg.* l. c. p. 436. & *Chronicon Stederb.* l c. p. 867. Eadem habet *Arnoldus* lib. IV. Cap. XXIV. pag. 427. ubi ſimul Epitaphium Ejus. De Anno obitus teſtantur: *Otto de S. Blaſio*, Cap. 41. p. m. 220. ad h. a. verb. *Welf Dux obiit*; Clarius, *Albertus Stadenſis* h. a. p. 200. *Heinricus Dux obiit, dimiſſis poſt ſe filiis, Ottone, Heinrico, & Willelmo &c.* & *Chron. Auguſtenſis*, ad h. a. apud *Freberum*, *T. I. Rer. Germ.* p. 364. *Hainricus, Dux aliquando Bavariæ & Saxoniae, in Brunſchwig obiit &c.* Add. *Chronicon Montis Sereni*, an eod. pag. 65. *Henricus, Dux de Brunesſwich, obiit &c.* Auctor *Chronici Slavici*, an. eod. apud *Lindenbrogium*, p. m. 256. *Heinricus Dux obiit, relictis poſt ſe filiis, Ottone, Heinrico & Willehelmo &c.* Membrana *San-Blaſiana* Brunſuicenſis, apud *Maderum*, de *Antiquitatibus Brunſuic.* pag. m. 170. & Jll. Dn. de *Leibnitz* T. 2. *Rer. Brunſuic.* p. 61. *Anno Domini* 1195, *obiit Dux Henricus Leo, fundator noſter ſecundus &c.* Alia *Membrana*, apud *Maderum* l. c. p. 174, & apud Dn. *Rehtmeyerum*, Part. I. *Antiquitatum Brunſuicenſium*, Cap, VI. §. XV Documentorum. pag. m. 89. *Anno Duſent C. XCV. is geſtorven de Woldige und Stritbare Forſte, Hertoge Hinrick de Lauwe, am Avend Jacobi Apli* (Apoſtoli) *unde in dem Dom tho Brunſwick begraven worden &c.* Vetus *Chronicon Rhythmicum* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 3. Cap. XVI. pag. 85.

Der Nambaftige Forſte Henrich,
Unde de grote Lauwe van Brunſwich,
Erſtarff, under ſiner Papheit hant,
De he nu van ſek en dreif;
Wente he hadde ſe utermaten leif;
Do des Duſent unde Hundert Jar,
Vyve unde negentich waren, dat gebar
Got, Goddes Sone, eyn Maget &c.

Chronicon Luneburgicum, ibid. pag. 174. *Anno* 1195. *ſterff Hertoch Hinrick de Lauwe &c. Conradus Botho, Chron. Picturato*, an eod. ibid. pag. 353. *Hertoghe Hinrick de Lauwe — to Sunte Sixtus Dage — ſtarff &c.* Et *Paulus Langus*, in *Chron. Citizenſi*, an. eod. apud *Piſtorium*, p. m. 795. *Henricus Leo, Dux quondam Saxoniæ & Bavariæ Inclytiſſimus, obiit, relinquens tres filios: Ottonem, qui poſt factus Imperator; & Henricum Com. Pal. ac Wilhelmum, Ducem Brunſuicenſem &c. Albertus Cranzius*, lib. VI. *Vandal.* Cap 36. dubius autem lib. VII. *Saxon.* Cap. VIII. an hoc, num vero an. 1197. deceſſerit; *Erneſtus Brotuffius, Chron Anhalt.* lib. IV. c. 1. p 64. *Bangertus*, ad lib. IV. *Arnoldi Lubec.* Cap. XXIV. lit. a. p. 427. *Henningeſ.* Part. 2 *Secundi & Tertii Regni*, in *Quarta Monarchia*, pag 117. *Sagittarius*, in *Memorabilibus Hiſtoriæ Luneburg.* ad h. a. p. 6. Alii Errant ergò: *Chronicon Brunſuicenſe* apud *Maderum* l. c. pag. 273. annum 1125. *Chronicon Holſaticum*, Cap. XVI. T. I. *Acceſſ Hiſtor.* Jll. Dn *Leibnitzii*, pag. 30. annum 1274. *Chronicon Marienthalenſe*, apud Dn. *Meibomium, T. 3. Rer. Germ.* pag. 258 An. 1191. *Albericus, Monachus trium fontium.* pag. 399. & *Vitus Arenpeck*, in *Chronico Bavarico*, & quidem *Arbore Guelfonum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 669.

an-

Digitized by Google

annum 1193. Dn. *Schatenus*, lib. IX. *Annal. Paderborn.* ad an. 1193. pag. 898. annum 1194 *Petrus Viſſelbeccius*, in *Chronico Huxarienſi*, apud Dn. *Paullini, Syntagm. Rer. German.* pag. 51. annum 1196 *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, cap. 35. pag. m. 203. annum 1197. & *Johannes Schiphower*, in *Chronico Archi Comitum Oldenburgenſium*, cap. VII. apud *Meibomium* l. c. Tom. 2. pag. 148 annum 1199. hoc titulo producentes. Similis lis, de die obitus Ejus; *Gerhardus Stederburgenſis*, Duci amiciſſimus, ſub finem Hiſtoriæ l. c. p. 435. ait: *Nec hoc ſilendum, quod decimo quarto, ante obitum ſuum, die, quae eſt Vigilia Jacobi, hora diei nona, exorta ſubitò nube, à partibus Occidentis, in ictu oculi, fulgur miri acuminis & velocitatis apparuit &c.* Ita & ſæpe citatum *Chron. Stederburg.* Dn. *Leibnitii*, l. c. pag. 867. juxta quem calculum abiit ad plures, 7. Aug. quippe qui dies eſt decimus quartus á *Vigilia Jacobi*; præcedentem ſeu 6. *Aug. S. Sixto* ſacrum, ponunt: *Conradus Botho*, l. c. *Chronicon Marienthalenſe* l. c. *Viſſelbeccius* l. c. & Dn. *Fridericus Lucae, im Furſten-Saal, pag.* 383. *Bangerto* l. c. arridet 13. *Aug. Membrana S. Blaſiana* adductis modò verbis, habet: *am avende Jacobi Apoſtoli*, quam ſententiam *Hemmingeſius* quoque l. c. *Bucelinus*, In *Hiſtoria Agilolfingica*, § *XXVIII. pag.* 417 aliique, defendunt. Epitaphium Ejus, quod *Brunſvigæ*, in laudata æde *San-Blaſiana*, ut & apud Meibomium, in calce *Gerhardi Steterburgenſis* l. c. pag. 436. *Bunningium*, *Chron. Brunſvic.* pag. 174. Dn. *Spenerum, Syllog. Geneal.* pag. 487. Dn. *Schlopken*, Part. 2. *Chron. Bardovicenſ.* cap. I. § 5. pag. 223. & 224. Dn. *Rehtmeyerum*, l. c. § XVII. *Documentorum* pag. 92. & 93. alibique, extat, ſic ſe habet:

Hic jacet HINRICUS, quondam Dux, conditor hujus
Eccleſiæ, dignus Nobilitate, Pius.
Moribus ornata ſibi Conjux eſt ſociata,
Pauperibus larga, ſimplicitate bona.
Inclyta MECHTILDIS, Anglorum filia Regis;
Nutriat Angelicis hos Deus Ipſe cibis.
Adjacet optatus Rex, horum ſanguine natus;
OTTO coronatus, vermibus eſca datus.
Hujus erat ſponſa, PHILIPPI ſtirps Generoſa;
Filia formoſa, nunc cinis, ante Roſa.
Qui legis hæc metra, memor horum ſis, peto, penſa:
Quid caro, quid vita, quid res? niſi mors, cinis, Umbra.

(17) HENRICUS, C. P. R.

Vitam hujus Principis *Henric. Leonis & Mechtildis* Anglicanæ, Filii, præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. p. 955. &c. jam exhibui. *Saxoniæ Ducis* titulo, *Bernhardus* licet *Anhaltinus* eundem affectaret, Eum conſtanter fuiſſe uſum, ibid. p 959. &c. pvobavi; conf. *Documenta Wirtenbergica*: p. m. 371. ubi Privilegium noſtri Principis Cœnobio *Bebenhuſano* datum, cujus initium: *Noverint præſentes & ſciant poſteri, quod Ego, Heinricus D. G. Dux Saxoniæ, & Palatinus Comes Reni --- hanc libertatem Monaſterio Bebenhuſen --- donavi --- Wormaciae, An. Domin. Incarnat.* 1208. Conf. præced. §. 10. lit. o. p. 59. Occaſione nuptiarum cum *Agnete*, (non *Judita*, ut *Narratio Altbahenſis, de Genealogia quorundam Ducum* Bavariae, apud Dn de *Leibnitz*, Tom. 2. Rer. Brunſuic. p. 21. fingit) *Conradi* C. P. R. filia, *Comitatum Palatinatus* ſortitus eſt: vid. præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. pag. 956. malè *Comes Paleſtinus*, pro *Palatinus*, audit *Chronico Slavico Lindenbrogiano*, pag. m. 203. cap. XXXV. Sepulchra Patrum ingreſſus, an. 1227. Vid. præced. Tit. XI. l. c. p. 961.

(18) OTTO PUER.

v. (1) *Wilhelmi* Ducis, *Henrici Leonis* gnatorum minimi, & *Helenæ* Princ. Daniæ, Filius, à portione hereditaria, quæ ipſius Parenti an. 1203. obtigit, ceu in vita *Henrici Leonis* v. (3) ſub *Wilhelmo* p. 150. monui, Patris exemplo promiſcuè: *Otto de Luneburch: Dux de Luneborch: Princeps de Luneborch: Dux de Brunſwic:* vocatus eſt; teſtes habeo Diplomata, v. g. Donationis chartam, qua fundum & Jus Patronatus Eccleſiæ in *Sauterſleve*, cum octo manſis & dimidio ejusdem Villæ, Hieroſolymitano Templo in perpetuum poſſidenda contulit, an. 1215. ibi: *Otto de Luneburch, univerſis, ad quos hoc ſcriptum pervenerit, ſalutem &c.* Vid. *Maderi Antiquit. Brunſuic.* pag. 248. In Privilegiorum confirmatione, quam *Albertus* Comes *Orlamundæ* & *Holſatiae*, an. 1224. 9. Kal. Januar. Civitati *Hamburgenſi* conceſſit, teſtes fuere: *Otto, Princeps de Luneburg, Gevehardus, Dapifer Ipſius &c.* Vid. *Lambecius*, lib. I. *Origin. Hamburg* §. 118 p. m. 34. Ipſe Princeps noſter inchoat documentum de an. 1225. quo menſe Auguſto, ratam habet reluitionem telonei in Salina, ab *Ottone* Imp. quondam Eccleſiæ *S. Michaelis Luneburg.* conceſſi, poſtea pro debitis obligati, jamque à *Johanne* Abbate, nonaginta quinque marcis argenti, Cœnobio iterum vindicati, hoc modo: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto D. G. Dux de Luneborch, omnibus in perpetuum &c.* Charta apud me eſt. Idem, confirmando an. 1226. menſe Decembri, liberalitatem *Jordani*, Bardevicenſis Canonici, qua *ſartaginem unam, quæ Gunk panne dicitur, in domo* (Salinæ Luneburgenſis) *Volquardinge ſitam, integraliter, & tres plauſtratas, & dimidiam in ſartagine, quæ vocatur Wechpanne, in domo Honringe poſita, Conventui Eccleſiæ in Bardevic dedit, & in proprium aſſignavit, pro ſuorum remedio peccatorum*, ſic orditur diploma: *In nomine S. & individuæ Trinitatis, Otto,*

Digitized by Google

Otto, D. G. Dux de Brunſwic, omnibus in perpetuum &c. Vid. Dn Schlœpken, Chron. Bardovic. Part. 2. Cap. I. §. 13. pag. 227. pariter & illud, quo A. 1227. Menſe Januario, rata habet bona omnia, ab Ottone Imp. & Henrico Patruis, Eccleſiæ S. Blaſii, Brunſuigæ, collata, apud Maderum l. c. p. 252 & Dn. Rehtmeyerum, Part I. Antiquit. Brunſuic. §. IV. Documentorum ad Cap. VI. pag 60. In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Otto D. G. Dux de Brunſwigk, omnibus in perpetuum &c: Ejuſdem Privilegium, quo ſub dato Luneborg, primo menſis Novembris, qui erat infra annum illum, in quo à Captivitate ſua, diſponente Domino, liberatus fuit, adeoque an. 1228. Bona in Salina Luneburgenſi habentibus libertatem, ſingulis annis, Magiſtrum Putei, Germ. Sootmeiſter, eligendi, indulget, ſimiliter incipit: In nomine Sancte & Individue Trinitatis, D. G, Otto Dux de Bruneſwic, omnibus in perpetuum &c Lubicenſis Epiſcopus, Johannes, ejusque Capitulum, notum faciunt omnibus, quod, an. 1231. Menſe Julio, Lüneburgi, bono aſſenſu Illuſtris Viri, Domini Ottonis, Ducis de Brunſwic, totam Villam Ummenart, quam Dux Henricus de Saxonia, bonæ memoriæ, pro ſuorum remedio peccatorum, Lubecenſi Eccleſiæ aſſignavit, una cum triginta marcis argenti, Ottoni Magno (Grote) Ejusque fratri, Wernero, pro una ſartagine in domo Mettinge, in ſalina Luneburgenſi, tradiderint in perpetuum poſſidendam. Has duas chartas itidem poſſideo. Anno 1232. in die decollationis S. Johannis Baptiſtæ, juxta Ganderſem, Dei Gratia, Otto, Dux de Brunſvic, notum facit univerſis, præſentibus ac futuris, Dominam Bertam, Abbatiſſam Gandersheimenſem, bona voluntate, ſibi porrexiſſe omnia pheoda, quæ Patruus ipſius, Dux Henricus, cæterique Progenitores, ab Eccleſia Ganderſem, rationabiliter tenuerunt; ſeque viciſſim, ei, & dictæ Eccleſiæ, in omnibus neceſſitatibus, fideliter aſſiſturum: eamque, ſi ab aliquo gravamen & moleſtiam, intuitu collatorum ſibi feudorum, ſuſtinuerit, exemturum, nec ullum caſtrum, ad detrimentum laudatæ Eccleſiæ, ædificaturum, aliisque, tale quid attentaturis, pro viribus reſtiturum. Exhibet chartam Dn. Leuckfeldus, in Antiquitatibus Gandersheimenſibus Cap. XXII. lit. pp. pag. 238. & Dn. Lunigius, Part. ſpec. des Reichs-Archivs, Contin. 2. fünffte Abtheilung, §. XI. pag. 825. anno 1233. XV. Kal. Septembr, Dei Gratia, Otto, Dux de Brunſwich, notum eſſe cupit univerſis Chriſti fidelibus, quod Helenburgis, vidua Thiderici, Militis de Werberghe, Dn. Arnoldo, Abbati de Riddageshuſen, pro ſeptuaginta marcis, Halberſtadenſis monetæ, quatuor manſos proprietatis ſuæ, ſitos in Hachem, cum duabus areis, liberos, & ab omni prorſus gravamine alienos, vendiderit. Vid. Meibomius, Tom. 3. Rer. German. Addit. ad Chronicon Riddagshuſenſe, pag. 415. Dn. Lucæ, Fürſten-Saal, p. 395. & Dn. Lunigius, cit. Contin. 2. partis ſpecialis des Reichs-Archivs, vierte Abtheilung, vierter Abſatz, §. 2. pag. 252. Anno 1234. Otto, D. G. Dux de Brunſwich, de conſilio & conſenſu Uxoris ſuæ, Dominæ Mechtildis, heredumque ſuorum, offert & confert Eccleſiæ S. Michaëlis in Luneborg, pro Parentum ſuorum animabus, tria allodia, Unum, in Villa Repenſtede, & Duo, in Villa Haghene, cum Hominibus in eisdem manentibus, & cum Advocatia, & omni utilitate & jure, quo illa habuit, excepto judicio, quod pertinet ad corporis dampnationem; ſtatuit etiam, quod Abbas loci illius, eadem bona in poteſtate ſua habeat, &, de medietate rerum inde procedentium, bis in Anno ſcil. in Anniverſario Dn. Willehelmi Ducis, Patris ſui, piæ memoriæ, in anniverſario Dominæ Helenæ, Matris ſuæ, Fratribus faciat conſolationem, & de alia medietate, pauperibus, ſecundum ſtatum temporis, & redituum æſtimationem, ſimiliter faciat conſolationem competentem. Præterea, dat eidem Eccleſiæ, pro peccatis ſuis, Advocatiam de molendino, quod ſitum eſt juxta aquam, in Civitate Luneborg, & ſedulo confirmat donationem, quam Avus ſuus, Dux Henricus, fecerat Eccleſiæ, in eodem molendino. Anno 1235. menſe Junio, Dei Gratia, Otto, Dux de Bruneſvic, in reſtauro Caſtri Tſelle, quod Honorabilis Domina Agnes, Relicta Ducis Heinrici, bonæ memoriæ, Patrui ſui, reſignavit, ſibique & heredibus ſuis permanſurum reliquit, dat Eccleſiæ in Winhuſen, de patrimonio ſuo, unam Sartaginem in Salina Luneborch, & molendinum in Lechtenhuſen, & quatuor domos in Cakenholte, cum omni jure, & utilitate attinente; ſine jugo Advocatiæ, quietè ſemper & liberè poſſidenda &c. Copias duorum horum documentorum itidem teneo. Abundè hinc conſtat, Ducalem titulum, etiam ante Transactionem Moguntinam, an. 1235, cum Imperatore Friderico, de qua præced, Tit. 2 §. 10. lit. d. ad h. a. p. 155. & 156. evolvatur, noſtro Principi competiiſſe, ab Auctoribus quoque Eidem datum, v. g. Alberto Stadenſi, ad an. 1226 p. 207. Godofredo Colonienſi, ad an. 1228. p. m. 296. Ludislao Sundheimio in Hiſtoria, de Guelfis Principibus, apud Dn. de Leibniz T. I. Rer. Brunſuic. pag. 805. Gobelino Perſona, ætat. 6. Coſmodromii, Cap. 64. apud Meibomium T. I Rer. German, pag. 277. &c. Alberto Cranzio, lib. VII. Saxon. cap. XL. & XLI & lib. VIII. cap. IV. Trithemio, Annal, Hirſaug aliisque multis; adeoque non ſatis accuratè ſcribit Dn. Meibomius, in Erectione

Digitized by Google

ctione Ducatus Brunſuic. Tom. 3. *Rer. German.* pag. 205. *Ab occupata Brunsviga* (quod an. 1227. contigit) *Otto nominavit ſe Dominum Brunsvigæ, quo nomine etiam appellatur ab Alberto Stadenſi: cum antea ſemper dictus fuiſſet: Otto de Luneburg &c.* præfata charta an. 1226. contrarium docente; nec melius *Lambecius*, lib. 2. *Origin. Hamburg*, ad ann. 1258. §. 268 in Notis, p. m. 43. & in Veteri Editione, p. 137. *Hi* (Albertus & Johannes) *filii Ottonis, cognomine Pueri, vel Parvi, qui ab Imperatore Friderico II. in Comitiis Moguntiæ, an.* 1235. *habitis, primus renunciatus eſt Dux de Brunswich & Luneburg. Nam qui ante illum eam Ditionem tenuere, Domini tantùm appellabantur &c.* Vitæ Ejus tale fuit curriculum:

v. (2) Lucem aſpexit anno 1204. teſte *Alberto Stadenſi* ad an. 1252. pag. m. 222. *anno Domini* 1252. *Otto, Dux Luneburgenſis -- obiit, quadraginta octo annorum &c.* natus igitur eſt anno 1204. Conf. *Chronicon Rhythmicum Principum Brunſuicenſium*, apud Dn. de *Leibnitz T.* 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 135. cujus verba, de obitu Principis noſtri acturus, infra producam; *Bünting. Chron. Brunſuic.* Part. I. p. 193. *Meibomius, Chron. Riddagshuſan. T.* 3. *Rer. German*, p. 355. & in *Relectione Apologiæ pro Ottone IV.* ibid. p. 166. Dn. *Fridericus Lucæ, Furſten-Saal*, pag. 385. Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imp.* lib. IV. c. 4. §. 6. pag. 151. & *Tabb. Geneal. Principum Imperii.* Tab. 40.

v. (3) *Uxorem duxit ſuæ Nobilitati congruentem, Mechtildem, Marchionis Alberti Filiam de Brandesborch &c.* Ita *Coævum Chronicon Brunſuic.* apud *Maderum, Antiq. Brunſuic.* pag. 20. & mox: *Obiit Otto Dux*, 1252. *Duciſſa vero Mechtildis, Uxor Ejus*, 1261. *& in Luneborch ſunt ſepulti &c.* Sic *Fragmentum vetuſti Chronici Brandenburg.* de *Genealogia Ducum Brunſuicenſium*, ib. p. 273. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 2. p. 19. *Otto duxit Uxorem, Mechtildem, filiam Alberti, Brandenburgenſis &c*, & poſtea, p. 274. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. *Obiit autem Otto de Lunenborch* 1252. *Mechtildis vero, Uxor Ejus*, 1261. *&c. Johannes Stadtwegen, Chron.* ad ann. 1231. ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 3. p. 272. *Otto Wilhelmes Sone, telde düſſe Kinder, van Mechilden, Marchgreven Alberdes Tochter van Brandenborch: Albertus, Johannes, Conradus, Otto, Mechildis, Helena, Aleheit, Elizabet, Agnetis &c. Conradus Botho, Chron. Picturat.* ad. an. 1142. ibid. pag 342. *Marggreve Albrecht nam Soffia Greven Otten, Süſter to Rineghe, de telde æm — Mettilda, de nam Hertoghe Otto to Brunſwick unde Lunenborch &c.* & ad an. 1238. p. 363. *Hertoghe Otto, Hertoghen Wilhelmes Sone, ein Hertoghe to Brunſwick unde to Lunenborch, de nam Marggreven Alberdes Dochter to Brandeborch, de telde æm vyff Sone, unde vyff Dochter. De eyne Sone de heyt Otte, de wart ein Biſchopp to Hildeſſem; de Ander Sone de heyt Cord, de wart ein Biſchopp to Veerden; de Dridde Sone de heyt Olrick, de ſtarff in der Joget; de Veerde de heyt Albrecht, de Veſſte, Hans; de beyde de telden dat Lant, unde beſeten dat Arve. De eyne Dochter de heyt Mettilda, de nam Hertoghe Albrecht to Saſſen; de Ander Dochter de heyt Helena, de nam Hertoghen Albrechtes Broder, Greven Hinricke to Anhalt; De dridde Dochter de heyt Alheyt, de nam Lantgreven Hinrike to Heſſen; de Veerde de heyt Angeneſe, de nam Hertoghen Wensla to Rugelande; de Veſſte Dochter de heyt Elizabeth, de nam Greven Wilhelm to Hollande, de na Romiſche Konigh wart &c. Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 119. & 180. *Bucelinus, Genealogica Germaniæ Notitia*, Tab. I. pag. m. 41. Dn. *Spener, Syllog. Hiſtor. Geneal.* pag. 490. Recentiores omnes.

v. (4) Varia Liberorum Ejus nomenclatura. *Stadtwegii* & *Conradi Bothonis* ſententias modò explicui. In cit. *Chronico Brunſuicenſi Maderiano* p. 206 *Ottone* noſtro, legitur: *Genuit: Ottonem, Albertum, Johannem, Conradum; Filias quoque: Mechtildem, Helenam, Aleydem, Helenam, Agneten &c.* & in citato *Fragmento Chronici Brandenburgenſis*, apud *Maderum* l. c. pag 273. & 274. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 2. pag. 19 *Otto — genuit ex ea* (Mechtilda Brandenburgica) *Ottonem. Hic cadens de vehiculo glaciali, mortuus eſt, & in Lunenburch ſepultus. Albertum — Johannem ---- Conradum, qui, laicari volens, Præpoſituram majorem in Brema perdidit; poſtmodum in Verdenſem Epiſcopum eſt electus. Ottonem, Epiſcopum Hyldenſemenſem, qui jura Eccleſiæ in temporalibus bene defendit. Obiit.* 1279. *Mechtildim, quam duxit Henricus Pinguis, Comes de Anahalt — Helenam — Albeidem Helenam &c.* Vetus *narratio de Fatis Ducis Magni; vulgò Torquati*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 3. pag. 219. hæc prodit; *Otto, de Erſte Hertoch tho Brunſchwick und Luneborch, leth na ſick vyff Sone, und vyff Dochter. Otto, de Oldeſte, wart ein Biſchop tho Hildeſſem; Cort, wart ein Biſchopp tho Veerden; Olrick, de ſtarff in der Joget; Albrecht und Hans &c.*

Digitized by Google

&c. Chronicon Rhythmicum, de *Ducibus* Brunſuicenſi-*bus*, Cap. LXVII. ibid p. 135.

Dieſer Fürſt (Otto) *Tugentreich,*
Lies fünff Tœchter freundlich,
Die Erſt von Ihme gewachſen,
Nam Hertzogen Albrecht von Sachſen,
Hertzogen Bernhardts Son;
Die Ander Maget ſchon
Nam Graven Heinrich von Anhalt;
Die Dritte nam der Kœnig bald;
Die Vierdte Tochter inniglich
Nam von Heſſen Landtgraffen Heinrich;
Die Fünfft ein Fürſte woll erkant,
Herr Wentzelar von Rugen genant;
Er lies auch herlichen Sohne vier,
Die ich euch will nennen ſchier,
Hertzog Albrecht hieß der Erſt,
Von Braunſchweig, und der herſcht;
Der Ander, von Lünenburg Hertzog Johann,
Des Wurd man nit wol ſprechen kan;
Und von Hildesheimb Biſchoff Otto,
Und Herre, Conradt, der ſint hatte,
Zu Verden des Biſchthumbs &c,

Conf. *Hemingeſius* l. c. pag. 1119. *Bucelinus* l. c. Dn. *Spenerus* l c. pag. 491. Dn. *Fridericus Lucæ*, *Furſten-Saal*, pag. 397. Dn. *Layritz*, *Palmwald*, Geneal. VII. *Brunſu. & Lüneb.* §. 5. pag. 391 Dn. *Hubner*, *Tabb. Geneal.* §. 185. *Tabb. Geneal. Tubingenſ.* Alii. Jam ad individua.

(1) *Otto*, de quo *Fragmentum Genealogiæ Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium*, apud Dn de *Leibnitz* T. 2. *Scriptor. Rer. Brunſuic.* pag. 19. & apud *Maderum*, in *Antiquitatib. Brunſuic.* p. m. 273. *Otto verò* (Puer) *duxit Uxorem Mechtildem, Filiam Alberti, Brandenburgenſis Marchionis, & genuit ex ea Ottonem. Hic, cadens de vehiculo glaciali, mortuus eſt, & in Lunenburch ſepultus &c.* Conf. *Vetus Chronicon Ducum Brunſuicenſium*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 17. *Hic* (Otto) *duxit Uxorem, ſuæ Nobilitati congruentem; Mechtildem, Marchionis Alberti Filiam de Brandesborch, & genuit; Ottonem, Albertum, Johannem, Conradum. Filias quoque: Mechtildem, Helenam, Aleydam, Helenam* (rectius Eliſabetham) *Agneten &c.* In *Chronico Picturato Brunſuicenſi Botbonis*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 363. ad an. 1238, vocatur *Ulricus*, *ibi: Hertoghe Otto, Hertoghen Wilhelmes Sone, ein Hertoghe to Brunſwick unde to Lunenborch, de nam Marggreven Alberdes Dochter to Brandeborch, de selde em Vyff Sone, unde Vyff Dochter. De Eyne Sone, de heyt Otto, de wart ein Biſchopp to Hildeſſem. De Ander Sone, de heyt Cord, de wart ein Biſchopp to Veerden. De dridde Sone, de heyt Olrick, de ſtarff in der Joget. De Veerde, de heyt Albrecht. De Veffte, Hans; De beyde de selden dat Lant, unde beſeten dat Arve &c.*

(2) *ALBERTUS MAGNUS*; *Brunſuicenſis* natus 1236. cujus vel ipſe Parens, in Diplomate Privilegiorum, die *S. Vitalis* an. 1247. Civitati *Luneburgenſi* datorum, hiſce meminit: *Acceptis igitur trecentis & quinquaginta marcis puri argenti, omnes in Civitate manentes, qui Noſtri Proprii fuerant, damus perpetuò, & per omnia, liberos, eorumque ſucceſſores, ita, ut nec Nos, nec Filii Noſtri, Albertus, Johannes & Otto, nec Filiæ Noſtræ, nec aliqui Succeſſorum Noſtrorum quicquam Juris in ipſis habeant, neque in Herewede neque in Rade* (Gerada) *accipienda nec in aliquibus bonis eorum, ſed liberaliter, vel totaliter, liberi ſint à Nobis &c.* nec non Ejus Mater, datis, ſuper eandem rem iisdem anno & die, laudatæ Civitati literis. *Ad petitionem eorundem,* (Civium) *Quinquaginta marcas argenti acceptantes, de pleno Filiorum Noſtrorum, Alberti, Johannis & Ottonis, & Filiarum Noſtrarum, conſenſu, univerſos Proprios Homines, tam maſculos, quam fœminas, quoscunque, & quocunque modo eos, ſive ratione patrimonii, ſive ratione aliorum Bonorum Noſtrorum, in Civitate Luneborg manentes, habemus; filios quoque & filias ipſorum, ſi quos progenuerint, nec non & omnes eorum ſucceſſores, ab omni ſervitute & proprietate, liberos dimittimus & ſolutos &c.*

Nuptias celebravit *Albertus*,

(1) An. 1254. cum *Eliſabetha*, fil. *Henrici V.* Brabantiæ Ducis, quæ an. 1261. ſine prole deceſſit. Vid. *Chronicon Brunſuicenſe Maderianum* l. c. pag. 20. *Albertus duxit Uxorem Eliſabeth, Ducis Brabantiæ, quæ ſine liberis obiit 1261 &c.* Cit. *Fragmentum Chronici Brandenburgici* l. c. p. 273. *Hic* (Albertus) *primò duxit Filiam Ducis Brabantiæ &c.* *Chronicon Rhythmicum* l. c. Cap. LXVII p. 136. de eodem:

Darnach der Fürſt Hohegebohren,
Macht ein Hochzeit
Zu Braunſchweig, ſo man geyt,
Auff Sanct Margarethen Tag,

— — — —

Sein Alter das Achtzehend Jar,
Da verſchwunden waren gar,
Zweyhundert Jar von Gottes Geburt,
Tauſent Vier und Funffzig, als ich hort,
Da der Hohe Furſt clar,

Na-

-- -- -- --

Name, gebohren von hoher Arth
Zum Weib ein Jungfreulein,
Eliſabeth hies das Mægdlein,
Sanct Eliſabeten Tochter Kindt;
Der Bruder, Landgraffe Heinrich, ſindt
Des Hertzogen Schweſter wider name &c.

Conſtat ſimul ex hoc loco, Ducem noſtrum Ann. 1236. vice prima lucem vidiſſe. Earundem, nuptiarum memor eſt *Conradus Botho* l.c. pag. 365. quamvis ad annum 1253. ibi: *Hertoghe ‚lbrecht de Grote, Hertoghen Otten Sone, to Brunsvvick unde to Lunenborch, de nam Eliſabeth, des Hertoghen Dochter to Brabant, Sunte Elizabeth Dochter Kint, de ſtarff ane Arven &c.* & *Johannes Stadwegius* l.c ad annum 1251 p. 273. *Albertus vrigede Elizabeth, des Hertoghen van Brabant, de ſtorff ane Erven &c.* de *Henningeſio* l. c. & recentioribus, ne dicam.

(2) *Duxit Adelheydem, filiam Marchionis* (Ottonis) *Montisferati, & genuit: Hinricum, Albertum, Wilhelmum, Conradum, Ottonem, Luderum, & Mechtildem &c.* Ita cit. *Chronicon Brunſuicenſe Maderi* l. c. Add. Cit. *Fragmentum Chronici Brandenburg.* l. c. *Poſtea* (duxit Albertus) *Filiam Marchionis Montis-ferrati, Aleidem &c,* *Conradus Botho* l. c. *Do nom he* (Albertus) *wedder des Marggreven Dochter van Ferrar, de telde œm ſes Sone, unde eyn Dochter. De Erſte Sone heyt Cord; De Ander, Luder, unde worden beyde Sunte Johans Heren. De Dridde Sone heyt OTTO, de wart ein Tempel-Here; De Veerde Sone heyt Hinrick, und wart geheyten Hinrick de Wunderlick; De Veffte Sone heyt Albrecht; De Seſte Sone, Wilhelm; Duſſe twey beſeten dat Brunſwigſche Arve. De Dochter heyt Mettilda, de nam Konigh Erick to Denuemarcke &c. Joh. Stadwegius* l. c. *Navrigede he* (Albertus) *Alheydem, de Markeſen Dochter van Ferrar, unde telde ome VII. Kyndere --- Hinricus, Albertus, Wilhelmus, Conradus, Otto, Luderus, Mechtildis &c.* Cit. *Chronicon Rhythmicum* l. c. Cap LXXII. p. 141.

Von Braunſchweig der Fürſt reich,
Reit darnach viel Fürſtenlich,
Nach [illegible]er Magd ſchone,
Zu [illegible]landt, von der zu Lohne
Er ſuſſer Freundſchafft begert,
Der Ihne die Kœnigin gewehrt,
Die Ihre Mumme was;
Die Magd Sie Ihme gab, alt ich laß,
In Ehren hart manichfalt:
Viel wunderten, wie wol Sie wat geſtalt!
Ihre Nahme was Adeliſſe,
Gezirer wol mit Fleiſſe,
Was ihre Leib feine und nahe,
Marggrave Ottho von Monteſarra.
Sagt mann das ihr Bruder were,
In Lombardie ein Fürſt mehre,
Die nam Er ſonder Schande,
Und führt ſie mit Ihm zu Lande &c.

Pfeſſingeri Vitr. Ill. Tom. II. *Henningeſius* l, c. pag. 121. vocat eam *Alexinam, Aldobrandini*, Eſtenſium Marchionis filiam; aſſeclas habens, *Ritterhuſium, Tabb. Geneal. Brunſuic. Bucelinum, Notit. Germaniæ Genealog.* Tab. 1. pag. m. 41. & alios multos.

An. 1252. tulit auxilia *Ottocaro*, R. Bohemiæ, contra *Belam*, Regem Hungariæ. Vid. *Conradus Botho* l. c. ad h. a. pag. 365. *Bunting.* l. c. p. 95. & 96.

An. 1254. potitur *Guerferbyto, Peina &c.* Vid. *Chronicon Rhythmicum* l. c. Cap. LXIX. p. 136.

An. 1256. Arma infert *Witichindo*, Mindenſium Epiſcopo, à quo erat offenſus, moxque, amico ejus, *Buſſoni Aſſenburgio*, circumpoſita arci *Aſſenburg* militari corona; qua rumpenda, cum Moguntinus Præſul, & *Eberſteinius* Comes, copias *Gœttingenſi* agro obducerent, obviam procedit Dux hoſtibus, captumque *Eberſteinium*, pedibus de patibulo ſuſpendit: Cit. *Fragmentum Chronici Brandenburg.* l. c. pag. 273. ait: *Juvenis exiſtens* (Albertus) *Comitem Conradum de Everſtein, contra ipſum, Epiſcopum Moguntinum incitantem, per pedes ſuſpendit; ArchiEpiſcopum Moguntinum in Clauſtro Amelungeshorne cepit &c* Sic *Membrana San-Blaſiana, apud Maderum, Antiq. Brunſ.* p. 171. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. p. 61. *Anno Domini 1256. ſuſpenſus eſt Comes Conradus de Everſtein, à Duce Alberto &c.* Et *Hermannus de Lerbeke, Chron. Comitum Schawenburg.* ap. *Meibomium T. I. Rer. German.* pag. 511. memor *Richardi*, in Imperatorem electi: *Hujus anno ſecundo, Conradus, Comes de Everſtein, ſed prædo, per Ducem, Albertum de Brunſvvick, verſis pedibus ſuſpenditur, & in Brunſwick, quia Comes, honorificè ſepelitur &c.* Hiſtoriam recenſet *Conradus Botho* l. c. ad an. 1256. pag. 365. *In düſſem Jare hadde de Hertoghe Albrecht, de Grote eynen ſwaren Krich, mit dene van der Aſſeborch, tovoren mit Her Boſſen, ſo toch he vor de Aſſeborch, mit eynem ſtarken Here, unde buwede dar Barchfrede vœre, unde lach darvor in dat dritte Jar, do wart ſe œm geantwordet, unde nam ſe in, unde vordreyff Her Boſſen van der Aſſeborch ut dem Lande &c.* & pag. 366. *In duſſem ſulven Jare, dewile dat Hertoghe Albrecht vor Aſſeborch lach, do toch de Biſchopp to Mentze, unde Greve Diderick* (al. Conrad) *van*

Digitized by Google

Add. *Chronicon Luneburgicum*, apud eundem l. c. pag. 175. *an* 1252. *do Wilhelm van Holland, Romiſche Koning, de Vorſten vorbode de tho Franckfort, und ok duſſen OTTEN, do de darhen ryden wolde, ſterff he uff demſulven Wege, am Dage Primi & Feliciani &c. Conradus Botho, Chron. picturat. Brunſuic.* an. eod. apud eundem l. c. p. 365. *In duſſem Jare ſtarff Hertoghe Otto to Brunsvvick, unde to Lunenborch, unde wart begraven by ſinen Vader, in Sunte Felicianus Dage &c. Cranzius*, lib. VIII. *Saxon* Cap. XIX. docendo, Eum defunctum, cum ad Curiam *Francofurtenſem*, à *Wilhelmo* Rege indictam, adeoque an. 1252. proficiſci meditaretur; Vid. præc. Tit. 2. §. 10 lit. d. ad h. a. p. 159. *Meibomius* in *Relectione Apologiæ, pro Ottone IV. Tom.* 3. *Rerum German. pag.* 166. *Gabriel Bucelinus, Part.* 3. *Notit. Genealog. German. pag.* 41. *Dn. Fridericus Lucæ im Fürſten-Saal*, p. 397. Diem 9. Junii exprimit quoque Dn. *Hübner*, Tab. Geneal. 185.

v. (13.) II.

DUCES THURINGIÆ.

[1] Conſultiſſ. Dn. *Struvius*, C XXII. *Selectæ Bibliothecæ Hiſtoricæ* pag. m 594. § XXI. in ſcenam producit Auctores, *Hiſtoriæ Thuringicæ* inſervientes, *de Origine Thuringorum*, [inquiens,] *prodiit Johannis Juſti Winckelmanni, Gründlicher Bericht, und Bevveis, vom Urſprung und Anfang der Thüringer*; *Bremen*, 1694 8. *Hos autem à Doriis, Græciæ Populis, deducit, atque varias migrationes explicat. In Ipſa Hiſtoria — habemus Marci Wagneri, Thüringer Königreichs, das vor und nach Chriſti Geburt, in Pagos eingetheilt gevveſen, gegründeten Auszug, Jenæ*, 1593. *Laudanda eſt Auctoris induſtria, qui, perquiſitis Bibliothecis, ad hoc ſcriptum, variis monumentis uſus fuit, neque tamen in antiquitatibus ubique certum adhibuit judicium. Alias, proſtat Zachariæ Rivan-*

Digitized by Google

dri, Thüringiſche Chronic, *vom. Urſprung und Herkommen der Thüringer, auch aller vornehmſten Geſchichten und Thaten, ſo ſich, biß ad annum 1567. begeben.* 1596. 8. *Johann Bangens Thüringiſche Chronic. Mühlhauſen,* 1695. 4. *Johann Becherers, Thüringiſche Chronic. Francof.* 1621. 4. *Friderici Schmidts*, *Thüringiſche Chronica, von der Welt Anfang, biß auf dieſe Zeit; Mühlhauſen,* 1599. 4. *Sed iſta omnia plena ſunt errorum, nec in Hiſtoria, nec in Chronologia, accurata. Johannes Ixenſchmidius, Hiſtoricam Thuringiæ dedit deſcriptionem, in qua, de Gentis origine, Regno, Comitibus & Landgraviis, usque ad Henricum VI. quo, ad Ulmam ſagitta trajecto, Thuringia, ab Haſſia avulſa, ad Marchiones Miſniæ eſt devoluta ---- breviter tractatur; Erfurti* 1597. 4. *Præcipuè vero æſtimandi, hac in parte, veniunt labores Caſparis Sagittarii, verſatiſſimi & maximè induſtrii Antiquitatum patriarum indagatoris. Primum prodiit ejusdem Epiſtola: de antiquo ſtatu Thuringiæ ſub indigenis, Francorum, Germaniæque Regibus, ut & Ducibus, Comitibus, Marchionibus, usque ad ortum Landgraviorum, ad Johannem Schilterum, Jenæ,* 1675. 4. *qua etiam in multis* [Joh. Mauritii] *Gudeni Hiſtoriæ Erfurtenſi contradicit. Sed, cum hæc erudita quidem eſſet, ſed brevis, plenius hæc deduxit, in Antiquitatibus Regni Thuringici, Jenæ,* 1685. 3. *Germanicè editis, quibus omnem Thuringorum hiſtoriam, ſtatumque, qui fuit ſub Regibus, eruditiſſimè explicat. Acceſſit Petri Albini, Hiſtoriæ Thuringorum novæ ſpecimen, quod ille primus ex MS. protulit. Secutæ ſunt ejusdem Antiquitates Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuringici, Jenæ,* 1685. 4 *Quibus potiſſimum de Bonifacio; primis Epiſcopatibus, & converſione Thuringorum, agit, quam longe ante Bonifacium factam demonſtrat. Sequuntur Antiquitates Ducatus Thuringici, Jenæ,* 1688. 4 *Quibus ex Hiſtoriis probat, poſt interitum Regni Thuringici, exortos fuiſſe Duces, ſtatum Regiminis ſub Imperatoribus Francicis, diviſionem in Pagos & Centenas exponit &c.* & § XXII. pag. 597. *Ad Hiſtoriam Landgraviorum, editi ſunt: Hiſtoria Erphesfordienſis, Anonymi Scriptoris, de Landgraviis Thuringiæ, apud Piſtorium. Brevior notatio, de Vita, nuptiis, liberis & obitu, Veterum Landgraviorum Thuringiæ, ex vetuſtiſſimo libro deſcripta. Genealogia omnium, qui unquam fuerunt, Thuringiæ & Haſſiæ Landgraviorum &c.* Adde *Bibliothecam Hiſtoricam ſelectam Struvio Buderianam,* 1740, editam, cap. XXI. §. 23. & 24. p. 1161. ſeq. Junge etiam his, catalogum *Regum Thuringiæ*, [ab *Hermanno*, qui, cum 25000. ſociis, in prælio contra Gothos, Anno Mundi 3637. occubuiſſe fertur, usque ad *Hermenfridum*, à *Theodorico*, Auſtraſiorum Rege, An. Chriſti 524. debellatum,] apud *Henningeſium*, Part. I *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia. p.* 141. *Comites Thuringiæ* recenſet idem, l. c. p. 132. & 134. ut & *Landgravios*, pag. 134. &c. & *Marchiones*, pag. 136. Nec non *Friderici Lucæ Fürſten-Saal*, Part 3. Cap. 1. pag. 685. &c. *Mart. Chriſtoph. Laurentii*, *Monumenta Romanorum in Thuringia*, Edit. Gothæ, 1704. Ejusdemque *Origines Doringicas, ſeu, Monumenta Suevorum in Doringia*, Numburg. 1706. His adde: Georg Mich. *Pfefferkorns Merckwürdige und auserleſene Geſchichte von der Land-Graffſchafft Thüringen. Gotha* 1685. *Johann Chriſtoph Olearii Rerum Thuringicar. Syntagma, allerhand denckwürdiger Thüringiſcher Städte und Oerter Hiſtorien und Chronicken, Erffurt* anno 1704. *und* 1707 2. *Theile.*

(2) Mirum in modum exercet *Thuringiæ* Etymologia Scriptores. Auctorem *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. I. apud *Urſtiſium*, pag. 908. *Thuringos* ita vocari ſcribentem, quod ſint quaſi DURI ad labores, gerendaque bella; refutant: *Wolfgangus Heiderus*, Oratione I. de *Thuringia*, quæ, Vol. 2. Orationum ejus vigeſimum quintum locum occupat, pag. 1085. *Joh. Schefferus*, in *Upſalia Antiqua*, C. VI. p. 65. *Sagittarius*, *Antiquit. Regni Thuring.* lib. I. C. I. §. 5. pag. 3. & 4. In contrarium, eos ab *Ariditate* quoad bellum, quaſi *Aridos* & *inutiles*, ad geſtanda arma, *dürre und ohnmæchtige Soldaten*, ſic dictos, putat *Gobelinus Perſona* ætat. V. *Coſmodr.* Cap. XI. apud *Meibomium T. I. Rer. German.* pag. 160 oblitus, quæ paulo antè, pag. 159. de *Iringo*, Turingorum potente quodam, commemoravit: *à cujus nomine — Turingorum nomen credunt exortum &c.* quod ridet *Petrus Albinus*, in *ſpecimine Hiſtoriæ Thuringorum novæ*, apud *Sagittarium* l. c. pag 334. *Melchiæ Nebeli de Witſtabl*, in deſcriptione Expeditionis copiarum Saxoniæ Electoris, ab an. 1631. ad 1641. pag. 224. derivationem, ab *ariditate montanorum, Weil es viel dürre Oerter auff den Bergen daſelbſt giebt*, petitam, carpit *Sagittarius* l. c. §. 9. p. 8. *Caſparum Danckwert*, qui part. I. *der Beſchreibung der Herzogthümmer Schleſwib und Holſtein*, Cap. 7. auctoritate *Taciti*, in *Germania* ſua, *Cheruſcos* quondam *Bonos* & *æquos*, ſuo tempore verò *inertes* & *ſtultos* (*Doren*) nuncupatos, docentis, etymon à *ſtultitia* arceſſit, meritò reprobant: *Petrus Albinus* l. c. *Sagittarius* l. c. §. 3. & 4. pag. 1. & 2. & Dn. *Laurentius*, in *Monumentis Suevorum in Doringia*, part. Gener. c. I. pag. 2.

Qui,

Qui, cum *Wolfgango Lazio*, lib VI. de *Migratione Gentium* pag. 152. & *Aventino*, lib. I. *Hiſt. German*, à *Bruſchio* ſeorſim editæ, eos à *Theira*, Jovis fratre, quaſi *Theyre*, ſeu *Theure*, *Mænner*, *Viros ſtrenuos*, nomen ſortitos cenſent, contrariantur *Albino* l. c. pag. 331. & *Sagittario* l. c. § 6. & 7. p. 5. & 6. Auctore *Conringio*, Tract. de *Antiquiſſimo Statu Helmſtadienſi*, pag. m. 76. & 77. ibidemque in Præfatione, appellantur *Thuringi*, ab *Hermunduris*, Miſniæ quondam Incolis, quorum poſteros fuiſſe, & *Vorburgio*, Tom. I. *Demonſtrationis Hiſtor.* pag. m. 485. verum videtur; Confer tamen *Petrum Albinum* l. c. p. 332. & *Sagittarium* l. c. §. 11. ad 15. pag. 9. ad 13. *Jodoco Willichio Reſelliano*, in partem 2. *Germaniæ Taciti*: §. XX. apud *Schardium*, *T.* 1. *Rer. Germ. pag.* 65, *Philippo Melanchthoni*, de *Vocabulis Regionum & Gentium quæ in Taciti Germania recenſentur*, ibid. pag. 79. *Caſparo Peucero*, lib. IV. *Chronici Carionis*, p. 303. & 309. *Reinero Reineccio*, *von der Meißner Herkommen*, Edit. Lipſ 1570. p. 75. *Abrahamo Ortelio*, in *Theſauro Geograph.* voc. *Tyritæ*, *Petro Albino* l. c. p. 330 aliisque multis, *Tyrigetas*, *Tyræ*: hodiè *Dnieper*, in *Pontum Euxinum* ſe exonerantis fluvii, accolas hoc titulo producentibus, obloquuntur: *Cluverius*, lib I. *Antiquit. German.* Cap. 3. *Conringius*, Præfat. in *Tacitum*, *de Moribus Germanorum*, Edit. prior. *Sagittarius* l. c. Cap. 2. §. 3. &c. pag. 17. &c. Dn. *Laurentius*, in *Monum. Romanor. in Thuringia*, part. II. c. 1. p. 27. & in *Monumentis Suevorum*, part. Gener. c. 1 §. 1. p. 2. &c. Juxta *Barthium*, lib. XI. *Adverſariorum*, C. 29. nomen trahunt à *Thervingis*, quorum *Eutropius*, lib. VIII. *Breviarii Hiſtoriæ Romanæ*, meminit; ſed, vid. *Sagittar.* l. c. Cap. 2. § 4. p. 18. Alii, à *Tulingis*, Vogeſum inter Moſellamque, ubi hodiè *Lotharingi*, quos, à vicinis Helvetis, ad mutandas ſedes, inſtigatos, *Cæſar* lib I. de *Bello Gallico*, teſtatur; ita Dn. *Laurentius*, cit. *Monum. Roman* l. c. pag. 28. utut rejiciente ſententiam hanc *Sagittario* l. c. §. 5. p 19. Sicut & ipſemet, in *Monumentis Suevorum*, part. gener. C. I. p. 4. &c. ad aliud etymon progreditur, *Toringos* eandem fuiſſe Gentem cum *Ptolomæi*, (*in Deſcriptione Germaniæ*,) *Obringis*, *denen Ober-Reinlændern*, quem tractum antiquitus coluerint, exiſtimans, vocibus: *die Obringi*, ſuccedente tempore, contractis in: *D'obringi*, moxque, euphoniæ melioris gratia, in *Doringi*, demta litera b. tandemque corruptius, in *Touringi*. Alii, à *Thurcilingis*, quibus, *Paulo Warnefrido*, lib. I. de *Geſtis Longobard.* Cap. XII. pag. m. 360. & lib. X. *Hiſtoriæ Miſcellæ*; C. 2. & 7. *Jornande*, de *Rebus Geticis*, *Cap.* 46. *Hermanno Contracto*, ad an 490. apud *Urſtiſium*, p. m. 273. teſtibus, *Odoacer* imperabat; ſic ſtatuentes B. *Rhenanum* lib. I. *Rer Germ.* & *Spigelium* JCt refellunt *Petrus Albinus* l. c. p. 331. & 332. & *Sagittarius* l. c. §. 6. p. 20. &c. pariter & §. 13. &c. p. 26. &c. *Bucherium*, lib. XV. *Belgii Romani*, c. 10. quod fluvium *Tanger*, in Veteri Marchia, & *Tongris* & *Toringis* nomen dediſſe tradat. Nec magis aſſentit §. 16. p. 28. *Petro Bertio*, lib. I. *Comment. Rer. German*, p. 105. appellationem hanc *Teuriochæmis*; vicino Montibus Bohemicis Populo, apud *Ptolomæum*, lib. 2. Cap. XI. vindicandam arbitranti, Ipſemet, l c. Cap. 3. §. 17. p. 43. &c. & 25. p. 51. & *Schefferus* l. c. p. 61. & 65. *Thoringos* cenſent, nomen ſuum referre ad Idolum THOR, quod Gothi *Upſaliæ* coluerant, ceu ex *Adamo Bremenſi*, de *ſitu Daniæ*, *reliquarumque Septentrionis Regionum*, in calce libri IV. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, §. 91. 92. & 93 p. 152. & 153. conſtat, carpente eum propterea *Laurentio*, tam in *Monumentis Romanorum*, ſæpe fatis, Part. II. Cap. I. pag. 28. quam in *Monumentis Suevorum*, part. gener. C. I. p. 3. alii aliter.

(3) Miſſis, quæ *Grammaticorum* ſunt, indagandum potius, quo tempore *Toringorum*, ſeu *Turingorum* nomen innoteſcere cœperit? *Flavium Vegetium Renatum*, (quem *Inſtituta Rei Militaris*, *Valentiniano II.* Imp. inſcripſiſſe, *Godeſcalcus*, *Stewechius* in Librum I. iſtorum *Inſtitutorum*, p. 2. oſtendit; adeoque Seculi IV. à N. C. Scriptor eſt,) lib. IV. *Mulomedicinæ*, ſeu *Artis Veterinariæ*. an. 1528. *Baſileæ* impreſſæ, & *Ferdinando*, Hungariæ Bohemiæque Regi dicatæ, C VI. *Equos Toringos & Burgundiones*, Romanæ Militiæ, *aptos* veluti *ad bellum*, *ob injuriarum tolerantiam*, prædicare, B. *Rhenanus*, in *Inſtitutionib. Rer. German* *Conringius* l. c p. 76. & *Sagittarius* l. c. lib. 1. c. 3. §. 2. p. 30. & lib. 2. c. 2. §. 1. p. 112. notarunt. Sec. V. florens D. *Auguſtinus*, memor ambitus ſolis, de quo *Eccleſiaſticus*, C. XLIII, v. 2 & ſeqq. ait: *Auſtralis ergò pars cum habet ſolem, nobis dies eſt: Cum autem ad partem Aquilonis circuiens pervehitur, nobis nox eſt --- alia quoque Gens ibi* (in Aquilone. h. e. Septentrione) *eſt*, *quæ* **Suethans** *dicitur*, *cujus Gentis homines, velut Thuringi, equis utuntur eximiis: & hi ſunt, qui, in uſus Romanos, Saphirinas pelles, commercio interveniente, per alias innumeras Gentes, tranſmittunt &c.* Conf. *Conradus Urſperg.* ſub *Valentiniano* Imp. p. m. 71. Eodem ſeculo inclareſcens *Eugippius*, Presbyter, in vita S. *Severini*, Noricorum Apoſtoli, cujus diſcipulus fuit, Cap. XXVII. apud *Surium*, 8 *Januarii*, p. m. 117 recenſendo, quomodo Romani, Sancti hujus orationibus adjuti, de *Alamannis* duxerint triumphum, inquit: *Victis ac fugientibus Alamannis*, *Vir Dei* (Severinus) *ita Victores* (Romanos) *alloquitur*: *Filii, ne veſtris viribus palmam præſentis certaminis imputetis, ſcientes, Vos Dei nunc præſidio liberatos, ut hinc parvo intervallo temporis, quaſi quibusdam conceſſis induciis, diſcedatis mecum.* Itaque, ad Oppidum

Digitized by Google

Lauriacum congregati deſcendite. Hæc homo Dei, plenus pietate, commonuit. Sed Batavinis genitale ſolum relinquere dubitantibus, ſic adjecit; Quamvis & illud Oppidum; quo pergimus, ingruente barbarie, ſit quantocyus relinquendum, hinc tamen nunc pariter diſcedamus. Talia commonentem ſequuti ſunt plurimi, quidam reperti ſunt contumaces, nec defuit contemptoribus gladius inimici. Quicunque enim ibidem, contra Hominis Dei interdictum, manſerunt, Thuringis irruentibus; in eadem hebdomade, alii quidem trucidati, alii in captivitatem deducti. pœnas dedere contemptus &c. & cap XXXI. p. 118. enarrando colloquium S. *Severini*, cum *Feletheo*, Rugorum Rege, ita Virum Sanctum, Principem hunc allocutum inducit: *Hunc Populum, pro quo benivolus precator accedis, non patiar Alamannorum: aut Thuringorum iniquorum, ſæva depredatione vaſtari, vel gladio trucidari &c.* Hinc ſua Dn. Laurentius, in Monumentis Suevorum in Doringia, part. Gener cap. 2. p. 12. & 13. Sub exitum ejusdem Seculi conſpicuus PictavorumPræſul, *Venantius Fortunatus*, in vita *S. Radegundis*, lib. I c. 1. apud Surium, 13. Aug. p. m. 116. ait: *Beatiſſima igitur Radegundis, natione Barbara, de Regione Turinga, Avo Rege Baſino, Patruo Hermineſrido, Patre Rege Berthario &c.* & in carmine, de *Excidio Thüringiæ*, quod, ut communis fert opinio, laudatæ *Radegundis*, à *Clothario*, Francorum Rege, debellata *Toringorum* Gente, in captivitatem abductæ, tandemque in matrimonium ab Eo receptæ, doloris levandi gratia compoſuit, cujus præc. Tit. 2. §. 10. lit. m. p. 199. memini; in quo frequens *Toringorum* mentio. Epiſtolam *Theodorici*, Gothorum Regis, ad *N. Thoringorum Regem*, ſiſtit *Magnus Aurelius Caſſiodorus*, Sec. VI. clarus, lib. 3. Variarum, Epiſt. 3. p. m. 85. aliamque, *Herminafrido*, *Regi Thoringorum*, inſcriptam, lib. 4. Ep. I. pag. 123. Ejusdem Seculi Scriptor, *Procopius*, *Beliſarii* Notarius & Comes, Imperante *Juſtiniano* clarus, Libr de Bello *Gothico*, hæc profert. *In Galliis alia pleraque flumina ſunt, ſed Rhodanus imprimis, & Rhenus, hinc defluunt, diverſa tamen, & contraria ab invicem via, labuntur: Rhodanus ſiquidem in mare Tyrrhenum exit, & in Oceanum Rhenus immittitur. Paludes præterea, hiſce in locis, non paucæ, ubi primitus Germani, Gens barbara, habitabant, nec magni tunc primum momenti Viri, Franci nunc vocitantur. His finitimi Arborichi accolæ erant, qui cum cetera Gallia, atque item Hiſpania, jampridem Romanis parebant. Poſt hos, in orientem Solem Toringi barbari ſunt, qui, Cæſaris Auguſti permiſſu, ſedes has tenuere, & ab his Burgundiones, haud procul ad Notum ventum vergentes, inhabitant &c.* Per *Toringos*, hic *Suevos Oberringos* intelligi, demonſtrandum ſibi ſumit Dn. *Laurentius* l. c. p. 8. & in Monumentis Romanorum, Part. 2. C. I. p. 30. adjumento *Suetonii*, in vita *Auguſti Cæſaris* Cap. XXI. ſcribentis: *Domuit, partim ductu, partim auſpiciis ſuis, Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam, cum Illyrico omni, item Rhætiam, & Vindelicos, ac Salaſſos, Gentes Alpinas, coërcuit, & Dacorum incurſiones, tribus eorum Ducibus, cum magna copia, cæſis, Germanosque ultra Albim fluvium ſubmovit: ex quibus Suevos, & Sicambros, dedentes ſe, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit &c.* Ipſe *Theodebertus*, Auſtraſiæ Rex, *Theodorici* filius, in Epiſt. ad *Juſtinianum* Imp. *Thuringos* ſibi ſubjectos fatetur, cujus verba præc. Tit. 2. §. 10. lit. m. pag. 199. exhibui. De *Gregorio Turonenſi*, & recentioribus, ne dicam. Non omnia verò loca hæc de *Thuringis*, accipienda, mox dicenda declarabunt.

(4) Paruiſſe Regibus THORINGIAM, omnes affirmant. Sed quibus? & in quo deſtructum Regnum? Producuntur: [1] GUNTHERUS, qui *Grimhildim*, filiam ſuam, Attilæ matrimonio junxiſſe fertur; Vid. *Laurentii Monum. Suevorum.* part. Gener. c. 3. p. 22. &c. [2] BASSINUS, ſeu BISSINUS, apud quem *Childericus*, Francorum Rex, à ſubditis pulſus, per octo annos latitaverit; ope tandem, Wiomadi, ſeu Winomadi, in integrum reſtitutus, ducta poſtmodum, in compenſationem quaſi beneficiorum, adultera *Baſini* conjuge; *Baſſina*, deſerto marito, in Franciam profuga, in Uxorem. Vid. *Gregorius Turon.* lib 2. Hiſtor. cap. XII. apud *Freherum T. II. Rer. Franc.* pag. 36 & 37. *Geſta Francor. Epitomata*, cap. VI. & VII. ibid. Tom. I. pag. 59. *Aimoinus*, lib. I. cap. VII. & VIII. p. 257. & 258. *Sigebertus Gemblac.* ad an. 461. pag. m. 502. & 503. & an. 569 pag. 504. *Sagittarius*, lib. 2. *Antiquit. Regni Thuring.* cap. IX. pag. 214. &c. Dn. Laurentius l. c. pag. 23. & 24. Conf. præced. Tit. 2. §. 10. lit. i. v. 23. p. 191. & 192. [3] BADERICUS, ſeu BALDERICUS, ejusque fratres: HERMENFRIDUS & BERTHARIUS, de quibus multa *Sagittarius* l. c. cap. X. p. 225. &c. ex *Gregorio Turonenſi* l. c. lib. 3. cap. IV. pag. 53. *Geſtis Francor. Epitom.* c. XXXIII. pag. 102. *Aimoino*, lib. 2. cap. IX. pag. 278. *Sigeberto Gemblacenſi*, ad ann. 518. &c. docens. Principes hos conjunctim defuncto Parenti, BASINO, ſucceſſiſſe, BADERICUM verò & BERTHARIUM, brevi poſt, ab *HERMENFRIDO*, Monarchiam ambiente, fuiſſe è medio ſublatos. c. XI. p. 236. &c. recenſet, ex *Gregorio Turon.* l. c. & c. VII. p. 55. *Geſtis Franc. Epitom.* cap XXII pag. 63. *Aimoino l. c. Witichindo Corbejenſi*, lib. I. *Annal.* apud *Meibomium T. I. Rer. German.* pag.

Digitized by Google

pag. 631. &c. *Sigeberto Gemblacenſi*, ad an. 524. *Martino Polono* MS. *Kranzio*, lib. I. *Saxon.* Cap. 26. &c. bellum, inter *Theodoricum*, ejusque fratrem, *Clotharium*, Francos, & dictum *Hermenfridum*, dimidiam Regni partem, quæ trucidati *Baderici* erat, Francis, contra datam fidem, tradere retinenten, exortum, præliumque, ad *Tennebergam*, [Runibergum] commiſſum, *Hermenfrido* feralè. Conf. præced. Tit. 2. § 10. lit. m. p. 197. & 198. Cap. XII. p. 253. &c ex iisdem Auctoribus, annectit, caſtigatum, ad *Unſtrutam Hermenfridum*, in arce *Witichindo* l. c. *Scheidingen* dicta, Provinciam, cum *Saxonibus*, æqua lance diviſiſſe, conſtituto flumine *Unſtrut* communi termino. C. XIII. p. 293. &c. ex eisdem *Gregorio Turon.* lib. 3. Cap. VII. & VIII. pag. 55. & 56. *Geſtis Franc. Epitom.* C. XXII. p. 68. & XXXIII. p. 102. *Aimoino*, l. c. &c. triſtem *Hermenfridi* exitum deſcribit, à præfato *Theodorico*, ad amicabile colloquium, *Tolbiacum* invitati, inopinatè verò, de muro, in præceps, dati, prole ejus ſimul deleta, impoſitoque ſic *Thuringorum* Regno fine, à Francis in Provinciam redacto. Vid. præced. Tit. 2. l. c. p 198.

[5] *Num hi Reges Thuring. æ hodiernæ unquam præfuerint?* Quæſtio eſt, quam negare, ferè piaculum. Dn. *Laurentius* tamen, in ſæpe citatis *Romanorum, Suevorumque documentis*, allata de *Tongris* interpretatur; cujus argumentorum hæc ſumma, (1) *Clodionem*, Francorum Regem, ſuperando Rhenum, *Tungrorum* fines jam attigiſſe, *Diſpargo* caſtro, in finibus ipſorum, ubi Sedem fixerit, teſte; Verum quidem, in *Gregorio Turonenſi*, lib. 2. *Hiſt.* Cap. IX pag. 35 [reliquisque, præced. Tit. 2. §. 10. lit. i. v. 21. p. 188. hoc titulo productis,] legi, *Diſpargum, in termino Thoringorum*; lectionem autem hanc vitioſam, *Thoringorum* voce mutanda in *Tungrorum*, apud Eruditos jam eſſe expeditum; Vid. l. c. quibus *Johan. Iſaac. Pontanus*, in *Originibus Francorum*, aſſociandus, *Chlodius, inquiens: Francorum Rex, anno Theodoſii Junioris ſexto, ut refert Proſper, id eſt, anno Chriſti* 424. *regnans, &, ut addit Gregorius Turonenſis, trans Rhenum, apud Diſpargum, in terminis Tungrorum, Caſtrum habens, miſſis exploratoribus ad Cameracum usque Belgicam invaſit, Caſtrum Diſpargum, ſeu, ut nunc dicimus, Duisburgum, ex quo profectum Chlodium, Turonenſis indicat, Francici Regni ſedem fuiſſe notat, Aimoinus, lib. I. p. 4. Caſtellum, inquiens, quoddam, Diſpargum nomine, occupant Franci, in quo Rex Chlodio Sedem ſui conſtituit Regni &c*, (de *Diſpargo*, vid. ſupra, l c. pag. 188. & 189.) (2) Regnum *Tungrorum*, à Francis tunc nondum fuiſſe occupatum; documento *Baſini* Regis, ad quem, anno 461. á ſubditis pulſus *Childericus*, Francorum Rex, confugerit; (Vid. ſupra l. c. v. 23. p. 191.) Fugam autem hanc de *Tongria* intelligendam, nec de *Thuringia*: cum fuga ex Francia in *Thuringiam*, tot Populis, *Alemannis* præſertim, infenſiſſimis *Francorum* ſucceſſibus, intermediis, ſanæ rationi reluctetur; audiendum potius *Pontanum* l. c. *Turonenſis, &, ex eo, Aimoinus, aliiq; hoc etiam adjiciunt, quod, cum jam Regno & rebus reſtitutus eſſet Hildericus, Baſinam, Regis Thuringorum Uxorem, in Conjugem acceperit, niſi & ibi & ante, ubi ad Thuringos fugiſſe memoratur, vitium eſſe, ex nominum Thoringorum & Tungrorum confuſione exortum, ſuſpicari libeat, & Tungrorum exaratum, aut exàrandum potius; --- nonne ſimilius vero ſit, in proximis, unde & ortus, & digreſſus eſſet Tongris, ſive cis, ſive ultra Rhenum dilituiſſe, apud aliquem Tungrorum Regulorum, cujusmodi tunc non unus fuit, ut infra patebit, Hildericum, quo, in omnem eventum, proprior præſtoque eſſet; quam in Thoringis, tam longè diſſitis, quosque inter & Francos, Alemanni, aliæque Gentes, Francorum ſucceſſibus infenſiſſimæ, tunc intermediæ colerent, Quibus accedit, quod & Germani, & præſertim illi, ex adverſo, & infra Coloniam Agrippinam occidui, peculiari Tongrorum vocabulo, antiquitus appellati exiſtimantur, ut Tacitus innuit &c.* (3) *Clodoveum Magnum, Childerici* filium, anno Regni decimo, [adeoque, juxta præced. Tit. 2. § 10. lit. i. v. 24. p. 192. anno 492.] *Thoringos*, Rheni adhuc accolas, *Suevorumque* nomen retinentes, *Gregorio Turonenſi*, lib. 2. c. 27 p. 43. relinquisque [l. c. nominatis] teſtibus, jam ſub jugum miſiſſe, de quibus non conſtet, quod vivente *Clodoveo*, præſertim, ex quo, anno 497. decretoria pugna, *Alemannorum* pleroſque, apud *Tolbiacum*, in Colonienſium finibus, [ceu l. c. p. 193. probavi,] proſtraverit, ejusque filiis, rebellaverint. Unde ergò *Thuringis* Reges? (4) Certum contrà, *Theodoricum*, Auſtraſiæ Regem, *Clodovei* filiorum natu maximum, cum *Hermenfrido*, *Thoringorum* Rege, contra Ejus fratres, *Badericum & Bertharium*, pepigiſſe fœdus, addita lege, ut, iis ſuppreſſis, *Thoringorum* Regni dimidium ſibi traderetur; quo pacto poſtea, *Baderico & Berthario*, è medio ſublatis, non ſervato, illatum à *Theodorico*, ejusque fratre, *Clothario*, Sueſſionenſium Rege, in Societatem belli tracto, *Hermenfrido* bellum; non quidem tanquam rebelli, ſed ut promiſſa ſaltem non

adim-

adimplenti; magno argumento, *Hermenfridum* non *Thuringis*, utpote à *Clodoveo* jam an. 492. devictis, ſed *Tungris*, imperaſſe. [Spectantia huc teſtimonia offendis præced. Tit, 2. §. 10. lit. m. p. 197.] (5) Veteres *Thoringos* ante annum 568. modernas ſedes ſuas ne quidem tenuiſſe, idque probaturus, annectit, *Thuringiam* noſtram, priſcis Romanorum temporibus, paruiſſe *Cheruſcis*, in quibus, *Varo* Duce, Romani à Germanis cæſi, [vid. præced. Tit. V. §. 9. lit. k. p. 435) Succeſſiſſe eis *Saxones*, Sec. IV. ex victoriis, quas reportaverant, concludit part. I, Monumentorum Roman. c. IX. p. 23. & Part. 2. c. 1. p. 28. (Conf. præced. Tit. 2. §. 10 lit. q. p. 204. & 205.) Hosque non prius inde egreſſos, quam *Alboino*, Longobardorum Regi, à *Narſete*, Patricio, injuriam, (qua à *Sophia Juſtini*, Imp. Conjuge, homo dictus effœminatus, ad diſtribuenda in Gynæceo inter puellas penſa, aptior, quam ad adminiſtrandam Italiæ præfecturam, fuerit concitatus,) vindicaturo, ad occupandam divitem Provinciam, evocato, viginti millium numero, an. 568. ferrent ſuppetias, occaſione hac, horrentes ſylvis terras, cum fertilibus commutaturi agris; (Conf. præced. Tit. 2. §. 7. lit. a. p. 42. & Tit. IV. §. 5. lit. a. v. 10. p. 333. & 334. ibique citatis teſtibus addendi: *Gobelinus Perſona*, ætat. *VI. Coſmodromii*, cap. 27. p. 221. & cap. 29. pag. 222. *Mutius*, *Chron. German.* lib. V, p. 40. &c.) In abſentium tandem ſedes collocaſſe *Clotharium II. & Sigebertum*, Francorum Reges, *Suevos Obringos*, contractè *d' Obringos*, quaſi *die Ober-Reiner*, ſive *Ober Reinlænder*, &, vitioſius adhuc, *Doringos, Toringos*, ſeu *Thoringos*, dudum à *Clodoveo* ſubactos, tradit in Monum. Roman. P. I. c. IX p. 24 &c. & Monument. Suevorum, P. Gener. c. *VII.* p. 39. & 40. (Conf. præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 4 p. 208. & 209. ubi tamen, & in *Gregorii Turonenſis*, & *Pauli Diaconi*, verbis deſideravi, quod *Clotharium II.* translationis hujus participem faciant, quem jam an. 562. exeunte, vel 563. ineunte, ſepulchra Patrum ingreſſum, ib. pag. 208. adſtruxi. Add. Gobelinus l. c. c, 29. p. 222. Mutius l. c. pag. 41. Alii) (6) Conſervatam, poſt reditum etiam Saxonum ex Italia, *Suevo-Doringorum* in Saxonia Rempublicam. Reduces ſiquidem ex Italia, (circa an. 577. ut l. c. p. 209. oſtendi,) *Saxones*, cum novos Colonos priſtinis arvis pellere conarentur, nec oblata ſibi ab ipſis tertia agrorum parte, moxque dimidio, & tandem duabus tertiis, contenti, ad arma ruerent, ſurgente verò ad *Unſtrutam*, horrendo prælio, viginti amplius eorum millia trucidarentur, Superſtitibus ſaltem ſex millibus, reſtaurata pugna, itidem ferè deletis, utroq; prælio Suevis, quorum, in priori, non niſi octoginta, ſupra quadringentos, cecidiſſe perhibent, victoriam reportantibus, depoſitis poſthæc à Saxonibus armis, *Suevos* Rempublicam propriam, ſub Auſtraſiæ Regum Imperio, ſtabiliviſſe. Vid. Monumenta ejus Suevorum, part. general. Cap. V. p. 35. & cap. VIII. p. 42. &c. Ad *objectiones*, (1) à *Runibergo*, ubi *Witichindo* teſte l. c. prælium inter *Theodoricum & Clotharium*, *Francorum*, atque *Hermenfridum*, *Thuringorum* (Tungrorum) Reges, exortum; (2) ab *Unſtruta*, Fl. ubi, conclamantibus omnibus, in primis *Gregorio Turon.* lib 3. c. 7. p. 55. *Geſtis Francor. Epitom.* c. 22. p. 68. *Aimoino*, lib. 2 c 9. p. 278. *Witichindo* l. c. p. 631. &c. bellum illud finitum; (3) ab arce *Schidingi*, (Scheidinga) ſuper eundem fluvium ſita, quo *Hermenfridus*, amiſſa pugna, eodem *Witichindo* l. c. p. 631. Auctore, fugiendo ſe receperit &c. indiciis, veluti cuncta in *Thuringis*, nec in *Tongris*, geſta, deſumtis, reſpondet. & quidem ad (1) neminem veterum ante *Witichindum*, mentionem facere *Runibergi*, quod Auctori *Hiſtoriae de Landgraviis Thuringiae*, cap. V. ap. Piſtorium, p. 910, *Roneburgum* eſt Elſteram inter & Pleiſſam amnes, haud procul à *Gera*, Sereniſſimo Duci Saxo-Gothano ſubjectum oppidum; cujus ſitus nec ad inſtruendam aciem, nec committendæ pugnæ aptus. Stolida ratione Hermenfridum militaſſe, ſi, neglecto ſylvæ præſidio, ad fraudes parum profuturas, foſſas ſcil. hinc inde fodiendo, & ceſpitibus cooperiendo, in Francorum perniciem, animum convertiſſet. *Runibergum* potius in Weſtphaliæ finibus, cujus incolæ *Tungri* quondam dicti, quærendum, nec aliud, fortè eſſe quam modernum *Sigeburgum*, ad *Ruram* Fl. nomine ei à victoria Francorum, de *Tungris* reportata, indito. Vid. Monum. Romanor. part. II c. 3. p. 40. &c. qua ſententia tamen mutata, in Monumentis Suevorum part. gener. c. V. p. 36. locum Caſtrorum, (quem Witichindus, l. c. *Runibergum*; Hiſt. *Landgr. Thuringiæ* l. c. *Roneburgum*; *Cranzius* L. I. *Saxon.* c. *XXVI. Rumberg*; MS. *Martini Poloni*, apud *Sagittarium*, lib. 2. *Antiquitatum Regni Thuringici*, cap. XI. §. 15. pag. 252. & 253. *Tenebergk*, vocant,) indagantibus, oſtendit *Runeburgum*, in veteri *Doringia*, haud procul *Hagenoa* Alſatiæ, *Motteram* inter *Suramque* fluvios, ſitum. Sed, quid *Tangrorum* Regibus, cum *Veteri Toringia*? Ad (2) tres dari fluvios, *Unſtruti* nomen præ ſe ferentes, quorum unus Haſſiæ campos riget; alius, apud Saxones, Alfeldiam & Hildeſiam præterlabens, prope Sarſtedium oppidulum, Leinam ingrediatur; & tertium, Thuringicum, abſorbente *Sala*, circa *Naumburgum*; incertumq; ad quemnam horum Hermenfridus cæſus; vid l. c. c. 4. p 43. Conf. *Meibomius*, ad L. I *Witichindi*, T. 1. Rer. Germ. p. 668. & 669. Ad (3) Confundi à *Witi-*

chin-

chindo bellum, quo Franci *Tungrorum* Regnum deſtruxerint, cum alterò, quod *Saxones* inter, ex Italia domum reverſos, *Suevosque*, vacuas ipſorum ſedes; interea occupantes, diu poſt, ad *Unſtrutam* Thuringiæ, geſtum. Totam ejus narrationem falſam; veluti: excepta *Amalbergo*, non fuiſſe *Clodoveo* heredem: Eandem, facem tubamque belli Francici extitiſſe &c. *Scheidungam* eſſe monumentum Pacis, inter *Saxones*, novosque colonos, *Suevos Doringos*, armis ſemel depoſitis, initæ, & perperam bello *Franco-Tungrico* immiſceri. Vid. *Monument. Romanor.* l. c cap. 4. p. 43. & cap. 5. p. 44. &c. & *Monum. Suevor.* l. c. cap. 5. p. 35. Ad illuſtranda hæc argumenta, faciunt loca *Weſtphaliæ* Ducatus: *Runen*, inter *Ruram*, *Aſſamque* fluvios, qui poſterior, ad *Hammum* oppidum in *Lippiam* ſe ingurgitat, & vicina *Scheidinga*.

(6) Quamvis non adeò liquidum ſit, num *Thuringi*, quos *Auſtraſiæ*, Rex, *Theodebertus*, *Theodorici* filius, in præfata Epiſtola ad *Juſtinianum* Imp. præced. Tit 2. §. 10. lit. m. p. 199. ſibi ſubjectos ſcribit, modernam *Thuringiam* jam tunc occupaverint: certum tamen eſt, adhuc ante *Saxonum* iter in Italiam, quod in annum 568. incidit, magnam iis cum *Thuringis* conſuetudinem interceſſiſſe, vel, ſolo bello teſte, quo, ab obitu ſtatim *Theodovaldi*, *Theodeberti* filii, an. 555. ſine prole decedentis, *Saxones*, in Succeſſorem Ejus, *Clotharium I.* FrancorumRegem, inſurgendo, veteri ſolvendo Francis tributo liberare ſe conabantur, ferentibus, ſuo licet damno, eis auxilia *Thuringis*; vid. *Gregorius Turonenſ.* præced. Tit. 2. §. 10 lit. q. v. 2. p. 206. & 207. ubi ſimul teſtes alii, quibus *Sigebertum Gemblac.* ad an. 556. addas: *Lotharius, Rex Francorum, rebellantes contra ſe Saxones, & auxiliantes eis Thuringos, gravi pugna & excidio perdomuit &c.* Conf. Appendix ad *Marcellini Chronicon*: *Hlotharius ipſe Saxones rebellantes, juxta Wiſeram fluvium, magna cæde domuit, & Thoringiam pervaſam devaſtavit &c.* non levi vicinitatis indicio.

(7) Mortuo, an. 562. exeunte, vel ineunte ſequenti, *Clothario*, obvenienteque, (ceu Tit. 2. § 10. lit. q. v. 4. p. 208. probavi,) *Auſtraſia, Sigeberto*, Filiorum Ejus natu minimo, infeſtabant *Hunni Thuringiam*; qua de invaſione, hæc *Paulus Diaconus*, lib. 2. de *Geſtis Longobard.* cap. VIII p. m. 370. *Eo tempore* (quo Clotharius deceſſit) *Huni, qui & Abores, comperta Clotharii Regis morte, in Sigibertum, ejus filium, irruunt, quibus ille, in Thuringia occurrens, eos, juxta Albim fluvium, potentiſſimè ſuperavit, pacemque petentibus dedit &c.* add. *Sigebertus* ad an. 567. *Sigebertus Rex Hunnos. partes Francorum depopulantes, in Thuringia, bello devicit &c.* factum comprobante *Gregorio Turonenſi*, lib. IV. Cap. XXIII. pag m. 79. jung. *Schaten*, lib. 5. *Hiſt. Weſtphal.* ad an. 564. p. 313.

(8) Defunctum, an. 577. *Sigebertum*, *Auſtraſiæ*, adeoque & *Thuringiæ*, Regem, ſecutus *Childebertus* filius, quinque annorum Puer, *Gundoboldi*, Ducis favore, qui *Hilperici*, Sueſſionenſium Regis, *Sigeberti* Germani, *Auſtraſiamque* ambientis, artes eliſerat, ſucceſſorem habuit, an. 597. Filiorum natu majorem, *Theodebertum*, (vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 5. p. 210.) Quo regnante, rurſus Hungari *Thuringiam* invadebant, non niſi muneribus placati inde revertentes. Vid. *Aimoinus*, lib. 3. c. 85. p. m. 345. *Tunc temporis* (quo *Theodebertus* Parenti in Auſtraſia ſucceſſerat) *Huni, qui & Avares dicuntur, à Pannonia egreſſi, in Thoringiam, bella graviſſima cum Francis geſſerunt. Qui tamen à Brunichilde*, (Theodeberti avia) *ſeu, ab ejus nepotibus, accepta pecunia, redierunt ad propria &c.* & *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an 601. *Hunni, cum Francis, fortiter bellant in Thuringia &c*,

(9) *Anno* 614. orto, inter laudatum *Theodebertum*. ejusque fratrem, *Theodoricum*, Burgundiæ Regem, ad *Tolbiocum*, in Colonienſium finibus, prælio, *Thuringi* præſto fuere *Theodeberto*, utut ad internecionem cæſo; vid. ſupr. l c. Conf. *Brower Annal. Trevirenſ.* lib VI Cap. 101. &c. *Lehman, Chron. Spir.* L. 3. C. 8. p. 217. *Petavius* part. I. *Ration. Temp.* lib. VII Cap. 14. p. 457. *Schurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſiæ*, §. XI. p. 9. &c. *Werlhof*, *Notit. Imperii enucleata*, lib. I. c 2. §. 136. p 138.

(10) Sublato è medio *Theodeberto*, factus *Auſtraſiæ* Rex modò dictus frater ejus, *Theodoricus*, non multo poſt impellente avia, *Brunhildi*, itidem occiſus, cum nullos ex legitimo toro reliquiſſet hæredes, Nothique ejus: *Sigebertus* Jun. & *Corbus*, miſerè trucidarentur, *Meroveo* ægrè vita donato, & *Childeberto* fuga dilapſo, *univerſum Francicum Imperium*, ſalvis licet ſingulorum Regnorum juribus, ſub *Clothario II.* & quidem, juxta *Sigebertum Gemblac.* p. m. 528. *Vorburgium*, Vol. VIII. p 91. *Freherum*, in margine ad *Fredegarium*, Cap. XXXIX. p. 132. aliosque, anno 618. denuò coaluit. Vid *Geſta Francor. Epitom.* C. XXXIX & XL. p. m 79. *Fredegarius*, Cap. XXXVIII. ad XLII. p 132 & 133, *Aimoinus*, lib. IV. cap. I. p. 354. &c. *Jonas*, in *Vita S. Columbani*, c. 27. & 28. ap. *Surium*, 21. Novemb. p. m. 477. aliique multi, præc. Tit. V. §. 11. Tab. C. p. 438 adducti teſtes.

[11] Rebus benè ordinatis, adſcivit *Clotharius II.* filium *Dagobertum Magnum*, in Regiminis ſocietatem, conſtituendo Eum, circa an. 624. [vid. præc.

Digitized by Google

Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 6. p. 211] *Auſtraſiæ*, & ſic etiam *Thuringiæ*, Regem. Vid. *Fredegarius* Cap. XLVII. p. 135. *Aimoinus* lib. IV. Cap. VIII. p. 360. *Sigebertus Gemblac.* ad an. 628. p. 529. & in Vita S. *Sigeberti* Regis, Cap. I. apud *Surium*, 1. Febr. pag. 39. & quos Tit. V. §. 11. Tab. C. p. 438. nominavi.

[12] Gravia bella geſſit *Dagobertus Magnus*, in primis an. 632. Regni octavo, cum Slavorum Vinidorum Rege, *Samone*, cujus infeſtationibus *Thuringia* non parum vexata; vid. Anonymus, de *Geſtis Dagoberti*, Cap. 31. apud Dn. de *Leibnitz*, *T. 1. Rer. Brunſuic. pag. 66*, *Sigebertus Gemblac.* in *Vita S. Sigeberti*, l. c. C. V. p. 31. & præced. Tit 2. §. 10 lit. q. v. 7. p. 212. Hunc in finem, declarat non ſolum, Anno Regni XI. filium, *Sigebertum III. Auſtraſiae* Regem, dirigendis ejus conſiliis *Pipino*, Majore domus, [cujus tamen vices *Adalgiſo* committebantur;] & *Chuniberto*, Colonienſium Præſule admotis, [vid. præc. Tit. V. §. 8. lit. f. p. 429. & §. 11. Tab. C. p. 438.] ſed & RADULPHUM, *Chamari* filium, *Thuringiæ Ducatui* præficit. Vid. præced. §. 1. lit. a. p. 3.

[13] Extincto, anno 645. juxta *Sigebertum Gemblac.* ad h. a. p. 532. *Dagoberto Magno*, & concidente ſimul cum Eo, *Merovingicae* ſtirpis Regum gloria, hinc tenera SIGEBERTI ætate, annum agentis duodecimum, ſeductus, ferociens, illinc parta de Slavis *Vinedis* victoria elatus, *Radulphus* Dux, rebellionem contra Dominum ſuum concitat, ejusque Exercitu fuſo, *Dominum Thuringiæ* aliquamdiu uſurpare conatur, tranquillo reditu trans Rhenum Regi indulto. Vid. *Fredegarius*, Cap. LXXXVII pag. 765. in *Du Cheſue Hiſtoriae Francorum Scriptoribus: Cum Anno VIII. Sigebertus regnaret, Radolfus, Dux Toringiæ, vehementer contra SIGOBERTUM rebellandum diſpoſuiſſet, juſſu SIGEBERTI, omnes Leudes Auſtraſiorum, in Exercitum gradiendum banniti ſunt. Sigibertus Renum, cum Exercitu ſuo, tranſiens, Gentes undique, de univerſis Regni ſui Pagis ultra Renum, cum ipſo adunatæ ſunt &c.* & p. eadem: *Ratolfus. patrata victoria in caſtrum ingreditur Sigibertus, cum ſuis fidelibus gravi amaritudinis mœrore adreptus, ſuper equum ſedens, lacrimas oculis prorumpens, plangebat, quos perdiderat; nam & Bobo Dux, & Nawalaus, & cæteri Nobilium fortiſſimi pugnatores, ſeu & plurima manus Exercitus Sigiberti Regis, qui, cum ipſos in congreſſione certaminis ſunt adgreſſi, conſpiciente Sigiberto, in hoc praelio fuerunt trucidati. Nam & Freudolfus Domeſticus, qui amicus Radulfo fuiſſe dicebatur, in hoc prælio occubuit. Sigibertus eadem nocte, nec procul ab ipſo Caſtro, in tentoriis cum ſuo manſit Exercitu. In craſtino, videntes, quod Radulfo nihil prævaluiſſent, miſſis diſcurrentibus, ut pacificè Renum iterum tranſmearent, cum Radulfi convenientia, Sigobertus, & Ejusdem Exercitus, ad proprias ſedes remeant. Radolfus, ſuperbia elatus, ad modum Regis in Toringia ſe eſſe cenſebat, amicitias cum Winidis firmans, caeterisque Gentibus, quas vicinas habebat, cultum amicitiae obligabat. In verbis tamen Sigiberto regimen non denegabat. Nam in factis fortiter ejusdem reſiſtebat Dominationi.* Conf. *Sigebertus Gemblac.* ad an. 648. p. m. 533. & in vita *S. Sigeberti*, Cap. VIII. p. 32. *Schaten*, lib. VI. *Hiſt. Weſtphal.* p. 339. &c. *Vorburg*, Tom. VIII. *Continuat. Hiſt.* p. 263. &c. *Sagittarius*, *Antiquit. Ducat. Thuring.* lib. I. c. 12. §. 2. & ſeqq. p. 51. &c *Schurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſiae*, §. XV. p 16. &c. *Laurentius*, in *Monumentis Suevorum in Doringia*, part. gener. Cap. IX. p. 50. &c. Ante obitum verò recuperaſſe *Sigebertum Thuringiam*, teſtatur *Sigebertus Gemblacenſis*, in Ipſius vita, l. c. *Quod infortunium* [Exercitu profligato] *nimium Sigeberto Regi intulit luctum, tunc agenti annum Regni nonum, ætatis verò, duodecimum, ſed, quia cum ætate Ei robur & induſtria accrevit non antea ab inimicorum inſecutione deſtitit, quam ſuperbiam eorum domuit, & Thuringos, qui, inſtinctu Radulphi, rebelles erant, ſub jugo dominii ſui, victos & confuſos reflexit &c.* Hinc *Schurtzfleiſchio* l. c. contra P. *Maſſonum*, & P. *Bertaldum* (*Bertinult*] *Sigeberto* mortis cauſam extitiſſe *Thuringiæ* jacturam ſcribentes, nec non *Buſſereſium* [*Joh. de Buſſieres*] *Sigebertum* inter & *Radulphum* conveniſſe dicentem, ut, illo in Auſtraſiam redituro, hic obſequio ſolutus foret, diſputanti, præſidium. Altum etiam, ab hoc tempore, de *Ducibus Thuringiae* ſilentium.

(14) Exuvias mortales deponente *Sigeberto III*, anno, ut *Sigeberto Gembiacenſi*, p. m. 534. videtur 656. (vid. præc. Tit. V. §. 11. Tab. C. p. 438.) recrudiere motus in *Auſtraſia*, quorum origo à *Grimoaldi*, Majoris Domus, ambitione repetenda, quippe qui, Regio funere elato, ſummus rerum arbiter, relegato in *Scotiam* legitimo herede, *Dagoberto II.* quatuor annorum infante, in Monachum attonſo, proprium filium, *Childebertum*, *Auſtraſiis* obtrudere conabatur; exiſtimat *Sigebertus Gemblacenſis*, *Childebertum*, *à Sigeberto* Rege, adhuc hæredibus orbo, fuiſſe adoptatum, ſcribens, ad an. 652. pag. m. 534. *Sigebertus Rex, Hildebertum, filium Grimoaldi, Majoris Domus, adoptat in Filium, & in Regnum;* pergens, ad an. 657. *Grimoaldus, Major Domus, Domino ſuo, Dagoberto, Sigeberti filio, attonſo, per Didonem, Pictavienſem Epiſcopum, in Scotiam directo, Hil-*

Hildebertum, filium ſuum, facit Auſtraſiorum Regem &c. Verum, quid juris adoptandi *Sigeberto, Clodoveo II.* fratre, Neuſtriæ Burgundiæque Rege, adhuc ſuperſtite? nec ei effœta tunc ætas erat, ſed integra & florens, ut adeo nihil eſſet cauſæ, cur adoptandi deſiderio duceretur; de ſilentio Scriptorum, *Sigeberto* antiquiorum, ne dicam. *Grimoaldum* interim dictum facinus perpetraſſe, confirmant *Geſta Francorum Epitomata*, Cap. 43. p. 81. & reliqui, præced. Tit. V. §. 11. Tab. C. p. 538. ſub *Dagoberto II.* producti teſtes. Quem etiam propterea violatæ fidei pœnas dediſſe, *Geſta Francorum Epitomata* l. c. *perhibent. Franci itaque commoti, atque vehementer indignati, Grimoaldo inſidias præparant, eumque eximentes ad condemnandum Regi Francorum, Chlodoveo,* (Secundo, *Sigeberti III.* Fratri,) *defertur. Cum Pariſiis Civitate in carcere mancipatus, vinculorum cruciatu conſtrictus, ut erat morte dignus, propter ſcelus, quod in domino ſuo exercuit, vitam morte finivit &c.* Du *Cheſne Hiſt. Francor. Script. Tom. I. pag.* 717. idem docet *Aimoinus* lib. IV. C. 42. Auctor Fragmenti de *Majoribus Domus*, apud *Pithœum, pag.* 226. *Sigebertus Gemblac.* ad an. 658. l. c. ubi: *Franci, dolentes ſuper infidelitate Grimoaldi, contra filium Sigeberti, captum eum præſentant Pariſiis, judicio Clodovæi, quem Clodovæus vinculatum amara in carcere fecit morte conſumi, filiumque ſuum juniorem, Hildericum, Regem fecit Auſtraſiorum &c.* Sunt, qui, horum verborum auctoritate, *Dagabertum* in *Auſtraſiam* nunquam rediiſſe contendunt, rectè verò iis contrariatur *Wilhelmus Malmesburienſis*, de *Geſtis Pontificum Anglorum*, L. 3. in vita *S. Wilfridi*, Eboracenſium Epiſcopi apud *Saville*, p. m. 262. & apud *Surium*, 12. Oct. p. m. 181. C. XI. *Cum Wilfridus, itinere re incepto, ad Dagebertum, Regem Trans-Rhenanorum Francorum, venit. Is, non immemor, quod Eum, quondam factione Magnatum pulſum, & de Hybernia ad ſe venientem, hoſpitio receperit, &, equis ſociisque adjutum, Patriæ remiſerit, benigne habuit, multisque precibus fatigavit, ut Provinciam remanentia ſua dignaretur, EpiſcopatumStrateburgenſem accipiens &c;* Quamvis, totam Eum *Auſtraſiam* recuperaſſe, non arbitrer, utpote cujus parti nobiliori *Childericus II.* Patruelis ejus, *Chlodovei II.* gnatus, omninò imperaverat, ab obitu deinceps *Dagoberti* noſtri, totius Regni Dominus. Vid. *Godefridi Henſchenii* diatriba, de *Tribus Dagobertis*, anno 1655. edita; *Daniel Papebrackius*, in præliminari Exegeſi, Tomo III. *Actorum Sanctorum* menſ. *Aprilis*, præmiſſa; *Jacobus Maſenius*, Annotat. 14. ad T. 1. *Broweri Annalium Trevirenſ.* §. 18. &c. *Morery*, Diction voc. *Dagobert. II.* d. m. 317. Jlluſtr. Dn. *Obrechtus*, in *Prodomo Rerum Alſaticarum*, Cap. IX. pag. 180. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Regno Auſtraſiae*, §. XIV. pag. 15. eorum errorem vitandum monens, qui cum *Dagoberto I.* ejusdem nominis nepotem ex filio *Sigeberto III.* confundant; licet, ſibi contrarius, §. XVI. p. 19. *Dagobertum* noſtrum, ſemel deportatum, nec in *Auſtraſiam* rediiſſe, nec Regnum recuperaſſe tradat, quam ſententiam Dn. *Werlhof* l. c. §. LVIII. p. 151. bono fundamento, rejicit.

(15) Is tunc erat Regni ſtatus, ut, relicto *Regibus* nomine, *Palatii Principes*, quos *Majores Domus* vocabant, ſummam rerum moderarentur, conquiſitasque Provincias, in proprios quaſi uſus, ſervare ſtuderent; rectè hinc *Erchanberus*, in Fragmento *de Regibus Francorum & Majoribus Domus*, apud *Freherum, pag.* 167. memor *Theodorici III.* dicti *Childerici II.* fratris: *Pippinus Junior, filius Anſegiſili veniens de Auſtraſiis, ſucceſſit in Principatum Majorum Domus.* (occiſo ſcil. Berthario) *Exhinc Reges nomen, non honorem, habere cœperunt, quibus tamen, ubi conſtitutum fuerat, victus fuerat exuberans, cuſtodiaque jugis erga illos habebatur, ne aliquid jure poteſtatis agere poſſint. Illis namque temporibus, ac deinceps Godefredus, Dux Alamannorum, caeterique circumquaque Duces, noluerunt obtemperare Ducibus Francorum, eò, quod non potuerunt Regibus Meroveis ſervire, ſicut antea ſoliti fuerant. Ideo ſe unusquisque ſecum tenuit, donec tandem aliquando, poſt mortem Godefridi Ducis, Carlus, cæterique Principes Francorum, paulatim ad ſe revocare illos, arte, qua poterant, ſtuduere. &c.* Quæ pag. 168. ad an. 687. amplius illuſtrat, verbis præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 8. p. 212. extantibus; inde huc faciunt; *Suſcepit* (Pipinus) *Principatum, hinc Suavos, & Bajuwarios, Turingos & Saxones, crebris irruptionibus, frequentibusque prælüs, contritos, ſuæ Ditioni ſubjugavit &c.* Eodem ſpectant *Annales Laureshamenſes*, apud *Lambecium*, ad an. 714. quos, præced. Tit. II. § 10. lit. d. p. 75. & Tit. XI. §. 1. lit. a. v. 4. p. 933. ſub *Pipina*, hoc nomine produxi; quæ de *Majorum Domus* poteſtate affirmavi, nituntur auctoritate Scriptorum cit. Tit. 2. p. 75. allegatorum.

(16) Præfecturam Palatii dirigente *Carolo Martello, Pipini* filio, tyrannidem in *Thuringia* moliebantur *Theobaldus & Hedenus*, de qua *Wilibaldus*, Eichſtadienſium Antiſtitum primus, in vita *S. Bonifacii* Moguntini. Cap. VIII. apud *Surium*, 5. Junii, p. m. 54 hæc: *Summae Sanctitatis Antiſtes* (Bonifacius) -- *ad Turingiam profectus eſt, & Seniores Plebis, Populique Principes, affatus eſt, easque, relicta ignorantiae cæcitate, ad acceptam dudum Chriſtianitatis Religionem, iterando provocavit, quia, fatiſcente ſuorum Regum Dominio, magna quidem eorum Comitum multitudo, ſub Theobaldi, & Bedenis* (Hedenis) *perniculoſa pri-*

 matu,

matu, qui lugubre ſuper eos tyrannici Ducatus, & infeſtum vaſtationis potius, quam devotionis, obtinebant Imperium, vel corporali, per eos, praeventa morte, vel hoſtili ſiquidem eductione, captivata eſt; in tantumque diverſis conſtricta malis, ut cætera, quae manebat, reſidua, Populi turba, Saxonum ſe ſubjiceret Principatui &c. Ante obitum verò, redegiſſe *Carolum Thuringiam* in ordinem, *Carolomanno* filio relictam, teſtimoniis fide dignis aſſerui, præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 9. p. 213. Nec tamen ſpecialem Provinciæ *Ducem* tunc præfuiſſe, ex literis *Gregorii II.* P. R. ad *Thuringos*, referente *Othlono* Presbytero, in vita laudati *Bonifacii*, lib. I. Cap. XIX. apud *Surium* l. c. pag. 62 juxta *Baronium*, T. IX. *Annal.* ad An. 723. §. X. pag. m. 36. hoc ipſo anno exaratis, diſcimus, quibus ſequens præfixa rubrica: *Viris Magnificis, Aſolpho, Godolao, Wilario, Gunthario; Albodo, & omnibus Deo dilectis Turingis, fidelibus Chriſtianis, Gregorius Papa &c.* Pontifex ſanè DUCIS nomen non tacuiſſet, ſi quidam extitiſſet. Nec conſultum fuiſſet recens electo Francorum Regi, PIPINO, *Carolo magni* fratri, potentem Provinciam uni credere Quo cenſu interim venerint dicti Proceres, innuit *Othlonus* l. c. cap. XXIII. p. 63. *Ad Thuringiam quoque profectus eſt,* (Bonifacius) *illiusque Populi Principes, magna ex parte, à Chriſtiana Religione deficientes, corrigere ſtuduit &c.* pergens Cap. XXIV. l. c. *Ceptum carpens iter, & Turingiam peragrans, diligenter inveſtigavit, cujus ille locus eſſet, ubi viſio tanta ſibi apparuit; compertoque, quod HUGO, qui dicebatur SENIOR, illius loci poſſeſſor eſſet, petiit ab eo; ut ſibi dare dignaretur. At ille petito annuens, primus omnium Turingorum, haereditatem ſuam tradidit Venerando Praeſuli. Deinde verò Albolt, aliique plures, contigua prædicto loco praedia tradiderunt &c.* lucido argumento, Principibus iſtis propria fuiſſe Patrimonia. Conf. *Sagittarius* lib. IV. *Antiquitatum Ducatus Thuring* Cap. I. p. 196. & 197. *Aſſertio Juris Moguntini in Erfordiam Vindicata*, de an. 1664. apud *Lundorpium*, Tom. IX. *Act. Publ.* lib. X. cap. VI. p. 157.

(17) Sub CAROLI MAGNI, qui *Pipinum* Patrem exceperat, Imperio, in *Saxonum* favorem, ab initio *Thuringi* rebellare viſi ſunt; teſtes habeo vetuſtiſſimos *Annales Francorum Nazarianos*, apud *Freherum* T. I. *Rer. Franc.* p. 88. ubi ad annum DCCLXXXVI. *Thuringi conſilium fecerunt, ut* CAROLUM, *Regem Francorum, dolo tenerent, & occiderent. Si ergò ſcelus atque nefandiſſimum crimen perpetrare non praevaluiſſent, ſaltim hoc cupiebant conſtituere, ut non Ei obedirent, nec obtemperaſſent juſſis Ejus. Quod nequam conſilium Regi multa tempora latere nequaquam potuit &c.* Re patefacta, confeſſoque crimine, pergunt Annales l. c. *transmiſit Rex ipſos Thuringos, una cum Miſſis ſuis, aliquos in Italiam, & ad S. Petrum, quosdam verò in Neuſtriam, atque in Aquitaniam, per corpora Sanctorum ſcilicet, ut jurarent fidelitatem Regi, liberisque Ejus, quod & ita actum eſſe, comprobatur. Qui exinde reverſentes, nonnulli ex illis detenti ſunt in via, & evulſi eſſe noſcuntur oculi eorum: aliqui verò pervenerunt ad Civitatem Wagionum* [Vangionum, Worms] *& ibidem comprehenſi ſunt, & exinde exiliati, & illuc evulſi eſſe cognoſcuntur oculi eorum. Poſſeſſiones verò, vel agri, eorum omnes fiſcati eſſe noſcuntur &c.* Poſtea verò fideles manſiſſe *Thuringos*, auxilia documento ſunt. quæ *Carolo*, contra *Bavaros*, an. 787. tuliſſe, Auctor *Annalium Francicorum*, apud *Du Cheſne*, Tom. 2 teſtatur: *Juſſis alium Exercitum fieri,* [Carolus] *id eſt, Francorum, Auſtraſiorum, Thoringorum* [illegible] *Saxonum, & conjungere ſuper Danubium fluvium, in loco, qui dicitur Faringa &c.* Eosdem Regi, an. 791. contra *Hunnos*, præſto fuiſſe, ex *Annalibus Francorum Fuldenſibus* h. a. apud *Freherum* T. I. *Rer. German.* pag. 7. liquet, ibi: CARLUS, *propter multa mala, & prædationes, ac cædes, quas* HUNI *exercuerant in Populo Dei, provocatus, congregato Exercitu in Bajoaria, juxta Anſam fluvium, cum omni Populo ſuo jejuniis & obſecrationibus triduo celebratis, Exercitum dividit; Ipſe, cum Francis, Alamannis, & Bajoariis, & Auſtrali parte Danubii, per Cummiberg* [montem Cumanum] *Saxonibus & Thuringis, cum parte Francorum, per littus Septentrionale, pergentibus; Friſonibus verò, & qui cum ipſis deputati ſunt, navali evectione, per alveum amnibus, Pannoniam ingreſſi ſunt &c.* Conf. reliqui, præced. Tit. V. §. 11. in vita *Caroli Magni*, v. 8. ad h. a. pag. 445. nominati teſtes.

(18) *Ludovicus Pius*, Parentis in *Thuringia*, æque ac in cæteris Regnis & Provinciis, ſucceſſor, diviſo, Anno DCCCXXXIX. impellente *Juditha*, Imperatrice, inter filios, *Lotharium*, natu majorem, *& Carolum Calvum*, natu minimum, Regno; *Bavaria*, natu minori, *Ludovico*, quem poſtea *Germanicum* vocarunt, relicta; *Thuringiam* portioni Italicæ aſſignavit, ſi vel *Annalibus Bertinianis* h. a. fides habenda, unde ſua Dn. *Olbrechtus, Prodrom. Rer. Alſatic.* cap. VI. ad h. a. pag. 46. *Imperator, deſcriptione Regni ſui æqualibus penè partibus diſcreta, optionem Lothario, quam earum mallet, offerre non dedignatus eſt, cujus diviſionis formula ita ſe habuit:*

Quarum altera, Regnum Italiæ,
Partemque Burgundiae, id eſt, Vallem Auguſtanam;
Comitatum Valiſorum;

Comi-

Comitatum Waldenſem, usque ad Mare Rhodani, ac deinde
Orientalem, atque Aquilonalem Rhodani partem, usque ad Comitatum Lugdunenſem;
Comitatum Sucdingium,
Comitatum Wiraſcorum,
Comitatum Portiſiorum,
Comitatum Suentiſiorum,
Comitatum Calmontenſium,
Ducatum Moſellicorum,
Comitatum Arduennenſium,
Comitatum Condoruſio, inde per curſum Moſæ, usque in Mare;
Ducatum Ribuariorum, Wormazfelda, Spirohgouwi;
Ducatum Heliſatiæ,
Ducatum Alamanniæ, Curiam;
Ducatum Auſtraſiorum, cum Suualafelda, & Norogo Wiecheſſi [forte: Norogowi & Heſſi.]
DUCATUM TORINGUBÆ, cum Marchis ſuis,
Regnum Saxoniæ, cum Marchis ſuis,
Ducatum Freſiæ, usque Moſam,
Comitatum Hamarlant,
Comitatum Batavorum,
Comitatum Teſtrabenticum, Doreſtado.
Altera, partem Burgundiae; id eſt, Comitatum Genavenſem;
Comitatum Lugdunenſem,
Comitatum Cavallonenſem,
Comitatum Amaus,
Comitatum Hatoariorum,
Comitatum Lingonicum,
Comitatum Tullenſium,

Et ſic, per decurſum Moſæ, usque in Mare; & inter Moſam & Sequanam; & inter Sequanam & Ligirim, cum Marchia Britannia; Aquitaniam & Waſconiam, cum Marchis ad ſe pertinentibus; Septimaniam, cum Marchis ſuis; & Provinciam, habuit. Quo (Lothario) *Superiorem potius eligente, Imperator Carolo,* (Calvo) *filio ſuo, inferiorem conſulit, ea conditione, ut, viventi fideliter obſequentes, eo decedente, memoratis portionibus potirentur &c.* Conf. *Annales Fuldenſes,* an. eod. p. 17. *Menſe Majo Wormatiam veniens,* (Imperator) *Hludhario, filio ſuo, de Italia in fidem Ejus venienti, reconciliatur, Regnumque Francorum inter Eum, & Carlum, filium ſuum minimum, dividit: Hluthario quidem, qui major natu erat, nominis ſui dignitatem, & ſedem Regni tribuens; Hludowico verò, filio ſuo minori, pro eo, quod Eum offenderat, Bajoariorum Provincia tantùm conceſſa &c.* & præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. an. eod. pag. 83.

(19) Decedente Patre, ortum inter Fratres bellum, ex quo *Lotharius*, Monarchiam ambiens, Fratres, *Ludovicum*, ſola *Bavaria*, & *Carolum Calvum*, ſola *Aquitania*, contentos eſſe debere voluit. Qua rerum facie, *Ludovicus Thuringos* quoque Sacramento ſibi devinxit; Vid. *Annales Fuldenſes*, ad an. 840. p. m. 18. *Hlutharium, de Italia ſerò venientem, Franci, loco Patris Ejus,* (defuncti) *ſuper ſe regnaturum ſuſcipiunt. Hunc enim ferunt Imperatorem morientem deſignaſſe, ut, poſt ſe, Regni gubernacula ſuſciperet, miſſis Ei inſigniis Regalibus, hoc eſt, ſceptro Imperii, & corona. Quod fratres Ejus non conſentientes, contra Eum inſurgere parant, ac primum Ei, in ſuburbanis Mogontiacis, cum Exercitu venienti, frater ſuus, Hludowicus, cum manu valida Orientalium Francorum, partem Regni, ab Oriente Rheni, defenſurus, occurrit, initoque pacto, & dilato in aliud tempus placito, Hlutharius contra Carlum Occidentem proficiſcitur; Hludowicus verò Orientales Francos, Alamannos, Saxones & Turingios ſibi fidelitatis jure confirmat &c.* Eadem habent *Annales Metenſes*, an. eod. Subſtitit ita res, ad annum usque 841. quo, commiſſo, ad *Fontanidum*, cruento prælio, Francorum flos concidit: nec minus ſanguinis, anno 842. ad *Argentoratum*, effuſum; Vid. præced. Tit. V. in vita *Lotharii I.* v. 4. p. 454. & 455. depoſitis tandem armis, convenerat inter Fratres, *Viroduni*, an. 843. de dividundo hac ratione Regno, ut *Lothario*, præter *Auguſti* nomen dignitatemque, *Regnum Italiæ*, cum Urbe *Roma*; parsque *Auſtraſiæ*, cui deinceps, *Lotharingiæ* nomen inditum; atque *Provincia*, cederent; *Ludovicus* tôtam independente jure conſequeretur *Germaniam*, vel inde etiam *Germanici* adeptus cognomen; obventura, pari lege, *Carolo Calvo Francia Neuſtria*, ſive *Gallia*; de qua famoſa Tranſactione præced. Tit. 2. § 8. lit. a. ad an. 843. pag 56. evolvendus. *Ludovici* portionem, quæ huc maximè ſpectat, illuſtrat Auctor *Fragmenti Hiſtoriae Francicae, à morte Ludovici Pii, usque ad Ludovicum Balbum*, apud *Andream Du Cheſne*, Tom. 2. *Rer. Franc. Ludovicus*, inquiens, *praeter Noricam,* (Bavariam) *quam habebat, tenuit Regna, quæ Pater ſuus Illi dederat, id eſt, Alamanniam, Thoringiam, Auſtraſiam, Saxoniam & Avarorum, id eſt, Hunnorum Regnum &c.*

(20) Hacque via, coaluit in unum corpus *Germania*, qua benè ordinanda, conſtituit *Ludovicus* Rex hinc inde *limitum Duces*, quibus Regni fines curæ eſſent. Horum numero fuit:

THACHULFUS,

cui *Thuringiæ* limites, contra *Sorabos*, defendendi credebantur, quare & *Sorabici Limitis Dux* celebratur, *Fuldenſium Annalium* teſtimonio; ad an. 849. pag. m. 20.

Digitized by Google

m. 20. *Bœmanni, more ſolito; fidem mentientes, contra Francos rebellare moliuntur; ad quorum perfidos motus comprimendos,* **Hernuſtus, Dux partium illarum,** *& inter amicos Regis primus, Comitesque non pauci, atque Abbates, cum Exercitu copioſo, mittuntur. Barbari verò, pro pace & ſecuritate ſua, obſides ſe daturos, & imperata facturos, per legatos ad* **Thachulſum** *directos, promittunt, cui præ caeteris credebant, quaſi ſcienti Leges, & conſuetudines Sclavicae Gentis.* **Erat quippe Dux Sorabici Limitis,** *ſed in illa expeditione jam tunc graviter vulneratus &c.* Conf. *Annales Francorum Pithœani,* an eod. pag. 44. & ſeq. *Catal. Ducum Venedicorum,* v. 8. ad an. 849. Biennio poſt, Regem, *per Thuringiam, in Sorabos* duxiſſe Exercitum, ibid. *Annalium Fuldenſium* auctoritate probavi.

Anno 852. *Ludovicus* Rex denuò *Thuringiam ingreditur, ubi, apud Erpſesfurt habito Conventu, decrevit inter alia: Ut nullus Præfectus in ſua Præfectura, aut Quaeſtionarius infra Quaeſturam ſuam, alicujus cauſam, Advocati nomine, ſuſciperet agendam: in alienis vero Praefecturis, vel Quaeſturis, ſinguli, pro ſua voluntate, aliorum cauſis agendis haberent facultatem &c.* Hæc *Annal. Fuldenſ.* h. a. pag. 22. & *Pithœani,* an. eod. pag. 49.

Anno 858. *Reverſus in Franconofurt,* (Ludovicus *cum multa, de utilitate Regni, cum ſuis tractaret, atque diſponeret, tunc etiam decrevit, tres Exercitus, in diverſos Regni ſui terminos, eſſe mittendos; Unum quidem, per* **Karlmannum,** *filium ſuum Seniorem, in Sclavos* **Margenſes,** *contra Raſticen; alterum verò, per* **Ludowicum,** *filium ſuum minorem, in* **Obodritos & Linones;** *tertium autem, per* **Tracholfum,** *in Sorabos, dicto obedire nolentes; ut, ſedatis extrinſecus adverſariorum tumultibus, facilius intrinſecus Regni gubernacula diſponeret &c.* Vid. *Annal. Fuldenſ.* h. a. p. 24. & 25. & *Pithœani,* an. eod. pag. 54.

Anno 866. *Hludowicus, Hludowici Regis filius, graviter ferens, quod Rex quaedam beneficia illi ſubtrahens, Karlmanno fratri ſuo, reddidit, Patri moleſtus efficitur. Nam nunciis, per* **Univerſam Thuringiam & Saxoniam,** *miſſis, quos potuit, ad ſe traxit, & contra Regem rebellare diſpoſuit &c.* Idem *Annales Fuldenſ.* h. a. pag. 31. & *Pithœani,* h. a. pag. 71.

Anno 869. *Sorabi & Siusli, junctis ſibi Boheimis, & caeteris circumcirca vicinis, antiquos terminos Thuringorum transgredientes, plurima loca devaſtant, & quosdam, ſibi incautè congredientes, interficiunt &c.* Et, paucis interjectis; *Menſe Auguſto, Rex Hludowicus, collectis copiis, in tres partes diviſit Exercitum; æquivocum ſuum,* (Ludovicum) *cum Thuringis & Saxonibus, ad comprimendam Sorabum audaciam, deſtinavit: Bajoarios verò Karlmanno in adjutorium fore præcepit, contra Zventibaldum, nepotem Raſtizi, dimicare volentem; Ipſe autem Francos, & Alamannos ſecum retinuit, adverſus Raſtizen pugnaturus &c.* Ita *Annal. Fuldenſ.* h. a. pag. 32. & 33. & *Pithœani,* an. eod. p. 74. & 75.

Anno 872. *menſe Majo, miſit* (Ludovicus Rex) *Thuringos & Saxones, contra Sclavos Morabenſes, qui quoniam Regem ſecum non habebant, & inter ſe concordes eſſe nolebant, idcirco hoſtibus terga verterunt, & plurimis ſuorum amiſſis turpiter redierunt, ita, ut quidam Comites, in illa expeditione fugientes, à mulierculis illius Regionis, verberati, & de equis in terram fuſtibus dejecti, referantur &c.* Idem *Annal. Fuldenſ.* h. a. pag. 36. & *Pithœani* h. a. p. 83. Conf. ſeq. *Catal. Ducum Venedic.* v. 8. ad an. 872. Hæc omnia ſub *Thachulfo* noſtro contigere, quamvis paulo poſt defuncto; ſic enim citati *Annales Fuldenſes,* ad annum 873. pag. 38. *Trachulfus Comes, & Dux Sorabici limitis, menſe Auguſto, defunctus eſt &c.* Eadem proferunt *Annales Pithœani* h. a. p. 89. Surrogatus Ei.

RATOLFUS,

de quo *Annales Fuldenſes,* ad an. 874 pag 38. ut & *Pithœani* an. eod. pag. 89. *Sorabi & Siusli, eorumq; vicini, Thaculfo defuncto, defecerunt. Quorum audaciam* **Luitbertus** *ArchiEpiſcopus,* (Moguntinus) *& Ratolfus, Thaculfi ſucceſſor, ultra Salam fluvium, menſe Januario, profecti, prædis & incendiis, ſine bello, compreſſerunt, & eos ſub priſtinum ſervitium redegerunt.* Hinc fortè *Gobelinus Perſona,* ætat VI. *Coſmodromii,* Cap. XLII. apud *Meibomium Tom. I. Rer. German. pag.* 243. *Lodewicus, Rex Teutoniae, Regnum ſuum filiis, Carolomanno, Carolo & Lodewico, diviſit, mandans, ut, eo vivente, nihil innovarent. Eo tempore, Ratholphus Comes, ex commiſſione Lodowici Regis, Ducatum Thuringiæ obtinuit &c.* Nec aliter *Crantzius,* lib. 2. *Metropolis,* Cap. XIX p. m. 50. *Ludovicus, Rex Germaniae, filiis ſuis partitus eſt Regnum: Carolum, qui poſt imperavit, Lotharingiam ---- Carolomanno, Bavariam; reliquas partes, Ludovico.* **Ducatus tunc Thuringiæ diviſus eſt** *à Saxonia, quum illum Ludovicus Rex permitteret Catolpho* (Ratolpho) *Nobili, & ſtetit in titulo Ducatus per multos annos &c.* Quæ de *Ludovico* Rege, Regnum inter filios diſtribuente, heic dicuntur, adhuc ante obitum *Thachulfi,* accidiſſe, teſtantur *Annales Fuldenſes,* ad an. 872. pag. 35. &, iisdem verbis, *Pithœani,*

ani, an. eod. pag. 82 præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 85. occurrentibus *Ratolſum* ſucceſſiſſe *Tachulfo*, affirmat quoque *Aventinus*, lib. IV. *Annal. Boicorum*, Cap. XVI. §. 39 pag. m. 407. Separatio *Thuringiæ* à *Saxonia* ſub *Ratolfo*, cujus *Crantzius* l. c. meminit, facta, ejusdem fœtus eſt, quem *Sagittarius* lib. 3. *Antiquitatum Ducatus Thuringici*, C. IX. §. 7. p. 160. una cum *Spangenbergii* ſententia, C. 106. *Taachulfum* inter *Miſniae* Marchiones referentis, jam rejecit.

(21) Ad plures abeunte *Ludovico Germanico*, an. 876. ejusque hereditate inter filios, *Carolomannum, Ludovicum Juniorem, & Carolum Craſſum*, diviſa, ceſſiſſe *Thuringiam Ludovico*, præced. Tit. 2. §. 8. lit. a. p. 60. teſtimoniis firmavi. Demandabat Princeps hic *Sorabici Limitis* præfecturam cuidam *Popponi*,

POPPO,

cujus opera contra *Slavos* rebellantes, uſus legitur. Vid. *Annales Fuldenſes*, ad an. 877. p. 41. *Sclavi, qui vocantur Linones, & Susli, eorumque vicini, defectionem molientes, ſolitum dare cenſum renuunt. Quos Hludowicus Rex, miſſis quibusdam Fidelibus ſuis, circa mediam Quadrageſimam, ſine bello compreſſit, acceptisque obſidibus nonnullis, & muneribus non paucis, eos ſub priſtinam redegit ſervitium &c.* & ad an. 880. p. 43 *Sclavi, qui vocantur Dalmatii*, (*Daleminci*, i. e. Miſnenſes, vid *Bangertus*, ad lib. I. *Helmoldi*, Chronici Slavicl, Cap. 2. p. m. 11.) *& Bohemi, atque Sorabi, cæterique circumcirca vicini, audientes ſtragem Saxonum, à Nordmannis* (in Saxonia *factam, pariter conglobati, Thuringos invadere nituntur, & in Sclavis circa Salam fluvium, Thuringis fidelibus, praedas & incendia exercent. Quibus Poppo, Comes & Dux Sorabici Limitis, occurrit, &, divino auxilio fretus, eos proſtravit, ut nullus de tanta multitudine remaneret &c.* Quæ *Annales Pithœani*, ad an 877. p 98. & ad an. 880. p. 103. iisdem verbis, repetunt. Conf. Dn. *Paullini Annales Iſenacenſ.* §. 5. p. 3. *Aventinus* l. c. Cap. XVIII. §. 21. pag. 417. *Sagittarius* l. c. lib. III. Cap. X. § 4 p. 169 *Laurentius, Monument. Suevorum in Doringia*, Cap. IX. part. gener p. 57. Anno 882. extincto *Ludovico II.* obvenientibus *Germaniæ* Provinciis, quibus imperaverat, *Carolo Craſſo* Imperatori, Ipſius Fratri, *invadunt Normanni Imperii fines, & Trevirorum, nobiliſſimam Civitatem Galliarum, Nonas Aprilis, die Sacratiſſimae Cœnae Domini, occupant, --- deinde Civitatem flammis exurentes, Mediomatricum dirigunt aciem --- ea tempeſtate Carolus Imperator in Italia morabatur, ubi, diverſis Legationibus Germaniæ ac Galliæ, pulſatur, ut, ad ſuſcipienda Regna, ſibi haereditario Jure competentia, feſtinaret, & periclitanti Imperio ſuccurreret, quod, Capite amiſſo, ludibrio hoſtibus erat. Qui, nihil tardatus, cum omnibus copiis, in Franciam venit, & cum Longobardis, Bajoariis, Alemannis, Thuringis, Saxonibus, Friſonibus, & omnibus Regnis ſuae ditioni ſubditis, Nortmannos, in ſupra dicto loco, obſidere exorſus eſt: ſed conatus ejus parum effectum obtinuit &c.* Sunt verba *Reginonis*, ad h. a. p. 59. & 60. Conf. *Annales Fuldenſ.* an. eod. p. 44 & 45. & *Pithœani*, an. eod. p. 105. & 106. & *Lambeciani*, lib. 2. *Commentar. Biblioth. Caeſar.* Cap. V. an. eod. p. 351. *Gotfridus Viterbienſ.* part. XVII. *Chronic.* ad an. 881. p. m. 467. *Otto Friſingenſ.* lib. VI. *Chron.* C. VIII. pag. m. 122. *Martinus Polonus*, in vita *Caroli III.* p. m. 364. *Aventinus*, l. c. Cap. XIX. §. 3. p. 421 *Sigonius*, lib. V. de *Regno Italiae*, ad an. 882. p. m. 224 *Sagittarius* l. c. C. XI. §. 2. p. 173. *Laurentius* l. c. Eo ipſo anno, *Civile bellum inter Saxones & Thuringos, exoritur, machinantibus Poppone, fratre Heinrichi, & Eginone, Comitibus.* Vid. *Annal. Fuldenſ.* l. c. pag. 45. & *Pithœani* l. c. p. 108. de exitu belli, pergentes l. c. *Magna poſt clade, Poppo, cum Thuringis, inferior extitit &c.* Conf. *Aventinus* l. c. §. 8. p. 422. *Sagittarius* l. c. §. 3. p. 174. ubi *Spangenbergium* illuſtrat. Anno 883. *iterum, inter Popponem & Egnionem, diſcordia, cum crudeli bello, concrepat, quorum POPPO, prout antea ſolebat, inferior extitit &c.* Ita *Annal. Fuldenſ.* h. a. p. 46 add. Codex *Vindobonenſis*, apud *Lambecium* l. c. ad h. a. p. 353. *Poppo & Egino, Comites & Duces Thuringorum, inter ſe confligentes, non paucos hominum ſtrages dabant, in quo conflictu POPPO ſuperatus vix, cum paucis viris, effugit; caeteris omnibus occiſis &c.* Fratrem verò *Popponis*, *Henricum*, feliciori Marte pugnaſſe, ex iisdem *Annalibus Fuldenſibus* l. c. pateſcit, ubi: *Heinricus, frater Popponis, ſcilicet quum Nordmannorum manum validam Prumiam venire cognoſcit, usque eos (ut dicunt) nullo evadente, cum ſuis, ad internecionem delevit, & ille vero vulneratus evaſit &c.* Conf. *Sagittarius* l. c. §. 5. d. 175. Hinc ſimul apparet error *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. VIII. apud *Piſtorium*, p. 912. cujus Auctor ducem quendam *Ludovicum* fingit, ſcribens: *Carolus* (Craſſus) *praenominatus, creando Duces in Alemannia, fecit in Thuringia & Haſſia Conſanguineum ſuum, ſcilicet Ludovicum, Anno Domini* 886. *Quo Ludovico mortuo, ejus filius Ludovicus ſucceſſit &c.* Quem *Micrælius*, lib. 3. *Syntagmat.* Sect. XII. p. m. 614. *Dreſſerus, Chytraeus*, aliique, ſequuntur; alto de his Ducibus apud veteres ſilentio.

(22) De-

(22) Derelicto Imperatore *Carolo Craſſo* ab Imperio, an. 887. præſtitere *Thuringi* juramentum fidelitatis *Arnolfo*, à Germanis ſuſcepto Regi; vid. *Annales Fuldenſes* h. a. pag. 48. verbis præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 86. occurrentibus. Ad annum 888. pergunt Annales, p. 49. *Rex Arnolfus, Urbe Radaſpona, receptis Primoribus Bajowariorum, Orientales Francos, Saxones, Duringos, Alamannos, magna parte, Slavanorum, Natalem Domini, & Paſcha, ibidem honorificè celebravit &c.* Conf. *Otto Friſing.* lib. VI. *Chron.* Cap. XI. p. m. 123. *Arnolfus totam Orientalem Franciam, quæ modo Teutonicum Regnum vocatur, id eſt, Bajoariam, Sueviam, Saxoniam, Thuringiam, Friſiam, Lotharingiam, rexit &c.* & *Gotfridus Viterbienſ.* l. c. p. 469. *Arnulphus totam Orientalem Franciam, quæ hodie Teutonicum Regnum vocatur, id eſt, Bavariam, Sueviam, Saxoniam, Thuringiam, Phryſiam & Lotharingiam, rexit, & totum Rhenum &c. Albericus, Monachus trium fontium*, an 893. pag. 225. *Henricus Bodo*, Syntagm. de *Eccleſia Gandersheim* ap. *Meibomium*, T. 2. *Rer. German.* pag. 488. & Jll. Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 706. *Aventinus*, l. c. lib. IV. Cap. XX. §. I. pag. m. 430. *Sagittarius* l. c. §. 7. pag. 176. anno 889. *Luidpertus, Moguntiæ Urbis Praeſul, è rebus humanis ſublatus eſt, in cujus loco ſubrogatus eſt Sunzo, Vir Religioſus ac ſimplex, ſacris literis ſufficienter inſtructus, qui in Fulda Monaſterio, ſub Reginone Abbatis, ab ineunte ætate nutritus, & converſatus eſt, Poppone, Thuringorum Duce, & Arnolpho Rege annuente &c.* Sunt verba *Reginonis* h. a. p. 66. Conf. *Aventinus* l. c. lib. IV. cap. XX. §. 11. pag. m. 433. *Popponem* noſtrum, *Tetrarcham Turogorum* vocans. *Sagittarius* l. c. cap. XII. § XI p. 180. & 181. *Laurentius* l. c. p. 58. Ab hoc tempore, ſine additamento *Sorabici Limitis*, *Poppo* ſimpliciter *Dux Thuringorum* audit. Sic, anno 892. ARNT, *Wirtzburgenſis Eccleſiae Venerabilis Epiſcopus, hortatu & ſuaſione Popponis, Thuringorum Ducis, ad pugnam contra Sclavos profectus, in eadem pugna occiditur &c.* ſunt verba *Reginonis*, ad h. a. pag. 68. quæ *Ditmarus*, lib. I. *Chronici*, haud procul ab initio, confirmat. Hunc ipſum annum *Duci* noſtro fuiſſe exitialem, potentiam ſuam fortè juſto nimis extendenti, teſtatur *Regino* l. c. *Poppo, Dux Thuringorum, dignitatibus expoliatur. Ducatus, quem tenuerat, Cunrado, commendatur, quem pauco tempore tenuit, & ſua ſponte eum reddidit &c.* Conf. *Annal. Fuldenſ.* eod. anno 892. p. 51. *Poppo, Dux Thuringorum, honoribus privatus eſt &c.* & *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. m. 146. *Poppo, Dux Thyringorum, dignitate ſua exſpoliatur, & Ducatus Ejus Conrado commendatur &c.* Corrigendus hinc *Siffridus* Presbyter, lib. I. *Epitomes*, ad an. 888. apud *Piſtorium*, pag. m. 688. inquiens: *Dux quoque Thuringorum, Burchardus, occiſus eſt ab Ungaris &c.* Duce hoc anno demum 909. trucidato. Add. *Sagittarius* l. c. lib. 3 Cap. XII §. 2. & 3. pag. 183. & 184. *Paullini Annal. Iſenacenſ* §. 5. pag. 3. & 4. Dn. *Lucæ, Furſten-Saal, p.* 610.

(23) CONRADUS.

Exauctorato *Poppone*, *Ducatui Thuringorum* præfectum *Conradum*, an. 892. modò probavi. Rectè docet Dn. *Meibomius*, in Notis ad lib I. *Witichindi*, Tom. I. *Rer. German.* p. 674. Eum fuiſſe Genitorem *Conradi I.* Germaniæ Regis; cujus etiam ſententiæ eſt *Sagittarius*, l. c. lib. 3. Cap. XIII. §. 4. pag. 184. & Cap. XIV. §. 3. p. 190. Antiquiores teſtes ſeq. *Cat. Ducum Franconiae* v. 30. producam. Fratres habuit *Gebehardum*, Franconiæ Comitem, *Rudolphum* Herbipolenſem Epiſcopum, & *Eberhardum*, in prælio cum *Adelberto* Babenbergico, an 902. occiſum, quorum *Regino* ad an. 892. meminit, verbis, præcc. Tit. V. in vita *Arnolfi* Imp. v. 3 p. 472. extantibus; annoque 905. prope *Fritzlariam*, a dicto *Adelberto*, trucidatus eſt; vid. præced. Tit. II. §. X. lit. d. ad ann. 905. p. 88. & Tit. V. §. XI. in vita *Arnolfi* Imp. v. 3. p. 471. Rationem, cur non niſi *Comitis* appellatione veniat, eam eſſe puto, quod (1) *Reginone* teſte l. c. dignitate *Ducali* brevi poſt iterum ceſſerit; (2) vocabula *Comes & Dux*, ſæpius olim promiſcuè ſumerentur.

(24) BURCHARDUS.

Succeſſiſſe hunc Principem *Conrado*, auctoritate *Reginonis* nititur, qui ad an. 892. pag. 68 ſpontaneæ *Conradi* ceſſionis memor, addit: *Deinde, Burchardo Comiti committitur*, (Ducatus Thuringiæ) *qui eum hactenus ſtrenuè gubernat &c.* Mentio fortè ejus fit in *Traditione capturae in Beinereſtat & Droſſeſtat*, lib. I. *Antiquitatum Fuldenſium*, apud *Piſtorium*, pag. 492. ubi inter teſtes conſpicuus: *Burchart Comes &c.* Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiae* l.c. Cap. VIII. p. 912. conſtituit Eum, filium cujusdam *Ludovici*, Thuringorum Ducis, verb. *Mortuo Ludovico II. Duce Thuringorum, ſucceſſit ei Burchardus, filius ſuus &c.* ita & *Micrælius*, lib. 3. *Syntagm.* Sect. XII. p. m. 614. aſt, ſine fundamento, tacente de *Ludovicis, Thuringiæ Ducibus*, veteri Hiſtoria. Id tamen certum, ſub *Burchardo* noſtro, Hungaros *Thuringiae* terminos rurſus infeſtaſſe; teſtes habeo: Auctorem appendicis ad *Reginonis* Chronicon, ad an. 908.

p. m.

Digitized by Google

p. m. 74. *Hungari iterum terminos transgreſſi, Saxoniam & Thuringiam vaſtaverunt &c.* & *Hermannum Contractum*, an. eod. apud *Urſtiſium*, pag. m. 310. *Ungari Saxoniam & Thuringiam vaſtant &c.* *Mariamum Scotum*, an. eod. pag. 446. *Ungari Saxoniam & Thuringiam vaſtant &c.* *Ottonem Friſingenſem*, lib. VI. *Chron.* Cap. XV. p. m. 125, Falſum licet ſit, quod *Lambertus Aſchaffenb.* eod. an. p. 155. tradit: *Luitboldus, Dux Thuringorum, occiſus eſt ab Ungaris &c.* *Luitboldum* enim, non *Thuringorum*, ſed *Bojorum* Ducem fuiſſe, ſeq. Catal *Ducum Bojorum* p. 410. probabo. Protracta Hungarorum petulantia in annum 909. cum *Burchardus* vim vi repellere conatur, ſtrenuè libertatem Patriæ defendendo, perit. Vid. *Lambertus* l. c. ad an. 909. *Burchardus, Dux Thuringorum, occiſus eſt ab Ungaris &c.* Conf. *Marianus Scotus*, quamvis minus rectè ad an. 908. p. 446. *Burchardus, Dux Turingorum, ab eisdem* (Ungaris) *occiſus eſt &c.* Monachus *Herveldenſis*, in Chronico, ad an. 909. apud *Schardium*, T. 1. *Rer. German.* p. 374. *Burchardus, Dux Turingorum, occiſus ab Ungaris &c.* Annales *Hildeshemenſes*, an. eod. ap. Dn. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſuic.* p. 717, *Burghard, Dux Turingorum, occiſus eſt ab Ungaris &c.* *Chronica S. Ægidii Brunſuicenſ.* apud eundem l. c. Tom 3. p. 580. *Burchardus, Thuringorum Dux, occiſus eſt ab Ungaris &c.* Recentiores. Bellum comprobant: *Conradus Urſperg.* ad an. 909. p. m. 144. *Chronographus Saxo*, an. eod. p. m. 150. *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. 97. b. *Siffridus Presbyter*, lib. I. *Epitomes*, ſub *Arnolfo* Imp. apud *Piſtorium*, p. 688. *Compilatio Chronologica*, ad an. 887. ib. p. 730. *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. XXXI. p. 722. Alii. Sphalmata *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, l. c. omninò vitanda, quando ibi dicitur: *Sub cujus* (Burchardi) *regimine, Ungari Alemanniam intrantes ut eam devaſtarent; quibus occurrerunt Duces Saxoniæ, Bavariæ, Sueviæ, & Dux Thuringiæ: & commiſſum eſt bellum, & multa millia, Ungarorum occiſa ſunt, & Dux Thuringorum tertius percuſſus interiit ſine hæredibus, Anno Domini DCCCCLXXII. & Ducatus Thuringiæ devolutus fuit ad Henricum, Ducem Saxoniæ; ejus conſobrinum, tunc Imperatorem Romanorum. Ex prædictis ſequitur, quod Duces Thuringiæ rexerunt annis LXXXVI.* Quæ omnia falſa, nam (1) nec an. 972 occiſus eſt *Burchardus*, ſed an. 909. nec (2) conſobrinus fuit *Henrici* Ducis Saxoniæ; nec (3) dicto an. 972. præerat Imperio *Henricus* ſed *Otto Magnus*; nec (4) à primo Duce *Thuringiæ*, ad obitum usque *Burchardi*, effluxerunt 86 anni. Add. de hoc *Burchardo*, *Sagittarius* l. c lib. 3. Cap. XIV. §. 4. p. 193. & 194. *Paullini, Annal Iſenac.* §. 6. pag. 4. Dn. *Lucæ: Fürſten-Saal*, pag. 610.

(25) HENRICUS AUCEPS.

Quis *Burchardum*, anno 909. in bello Hungarico occiſum, in *Ducatu Thuringiæ* exceperit, non ſatis liquidum eſt. Recentiorum nonnulli proferunt, hoc titulo, *Ottonem Magnum*, Saxoniæ Ducem, *Henrici Aucupis* Patrem; ſed, nec chartam publicam, nec coævum Scriptorem, nec aliud vetuſtum monumentum, in ſententiæ hujus præſidium, hactenus offendi, niſi dicas, *Witichindum* Monachum, lib. I. p. m. 634. conſolidationem *Saxoniæ* & *Thuringiæ*, in *Ottone* factam, tacitè innuere, verbis, præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, in vita *Henrici Aucupis*, p. 101. occurrentibus; *Filio, Henrico, totius Saxoniæ ipſe* (Otto) *reliquit Ducatum &c.* & paulo poſt: *Cunradus --- veritus eſt Ei* (Henrico noſtro) *tradere omnem poteſtatem Patris &c.* Vid. *Sagittarius*, Epiſt. de *Antiquo ſtatu Thuringiæ, ad Schilderum*, p. m. 45. Sed *Ottonis* fratri, *Brunoni*, jam prius *totam* paruiſſe *Saxoniam*, in ipſius vita dixi. Laudatum vero *Henricum Thuringiæ quoque Ducatui* præfuiſſe, nulla eget probatione; evolvas modo *Luithprandum*, lib. 2. *Hiſtor.* Cap. VII. p. m. 105. cujus verba præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad annum 912. p. 89. habentur, ibi: *Henricus, Saxonum & Thuringorum Dux præpotens, clarebas &c.* & rurſus, ad an. 919. l. c. *Saxonum & Thuringorum Ducem prudentiſſimum, Regem eligite &c.* Sic *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. 914. p. 576. *Contra Conradum Regem, Potentiores Regni Principes rebellionem meditati, ſcil. Arnoldus de Bajoaria; Burchardus de Suevia; Everardus de Francia. Gilebertus de Lotharingia, & horum omnium præcellentior, Henricus, Dux de Saxonia & Thuringia &c.* Quæ, *Conradus Urſperg.* an eod p. 144. *Chronographus Saxo*, an. eod. p. m. 150. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. pag. m. 253. *Albertus Stadenſis*; ad an. 913. pag. 98. aliique repetunt. Eodem reſpicere videtur *Eberhardus*, in Chronico *Gandesheimenſi*, an. 1216. è Latino, in Idioma Germanicum translato, Cap. XXV. apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus Gandersheimenſibus*, C. XXIX. pag. 387. memor litis, inter Ducem noſtrum, & *Hattonem*, Moguntinum Præſulem, canens;

He was, wedder den Biſchup, grymmiges Modes,
He unterwand ſeck alle des Biſchuppes Gudes,
Datte an Saſſen, unde an Dœringen, was ghelegen &c.

Theodoricus de Niem, de *Privilegiis & Juribus Imperii*, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m.

259. & 260. memor *Hungarorum* : *In eandem novam Saxoniam venerunt, petierunt pro tributo eis à Saxonibus dari decimam omnium hominum utriusque ſexus, & etiam animalium Saxoniae & Provinciarum, quae ipſi Heinrico Regi, tunc Duci Saxoniæ & Thuringiæ, obediebant &c. Joh. Schiphower*, *Chronic. ArchiComitum Oldenburgenſium, Cap.* 3. apud *Meibomium, T,2. Rer. German, p.* 130. *Lehmanni Chron. Spirenſ.* lib. V. cap. 3. p 386 *Meibomius*, Not. ad lib. I. *Witichindi* l. c. Tom. I. p. 677. *Micrælius*, lib. 3. *Syntagm.* Sect. XII. p. 614 Dn. *Lucæ* l. c. p. 611. Non benè ei cum *Conrado* Rege, utpote inſidias ipſi ſtruente, conveniſſe, præced. Catalogo *Ducum Saxoniæ* in vita *Henrici Aucupis*, pag. 102. monui. Eviluit in hoc Principe *Thuringiæ Ducis* titulus, *Saxoniæ Ducibus* poſthac *Thuringiae* quoque præfectis.

(26) Vetus Quæſtio eſt: *Utrum Otto Magnus, Ejusque poſteri, patrimoniali jure Thuringiam rexerint; nunve laudatus Cæſar Wilhelmo, filio naturali, Moguntino Praeſuli, ejusque ſucceſſoribus, eam in in perpetuum tenendam tradiderit ?* In favorem Moguntinenſium ArchiEpiſcoporum, ſcribit Auctor *Hiſtoriae Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. X. apud *Piſtorium, p.* 912. *Otto, filius Henrici, Ducis Saxoniæ & Thuringiæ, ac Imperatoris, poſt mortem Patris, etiam factus Imperator, Civitatem Magdeburgenſem, & Ecclesiam Cathedralem, fundavit, & Wilhelmum, filium ſuum, ArchiEpiſcopum Moguntinum fecit. Quo facto, Wilhelmus ArchiEpiſcopus XIV. Thuringiam intravit, & in Erfordia multos Nobiles, pro defenſione Terræ, locavit, quibus multa bona in Thuringia largitus eſt. Wilhelmo defuncto, ſucceſſit Rupertus: poſt quem Willuſus: poſt quem Erckenboldus, antea Abbas Fuldenſis, : poſt quem Erbo: poſt quem Bardo, antea Abbas Hersveldenſis. Hi ArchiEpiſcopi ſucceſſivè rexerunt Thuringiam & Haſſiam, annis fere LXX. usque ad Conradum II. Imperatorem &c.* Ejusdem *Wilhelmi* memor *Paulus Langus*, in *Chronico Citizenſi*, ibid. p. 766. ait : *Hic eſt Wilhelmus ille, cui Pater OTTO, poſt mortem Ducis*, (Thuringiæ) *Burghardi, qui ab Hungaris interfectus ſine liberis obierat, dedit totam Thuringiam, & Haſſiam, cum pleno jure & dominio, ad honorem Dei & S. Martini, Moguntinenſis Eccleſiæ Patroni, qui, intrans dictas Terras in poſſeſſionem ſuſcepit, & Erphordiam tunc apertam muro cinxit &c.* addens autem immediatè: *Hoc mihi videtur verum, quantum ad Jurisdictionem ſpiritualem, & fortaſſis etiam ad aliquanta temporalia bona. Nam ipſa Haſſia, ab illo tempore, usque in præſens tempus, ſemper habuit in temporalibus Dominum, qui ſe hujus Terræ Principem, & Lantgravium Haſſiæ, ſcripſit &c.* Hos ſequuntur *Fabricius* lib. 3. *Origin. Saxon. Chytræus* lib. VI. *Chron. Saxon. Lehmannus* lib. 3. *Chron. Spirenſ.* Cap. 3, pag. 273. &c. Aliique multi; Sereniſſima Domo Saxonica, & Senatu Populoque *Erfurtenſi*, contrarium ſuſtinentibus. Publicis ſcriptis agitata hæc controverſia, maximè, cum, Superiori Seculo, Moguntinis Præſul *Erfurtum* in poteſtatem ſuam redigere meditaretur. Evolabat an, 1646. *Summariſcher Bericht, mit kürtzlicher Anführung, und unwiederleglichen Fundamenten ; Warum das Hochlœbliche Ertz-Stifft Mayntz, in deſſen Stadt Erffurt, des* Juris Superioritatis. *Oberbotmæſſigkeit, und der Gerichtbarkeiten*, & omnimodæ Jurisdictionis, *in Geiſt-und Weltlichen*, Civil- *und* Criminal-*Sachen, neben des Ertzſtiffts hohen Regalien, von vielen Hundert Jaren, biß auf gegenwertige Zeit*, ſine interruptione aut turbatione, *berechtiget geweſen, und noch iſt &c.* apud *Lundorpium* Tom. VI. *Actor. Public.* Cap. XL. p. 67. &c. cujus libelli, Plenipotentiariis Coronæ Sueciæ oblati. Auctor, §. 1. inquit: *Anfæuglich iſt, aus bewehrten Scribenten und* Hiſtoricis *bekant, auch ſonſten erweißlich, und geſtehet es, zum Uberfluß, der Erffurtiſche Statt-Rath ſelbſten, daß das Land zu Düringen, ſamt jetzo gemelter Statt Erffurt, als deſſen* Metropoli, *ſchon vor* 800. *Jahren, durch Kayſer* Ottonis *des Erſten, und Groſſen, Herrn Sohn*, Wilhelmum, ArchiEpiſcopum Moguntinum, *ex donatione Patris, dem Ertzſtifft zugebracht worden; der auch, von ſelbiger Zeit an, beſagtes gantze Land, anfænglich*, per ſuos Vice-Dominos, (*welche folgends, da ſolches Ampt an den* Ludovicum Barbarum, *und deſſen Sœhne, gelanget; zu Landgrafen erhoben worden*) *mit vollkommener Landes Obrigkeit, beſeſſen und innen gehabt &c.* Huic ſcripto oppoſuere *Erfurtenſes*, eodem anno, *Gegenbericht, daß Hochgedachtes Ertzſtifft Mayntz, in-oder an der Statt Erffurt, niemahls* omnimodæ ſuperioritatis, *viel weniger aller hohen Regalien, berechtiget geweſen, oder noch ſeye &c.* ibidem, Cap. XLI. p. 79. reſpondentes ad dictum Membrum I. *Zufœrderſt iſt beſagtem Rath allerdings ohnbekandt, daß entweder alte bewehrte* Hiſtorici *und Scribenten bezeugen, oder Er ſelbſten jemahls geſtanden haben ſolte: Wie das Land zu Düringen, ſampt mehrgemeldter Statt, deſſen* Metropoli, *vor* 800. *Jahren, durch Kayſers* Ottonis *des Erſten und Groſſen Sohn, Herrn* Wilhelmum, ArchiEpiſcopum Moguntinum, *dem Ertzſtifft daſelbſt, ex donatione Patris, wæren zugebracht worden: Welches auch, von ſelbiger Zeit an, ſolches gantze Land, anfænglich*, per Vice-Dominos ſuos, *mit*

voll-

vollkommener Lands-Obrigkeit, beſeſſen, und innen gehabt hætte &c. & pag. 80. Wann gleich, etlicher Hiſtoricorum Schrifften nach, ſo in poſterioribus Seculis und etliche Hundert Jahr poſt tempora Ottonis Magni, gelebt haben, Hochgedachtes Ertzſtifft, bey Regierung der Kayſer Ottonum, in Düringen einige Adminiſtrationem, oder auch wohl eigene Güter, und daſelbſten ſeinen Vicedom, gehabt haben mœchte; ſo kan doch, ſalva veritate hiſtorica, daraus mit nichten geſchloſſen werden: Ob hætte dos Ertzſtifft, durch ſolchen Vicedom, daſſelbige gantze Land, und alſo auch die Statt Erffurt, mit vollkommener Lands-Obrigkeit, innen gehobt und beſeſſen --- Wann obige Relatio Hiſtorica, ſo an Seiten des Ertzſtiffts, angebracht worden, cum veritate facti einſtimmete; Wie hætten doch immermehr, bey ſo bewandtem Zuſtande, die von allerhœchſtermeldten, Kayſers Ottonis Magni Hrn. Vattern. Kayſern Henrico Aucupe, lange zuvor, in Düringen angerichtete Marg-und Pfaltzgraffſchafften, dero Zeit, da anno 1092, der leztere Marggraff, Echbrecht II. erſchlagen, und Anno 1178. der letztere Pfaltzgraff, Albrecht, geſtorben; hinwieder auf das Rœmiſche Reich fallen, die Marggraffſchafft eine Zeitlang bey denſelben immediatè erhalten, und hernach, von dem Rœmiſchen Kayſer Lothario, ſeinem Eydam, Ludovico, Erſten Landgraffen in Duringen; Die Pfaltzgraffſchafft aber, vom Kayſer Friderico I. Landgraff Ludwigen dem Milden, auffgetragen werden kœnnen? oder, wie hætte allerhœchſtgemeldter Kayſer die Würdigung der Herren Landgraffen in Düringen zu Wercke richten mœgen, wann nicht Ihme, und dem H. Reich, ſolches Land, darauf die Bewiedmung geſchehen, jure pleni dominii, wære zugehœrig, und Er die gewürdigte darmit würcklich zu beleiben, befugt geweſen? &c. Anno 1663. imminente Erfurto fatali termino, (occaſione litis ſeparatæ cum Moguntino ArchiEpiſcopo) in bannum Imperii declarato, prodiit: Juſtitia Protectionis Saxonicæ in Civitate Erffurtenſi; apud Lundorpium, l. c. T. IX. lib. X. Cap. III. p. 38. &c. ibi. §. 3. p. 39. His addi licet: Nachricht von der Houpt-Stadt Erffurt in Thüringen. Worinnen zugleich das Recht des Chur-Hauſes Sochſen, an dieſelbe aus tüchtigen Urkunden dargethan und behauptet wird. Leipzig. 1713. Quod ajunt, Ottonem I. Imperatorem filio Guilielmo, ArchiEpiſcopo Moguntino, Thuringiam & Haſſiam univerſam donaſſe: &, quam inde deducunt liberalitatem, qua Thuringiae & Haſſioe Principes, ab ArchiEpiſcopis, Principatus ſui juro acceperint; ea tamdiu inter Monachorum quorundam Erfurtenſium commenta numeramus, contumelioſa ſanè Sereniſſimorum Saxonum & Cattorum Principum dignitati, donec clariſſima probatione aliud demonſtretur, & Imperatòrum, qui, poſt Ottonem I. Thuringiam in Patrimonio habuerunt, & Ducum Marchionumque, poſteo Comitum, ſive Landgraviorum Thuringorum, jus omne à Praeſulibus Moguntinis ortum titulumque habuiſſe, evincatur &c. Quam, eodem anno, excepit: Aſſertio Juris Moguntini, contra affectatam Juſtitiam Protectionis Saxonicæ in Civitate Erfurtenſi, apud Lundorpium l. c. Cap. IV. p. 63. &c. cujus compilator tamen parum, vel nihil præſidii, ſtabiliendæ Moguntinenſium ſententiæ affert, provocans duntaxat, §. 3. & 4. p. 65. & 66. ad citata Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ, & Pauli Langi, nec non Chytraei & Fobricii verba; Refutabant eam Saxones, an. 1664 novo ſcripto, cui titulus: Repetita & neceſſaria defenſio juſtæ Protectionis Saxonicæ in Civitate Erffurtenſi, adverſus ſcriptum, ſine exemplo virulentum, & contumelioſum, tit, Aſſertionis Moguntinæ, Menſe Octobri anni præteriti, vulgatum &c. ibidem, C. V. p. 110. &c. Non malè Auctor ejus, ſpernens productos teſtes, tanquam recentiores, urget p. 112. Is, qui Thuringiae & Haſſiae univerſale Imperium, ab Imperatore OTTONE, traditum eſſe ait ArchiEpiſcopatui Moguntino, hoc ſimul aſſerit, eos, qui, poſt Imperatorem OTTONEM I. Thuringiae univerſale Imperium in Patrimonio habuere, (nam de Imperatorum ſupremo dominio nulla eſt Quæſtio) vel Uſurpatores fuiſſe, vel Principatum illum ab ArchiEpiſcopis titulo conceſſionis & inveſtiturae, acquiſiviſſe. Sed, Imperatores Ottonem II. III. Henricum II. quibus Saxonia & Thuringia, Patrimoniales Provinciæ fuere, aut caeteros Thuringiae Principes, quorum, ante Landgravios, Synchroni & probati Scriptores mentionem faciunt, uſurpatores fuiſſe, incredibile; & impium dictu eſt: Conceſſionem autem ArchiEpiſcoporum interceſſiſſe, probatu hactenus fuit impoſſibile, reſtat igitur, ut niſi out ablatio & detentio injuſta, aut conceſſio legitima, probetur, etiam antecedens ipſum folſum ſit, nec, ſine injuria & perpetuae litis meditamento, jactari queat: patientio nempe Moguntina, Principes in Thuringia regnare &c. annectendo mox novum argumentum: Porrò, contra Hiſtoricum recentiorem, valida eſt argumentatio ex traditis Veterum, qui res, non auditas. ſed viſas, aut ab iis, qui viderunt, acceptas, memorarunt. Eatenus nimirum vox negantium, qui præſentes fuerunt, longè præferenda eſt affirmantibus nec viſo, nec à fide dignis oudita, nec valido documento probando &c. Contra repetitam hanc defenſionem, edita, á Moguntinis, eodem anno; Aſſertio Juris Moguntini in Erffordiam vindicata, contra maledicum Scriptorem famoſi Libelli, inaudita calumniarum, injuriarum, contumeliarum, impoſturarum violentia referti, cui falſum Titulum dedit, Repetita & neceſſaria defenſionis juſtæ Protectionis Saxonicæ in Civitate Er-

Erffurtenſi &c. ibid. Cap. VI. p. 149. &c. cujus Auctor in Saxones acri ſtylo ſubinde invehitur; cætera, nihil novi in medium proferens, niſi quod pag. 159. & ſq. Hiſtoriæ de *Landgraviis Thuringiæ.* & *Pauli Longi*, auctoritatem, pro viribus, propugnet. Litem meam non facio. Interim obſtat Moguntinis (1) quod *Ottonianæ donationis* tabulæ à neminè hactenus ſint repertæ, multo minus productæ; (2) coævi Scriptores, eosque proximè ſecuti, *Luitprandus, Witichindus* Corbejenſis, *Hroſwitha, Ditmarus, Reginonis* Continuator; *Hermannus Contractus, Lambertus Aſchaffenburgenſis; Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacenſis, Gotfridus Viterbienſis, Otto Friſingenſis, Helmoldus*, Monachus *Herveldenſis, Chronographus Saxo*, reliquique omnes, ad dictum *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ* compilatorem usque, rem tanti momenti ſilentio prætereant, aliorum longè minoris notæ ab *Ottone Magno* geſtarum memores; (3) Alios *Thuringiæ* Rectores Annales Germaniæ prodant, ab Imperatoribus conſtitutos; (4) probari nequeat, Moguntinos Præſules jura ſua in *Thuringiam*, in alios transtuliſſe, aut (5) unquam cum *Terræ Principibus* litem deſuper habuiſſe, injuſtæve jurium ſuorum invaſionis eos accuſaſſe; (6) Nondum ſequatur, etiamſi *Otto* Imp. filium naturalem, GUILIELMUM, Moguntinum Præſulem, *tota Thuringia* donaſſet, liberalitatem iſtam omnes ſimul ejus ſucceſſores reſpicere, cum aliud ſit, *donare aliquid Epiſcopo*, ad vitæ dies; & aliud, *Sedi*, ſive *Eccleſiæ*, in perpetuum; cujusmodi donationes nunquam præſumuntur, quippe quæ probandæ ſunt &c. &c. Ne dicam, (7) probabile eſſe, WILHELMUM, THURINGIÆ COMITEM, cujus Ipſe OTTO Cæſar, in diplomate donationis, an. 956. *Quedlinburgenſi* Eccleſiæ factæ. apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Cont. 2. *fünffte Abtheilung*, §. 30. p. 856. hiſce meminit: *Quasdam res proprietatis noſtræ, in locis LIEBENSTÆD & ALMENSTÆD nominatis in THURINGIA, in COMITATU WILHELMI, pro Filia Noſtra, MATHILDE, tradidimus ad S. Petrum ad QUITILINGEBURG, Sanctimonialibus, ibidem Domino ſervientibus, jure poſſidendas &c.* anſam dediſſe fingendi dictam donationem, factam quaſi WILHELMO, Cæſaris ſpurio, Moguntinenſium Præſuli Conf. de controverſia hac, *Sagittarius*, in Epiſt. de *Antiquo Statu Thuringiæ*, ad Dn. *Schilterum*, de an. 1675. p. m. 47 &c. *Paullini, Annal. Iſenac.* §. 10. p 6. & 7 *Laurentius*, in *Monumentis Suevorum in Doringia*, part. gener. Cap. IX pag. 65. &c,

ECCARDUS Marchio.

(27) Imperante OTTONE III. floruiſſe in primis ECCARDUM, *Miſniæ* Marchionem, in THURINGIA, manifeſtum eſt *Sagittario* teſte, in Exercitatione, de ECCARDO I *Miſniæ Marchione, Jenæ, anno* 1002. *ſepultò*, an. 1675. Jenæ habita, Sect. VIII § 2. pag. 10. aſſervatur, in *Numburgenſi* Archivo, Diploma laudati Imperatoris de ann. DCCCCXCIII. ubi hæc: *Otto Rex, ob petitionem & interventum Wiligiſi, Moguntinæ Sedis ArchiEpiſcopi —— nec non Bernhardi Ducis —— dedi ſex manſos Regales, in Villa, Holtzhuſen dicta, ſitos, & in Comitatu Ekkihardi Comitis in Thuringia &c.* Genus ejus depingit *Ditmarus* lib. IV. pag. 42. & apud Dn. de *Leibnitz* T. I. Rer. Brunſuic, p. 356. *Ekkihardus, ex nobiliſſimis Turingiæ Auſtralis natalibus, hujus Genealogiæ ortum ducens, cum gradatim ad virilem pertingeret ætatem, parentelam ſuimet omnem, tam morum, quam actuum graviter inclytum honorat — Is, poſt multas bellorum aſperitates, quas, cum Patre ſuo, Gunthero, ab honore ſuo diu ſuſpenſo, perpeſſus eſt, ad gratiam Imperatoris Secundi Ottonis, ad Patriam honorificè cum remearet, Thitmari Comitis viduam, & Bernhardi Ducis Sororem, nomine Suonehildam, in matrimonium ſibi copulavit &c*, Vid. præced. Catal. *Ducum Saxoniæ*, in vita *Hermanni Billingi*, v. 6 p. 110. ubi ſimul *Chronici Montis Sereni*, quod *Guntharium, Marchionem de Thuringia*, nuncupat, aliorumque, teſtimonia. De Dignitate pergit *Ditmarus*, lib. V p. 53 & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 366. *Ekkihardus, Vir Domi militiaque laudabilis —— ſuper omnem Turingiam, communi totius Populi Electione DUCATUM promeruit: Comites verò Orientales, paucis tantum exceptis, Regnumque, in ſpe habuit &c.* Interpretatur hunc *Ducatum Dreſſerus*, in *Iſagog Hiſtor.* de *Marchia Thuringiæ*, ibi: *Ad Miſniam, Eckardus adjunxit Duringiam, & Duringorum, etiam Marchio nominatus eſt &c.* ita & *Petrus Albinus*, in *Chron. Miſn.* Tit. X. pag. 237, *Sonſten hat dieſer* Eckardus *I. auch Tyringen unter ſich gehabt, und derentwegen den Titel eines Marggrafen zu Tyringen, neben Meyſſen geführt &c. Micrælius*, lib. 3. *Syntagm.* Sect. XII. pag. 594 Alii multi; *Sagittario* contra, in vita *Eccardi I* Sect. XIII. §. 2. pag. 15. videtur fuiſſe *militaris*; aſt, in citata Epiſtola de *Antiquo ſtatu Thuringiæ*, p. 5. & 52. & 53. non tantum *Militarem*, ſed etiam *cum principali in Civilibus poteſtate Conjunctum Ducatum*, & quidem, *communi totius Populi electione*, id eſt, *conſenſu Ordinum Provincialium*, ab Imperatore, in Eum collatum, agnoſcit; *Eccardum*,, inquiens, *ab* OTTONE II. vel III. *Thuringiæ Ducem conſtitutum arbitror, ſed ita tamen, ut conſenſus Ordinum, quem Ditmarus fortè totius Populi electionem nuncupat, more Majorum acceſſerit; ſcilicet, quia in aliis Thuringi privilegiorum, ac pristina liberta-*

Digitized by Google

bertatis, fuere ſtudioſi, credibile eſt; & in eo, pro *Reipublicæ emolumento, excubaſſe, ne Dux à Regibus daretur, quem ſuo improbarent calculo &c.* rejiciens ſimul *Gewoldi* ſententiam, Cap. VII. Comment. de *Septemviratu Romani Imperii, §. XVII. Ditmarum* l. c. impropriè loqui, ac *eligi* nihil aliud eſſe, quam *jure hæreditariæ Succeſſionis recipi*, autumantis; negari licet nequeat, *Thuringiæ Ducatum* in Patrimonio fuiſſe Imperatorum Saxonicorum, *Henrici Aucupis*, triumque *Ottonum*; quid autem inde Juris *Eccardo?* ego puto, *Eccardum*, re vera à Provinciæ Proceribus fuiſſe electum, aſt facta ipſis ab *Ottone III* Imp. in in Italia commorante, utpote ad quem Ducatus per-pertinuerat, eligendi poteſtate. Vid. *Laurentius*, Part. I. *Monumentorum Suevorum in Doringia* cap. IX. p. 66. & 67. Num verò *Ducali titulo* unquam ſit uſus, vel ab aliis mactatus, me legiſſe non memini, benè tamen, quod *Marchio* vocetur *Ottoni III.* in diplomate an. 993. 5. Non Julii, *Merſeburgi*, Quedlinburgenſi Eccleſiæ dato, apud Dn. *Kettnerum*, in *Antiquitatibus Quedlinburgicis*, inter Diplomata Seculi X. §. XXIII, p. 30. ſcribenti: *Ob petitionem Fidelium noſtrorum Hildibaldi, Wormatienſis Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi, Eggibardi Marchionis, Geronis Marchionis, & Lutharii Comitis, caræ amitæ Noſtræ, Mathildæ, ſcilicet Quitilineburgenſis Eccleſiæ Honorabili Abbatiſſæ, dedimus, de Noſtra proprietate, duo loca, Potzdupimi & Helm dicta, in Provincia Havelen vocata, & in Inſula Chocie in Vizles ſita &c.* & in alio, ſub dato *Gruonæ*, an. eod. ibid. §. XXIV. p. 32. ubi; *Fidelium Noſtrorum — Bernhardi Ducis, Ecberti Comitis, Iggibardi Marchionis, Hermanni Palatini Comitis, Ivodonis* (ſeu *Huodonis*, ut in Charta donationis, an. 987. quo laudatus Cæſar Eccleſiæ Quedlinburgenſi dono dedit: *Curtem Barebo:, in Pago Norturingia, & in Comitatu Huodonis Marchionis ſitam, cum omnibus Villis ac pertinentiis ſuis, Zizowi atque Niunburg*; apud Dn. *Kettnerum* l. c. §. 22 p. 29. vocatur) *Marchionis, Deodorici Palatini Comitis, ejusque fratris, Sigeberti Comitis, Hermanni Comitis, aliorumque complurium præſentium petitionibus, aſſenſum præbentes, præfatæ Quidelinburgenſi Eccleſiæ Curtem prædictam Walbiki, in Comitatu Caroli Comitis ſitam, cum Villis ſic nominatis; Quenſtedi, Uranſtadi &c. ad integrum tradidimus &c.* ſic etiam *Ditmarus* lib. IV. p. m. 45. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 358. *Principes Saxoniæ, comperta Senioris ſui*, (Ottonis III. Imp.) *nece immatura, ad Fraſam* (in Archi-Epiſcopatu Magdeburgico) *Curtem Regiam, quam tunc Guncelinus Comes, ex parte Imperatoris, in beneficium tenuit, triſtes conveniunt. Giſilerus, ArchiEpiſcopus Magdeburgenſis, cum Co-Epiſcopis; Bernhardus Dux; Lutharius, & Ekkihardus, ab Gero, Marchiones; cum Optimatibus Regni, de ſtatu Reipublicæ tractantes. Comes autem Lutharius, ut pro primo perſenſit, Ekkihardum ſe velle exaltare ſuper ſe ArchiEpiſcopum prædictum, meliorem Procerum partem in ſecretum foras vocavit colloquium, hoc omnibus dans conſilium, ut juramento firmarent: Se nullum ſibi Dominum; vel Regem, communiter vel ſingulariter, electuros, ante conſtitutum in Werle colloquium. Quod ab omnibus laudatum, excepto Ekkihardo, & collaudatum. Hic, ſe paululum à Regni faſtigio dilatum graviter ferens, erupit: O Lothari Comes, quid adverſaris? & ille: Num currui tuo quartam deeſſe non ſentis rotam? ſic interrupta Electio &c.* nec aliter *Adelboldus* Trajectenſis, in vita *Henrici Sancti*, ipſius coævi, cap. V. verbis præced. Tit. 2 §. 10. lit. d ad annum 1002. pag. 95. occurrentibus; add. Vita B. *Meinwerci* Paderbornenſis, Cap. XI. apud *Surium* d. 5. Jun. pag. m. 86. & Jll. Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 521, *Ante ſucceſſionem futuri Principis, confuſum eſt Regnum nimis, inſonuitque inter Principes tempeſtas validæ commotionis, propter ambitionem inanis Dominationis, de quibus Ekkihardus Marchio, uſurpator Regni, Palithi interfectus occubuit &c.* Nam, ut modò dictum, defuncto *Ottone III.* ubi nimia potentia Principem noſtrum vana obtinendi Imperii ſpe lactaſſet, infelici fato, à Northeimenſium Comite, *Sigfrido*, & ſociis, *Poldæ*, *Northemium* inter & *Nortbuſam*, ubi pernoctabat, miſerè jugulatus periit. Teſtes ſunt *Ditmarus*, lib. V. pag 52. & 53. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 366. *Solus tunc repugnat Ekkihardus, Vir Domi militiæque laudabilis, cui Sigfridus, haſta fortiter emiſſa, nodum cervicis infregit, terramq; oppetere compellit. Quo caſu protinus perſpecto, alacriter omnes irruunt, caput amputant, &, quod miſerum, funus prædantur; facta autem hæc ſunt 11. Kal. Maji. Peracto tandem immani ſcelere, percuſſores læti & incolumes redeunt &c. Adelboldus* l. c *Lambertus Aſchaffenb.* ad an. 1002. pag. m. 158. *Eggibardus Marchio, Regni uſurpator, Polodi occiſus eſt &c.* proferensq; ipſiſſima verba hæc, Monachus *Herveldenſis*, an. eod. apud *Schardium*, T. I. *Rer. German.* p. 376. *Chronicon Quedlinburgenſe*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag 286. *Eghardus Marchio, in Palithi, à Syfrido & Udone, peſſimè occiſus eſt, plurimique ſuorum cum illo, 2. Cal. Maji &c.* & *Necrologium Fuldenſe* an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 766. *Eggihart Comes occiſus eſt &c.* & *Chronographus Saxo*, an. eod p. m. 214. *Dum quique ſibi, pro ſuis*

dicti Comitis venire, &, quicquid ipſe ab eo expoſceret, implere conſtringeret juramento, accepta nece Parentis improviſa, cum Matre celeriter occurrit, Patriſque cor, pus ingenti luctu ſuſcipiens, in Urbe, quae JENA dicitur, ſepeliri fecit; ita *Ditmarus*. lib. V. p. 53. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. d 366.

Idem, *Boleslao* Polono, nomine Imperatoris, bellum indicit. Vid. *Ditmarus*, lib. V. p. 67. quo durante, *Budiſſinam* deditione amittit; l. c. An. 1008. (*Albinus* loc. cit. pag. 246. habet 1010.) arma infert Patruo *Guncelino*, Marchiam *Miſniae* ſibi præripienti; *Strelam*, fruſtra licet, obſidio prementi; *Rochlitium* in cineres redigenti; *& quicquid incommoditatis ei*, (*quia ſemper Patrui in Fratrum filios ſeveri*) *facere potuit, nullatenus differenti*; (ecce! vocatur *Ditmaro* Patruus Hermanni Marchionis;) &, una cum Fratre *Ekkihardo*, Caſtellum ejus ad Salam, *quod unicè dilectum ſibi muris & præſidio, firmaverat, bonisque innumerabilibus impleverat, ex improviſo, manu valida circumdat, expugnat, & dejectum incendio conſumit*; re inſuper ad Cæſarem delata, indictoque litigantibus die *Merſeburgi*, cauſam obtinet, Marchiâ *Goncelino* ablatâ, & ad tempus *Friderici*, Ileburgenſium Comitis, curæ demandata, tandemque *Hermanno* noſtro traditâ. Vid. *Ditmarus* l. c. pag. 71. &c. & ſeq. Tit. XVII. § 13. lit. c. v. 4.

Non multò poſt, recrudeſcente Imperatorem inter & *Boleslaum* bello, occiſoque clandeſtinis inſidiis *Luſatiae* Marchione, GERONE, ab Imperatoris partibus ſtante, ſuſcepit *Hermannus* noſter, Ejusque Fratres *Güntherus & Ekkihardus*, *Miſniae* defuncti cadaver quod ad *Novam Urbem*, ubi GERO, Præſul Colonienſis, & *Thiedmarus* Marchio, Abbatiam conſtruxerant, delatum Terræ mandarunt. Funere hoc recondito, ad *Marchiae* ſuæ defenſionem, à *Miſecone*, Polonorum Principe, infeſtatæ, ab Imperatore properare jubetur. Vid. *Ditmarus*, Libr. VII. pag. m. 90.

Quid ſimulatis inter ipſum & *Ditmarum*, Merſeburgicum Antiſtitem, interceſſerit, tradit ipſe *Ditmarus* l. c. pag. 110. & 111. Totius Vitæ ejus curriculum ſiſtit *Reineccius*, in *Appendice* ad *Ditmarum*, pag. m. 118.

Conjugis Ejus, *Regelyndis*, mentio fit in Charta *Theodorici*, Epiſcopi Numburgenſis, de an. 1249. verbis, quæ ſub *Eccardo II.* mox proferam.

(3) *Güntherus*, cujus modò memini.

(4) *Eccardus ſeu Ekkihardus II.* extincti Fratris *Hermanni* in *Marchia* ſucceſſor, cujus Hiſtoriam *Sagittarius*, an. 1680 peculiari Diſſertatione, *Jenæ* ventilata, illuſtravit, clandeſtinam aliquando cum *Boleslao* Polono amicitiam coluit, de Cæſare multa odioſè locutus; ideo, ad dicendam evocatus cauſam, cum damnationis judicium metu detrectaret, bonis exutus eſt, poſtea tamen in gratiam iterum ſuſceptus. Vid. *Ditmarus*, lib. VI. p. 81. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 397. Ab hoc tempore tanta etiam fidelitate Imperatoribus adhæſit, ut vel inde *Fidelis Marchionis* encomio ab Iis mactaretur; teſtis Charta *Conradi II.* ſub dato *Quitilineburg*, 16. Kal. Jan. 1032. qua Sedes Epiſcopalis *Ciza Humburgum* translata, apud *Sagittarium* l. c. Sect. XI §. IX. p. 22. & Dn. *Kettnerum, Antiquit. Quedlinburg.* inter Diplomata Seculi XI. §. 4. pag. 163. ibi: *Omnibus Chriſti Noſtriſque Fidelibus notum eſſe volumus qualiter Nos, ob minime aenegandum interventum Dilectiſſimae Conjugis Noſtrae, Giſilæ, Imperatricis Auguſtae, amatiſſimaeque prolis Noſtrae, Heinrici Regis, nec non ob piam petitionem Hunfridi, Magdeburgenſis ArchiEpiſcopi, Fideliſque Noſtri Ekkardi Marchionis &c.* ut & *Henrici III.* Imp. de ann 1040. apud *Sagittarium* l c Sect. XVII. §. 2 pag. 29. ubi: *Heinricus --- Rex --- ob minimè denegandam voluntatem Fideliſſimi Fidelis noſtri, Ekkardi Marchionis ---- decem Regales manſos --- in Burcwardo Trebeni, in Pago Zeudici, in Villa Tuchin, in Comitatu prædicti Marchionis Ekkihardi, ſitos --- ia proprium dedimus &c.* Hinc fortè proverbio natales, quo *Vir probatæ fidei, der getreue Eckart*, nuncupatur.

Sepulturæ *Geronis* Marchionis Eum interfuiſſe, ſub *Hermanno* modò dictum.

An 1027. *Conradus II.* Imp ob Ejus, aliorumque interventum, donat Paderbornenſem Eccleſiam Curte *Ervitte*; Vid. ibid.

An. 1029. Promovit translationem Epiſcopalis Sedis *Cizâ Numburgum*. Vid. præced. Tit. XV. §. 13. lit. ee. pag. 1228.

An. 1040. & 1041. Fidelem operam navat Imperatori, adverſus Bohemos. Vid. ſeq, *Catal. Ducum Venedicorum*, v. 19. ſub *Henrico III.*

An. 1047. Subitanea morte deceſſit, *Naumburgi* ſepultus. Vid. *Hermannus Contractus*, h. a. apud *Urſtiſium* p. 326. *Eggehardus, Marchio ditiſſimus, ſubito moriens, praediorum ſuorum Regem reliquit haeredem &c.* & *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. pag. m. 160. *Eggihardus Marchio ſubitanea morte praefocatus interiit &c,* Quæ Monachus *Herveldenſis* apud *Schardium*, *T. I. Rer. Germau.* h. a. pag. 377. repetit.

Uxoris ejus, *Utæ*, mentio fit in Charta *Theodorici*, Numburgenſis Epiſcopi, de an, 1249. apud *Sagittarium* l. c. Sect. XV. § 3. p. 27. ibi: *Quemadmodum primi Eccleſiae noſtrae Fundatores, quorum nomina ſunt haec: Hermannus Marchio, Regelyndis Marchioniſſa: Eccehardus Marchio, Uta Marchioniſſa: Syzzo,*

Comes

Comes — pro prima fundatione, maximum apud Deum meritum & indulgentiam peccatorum ſuorum promeruerunt &c. Rectè hinc corrigit *Sagittarius* l. c. Sect. XXI. §. 1. p. 32 Recentiores, qui *Suanhildam* eam vocant, quippe quæ *Eckardi* Mater, non Conjux fuit; arguens ſimul *Fabricium*, Principi noſtro viduam *Ottonis*, Suinfurtenſis Ducis, cui nomen *Adelæ*, conjugem aſſignantem, confundendo hac ratione *Eckardum* noſtrum cum *Ecberto* Marchione, qui cum laudata Principe *Ecbertum II.* genuit.

(5) *Mathilda*, Uxor *Dieterici, Merſeburgenſium* Comitis, & Marchionis *Landsbergenſis*, qua natus TIMO, Pater CONRADI, ab *Henrico V.* Imp. creati, & à *Lothario* Imp. an. 1127. confirmati *Marchionis Miſniæ*. Vid. *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1171. p. 39. cujus verba præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, in vita *Hermanni Billingi*, v. 6. voc. *Suanehildis*, p. 109. habentur. Conf. ſeq. Tit. XVII. §: 13: lit. c. v. 5. in vita *Dedonis*. *Sagittarius*. Diſſ. de *Eccardo I.* Sect. XVIII. §. 12 p. 28. *Wolfgangus Lazius, de Migrationibus Gentium*, lib. IX. in præfatione *Chronici Montis Sereni*, § 18. & 20. p. m 32 *Albinus, Chron. Miſn.* Tit. X. p. 252. &c. *Henningeſius*, Part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*. pag. 11. & 13. &c.

(6) ODA, an. 1018. BOLESLAO, Polonorum Principi, nupta. Vid. *Ditmarus* lib. VIII. p. m. 105. & apud Dn. de Leibnitz l. c. Tom. I. pag. 419. *Oda, Ekkihardi Marchionis Filia, à Bolizlavo diu jam deſiderata, & per filium ſuimet*, OTTONEM, *tunc vocata*, ZIZAM *venit — ac nupſit Duci prædicto, poſt Septuageſimam, absque Canonica auctoritate.* Conf *Reineccius* l. c. & *Sagittarius* l. c. Sect. XVIII. §. 13. pag. 30. Perperam *Henningeſio* l. c. pag. 11. Filia datur *Eccardo II.*

(28) WILHELMUS MARCHIO.

A cæde *Eccardi I. Wilhelmum, Vinarienſium* Comitem, inter omnes *Thuringiæ* Proceres eminuiſſe, ex *Ditmaro* conſtat, qui lib. V. pag. 55. & apud Dn. de *Leibnitz* Tom. I. *Rer. Brunſu* pag. 368. memor reſponſi *Henrici Sancti*, recens creati Regis, *Henrico* Comiti, *Bertholdi* filio, per internuncios Bavariæ Ducatum efflagitanti, dati, ait: *Quod ubi Henricus* (Comes) *ab Internunciis accepit, in majorem promiſſi muneris deſperationem veniens, paulatim ſe ab Regis ſubtraxit familiaritate; Comitaturque tamen ab Alemannia proficiſcentem in Franciam, poſtea ad Thuringiam; ibi Wilhelmus, Turingorum tunc Potentiſſimus, obviam pergens, Dominumque venientem, cum magna gratulatione, ſuſcipiens. Miles Regis efficitur; ibi tunc Rex à præfato Comite, & à Primis illius Regionis, collaudatur in Dominum &c.* Conf. præced. Tit. 2. § 10. lit. d. ad an. 1002. pag. 96. Sic & *Adelboldus* Trajectenſis, in vita *Henrici S.* §. XI. apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, pag. m. 836. & Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 433. *Rex igitur non multis diebus in Francia moratus, in Turingiam ivit; ibi absque mora Guelhelmus, Princeps Turingorum, cum cæteris occurrens, Regis efficitur &c.* & *Annales Hildesheimenſes*, ad an. 1034. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 727. *Eodem Anno Thiedricus, Comes Orientalium, a Militibus Eggibardi Marchionis, in proprio cubiculo, ficta ſalutatione, circumventus in dolo, 13. Kal. Decemb. occiditur. Cujus dignitatem honoris Dedi, Filius Ejus, obtinuit, qui poſtea Odam, Willihelmi, Turingorum Prætoris, viduam, in conjugium aſcivit &c.*

Vitæ finem habuit an. 1056. teſte *Lamberto Aſchaffenb.* h. a. p. 163. verbis præced. Tit. V. in vita *Henrici IV.* Imp. an. 1057. pag. 533. occurrentibus; conf. *Conradus Urſpergenſis*, in Hiſtoria *Henrici III.* pag. m. 167. *Anno Domini* 1056. *HERMANNUS, Comes Orientalium Francorum, obiit, 6. Kal, Febr. — Magna cædes à* LUITICIS *in Chriſtianos facta eſt, quarum quidem gladio, quidam fugientes in aqua perierunt. inter quos Wilhelmus Marchio occiditur &c.* Aſſentiunt *Monachus Herveldenſis* ap. *Schardium*, T. 1. *Rer. German.* an eod. pag. 379 *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 254. *Annal. Hildesheim.* cit. an. eod, pag. 731.

(29) LUDOVICUS BARBATUS, COMES.

Imperante CONRADO SALICO, ut *Pauli Langi, Chron, Citizenſ* p. 771. & 772. verbis utar, *Quidam Baro, dictus Ludovicus cum Barba, qui ſupradictæ Giſelæ Imperatricis Conſanguineus exiſtens, bellorum aſſiduitate & rabie depauperatus fuerat. Hic, inſtantia dictæ Giſelæ, per Bardonem, Archi Epiſcopum Moguntinum, noſtri Ordinis, aſſumptus Vice-Dominus Thuringiæ conſtituitur. Qui optime & pacificè, aliquot per annos, commiſſam regens Provinciam, paulatimque potentia, divitiis pariter, creſcens, Caſtella & Prædia ad ſe emit varia, plurimamque ita ſucceſſivè Thuringiæ partem acquiſivit, eamque Caſtris munitiſſimis conſtructis in montibus, roboravit, præſertim Nuendorff, Schowinburg. Propterea Conradus Rex ipſum Ludwicum Comitem fecit Thuringiæ, & Haſſiæ Dominum, arma ei conferens antiqua, quæ antea fuerant Burghardi, Ducis Doringiæ & Haſſiæ, ab Hungaris, inter bellandum, occiſi &c.* de origine hujus *Ludovici*, inquit *Siffridus* Presbyter, lib. I. *Epitomes*, ad an. 1140. apud *Piſtorium*, p. 692. *Primus Ludovicus, de quo Landgravii Thuringiæ nati ſunt, vocabatur Ludovicus Dedus Barbatus, & ipſe deſcenderat de Genealogia Caroli Magni Imperatoris, & cum eſſet unus de Ducibus Sueviæ, prælis annihilatus inde*

deceſſit.] *Cum autem dudum* Duces Turingorum *defeciſſent, idem* Ludovicus Barbatus *ſuſcepit* PRINCIPATUM *dictæ Terræ, quae tunc, per plures diſtracta & uſurpata, ceſſavit dici* Ducatus, *ſed usque hodiè Princeps praefatae Terrae non* Dux, *ſed* Landgravius, *quod latinè ſonat (Comes* Provincialis, *appellatur. Dictus* Ludovicus *primum aedificavit Caſtrum* Wartbergam, *in vertice montis excelſi, ſuper Civitatem Iſenacam. Et ipſe, & filii ejus, & filii eorum, ſuper ſaepe dictam Terram Thuringiam, à tempore* Sancti Henrici, *Imperatoris, usque ad tempora Imperatoris,* Friderici II. *per ſex Generationes, principantur &c.* Conf. Hiſtoria *Landgrav. Thuringiae*, C. XI. pag. m. 913. *Anno Domini MXV. (XXV.)* Conradus *Francigena, quidam* Dux Francorum Imperator, *habebat duos conſanguineos, ſcil.* Hugonem, & Ludovicum, *Fratrem ſuum, ex ſtirpe Regum Franciae progeniti, & multum pecunioſi.* Hugo *fuit in Curia ArchiEpiſcopi Moguntinenſis, & ſibi ſerviebat.* Quo *mortuo, & filio ſuo, omnia, quae reliquit, devoluta fuerunt ad* Ludovicum *fratrem, qui ſuit in Curia Imperatoris* Chunradi, *&, propter ſuam ſagacitatem, ſummus & praepotens in Aula Regia effectus eſt. Iſte Imperator, diligens* Ludovicum, *Cognatum ſuum, volens ſibi providere de aliqua haereditate, & beneficiis, miſit eum ad ArchiEpiſcopum Moguntinum,* Bardonem, *antea Abbatem Herſeldenſem, mandans ei, ut, amore ſui, & propter ſervitium fratris ſui,* Hugonis, *conferret* Ludovico, *cognato ſuo, aliqua Beneficia in Diœceſi in Feudum. Epiſcopus vero, ad nutum Imperatoris ipſum in* Thuringiam *miſit, & ibidem* Vice-Dominum, *id eſt,* Vicarium, *per totam* Thuringiam, *fecit; ei Beneficia plura, jure hæreditario, hinc inde contulit, & dedit. Et etiam Ipſe Imperator quaedam donavit, ſicut, ex ſequente Privilegio, videri poteſt.* Jam ſubjicit Diploma Cæſareum, datum 4. Cal. Maji, An. 1039. Indict. VII. *Goszlari*, è Villa Regia, (copiam quoque ſuppeditante Dn. *Lucæ, im Fürſten-Saal*, p. 283. & 284. nec non Dn. *Lunigio*, Contin. 2. partis ſpecialis *des Reichs-Archivs, vierte Abtheilung, Anderer Abſatz*, §. 1. p. 176. & 177.) ibi: *Notum eſſe volumus omnibus — qualiter Nos, ob interventum dilectiſſimæ Contectalis noſtræ,* Gyſilæ, *cuidam* Ludovico Comiti, *Conſanguineo noſtro, prædium, quod ab incolis* Thuringiæ *comparavit, Villam ſcil.* Aldenberg, *& novalia, prope hinc & inde adjacentia ſcilicet, & partem vaſtæ ſolitudinis,* Loybe, *noſtræ dominationi ſubjacentem, quam ei noſtra donatione contulimus; liberè & quietè perfruenda, Regia auctoritate, ſtabilita fecimus &c.* Idem Diploma, ſed juxta exemplar, ab *Hortledero*, An. 1638. 9. Aug. in Archivo Ducali *Vinarienſi* repertum, exhibet Dn. *Paullini, Annal. Iſenac.* §. 13. p. 9. expoſitione locorum, inibi occurrentium, §. 14. pag. 11. & 12. annexa. Pergit autem *Landgraviorum Hiſtoriae* compilator l. c. *Ille igitur* Ludovicus, *veniens in* Thuringiam, *Anno Domini XXV. ſe praeſentans* Nobilibus Terræ, Civitatibus & Villis, *officium, ſibi ab ArchiEpiſcopo commiſſum, prudenter exercuit, & Beneficia ſibi conceſſa recepit, & loca occupavit, & ſpecialiter in confinibus ſylvae Bloſſeloybe, juxta* montes Kattenburg, Aldenbergk, Cornebergk, & *ibidem Villas faciendo, terras & arbuſta in campis praeparavit, & Villas nominavit:* Fridericherode, Reynhartsborn *&c. cœpitque, propter ſuam jucundam converſationem, gratus haberi in Thuringia à Nobilibus & ab Yſone de Glychen, &* Gunthero *de* Keverenburgk. *& ab aliis Comitibus multa praedia & Villas emit. Tandem, permiſſione Principum, Caſtrum* Schowenburg, Reinhartsborn, & Fridericherod. *erexit, & quotidianam ibi manſionem habuit.* Et C. XII. p. 914. *Ludovicus, dictus cum Barba, ex eo, quod barbam longam nutriebat, cœpit ditari, & in Caſtris & Villis multiplicari, emendo & aedificando, & multum in Terra diligebatur, & bene & pacificè praefuit, ita, quod factus fuit* Comes totius Terræ Thuringiæ, & Comes Thuringiæ *ab omnibus nominabatur &c.* Add. *Wilhelmi Dilichii Chronicon Haſſiae*, part. 2. pag. 130. *Albini* Chronicon *Miſn.* Tit. XV. p. 387. Dicimus hinc, *Ludovicum Barbatum*, quem *Blondellus, Geneal. Franc. Aſſert. plenior.* T. 2. p. 33. & c. contra *Chiffletium* diſputans, *Caroli* Lotharingiæ Ducis, ab *Hugone Capeto*, Franciæ Regno excluſi, & hactenus pro ultimo *Caroli Magni* maſculinæ ſtirpis habiti, filium conſtituit, tempore *Wilhelmi Marchionis*, non tantùm à Moguntino Præſule, Terris, ad Moguntinam Sedem, *per univerſam Thuringiam*, ſpectantibus, titulo *Vice-Domini*, fuiſſe præfectum, ſed & ab Imperatore *Conrado Salico*, multis bonis auctum, inſuperque *Comitis Thuringiæ* honoribus inſignitum. præter quod hinc inde Caſtra, Villas, fundos paratis nummis acquiſiverit, indies potentia creſcens & auctoritate, præſertim ex quo nuptias contraxerat, de quibus *Hiſtoria Landgraviorum* cit. C. XII. p. 914. inquit: *Accepit in Conjugem* (Ludovicus noſter) *Nobilem Matronam, Cæciliam de Sangerhuſen, quae ad eum ſeptem millia manſorum, cum aliis innumerabilibus bonis, ex haereditaria ſucceſſione, devolvit &c.* Conf. Dn. *Spener. Oper. Herald. part. ſpec. Proleg.* pag. 5. Dn. *Paullin*, l. c. §. 15. p. 12. *Lyrus, Paliandra*,

Digitized by Google

Tab. X. & XXVI. p. 513. Dn. *Lucæ*, *Fürſten-Saal*, pag. 285. &c.

De liberis, annectit *Hiſtoria Landgraviorum l. c. De qua Cæcilia, genuit tres filios, ſcilicet Ludovicum, qui ſibi ſucceſſit & in Comitatu Thuringiæ; & Beringerum, qui poſt mortem Patris, habitavit in Sangerhuſen, & tertium, Henricum, qui dicebatur Raſpe, ex eo, quod Caſtrum Raſpenberg conſtruxit, & ibi habitavit. Item, genuit, ex eadem, tres filias, quarum una, ſcilicet Hildegardis, duxit Comitem Poponem de Henneberg; ſecunda, Uta, duxit Comitem de Linderbeche; tertia, Albeid, in virginitate permanſit &c.* Conf. *Henningeſius* part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 132. & 133. Dn. *Paullini l. c.* Dn. *Hubner. Tabb. Geneal.* §. 155.

Obiit tandem an. 1055. eadem *Hiſtoria* teſte l. c. ubi: *Anno Domini* 1055. *cum habitaſſet in Thuringia triginta annis, veniens Moguntiam, ad unam convocationem Principum, & Comitum, mortuus eſt & ſepultus apud S. Albanum, extra muros.* Ejusdem ſententiæ ſunt: *Chytræus*, in *Saxon* pag. 168. Dn. *Paullini* l. c. Dn. *Lucæ* l. c. pag. 286. §. 9. & Dn. *Layritz* l. c. Dn. *Hübner*, l. c. *Henningeſio* l. c. pag. 133. placet an. 1056. Conf. de geſtis Ejus, *Spangenbergius*, *Chron. Henneberg.* lib. 2. Cap. I. pag. 81. &, ex eo, Dn. *Paullini* l. c. §. 16. pag. 13. Dn. *Lucæ* l. c. pag. 285 §. 5. & 6.

(30) UDO & OTTO, Marchiones.

Interfecto *Wilhelmo Marchioni ſucceſſit Udo Comes, Vir valde induſtrius, & Regi* (Henrico IV.) *conſanguinitate proximus &c.* Ita *Lambertus Aſchaffenb.* ad an. 1056. p. 163. & *Monachus Herveldenſis*, an. eod. apud *Schardium*, T. I. *Rer. German.* pag. 379. ambo ll. cc. ad annum 1057. pergentes: *Udo Marchio obiit, cui Filius ejus, Uto junior, ſucceſſit.* Hac rerum facie, orto in Saxonia Civili bello, laudati WILHELMI frater, OTTO, quamvis Matre natus Sclavica, & à juventute in Bohemia exul, domum rediens, MARCHIAM, *hereditario jure*, ad ſe devolutam clamat. Auxilia ſtatim pollicentur Saxoniæ Proceres, Imperatoris hoſtes infenſiſſimi, quorum opera ſuffultus ruit ad arma, infelici autem Marte, cum Auguſti Patruelibus, BRUNONE & ECKBERTO, congreſſus, occiditur. Teſtimonia præc. Tit. V. in Vita *Henrici IV.* Imp. v. 4. ad an. 1057. p. 533. produxi; Conf *Chronographus Saxo*, ad an. 1060. p. 255. *Stadtwegen, Chronicon, apud Dn. de Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuicenſ.* pag. 269. *Conradus Botho, Chronicon Picturatum Brunſuicenſe*, ad an. 1046. ibid. p. 325. *Albertus Crantz*, lib. 4. *Saxon.* Cap. 44. *Micrælius*, lib. 3. *Syntagmatis*, Sect. XII. pag. 596.

(31) WILHELMUS II. Marchio.

Wilhelmum hunc, *Ottonis Marchionis* filium, vel, ex fratre, *Wilhelmo I.* nepotem, *Marchiam* fuiſſe conſecutum, docet *Lambertus Aſchaffenb.* ad an. 1061. p. 166. iisdemque verbis, *Monachus Herveldenſis.* an. eod. l. c. p. 381. *Andreas, Rex Ungariorum, videns Belem, quendam propinquum ſuum, Regnum affectare, & Ungarios à ſe paulatim ad eum deficere, Uxorem ſuam, & filium, Salomonem, cui Imperator filiam ſuam, parvulo parvulam, deſponderat, cum multis opibus, ad Regem Henricum tranſmiſit, petens, ut & ſibi, miſſo Exercitu, ſubveniret, & ſuos, donec rebus tranquillitas redderetur, ſervaret. Rex Wilhelmum, Marchionem Thuringorum, & Epponem, Citicenſem Epiſcopum, cum Duce Boëmorum, & Exercitu Bajoarico, illuc miſit. Sed Marchio, & Epiſcopus, priores Ungariam ingreſſi, non expectato Duce Boëmorum, cum Bele ſigna contulerunt, atque infinitam multitudinem Ungarorum peremerunt. Deinde, cum, ex omni parte, Ungari, ad ferendum ſuis auxilium, frequentes confluxiſſent, videntes miſſi Regis tantæ multitudini ſe, numero & viribus, impares eſſe, finibus hoſtium excedere volebant. Verùm, illi loca omnia, per quæ exitus eſſe poterat, occluſerant, tum, ne quid cibi aut potus in via reperiretur, providerant; cumque inſuper abeuntes crebra incurſione infeſtarent, & illi, ſemper periculum virtute propulſantes, magnas hoſtium ſtrages darent, tandem, diuturna cæde exhauſtis viribus Andreas equo fortè excuſſus, pugnantium pedibus eſt conculcatus, Epiſcopus captus, Marchio, fame magis quam ferro, expugnatus, ſe dedidit; cujus virtus tantæ admirationi apud Barbaros fuit, ut Joas, filius Belis, pro illius tum Gentis moribus haud deſperatæ indolis adoleſcens, ultro Patrem exoraret, non modò, ut eum jure belli intactum fineret, ſed etiam ut affinitate ſibi jungeret, deſponſata ei filia, ſua ſorore, Jogada &c.* Conf *Chronogr. Saxo* an. eod. pag. 255. Proximè ſequenti anno, 1062. *Wilhelmus Marchio reverſus in Thuringiam, dum redire in Ungariam, & ſponſam ſuam, cum magna opum ſuarum oſtentatione, adducere pararet, inter eundum, ſecunda manſione, morbo correptus obiit. Sponſam ejus Udalricus, Marchio Carentinorum, cognatus ejus, accepit, Marcham Otto, Frater ejus, obtinuit. Sed is Beneficia Moguntini Epiſcopatus aliter obtinere non potuit, niſi promitteret, decimas ſe, de ſuis in Thuringia poſſeſſionibus, daturum & cæteros Thuringos, ut idem facerent, coacturum; quæ res multorum malorum ſeminarium fuit, deteſtantibus omnibus Thuringis factum ejus, & aſſerentibus mori ſe malle, quam Patrum ſuorum legitima amittere &c.* Hæc *Lambertus* ad h. a. p. 166. & *Monachus Herveldenſ.* l. c. an. eod. pag. 381. Conf. *Chronographus Saxo*, an. eod. p. 256. Nullas enim hactenus deci-

Digitized by Google

decimas, ſed, ad coquinam Regis, quingentos duntaxat porcos, tributo annuo, à Rege Auſtraſiæ, *Theodorico*, impoſito, & jam ab *Henrico Sancto* ſibi remiſſo, ſolviſſe Thuringos, fide *Brunſvicenſis Chronici*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſ.* p. 9 *nititur*; Conf. *Micrælius* l. c. & Dn. *Paullini, Annal. Iſenac.* §. 17. p. 14. Sufficienti cæterùm teſtimonio hæc ſunt, feuda Moguntina non confundenda eſſe cum bonis, vel allodii jure, vel beneficii Cæſarei, ad Marchiones noſtros ſpectantibus.

(32) OTTO II. Marchio.

Excepiſſe hunc Principem in *Marchia*, fratrem *Guilielmum*, modò dixi. Breve ejus regimen fuit, nam, ut *Lambertus*, ad annum 1067. & *Monachus Herveldenſis*, l. c. an. eod. pag. 388. loquuntur, hoc ipſo anno, *Otto, Marchio Thuringorum, obiit, gaudentibus admodum in morte ejus omnibus Thuringis, eò quod ipſe primus ex Principibus Thuringorum decimas, ex ſuis in Thuringia poſſeſſionibus, dare conſenſiſſet, &, per hoc calamitatem maximam Genti ſuæ invexiſſe videretur &c.* Conf Dn. *Paullini, Annal. Iſenac.* §. 10. p. 16. *Henningeſius*, part. I. *ſecundi & tertii Regni, in Quarta Monarchia*, pag. 136. vocans Ejus conjugem *Adelheidam*, Brabantiæ Duciſſam, nuptam deinde *Dedoni*, Miſniæ Marchioni, teſtibus *Lamberto*, ad an. 1096. p. 177. & Monacho *Herveldenſi*; an. eod. p. 388. qui ambo, ad an. 1073. ille pag. 193. & hic p. 399. eam *Adelam* appellant. Add. *Henningeſ.* part. 2. p. 12. *Micrælius* l. c.

(33) ECBERTUS I. Marchio.

Elato OTTONIS funere, *Marchiam ejus Egbertus, Patruelis Regis, ſuſcepit &c.* Ita *Lambertus Aſchaffenburg.* ad an. 1076. p. 176. & *Monachus Herveldenſis* l. c. ad annum 1068. p. 388 ambo, de obitu ejus, pergentes: *Rex* (Henricus IV.) *Natalem Domini, Goslariæ, nec dum ſoſpitate ad plenum recuperata, celebravit, à quo Egbertus Marchio, exactis diebus feſtis, digreſſus, dum ſe in ſua recepiſſet, modica febre pulſatus, terminum vitæ accepit. Sed Marchiam adhuc vivens acquiſierat filio ſuo, tenerrimæ ætatis infantulo, quem ei vidua Ducis Ottonis de Swinenſurt pepereras, cui tamen ipſe, paucis diebus ante, quam vita excederet, repudium ſcribere cogitaverat, &, contra Leges ac ſtatuta Canonum, viduam Ottonis Marchionis, matrimonio ſibi jungere, quod hæc forma elegantior, & effeſtatis moribus ſuis opportunior videretur. Sed mors, opportunè interveniens, nefarios conatus ejus intercepit &c.* Conf. *Henningeſius* l. c. p. 136. *Micrælius* l. c.

(34) ECBERTUS II. Marchio.

Vivo adhuc Patre, *Marchiæ Thuringorum* declaratus eſt hæres. Vid. modò dicta. In *Chronico Hildesheimenſi*, apud Dn. de *Leibnitz* T. 2. *Rer. Brunſvic.* pag. 790. perperam *Erkenbertus, & Marchio Miſnenſis, & Saxoniæ Dux*, nuncupatur. Sub hoc Principe, tranſigit Cæſar *Henricus IV.* cum Moguntino ArchiEpiſcopo, *Sigfrido*, cui ſpondet, ſi ejus ope disjungi à conjuge ſua poſſet, ſe *Thuringos, armata manu, ſi aliter nequeat, coacturum, ut decimas*, (quarum, in vita Wilhelmi II. & Ottonis II. modò memini) *ſine ulla in perpetuum contradictione, perſolvant.* Hæc *Lambertus*, ad an. 1096 p. 177. *Monachus Herveldenſis*, an. eod. pag. 388. Annuente Moguntino, ſatrexit novum in Saxonia bellum, cujus hæc ſumma, apud *Lambertum* l. c. & *Herveldenſem* l. c. *Dedi, Marchio Saxonicus*, (Miſniæ) *cum viduam duxiſſet* OTTONIS, *Marchionis*, (Thuringiæ) *tertio prius anno defuncti, prædia etiam, quæ ille à diverſis dominis beneficii loco habuerat, ſumma vi nitebatur acquirere, cum nullus daret poſtulanti, indignitatem non ferens; Regi, per quem potiſſimum ſtetiſſet, ne darentur, bellum parabat, crebriſque colloquiis* THURINGOS, *ad ſocietatem armorum ſollicitabat; promptum hoc fore ſperabat, eò quod Rex, ArchiEpiſcopum adjuvando in exigendis decimationibus, multum à ſe avertiſſet animos eorum --- Rex, accepto nuncio, graviter permotus, ingentes copias, & quæ pluribus etiam bellis ſatis eſſent, celerrimè contraxit; tum vero Epiſcopus Moguntinus tempus ſe accepiſſe ratus, quo, per occaſionem publici belli, privatum in Thuringos odium vindicaret, infeſtiſſimus aderat, Regem quam atrociſſimè rem agere inſtigabat; ipſe quoque totis amicorum, totis Moguntini Epiſcopatus opibus, cœpto annitebatur &c.* Hac rerum facie certiorem reddentibus Cæſarem Thuringis, per Legatos, ſe nequaquam arma adverſus Ipſum ſumturos, ſed ſemper fideles fore, modo à decimis Moguntino ſolvendis liberarentur; *ubi res matura viſa eſt, infeſto agmine* THURINGIAM *intravit. Duo ibi Caſtella, quibus Marchio præſidium impoſuerat,* BICHELINGUM *&* SCHIDINGEN, *alterum per deditionem, alterum manu, expugnatum recepit, Cæteris ilicò admovendus erat Exercitus, ſed Marchio advertens, nullo loco vel munitione ſuſtineri poſſe impetum Regis, inciſa ſpe reſiſtendi, ſe ſuaque omnia dedidit.* THURINGI *etſi, ut promiſerant, erga Regem & cauſam publicam devoti fideleſque eſſent, --- juſſum tamen eis eſt à Rege, facilè & contemptim, ut decimas darent, non, quod recuſantibus vim ferre in animo eſſet, ſed ne, non reddito promiſſo, ArchiEpiſcopum offenderet.* DEDI *Marchio, aliquandiu habitus in cuſtodia, tandem, adempta poſſeſſionum & redituum non modica parte, dimiſſus eſt &c.* Hæc omnia *Lambertus*, & *Monachus Herveldenſ.* ll. cc. Exauctorato an. 1070. *Ottone*, Bojorum Duce, recruduit bellum in *Thuringia*, de quo *Lambertus* ad an. 1070. 1071. & 1072. maximè an. 1073. quo *Rex*, ut ejusdem verbis ad h. a. pag. 189, utar, *in omnia genera flagitiorum, ruptis omnibus modeſtiæ & temperantiæ frenis, præcipitem ſe dedit, montes omnes colliculoſque Saxoniæ & Thu-*

Digitized by Google

ringiæ, Caſtellis munitiſſimis extruxit, præſidiumque impoſuit. Quibus cum victui neceſſaria minus ſufficerent, permiſit, ut ex proximis villis, & agris, hoſtili more prædas agerent, &, ad ipſa caſtella muniendæ, circumquaque manentes cogerent, --- ut impietatem ſuam quadam Religionis ſpecie palliaret, ArchiEpiſcopum Moguntinum modis omnibus inſtigavit, ut Decimationes Thuringiæ, *ſicut antea plures annos inſtituerat, exigeret, pollicens, ſe ei, in exigendo, ſumma ope aſſuturum, & dicto obtemperare nolentes Regia Majeſtate coacturum, ea tamen pactione, ut ipſarum* Decimationum *partem ſibi, quæ & Regia Magnificentia, & tanto labore ſuo, digna foret, tribueret. Ita Epiſcopus, vaniſſima ſpe animatus, Synodum indixit, in Erpheſfurd, 6. Idus Martii,* in qua, controverſia de *decimis* diu multumque agitata, *Thuringi* tandem, ut *Lambertus* l.c. p. 190. loquitur, *decimas in reliquum, abſque retractatione dare profeſſi ſunt.* Conſ. *Monachus Herfeldenſ.* eod. anno 1073. pag. 396. & 397. His deciſis, pergit *Lambertus* l.c. p. 191. *Magnum quiddam, & à nullo Majorum ſuorum antehac tentatum, machinari cœpit, (Cæſar) videlicet, ut omnes Saxones & Thuringos in ſervitutem redigeret, & Prædia eorum Fiſco publico adjiceret -- Itaque ſecretò cum Rege Danorum colloquium facit, & cum eo, magna quadam parte Saxoniæ, quæ* Utoni Marchioni *pertinebat, paciſcitur, ut, in conficiendis rebus, quas animo agitabat, auxilio ſibi foret, &, ſe Saxonibus ex uno latere bellum inferente, ipſe eos ex alio latere adoriretur. Id ipſum aliis, qui Saxoniæ contigui erant, Regibus & Gentibus injungit. Ubi ſatis adminiculorum viſum eſt, cunctis Regni Principibus expeditionem indixit in Polonos, id cauſæ prætendens, quod Boëmos, contra vetitum ſuum, bello impetiſſent, & fines eorum ferro & igne infeſtaſſent. Hanc cauſam in promptu habebat. Cæterum, ut fama vulgatior poſtmodum loquebatur, ſub occaſione Polonorum, volebat in Saxoniam Exercitum ducere, & deletis, usque ad internecionem, Saxonibus, loco eorum Gentem Suevorum conſtituere &c.* pag. 192. *Quæ res Eum valdè exoſum, inviſumque Principibus reddiderat --- His atque hujusmodi indiciis Principes Saxoniæ malum, quod cervicibus ſuis impendebat, animadverterunt, ſtatimque graviter ancipitii periculo permoti, clandeſtina conventicula crebrò faciebant, & ſe viciſſim, quid facto opus eſſet, in medium conſidere hortabantur. Una omnium voluntas, eadem erat ſententia, eamque, dato & accepto viciſſim ſacramento, confirmabant, malle ſe mori, atque extrema omnia prius experiri, quam acceptam à parentibus libertatem, per dedecus, amittere --- Erant in ea conjuratione --* OTTO, *Dux quondam Bajoariæ;* UTO *Marchio;* DEDI *Marchio; & omni Marchione animoſior atq; implacatior, uxor ejus,* Adela; Egbertus, *Marchio* Thuringorum, *puer adhuc infra militares annos;* Friderich, *Palatinus Comes &c.* Conſ. *Monachus Herfeldenſis* l. c. pag. 398. & 399. & præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 13. pag. 192. Protracto in luſtra bello, inſignem Marchio noſter victoriam de Cæſareis reportat, An. 1089. *Caſtrum Gleichen* dura obſidione prementibus; *In vigilia* enim *Natalis Domini, quæ in die Dominica tunc evenerat, circa veſperam ---* Eggebertus *Marchio, ut erat audaciſſimus, ſuper inermes, ut turbo vehemens, cum ſuis irruit, & cædis initium ipſe Signifer & Dux Exercitus ſui fecit. Facta eſt itaque concertatio dura, & usque in profundiſſimam noctem deducta --- de Exercitu Regis multi ſunt occiſi, quamplurimi captivati, innumerabiles vero vulnerati, præda magna ſublata, Oppidum* Glico, *cum gloria, obſidione liberatum.* Henricus *igitur victus fugam arripuit.* Eggebertus *autem, victor exiſtens, perſequutus Regem, quoscunque invenit de Exercitu Ejus, cepit, vulneravit, & interfecit &c.* Sunt Verba *Dodechini,* in *Appendice ad Marianum Scotum* h. a. apud *Piſtorium,* p. 457. & 458. Conſ. *Chronicon Halberſtad. T. 2. Rerum Brunſvic.* Dn de *Leibnitz,* p. 129. *Albertus Stadenſ.* h. a. pag. 141. *Paulus Langus, Chron. Ciſizenſ* ad an. 1089. p. 779. & præced. Tit. V. Vita *Henrici IV.* pag. 546. ubi ſimul teſtes, Eum anno 1090. ad plures abiiſſe; quibus jungas *Chronicon Rhythmicum* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. C XIX. p. 34. & *Conradi Bothonis Chronicon Picturatum,* ad an. 1087. ibid. p. 329. & ad an. 1090. p. 330. Hunc habuere *Marchiones Thuringiæ* exitum.

(35) LUDOVICUS SALTATOR, Comes.

Dum hæc agebantur, floruit in *Thuringia*, laudati, (§ 29.) *Ludovici Barbati Comitis* propago, LUDOVICUS præſertim SALTATOR, filiorum Ejus natu maximus, qui tamen Gloriam nominis non parum polluit, repudiata Conjuge, *Udalrici*, Saxoniæ Principis, filia, ducendo aliam, *Udonis*, ſcil. (teſte *Alberto Stadenſi*, ad an. 1144. p. 164.) *Stadenſium* Marchionis, filiam, *Adelheidam, Friderici*, C. P. *Saxoniæ*, hunc in finem, ipſius inſidiis, in venatione, è medio ſublati, viduam. De quibus homicidio & adulterio, hæc in *Ciſizenſi Chronico Pauli Langi,* ad ann. 1065. p. 775. *Anno Domini* 1065. *Ludvic. Saltator, filius Ludvici cum Barba, Secundus Comes Toringorum, interfecit* Fridericum, *Comitem Palatinum, Fundatorem Monaſterii Goſitzen, qui habitabat in* Caſtro Schipplitz, *propter Uxorem ſuam venuſtiſſimam, quam amabat,* Adelheidam. *Qui occiſus ſepultus eſt in dicto Monaſterio, quod fundarat. Ita in dictis Chronicis legitur, & in fundatione Cœnobii* Oderſleven, *eadem reperiuntur. In Topographia tamen* Geſitzenſis *Monaſterii memorati, habetur, quod non* Fridericus *Senior, & Fundator loci, ſed filius ejus, ejuſdem nominis, qui habuit Uxorem, nomine* Adelhaidem, *pulcherrimam*

rimam & pridem ſibi nuptam, ab eo fuerit occiſus, zelo Uxoris, quam & exinde duxit in matrimonium, quæ ei genuit tres liberos præſtantiſſimæ indolis, Ludvicum, qui primus factus eſt Lantgravius Doringiæ; Utonem,, Epiſcopum Nuenbergenſem, & Heinricum &c. Liber de *Fundatione Monaſterii Gozecenſis*, apud *Maderum*, in calce *Chronici Montis Sereni*, pag. m. 216. memor *Friderici Junioris* C. P. *Saxon.* factum ita prodit: *Cum vix puerileſ annos tranſcendit, filiam Udonis de Aleslephe, conjugem ſociavit. Hæc Adelheit fuit dicta, tam Genere Nobiliſſima, quam forma pulcherrima --- dum acceptæ Conjugis vix annis quatuor frueretur amplexibus, quadam die juxta Curiam ſuam, Aplice dictam, more Secularium, venatione delectabatur. Militibus autem, ut fieri ſolet, per ſylvam, huc atque illuc diffuſis, accidit, ut juvenis, equo reſidens, canes adhortando ſolus inſequeretur. Et ecce, duo fratres, Theodoricus & Udalricus de Dedenleibe, & Reinhardus de Rineſtede, de inſidiarum locis inſurgentes, juvenem occiderunt, & nefario opere audacter perpetrato, impune evaſerunt --- cadaver feretro imponentes huc perduxerunt, quod Wernberus Merſeburgenſis Epiſcopus, & Abbas Fridericus, in Conventu noſtro, luctu & planctu nimio, Terræ commendaverunt. Acta ſunt hæc Anno Domini* 1087. Hæc Auctor coævus. Unde recentiorum emendandæ relationes. Immediatè addit *Paulus*: *Ludvicus iſte ædificavit Caſtrum Wartperg, in altiſſimo monte, juxta Iſenach; item, caſtrum Nuenburg, & Civitatem prope Caſtrum, in pede autem montis Friburg. – Porrò Ludvicus, pœnitentia ductus, fundavit inſigne valde Cœnobium, in nemore Doringiæ, Reinhartzbron, in quo & in ultima ætate factus converſus, ſub habitu Religioſo feliciter obdormivit in Domino. Similiter & ipſa Adelheidis fundavit, pro ſatisfactione, ſpontaneè Monaſterium noſtri Ordinis, Oldersleven, prope Saxiburgum. Caſtrum quoque Schipplitz, ubi quondam, cum Viro interfecto, habitaret, in Clauſtrum mutavit Monialium, donans ei omnia, quæ ad Clauſtrum ſpectabant: ipſaque, Seculum linquens, facta eſt ibi prima Abbatiſſa, circa annum Domini* 1089 *&c.* Confirmat hæc Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. XIII. p. 914. annectens vero alias planè artes, quibus *Fridericus*, Comes Palatinus, à *Ludovico* noſtro, fuerit occiſus. *Hemmingeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, pag. 132. Dn. *Paullini*, *Annal. Iſenac.* §. 18. pag. 14 Qua occaſione *Saltatoris* cognomen ei ſit inditum, docet idem Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum*, Cap. XV. pag. 915. *Anno Domini* 1070. *ArchiEpiſcopus Bremenſis*, (Adalbertus) *frater Friderici, C. P. Saxoniæ, interfecti à Ludovico, Comite Thuringiæ, & alii cognati & amici, ſuper morte ejus dolenteſ, querelas Regi Romanorum, Heinrico IV. de Ludovico Comite Thuringiæ offerunt, qui, juſſu Regis, per inſidias captus, in Caſtro Gebichenſtein, abſque mancipatione cippi, per biennium cuſtoditur, & detentus eſt. Ilnque interemptus fuiſſet, ſi non ſuffragiis B. Udalrici, cui voluit Baſilicam ædificare in Sangirhauſen, Civitate fratris ſui Beringeri. Nam, audiens, ſe non poſſe evadere mortem, per famulum ſcilicet, qui Epiſcopum reſpexit, ordinavit, ut duos equos, certa hora, prope Salam fluvium adduceret. Qui cum vidit expletum per famulum, mox de cœnaculo ejuſdem Caſtri, ſe ipſum cum veſte ampla, qua fuit indutus, vento intrante, in Salam præcipitavit, & ſic liberatus diſceſſit, anno Domini* 1071. *&c.* Eadem habet *Paulus Langus* l. c. & *Henningeſius* l. c. Dn. *Paullini* l. c. Dn. *Lucæ*, *Fürſten-Saal*, p. 287. *Layritius*, Palmwald, Tab X. §. XXVII. pag. 513. &c. Magnæ Eum fuiſſe auctoritatis, documento ſunt literæ *Valtrami*, non *Magdeburgenſis*, ut *Dodechino*, in *Appendice ad Marianum Scotum*, an. 1090. pag. 458. videtur, ſed *Numburgenſis*, ab *Hartwico* tamen *Magdeburgenſi* ordinati, Antiſtitis, quibus *Ludovicum* noſtrum monuit, ut partes *Henrici* Regis, adverſus quosvis Ejus hoſtes, amplecteretur, ap. *Dodechinum* p. 458. ita inchoatæ; *Valtramus, D. G. id quod eſt, Ludovico SERENISSIMO PRINCIPI, cum inſtantia orationum, ſemet ipſum ad omnia devotiſſimum &c.* Et, paucis interjectis: *Tu igitur GLORIOSISSIME PRINCEPS, attendens, quomodo Deus pacis eſt, & non diſſenſionis, quod ex te eſt, pacem cum omnibus habeas &c.* Reſponſorias Comitis, hac ſalutatione præfixa: *Comes Ludovicus, Domino Valtramo, quicquid tali vocabulo dignum eſt*; exhibet idem l. c. p. 459. Conf. *Johannis de Iſenach, Acta & facta Præſulum Nuenburgenſium*, in vita *Wallrami*, apud Dn. *Paullini, Syntagm. Rer. German.* p. 133. In dicto Libro de *Fundatione Monaſterii Gozecenſis* l. c. pag. 219. audit *Vir Illuſtris*, ibi: *Luctus tempore tranſacto, Adelheid Palatina filium* (poſthumum) *genuit, quem, ex nomine Patris, Fredericum appellavit. Non multo poſt, ILLUSTRI VIRO Comiti nupſit Ludewico &c.* De Prole Ejus pergit Liber iſte l. c. *Horum extitere Filii: Raſpo Heynricus; tùm, primus & Genere & nomine Comes Provincialis, Lodwicus.* Prolixior eſt *Hiſtoria Landgraviorum* Cap XIII. pag. 914. *Comes Ludovicus accepit Adelheid, relictam* (Friderici C. P. Saxoniæ) *in Uxorem, anno Domini* 1065. *& genuit ex ea,* (1) *Ludovicum, Primogenitum, &* (2) *Utonem, Cytenſem Epiſcopum; &* (3 & 4.) *adhuc duos,* (Henricum Raſponem, & Hermannum) *item, genuit tres filias:* (5) *Una duxit Comitem de Saxonia,*

Digitized by Google

(Dedonem, Com. Wetinenſem) *Kunegund nomine, quæ ædificavit Monaſterium in Kaldeborne, Prope Sangirhuſen*; (6) *alia* (Adelheida) *duxit Comitem de Wymar*; (Ulricum Orlamundanum) (7) *tertia* (Cæcilia) *Comitem de Wildenſe*; (Gerlacum, Com. de Waldenſee, ſeu Wildenſee) Conf. *Paulus Langus* l. c. ad an 1065. pag. 775. & ad annum 1126. pag. 785. & 786. nec non ad annum 1186. pag. 789. quo *Utonem*, Epiſcopum Cizenſem, defunctum tradit; *Hemingeſius* l. c. pag. 132. & 133. addens quintum filiorum, *Conradum*, quem & Dn. *Rechenbergius, Specim. I. Hiſtor. Saxon.* Sect. 2. Cap. I. §. 10. & Dn. *Hubner, Tabb. Geneal.* §. 155. agnoſcunt, Dn. *Paullini* contrà, *Annal. Iſenac* §. 18 pag. 15. reprobat. Bis captivitatem Eum ſubiiſſe, tradit *Hiſtoria Laudgraviorum* Cap. XVII. p. 916. ſemel A. 1093. quo ſemet ipſum, in Villa *Trutmnide*, in poteſtatem *Henrici* Regis tradiderit, proximè ſequenti anno, iterum ad ſua dimiſſus; deinde in ipſis nuptiis *Henrici V.* Imp. cum Anglorum Regis filia, adeoque (juxta præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 1114. p. 118.) anno 1114., de qua poſteriori captivitate, laudata Hiſtoria l. c. inquit: *Rex Henricus nuptias celebravit in Moguntia, cum filia Regis Angliæ, ad cujus ſolennitatem etiam multi Nobiles venerunt non vocati; &c., ſine licentia, advenit etiam Ludovicus, Comes Thuringiæ, ſperans, ſe eſſe gratum, ſed prius promiſſo paulo ante. Quem Rex, in ipſis nuptiis, ad vincula conjecit. In quibus, cum jam per duos annos & novem menſes innexus eſſet, relictis inibi pro ſe octo obſidibus ſcilicet ſatis Nobilibus, à vinculis Regis abſolutus eſt. Et quia idem Henricus Rex poſtea ArchiEpiſcopum Maguntinenſem cepit, concurrentibus Civibus undique, Rex coactus Epiſcopum Adelbertum à vinculis abſolvit, & obſides Ludovici Comitis liberos reddit &c.* Hinc coævus Auctor Libri de *Fundatione Monaſterii Gozecenſis* l. c. pag. 230. circa idem tempus: *Comes Ludowicus, neceſſitate ductus, Imperatori Hinrico traditur, captivatur, incarceratur. Cujus loco Filii Ejus, Ludowicus, & Raſpo Hinricus, ſurrexerunt, vicemque ejus favorabiliter ſuppleverunt &c.* & *Dodechinus* l. c. ad an. 1114. pag. 469. *Ludovicus de Turingia capitur &c.* Non multo poſt ſeculo valedicens, factus eſt Monachus, tandemque, ann. 1123. mortales depoſuit exuvias. Vid. *Chronographus Saxo*, h. a. p. 286. *Obierunt: Lodewicus Comes, Monachus factus &c.* & *Chronicon Bigaugienſe* an. eod. ap. *Maderum* pag. 256. *Ludewicus Comes, fundator Reynsbornenſis Cœnobii, factus ibidem Monachus, obiit &c.* & *Additionator Lamberti Aſchaffenb.* an. eod. pag. 254. *Ludovicus Comes, Monachus factus, beato fine quievit &c.* Conf. *Hiſtoria Landgrav.* l. c. *Ludovicus. Comes Secundus Thuringiæ, mortuus eſt, & ſepultus in Reinhartsborn, anno Domini 1123. anno ætatis ſuæ 73. &c.* & *Chytræi Saxonia*, pag. 168. *Henningeſius* l. c. Dn. *Samuel Reyherus, Monument. Landgrav. Thuring.* lit. D. ubi Principis Epitaphium, quod *Reinhardsbrunnæ ſplendet*:

> *Anno. Domini. M. C. XXIII, II. Nonas Maji. obiit. Ludovicus. Secundus. Comes Thuringiorum. Hujus. Eccleſiæ. Fundator. noſtri. S. Bened. Ordinis. Monachus.*

Quod & Dn. *Lucæ* l. c. p. 287. & Dn *Paullini* l. c. §. 18. pag. 14. ſiſtunt. Biennio poſt, obdormivit quoque vidua Ejus, Monialis, teſte ibidem ejus Epitaphio, apud Dn. *Tentzelium. Supplemento Secundo Hiſtoriæ, Gothanæ*, pag. 441. Dn *Reyherum* l. c. lit. E. Dn. *Lucæ* l. c. pag. 288. & Dn. *Struvium, de Ruta Saxonica*, Sect. 2. §. 16. p. 24.

> *Anno Dni. M. C. XXV. Kal. Decembris. Obiit. Adilheidis. Comitiſſa, Uxor, Ludewvvici, Fundatoris noſtri.*

De Filio Ejus, *Henrico Raſpone*, cujus aliquoties memini, adhuc notandum, quod an 1122. Moguntino Præſuli arma intulerit. Vid. *Additionator Lamberti* h. a. pag. 254. *Heinricus, Comes de Thuringia, congregavit Exercitum, ad bellandum, contra Adelbertum ArchiEpiſcopum, propter exactionem Decimarum in Thuringia &c.* Uxorem duxit *Hodewingam*, de qua præfatus Liber *Fundationis Monaſterii Gozecenſis*, pag. 233. *Defuncto Patre*, (Ludovico Saltatore) *filii ſucceſſerunt, & partes ſingulas ſinguli hæreditaverunt: Unde HENRICUS, qui minor erat, hujus Eccleſiæ Advocatiam tenuit. Sed & Hodewingam, Comitis Giſæ viduam ---- conjugem duxit &c.* Obiit tandem an. 1130. Vid. *Chronicon Bigaugienſe*, pag. 257. an. 1130. *Hinricus Comes, frater Ludewici, obiit &c.* Et *Chronographus Saxo* ann. eod. pag. 288. *Heinricus Comes, & Signifer Regis, frater Ludewici Comitis de Thuringia, clam vulneratus, & confoſſus, immatura morte obiit &c.* Et *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. p. 11. *Henricus Comes & Signifer Regis, frater Ludovici, Comitis de Thuringia, clam occiſus eſt &c.* Alii multi. Sine liberis eum deceſſiſſe, ex dicto Libello de *Fundatione Gozecenſis Cœnobii.* l. c. diſcimus, ubi: *Illo* (Henrico) *ſine liberis obeunte, Ludowicus*, (frater ejus) *duos filios genuit, quos ſuo fratriſque nomine nuncupavit &c. & pag.* 234. *Raſpo Hinricus, immatura morte defunctus, viam univerſae carnis ingreditur, ſepultusque apud Reynheresbrunnen conſpicitur. Qui, uti memoravimus, quia ſine liberis diſceſſit, frater, Ludo-*

Digitized by Google

Ludowicus hereditario jure ſucceſſit &c. Adeoque non ſatis perſpicuè ſcribit *Henningeſius* l. c. p. 133. &c. *Henricus, Comes in Raſpenberg, juvenis mortuus &c.* Fratrem *Henrici* hujus, *Hermannum*, dudum antea fato functum, docet *Lamberti Additionator*, ad ann. 1112. pag. 254. *Hermannus, Ludovici Comitis filius, & Fridericus, frater illius Uterinus*, (Friderici C. P. Saxoniæ filius) *in Caſtello Thuthira obſidentur, & deditione ſe cuidam HOGERI tradentes, captivi abducti, ſub poteſtate Regis HEINRICI, in vincula detruduntur. Sed FRIDERICUS, poſt annos duos, reſolvitur: HERMANNUS, duobus annis & plus in carcere transactis, in Caſtello HAMERSTEIN, in vinculis moritur &c.* Hanc ipſam arcem ab eo fuiſſe conditam, pariter, ac *Hammerslebium*, tradit *Henningeſius* l. c. & Dn. *Paullini* l. c. §. 18. pag. 15.

(36) LUDOVICUS, LANDGRAVIUS I.

(1) Patrem habuit Princeps hic laudatum modò *Ludovicum Saltatorem, Thuringiæ Comitem*, & Matrem, *Adelheidam*, filiam *Udonis*, Marchionis Stadenſis; *Fridericique* C. P. Saxoniæ viduam. Teſtes ibidem adduxi.

(2) Lotharii Imp. Generum (cujus filiam, *Hedwigem*, in toro habuiſſe perhibent,) conſtituunt Eum *Henningeſius* l. c. pag. 134. & Part. 2. pag. 193. Dn. *Paullini Annal. Iſenac.* §. 24. pag. 18. Dn. *Lucæ* l. c. pag. 288. *Layrizius Palmwald*, Tab. X. §. XXVII. p 513. & quos præced. Tit. V. in vita Lotharii; v. 3. pag. 562. nominavi vetuſtiores.

(3) De Liberis ejus; (1) *Ludovico Ferreo*, ipſius ſucceſſore, (2) *Ludovico Juniore*, arcis *Thomesbrucken* conditore; (3) *Mechtilde, Diterici*, Com. Wettinenſis Conjuge; (4) *Cacilia* (al. Gutta, Juditta) *Wladislao*, Bohemiæ Regi, nupta. (5) *Adelheida*, Cœnobii *Nicolaitani Iſenacenſis* fundatrice & Abbatiſſa; evolvas *Hiſtoriam Landgraviorum Thuringiae*, Cap. XVIII. pag. 916. *Henningeſium* l. c. Part. I. p. 134 & 135. Dn. *Paullini* l. c. §. 26 p. 29.

(4) In literis *Adelberti* Moguntini de an. 1125. de Advocatia Cœnobii *Reinhardsbronnenſis*, vocatur: *Sereniſſimus Comes Ludewicus, ejusdem Monaſterii Advocatus.* Vid. Dn. *Paullini*, Append. *Annal. Iſenacenſium*, §. *IV.* p. 268.

An. 1130. in ſolenni Curia Quedlinburgenſi, Eum, à laudato Imperatore *Lothario, Hermanni, Com. de Wintzenburg*, ob occiſum *Burchardum de Lochenheim*, Regi fideliſſimum, judicio Principum exauctorati, PRINCIPATU fuiſſe *ſublimatum*, docet Libellus de *Fundatione Cœnobii Gozecenſis* ad h. a. pag. 235. verbis præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 121. cum teſtibus aliis, occurrentibus. Faciunt huc, quæ, *Albertus Stadenſis*, ad an. 1144. pag. 164. ſuppeditat, *Stadenſium* Marchionum proſapiæ memor: *Altera* (Udonis, Marchionis, filiarum) *Adelheidis, nupſit Lodewico, & genuit ſecundum Lodewicum, qui à Lothario Rege impetravit Provincialem Comitatum in Turingia, cum eo, per ſententiam privatus eſſet Hermannus de Wincenburg &c.* nec non, quæ in *Appendice Martini Poloni*, ad ann. 1130. reperiuntur: *Ludovicus III. Comes Thuringiæ, filius Ludovici II. duxit in Uxorem filiam Lotharii, Ducis Saxoniae, Imperatoris, ſucceſſoris Henrici Regis, nomine Hedwigis. Qui Imperator, videns Lodewicum, Generum ſuum, eſſe Militem Strenuum, & potentem in Thuringia & Haſſia, de conſilio Principum, ipſum, cum vexillorum feſtiva exhibitione, ut moris eſt, Imperatoria largitione ſolenniter extulit, &, cum magno præconio, Ei nomen Principis impoſuit, & LANDGRAVIUM THURINGIÆ ab omnibus nominari fecit &c.* Eadem habet Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiae*, cap. XVIII. pag. 916. Add. *Theodoricus Engelhuſius*, Chron. in vita *Lotharii* Imp. pag. m. 223. *Ipſe autem* (Lotharius) *fecit primum Lantgravium Thuringiæ. Lodewicum, cujus Pater conſtruxit Reynsborne. Nam antea Terra Thuringiæ fuit ſub Comite de Winzingeborg &c.* & *Dillichii Chron. Haſſiæ*, p. 2. cap. 132. *Nun begab es ſich, daß, bey obgemeltes Kayſer Lotharii Regierung. Heſſen loß geſtorben, und derowegen dem Reich heimgefallen. Weilen dann Graf Ludwig zu Thüringen, ihm jederzeit und beſonders, wider Kayſer Henrich den V. treulich beygeſtanden, hat Er ihm das Heſſenland, mit ſampt Thüringen, verliehen — alſo und angehœrter Geſtalt, iſt Graf Ludwig zu Heſſen kommen, und hat Ihn der Kayſer zu einem Reichs-Fürſten, und Landgraffen zu Thüringen und Heſſen, gemacht &c.* Nec non *Spangenbergii Adelſpiegel*, lib. X. Cap XVIII. pag. 308. *Thüringen iſt — unter Kayſer Lothario, dem Sachſen, zur Landgraffſchafft gemacht, etwan ums Jahr 1130. iſt alſo Graf Ludwig von Thüringen, Grafen Ludwigen des Springers Sohn, ſo Kayſer Luthers Tochter zum Ehegemahl gehabt, durch ſeinen Schweher, zu dieſer Dignitæt erhœbet, und der Oberſte Landgraf zu Thüringen worden &c. Chytræi Saxon. pag. 168. Henningeſius l. c. p. 133. Sagittarius, Epiſt. ad Schilterum, de Antiquo Statu Thuringiæ, pag. 59. &c. Dn. Paullini l. c. §. 24. pag. 18. Dn. Leuckfeld, Antiquitat. Gandersheim.* Cap. XXV. §. 13. pag. 295. & 296. Noviſſimè *Kœnigliche und Churfürſtl. Sæchſiſche Befugniß, über die Readmiſſion Ihrer vier alten Reichs-Votorum, apud Fabrum*, Tom. XIII. *der Staats-Canzley*, §. 1 *pag.* 446. *Es iſt Reichskündig, daß die Landgraffen in Thüringen fürnehme*

Reichs-

Digitized by Google

Reichs - Fürſten geweſen, und alle Prærogativen der alten Reichs - Fürſten, in denen Curiis Solennibus, *bey denen Kayſern, und dem Reich, genoſſen. Kayſer Lotharius verliehe, Anno* 1130. *dieſe groſſe Provinz, darzu das Land zu Heſſen damahls gehøret, ſeinem Schwieger-Sohn. Graf Ludewigen, und verordnete Ihme einen anſehnlichen Hof von Landſaſſig- und Lehnbahren Grafen &c.* Dubitat *Sagittarius* l.c. p.63. an unquam *Ludovicus Wincenburgenſem* Comitatum acceperit. diſertè verò id affirmat *Dodechinus* ad an. 1130. pag. 471. *Hermannus de Vinzenberg Burchardum de Lochenheim, Virum Regi fideliſſimum, in colloquium vocans, occidit. Ludovicus Comitatum Thuringiæ, Hermanno judició ſublatum, a Rege ſuſcepit;* nec aliter *Chronographus Saxo* h. a pag. 288. *Chronicon Montis Sereni* An. eod. pag. 11. Chronicon *Gozecenſe* l. c. aliique, præc. p. 229. ad an. 1130. nominati. Argumentum ejus eſt, quia *Hermannus Wintzenburgius* anno demum 1152. *in domo propria* fuit occiſus, teſtibus *Chronico Montis Sereni*, ad An. 1152. p. 25. *Hermannus, Comes de Wincenburg, cum Luchara, uxore ſua praegnante, in ipſa Urbe, a ſuis occiſus eſt &c.* Et *Chronico Bigangienſi*, ad an. 1151. p. 260. & 261. *Hermannus de Winzenborch, cum Luchardi Conjuge, inſidiis ſuorum, in domo propria, occiditur, 3. Kal. Febr. &c. Helmoldo*, lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. LXXIII. §. 1. p. 167. *Circa tempus dierum illorum* (quo Fridericus I. regnare cœpit, adeoque 1152.) *occiſus eſt Hermannus Comes in Caſtro Wintzeburg, Vir potens, & magnarum pecuniarum, & ortae ſunt contentiones inter Ducem noſtrum* (Henricum Leonem) *& Marchionem Adalbertum, propter caſtra & facultates ejus &c. Chronico Stederburgenſi*, ad An. 1152. ap. *Meibomium*, T. 1. *Rer. German.* p. 454. *Hermannus, Comes de Winzenborch, ſimul cum Uxore, à Miniſterialibus Eccleſiae Hildenſemenſis, occiditur &c. Dodechino* An. eod. p. 474. *Chronographo Saxone*, An. 1153. p. 304. *Theodorico Engelhuſio* l. c. *Conrado Bothone*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad An. 1133. apud Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 338. qui, una cum *Alberto Crantzio*, lib. VI. *Metropol.* Cap. 21. p. 154. & lib. VI. *Saxon.* C. XI aliisque, percuſſorem Militem Suevum vocat, cujus Uxorem Comes temeraverit. Quid autem inde contrarii *Dodechino*? Demus, cædem *Winzenburgi* commiſſam, juxta vetuſtum Chronicon apud Dn. *Leuckfeldum* l.c. §. 15. p. 301. ubi: *De Greve van der Winſeborch hadde by ſick eynen Ridder ut Suaven, de was ungereden, un de Ridder hadde eyn ſchon Erlick Wyff, de wonde up dem Vorwarcke, dar gingk de Greve hen man hen, unde ſchaffede ſynen Willen, an der Erliken Fruwen Dungh. De Fruwe de moyde ſick ſere, unde was drovich. Do de Ridder to Hus kam, ſe clagede dat dem Ridder mit Bedrøveniſſen; de Ridder de wart tornich, und ſchickede ſyn Dingk, und gingk an einem Morgen up de Kemnade, dar de Greve by ſyner Fruwen lach, und ſtack ene mit einem Swerde dot. Do ſprack de Fruwe, wat deyſtu nu? Ick hebbe under dem Gordel, de dat wreken ſchal; unde ſe was ſwanger, do ſtack he de Fruwen ock dot; Dat Blod ſprank an de Muren, unde me ſicht dat Warteken ſitten dar noch. Unde de Ridder gink do van der Borch, unde ſatte ſick up ſyn Pert, unde nam de Fruwen hinder ſick up, unde reyt ut dem Lande. Do packede ſick Hedeke, de Geyſt, to dem Biſcop Bernde to Hildeſſem, unde ſede: Pletner, wake up, de Greveſchop to Winſenborch de ſteyt los. De Biſchop wart rede, unde nam Winſenborch in. Alſo kam de Keyſer* (Conradus) *unde gaff de Greveſchop to deme Stichte to Hildeſſem, alſe Winſenborch unde Alvelde &c.* Conf. *Reuſelii Hilleshemia* §. 23. apud Dn. *Paullini*, in *Syntagmate Rer. German.* p. 88. &c. (Quamvis in *Annalibus Hildesheimenſibus*, in Vita *Bernhardi* Epiſcopi, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. pag. 747. legamus: *Caſtrum etiam Winzenburg funditus dirutum, ut ſibi, ad tutamen Eccleſiæ, reædificare liceret, ab Imperatore Lotario impetravit, quod & reædificavit, &, ut Eccleſiæ, & ſibi & ſucceſſoribus, & abſque alicujus invaſione, liberum permaneret, duorum Romanorum Pontificum, Innocentii & Eugenii, magnorum in Chriſto Virorum, banno firmari rogavit &c.* & mox, in vita *Brunonis*, an. 1153. Ei ſurrogati: *Caſtrum quoque Winzenburg, non modico ſumtu, turre firmiſſima communivit &c.* Unde quis concludat, *Hermannum* tempore obitus ne quidem in poſſeſſione dicti Caſtri fuiſſe; niſi Eum à *Bernhardo* Præſule illud iterum ſibi vindicaſſe ſtatuamus, Ipſo poſtea interfecto, *Brunoni* Epiſcopo, qui *Bernhardo* ſucceſſit, reſtitutum;) Concedamus inſuper, Comitem ab Imperatore *Conrado III.* cujus Familiæ conſtanter adhæſerat, *Lothario* extincto, in integrum fuiſſe reſtitutum, quippe qui alias nec *Helmoldo* l. c. *Vir potens magnarumque pecuniarum* vocari, nec in Diplomatibus laudati Cæſaris *Conradi*, inter teſtes collocari, v. g. an. 1144. quo Cæſar Canonicis *Goslarienſibus* tertiam partem omnium oblationum, ad Altare *Matthiæ* Apoſtoli & Martyrum *Ruſtici* & *Venantii*, factarum, concedit, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Pœldenſ.* in IV. Append. p. 281. ibi: *Teſteſque qui affuerunt, ſubternotari fecimus, quorum nomina ſunt — Adelbertus, Brandenburgenſis Marchio, Hermannus Comes de Winzenburg, &c.* It. de an. 1150. quo Eccleſiam *Goslarienſem* Villa *Wiſcheribe*, nec non *Wibelinge*, donat, apud

Digitized by Google

apud eundem l. c. Append. I. §. 1 pag. 206. & Dn. *Heineccium, Annal. Goslar.* lib. 2 h. a. p. 146. ubi: *Aderant Teſtes --- Comes Herimannus de Wincenburch ; Ludewicus, Provincialis Comes Thuringiæ &c.* nec contentiones inter *Henricum Leonem*, Saxoniæ Ducem, & *Albertum Urſum* Marchionem, *propter caſtra & facultates ejus*, (ut *Helmoldus* l. c. loquitur) oriri potuiſſent ; nec dictus Dux *Henricus* hæres ejus exiſtere, ceu *Helmoldus* l. c. lib. 2. c. 6. §. 6. p. 225. tradit : *Increvit Ducis poteſtas ſuper omnes, qui fuerunt ante Eum, & factus eſt Princeps Principum Terræ --- Præter hæreditatem enim Magnorum Progenitorum, Lotharii Cæſaris, & Conjugis Ejus, Richenzen, multorumque Ducum Bavariæ atque Saxoniæ, acceſſerunt Ei nihilominus multorum Principum poſſeſſiones, ut fuit Hermannus de Winzeburg, Sifridus de Hammenburg &c.* Add. Jll. Dn. de *Leibnitz*, §. 43. Præfationis dicti T. I. *Rer. Brunſ.* commentatio in Opuſculum *Reinhardi, Reinehuſenſis* Abbatis, de Familia *Reinhardi*, Epiſcopi *Halberſtadienſis*, p. 28. &c. Sequiturne propterea *Ludovicum* noſtrum *Winzenburgicum* Comitatum non fuiſſe conſecutum ? Quamdiu verò in poſſeſſione ejus manſerit ? numve nihil inde retinuerit ? aliæ ſunt Quæſtiones, huc non trahendæ. Sufficit *Ludovicum*, à tempore proſcripti *Hermanni*, titulis honoribusque *Principis, Provincialis* ſcilicet *Comitis*, vulgo *Landgravii*, inclaruiſſe, in poſteros etiam transmiſſis. *Hermannum* ſane *Winzenburgicum* veniſſe *Principum* cenſu, non ſolum adducta *Helmoldi* verba evincunt, ſed & *Albertus Stadenſis* ad annum 1112. p. 152. ſeq *Catal. Ducum Alaman.* v. 37. in vita *Ernesti II.* Ducis ; Libellus *Fundationis Cœnobii Gozecenſis*, ad an. 1130. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 121. *Reinhardus*, Abbas *Reinehuſanus*, in citato Opuſculo de *Familia Reinhardi Halberſtadienſis*, ex literis *Adelberti* Moguntini, an. 1100. dicto Monaſterio *Reinehuſano* datis, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. p. 705. ubi : *Notum eſſe volumus --- quod Herimannus* (Senior) *Patriæ Comes, ſuis hæredibus aſtipulantibus ---- Cœnobium Monaſticæ profeſſionis in Reinehauſen, ſuo patrimonio --- dotavit &c.* Rectè ad hunc locum prælaudatus Vir Illuſtris in cit. Præfatione, p. 28. *Ipſe jam Herimannus Senior* (Winzenburgicus) *credo, quod Provinciam integram regeret , Comes Patriæ dictus eſt in monumentis , qualem poſtea Landgravium dixere. Junior* (de quo hactenus ſermo fuit) *cum Militaris Viri Uxorem violaſſet, ab hoc , in lecto ſuo, cum Uxore gravida, occiſus fertur &c.* Cui inſervit interpretatio *Aimoini*, lib. 2. de *Geſtis Francorum*, C. 13. apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Franc.* p. 281. *Land, Lingua Germanorum Patria dicitur , verbo Latinorum* , nec non, quod *Ludovicus Ferreus* ipſe *Comes Patriæ de Thuringia* vocetur, in Diplomate *Conradi III.* Imperat. an. 1147. de quo ſeq. v. 37. p. 232. in ipſius vita. Eodem ſpectat *Engelhuſii* aſſertum l. c. *Antea Terra Thuringiæ fuit ſub Comite de Winzingeborg*; procul dubio ex antiquiori deſumtum. Conf. *Sagittarius* l. c. pag. 62.

(5) Deceſſit tandem *Ludovicus* noſter an. 1140. Epitaphio teſte *Reinhardibrunnæ*, apud Dn *Paullini* l. c. §. 27. p. 21. Dn. *Reyherum*, l. c. lit. E. & Dn. *Lucæ* l. c. pag. 289.

Anno. Domini. M. CXL. pridie. Idus Jan. O.
(obiit)
Ludewic. Primus. Thuringorum. Landgravius.
Filius. Ludevici. Fundatoris. Noſtri. H. (hic)
ſepulti.

Conſentiunt: *Chronographus Saxo*, ad an. 1140. p. 296. *Obierunt : Lodewicus , Comes de Thuringia; & Wilhelmus, Palatinus Comes &c.* & *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. p. 17. *Ludevicus , Comes de Thuringia, & Wilhelmus, Comes Palatii , obierunt &c.* & *Chronicon Bigaugienſe*, an. eod. p. 259. *Obierunt --- Ludewicus, Comes Provincialis ; Olricus, Dux Bohemorum ; & Wilhelmus, Comes Palatinus &c.* & *Albertus Stadenſis* an. eod. pag. 162, *Olricus, Dux Boëmiæ ; Wilhelmus Palatinus ; Lothewicus, Comes de Turingia, obierunt &c.* & *Siffridus* Presbyter Miſnenſis, lib I. *Epitomes*, an. eod. apud *Piſtorium*, p. 692. *Landgravius Turingorum , Ludovicus, obiit &c.* Errat ergò Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ* l. c. ſcribens : *Obiit Ludovicus Thuringiæ Lantgravius Primus, An. Domini* 1149. *& ſepultus eſt in Reinhartsborn*; errore etiam *Henningeſio* l. c. *Spangenbergio*, l. c. *Chytræo* , l. c. aliisque pluribus, communi.

(37) LUDOVICUS FERREUS, LANDGRAVIUS II.

Parentem cognominis Filius excepit. *Chronicon Bigaugienſe* adductis modò verbis annectit : *Cæſar habet Curiam Wormatiæ, ibi Ludewicus, adhuc Puer, Provincialis efficitur.* Sic & *Siffridus* l. c. *Cujus* (Ludovici I.) *Filius Ludovicus, ab Imperatore Conrado III. Principatum ſuſcepit &c.* & Hiſtoria *Landgraviorum* l. c *Hic Ludovicus I. Thuringiæ Princeps & Lantgravius, genuit Ludovicum Primogenitum, qui ſibi ſucceſſit in Principatu.*

Mentio Ejus fit in Diplomate *Conradi III.* Imp. an. 1147. apud *Schatenum*, lib. 8. *Annal. Paderborn.* ad h. a.

h. a. pag. 771. *Primum Judicii ſententiam dedit Burchardus Argentinenſis Epiſcopus, quam ſecutus eſt Adelbero Trevirenſis --- Luthewicus, Comes Patriæ de Thuringia; Herimannus, Marchio de Bada &c.* nec non in alio an. 1150. apud Dn *Heineccium, Antiquit. Goslar.* lib. 2. p. 146. verbis ſub *Ludovico I.* v. 4. modò adductis; Conf. ſeq. Tit. XVII. §. 4. lit. a.

De *Conjuge* Ejus pergit Hiſtoria *Landgraviorum*, C. 19. p. 917. *Ludovicus, Thuringiæ Lantgravius II. & Quartus in ordine, duxit in Uxorem Juttam, filiam Conradi, Ducis Sueviæ, pro tunc Imperatoris, Anno Domini* 1150. In charta *Hermanni* Landgravii, Principis hujus filii, qua an. 1191. donationem Fratris, *Ludovici Pii*, Monialibus S. *Nicolai* Iſenaci factam, confirmat, apud Dn *Paullini, Annal. Iſenac.* §. 37. *p.* 31. vocatur *Jutta* hæc *Juditha*, ibi: *Mater etiam Noſtra Domina Juditha &c.* Conf. de Matrimonio hoc præced. Tit. V. Vita *Conrodi III.* Imp. v. 2. p. 568.

Eidem Principi nuptam fuiſſe *Claritiam, Friderici Coelitis*, Sueviæ Ducis, laudatique Imperatoris *Conradi* Fratris, gnatam, ſeq. *Catal. Ducum Alaman.* v. 46. pag. 342. in Vita *Friderici Coelitis*, probabo.

De *Liberis* inquit *Hiſtoria Landgraviorum* l. c. *Reliqui tres Filios, ſcilicet,* (1) *Ludovicum Primogenitum, qui ſibi ſucceſſit in Principatu, &* (2) *Hermannum, poſtea factum Comitem Palatinum Saxoniæ; &* (3) *Fridericum I. Comitem in Ziegenhain, Terræ Haſſiæ &c. Hemingeſius* l. c. p. 135. addit (4) *Henricum*, Dn. in *Raſpenberg*, ferocis ingenii Principem; & (5) *Sophiam, Bernhardo* Anhaltino nuptam. Conf. Dn. *Paullini* l. c.

Ob nimiam lenitudinem, qua ab initio cum ſubditis egerat, delirare Nobilibus contemtim dicebatur, quem, nimis mollem, ad ferri fabros, ut fabricatus durior fieret, in nemora deducendum cavillabantur. Poſtea vero nimis durum deteſtantes, vel ſola nominis ipſius appellatione tremendo, ſuſpirabant, illi præſertim, quos in bello captos, ſub flagellantium manibus, aratro alligari juſſerat, inque facti memoriam, agrum ita aratum magnis circumdari lapidibus, addito Aſyli privilegio. Vid *Hiſtoria Landgraviorum* C. XX. p. 917. & Dn. *Paullini* l c. §. 28. p. 21. 22. A lorica ferrea, qua, à Nobilium præcavens inſidiis, ſemper uſus fertur, cognomen *Ferrei*, ipſi impoſitum. Vid. l. c. Quantum metus eis incuſſerit oratio, qua moribundus circumſtantes alloquebatur, documento eſt l. c. Cap XXI. p. 918. *Ecce, Ego moriar, & vobis, ſub pœna ſuſpendii, præcipio, ut, cum anima mea de corpore meo exierit, corpus meum, cum omni reverentia, in humeris veſtris, abhinc usque ad locum meæ ſepulturæ, ſcilicet Reinhartsborn, portetis &c.* immediatè ſubjicitur: *Hos nobiles ſibi promiſerunt facturos, quia plus, quam diabolum, ipſum timebant, & poſt mortem ſuam, mandatum compleverunt, & Ipſum pedeſtres in humeris, per multa milliaria, portaverunt, ſemper timentes, quod Dominus eorum viveret, & ipſis illudere vellet, ac eos tentare &c.* Conf. Dn. *Paullini*, l. c. §. 31. pag. m. 22. Mortuus autem eſt anno 1172. Epitaphio teſte, apud Dn. *Paullini*, l. c. ubi:

Anno. Domini. M. C. LXXII. II. Idus Octobris. Obiit. Ludewicus. Thuringorum. Secundus. Landgravius. Filius. Ludewici. Primi. Principalis. Comitis.

Ejusdem ſententiæ eſt *Chronographus Saxo*, ad h. a. pag. 310. *Lodewicus Landgravius obiit &c.* ut & *Godefridus Colonienſis*, an. eod. apud *Freberum*, T. I. *Rer. Germ.* p. 244. *Ipſo anno plures Procerum obierunt, ſcilicet: Ludewicus Lantgravius &c.* & *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. p. 39. *Ludevicus Landgravius obiit &c.* & *Additionator Lamberti Aſchaffenb.* an. eod. p. 256. *Ludovicus, Provincialis Comes Thuringiæ, obiit.* Adeoque minus accuratè rejicit *Landgraviorum Hiſtorio*, Cap. XXII. pag. 918. ejus obitum, in Annum 1173. *Ludovicus, defunctus Thuringiæ Lantgravius, Anno Domini* 1173. Magis adhuc errantem *Rivandrum*, An. 1168. hoc titulo producentem carpit Dn *Paullini* l. c.

(38) LUDOVICUS, PIUS, Landgravius III.

Parenti in Regimine ſucceſſiſſe hunc Principem, tralatitium eſt. *Additionator Lamberti Aſchaffenb.* ad an. 1172. memor obitus *Ludovici Ferrei*, ait: *Principatum Ludovicus, filius Ejus, obtinuit &c.*: Ita & *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, adductis modò verbis; & reliqui omnes.

Uxor datur ei (1) *Margaretha* Auſtriaca; Vid. *Hiſtor. Landgrav.* Cap. XXVIII. p. 920 *Hic Lantgravius de Uxore ſua, Margaretha, filia Ducis Auſtriæ,* (Leopoldi IV.) *non habuit filios &c.* Ob ſanguinis proximitatem repudiata fertur; Vid. *Arnoldus Lubec.* lib 3. Cap. XV. p. 332. *Circa dies illos,* (1186.) *Ludovicus, Landgrafius de Thuringia, filius ſororis Imperatoris, repudiata Uxore, quam prius habebat, opponens ei titulum conſanguinitatis, uxorem duxit matrem Canuti, Regis Danorum &c.* & *Henningeſius* part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 134. *Dn. Hubner, Tabb. Geneal.* § 155. Dn. *Paullini, Annal. Iſenac.* §. 32. p. 24. qui omnes quoque ſimul *ſecundam* ei conjugem adſcribunt, *Sophiam, Waldemari I.* Danorum Regis, viduam, filiamque, juxta *Henningeſium* l. c. *Magni*, qui agnatum, *Canutum*,

Sleſ-

Digitized by Google

Sleſuici Ducem, occidit; juxta *Hildebrandum* vero, Tab. 85. & Tab. 155. *Waladamiri*, Ruſſiæ Principis, cujus vidua dicto *Magno* nupſerat, gnatam, itidem tamen rejectam; vel *Arnoldo* teſte, lib. 3. Cap. XX §. 4. p. 340. *Mater etiam ejus* (Canuti Regis Danorum) *à Ludovico Landgrafio repudiata, & ad Terram nativitatis ſuæ, ſine honore, reverſa, conqueſta eſt, in multis ſe à marito injuriatam. Unde etiam magis inſtimulatus, juſtam ſe cauſam contra Teutonicos habere arbitratus eſt &c.* cernimus hinc ſimul, Principem hanc fuiſſe Danico ſanguine cretam. Conf. *Crantzius* lib. VI. *Wandal.* Cap. XXVII. &c. & lib. VII. *Daniæ*, Cap. V. nec non lib. V. *Saxon.* Cap. 53.

An. 1180. inter teſtes occurrit noſter *Ludovicus, Landgravius Thuringiæ*, in Diplomate *Friderici I.* Imp. Wormatienſibus dato, apud *Lehmannum, Chron. Spir.* lib. 4. c. 22. p. 356. *Cruſium Annal. Suev.* Libr. 11. p. 2. c. 10. & *Tolnerum Cod. Dipl. Palat.* §. 62. pag. 56.

An. eod. intulit arma *Henrico Leoni*, D. Bavar. & *Saxon.* captivitate tamen pœnas luens; quamvis Anno 1182. una cum fratre, *Hermanno*, paria ſubeunte fata, priſtinam libertatem recuperavit. Vid præced. *Catal. Ducum Saxon.* Vita *Henrici Leonis*, ad hos annos p. 177.

De litibus, quas cum *Conrado* Moguntino habuit, legas *Continuatorem Lamberti* ad an. 1184. & 1186. p. 256. & *Hiſtoriam Landgraviorum* Cap. XXVII. p. 919. & quos Dn. *Paullini*, l. c. §. 35. pag. 29. citat.

Vivere deſiit anno 1190. Cæſaris *Friderici*, in expeditione religioſa, comes. Vid. *Hiſtoria Landgraviorum*, Cap. XXVIII. p. 920. *Cruce ſignatus, poſt cum Friderico Imperatore, ultra mare profecti ſunt, ad liberationem Terræ Sanctæ, ubi, in quadam expeditione, vexillo S. Georgii Ludovici cœlitus elato & erecto, multos de infidelibus ſtravit & occidit, & in multis bellis triumphavit. Tandem Imperator ibi obiit, & ſimiliter Ludovicus Lantgravius &c.* his annectitur fabula: *Cujus oſſa cum in Thuringiam deportarentur, in Reinhartsborn ſepelienda, quidam de ſuis prædictum vexillum, cum imagine S. Georgii depictum, deportavit in Myſnenſem Regionem, in Caſtrum Tharant & ibidem depoſuit in cœnaculo. Non longè poſt idem vexillum, per quandam feneſtram ad Orientem, pluribus videntibus, evolavit &c.* Annum 1190. ponunt *Henningeſius* l. c. p. 134. & *Layritz, Palmwald*, Tab. X. §. XXVIII. p. 513. Dn. *Paullini* l. c. §. 36. p. 30. deceſſiſſe Eum ſcribit anno 1191. & Dn. *Hübner* l. c. Tab. 155. anno 1192. Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum* l. c. ait. *Frater ejus, Hermannus, Comes Palatinus, ei ſucceſſit in Principatu, anno Domini* 1193. *&c.* Extat apud Dn. *Paullini*, l. c. §. 37. p. 31. charta publica *Hermañi* hujus, dat. an. M.C.XCI. qua *ſignificat tam præſentis, quam futuræ ætatis hominibus, quod frater ſuus, & in Principatu Provincialis Comitiæ Anteceſſor Landgravius, pro remedio animæ ſuæ, ſuorumque, Parrogiam Eccleſiæ S. Nykolai in Yſnacho, Famulabus Chriſti, ad ædificandum ibi clauſtrum, & ſub regula habitandum, legitimè & rationabiliter, nullo contradicente, donaverit, jus & uſum Parrogiæ eidem monialium conventui dimiſerit &c.* omnia rata habens &c. Quo documento probari poteſt, Principem noſtrum omninò an. 1191. jam fuiſſe defunctum.

(39) HERMANNUS, Landgravius IV.

Extincto ſine liberis, ut dictum, *Ludovico Pio*, ſortiebatur *Thuringiæ Landgraviatum* frater ipſius, *Hermannus*, ut Dn. *Paullini* l. c. §. 37. p. 30. verbis utar, *prudent, juſtus, caſtus, fortisque Princeps, &, apud reliquos, magnæ authoritatis, primusque (exauctorato Henrico Leone) Comes Palatinus Saxoniæ, hiſtoriarum, ſacrarumque lectionum amans; nunquam enim ad lectum ſeceſſit, niſi lecta prius ſeu audita lectione Biblica; fortia Veterum Germanorum facta, rhythmis comprenſa, ſtudioſè collegit, ideoque multos cantionum magiſtralium compilatores Wartburgi aluit, qui verſibus inter ſe invicem concertantes, dicti ſunt: Das Spiel von Wartburg &c.*

Tres ei conjuges vindicat *Henningeſius*, part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 134. & 135. (1) *Sophiam*, ultimi Saxoniæ Palatini, *Friderici*, filiam; (2) *Sophiam*, filiam *Ottonis*, Ducis Bavariæ, Comitisque Wittini, *Henrici*, viduam, an. 1195. defunctam; (3) *Gertrudim*, ſterilem, *Conradi*, Miſniæ Marchionis, gnatam, ab obitu mariti, Cœnobium *S. Thomæ*, *Bambergæ* quod ædificaverat, ingreſſam. Duas priores tantùm agnoſcit *Hiſtoria Landgraviorum*, Cap. XXIX. & XXX. pag. 920. de poſteriori *Sophia* vid. *Narratio Althabenſis*, de quibusdam *Ducibus Bavariæ*, apud Dn. de *Leibnitz*, T. 2. *Rer. Brunſvic.* p. 11. Conf. *Paullini* l. c. §. 38. p. 32. Liberi eidem dantur, (1) *Juditha*, ex priori torò, Conjux facta an. 1194. *Theodorici*, Marchionis Miſniæ, eoque, an. 1220. veneno necato, *Popponis*, Hennebergenſium Comitis, inſcio Patre, an. 1223. ducta. Vid. ſeq. Tit. XVII. §. 13. lit. c. v. XI. (2) *Sophia*, germana *Judithæ* ſoror, Uxor facta *Alberti* Alſatiæ Landgravii; (al. Aſcaniæ Comitis) (3) *Ludovicus Sanctus*, de quo poſtea; ex *Sophia* Bavara natus; (4) *Henricus Raſpo*, de quo itidem ſuo loco; (5) *Hermannus*, an. 1216. ut laudata *Hiſtoria Landgraviorum*, Cap. XXXVI. p. 922. & Dn. *Paullini*, l. c. § 40. p. 34. habent, nec an. 1185. ut *Henningeſio* l. c. p. 135. & aſſeclis, videtur, mortuus, & *Iſenaci*, in Monaſterio *S. Catharinæ*, terræ mandatus; (6) *Conradus*, qui defuncta Conjuge, *Agnete*, *Friderici II.* Imperat

Digitized by Google

perat. filia, Ordini Teutonicorum ſe dedidit, factusque eſt Magiſter ejus per Boruſſiam, ἄπαις decedens, Vid. *Hiſt. Landgrav.* Cap. 49. pag. 926. *Anno Domini M. CC. XL. frater Conradus, Ordinis Teutonici Rector & Magiſter, quondam Lantgravius Thuringiæ & Haſſiæ, obiit, & ſepultus eſt in Marcborg &c. Henningeſius* l. c. p. 135. *Rittershuſ. Tab. Gen. Haſſ. Paullini, Annal. Iſenacenſes,* §. 56. p. 47. aliisque, referunt Ejus obitum in an. 1253. 24. Julii, *Rivander,* in *Chron.* p. 310. mavult, an. 1254. (7) *Irmengardis* (al. Hedwig, & Margaretha) *Ottoni,* (al. Henrico) Anhaltino nupta; (8) *Agnes, Henrici III.* D. Auſtriæ. marita. Vid. *Siffridus Presbyter,* lib. 2. *Epitomes,* An. 1209. p. m. 694. *Hiſtoria Landgraviorum,* l. c. *Henningeſius* l. c. p. 135. *Rittershuſii* Tab. *Haſſiæ Landgraviorum;* D. n *Paullini,* l. c. §. 38. p. 32. Dn. *Hübner, Tabb. Geneal.* § 155. *Anno* 1180. Principem noſtrum, ab *Henrico Leone,* Saxonum, Bojorumque Duce, in captivitatem fuiſſe abductum, & biennio poſt libertati reſtitutum, præced. vita *Ludovici* Pii, ejus fratris, commemoravi.

An. 1194. auxilia ferens *Diterico,* Marchioni *Miſniæ,* Genero ſuo, adverſus fratrem ipſius, *Albertum,* gravi bello implicatur, quod *Georgius Fabricius* lib V. *Originum Saxonicarum,* in vita *Alberti,* (quamvis minus accuratè ad an. 1144.) p. 559. &c. fuſè deſcribit, materiam ſubminiſtrante *Chronico Montis Sereni,* ad an. 1194. p. 63. & 64.

An. 1197. *Epiſcopus Moguntinenſis, & Dux Lotharingiæ, & Lantgravius, & Palatinus Comes, & alii multi Principes, cum quibusdam ſignatis, mare transeuntes, ſolo ſuo adventu, & nomine, Paganos terruerunt &c.* Ita *Godefridus Colonienſis,* Annal. ad. h. a. apud *Freberum, T. I. Rer. Germar.* pag. 263. Nomen *Landgravii* exprimit *Arnoldus Lubecenſis,* lib. V. *Chron. Slavici,* Cap. I. §. 4. pag. 429. ejusdem Sacri itineris memor: *Signum Dominicae paſſionis, in remiſſionem peccatorum ſuorum, tunc temporis ſuſceperunt: Henricus videlicet Palatinus de Rheno, & Otho, Marchio de Brandeburg, qui tamen ipſam peregrinationem non peregit, ſed per Dn. Papam, diſpenſatione eam dimiſit; Henricus, Dux Brabantiæ, Hermannus, Landgraſius de Thuringia; Walraven, Com. de Limburg &c.* Conf. *Theodoricus Engelhuſius,* Chron. in Vita *Henrici VI.* Imp. p. 242. *Paulus Langus, Chron. Citizenſ.* h. a. apud *Piſtorium* p. 765.

Mortuo Imperatore *Henrico VI.* ortoque an. 1189. inter Ipſius Fratrem, *Philippum,* Sueviæ, & *Ottonem* Saxoniæ Duces, ob diadema, ſchiſmate, de quo præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 145. &c. *Heinricus, Palatinus Comes Rheni, Frater Ottonis Regis, & Lantgravius, ac Dux Brabantiæ, de Jheroſolymis revertuntur, infecto omni negotio apud Ethnicas &c.* ſunt verba *Godefridi Colonienſis* l. c. ad an. 1198. p. 265. Neutrarum partium in Patriam reverſus *Hermannus* noſter ab initio fuiſſe videtur, poſtea vero nunc huic, nunc alteri acceſſit. In Diplomate *Philippi* Imp. an. 1199. 3. Cal. Octobr. *Moguntiæ,* in Confirmationem Privilegiorum Eccleſiæ Salisburgenſis dato, apud *Gewoldum,* Tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim,* p. 180. conſpicuus inter teſtes: *Hermannus, Landgravius Thuringiæ &c.* certo argumento, Eum tunc à partibus *Philippi* ſtetiſſe, ſic *Chronicon Montis Sereni* ad an. 1202. p. 73. *Hermannus, Thuringiæ Landgravius, Philippo Regi fidelitatem juravit &c.* mox annectens: *Deinde, hortatu Innocentii Papæ, ad Ottonem rediit, ſecumque Regem Bohemiæ, Odacarum, à Philippo defendere* (deſcendere) *perſuaſit.* Illuſtrat hoc *Arnoldus Lubecenſis,* lib. VI. C. 5. §. 1. &c. p. 455. *Odackerus Bojemus legitimam ſuam repudians, aliam de Ungaria duxit Uxorem. Unde commotus frater repudiatæ, Theodoricus, Marchia Myſuenſis, una cum Duce Bernhardo, qui Philippi Regis familiares fuerunt, hoc apud ipſum obtinuerunt, ut Regnum, ſive Ducatum, Bojemiæ Odackero adultero auferret, & ad Theobaldum puerum, qui tunc Magdeburgi ſtudebat, Theobaldi filium, transferret; quod & factum eſt. Unde commotus Bojemus, à Philippo alienatus, Lantgraſio Thuringiæ, Hermanno, confœderatus eſt, qui contra Philippum ſentientes, multa contra Eum machinari cœperunt. Hermannus ergò, qui filius ſororis Friderici Imperatoris fuerat, immemor conſanguinitatis, & jurisjurandi, ad Othonem Regem ſe tranſtulit, ita, ut Northen, & Mulenhauſen, ab Ipſo in beneficio ſuſciperet, & cum Eo, adjuncto Bojemo, Exercitum contra Philippum produceret, & propriam Terram, hac occaſione, irrecuperabiliter vaſtaret. Philippus enim, cum manu gravi, Lippolda Moguntino auxilium ferente, & aliis multis copiis, Turingiam intravit & Erpisfordiæ conſiſtens, totam terram in circuitu vaſtabat.* Et §. 4. p. 456. *Cum igitur adverſarii cum Philippo congredi timerent, omnia pervagantes, rebus multis Thuringiam ſpoliaverunt; ſedecim ſanè Eccleſiæ Conventuales Religioſorum, tàm Virorum, quam mulierum, cum parochiis* CCCL. *à Bojemis deſtructæ ſunt, &, cum cæteris mobilibus, ipſa ornamenta Eccleſiarum à ſceleratis inquinata ſunt &c.* Conf. *Godefridus Colonienſis* l. c. ad an. 1203. pag. 268. *Chronicon Rhythmicum,* de *Ducibus Brunſuicenſibus,* Cap. L. apud Dn. de *Leibnitz,* Tom. 3. *Rerum Brunſuicenſ.* p. 95. ubi, facta mentione *Philippi* Regis:

He

He tocb ok um ſinen Neven,
Van Doringen den Landgreven,
Mit Gelde unde mit Bede,
Dat be ſek to œme dede:
De er (eber) badde geſvvoren,
Koning Otten dar bevoren &c.

Quæ de Oppidis, in *Hermannum* collatis, hic dicuntur, teſtimonio ſunt, vera eſſe, quæ *Theodoricus Engelbuſius* l. c. in vita *Philippi*, pag. 243. ſcribit: *Hermannus, Lantgravius Thuringiæ, prius Ottoni juramento conſtrictus, à quo etiam Villas Regias, Northuſen, Molhuſen, & Salvelt, in deditionem accepit, relicto Ottone, adhæſit Philippo, ab eodem Horlan & Ranitz Caſtra in homagium accipiendo &c.* add. *Cranzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap. XVI. & *Paulus Langus Chron. Citiz.* ad an. 1198 pag. 795. adeoque *Hiſtoria Landgraviorum*, Cap. 32. pag. 921. minus rectè Inveſtituram iſtam *Philippo* vindicat: *Hermannus Lantgravius, qui cum aliis elegit Philippum, ſe, cum juramento & homagio, ſibi obligavit & conſtrinxit, ſicut alii fecerunt, accipiens in beneficio Regias Civitates Molhuſen, Northuſen, Salveldt, & Caſtrum Ravis, cum finibus fluvii Orlan. Sed paulo poſt, idem Hermannus, reprobato denuò Rege ſuo, Philippo, propter quasdam ortas ſimultates, Ottoni Regi ſe juramento & homagio obligavit; propter quod Philippus Rex cum magno Exercitu venit ad Thuringiam &c.* Eadem repetente *Paulo Lango* l. c. ad ann. 1199. pag. 795. ſibi ipſi contrario. Exercitu *Philippi Thuringiæ* obducto, *Rex OTTO, superveniens cum Exercitu, à cunctis favorabiliter ſuſcipitur: & Boëmus, fidelitate promiſſa, ab ipſo coronatur, & in feſto S. Bartolmei Apoſtoli, à Guidone, Eccleſiæ Romanæ Legato, apud Marſpurg, in Regem ſolenniter conſecratur. Ibi etiam Lantgravius Ottoni Regi fidelitatem, quam pridem fecerat, iteravit & confirmavit, præſentibus omnibus, qui tunc aderant, Principibus &c.* Hæc *Godefridus Colonienſis* l. c. ad an. 1203. p. 268. Conf. citatum *Chronicon Rhythmicum* Dn. *Leibnitii*, Cap. LIII. pag. 103. &c. Anno ſequenti vero, ut ejusdem *Godefridi* verbis ad an. 1204. pag. 174. utar, *Philippus Rex, contracto maximo Exercitu, Thuringiam intrat, quandam Civitatem Lantgravii, Wizenſe nomine, obſidione vallat, Regem etiam Boëmiæ, cum maxima multitudine in auxilium ei venientem fugat, omnia per circuitum Oppida igne exurit & vaſtat. Lantgravius verò videns, everſionem Terræ ſuæ, & animoſitatem Regis ſe ferre non poſſe, interventu quorundam Principum, ſupplex ad eum venit, & ejus gratiam promeruit &c.* De iterata hac defectione, multa apud *Arnoldum* l. c. Cap. VIII. pag. 460. & 461. citatum *Chronicon Rhythmicum* Dn. *Leibnitii*, Cap. LIV. pag. 106. &c. *Continuatorem Lamberti Aſchaffenb.* ad an. 1204. pag. 257. *Paulum Langum*, ad An. 1203. pag. 796. Auctorem *Hiſtoriæ Landgraviorum*, Cap. XXXIII. pag. 921. *Cranzium*, lib. VII. *Saxoniæ* Cap. XVII. & Dn. *Paullini* l. c. §. 39. pag. 32. & 33.

Anno 1206. *Philippo Rege celebrante Curiam ſolennem cum Principibus, ſignum magnum apparuit in ſole: in tres ſiquidem partes diviſus eſt, --- multi concurrerunt, ſuper tanto miraculo diſputantes: Hermannus verò Lantgravius interpretatus eſt, quod unus de Principibus Imperii, eodem anno moriturus eſſet, nec erat idonea ejus interpretatio &c.* Hæc coævus *Cæſarius, Heiſterbacenſis* Monachus, lib. X. *Hiſtoriarum memorabilium*, Cap. 23. apud Dn. de *Leibnitz* T. 2. *Rer. Brunſuic.* p. 523.

An. 1212. in Diplomate *Friderici II.* Imp. Eccleſiæ Berchtolsgadenſi dato, apud *Gewoldum* Tom. 2. Addit: *Hundii Metropolis*, pag. 181. edit. nov. pag. 125. teſtes ſunt: *Othakarius, Rex Bohemiæ; Landtgravius Thuringiæ; Ludovicus, Dux Bavariæ; Leopoldus, Dux Auſtrum & Stiriæ &c.*

An. 1214. captivum duxit Comitem Orlamundanum. Vid. *Hiſtor. Landgrav.* Cap. XXXV. p 922. Plura de Eo Dn. *Paullini* l. c. §. 38. pag. 32. & §. 40. pag. 33.

Tandem, Anno Domini M. CC. XV. Hermannus, Lantgravius Thuringiæ, Dominus Terræ Haſſiæ, Comes Palatinus Saxoniæ, obiit in Gotha. Et dum Abbas de Reinhartsborn corpus ejus vellet ſepelire in ſepulchro Parentum, Domina Sophia, Uxor ejus, reſtitit, & ipſum fecit deduci in Yſenach, ad Monaſterium S. Katharinæ extra muros, quod idem Princeps fundavit, ubi ſepeliebatur &c. Hæc laudata *Hiſtoria Landgraviorum* Cap. XXXVI. pag. 922. Conf. *Chronica S. Ægidii Brunſuicenſ.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 587. *Anno Domini* 1215. *obiit Hermannus Landtgravius &c. Heningeſ.* l. c. pag. 135. *Chytræi Saxonia*, pag. 168. *Rittersbuſius* Tab. Geneal. *Haſſiæ*, addens, 26. April. *Layritz, Palmwald*, Tab. X. §. XXVIII. p. 513. Dn. *Paullini* l. c §. 40. p. 34. Dn. *Hubner Tab. Geneal.* §. 155. Solus *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad An. 1218. p. 499. refert ejus obitum ad hunc ipſum annum: *Mortui ſunt: Lantgravius Toringiæ &* (ſuperflua hæc copula) *Hermannus, Pater Ludovici Lantgravii.*

(40) LUDOVICUS SANCTUS, Landgravius V. Lucem aſpexit hic Princeps, *Hermanni* Anteceſſoris & *Sophiæ* Bavaræ filius, anno 1200. 28. Octobr.

Vid. *Henningeſius*, l. c. p. 135. *Rittershuſius* l. c. Dn. *Paullini* l. c. §. 39. p. 33.

Uxor Ejus fuit *S. Eliſabetha, Andreæ II.* Hungarorum Regis, filia, quadrimula Ei deſponſata, annoque 1221. domum ducta. Vid. *Narratio Altbabenſis*, de *Quibusdam Ducibus Bavariæ*, apud Dn. de *Leibnitz* T. 2. *Rer. Brunſuic.* p. 21. *Harum* (Ottonis Wittelſpachii, Ducis Bavariæ, filiarum) *unam, videlicet, Sophiam, duxit Hermannus, Landgravius Thuringiæ, & genuit ex ea Ludwicum, maritum S. Eliſabet &c.* add. Catalogus *Epiſcoporum Hildesheimenſium*, §. 28. pag. ibid. p. 154. *Conradus ---- crucem dedit Ludewico, marito S. Elizabeth &c.* & *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. XXXV. p. 922. *Anno Domini 1211. Hermannus Lantgravius, famoſus Princeps in Alemania, & acer in hoſtes, miſis ſolennes nuncios utriusque ſexus in Ungariam, pro filia Regis Ungariæ, filio ſuo, Ludovico Primogenito, deſponſanda; quam filiam, S. Elizabeth, iidem nuncii ſecum ad Thuringiam adduxerunt, ætatis ſuæ anno quarto &c.* & Cap. XXXVII. pag. 923. *Ludovicus, primogenitus Hermanni Lantgravii, mortuo Patre, ſibi in Principatu ſucceſſit. Hic Elizabet, Regis Ungariæ filiam, olim ſibi per Patrem deſponſatam, duxit in Uxorem, anno Domini 1221. in Caſtro ſuo Wartburg &c.* De facto teſtantur *Siffridus Presbyter*. lib. 2. *Epitomes*, ad ann. 1212. pag. 694. & 695. *Paulus Langus, Chron. Citizenſ.* ad an. 1227. pag. 800. *Theodoricus Engelhuſius*, Chron. in vita *Friderici II.* Imp. pag. 248. *Henningeſius*, l. c. Alii. Defuncta eſt hæc Princeps, an. 1231. teſte *Henrico Woltero, Chron. Bremenſ.* in vita *Gerhardi* XXVII. ArchiEp. apud *Meibomium* T. 2. *Rer. German.* p. 58. ubi: *Anno M. CC. XXXI. obiit Nobilis & Sancta Vidua, Eliſabeth, Thuringiae & Haſſiae Domina Lantgravia, filia Regis Ungariæ, & jacet ſepulta in Marborg &c.* Add. *Siffridus Presbyter* l. c. eod. an. p. 695. *Beata Elizabetha tranſiit &c. Conradus Botwo, Chron. Picturat. Brunſuic.* an. eod apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 361. *In duſſem Jare ſtarff Sunte Elizabeth, unde wart to Margborch begbraven &c. Compilatio Chronologica*, an. eod. p. 741. *S. Antonius in Padua, Ordinis Fratrum Minorum, & S. Elizabeth in Marpurg, migraverunt ad Chriſtum &c.* Eadem habet *Chronicon S. Ægidii*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 588 ad an. 1231. *Hiſtoria Landgraviorum* Cap. 42. pag. 924. *B. Elizabeth ---- obiit, anno Domini M. CC. XXXI. anno ætatis ſuæ XXIV. &c. Bucelini Annal. German.* an. 1231. pag. 94. diem emortualem, 19. Novembr. addit *Henningeſ.* l. c. pag. 134. Author Appendicis *Hiſtoriæ Landgraviorum* pag. 960. refert ejus obitum ad an. 1232. verb. *Anno M. CC. XXXII. S. Eliſabeth vidua migravit ad Chriſtum &c.* & *Hermannus de Lerbecke, Chron. Comitum Schawenburg*: apud *Meibomium* l. c. T. I. p. 511. ad annum 1235. ibi: *Beatiſſima Elizabeth, Thuringiæ Landgravia, tranſivit ad Chriſtum, & à Gregorio IX. canonizatur Peruſii, in Domo Fratrum Prædicatorum; ſequenti vero anno, videlicet 1236. &c.* Confunditur autem hac ratione Relatio ejus in numerum Sanctorum, cum obitu. Vid. *Siffridus Presbyter* l. c. pag. 695. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, §. 30. apud *Lindenbrogium*, pag 98. ad an. 1236. *Engelhuſius* l. c. in vita *Gegorii IX* pag. 249. Hiſtoria *Landgraviorum*, Cap. 47. ad an. 1235. pag. 925. & *Paulus Langus* l. c. an. eod. pag 800. Longè majori errore eam anno demum 1239. deceſſiſſe arbitratur Author *Chronici Slavici* apud *Lindenbrogium*, Cap. 37. pag. 204. *Campo quidam Iſnacenſis, Georgius Rudolfi, fruſtula aliqua de Lecto Eliſabethano petentibus, olim fragmina quædam de latrina refecta dedit, queis illi dentes dolentes fodicarunt optato cum ſucceſſu.* Sunt verba Dn. *Paullini* l. c. §. 49. p. 42. quamvis hiſtoriam rideat.

Anno Domini M. CC. XXIII. Elizabeth Uxor Ludovici, Lantgravii, peperit (1) *Primogenitum filium ſuum, in Caſtro Cruceuberg, cui nomen impoſitum fuit Hermannus* an. 1239 9. Oct. celebraſſe eum nuptias cum *Helena*, fil. *Ottonis Pueri*, Ducis Brunſ. & Luneb. ex *Alberto Stadenſi*, ad h. a. p. 213. & *Chronico Brunſuic.* apud *Maderum Antiquit. Brunſuic.* pag. 21. præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 18. in vita laudati Ducis *Ottonis*, probavi; *Henningeſius* l. c. profert hoc titulo *Beatricem, Henrici VI.* Brabantiæ Ducis gnatam; idem docet *Rittershuſius* l. c. de facto teſtatur *Siffridus Presbyter*, l. c. ad ann. 1231. p. 695. *Hermannus Landgravius, filius Landgravii Ludovici & S. Elizabethæ, ducens Uxorem, poſt celebratas nuptias, veneno peremptus eſt, à quadam malefica, nomine Berchta de Seberg, quæ fuit Uxor cujusdam Nobilis de Curia dicti Principis. Iſte ergò Landgravius, Hermannus, mortuus eſt, non relinquens hæredem &c.* Quo anno deceſſerit, docet *Hiſtoria Landgraviorum* l. c Cap. 49. pag 926 ad Annum 1240. verb. *Anno ſequenti* (adeoque 1241.) *obiit Hermannus, Landgravius Thuringiæ, Filius Ludwici Lantgravii, & B. Elizabet, anno ætatis ſuæ XVIII. & elegit ſepeliri in Marborg, apud Matrem ſuam &c.* Conf. *Henningeſius* l. c. pag 136. *Rittershuſius* l. c. habet 3. Jan. 1240. (2) *Sophiam*, cujus *Hiſtoria Landgraviorum*, Cap. XXXIX. pag. 923. hiſce meminit: *Anno Domini M. CCXXIV. Uxor Ludovici Lantgravii, peperit filiam*

Digitized by Google

am in Caſtro Wartberg: nomine Sophiam, quæ poſtea duxit Ducem Brabantiæ &c. Conf. *Siffridus* l. c. *B. Elizabetha tranſit, relinquens unum filium, Hermannum, & duas filias, quarum unam duxit Dux Brabantiæ; altera verò, Gerdrudis nomine, monaſterium ingreſſa, cœlibem vitam duxit &c.* & *Paulus Langus* l. c. ad an. 1259. pag. 808. *Sop ia, filia S. Elizabet, & Duciſſa Brabantiæ, audiens, fratrem ſuum, Hermannum, Lantgravium, ſine hærede obiiſſe, magno Exercitu intravit Doringiam &c.* Quæ tamen de *Hermanno* hic dicuntur, erronea ſunt, de *Henrico Raſpone*, ipſius Patruo, interpretanda. Nomen Duci fuit *Henricus*, cogn. *Magnanimus*, Brabantiæ Dux, Principem hanc an. 1242. *Francofurti*, in torum aſſumens. Vid. *Hemingeſius* l. c. p. 124. & 136. Recentiores omnes. (3) *Gertrudim*, Kitzingenſem Monialem, cujus *Siffridus* l. c meminit. *Hiſtoria Landgraviorum* l. c. perperàm & huic Principi nomen *Sophiæ* imponit, ad ann. 1224. *Anno ſequenti*, (1225) *Elizabeth, Uxor Lantgravii, peperit filiam, quam rurſum nominat Sophiam, nomine Matris Ludovici Lantgravii, quæ in Franconia, in Monaſterio Kitzingen, Religionis habitum induens, & ibi quieſcit &c.* Prius nomen *Hemingeſio* quoque, l. c. p. 136. & *Rittershuſio*, licet eam Monialem *Aldenburgenſem*, prope *Wetzlariam*, conſtituat, aliisque, probatur. Defuncto Patre, Regimen adiit noſter Princeps, ceu, ex *Hiſtoria Landgraviorum*, cap. XXXVII. p. 923. modò audivimus. Qualis fuerit, ex eadem diſcimus, cap. XL. pag. 923. *Iſte Ludwicus, Lantgravius fuit multum virtuoſus, eloquio dulcis, moribus ſuavis & virilis, in Exercitiis militaribus ſtrenuus, & agilis, pauperibus benignus &c.* An. 1219. *Sigfridum* Moguntium ab eo caſtigatum, notarunt *Bucelinus, Annal. German.* h. a. pag. 92. & Dn. *Paullini* l. c. §. 42. pag. 35. an. 1223. *Orlamundanum Comitem* (Albertum) *bello appetit, ditionemque ejus vaſtat. Similiter, in Popponem Hennebergium movens, quod is, ſe ignorante, Sororem ſuam, Theodorici Miſnenſis viduam, duxiſſet, quæ tamen res paulo poſt componitur.* Hæc *Bucelinus* l. c. ad h. a. Anno 1225. *Bello Poloniæ Duci, ob violatos mercatores, illato, caſtrum Lubitz, magna uſus celeritate, expugnavit &c.* Ita Dn. *Paullini* l c. § 42. p. 36. pergens ad annum 1226. *A Friderico II. Cremonam evocatus, abiit in Italiam, ubi Imperator ipſi, & Cognato ſuo, Henrico Illuſtri, Miſniam, & Luſatiam, feudi fide, cum Pruſſiæ quantum expugnare poſſent, terra, contulit. In reditu, fruſtra ei inſidias ſtruxerat Hennebergcius Comes. Redactis tandem in ordinem Miſnenſibus, qui, eo abſente, jugum excuſſerant, placidè vixit.* Anno 1227. Expeditioni Sacræ ſe accinxit; Vid. *Annales Colmarienſes* ad h. a. apud *Urſtiſium*, T 2. *Rer. German* pag 6. veniens autem *Brundiſium*, Hydruntini Agri *Apuliæ* Caput, malignæ febris ſuſtinet inſultum, indeque *Hydruntum*, ejusdem Provinciæ Oppidum, vulgò *Otranto*, delatus ab Hieroſolymitano Patriarcha Eccleſiaſtica ſuſcipit Sacramenta, & 11. Septemb. placidè moritur, cujus Cadaver, in Patriam transvectum, *Reinhardsbrunnæ* quieſcit, addito Epitaphio:

Anno Domini. M. CC. XXVII. III. Idus Sept, obiit Ludovicus V. Thuringorum Landgravius, B. Eliſabethæ maritus, in Sicilia Civitate Ottrant, & hic ſepultus.

Factum comprobant: *Conradus Urſpergenſis*, an. 1227. p. m. 247. *Chronicon Rhythmicum*, de *Ducibus Brunſuicenſibus*, an. eod. Cap. LXV. apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 133. *Albertus Stadenſ.* an. eod. p. 207. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. p. 524. *Paulus Langus* l. c. an. eod. p. 799. & 800. *Conradus Botho* in *Chronico picturato Brunſuicenſi*, ad h. a. ibid. p. 361. *Hiſtor. Landgrav.* cap.. XI. pag. 923. *Engelhuſius* l. c in vita *Friderici II.* Imp. p. 248. *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Coſmodromii*, Cap. 64. pag. m. 277. *Hemingeſius* l. c. pag. 134. *Rittershuſius* l. c. Dn. *Paullini* l. c. §. 44. pag. 37. eum 27. Sept. extinctum docens: Alii multi.

(42) HENRICUS RASPO. Landgravius VI. & ultimus.

Mortuo Ludovico Lantgravio, in Paſſagio, (expeditione ſacra) *quamvis relinqueret hæredem*, (Hermannum juniorem) *tamen puer VI.* (rectius IV.) *annorum & quia Heinricus, frater ſuus, fuit ſenior inter Lantgravios tunc viventes, ideò ſucceſſit in Principatu, & cum magna potentia, & ſapientia, ſemper poſtea rexit, & primo anno Regiminis ſui, obſedit Caſtrum Cytzirsberg, quod expugnavit, & deſtruxit &c.* Hæc ex *Hiſtoria Landgraviorum*, Cap. XLI. p. 924. *Anno Domini 1234. Heinricus, Lantgravius Thuringiæ & Haſſiæ, cepit Caſtrum Wiſelbech, Comitis Heinrici de Glichen, & ibidem 23. malefactorum captos decollari præcepit. Anno eodem, idem Lantgravius, propter multa mala, quæ patiebatur ab eodem Comite, Heinrico de Glickenn, ipſum, legitime citatum, ac poſtea ſententia condemnatum, & proſcriptum, omni jure feudali privavit &c.* Ibid. cap. XLVI. p. 924. Anno eodem, *cepit ædificare Conventum Fratrum Prædicatorum in Yſenach, & conſecrari voluit in honorem S. Elizabeth &c.* Ibid. cap. XLVIII. p. 926.

Nuptias celebravit (1) cum *Eliſabetha*, quam *Rittershuſius, Tab. Geneal. Haſſ.* ſine fundamento, *Ottonis*, Ducis Brunſ. & Luneb. gnatam facit; mortuam verò jam anno 1231. ſiſtit *Henrici* noſtri donationis, Monaſterio *fontis Reinhardi* factæ, charta, *Reinherisburnin, anno Gratiæ 1231. Indict. IV.* data apud Dn. *Paul-*

Paullini l. c. §. 53. p. 46. ibi: *Poſterorum igitur recordationi volumus eſſe memorabile, quod, coadunatis manibus Matris noſtræ, & Conradi, Fratris noſtri, pro ſalvatione animæ dilectæ Contectalis noſtræ Eliſabeth, ipſo die humationis ejus, Eccleſiæ noſtræ in Reinersburnin contulimus decem manſos proprietatis noſtræ, in Ludirsburnin ſitos, cum omni jure, & totali proventu &c.* (2) Cum *Gertrudi*, filia *Leopoldi Glorioſi* Ducis Auſtriæ, de qua hæc apud Auctorem *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiae* Cap. XLIX. ad an. 1240. p. 926. *Anno ſequenti* (proinde 1241.) --- *Heinricus, ſolus Lantgravius Thuringiae & Haſſiae, Comes Palatinus Saxoniae, duxit in Uxorem Gerdrudam, filiam Ducis Auſtriae &c.* Conf. *Henningeſius* part. I *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 135. Dn. *Paullini* l. c. §. 53. p. 46. Dn. *Hubner* Tab. Geneal. § 155. Si verum hoc matrimonium, tempus minimum falſum eſt, dum *Henricus* dicto Anno *Beatrici* dotalitium jam conſtituiſſe legitur, apud *Butken, de Trophées de Brabant*, p. 9. document. ubi: *Nos Henricus, D. G. Landgravius Thuringiae, C. P. Saxoniae, & Dominus Haſſiae, notum facimus, quod Nos dilectiſſimae Nobis Uxori noſtrae, Beatrici, filiae Principis Illuſtris Ducis Brabantiae, dedimus donatione propter nuptias bona ſubſcripta: Caſtrum Nueburgh; Oppidum Sangerhuſen; Caſtrum Erchenbaldesberge; Oppidum Gotha: Diſtrictum Bergere. Datum Crureburch, An. M. C. XLI. ſexto Id. Martii.* (3) Cum laudata modo *Beatrice, Henrici II.* Ducis *Lotharingiae* & *Brabantiæ*, filia, adhuc anno 1250. vidua, documento teſte, IX. Kal. April. ejusdem anni, apud Dn. *Paullini* l. c. *Beatrix, D. G. quondam Romanorum Regina ſemper Auguſta, notum facimus, quod Dominus noſter Heinricus, Romanorum Rex Sereniſſimus, cum in Expeditionem procederet verſus Ulmam, Abbati S. Georgii Vallis, reſtituerit ſilvam Friedewald &c.* Facit in hanc ſententiam, *Albertus Stadenſis*, ad an. 1247. p. m. 219. *Heinricus Lantgravius, qui Imperium acceptaverat, eſt defunctus. Hæredem non habuit: Sed Dux Brabantiæ terram ejus manu valida ingrediens, ratione tuitionis Filiæ ſuæ, quæ fuerat Uxor ejusdem Landgravii, ſe, tam de terra & caſtris, quam de terrae dominio, intromiſit &c.* ut & *Magnum Chronicon Belgicum*, apud *Piſtorium*, p. 242. *Henricus, Landgravius Thuringiæ, in odium Frederici, Anno Domini* 1246. *vacationis Imperii ſecundo, per Electores Imperii, in Regem Romanorum fuit electus, --- duxerat Uxorem, antequam in Regem Romanorum eligeretur, Beatricem, filiam Henrici, hujus nominis Secundi, Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ, quæ poſtea nupſit Wilhelmo, Comiti Flandriæ.* Conf. Dn. *Paullini* l. c. Dn. *Hubner* l. c. Sunt qui *Adelheidam, Ottonis Pueri*, Ducis Brunſuicenſis filiam, addunt, vid. præced. Tit. V. *Vita Friderici* II. Imp. p. 615. confundi vero, hac ratione, *Henricum* noſtrum, cum *Henrico Puero*, Haſſiæ Landgravio, præced. Catalog. *Ducum Saxoniæ*, in vita *Ottonis Pueri*, monui. Turbido rerum ſtatu in Germania, adverſus *Fridericum II.* electus eſt noſter Landgravius, Anno 1245. Cæſar; vid. præced. Tit. 2. §. 10 lit. d. ad hunc annum, p. 157. & 158. Anno ſequenti, felici Marte congreſſus cum *Conrado*, Romanorum Rege, anno 1247. ultimus Gentis ſuæ vitam finit. Vid. ibid. ad Annos 1246. & 1247. pag. 158. & 159. & Tit. V. in vita *Friderici II.* Imp. v. 4. ad eosdem annos, pag. 615. Neſcio tamen, num Authoribus, utut benè multis, obitum Ejus in annum 1247. referentibus tuto habeatur fides? quandoquidem ex Diplomate, an. 1246. IX. Kal. April. dato, apud Dn. *Tenzelium, Supplement. Gothan.* II. p. 41. pateſcit, Conjugem Ejus *Beatricem* tunc jam fuiſſe viduam. Addunt Compilatores *Novæ Bibliothecæ Hallenſis*, Part. XXIII. de an. 1713. p. 258. Eandem anno 1247. ſecundis nuptiis obveniſſe *Wilhelmo de Dampierre, Flandriæ* Comiti, dictam, ab ejus obitu, *Dominam de Courtray*, à Caſtellania Corticenſi, quam dotalitii titulo tenuerit. Chronologiæ verò hæc reluctari, docet adductum modo documentum Ipſius de an. 1250. in quo ſe adhuc *quondam Romanorum Reginam ſemper Auguſtam ſcribit.*

(42) Deficientibus hoc modo *Thuringiæ* Principibus, grave bellum exarſit, ſucceſſionis intuitu, inter *Henricum Illuſtrem*, Marchionem *Miſniæ*, defuncti, è ſorore *Juditha*, nepotem; & *Sophiam*, ejusdem, è fratre, *Ludovico Sancto*, neptem, *Henrici Magnanimi*, *Brabantiæ* Ducis, viduam. Nitebatur *Henricus Illuſtris* (1) collato in ſe, ab Imperatore *Friderico II.* ſuccedendi jure in *Thuringiam*, de quo *Albinus, Chron. Miſn.* Tit. XV. p. 191. ad an. 1227. & Dn. *Paullini, Annal. Iſenac.* §. 56. p. 47. & 48. ipſius Diplomatis, anno M. CC. XLII. ultimo Junii, *Beneventi* dati, (quod & apud Dn. *Antonium Wecken*, in *Deſcriptione Civitatis Dreſdenſis*, Part. II. Tit. I §. 1. Documentorum, p. 153. lit. H. nec non apud Dn. *Lunigium*, Contin 2. partis ſpecialis *des Reichs-Archivs, in der vierten Abtheilung, im Andern Abſatz*, §. 2. pag. 177. occurrit) exhibens verba, evolvantur: *Conſiderantes Avunculi tui, Henrici, Landgravii Thuringiæ & Comitis Palatini Saxoniæ, Dilecti Conſanguinei Noſtri, & Dilecti Filii Noſtri, Conradi, Romanorum in Regem electi, petitionem, --- notum eſſe volumus univerſis, quod Tibi, poſt mortem Avunculi tui, Henrici, Landgravii Thuringiæ, duos Principatus ſuos, videlicet Landgraviam Thuringiæ & Comitiam Palatii Saxoniæ, &c.*

Digitized by Google

& omnia alia Feuda, quæ à Nobis & Imperio tenentur, cum ipſorum pertinentiis, jure contulimus feudali &c. Conf. præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 4. pag. 938. (2) Literis *Reverſalibus*, de an. 1249. quibus *Thuringiæ* Proceres Eum pro vero & legitimo Marchione habuerunt apud Dn. *Wecken* l. c. lit. I. pag. 155. *Nos G.* (Guntherus) *Comes de Kevernberg; Bertoldus, filius Ejus; Comes Albertus de Rabinswald; Henricus & Guntherus, Comites de Swartzburg; Comes Fridericus de Bichilingen; Comes Theodoricus de Hoinſtein; & Heinricus, ſuus filius; Comes Fridericus de Stolberg; Heinricus de Helderungin; Lutolfus & Heinricus de Alriſtede; Heinricus & Eilolfus de Bendeleibin; Dietmarus de Wilberſtete; notum facimus univerſis, quod inter Illuſtrem Principem, DOMINUM NOSTRUM, Heinricum, Marchionem Miſniæ, & Nos, ta'is compoſitio intervenit, quod ipſum PRO VERO DOMINO NOSTRO, & LANDGRAVIO THURINGIÆ, habebimus, & eidem, contra omnem hominem, ſerviemus, ubi, ſalva fide, & honore noſtro, facere hoc valemus, & hoc faciemus, absque malo ingenio atque dolo; & contra omnem hominem defenſabimus fideliter Terram ſuam. Præterea, Bona noſtra univerſa, quæ à Landgravio habuimus, in Feodo recepimus ab Eodem --- Acta ſunt hæc apud Wizinvels, An. Domini 1249 Kal Jul. VII. Indict.* idem Diploma offendimus apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 3. pag. 177. quamvis ſub anno 1248. Conf. cit. *Hiſtor. Landgravior.* Cap. 56. pag. 928.

Sophia Brabantina provocabat (1) ad jus ſanguinis, (2) Homagium *Haſſorum*, filio *Henrico*, adhuc *Puero*, exhibitum; vid. laudata *Hiſtoria Landgr. Thuring.* l. c. *Anno Domini M. CC. LIII, vacante Imperio, Domina Sophia, videns Alemanniam ſtare ſine Rege & Judice ſuper Principes, iterum veniens ad Thuringiam, ducens ſecum filium, Heinricum Puerum, Ducem Brabantiæ, quem in reditu fecit Lantgravium Terræ Haſſiæ; nec minimè adhuc contenta, ſed repetiit Terram Thuringiæ &c.* & Cap. LVIII. p. 928. *Anno Domini M. CC. LVIII, adhuc durante diſcordia inter Heinricum Marchionem, ac Lantgravium Thuringiæ, & Dominam Sophiam, & filium ſuum, Lantgravium Haſſiæ, &, poſt multa mala perpetrata in Terris, Domina Sophia Duciſſa, cum filio ſuo, viribus diffidentes, animoſum Principem, Albertum, Ducem Brunſwicenſem, tunc inimicum in Thuringia, adiit; & filiam Ducis, filio ſuo, Lantgravio Haſſiæ, desponſavit, ut ejus adjutorio poſſet reſiſtere Marchioni, cui in viribus & potentia impar fuit. Unde ille Dux, per ſuos Advocatos, & cum Armigeris de Haſſia, multum humiliavit Thuringiam, & maxima damna fecit: & Domina Sophia, cum auxilio civium Yſenacenſium, qui ei adhæſerunt, tria caſtra ædificaverunt: Iſenechisberg, Frowenberg, Metenſtein, contra Caſtrum Wartberg, quod in poteſtate ſua habuit Heinricus Marchio; qui etiam, contra Civitatem Yſenach, ædificavit Caſtrum Calnberg, prope Viſchbach.* Et Cap. LIX. p. 928. & 929. *Anno Domini M. CC. LIX. Domina Sophia, cum filio ſuo, & adjutorio Ducis Brunſwicenſis, cepit caſtrum Cruceberg, & Civitatem ejusdem penitus devaſtavit. Eodem anno, Abbas in Reinhardisborn Caſtrum Schowenberg, olim ædificatum, à primo Comite, Ludwico cum Barba, Thuringiæ, & poſtea, in favorem Monaſterii Reinhardisborn, ne de hoc moleſtarentur, deſtructum, per Lantgravium Thuringiæ, iterum reædificavit --- quod videns Heinricus Marchio, timens, de caſtro illo, malum ſibi & Terræ evenire, Caſtrum deſtruxit Schowenberg, & Caſtra Luchtenwaldt, Calnberg prope Setelſtede, & plura alia, ædificata à Nobilibus in Thuringia, poſt mortem Henrici Regis, tempore vacationis Principatus in Thuringia, deſtruxit &c.* Et Cap, LX. p. 929. *Anno Domini M. CC. LXI. Heinricus Marchio, habens in ſua poteſtate Caſtrum Wartberg, & totam Terram Thuringiæ, excepta Civitate Yſenach, & quibusdam Caſtris prope, cepit & deſtruxit Caſtra Metenſtein, Frowenberg, Yſenachisberg, & Civitatem Yſenacenſem cepit, & aliquos Cives interfecit, qui jus ſuum annihilaverunt, & totam Terram Thuringiæ Dominæ Sophiæ cedere debere de jure affirmabant, & ipſum Marchionem minimè juſtè excludebant. Eodem anno Caſtrum inferius in Civitate ædificatum eſt, à Marchione &c.* Cap. LXI. pag. 929. pergit: *Anno Domini M. CC. LXIII. Albertus, Dux Brunswicenſis, adjutor Heinrici Lantgravii Haſſiæ, ex continuis plurimorum ſucceſſibus in Thuringia, & alibi, in tantam devenit ſuperbiam, ut etiam partes Orientales invaderet --- Hoc audiens Rudolffus, Pincerna de Barila,* (al. Vargila, Vargula) *vir potens, & bellicoſus, in Thuringia, cum centum bonis militibus, & armigeris, collectis in Thuringia, venit ad partes Orientales, quærens Marchionem Heinricum, & non inveniens ipſum, ſed filios ſuos, adhuc juvenes, ſcil. Albertum & Theodoricum, invenit in Lyptz, quos acceſſit, increpando eos, quare tanta mala non vindicarent: ipſe enim adduxiſſet centum bonos viros, & ultra, quod & ipſi colligerent aliquos: quod & factum eſt. Ibi enim prope Bickin, inierunt conflictum, cum Duce Alberto, à mane, ſcilicet ab ortu ſolis, usque ad horam, & Dux vincratus*

fuit, & captus, & Comes Heinricus de Anhalt, Comes Heinricus de Zwyrin, Comes Johannes de Ebyrſtein, & adhuc de Baronibus & bonis Nobilibus duodecim, omnes vulnerati & capti, & de electa militia Exercitus quingenti & quinquaginta & ſedecim Viri, in armis plenis, cum maximo damno ſuo, ſcil. electorum equorum, & armorum apparatu, capti ſunt, qui ſe magnis pecuniis liberaverunt; Conſ. Additionator *Lamberti Aſchaffenb.* an. eod. p. 258. vocans locum prælii, *Witins Chronicon Rhythmicum* de *Ducibus Brunſuicenſibus* Cap. LXXI. apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 3. *Rerum Brunſuicenſium*, p. 41. Auctor *Chronici Slavici*, an eod. apud *Lindenbrogium*, p. m. 261. & *Chronicon S. Ægidii*, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. p. 591. & *Siffridus Presbyter*, L. 2. Epitomes, an. eod p. 697. prælium, *in vigilia Apoſtolorum Simonis & Judæ* commiſſum docentes; *Chronicon Brunſuicenſe*, in *Antiquitatibus Brunſuicenſibus Maderi* An. eod. pag. 20. una cum *Fragmento Chronici Brandenburg.* an. eod. ibidem, p. 273. proferens, hoc titulo, 5. Cal. Novemb. hoc eſt, 28. Octob adeoque ipſum *feſtum Simonis & Judæ*; *Paulus Langus*, *Chron Citizenſ.* an. eod. p. 808. *Crantzius*, lib. VIII. *Saxon.* Cap. XXVII. *Bucelini Annales Germaniæ*, an. eod. p. 98. minus rectè hinc *Conradus Botho*, *Chron. Picturato*, ad An. 1264. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 3. p. 367. *By Halle was eyn grot Stryd, dat warde van des morgens an, wente to Middaghe, dar wart Hertogne Albert gefangen to Brunswick &c.* De fine belli, annectit *Hiſtoria Landgraviorum*, Cap. LXII. p. 929. *Interim dum Dux Brunſuicenſis detentus fuit, tractata eſt ſua liberatio, & compoſitio, inter Heinricum Marchionem* (Miſniæ) *& filios ſuos, & inter Sophiam, & filium ſuum, Heinricum, Lantgravium Haſſiæ, quæ talis fuit, ſcilicet, quod Dux* (Albertus) *deberet dare, pro liberatione ſua, Octo Munitiones, ſcilicet, Eſſenwege, Aldendorff, Witzenhuſen, & alias prope Werram, pertinentes ad Ducatum Brunſwicenſem, &, ſuper hoc, octo millia marcarum; &, ut Domina Sophia, & filius ſuus, Heinricus, Lantgravius Haſſiæ, abrenunciarent omni juri ſuo, quod poſſent habere in Terram Thuringiæ; tunc deberent recipere in ſuam poteſtatem illas octo Munitiones, quod & factum eſt; & diſcordia, quæ duravit per novem annos, ſedata eſt &c.* Comprobat hæc *Additionator Lamberti* l. c. & *Paulus Langus* l. c. quamvis, loco: *octo millium marcarum*, ponat *octodecim millia marcarum argenti puri*; aliique multi, quorum nomina præced. Tit. XI. §. 4. lit. a. p. 973. produxi. Ceſſas Munitiones vocat Dn. *Paullini*, *Annal. Iſenac.* §. 60. p. 51. *Eſchwegam, Allendorſium, Witzenhuſium, Fürſtenſteinium, Eichburgum, Arnſteinium*, (Ludwigſteinium) *Biſchopſteinium*, (Bilſteinium) *Wannefridam* (Sontram) & *Ziegenbergam* (Volſteinium). Hacque via, avulſa eſt *Thuringia* ab *Haſſia*, quæ hactenus ſub unius Provinciæ Principatu ſteterant conjunctim, jamque quælibet Domino ſuo ſubjecta, *Thuringia* quidem *Miſniæ* Marchionibus, & *Haſſia Henrico Puero* Brabantino, ejusque Poſteris; firmato tamen fœdere perpetuo, ut extincta Familiarum altera in maſculis, vacuum ſuperſtes Principatum rurſus conſequeretur, quod *Rudolfus* & *Sigismundus* Imperatores, teſte Dn. *Paullini*, confirmarunt.

v. (14) III.

DUCES LOTHARINGIÆ.

(1) Nequaquam puto operæ pretium, refellere, quæ *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, p. 6. & ſeqq. de priſtinis Lotharingiæ Principibus, congeſſit, quæque niti videntur Diplomate quodam de an. 915. quo *Ragnerus* Dux, Monaſterio *S. Eucharii*, Treviris, liberalitatem exhibuiſſe fertur, apud *Baronium* Tom. X. *Annal. Eccleſ.* an. cit. p. 667. & 668. ubi:

Ego, qui perſecutor Domini, ac Sponſæ ſuæ, Eccleſiæ, ſum, videlicet Ragnerus, qui non ſum dignus vocari Dux, ſed prædo; juſti ac boni Sadigeri, Filii Ferrici, Filii Loheri, Filii Lamperti, ex beato ſanctoque Genere Beatorum Martini, Clodulphi, Arnulphi, Filii Arnoaldi, Filii juſti Ducis Anſberti, Clari Romanorum Senatoris, Filii Vamberti Senis, Filii Alberici, Filii Clodii Criniti, Filii Pharamundi, Filii Marcomiri, Filii Clodii, Filii Dagoberti, ex præclara Trojanorum Familia orti, Francorum Orientalium & Occidentalium Regum & Ducum, Filius, providere cupiens --- Igitur noverint omnes, tam præſentes, quam futuri, quod Ego, ſupradictus Ragnerus prædo, Lotharingiæ Superioris, Moſellanicæ Inferioris, Arduanæ, Moſelant; ſeu Hasbaniæ, Buillon, Alſatiæ, Metenſium, Verdunenſiumque Princeps, Dominus, & Dux immeritus, per præſentes litteras -- cum magna cordis contritione, reſtituere cupiens, quæ injuſtè rapueram, Do Rev. Patri ac Domino, Abbati & Fratribus Monaſterii S. Eucharii, quod modò dicitur Monaſterium S. Matthiæ, extra muros Urbis Trevericæ, conſtructi, Villam Noſtram Bedeoſdorff, cum omnibus appendititiis & allodiis. Item & Curtes in Coneban, ſuper Moſellam, quatenus ipſi, qui, ſine intermiſſione, coram Domino aſtant, jugiter offerentes ſacrificium laudis, & die noctuque interpellare dignentur miſericordiam Dei, pro me, maximo peccatore; pro mea Uxore, Domina

Ermu-

Ermingarda, Franciae Regina, jam ab humanis exempta, pro filiis ac filiabus meis, tam vivis, quam defunctis, videlicet: *Giſilberto, Rigimino, ſeu Recuino, Theoderico, Othone Comite, Pirardo Epiſcopo, Ermingarda, Bertha, Vigeberto, Hildeberto, Eva, Beatrice. Adella, Stephano, nec non pro toto Populo, à Domino, ſua gratia, mihi tradito, ac etiam pro redemptione animarum Parentum meorum Prædeceſſorumque Ducum, ac toto Populo Chriſtiano -- Data Treviris, nona die menſis Maji, anno, ab Incarnatione Domini, nongenteſimo decimo tertio. Ragnerus, Lotharingorum Dux, & prædo, quia Eccleſiam Dei perſecutus ſum &c.*

Quia documentum hoc nullo genuini charactere inſignitur, quis unquam (1) Avos, Proavosque omnes, recenſuit? aut (2) *Prædonem* ſe vocavit? aut (3) tanta temeritate tot Orientalium Occidentaliumque Francorum Duces effinxit, tempore, quo Lotharingia Francorum Regibus omnino paruit? ne dicam (4) mortalium neminem authenticum hactenus vidiſſe Diploma; meritò hinc, *Broweri* judicio, Tom. I. *Annal. Trevir.* lib. IX pag. 445. & 446. pro ſpurio habendum.

(2) Subfuiſſe Provinciam hanc *Leucis, Mediomatricis*, aliisque Populis, quondam inhabitatam, Francorum Regibus, ad obitum usque *Ludovici Pii* Imperatoris, nulla eget probatione Orto poſtmodum inter filios ejus civili bello, commiſſoque invicem ad *Fontanidum*, an. 841. & ad *Argentoratum*, an. 842. duplici cruento prælio, convenerat tandem inter eos, de dividundo *Viroduni*, æquis partibus, Regno, Anno 843. vigore cujus Transactionis hæc *Auſtraſiæ* portio Fratrum natu maximo, *Lothario*, Imp. ceſſit; Vid. præced. Tit. 2. §. 8. lit. a. ad an. 843. p. 56. & Tit. V. Vita *Lotharii*, v. 4. p 454. & 455.

(3) Diviſo, an. 855. vice altera, inter *Lotharii* filios, Regno, conſequebatur eandem Ditionem *Lotharius Junior*, à quo *Regnum Lotharii*, contractè *Lotharingia*, vocari cœpit, quamvis nonnulli novæ appellationis derivationem ab ipſo *Lothario* Imp. repetendam arbitrentur; Vid. præced. Tit. II. §. 8. lit. a. v. 2. p. 56. *Vorburgio*, Vol. XI. *Continuat. Hiſtor.* ad an. 844. p. 379. Ill. Dn. *Obrechto* Cap. VII. *Prodromi Rerum Alſaticarum*, p. 95. Dn. *Schurtzfleiſchio*, de *Regno Auſtraſiæ*, Cap. 2. §. 15. p. 50. aliisque multis, rectius *Lotharium Juniorem* hoc titulo producentibus Obiter notandum, *Auſtraſiam veterem, Regnumque Lotharii*, non in totum eſſe ſynonyma, cum prioris termini longè ampliores *Lotharienſi Regno* fuerint. Qua de differentia *Pleniorem Aſſertionem Geneal Franc. Davidis Blondelli*, contra *Caſſanum* diſputantis, p. 309. evolvas, unde ſua *Obrechtus* l. c. Cap. V. pag. 35. & c. & Dn. *Werlhof, Notit. S. R. Imperii enucleata*, lib. I. c. 2. §. 92. lit. d. pag. 103. &c. Meminit *Hermannus Contractus*, ad an. 865. duodecim *Principum*, qui fidem pro *Lothario*, repudiatæ Conjugi, *Thietbergae*, reconciliato, interpoſuerunt, ibi: *Arſenius Epiſcopus, Nicolai Papæ Legatus, ipſi Lothario, fidem connubii, per Sacramenta XII. Principum ſuorum, pollicenti, Tithpirgam Conjugem reconciliatam reddidit &c.* Quid ſcandali inter ipſum, & *Waldradam* pellicem, interceſſerit, docet *Regino* ad an. 864. &c. Conf. præced. Tit. V. Vita *Lotharii I.* Imp. p. 452.

(4) Anno 869 ad plures cum abiret *Lotharius Junior*, gravis ſurrexit, de ſucceſſione in Ejus Patrimonium, inter *Ludovicum Germaniæ*, & *Carolum Calvum Galliæ*, Reges, defuncti Patruos, controverſia; anno tamen 870. Tranſactione *Marſana* mediante, ita ſopita, ut præterito defuncti Germano fratre, *Ludovico II.* Imp. ligitioſam hæreditatem æquis partibus dicti fratres ſecum invicem partirentur; vid. præc. Tit. 2. §. 8. lit. a. v. 5. pag. 59 A quo tempore, *Lotharingiæ* Pars, quæ *Ludovico* obtigit, portio *Germanici Regni*, (à quo ſeparatas antea rationes habuiſſe noſcitur,) facta eſt. Conf. *Schurtzfleiſch, de diviſione Imperii Carolini*, §. LXII. p. 42. & de *Regno Auſtraſiæ* l. c. p. 51.

(5) Poſt fata *Ludovici Germanici*, qui an. 876. deceſſit, denuo titillabat ejus fratrem, *Carolum Calvum, Galliarum* Regem, jamque, Romanæ Curiæ artibus, electum Imperatorem, totius occupandæ *Lotharingiæ* cupiditas, occaſione uſurum, quod mortui *Ludovici* Filiorum natu major, *Carolomannus*, Italicæ Expeditioni, (quod Regnum, exuvias mortales deponente Imperatore, *Ludovico II* idem *Carolus* ſibi vindicare haud ſuperſedebat) vacaret; natuque minor, *Ludovicus Junior, Francofurti*, paterno funeri juſta ſolveret; minimo natu, *Carolo Craſſo*, in Germania commorante; conatibus ejus opponente *Ludovico Juniore* ſelectarum copiarum Exercitum, funeſtæ rurſus cladi, 8. Id. Oct. 876. locus, in *Megenſi* Pago, non procul ab *Andernaco*, datus, qua *Caroli* vires inſigniter inciſæ. Vid. præced.. Tit. II. §. 8. lit. a. pag. 60. Parta victoria, Familiæ heriſcundæ judicium conſtituentes laudati tres fratres, rem totam ita *Salfeldiae* exigebant, ut præfato *Ludovico Juniori* major *Lotharingiae* pars, ejusque fratri, *Carolo Craſſo*, nonnullæ inde Civitates, obvenerint. Qua de diviſione plura l. c.

(6) Subſtitit hæc partitio, ad Annum usque 877. quo, nova transactione inſtituta, *Hludowicus Rex partem Regni Hlutharii* (quam ipſorum Parens, an.

870. erat ſortitus) *cum fratribus Karlmanno, & Karlo* (Craſſo) *æqua lance dividit &c.* ut, cum *Annalibus Francorum Pithœanis*, ad h. a pag. 99. loquar. Quamvis Anno 878. *Carolomannus* portionem ſuam *Ludovico* fratri iterum tranſcripſerit, non multo poſt, ne novæ deſuper lites orirentur, inter ipſum & *Carolum* fratrem, æquabili compoſitione vicis ſim diviſam. Vid. iidem *Annales* ad h. a. præced. Tit. 2. §. 8. lit. a. pag. 60.

(7) Eodem tempore, vitam ſ claudente *Carolo Calvo* Imp., ut omnis belli materia procul removeretur, Pactione *Furonenſi* nova, an. eod. pag. 878. à *Ludovico Balbo. Calvi filio, dictoque Ludovico Juniore*, diviſio *Prockſpidana* anno 870. inter utriusque Parentes contracta, accedente hinc inde Procerum conſenſu, de integro confirmata eſt. Vid. ſupr. l. c. p. 61. Enimverò, & hæc non multo poſt innovata fuit, quandoquidem, in nihilum redigendis, *Gotzleni* Abbatis, & *Chuonradi* Comitis machinationibus, (qui duo Viri maximæ apud Occidentales Francos auctoritatis, ac factioſi, ipſum Galliæ Regnum, *Ludovico Germanico* tradere conabantur;) Procerum conſilio, *Ludovicus Balbus* portionem ſuam *Lotharingiæ*, *Carolo* Parenti, an. 870. aſſertam, ſolenni pacto, laudato *Ludovico Germanico*, ceſſerat; qua de re ita *Annales Bertiniani* ad an. 880. *Audientes autem Hugo, ac Boſo, & Theodoricus, & illorum ſocii, quæ Gotzlenus, & Chuonradus, cum illorum complicibus, machinabantur, miſerunt Vultarium, Epiſcopum Aurelianenſem, & Gotramnum, & Anſcherum, Comites, ad Ludovicum*, (Germanicum) *apud Virdunum, ut ei offerrent partem de Regno Lotharii Junioris, quam Carolus*, (Calvus) *contra fratrem ſuum Ludovicum* (Germanicum ſeniorem) *ipſius Ludovici* (Germanici Junioris) *Patrem, acceperat; ut, accepta illa portione Regni, in Regnum ſuum rediret, &, quod reliquum de Regno Patris ſui, Caroli* (Calvi) *Ludovicus* (Balbus) *habuit, Filiis ſuis conſentiret. Ludovicus vero* (Germanicus Junior) *& ſui, acceptam habentes talem oblationem, cum dedecore Gotzlenum, & Chuonradum, ac complices illorum, rejecerunt, &, accepta Regni portione ſibi oblata, ad Palatium ſuum Francon ſurd rediit &c.* Conſ. *Annal. Franc. Pithœani*, an. eod. pag. 102. *Hludowicus, Natale Domini celebravit in Franconofurt, poſtea in Galliam profectus, filios Hludowici* (Balbi, Ludovicum, Carolomannum, & Carolum Simplicem ad ſe venientes, ſuſcepit, *totumque Regnum Hlutharii ſuæ ditioni ſubjugavit &c.* Annalibus Francorum *Fuldenſibus*, an. eod. eadem repetentibus. Hacque ratione *totius Lotharingiæ* compos factus eſt *Ludovicus* Germanicus *Junior, Senioris* filius, *Pii* nepos. Hinc ſupplenda, quæ lib. V. *Aimoini*, de *Geſtis Francorum*, Cap. 40. anno 880. pag. m. 505. traduntur.

(8) *Ludovico Germanico Juniore*, An. 882. vivis erepto, accrevit *Lotharingia* ipſius fratri, *Carolo Craſſo* Imp. Vid. Vita ejus, præc. Tit. V. v. 4. ad an 882. pag. 467.

(9) Varios autem motus ciebat *Lotharii Junioris*, præfati, & *Waldradæ*, pellicis filius *Hugo*, armata manu, & affinis ſui, *Godefridi, Normannorum* Regis auxilio, *Lotharingiam*, Paternam veluti hereditatem, invadendo, cui, ut *Regino*, ad an. 883. loquitur, *nonnulli ex Primoribus Regni, vana ſpe ſeducti, manibus datis, accedunt, videlicet: Stephanus, Rotbertus, Witbertus, Thietbaldus, Comites; Albericus & frater ejus, Stephanus; tantaque rapina & violentia ab his in Regno fit, ut inter horum & Normannorum malitiam, nil differret, præter quod à cædibus & incendiis abſtinerent &c.* Conſ. *Theodoricus*, Abbas *S. Trudonis*, in Vita *S. Rumoldi*, Dublinenſis Epiſcopi, cap. V. apud *Surium*, 1. Julii, pag. m. 25. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an 882. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. pag. 213. & ad an. 886. pag. 217. Quem exitum *Hugo*, an. 886. oculis privatus, & in Monaſterium protruſus, habuerit, dictum præc. Tit. V. in Vita *Lotharii* Imp. v. 3. pag. 453.

(10) *Arnolphus, Caroli Craſſi*, ex fratre, *Carolomanno*, nepos ſimulque in Regno Germaniæ ſucceſſor, gravia cum Normannis bella in *Lotharingia* gerere cogebatur; de quibus hæc *Regino*, ad an. 891. pag. 67. *Normanni, duobus continuis præliis in Britannia graviter attriti, in Regnum Lotharii Claſſem transferunt, & caſtra metati prædas exercent, contra quos Arnolphus Rex Exercitum dirigit, jubetque ſuper Moſam tentoria figere &c.* Reportantibus autem Victoriam *Normannis*, eodem teſte l. c. de præficiendo *Lotharingis* Rege proprio cogitans Cæſar, proponebat, an. 894. in *Wormatienſibus* Comitiis, naturalem ſuum filium, *Zundeboldum*, quem quidem Ordines tunc reprobabant, ſequenti anno vero, hilares amplectebantur.

(11) ZUNDEBOLDUS, Rex. RAGNERUS, Dux. Fidem dictis faciunt, quæ præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 894. & 895. p. 87. in medium protuli. Graviter offenderat *Zundeboldus* Regni Proceres, ex quo an. 897. *Stephanum, Odocarum, Gerhardum*, & *Matfridum*, Comites, Annoque 898. ipſum RAGNERUM DUCEM, cujus conſiliis ſecretius utebatur, Aula ignominosè ejectum, hereditatibus pariter ac honoribus

ribus ſpoliavit. *Anno Dominicæ Incarnationis* 897. *Stephanus, Odocar, Gerhardus, & Matfridus, Comites, honores & dignitates, quas à Rege acceperant, perdunt. ZUNDIBOLCH, Treveris cum Exercitu veniens, Terram, quam præfati tenuerant, inter ſuos dividit, Monaſterium ad HORREA, & Monaſterium S. PETRI, quod METTIS ſitum eſt, ſibi reſervans.* Sunt verba *Reginonis* h. a. pag. 70. qui ad an. 898. pergit: *ZUNDIBOLCH REGINARIUM DUCEM ſibi fidiſſimum, & unicum Conſiliarium, neſcio cujus inſtinctu, a ſe repulit, & honoribus, hæreditatibus, quas in ſuo Regno habebat, interdictis, eum extra Regnum, infra XIV. dies, ſecedere juſſit. Ille, adjuncto ſibi ODOCRO Comite, & quibusdam aliis, cum mulieribus, parvulis, & omni ſupellectile, in quendam tutiſſimum locum, qui DURFOS dicitur, ibique ſe communivit. Quod cum Rex cognoviſſet, coadunato Exercitu Caſtrum expugnare conatus eſt, ſed minimè prævaluit, propter paludes, & multiplices refuſiones, quas in prædicto loco Moſa fluvius facit. Rege ab obſidione recedente, præfati Comites* CAROLUM (Simplicem, R. Gall. Ludovici Balbi filium) *adeunt, & Eum cum Exercitu in Regnum introducunt. ZUNDIBOLCH, quamvis ſerò, intelligens ſe circumventum, cum paucis fuga dilabitur.* CAROLUS *recto itinere* AQUAS *venit, deinde* NEUMAGUM *perrexit. Interea ZUNDIBOLCH ad FRANCONEM Epiſcopum* (Leodienſium) *venit, & omnibus ſuis ſecum adſumptis, Moſam tranſiit, & ad Forichmagas venit, ubi omnes Proceres* Regni, *qui in illis partibus erant, ad Eum confluxerunt. Et ex deſperatis itaque rebus vires ſe recepiſſe congaudens, reſumpta fiducia, contra æmulum, ad pugnam proficiſcitur; Carolus, Neumago receſſus, Prumiam venit, & inde adverſus ZUNDIBOLCH copias transfert: ſed appropinquantibus ex utraque parte Exercitibus, nequaquam pugna committitur, ſed, intercurrentibus Legatis, Pax firmatur, Sacramenta jurantur,* CAROLUS, *transvadata Moſa, in ſuum Regnum regreditur &c:* Conf. *Annal. Metenſes* an. eod. unde ſua Dn. *Ludewig, Hiſt. Conradi I.* Cap. 3. §. 6. lit p. pag. 39. Liberata ſic a Gallis *Lotharingia, Anno Dominicæ Incarnationis* 899. *ZUNDIBOLCH Colloquium habuit cum Optimatibus* ARNOLPHI, *&* CAROLI *& Suis, apud S.* GOAREM; eoque finito. *denuò, cum Exercitu, ad DURFOS venit, multitudinem totis viribus expugnare molitur; ſed cum minimè conatus ejus proficeret, Epiſcopos jubet, ut* REGINARIUM, *&* ODACRUM, *& ſocios eorum, anathematizarent; ſed, cum illi anathematis ſententiam proferre recuſarent, minis, exprobationibus, & contumeliis utitur, & ſic, ſoluta obſidione, unusquisque ad propria redit &c.* Hæc iterum *Regino* ad h. a. p. 71. Reſtauratum hoc obſidium inexpiabile comitabatur odium, quo Lotharingiæ Proceres *Zuendeboldum* habere cœperunt, cujusque *Regino* l. c. ad ann. 900. hiſce meminit: *Inter Zuendipoldum, & Proceres Regni, inexpiabilis oritur diſſenſio, propter aſſiduas deprædationes, & rapinas, quæ in Regno fiebant, & quia cum mulieribus, & ignobilioribus, Regni negotia diſponens, honeſtiores & Nobiliores quoque deſpiciebat, & honoribus & dignitatibus expoliabat. Pro hujuscemodi cauſa, omnibus odioſus efficitur. Certatim igitur ad LUDOVICUM* (Germaniæ Regem, Arnolphi, interea defuncti, filium) *tranſeunt, Eumque in Regnum introducunt, & in THEODONIS VILLA manibus datis, Ejus Dominationi ſe ſubjiciunt. LUDOVICO trans Rhenum eunte, ZUENDIPOL, coadunatis* (copiis) *quascunque potuit, Civitates Regni circuit, incendiis ac rapinis cuncta devaſtat, arbitratus, defectores, qui propter ejus inſolentiam & immanem malitiam ab eo defecerant, immaniora & pejora faciens, ad ſe revocare poſſe. LUDOVICUS in Regnum rurſus accerſitur, & à Comitibus Stephano, Gerhardo, & Matfrido, circa Moſam idem ZUENDIPOL, in prælio, interficitur, Idibus Auguſti. &c.* Talis erat *ZUENDEBOLDO* exitus. Conf. *Hermannus Contractus*, ad ann. 900. pag. m. 310. Perperam hinc Auctor *Chronici Vizeliacenſis*, apud *Labbeum* Tom. I. pag. 395. refert ejus obitum, ad annum 899. nec rectius proferunt hoc titulo, *Otto Friſingenſ.* lib. VI. *Chron.* cap. XIV. pag. m. 125. *Godfridus Viterbienſ.* in Vita *Ludovici IV.* pag. 470. *Hugo Flaviniacenſis, Chron. Virdunenſ.* apud *Labbeum* l. c. pag. 124. & Auctor *Chronici Leodienſis*, apud eundem l. c. pag. 336. Annum 901. *Sigebertus Gemblacenſis* pag. 574. *Chronographus Saxo*, pag. 148. & *Albericus, Monachus trium fontium*, pag. 242. adhuc minus rectè, ponunt Annum 903.

Uxor Ejus fuit ODA, *Ottonis* Aquitaniæ Comitis, filia, de qua *Regino* ad ann. 897. pag. m. 70. *Poſt hæc, Patrem* (Arnolphum) *ſuper Uxore, quam accipere deſyderabat, per Legatos conſulit, cujus hortatu, ad OTTONEM Comitem Miſſum dirigit, ejus filiam, nomine ODAM, in conjugium expoſcit. Ille petitionibus ejus graviter aſſenſum præbuit, eique filiam tradidit, quam, poſt Paſcha celebratis nuptiis, ſibi in matrimonium ſociavit &c.* nupta poſtmodum præfato Comiti *Gerhardo*, vid. Idem, ad an. 900. pag. 71. GERHARDUS *Comes* ODAM, *Uxorem ejusdem ZUENDIPOL Regis, ſibi in matrimonium copulat &c.* Conf. Dn. *Tolnerus, Hiſt. Palat.* Cap. V. *Tab. Geneal.* 3. ad pag. 162. Ampl. Dn. *Ludwig*, de *Germania, ſub Conrado I.* cap. I. §. 5. lit. z. pag. 13. *Meibomius*, in Notis ad *Witichindi Annales*, *T. I. Rer. German.* pag. 674. confundit hunc *Gerhardum*, cum *Gebehardo*, *Conradi I.* Regis German. Patruo.

(11) Summoto igitur *Zuendeboldo*, rediit *Lotharingia* ad **Ludovicum IV.** Germaniæ Regem, proximumque ejus Agnatum; à quo RAGNERUM *Ducem*, quem arcanorum *Zuendeboldi* arbitrum fuiſſe cenſeo, nequaquam *Ducem*, quales poſtea Provinciæ præfuerint, (Vid. *Broweri Annal. Fuldenſ.* T. I. lib. IX. pag. 445. & 446.) priſtinos honores recuperaſſe non legò; benè tamen, quod partium *Caroli Simplicis*, Galliarum Regis, fidiſſimus tutor evaſerit, magno honore ab eo auctus, de quo *Conradus Urſperg.* in vita *Henrici Aucupis*, pag. m. 152. & 153. *Hac tempeſtate Regenherus, Vir Nobilis, partium Caroli fidiſſimus tutor, finem vitæ accepit, cujus exequiis Carolus interfuit; hisque peractis, Giſilberto, Ejus filio, jam adulto, paternum honorem, coram Principibus, qui confluxerant, liberaliſſimè contulit &c.* Multo minus vera ſunt, quæ *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Coſmodramii*, Cap. 46. p. m. 246. tradit: *Regnum Lotharingiæ, per Lodewicum* Regem, *redactum eſt in* DUCATUM, *qui commiſſus eſt* GEBEHARDO; de quo *Ducatu* altum apud veteres ſilentium. Litis *Herbipolenſium* Comitum, cum *Lotharingis*, meminit *Reginio* ad an. 905. pag. 72. *Cunradus Comes, filium ſuum Cunradum miſit cum armatorum non modica manu, ut irruerent ſuper Gerhardum, & fratrem ejus, Matfridum, eò quod honores ſuos, & Gebelhardi fratris ejus, videlicet poſſeſſionem S. Maximini, & S. Mariæ ad Horrea, violenter invaſiſſent; quibus Exercitus ex Regno Lotharii ſociatus eſt. Pervenerant autem usque in Pagum Bleſiacum, rapinis & incendiis hæreditatem & poſſeſſionem ſupra dictorum fratrum, ac ſatellitum eorum, depapulantes. Porrò, Gerhardus & Matfridus à Caſtro, in quo ſe munierant, Legationem mittentes, pacem petierunt; qua conceſſa, datis ex utraque parte Sacramentis, usque in octava Paſchæ, Exercitus ad propria diſceſſit &c.* &, interjectis nonnullis: *Compoſitis in Orientali Francia rebus, Rex Mediomatricum venit, ibique, in Publica Conventu, Gerhardum atque Matfridum praſcriptione damnavit &c.* A *Ludovici* tamen exceſſu, qui anno 911. vel 912. contigit, *Lotharingia* Reges habere deſiit, & *Ducibus* parere cœpit, inclareſcente hoc titulo præfati *Ragneri* filio, *Giſelberto*, quanquam ſupremum jus, Dominiumque ſemper ex *Germaniæ Regibus* penderat, in tantum, ut nullatenus *Giſelberto* licuerit propria auctoritate *Conrado* Regi, *Ludovici* ſucceſſori, Provinciam eripere, & transferre alio rſum. Vid. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 59. pag. 41.

(12) GISELBERTUS, Dux.

(1) Varia dantur huic Principi nomina. *Witichindo* Corbejenſi, lib. I. pag. m. 637. Auctori *rerum præclare geſtarum Imperatorum ab Henrico Aucupe, usq; ad Henricum V.* apud Dn. de *Leibnitz T. I. Rer. Brunſuic.* pag. 707. & in *Antiquitatibus Brunſuicenſibus Maderi*, pag. 137. *Hermanno Contracto*, ad an. 939. apud *Urſtiſium*, pag. 313. *Chronographo Saxoni*, ad Ann. 940. pag. 157. & An. 941. pag. 158. *Alberto Stadenſi*, ad An. 939. pag. m. 104. *Gobelino Perſonæ*, ætat. VI. *Coſmodrom.* Cap. 46. p. m. 246. &c. vocatur *Giſelbertus. Luitprandus* lib. 2. *Hiſt.* c. 7 p. m. 105. *Ditmarus* lib. 2. pag. m. 23. *Lambertus Aſchaffenb.* ad An. 938. p. m. 156. *Otto Friſingenſ.* lib. VI. *Chron.* Cap. XIX. p. 127. & *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Henrici I.* pag 152. & 153. legunt *Giſilbertus. Reginonis Continuatori* ad an. 929. p. m. 75. & ad an. 938 p. 76. eſt: *Giſalbertus. Hepidannus* ad an. 939. apud *Goldaſtum*, T. I. Part. I. *Rer. Alaman.* habet: *Kiſalbertus*; & *Ekkehardus Junior*, de *Caſibus S. Galli*, Cap. V. ibid. pag. 29. *Kiſilbertus.* In *Necrologia Fuldenſi* ad an. 938. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 763. ſcribitur: *Giſalbracht*; & in *Chronica Quedlinburgenſi*, ibid. T. 2. p. 279. ad Ann. 939. *Giſilbrachtus*, & mox, *Giſilbrecht*; Auctor Vitæ *S. Gerardi*, Abbatis Bronienſis, Cap XV. apud *Surium*, 3. Octobr. pag. m. 24 *Frodoardus*, ad an. 920. p. m. 111. & Ann. 924. p. 121. & 122. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad An. 938. 939. 941. 942. & 943. pag. m. 580. Auctor *Vitæ Johannis Gorziæ* Abbatis, apud *Labbeum T. I. Biblioth. MS.* p. 768. Auctor *Chronici Leodienſis*, ad an. 938. ibid. pag. 336. *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 938. p. 275. an. 940. p. 276. an. 941. p. 278. ann. 943. p. 179. aliique, nuncupant eum *Giſlebertum.* A Moniali *Hroſwitha*, de *Geſtis Ottonum*, apud *Meibomium T. I. Rer. German.* pag. 715. audit *Giſvertus*; & p. 716. *Giſbertus. Mariano Scoto*, ad an. 939. pag. m. 447. & *Hugoni Flavinia cenſi, Chron. Virdunenſ.* ap. *Labbeum* l c. pag. 124. celebratur *Gilbertus.* Apud *Luitprandum* lib. IV. Cap. IX. p. 133. occurrit *Gilibertus*; & Cap X. & XI. p. 134. nec non XVI. pag. 138. *Gilebertus. Conradus Botho*, in *Chronica Picturata Brunſuic.* ad ann. 940. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 308. eum appellat *Gyſelbrecht*; ut de aliis taceam.

(2) In diplomate, quod *Ragneri* nomen præ ſe fert, datum quaſi an. 913. apud *Baronium*, Tom. X. *Annal.* an. cit. p. 667. cujusque ab initio hujus Catalogi, §. 1. memini, conſtituitur filius laudati *Ragneri Ducis* & *Ermingardæ.* Idem tradit *Conradus Urſpergenſis* l. c. verbis præced. §. 11. prolatis, nec non *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag 66. annectendo, *Ermingardam* hanc fuiſſe *Lotharii I.*

Digitized by Google

rii I. Imp. filiam; quamvis hac ratione *Giſalbertum*, Aquitaniæ Ducem, cum *Giſelberto* noſtro confundat; Vid. Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* Cap. V. pag. 162. *Tab. Geneal.* 2. Dn. *Meibomius*, ad lib. I. *Witichindi*, p. 679. imponit Ejus Matri, *Aluradæ* nomen, ibi: *Giſelbertus* ---- *Patrem habuit Regnerum, Comitem Montenſem, & Matrem Aluradam &c.* De Patre conſentit quoque *Bruſchius*, de *Monaſteriis German.* in deſcriptione Cœnobii *S. Willibrordi Epternacenſis*, p. m. 514. *Reinerus, Lotharingiæ Comes & Abbas, præfuit XIX. Annis, ſub Zuendiboldo, & Carolo, Ludovici Balbi filio, Regibus, ad annum usque 915. magnus Monaſterii ſui auctor, & illuſtrator* ---- *Giſilbertus, Lotharingiæ Dux, filius Reineri, ſucceſſit Patri in regimine hujus loci, ſub nomine Abbatis, qui tandem Imperatoris Othonis ſororius factus, in eundem ſeditioſus, petiit apud Andernacum, cum equo, in Rheno &c.* Hinc ſua Dn. *Tolnerus* l. c. Cap. VIII. p. 205. lit. F. Minimum Parentem Ejus fuiſſe Principem magni nominis, ex *Witichindo* diſcimus, qui l. c. pag. 637. memor *Chriſtiani* cujusdam proditoris, ait: *Vocavit ad ſe Giſelbertum, cui Principatus Regionis, paterna ſucceſſione ceſſit, cepitque eum arte, & ſub cuſtodia, Regi Henrico tranſmiſit &c.* Quæ *Conradus Urſpergenſis* l. c. pag. 152. repetit.

(3) Nuptias celebravit Anno 929. cum *Gerberga*, *Henrici Aucupis*, Germaniarum Regis, filia; quæ, ab ipſius exceſſu, *Ludovici*, Galliarum Regis, torum conſcendit. Vid. *Witichindus* l. c. lib. I. p. m. 637. & 638. verbis, ſeq. v. 13. exprimendis; & lib. 2. p. 648. facta mentione rebellionis ejus adverſus *Ottonem Magnum*, affirmat: *Giſelbertus autem fugiens navem cum pluribus aſcendit, quæ onere prægravata ſuccumbens mergitur, ipſeque Dux cum cæteris merſus, nunquam eſt inventus. Rex autem, audita victoria ſuorum militum, ac morte Ducum, gratias egit Omnipotenti Deo, cujus ſæpius auxilium expertus eſt opportunum; præficiensque Regioni Lothariorum Oddonem, Ricwini filium, & ut nutriret nepotem ſuum*, (ex ſorore Gerbergâ) *filium Giſelberti, optimæ ſpei puerulum, nomine Henricum, reverſus eſt in Saxoniam. Mater autem Pueri copulata eſt conjugio Lothowico Regi*, (Galliæ) *& Henricus, frater Regis, diſcedens à Lothariis, ſeceſſit in Regionem Karoli &c.* Nuptias priores celebratas eſſe anno 929. teſtatur *Reginonis Continuator* ad h. a. pag. 75. cujus verba præced. Tit. V. in Vita *Henrici Aucupis* v. 3. p. 484. exhibui. Deſponſalibus, intelligendi *Sigebertus Gemblacenſis* ad Ann. 917. pag. m. 578. & *Albericus* an. eod p. 263. Errat Hiſtoriographus Gallus apud *Conradum Urſpergenſem* l. c. p. 153. nec non *Pithœum*, p. m. 216. & 217. *Giſelbertum* jam ante annum 922. *Henrici* Generum fuiſſe exiſtimans. Poſterius *Gerbergæ* matrimonium confirmant: Author *Geſtorum Imperatorum, ab Henrico Aucupe usque ad Henricum V.* in vita *Henrici Aucupis*, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* p. 707. & *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* p. 136. *Machtildis, genuit, ante Regni ſuſceptionem, Henrico Duci filiam, Gerburgham, quam dedit Giſelberto, Duci Belgicæ, & poſtea Ludovico Regi &c.* Et *Hugo Flaviniacenſis*, in *Chronico Virdunenſi*, ap. *Labbeum*, l. c. p. 128. *Relictam Ejus*, (Giſelberti) *Othonis Regis ſororem, Ludovicus accepit Uxorem &c.* reliquique præced. Tit. V. l. c. & p. 485. adducti.

(4) *Liberi* fuere:

(1) *Henricus*, de quo ſuo loco.

(2) *Wiltrudis* (al. *Gerberga*) an. 943. *Bertoldo*, Bojorum Duci, deſponſata, Vid. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad h. a. p. 581. *Filiam Giſleberti, neptem ſuam*, (ex ſorore) *Imperator Bertaldo, Duci Bajoariorum, deſpondet &c.*; Conf. *Conradus Urſpergenſ.* l. c. pag. 158. *Bertholdus, Bajoariorum Dux, Arnoldi Ducis frater, Vir ſtrenuus, toto conamine favebat Regis partibus. Volens itaque Rex, ut, quemadmodum tribulationis præteritæ, ita & lætitiæ præſentis fieret particeps: ſequenti ſtatim die, ut de morte adverſariorum* (Giſelberti & Eberhardi Ducum) *audivit, quanto erga ſe Dominus fecerit, directis Nunciis Ei aperuit; & cum conjugali connubio minime tenebatur, in augmentum lætitiæ, demandavit, ſub juramento, ut, ſi ſororem ſuam, ſcilicet Giſilberti viduam, poſſet habere, eam conjugio illi copularet: ſi verò hoc minus procederes, filiam ipſius Giſilberti, ex eadem ſorore ſua genitam, quam penes ſe habebat ferè jam nubilem, ei jungeret. Quo audito, Bertholdus immenſo eſt gaudio affectus, elegitque nondum nubilem potius filiam expectare, quam Matrem, quæ jam nupſerat, tollere &c.* Eadem habet *Albericus*, ad an. 944. p. 280. Nomen Principis exprimit *Hundius*, in deſcriptione Cœnobii *Bergen*, Tom. 2. *Metropolis*, pag. 147. *Monaſterium* (Bergen) *Monialium Ordinis S. Benedicti, intra Neuburg & Aichſtet oppida fundatum eſt à Domina Wiltruda, filia Giſalberti, Ducis Lotharingiæ, ex Gerbirga, Sorore Ottonis I. Imperatoris, vidua Berchtoldi, Ducis Bavariæ, fratris Arnoldi Mali, Anno Domini 976. &c* Conf. *Bruſchius*, de *Monaſteriis German.* voc. *Pergenum*, pag. m. 349. *Pergenium, vel Bergenſe, Berg, S. Crucis Cœnobium Monialium Benedictinæ profeſſionis, in Eiſtetenſi Epiſcopatu, & Præfectura Heertzbrugk, --- fundatum legitur anno Domini 976. --- ab Illuſtriſſima Principe ac Domina, Domina Williltrude,*

Ber-

Digitized by Google

Bertholdi, ultimi Bavarorum Ducis, honeſtiſſima conjuge &c. Eadem repetit *Gewoldus*, in *Addit.* ad dictum locum *Hundii*, pag. 147. Conf. *Bucelin, German. Sacra*, Part. 2. voc. *Bergen*, pag. 13. Aſt, *Hemmingeſius* l. c. pag. 66. vocat eam *Gerbergam*, Matris nomine, Conf. *Bucelini Notitia German. Genealog.* pag. 47. *Hemmingeſius* l. c. præter alios liberos, vindicat quoque ei filiam, *Luitgardam, Ottonis*, Burgundiæ Ducis, conjugem; verum, confunditur hac ratione *Giſelbertus* Burgundus, cum noſtro; ita ſanè *Odoranni Chronicon* ad ann. 956. apud *Pithœum*, pag. 215. *Obiit Hugo Dux Magnus, & filius ejus, Hugo, Ducatum ſuſcepit. Et Giſlebertus, Comes Burgundionum, obiit, & honorem ejus, cum filia, nomine Leudegarde, ex qua poſtea à Rodulfo Divionenſe Pipicus factus eſt, Otto, frater Hugonis Ducis, recepit &c.* Conf. *Albericus*, ad an. 958. pag. m. 291. *Hugo Magnus, Francorum Dux, moritur, qui dicebatur Capito ſive Cappatus; Iſte, de Hawide ſorore Imperatoris, tres habuit filios, Ducem Hugonem in Francia, qui poſtmodum Regnum obtinuit, & alios duos, Ottonem & Henricum; Otto factus eſt Dux Burgundiæ, & habuit Uxorem filiam Giſleberti, qui, poſt primum Hugonem Capito, Fratrem Rodulphi Regis, Ducatum Burgundiæ tenuit &c.* Add. præced. Tit. 2. pag. 243.

(5) *Lotharingiæ* Principatum Eum tenuiſſe, pro certo habeo, licet à *Luitprando* lib. IV. cap. X. p. 134. præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 7. pag. 942. *Ditmaro*, lib. 2. pag. m. 23. ſeq. v. 16. *Conrado Urſpergenſi*, in vita *Ottonis I.* pag. 156. ib. aliisque ſaltem COMES vocetur. Ab obitu *Ludovici IV.* Germaniæ Regis, quem an. 911. vel 912. mortuum, in ipſius vita; præced. Tit. V. pag. 477. probavi, oriebatur ſtatim controverſia, circa ſucceſſionem in *Lotharingiam*, inter *Conradum*, à *Germaniæ* Regni Proceribus, *Ludovico* ſurrogatum, atque *Carolum Simplicem*, Galliæ Regem, ex ejusdem Agnatis ſuperſtitem. Pro meliore *Conradi* cauſa ſtabant Pacta conventa, Diviſiones hæreditatis, ceſſiones publicæ, quibus *Lotharingia*, An. 870. 876. 877. 878. 880. & 900. ſolemniter, ut jam deduxi, *Germaniæ Regno* acceſſerat; CAROLO ad ſanguinis jus provocante. Qua rerum facie, armata manu Provinciam obruente *Carolo*, obducebat eidem *Conradus* Exercitum, vel *Chronico Monaſterii S. Galli* teſte apud *Du Chêne*, Tom. 3. *Script. Franc.* pag. 470. ad an. 912. *Conradus Monaſterium S. Galli adiit, & illic regaliter ſuſceptus eſt. Ipſo anno Francos, qui dicuntur Lotharingi, hoſtiliter invaſit*; & ad an. 913. *Conradus, cum Exercitu, Regnum Lotharingicum ingreſſus eſt &c.* Eadem verba Illuſtri *Obrechto*, Cap. VII. *Prodromi Voluminis I. Rerum Alſaticarum*, pag. 113. & 114 Dn. *Eccardo*, de *Rebus geſtis Seculorum IX. & X.* in vita *Conradi I.* p. 230. & Dn. *Schurtzfleiſchio*, Diſp. de *Regno Auſtraſiæ*, Cap. 2. § XX. pag. 62. in hoc argumentum, proferentibus. Favebat CAROLO Germaniæ Procerum mutabilitas, qua CONRADUM averſabantur, quem unanimi voto brevi anteà elegerant; memor horum *Luitprandus* lib. 2. Cap. 7. pag. 105. ait; *Sub quo* (Conrado) *Potentiſſimi Principes*, ARNOLDUS *in Bajoaria*, BURCARDUS *in Suevia*, EVERHARDUS *Comes Potentiſſimus in Francia, Giſilbertus, Dux in Lotharingia, erant; quos inter* HENRICUS, *Saxonum & Thuringorum Dux præpotens, clarebat. Secundo itaque Regni hujus ſuſceptionis anno, memorati Principes Huic,* (Conrado) *præſertim* HENRICUS, *rebelles extiterant &c.* *Sigeberto Gemblacenſi*, ad an. 914. pag. 576. cujus verba præced. Catal. *Ducum Turingiæ*, in Vita *Henrici Aucupis*, pag. 215. extant; *Conrado Urſpergenſi*, in Vita *Conradi*, pag m. 144. *Chronographo Saxone*, an. 914. pag. 150. *Alberico, Monacho trium fontium*; anno eod. pag. 253. *Alberto Stadenſi*, an. 913. pag. 98 aliisque idem docentibus. Id negotii facesſebat civile hoc bellum CONRADO, ut CAROLUS, pro arbitratu ſuo cuncta ferè in *Lotharingia* diſponens, in Inſtrumentis publicis, ab Anno MCCCCXI. *Largiorem ſe hæreditatem indeptum*, inde ſit gloriatus; documento eſt Præceptum ejus, *de erectione & dotatione Eccleſiæ S. Walpurgis, apud Attiniacum*, de an. 916. apud *Mabillonium*, lib. VI. de *Re Diplomatica*, §. CXXV. pag. 560. cui talis ſubſcriptio: *Datum VII. Idus Junii, Indictione IV. Anno XXIV. Regnante* KAROLO, *Rege Glorioſiſſimo, redintegrante XVIIII largiori vero hereditate indepta, IV. Actum Attiniaco Palatio, in Dei nomine feliciter &c.* ut & diploma, pro *Inſtauratione Abbatiæ Compendienſis*, de an. 917. ibid. §. CXXVI. pag. 561. *Datum VII. Kal. Auguſti, Indictione V. Anno XXV. regnante* KAROLO, *Rege Glorioſiſſimo, redintegrante XX. largiore vero hereditate indepta, VI. Actum Aquisgrani Palatio, in Dei nomine feliciter &c.* Rurſus aliud, ejusdem anni, quo *Pontigonis donationem Compendienſi Eccleſiæ, à Frederuna Regina factam, confirmat*, ib. § CXXVIII. p. 563. *Datum VII. Kal. Auguſti, Indictione V. anno XXV. regnante Karolo, Rege Glorioſiſſimo, redintegrante XX. largiori vero hereditate indepta, VI. Actum Aquisgrani Palatii in Dei nomine feliciter &c.* & Præceptum de Anno 919. de *Conditione ac dotatione Capellæ S. Clementis, apud Compendium*, ibid. §. CXXIX. p. 564. *Datum VII.*

Ka-

Digitized by Google

Kalend — Indictione VII. Anno XXVI regnante Karolo, Rege Glorioſiſſimo, redintegrante XXI. largiori vero hereditate indepta, VII. Actum Lauduni Caſtro, in Dei nomine feliciter &c. Neſcio itaque, an ſubſcriptio ejuſdem Diplomatis, de An. 917. apud *Chriſtophorum Browerum*, lib. IX. *Annal. Trevirenſ.* pag. 446. *data die Auguſti Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXVII. Indictione V. Anno* redintegrante) *XXI. largiore vero hereditate indepta II.* vitio careat, ut Ill. Dn. *Obrechto* l. c. p. 114. videtur; & an non potius legendum ſit: *largiore vero hæredite indepta VI.* Nec adſtipulatur poſteriori ſententiæ *Sigebertus Gemblacenſis*, ſcribens ad An. 916. pag. 576. *Carolus, Rex Francorum, Regnum Lotharingiæ recepit &c.* verba totidem repetente *Alberico*, an. eod. p. 254. cum nemo ignoret, ſæpius Principes ſibi titulos arrogare Provinciarum, quas alii poſſident; ut adeò Diplomata, de prætenſo *Caroli* jure in *Lotharingiam*, ſint intelligenda; & *Sigebertus*, de reali ejus occupatione, ſeu uſurpatione; Conf. *Conringius* de *Finibus Imperii*, lib. I. Cap. VI. §. 4. p. 24. & 25.

(6) Omninò *Carolum* pro *Lotharingiæ Domino* ſe geſſiſſe, diſponendisque rebus, ſacris pariter ac profanis, impendiſſe curam, ex *Johannis de Chapeauville* Tomo I *Rerum Leodienſium*, Cap. 40. didicimus; ſed quid inde præjudicii *Conrado*? ejusve Succeſſoribus, Germaniæ Regibus? Deſierat jam ab Anno 843 *Juris Francici* eſſe *Germania*; Annoque 870. diviſa fuit *Lotharingia*, in *Procaſpide*, inter *Ludovicum I.* Germaniæ, & *Carolum Calvum* Galliæ, Reges, fratres Germanos, partibus æquis, in tantum, ut neuter poſthac in alterius portionem quid juris prætendere poſſet; *Ludovici II. Primi* filio, Germaniæ, & *Ludovico Balbo*, *Caroli Calvi* filio, Galliæ, Regibus, anno 878. *Furoni*, cuncta habentibus rata; donec, biennio poſt, *Ludovici Balbi*, adeoque Gallica portio, pleno jure, Ordinumque *Lotharingiæ* conſenſu accedente, iidem in dictum *Ludovicum II.* Germaniæ Regem transferretur. Quo defuncto, tota Provincia, anno 882. *Carolo Craſſo*, qua *Germaniæ* Regi, obvenit, eoque exauctorato & mortuo, anno 888. Succeſſori Ejus, *Arnolpho*, qui viciſſim, anno 895. *Zundeboldum* filium inde creabat Regem an. licet 900. Regimine iterum exutum, *Ludovico IV.* Germaniæ Regi, concordibus Ordinum ſuffragiis, oblato. Quæ omnia ſuperius latius deducta. Dic, quæſo, quale hinc, poſt fata *Ludovici*, *Carolo*, Galliarum Regi, ſucceſſionis jus? præſertim in *univerſam Lotharingiam*? cujus potiorem partem dudum jam *Germanici* Regni acceſſionem factam omnes fatentur. Si valida fuit *Conradi* electio ad Germaniæ Regnum, excludendo ſimul *Carolo* erit cenſenda efficax. Aſt fuit valida, utpote Germaniæ Populorum unanimi voluntate ſuffulta, & juſtior longè translatione Occidentalis Franciæ in *Hugonem Capetum*, *Ludovici Ignavi* Regis Patruo, *Carolo*, Lotharingiæ Duce, adhuc ſuperſtite. Quid itaque cauſæ Gallis, fictæ hæreditatis vocabulo, invadendæ vel uſurpandæ *Lotharingiæ*, Germanorum Regno, tot titulis publicis jam aſſertæ? Vid. Dn. *Obrecht* l. c. pag. 101. &c. Dn. *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 65. p. 48. & § 66. p. 49.

(7) Hæc erat rerum facies, ad annum usque 920. quo *penè omnes Franciæ Comites Regem ſuum, Karolum, apud Urbem Sueſſionem, quia Haganonem, Conſiliarium ſuum, quem de mediocribus Potentem fecerat, dimittere nolebat, reliquerunt.* Sunt verba *Frodoardi*, ad h. a. apud *Pithœum* p. m. 110. Conf. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad An. 920. p. 577. *Robertus Dux, frater Odonis Regis, appetens Regnum Francorum, contra Carolum, inquietabat Franciam, ejusque inſtinctu, omnes penè Primores Franciæ adverſabantur Carolo &c.* *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Henrici*, p. m. 151. verbis, mox v. 8. proferendis; *Chronicon Andegavenſe*, apud *Labbeum*, T. I. *Biblioth.* MS. p. 285 ad An. 921. *Rotbertus, Dux Franciæ, unctus in Regem à Galterio, Senonum ArchiEpiſcopo &c.* Et *Albericus*, *Monachus trium fontium*, an. eod. p. 256. *Robertus, Dux, frater Odonis, quondam Regis Franciæ, appetens Regnum Francorum, contra Karolum Simplicem, inquietabat Regnum Francorum, ejusque inſtinctu, omnes penè Primores Franciæ adverſabantur Karolo &c.* Gallorum exemplum ſecuti *Lotharingi*, & ipſi jugo tunc *Caroli* ſe ſubducentes, *Frodoardo* teſte l. c. p. 111. qui, facta mentione contentionis, ob *Tungrenſem* Epiſcopatum, inter *Richarium* Abbatem, cui *Carolus* Rex eum dederat, & *Hilduinum*, à Clero & Populo electum, ait: *Hermannus vero ArchiEpiſcopus Hilduinum ibi Epiſcopum, eligente Clero ac Populo, favente nec non Gisleberto, quem plurimi Lotharienſes Principem, relicto Karolo Rege, delegerant, ordinavit &c.* nec non *Hugone Flaviniacenſi*, *Chron. Virdunenſ.* apud *Labbeum* l. c. pag. 124. ad An. 920. *Inter Hilduinum Epiſcopum, & Richarium Abbatem, de Epiſcopatu Tungrenſi, habita eſt contentio, ſiquidem Rex illum Epiſcopatum Richario dedit, quia Hilduinus, cui illud prius dederat, à ſe deſcivit. Hermannus verò Colonienſis ArchiEpiſcopus, eligente Clero, & favente Populo, nec non & Gilberto, quem plerique Lotharienſes, relicto Carolo, Principem ordinaverant, Hilduinum ibi ordinavit Epiſcopum &c.* Ecce, *Giſelbertus* Dux, in locum *Caroli* Regis, à *plurimis* Lo-

Lotharienſibus, eligitur ſummus Princeps; quo reſpicere videtur *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, an. 920. apud Ill. Dn. de *Leibuitz* T. 3. *Rer. Brunſ.* p. 304. verb. *Alſo ſtarff Konigh Cunrad, unde wart in Francken begbraven, unde do wart Greve Gyſelbrecht eyn Hertoghe to Lotringhe &c.* Conf. *Browerus*, T. 1. *Annal. Trevir.* lib. IX. p. 446 *Baronius* T. X. *Annal.* ad An. 922. p. m. 681. Summum tamen *Giſelberti* Imperium breve admodum fuit, quandoquidem *Herivei*, Remorum Præſulis, opera, Gallis ad obſequia reverſis, *Lotharingi* quoque, eodem adhuc anno, priſtinos iterum Lares colebant; Vid. *Frodoardus* l. c. p. 110. *Heriveus autem, Remorum ArchiEpiſcopus, accipiens Regem*, (Carolum) *cum omnes Eum deſeruiſſent, duxit Eum ad hoſpicia ſua, in Villa, quæ dicitur Carcaſiria. In craſtinum verò venerunt in Cruſinacum, Remenſis Epiſcopii Villam, ibique manſerunt, donec Remis venirent. Sicque deduxit Eum, per ſeptem ferè menſes, usque quo illi ſuos Principes Eumque ſuo reſtitueret Regno &c.* & p. 111. *Karolus vero, reverſis ad ſe Lotharienſibus, & ipſo Gisleberto, Richario Abbati, non Hilduino Epiſcopo ipſum Epiſcopatum* (Tungrenſem) *conſentiebat &c.* Conf. *Hugo Flaviniacenſis* l. c. *Carolus ipſum Epiſcopatum etiam Lotharienſibus ad ſe reverſis, cum Gilberto Duce, Richario Abbati conſentit, quamobrem uterque Romam profectus eſt &c. Baronius*, Tom. X. *Annal.* ad An 922. p. m. 681. lit. E.

(8) Tempore horum motuum, abiit ad plures *Conradus*, Germaniæ Rex, cujus ſucceſſor, *Henricus Auceps*, in recuperandam *Lotharingiam* animum intendens, ad arma ſtatim progreditur. Audiamus *Frodoardum*, ad an. 920. p. 110 & 111. Erlebaldus (Caſtricenſis Pagi Comes) *profectus ad Regem*, (Carolum reſtitutum) *qui tunc morabatur in Pago Warmacenſi, ſedens contra Henricum, Principem Transrenenſem, ibi, ab hoſtibus ſibi Regis ſupervenientibus, interfectus eſt &c.* Ad annum 921. p. 112. pergit: *Karolus Rex in Regnum Lotharii abiit, receptisque per vim quibusdam Ricuini, infidelis ſui, præſidiis, & facta pactione usque ad Miſſam S. Martini, cum Heinrico, Principe Transrenenſi, reverſus eſt in montem Lauduni &c.* & paulo poſt: *Karolus iterum pacem cum Heinrico firmat.* Add. *Hugo Flaviniacenſis* l. c. pag. 124. ad An 921. *Habita eſt Synodus apud Troslegum, cui præſedit Herveus, Remorum ArchiEpiſcopus, ubi & Carolus interfuit, qui inde digreſſus in Regnum Lotharii abiit, & facta pactione cum Henrico, Principe Transrhenenſi, Laudunum rediit: poſtmodum verò pacem cum Eo firmavit &c.* Bis ergò, uno eodemque anno, *Henricus* Germaniæ, & *Carolus* Galliæ Reges, primo quidem de *induciis*, poſtea de *pace*, invicem egerunt; Vid. præc. Tit. 2. §. 8. lit. a. p. 62. & Tit. 5. in vita *Henrici Aucupis*, v. 4. ad an. 921. p. 488. *An 922. Karolus Regnum Lotharienſe, ob perſecutionem Gisleberti & Ottonis, rapinis, ſacrilegiis, atque incendiis, etiam in tempore Quadrageſimæ, ſicut & tota hyeme, vaſtat &c.* Hæc idem *Frodoardus* ad h. a. pag. 112. Conf. *Hugo Flaviniacenſis* l. c. ad An 922. *Regnum Lotharienſe, ob perſecutionem Gisleberti & Ottonis, rapinis, ſacrilegiis, incendiis, etiam tempore Quadrageſimæ, vaſtatur &c.* Addit *Frodoardus* l. c. p. 114. *Cum cotidie, copiis Roberti creſcentibus, decreſcerent Karoli, clam tandem ſecedens cum Haganone*, (Status Miniſtro) *trans Moſam proficiſcitur; Franci Rotbertum Seniorem eligunt, ipſique ſeſe committunt. Rotbertus itaque Rex Remis apud S. Remigium, ab Epiſcopis & Primatibus Regni, conſtituitur. Heriveus, Remorum ArchiEpiſcopus, obiit tertia die poſt conſecrationem Rotberti Regis, ſcilicet ſexto Nonas Julii &c.* Jung. *Odorannus*, anno eod. apud *Pithœum* pag. 215. *Robertus Princeps unctus in Regem &c.* Solemnibus peractis, (continuante narrationem *Frodoardo* l. c. p. 115) *Robertus filium ſuum, Hugonem, in Regnum Lotharii mittit, cum aliquo Francorum agmine, propter Capræmontem, Gisleberti Caſtrum, obſidione liberandum, quod Karolus premebat obſeſſum. Quo comperto, Karolus obſidionem relinquit, & Hugo, acceptis obſidibus à quibusdam Lotharienſibus, ad Patrem remeavit &c.* conſentiente *Hugone Flaviniac.* l. c. Quomodo *Henricus*, Germaniæ Rex, erga novum Regem *Robertum*, ſe geſſerit, ſuppeditat *Chronicon Laureshamenſe Freheri*, T. 1. *Rerum German.* pag. 69. *Hic* (Henricus) *contra Rupertum, Regem Gallicanæ Franciæ, prœliis multis, terminos Regni Lotharici, ſicut hactenus conſervantur, obtinuit &c.* Add. *Frodoardus*, ad Annum 923. p. 115. *Rotbertus in Regnum Lotharienſe proficiſcitur, locuturus cum Heinrico* (Germaniæ Rege), *qui Ei obviam venit in Pagum Ribuarium*, (Ribuariorum) *ſuper fluvium Ruram, ubi ſe invicem paverunt, & pacta amicitia, datisque ab alterutro muneribus, diſceſſerunt: ubi etiam quidam Lotharienſes dederunt obſides, & inducias à Rotberto acceperunt, usque in Kal. Octob.* Jung. *Hugo Flaviniac.* l. c. p. 125. *Anno 923. Indict. XI. Robertus, profectus in Regnum Lotharienſe, cum Henrico pactum iniit, &, datis utrinque muneribus, diſceſſum eſt. Ubi etiam quidam Lotharienſes obſides Rotberto dederunt, & inducias à Rotberto acceperunt &c.* De Exitu Rober-

berti, pergit *Frodoardus* l. c. p. 116. *Karolus, cum ſuis Lotharienſibus, inducias, quas nuper à Rotberto acceperant, infringentibus, Moſam tranſiens, ad Attiniacum venit, & antequam Rotbertus ſuos fideles adunare potuiſſet, ſuper Axonam inſperate, ubi Rotbertum ſub Urbe Sueſſionica ſedere compererat, adiit, & in craſtinum, die Dominica, hora jam ſexta præterita, Francis dehinc illa die prælium non ſperantibus, plurimis quoque prandentibus, Karolus Axonem tranſiit, & ſuper Rotbertum, cum armatis Lodharienſibus venit, commiſſoque prælio multis ex utraque parte cadentibus, Rotbertus quoque Rex lanceis perfoſſus cecidit. Hi tamen, qui erant ex parte Rotberti, Hugo ſcilicet, filius ipſius, & Heribertus, cum cæteris, victoria potiti, Karolum, cum ſuis Lodharienſibus, in fugam verterunt; ſed, ob mortem Regis ſui, Rotberti, eos perſequi deſliterunt: campum vero obtinuerunt, ſpoliaque ab eis, maximè autem ruſticanis, &, ex Sueſſionicæ Urbis ſuburbio confluentibus, direpta ſunt. Lodharienſes denique, perditis multis angariis, quas Rotgarius Come accipiens in Laudunum Caſtrum abduxit, relictoque infra Regnum Franciæ Karolo, revertuntur ad ſua &c.* Eadem verbotenus tradente *Hugone Flaviniacenſi*, ad An. 923. l. c. pag. 125. Confirmant hanc pugnam, ad annum licet 922. *Odorannus* h. a. pag. 215. *Robertus Princeps unctus in Regem, eodem anno, 17. Kal. Julii, in bello interfectus eſt &c. Continuator Reginonis*, an. eod pag. 74. *Sueſſionis, inter Rudbertum & Carolum, tanta pugna commiſſa eſt, ut penè ex utraque parte victores eſſe viderentur. Carolus tamen ore ſacrilego Rudberti ita lanceam infixit, ut, diffiſſa lingua, cervicis poſteriora penetraret &c. Sigebertus Gemblac.* An. eod. pag. 577 *Carolus, Rex Francorum, cum auxilio Lotharienſium, juxta Urbem Sueſſionum, pugnans contra Robertum, fratrem Odonis Regis, qui contra ſe Regnum Francorum invadebat, eum cum multis peremit &c. Albertus Stadenſis*, An. eod. pag. 102. *Rupertus frater Utonis Regis, & Pater Hugonis, machinante Giſelberto Duce, ſocero* (Genero) *Heinrici Regis, in dejectionem Karoli, Regno Galliarum præponitur &c Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. pag. 258. *Auxilio Lothorenſium, recuperante Regnum, & irruente Karolo ſuper Robertum, in planitie præjacente Civitati Sueſſionenſium, & Caſtro S. Medardi, non ſicut imbelles, ſed belli victor, Robertus, in bello cecidit; nam Franci Victores, cum Ejus filio, Hugone, repulerunt & compulerunt, agmine lacerato, trans Moſam fugere Karolum &c. Chronicon Andegavenſe* ad An. 921. apud *Labbeum* l. c. Tom. I. pag. 285. *Eodem anno interfectus eſt* (Rotbertus) *à militibus Karoli Lotharienſibus &c. Chronicon Dolenſe*, ad an. 923. ibid. p. 315. *Roberti Regis occaſus &c. Chronicon Vezeliacenſe*, ad An. 923. ibid. p. 395. *Bellum inter Carolum, & Robertum Tyrannum, in quo cecidit Robertus &c. Chronicon S. Maxentii*, vulgò *Malleacenſe*, ad An. 919 ibid. T. 2. p. 201. *Karolus ſollus, à ſuis relinquitur, poſtea regreſſus Franciam, conſerto prælio, Rotbertum interfecit &c.* Fragmentum Hiſtoriæ Francicæ ex membrana *Floriacenſis Cœnobii*, apud *Pithœum*, pag. 512. *Contra Regem Carolum exercitu moto, tandem, in Sueſſionicis campis, commiſſo ab utriſque partibus prælio, à Regis ejuſdem militibus in bello illo* (Robertus) *perimitur; Exercitus tamen ipſius victoriam obtinuit &c.* Factum comprobat *Witichindus Corbejenſis*, lib. I. *Annal.* apud *Meibomium* T. 1. *Rer. German.* pag. 637. *Uſque hodiè certamen eſt de Regno,* (Galliæ) *Carolorum ſtirpi, & poſteris Odonis; Concertatio quoque Regibus Carolorum, & Orientalium Francorum, ſuper Regno Lotharii. Ob quod Henricus Rex movit Caſtra contra Carolum, ejuſque ſæpius fudit Exercitum, juvitque Virum fortem fortuna. Nam Hugo (cujus Pater, Rodbertus, filius Odonis, ab Exercitu Caroli, occiſus eſt,) miſit, & dolo eum cepit, poſuitque in cuſtodia publica, donec vitam finiret. Quæ Conradus Urſpergenſis*, in vita *Henrici I.* pag m. 151. totidem verbis repetit, ſubnectens, pag. 152. *Cum jam ferè totum colligeret Regnum,* (Carolus) *cœpit quendam Haganonem, ex mediocribus extollere, & ſupra omnes Principes diligere, adeo ut, Magnatibus quibusque procul abſiſtentibus, ipſe Regio lateri ſolus hæreret, multaque Regni Juris ad ſuum jus torqueret. Unde Primates indignati, cum nullatenus poſſent Eum ab illius dilectione avertere, quærebant illum de Regno abjicere; multa itaque adverſus eum moliti, ad ultimum convenerunt, Rupertumque Ducem, fratrem Ottonis, Regem conſtituerunt. Adverſus quem dum Carolus bellum præpararet, & in pugnam convenirent, occiſus eſt Rupertus, &, ex parte ejus, undecim millia, ducenti quadraginta novem; ex parte vero Caroli, ſeptem millia, centum & octodecim &c.* Add. idem, pag. 153.

(9) Confecto prælio, omnia per *Galliam* & *Lotharingiam* perturbantur. Burgundiæ Rex, *Rudolfus*, à Gallis quoque eligitur; *Carolus* contrà, ad ipſum Germaniæ Regem, *Henricum*, confugiens, ſe Ei committit; nec multò poſt, ab *Heriberto*, Veromanduorum Comite, in vincula conjicitur. Quæ de *Rudolfo* quoad *Galliam* dixi, præced Tit. 2. §. 12. lit. h. v 4. p. 237 & 238. teſtimoniis abundanter firmata ſunt, quibus *Conradus Urſpergenſis*, l. c pag. 152. *Chronicon Andega-*

Digitized by Google

gavenſe ad An. 921. l. c. pag. 286. *Chronicon Dolenſe* l. c. *Chronicon Leodienſe*, ad An. 924. ibid. p 336. *Chronicon Vezeliacenſe*, An. 923. ibid. pag. 395. &c. addi merentur; Quoad *Lotharingiam*, inquit *Frodoardus*, cit. an. 923. pag. 118. *Rudolfi*, in Beluacenſem Pagum, quem Nordmanni deprædabantur, itineris memor: *Partem quoque ipſius Terræ Rex, cum Francis . . . . cædibus & igne devaſtat. His verò rebus Eum intentum Legati adeunt Lotharienſium, ſe ſuaque ipſi ſubdere ſpondentium; quorum Legatione revocatus ab hac devaſtatione, cum Primatum, qui ſecum aderant, conſilio, Lotharienſibus obviam pergit, Hugone & Heriberto Comitibus, ad præſidium Patriæ, trans Iſaram relictis. Lotharienſes illi obviam, juxta Mſomum, veniunt, & Uxor ipſius, nomine Emma, Regis Roberti filia, Remis interim ab Seulfo, ArchiPræſule, conſecratur Regina. Rodulfus, a plurimis Lotharienſium ſuſceptus in Regno, petitur à Wigerio, Metenſium Epiſcopo, receptum ire quoddam Caſtrum, in Pagum Eliſatium, nomine Zabrenam, ubi toto penè demoratus autumno, Caſtellanis, quia Tranſrenenſes erant, auxilium ab Heinrico fruſtra expectantibus, tandem, obſidibus ab eis acceptis, Laudunum, ad uxorem ſuam revertitur &c.* Idem planè docet *Hugo Flaviniacenſis* l. c. an. eod. p. 125. Reliqua, *Henricum Aucupem*, Germaniæ, & *Carolum Simplicem*, Galliæ, Reges, poſteriorique ex *Lotharingis* fideles, concernentia, nituntur *Frodoardi* auctoritate l. c. p. 119. *Dum hæc geruntur, Heinricus, invitantibus ſe Gisleberto Comite, & Rotgario, Trevirorum Præſule, qui necdum ſe Rodulfo ſubdiderant, Rhenum transmiſiſſe, Regnumque Lotharii deprædari nunciatur. Depopulatus eſt autem, quod inter Rhenum & Moſellam interjacet, gregum armentorumque abductione, ac cæterarum opum exhauſtu, cum plurimorum quoque juventutis captivitate; quique, audito, quod Rodulfus Exercitum non modò è Francia, quin ex omni cogeret Burgundia, in ſuo ſe Regno recepit, datis induciis Lodharienſibus, usque Kal. Octobris ſequentis anni. Otto tantum ex his, qui ſe Rodulfo commiſerant, ad Heinricum defecit &c.* Conf. *Reginonis Continuator*, an eod. 923. pag. 74. *Heinricus Rex, adjunctis ſibi Rutgero ArchiEpiſcopo, Giſalberto Duce, Metenſem Urbem obſedit, & Witgerum, licet diu reluctantem, ſibi obedire coëgit &c.* Plura prodit *Sigebertus Gemblacenſis*, utut ad An. 922. pag. 577. *Carolus, Rex Francorum, --- & Se, & Franciam, Henrico Regi ſubmittit, Eique in pignus perpetui fœderis & amoris, mittit manum pretioſi Martyris Dionyſii Pariſienſis, auro gemmisque incluſam &c.* Quæ & apud *Albericum* l. c. ad An. 922. p. 258. reperiuntur. Oblationem *Dionyſianæ* manus rejicit *Chronographus Saxo*, pag. 152. in annum 925. quo *Carolus* jam captivitatem *Peronæ* ſubierat, recitans ſimul orationem, qua Legatus juſſa Domini expoſuit; quamque & apud *Conradum Urſpergenſem* l. c. p. 153. offendimus.

(10) Utque eò firmior inter eos ſtaret amicitia, tranſegit *Carolus*, apud *Bonnam*, cum *Henrico*, juribus ſuis in *Lotharingiam* penitus renuncians; qua conventione inita, necem Patris *Roberti* vindicaturus *Hugo* filius, eò ſeduxit *Heribertum*, Veromanduorum Comitem, ut blandè invitatum Regem *Carolum* captivum detineret; Teſtes habeo, (quoad Chronologiam licet non ejusdem ſententiæ,) præter *Witichindum*, cujus verba modò recitavi, *Odorannum*. ad An. 922. pag. 215. *Victor reverſus* (Carolus, à Sueſſionenſi pugna, in qua Robertus occubuit) *ab Heriberto, infidelium nequiſſimo, ſub ficta pacis ſimulatione, Parrona Caſtro captivus detinetur &c. Sigebertum Gemblacenſem*, ad An. 923. pag. 577. *Reges Henricus & Carolus, apud Hunnam* (Bunnam) *confœderantur, Caroluſque reddit Henrico Regi Regnum Lotharingiæ, Epiſcopis & Comitibus utrinque jurejurando rem confirmantibus &c.* & ad An. 924. *Carolus, Rex Francorum, à Comite Heriberto captus, in cuſtodiam Peronæ truditur, ob necem Roberti Ducis, ab eo peremti &c. Hugonem Flaviniacenſem, Chron. Virdunenſ.* an eod. l. c. pag. 125. *Socii defectionis, interitu Roberti nequaquam territi, perfidiæ ſuæ non deſeruere contumaciam, quam potius Herbertus, infando ſcelere traditionis, Dominum ſuum, Regemque totius Franciæ, Carolum, dolo captum, vinculisque irretitum, Parronam duxit, tenebroſo carceris domicilio recludendum &c.* Fragmentum *Chronici Floriacenſis*, apud *Pithœum* pag. 512. *Defectionis illius ſocii nequaquam interitu ipſius* (Roberti, apud Sueſſionas trucidati) *ſunt territi, quin potius Herbertus, Comes Virmandenſium, infando ſcelere, Dominum ſuum, Regemque totius Franciæ, jam dictum Carolum, dolo captum, vinculis irretitum, Parronam direxit, tenebroſo recludendum domicilio &c. Continuatorem Reginonis*, ad An. 924. pag. 75. *Carolus & Heinricus, Reges, apud Bonnam Caſtellum conveniunt, & pacem inter ſe facientes, fœdus ineunt, & Carolus, nunquam ſibi amplius Lotharienſe Regnum uſurpaturum promittens, regreditur. Eodem Anno, ab Heriberto comprehenſus* (Carolus) *in cuſtodiam mittitur &c. Chronographum Saxonem*, ad An. 924. pag. 152. *Rex Henricus, & Francorum Rex, Carolus, apud Bunnam confœderantur, Epiſcopis & Comitibus rem utrimque jurando con-*

Digitized by Google

to confirmantibus, reddiditque Carolus Henrico Regi Regnum Lotharingiæ &c. Et ad An. 925. *Carolus, Rex Francorum, à Comite Heriberto captus, Peronæ, in cuſtodiam traditur &c.* Conradum Urſpergenſem l. c. pag. 152. *Rudolfo in Regnum Caroli ſublimato, Heribertus prædictus, conſilio Hugonis, cognati ſui, filii Ruperti, Carolum dolo cepit, eumque in cuſtodiam poſuit, in qua & vitam finivit. &c.* Albericum, ad An. 923. pag. 259 *Reges Henricus & Karolus apud Bunnam confœderantur, & Karolus reddit Henrico Regi Regnum Lotharingiæ. Epiſcopis & Comitibus utrinque jurando rem confirmantibus &c.* & ad An. 924. p. 260. *Karolus, Francorum Rex, à Comite Heriberto captus, in cuſtodiam Peronæ traditur, ob necem Hoberti Ducis, ab Eo peremti &c.* & mox: *Heribertus,* Campaniæ *Comes & Veromandenſis* - - - *ob gratiam Rodulfi, Francorum Regis de novo creati, & Hugonis Ducis, cujus ſororem habebat Uxorem, Karolum Regem, ſub ſacramento pacis, ad colloquium fraudis invitat, ad quod Karolus venire non evitat, ſpecie conſanguinitatis, & ſpe Regni recuperandi, deluſus; quem cum veniſſet, inſidiis Comes Heribertus exceptum & deceptum recludens Karolum, cum Rodulfum haberet amicum & eum infenſum, ita per eum alternis, inter Regem Rodulfum & ſe, fortunæ ludis illudens, quod regaliter exhiberet in publicum, cuſtodiam tamen adhiberet, ſub qua, poſt biennium, idem Karolus, apud Peronam, Caſtrum Hereberti, diem clauſit extremum &c.* Conf. præced. Tit. 2. § 8. lit. a. pag. 62. ut & Vita *Joannis Gorziæ* Abbatis, apud *Labbeum*, T. 1. *Biblioth. MS.* p. 752. Hinc ſimul apparet, quo levi fundamento *Blondellus, Aſſert. Geneal. Franc.* p. 264. cauſam *Henrici* debilem reddere ſtudeat, quaſi *Carolus, non niſi carceralibus tenebris incluſus, Henrici auxilium imploraſſet, omneque Lothariorum Regnum, ſi ab Eo liberaretur, Ei traditurum ſe, ſacramento promiſiſſet, Henricusque, in libertatem vindicato Carolo, conditionem ex ſua parte impleviſſet*; cum, ex dictis, ſatis appareat, *Bonnenſem* Tranſactionem Regiam captivitatem præceſſiſſe. Deinde, quid officiat hoc *Henrico*, etiamſi res ita ſe haberet? detrahitque ne quicquam Regum conventionibus, vis à tertio illata? non ſolum, juxta *Grotii* Philoſophiam, lib. 2 de J. B. & P. Cap. XI. §. 7. p. 229. liberarum Gentium Majeſtati id noxium foret, ſed & veterum everteret Romanorum Jurisprudentiam, de qua *Ulpianus*, lib. XI. ad *Edictum*, L. 9. ff. *Quod Metus cauſa*; ubi: *Licet vim, factam à quocunque, Prætor complectatur, eleganter tamen Pomponius ait: Si, quo magis te vi hoſtium, vel latronum, vel Populi tuerer, vel liberarem, aliquid à te accepero, vel te obligavero: non debere me hoc Edicto teneri, niſi ipſe hanc tibi vim ſubmiſi; cæterum, ſi alienus ſum à vi, teneri me non debere: ego enim operæ potius meæ mercedem accepiſſe videor &c.* Inde ſua Illuſt. *Obrechtus, Prodrom. Rerum Alſaticarum* Vol. 1. Cap. 7. p. 119. & 120.

(11) *Giſelbertum* tamen minus fidum *Henrico* manſiſſe, ex *Frodoardo* ad An. 924. pag 120. & 121. diſcendum eſt, cui hæc debemus: *Interea Gislebertum Berengarius, qui ſororem ipſius habebat, comprehendit, quemque oblatis obſidibus ſibi, pro eo, filiis Ragenarii, fratris ipſius Gisleberti, dimiſit. Idem vero Gislebertus dimiſſus terram Berengarii, Ragenariique fratris ſui, & Iſaac Comitis, deprædationibus plurimis vaſtat. Poſt hæc Regi Radulfo Legatos, ut ab eo reciperetur, dirigit. Quod Rex, Fidelium ſuorum conſilio, ipſius abominatus perjuria, & inſtabilitatem, facere contempſit &c.* Imò, ad arma *Rudolfus* Ei inferenda ſe paraſſe videtur, quandoquidem, eodem teſte, l. c. pag. 122. *Rodulfus, Rex Franciæ, Placitum habuit apud Atiniacum. Tunc inde profectionem parans in Regnum Lotharii, graviſſimo languore corripitur, cujus vi recidiva, dum jam convaleſcere putabatur, opprimitur, & pene deſperatus à pluribus, Remis ad S. Remigium ſe deferri fecit &c. Heinricus æquè, in ipſis Sarmatarum finibus, valetudine corporis, tota detinetur æſtate.* Nec privatæ deerant rixæ; nam, ut idem l. c. pergit: *Interim contentio inter Gislebertum, & Ragenarium, fratrem ejus, nec minor inter Boſonem, & Ottonem, cædibus, incendiis, ac deprædationibus, utrobique patratur. Iſaac quoque Comes, quoddam Caſtellum Stephani, Camaracenſis Epiſcopi, doloſa infeſtatione comprehendens, incendit &c.* Quibus ſedandis, ut ejusdem verbis utar, pag. 124. ad An. 925. *jejuniis ceptis Quadrageſimalibus, Heribertus,* (Veromanduorum Comes) *cum Gisleberto, indeque cum Hugone, locutus, Regem* (Rudolfum) *accerſivit ex Burgundia, qui feſtinanter adveniens, Camaracum Lotharienſibus atque Gisleberto proficiſcitur obviam: quique hoc Placitum omittentes, ſuper Moſam ad Eum veniunt, ſuique Gislebertus & Otto efficiuntur &c.* Apertè ſic Hoſtem *Henrici* ſe declaravit; quamobrem viciſſim bellum impigrè *Henricus* renovavit, de quo *Frodoardus* l. c. pag. 125. *Heinricus denique Rhenum tranſiens, Oppidum quoddam, nomine Tulpiacum, quod Gisleberti fideles tuebantur, vi cepit: nec diu demoratus infra Regnum Lotharii, ad ſua trans Rhenum regreditur, obſidibus à Gisleberto acceptis &c.* ſubſecuta brevi

Digitized by Google

poſt totius Provinciæ deditione, de qua idem, l.c. pag. 126. *Heinrico cuncti ſe Lotharienſes committunt, & ipſe Bernuino, Dadonis Epiſcopi nepoti, Epiſcopium Virdunenſe, concedit; Qui &, expulſo Hugone Presbytero, cui Rodulfus illud dederat, ibidem ordinatur Epiſcopus &c.* Add. *Hugo Flaviniacenſis, Chron. Virdunenſ.* apud *Labbeum* l. c. Tom. I. pag. 126. *Henrico cuncti ſe Lotharienſes committunt, & ipſe Bernuino, Dadonis Epiſcopi Nepoti, Epiſcopatum Virdunenſem concedit, qui & expulſo Hugone, cui Rodulfus illud dederat, ibidem ordinatur Epiſcopus, Anno 925. Indictione XIII. Abhinc Virdunum, & aliæ Civitates à Regno Francorum defecerunt &c.* Et *Reginonis Continuator*, An. eod. pag. 75. *Heinrico Rege coadunatum & conſtabilitum Lotharienſe Regnum ideo in ſua poteſtate habente; Carolus Rex in cuſtodia, qua tenebatur, obiit &c.* Quamvis *Carolus*, vice altera, ab eodem Comite Vermanduorum, *Heriberto*, à quo jam ſemel in captivitatem fuerat abductus, in cuſtodia *Peronenſi*, anno demum 929. ut ſeq. v. 13. probabo, ad plures abierit.

(12) Cunctis in ordinem redigendis, Anno 926. *Ebrardus Transrhenenſis in Regnum Lotharii mittitur ab Heinrico, juſtitiam faciendi cauſa, & Lotharienſes inter ſe pace conſocias &c.* Hæc *Frodoardus* h. a. pag. 128. Sequenti Anno 927. ut idem commemorat, pag. 128. orta ſimultate *inter Rodulfum Regem, & Heribertum Comitem, pro Laudunenſi Comitatu, quem Heribertus Odoni, filio ſuo, dari petebat, concedente illum Rege cuidam filiorum Rotgarii, nomine Rotgario — Heribertus Comes Legatos ſuos trans Rhenum dirigit ad Henricum: quibus reverſis, evocatur ad colloquium Heinrici, pro eodem,* (per eosdem) *ad quod properans, cum Hugone, Rotberti* (Regis occiſi) *filio, pace firmata, muneribus Heinricum honorat, & honoratur ab illo. Ibi etiam Heinricus Epiſcopium Metenſium, contemta electione ipſorum, cuidam, ut ferebatur, Dei ſervo dedit, cognomento Bennoni &c.* Magis ut placaret *Henricum*, in ſpeciem minimum, *Karolo* reſtituit libertatem, teſte eodem, l. c. pag. 129. ubi, facta mentione *Troslejenſis* Synodi, contradicente *Rudolfo* Rege, per Miſſos *Heriberti*, celebratæ: *Poſt abſolutionem Synodi — Heribertus Karolum de cuſtodia ejecit, ſecumque in Pagum Veromandenſem, ſcil. ad S. Quintinum, deducit. ---- Karolus igitur, cum Heriberto, Colloquium petit Nordmannorum ad Caſtellum, quod Auga vocatur, ibique ſe filius Rollonis Karolo committit, & amicitiam firmat cum Heriberto &c.* Hoc ipſo Anno, *Henricum Lotharingiæ Giſelbertum* præfeciſſe, Auctor eſt *Sigebertus* h. a. pag. 578 &, ex eo, *Albericus* h. a. p. 263. ſed rectius refertur hoc ad annum 929. Anno 928. pergit *Frodoardus* l. c. pag. 130. *Heribertus Comes Remis cum Carolo venit, indeque litteras mittit Romam Johanni Papæ, ſignificans Ei de reſtitutione & honore Karoli ut ille ſibi etiam, ſub excommunicationis interminatione, mandaverat, ſe pro viribus decertare &c.* & pag. 131. *Heinricus, Germanicus Princeps, cum multitudine Germanorum, Rhenum tranſiit, & ſupra Moſam veniens, obſidet quoddam Caſtrum Boſonis Comitis, nomine Durofoſtum, pro eo, quod Boſo ad legem venire nolebat de quibusdam Abbatiis, & terra Epiſcopii, quam, poteſtatis auctoritate, ceperat, & pertinaciter, Heinrici præcepta ſpernens, detinebat: mittensque ad Boſonem pacem ſpondet, ſi ad ſe veniat. Qui, acceptis obſidibus, pacto ſecuritatis ab Heinrico, venit ad Eum, eique fidelitatem, & pacem Regno juramento promittit; Terram, quam vi ceperat, reddit, data ſibi alia, recompenſationis gratia: pacaturque tam ipſe, quam Ragenarius, cum Gisleberto, & cæteris Lotharienſibus. Hugo & Heribertus ad Heinricum, colloquii cauſa, proficiſcuntur, indeque revertentes obviam pergunt Regi Rodulfo, rurſusque Heribertus ſe illi committit, iterum redacto ſub cuſtodia Karolo &c.* Quæ ſufficienti teſtimonio ſunt, *Heribertum* libertati *Caroli* hactenus illuſiſſe duntaxat, nec *Henrici* ſecutum caſtra, niſi in quantum, durante inter ipſum & *Rudolfum, Caroli* adverſarium, ſimultate, ratio ſtatus id exegerit.

(13) Extincto in cuſtodia *Carolo* Rege, An. 929 denuò nutabant *Lotharingi*, quibus ad officia compellendis, donat *Henricus* traditum ſibi *Giſelbertum* libertate, Eumque, in Generum ſuſceptum, univerſæ præficit Provinciæ, à quo tempore *nullus Dux fuit, quin ſupremum jus Regum Germaniæ agnoſceret, adeò, ut in utroque Ducatu, conjuncto pariter & diviſo, inprimisque in Superiori & Moſellano, nullus, niſi ab Rege Teutonico conſtitutus, pro legitimo Lotharingiæ poſſeſſore & Duce haberetur.* Sunt verba Dn. *Schwartzfleiſchii de Diviſione Imperii Carolini*, §. 74. pag. 68. Hiſtoriam recenſet *Witichindus Corbejenſis*, lib. I. *Annal.* apud *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. 637. *Henricus Rex audiens caſum Caroli, dolebat, humanæque mutabilitatis communem admiratus eſt fortunam, quia non minori claruit religioſitate, quam armorum virtute. Judicavitque abſtinere quidem ab armis, verum potius arte ſuperaturum ſperavit Lotharios, quia Gens varia erat, & artibus aſſueta, bellis prompta, mobilisque ad rerum novitates. Eo tempore erat quidam de Lothariis,* nomi-

Digitized by Google

nomine Chriſtianus, qui, videns Regi cuncta proſperè procedere, quæſivit, quomodo majori gratia apud Regem honoraretur: & , ſimulata infirmitate, vocavit ad ſe Giſelbertum, cui Principatus Regionis, paterna ſucceſſione, ceſſit, cepitque eum arte, & ſub cuſtodia Regi Henrico tranſmiſit. Erat autem Giſelbertus Nobili Genere, ac familio antiqua natus. Quem Rex ſatis lætus ſuſcepit, quia per ipſum ſolum totum Lotharii Regnum ſe habiturum arbitratus eſt. Deinde, videns adoleſcentem valdè induſtrium, genere ac poteſtate, divitiis quoque clarum, liberaliter eum cœpit habere, ac poſtremò, deſponſata ſibi filia, nomine Gerberga, affinitate pariter cum amicitia junxit eum ſibi, ſublegato omni ei Lotharii Regno &c. Quæ verbotenus *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Henrici*, pag m. 152. transſcripſit. Conf. *Sigebertus Gemblac.* ad An. 927. p. 578. *Poſt mortem Caroli Regis, nolentibus Lotharingis Henrico Regi ſubeſſe, quidam Lotharingus, nomine Chriſtianus, ſimulata infirmitate, Gigebertum* (Giſelbertum) *Ducem, ad ſe dolo evocatum, cepit, Regique miſit, ut per Eum Lotharingiam ſibi ſubjugaret. At verò, inſpecta induſtria & potentia Gisleberti, filiam ſuam, Gerbergam, ei deſpondit, & eum iterum Lotharingiæ præfecit. &c.* Eadem repetente *Alberico*, an. eod. p. 263. Accuratè tamen anno 929. vindicanda, quandoquidem (1) hoc demum anno *Carolus* obiit *Frodoardo* teſte ad h. a. pag. 132. *Karolus, apud Peronam, obiit &c.* Conf. *Hugo Flaviniacenſis, Chron. Virdun.* an. eod. apud *Labbeum*, T. I. *Biblioth.* MS. pag. 126. *Carolus apud Paronnam obiit, qui animam, non corpus, cuſtodia exemit &c.* & *Chronicon Vezeliacenſe*, an. eod. apud eundem l. c. pag. 395. *Carolus obit Peronæ &c.* *Continuatore Reginonis* p. 75. Annum 925. *Sigeberto Gemblacenſi*, p. 578. & *Alberico* pag. 263. Annum 926. & *Chronographo Saxone*, pag. 153. Annum 928. perperam hoc titulo proferentibus; (2) Nuptiæ *Giſelberti*, cum *Henrici* filia, in idem tempus incidunt; Vid. præced. v. 3. (3) *Henricus Giſelbertum* non prius Lotharingiæ præfecit, quam mortuo *Carolo*, Rege captivo, nuptaque Ei (Giſelberto) *Gerberga* filia.

(14) Conſtituto itaque *Giſelberto* totius *Lotharingiæ* Duce, *diverſi motus agitantur bellorum per Franciam, inter Hugonem* (Roberti, Regis occiſi, filium) & *Heribertum* (Veromanduorum Comitem), *Rodulfus, Rex, in Franciam veniens, pacem inter eos, atque Boſonem, multo labore, per diverſa placita, componit ---- Rodulfo Rege in Burgundiam regreſſo, Lotharienſes in Franciam, cum Gisleberto, obviam veniunt Hugoni, & Oppidum quoddam, nomine Duagium,* (Doüay) *quod Arnoldus tenebat, adactum obſidione capiunt &c.* Hæc ex *Frodoardo*, ad An. 930. pag. 132. & 133. qui, ad An. 931. pag. 133. pergit: *Lotharienſes Duagium capiunt, & Hugo illud Rotgario, filio Rotgarii, concedit. Heribertus verò Caſtrum S. Quintini, Arnuldo pro eo reddidit &c.* & pag. 134. *Inter Gislebertum Lotharienſem & Boſonem ſimultas exoritur, pacato Boſone cum Heriberto, Caſtrumque Boſonis, Durofoſtum, à Gisleberto capitur ---- & Heribertus amicitiam Gisleberti Lodharienſis accipit. Boſo, relicto Heinrico, ad Rodulfum Regem vadit, indeque rediens Catalaunicum Caſtrum vi cepit, exuſſit, atque ſubvertit --- Rodulfus Rex in Franciam revertitur, & Heriberto Comite ab illo deficiente, Rex, juncto ſibi Hugone, Caſtellum Heriberti, Donincum nomine, capit ac diruit; deinde Atrabatem obſidet. Heribertus Comes, adjunctis ſibi, per Gislebertum Ducem, Lotharienſibus, contra Regem vadit, pactisque induciis, usque Cal. Octobr. utrinque diſceditur &c.* & p. 135. *Heribertus Comes ad Heinricum proficiſcitur, Eique ſe committit, & Exercitus Regis atque Hugonis Laudunenſem & Remenſem Pagum deprædantur. Rodulfus Rex, pergens ad Atiniacum, Hugonem ad Heinricum mittit, à quo Heinricus, acceptis obſidibus, & pacta ſecuritate, trans Rhenum recedit &c.*

(15) Anno 932. *Gislebertus cum Lotharienſibus, invitante ſe Hugone, Peronam obſidet, ubi, congreſſione frequenti, plures occiduntur Lotharienſes, reliqui, munitionem capere non valentes, recedunt, locuto prius Gisleberto Duce cum Rege Rodulfo, mediante Hugone &c.* Vid. *Frodoardus* h. a. pag. 137. in fine ſubnectens: *Heribertus trans Rhenum ad Heinricum proficiſcitur &c.* Anno 933. continuatum, inter *Rudolfum* Regem & *Heribertum* Comitem, Caſtrum *Theodorici*, ſuper *Maternam* fluvium, expugnantem, bellum, de quo *Frodoardus*, ad h. a. pag. 138. & 139 qui pag 140. ad Annum 934. mediante ipſo Rege *Henrico*, conventionem inter eos ſtabilitam, ſic deſcribit: *Heinricus Gislebertum & Eubrardum cum Epiſcopis Regni Lotharienſis, ad Rodulfum Regem, pro Heriberto, dirigit, redditoque Regi Caſtello Theoderici, Hammus atque Perrona Heriberto conceduntur, usque Kal. Octob. &c.* Separatæ lites inter dictum *Heribertum* & *Hugonem*, itidem induciis ſunt interruptæ, de quibus hæc apud *Frodoardum* l. c. pag. 140. *Gislebertus cum Lotharienſibus, in Franciam, Heriberto venit auxilio, velut oppidum S. Quintini obſeſſurus. Sed antequam ad il-*

lud

Ind perveniret, miſſi Hugonis, ei venientes obviam, pacem inter Hugonem & Heribertum, dato utrinque jurejurando, usque ad Majum menſem, pepigerunt, & Lotharienſes regrediuntur ad ſua. De pace, anno 935. inter eos facta, addit h. a. pag. 141. *Rodulfus Rex - - - Gosfridum trans Rhenum, ad Heinricum direxit - - - deinde locutus cum Miſſis Heinrici, ad Ejus properat Colloquium, ubi etiam Rodulfus, Rex Jurenſis, interfuit, pactaque inter ipſos amicitia, etiam Heribertum, cum Hugone, pacarunt, redditis quibusdam ſuis eidem Heriberto poſſeſſionibus. Sed & Heinricus, Boſone recepto, Terram, quam prius habuerat, ei ex magna parte reſtituit.* Recruduit tamen citò bellum, cauſam exponente *Frodoardo* l. c. *Lodharienſes, cum quibusdam Comitibus e Saxonia, Heriberti ſcilicet amicis, quaſi ad Colloquium Hugonis, cum multo Exercitu, veniunt. Sed quia Hugo Caſtellum S. Quintini Heriberto renuit reddere, ipſam munitionem obſident, belloque preſſam, tuitantium tandem redditione recipiunt, atque ſubvertunt; parantesque Laudunum obſidere, mandato Rodulfi Regis, in propria revertuntur &c.*

(16) Decedente Anno 936. Rege *Henrico*, ſurgenteque in ipſius locum filiorum natu maximo, *Ottone Magno*, novum exarſit civile bellum, variis Germaniæ Principibus in recens Electum inſurgentibus, inaugurando licet brevi antea ſolemniter præſtitiſſent ſervitia, *Witichindo Corbejenſi* teſte, lib. 2. *Annal.* pag. m. 643. cujus verba præced. Tit. XIII. Proœm. lit. b. pag. 1019. & 1020. habentur. De Rebellione inquit *Ditmarus*, lib. 2. pag. m. 23. *In tertio anno ſupra memorati Regis* (Ottonis) *Heinricus, frater ejus, & Eberhardus Dux, & Giſilbertus, Comes Lutharingorum, cum cæteris nequitiæ ſuimet fautoribus, cis Rhenum plurima depopulati ſunt &c.* Auctor *Geſtorum Imperatorum, ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V.* ſub quo vixit, in vita *Ottonis Magni*, apud Ill. Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 707. & *Maderum, Antiq. Brunſuic.* pag. 137. *Eberhardus etiam disjunxit à fidelitate Regis Giſelbertum, Lotharingiæ Ducem, qui filiam habuit Henrici* (Regis) *in Uxorem, ſororem Ottonis. Eberhardus Regnum concupivit, ideò talia aliis propoſuit &c.* Conf. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad An. 938. pag. 579. & 580. Contra *Ottonem Imperatorem rebellavit Everardus, Comes Palatii, & Giſlebertus, Dux Lotharingiæ, qui Gerbergam, ſororem ipſius Imperatoris, Uxorem habebat &c. Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 155. *Eberhardus, Dux Francorum, Giſelbertus, Dux Lotharingiæ, Wigmannus, & improbus Tancmarus, conſpiravere contra Regem, ſed illa iniqua conſpiratio ſapienter oppreſſa eſt &c.* Et *Albericus, Monachus trium fontium*, anno eod. p. 275. *Contra Ottonem Regem rebellant: Everardus, Comes Palatii, & Giſlebertus, Lotharingiæ Dux, qui Gerbergam, ſororem ipſius Ottonis, Uxorem habebat &c.* Lepida ſocietas! Regnum ambiebat *Heinricus*, Bajoariæ Dux, *Ottonis* frater; *Eberhardus*, Dux Franconiæ, idem ad ſe rapere conabatur; nec alia ſtimulavit *Giſelbertum* noſtrum cupiditas, & tamen alter alterius efflagitabat auxilium, tempore, quo ſe invicem fallere ſtuduerant. Summam exprimit *Luitprandus*, lib. IV. *Hiſtor.* Cap. X. p. m. 134. præc. Tit. XI. § 1. lit. b. v. 7. pag. 942. &, ex eo, *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Ottonis I.* pag. m. 156. *Heinricus, eo tempore, nimis adoleſcens erat, & regnandi cupiditate fervebat. Eberhardus ſanè Giſelbertum, Lotharingorum Ducem, Regis fidelitate disjunxerat, cujus adjutorio Regi non modicè reſiſtebat. Qui Giſelbertus, quamquam ſororem Regis haberet uxorem, maluit tamen & ipſe, ſuſcipiendi Regni ſpe, Regi reſiſtere, quam Ei, ut debuerat, adjutorio eſſe. - - - Eberhardus itaque haud ſecus valuit Giſilbertum à Regis fide ſejungere, donec ei promitteret, ſe illum Regem facturum. Giſilbertus verò Heinricum hac voluit arte decipere, ut, dum ſuo adjutorio Regem vinceret, ipſe Regni ſolium obtineret; verum, Eberhardus longe aliter diſpoſuerat, voluit enim, ſi Regem poſſet devincere, utrosque Regno privare, illudque ſibi uſurpare, ſicut ex verbis ipſius, quæ paulo antequam occideretur, Uxori ſuæ dixerat, poſſumus conjicere; quam dum foveret in ſinu, jocundare, inquit, in gremio Comitis, in brevi lætatura in amplexibus Regis. Igitur Heinricus, ardens cupiditate regnandi, celebre convivium fecit, in loco, qui dicitur Salaveldon, &, cum eſſet magnus, ac potens, Majeſtate ac poteſtate Regali, plurimis plurima donavit, & factionis hujuscemodi ſocios ſibi ob id plurimos conciliavit. Dein profectus in Lotharingiam, ad Giſilbertum, Ducem Belgicæ, cum ipſo pariter, & Eberhardo, bellum fratri cœpit præparare &c.* Add. *Witichindus* l. c. pag. 645. &c. *Geſta Imperatorum, ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V.* l. c. Rebus eò melius ad finem perducendis, cooptatur, anno 936. electus Galliarum Rex, *Ludovicus Ultramarinus*, *Caroli Simplicis* filius, in criminis conſortium, utut ab initio, minimùm in ſpeciem, repugnans; ait enim *Frodoardus*, ad An. 939. pag. 147 *Lotharienſes Ottonem, ſuum Regem, deſerunt, & ad Ludowicum Re-*

gem

Digitized by Google

gem veniunt, qui eos recipere diſtulit, ob amicitiam, quæ inter eos, Legatis ipſius Ottonis, & Arnulfo Comite mediante, depacta erat &c. &, paucis interjectis: *Lotharienſes iterum veniunt ad Regem Ludovicum, & Proceres ipſius Regni, Giſlebertus ſcilicet Dux, & Otto, Iſaac, atque Theodericus,* Comites, *eidem ſe Regi committunt. Epiſcopi, quoniam Rex OTTHO eorum ſecum detinebat obſidatum, LUDOVICO Regi ſe committere differunt &c.* Eadem ferè in medium profert, *Hugo Flaviniacenſis, Chronic. Virdunenſ.* apud *Labbeum T. 1. Biblioth. MS.* pag. 128. ad ann. 939. *Lotharienſes Othonem, Regem ſuum, deſerunt, & Ludovico ſe committere parant, qui eos recipere diſtulit, ob amicitiam pactam inter ſe, & Othonem. Iterum quoque Proceres Regni, Giſlebertus Dux, & Comites quamplures ad Eum veniunt, & ſe illi committunt. Epiſcopi verò OTHONEM non deſerunt, qui eorum ſecum detinebat obſidatum &c.* Certior de his factus *OTTO Rex, Reno transmiſſo, Regnum Lotharienſe perluſtrat, & incendiis prædisque plura loca devaſtat &c.* Hæc *Frodoardus* l. c. p. 147. annectendo p. 148. *OTTO Rex colloquium habuit cum Hugone, & Heriberto, Arnulfo, & Willelmo, Nordmannorum Principe, &, acceptis ab eis pacti ſacramentis, trans Rhenum regreditur. Rex interea Ludowicus Viridunenſem pagum petit, ubi quidam Regni Lotharienſis Epiſcopi ſui efficiuntur: indeque in Pagum proficiſcitur ELISATIUM, locutusque cum HUGONE Ciſalpino, & quibusdam ad ſe venientibus receptis Lotharienſibus, nonnullis quoque OTTONIS Regis fidelibus trans Rhenum fugatis, LAUDUNUM revertitur &c.* Idem docet *Reginonis Continuator,* an. eod. 939. pag. 76 *LUDOVICUS, Rex Galliæ Romanæ, filius CAROLI, conſilia inimicorum Regis, ſub obtentu requirendi Lotharienſis Regni, quod Pater ſuus perdiderat, Alſatiam invaſit, ubi, quæque poterat, plus hoſtiliter quam regaliter geſſit &c.* nec non *Otto Friſingenſis,* lib. *VI. Chronic.* Cap. XIX. pag. m. 127. *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. 941. pag. 580. *Chronographus Saxo,* anno. eod pag. 157. & 158. *Albericus,* anno eod. pag. 277. alii plures.

(17) Circumdederat tunc *Otto* militari corona *Caprimontem* (corruptè *Kyvermont,* ita *Witichindus* lib. 2. *Annal.* pag. m. 647.) qui, allato nuncio, *Ludovicum* Alſatiam infeſtare, *Caprimontem obſidione abſolvit, & Alſatiam petens Ludovicum Regem expulit. Quo expulſo, Briſacum, Caſtellum munitiſſimum, obſedit — unde Fridericus, ArchiEpiſcopus Moguntinenſis, & Rudhardus, Epiſcopus Strasburgenſis, fixis in obſidione tentoriis, & relictis copiarum, quas detulerant ſarcinis, noctè clam aufugerunt, & Metenſem Urbem adeuntes, Giſalberto & Heinrico ſe occurſuros, ut conjuraverant, ſperaverunt; ſed longè aliter eis contigit, cum eos ſpes inaniſſima deluſit. Nam Giſalbertus & Eberhardus, juxta Andernacum Caſtellum, cum ſuis Rhenum tranſituri, ab Udone & Chunrado Comitibus, cæterisque Regi fidelibus, ne tranſeant, bellica congreſſione, citoque mortis compendia, præventi. Nam Eberhardus occiditur, & Giſalbertus in Rheno ſubmerſus necatur, plurimique ex illorum ſociis occiſi, reliqui vero ſunt fugati aut capti. Quo audito, Briſacenſes Caſtellani Regiæ dominationi ſubduntur, & Caſtellum obſidione abſolvitur. Tunc iterum Lotharienſes adiens, omnes ſua ſubjugavit Imperio. Sed & fratrem ſuum, projectis armis ad ſe venientem, ſolita ſibi ſuſcepit miſericordia; nam omnia, quæ in Eum deliquit, indulſit, & fraterno ſecum amore detinuit. Omnibus tamen Lotharienſibus ſubactis, aliquamdiu reſiſtere conatus eſt Epiſcopus Metenſis: Unde Theodonis Villa Capellam Domini Ludovici Pii Imperatoris inſtar Aquenſis inceptam, ne perficeretur, aut pro munimine haberetur, deſtruxit; nec tamen diutius in hujuscemodi rebellione permanſit; ſtatim ſiquidem totum Regnum, velut ex ipſis fidei viſceribus, Deo propitio, ad Regem convertitur, & extinctis hoſtibus, pax & concordia renovatur &c.* Hæc omnia *Reginonis Continuator,* ad Annum 939. p. 128. Conf. *Witichindus* l. c. *Ditmarus,* lib. 2 pag. m. 23. memor depopulationis, *Henrici Eberhardi & Giſelberti* Ducum, cis Rhenum ſuſceptæ: *Hoc Udo, amicus Regis, comperiens, Eberhardum occidit, Giſilbertum cum ſociis in Rhena demergit; Henricum autem Regis gratiam petere coëgit &c. Hugo Flaviniacenſis,* l c. ad an. 939. p. 128. *Giſlebertus Dux, trans Rhenum prædatum profectus, dum revertitur, inſequentibus ſe adverſariis, in Rhenum cum equo inſiluit, & enecatus ultra reperiri non potuit &c. Chronicon Quedlinburgenſe* an. eod. apud Du. de *Leibnitz T. 2. Rer. Brunſuic.* pag. 279. *Hoc anno, cum eſſet Rex in ſuperioribus partibus Rheni fluminis, Heinricus, frater Regis, Eberhardus, Dux Francorum, atque Giſilbrechtus, Comes Luthariorum, congregato nefando Exercitu, tranſeuntes Rhenum, maximam partem Regni depopulati ſunt. Cum autem reverſi ſunt gratulabundi, nunciatum eſt Udoni, amico Regis, qui, cum ſuis, repentè irruens in eos, Eberhardum, in ipſa ripa fluminis, hoſtiliter, uti dignus erat, occiderunt; Giſilbrecht autem, in brevi fluminis voragine dimerſus, &, qui cum illo erant, ſimul interierunt &c. Geſta Imperatorum, ab Henrico Aucupe, usque*

ad Henricum V. in vita *Ottonis I.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. pag. 707. & *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* p. 137. *Tandem Eberhardus in bello occiditur; Giſilbertus, fugere volens, in equo undis ſubmergitur; cæteri omnes interfecti ſunt, vel capti, per exercitum &c.* Talis erat Rebellionis finis, de qua plura *Witichindus, Luitprandus,* Vita *S. Gerardi* Bronienſis, Cap. XV. apud *Surium* 3. *Oct.* p. m. 24. aliique, præc. Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 7. p. 942. nominati. *Lotharingiam* uſurpare quidem conabatur *Ludovicus Ultramarinus,* in Uxorem ducendo *Giſilberti* viduam, ſed irrito conatu. *Frodoardus* inquit l. c. p. 148. *Ludovicus Rex in Regnum Lotharienſe regreſſus, relictam Gisleberti, Gerbergam, duxit uxorem, Ottonis ſcilicet Regis ſororem &c.* ſed, paulo poſt: *Otto Rex in Regnum Lotharienſe regrediens, pene cunctos ad ſe redire coëgit Lotharienſes &c.* pergens, ad an. 940. p. 150. *Hugo,* (Roberti Regis filius) *& Heribertus, locuti cum quibusdam Lotharienſibus, ad obſidionem Lauduni, proficiſcuntur, cum Wilhelmo --- Ludovicus Rex, poſt ſex vel ſeptem hebdomadas, à Burgundia rediens, aſſumto ſecum Artaldo, Archi Epiſcopo, cum propinquis ipſius, pariter cum eo comitantibus, quorum beneficia Heribertus Comes abſtulerat, in Remenſem venit Campaniam, tranſitoque fluvio Axona, Laudunum contendit. Quo comperto, Hugo & Heribertus, relicta obſidione Lauduni, noctu ad munitionem Petræpontem depropevant, indeque Ottoni Regi obviam proficiſcuntur: cui conjuncti ad Atiniacum Eum perducunt, ibique, cum Rotgario Comite, ipſi Odoni ſeſe committunt &c.* Hinc ſua *Hugo Flaviniacenſis,* l. c. pag. 128. Sic pedetentim ad officia rediere Lotharingi. Quo ſenſu accipienda quoque, quæ *Hermannus Contractus,* ad an. 939. pag. 313. ſcribit: *Otto Rex omnes ſibi rebelles, præter Metenſem Epiſcopum, ſubjugavit &c.* nec non *Sigebertus Gemblac.* ad an. 945. pag. 581. *Otto Imperator Lotharingiam ſibi ſubjugavit, reſiſtente ſibi ſolo Metenſium Epiſcopo, Adelberone, fratre Ducis Friderici &c.* Et *Marianus Scotus,* ad eundem an. 945. p. m. 447. *Otto Rex in Lotharingos cum Exercitu ivit, & omnes ſubjugavit Imperio ſuo: ſed Metenſis Epiſcopus reſiſtebat &c.* Et *Otto Friſingenſis,* lib. VI. *Chronic.* C. XIX. p. m. 127. *Rex* (Otto, poſt fata Giſelberti & Eberhardi) *rurſum Belgicam ingreditur, totamque in deditionem accepit, & ex hinc Provincia illa à Regibus Teutonicorum, absque contradictione, poſſidetur &c.* Eadem repetente *Alberico,* ad an. 945. pag. 281. & 282. *Chronographus Saxo,* ad an. 941. pag. 158. ait: *Rex* (occiſo Eberhardo, ſubmerſo Giſelberto, & ad deditionem compulſo Briſaco) *iterum Lotharienſes adiens, omnes ſuo ſubjecit Imperio --- ſolus Adelbertus Metteuſis Epiſcopus, aliquamdiu reſiſtere conatus eſt &c.* Alii multi.

(18) Periit itaque Dux noſter in Rheno, Anno 939. juxta *Andernacum* flumen ſuperaturus. Teſtes modò nominavi; pluresque Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 7. pag. 942. oſtendis; alii licet Eum navi vectum, aliique equo inſidentem, ſubmerſum, arbitrentur; ubi ſimul vapulant, qui obitum ejus in aliud tempus referunt. Vitium typographicum eſt, quando in *Necrologio Fuldenſi,* apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium, T. 3. Rer. Brunſuic.* pag. 763. Princeps noſter Anno DCCCCVIII. obiiſſe ſcribitur; legendum minimum DCCCCXXXVIII. ſuadentibus id antecedentibus & conſequentibus, quamvis & hic annus minus benè ſe habeat.

(19) Magnæ auctoritatis Princeps hac ætate, ad *Moſellam,* floruit *Ricwinus,* al. *Ricuinus, Reginirus, Reginerus &c.* ab *Henrico Aucupe,* Comitatu *Virdunenſi* donatus, cujus Diplomata *Franciſcus de Roſieres,* §. 35. & ſeqq. *Stemmatum Lotharingiæ & Barri Ducum,* quæ An. 1580. Pariſiis congeſſit, exhibet; Pater *Ottonis,* de quo mox. Conf. *Henningeſius* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia,* pag. 70.

(13.) HENRICUS, RIXOSUS; HENRICUS, Giſelberti filius; & OTTO I.

Henricus, Giſelberti, cujus vitam hactenus delineavi, atque Gerbergæ, Ottonis Imp. ſororis filius, cura *Ottonis,* modo laudati *Ricwini* filii, educatus eſt, infra pubertatis annos verò defunctus. Meminit ejus *Witichindus Corbejenſis* lib. 2. *Annal.* apud *Meibomium, T. I. Rer. German.* pag 648. commemorans prius, quam miſerè *Giſelbertus* rebellis vitam in Rheno amiſerit: *Præficiens* (Otto Rex) *Regioni Lothariorum Oddonem, Ricwini filium, &, ut nutriret Nepotem ſuum, filium Giſelberti, optimæ ſpei puerulum, nomine Henricum, reverſus eſt in Saxoniam &c.* & p. 649. *Defuncto autem Udone, Lothariorum Præſide, ac Regis Nepote, Henrico, Ducatus Regionis conceditur Chuonrado, cui & unicam filiam ſuam Rex deſponſavit &c.* Conf. Vetuſtus Auctor Geſtorum Imperatorum, ab *Henrico Aucupe,* usque ad *Henricum V.* ſub quo vixit, in vita *Ottonis I.* apud *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. 137. & 138. & Dn. *Leibnitium, T. I. Rer. Brunſuic.* p. 708. *Defuncto Ottone, Lothariorum Præſide, ac Regis Nepote, Hinrico, Giſilberti filio, conceſſit Ducatum Regionis Conrado, cui & unicam filiam ſuam, Lutgardam, deſponſavit, acri & bellicoſo, omnibus charo, maximè Ludolfo, filio Regis Ottonis*

nis &c. nec non Conradus Urſpergenſis, in vita ejusdem Ottonis Magni, pag. m. 158. Præfecit autem Rex (ſubmerſo Giſelberto) Regioni Lotharingorum Ottonem, filium Richwini, ut Regnum procuraret, & Nepotem ſuum, Giſilberti filium, bonæ ſpei puerulum, nomine Heinricum, nutriret &c. & p. 159. Defuncto autem Ottone, Lotharingorum Præſide, ac Regis Nepote, Heinrico, Giſelberti filio, Ducatum regionis Chunrado Rex conceſſit, cui unicam filiam ſuam Luitgardam, deſponſavit &c. & Albertus Stadenſis, ad an. 941. p. 105. Defuncto Ottone, Lothariorum Præſide, ac Regis Nepote, Heinrico, Giſelberti filio, Ducatum Regionis Conrado Rex conceſſit, cui & unicam filiam ſuam, Luthgardam, deſponſavit &c. Ecce Ducatus Lotharingiæ, quem Otto procurabat, non niſi mortuo Henrico, Giſelberti & Gerbergæ filio, Conrado conceditur. Num ſtatim ab obitu Giſelberti, Lotharingiæ adminiſtratio Ottoni fuerit demandata? diſputari video, Hugo Flaviniacenſis, Chron. Virdunenſ. ad an. 939. p. m. 128. mentione facta Giſelberti obitus, ait: Relictam ejus, Othonis Regis ſororem, Ludovicus accepit Uxorem. Ducatum Otho accepit &c. Quæ ſententia Witichindi eſt l. c. & Conradi Urſpergenſis, l. c. & Sigeberti Gemblacenſis ad an. 943. pag. 581. Uxorem Gisleberti, Gerbergam, ſororem ſcil. Ottonis Imp. Ludovicus Rex duxit Uxorem, — & Ducatus ejus Ottoni datur &c. & Alberici, Monachi trium fontium, ad eundem annum, p. 280. Ducatum Ducis Gisleberti dedit Rex Otto cuidam fidelium ſuorum, Ottoni &c. Alii contrà rectius interponunt Henricum Rixoſum, Cæſaris Ottonis fratrem, de quo Frodoardus, ad an. 940. p. m. 150. Otto Rex Heinrico, fratri ſuo, Regnum Lotharienſe committit &c. Sic Regnonis Continuator, an. eod. p. m. 76. Heinrico, fratri Regis, Lotharienſis Ducatus committitur, qui mox, eodem anno, à Lotharienſibus expellitur, cui Otto Comes, in eodem Ducatu, ſucceſſit &c. Chronographus Saxo, ad an. 942. pag. 158. Heinrico, fratri Regis, Lotharienſis Ducatus committitur, qui, eodem anno, à Lotharienſibus expellitur, eique Otto Comes ſubrogatur &c. Auctor Fragmenti Hiſtoriæ Francicæ, apud Franciſcum Du Cheſne, T. 3. p. 340. cujus verba mox recitabo, &, ex Recentioribus Boccleri Hiſtoria Seculorum IX. & X. in vita Ottonis Magni, pag. 311. Dn. Schurtzfleiſch, Diſput. de Diviſione Imperii Carolini, §. LXVI. pag. 49. Uterque tamen, tam Henricus, Ottonis Imp. frater, quam Otto, Richwini filius, non niſi tutorio nomine Lotharingiam adminiſtrarunt, Henrico, Giſelberti filio, exiſtente vero Duce.

De obitu Ejus, pariterque Ottonis, Ducatus Procuratoris, rurſus diſſentiunt à ſe invicem Scriptores, quorum alii annum 941 hoc titulo, proferunt, veluti: Albertus Stadenſis, l. c. Alii Annum 943. vid Hugo Flaviniacenſis, l. c. ad h. a. pag. 129. Otho, Dux Lotharienſium, obiit, & Conradus Ducatum obtinuit &c. & Continuator Reginonis an. eod. pag. 77. Otto Dux obiit, cui Cunradi (Cunradus) filius Werinheri, in Ducatu ſucceſſit &c. Alii Annum 944. ut Frodoardus ad h. a. pag. 158. Otto, Dux Lotharienſium, vita deceſſit &c. Sigebertus Gemblacenſ. anno eod. pag. 581. Otto, Dux Lotharienſium, obiit; Conradus, Gener Regis, Ottoni ſucceſſit &c. Albericus, an. eod. p. 281. Otto, Dux Lotharienſium, poſt annum obiit: Conradus Wormacenſis, Gener Ottonis, (Imperatoris) ei ſuccedit &c. Alii Annum 945. ut Marianus Scotus h. a. pag. m. 447. Otto Dux obiit, cui ſucceſſit Conradus &c. Quicquid ſit, cum Witichindus l. c. pag. 649 vetuſtus Auctor Geſtorum Imperatorum, ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V. l. c. Conradus Urſpergenſis l. c. Albertus Stadenſis l. c. aliique, Ottonem, & Henricum, ſine diſtinctione temporis, mortuos perhibeant, ex erroribus Henningeſii eſſe puto, quando part. I. Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia, p. 66. Henricum noſtrum, anno demum 955. exuvias mortales depoſuiſſe tradit; Dn. Tolnero, Hiſtor. Palat. Cap. VIII. pag. 204. defunctus videtur Anno 948.

Operam Ottonis, in redigendis in ordinem Ducibus, Ottoni Imp. arma inferentibus, præſtitam, celebrant Auctores, in vita Giſelberti, v. 17. & præced. Tit. XI §. 1. lit. b. v. 7. pag. 942. producti.

Ab exceſſu Ottonis Ducis, magnum auctoritatis pondus in Lotharingia Moſellanica habuiſſe Hermannum Puſillum C. P. R. ſeq. v. 14. in vita Conradi, demonſtrabo. Ætate Henrici noſtri, atque Ottonis, Ottonem Imp. & Ludovicum, Galliæ Regem, an. 942. pacem tandem inter ſe pepigiſſe, Annalium fide nititur; Frodoardus ad h. a. p. 155. inquit: Lodhuvicus Rex Ottoni Regi obviam proficiſcitur, & amicabiliter ſe mutuò ſuſcipientes, amicitiam ſuam mutuò firmant conditionibus; multumque de Pace inter Regem Ludovicum, & Hugonem, (Roberti filium) laborans Otto, Hugonem tandem ad eundem Regem convertit. Heribertus etiam pariter, cum æquivoco filio ſuo, ipſius Regis Ludovici efficitur &c. Auctor apud Maderum l. c. pag. 137. & Dn. de Leibnitz l. c. pag. 707. & 708. Ludewicus, Rex Galliæ, audiens occiſum Giſelbertum,

ingemuit, profectusque in Belgicam, Relictam ejus, Gerburgam, ſororem Ottonis, in Conjugem duxit, pacemque fecit cum Ottone Cæſare, quod Ludovico multum profuit &c. Add. *Hermannus, Contractus*, anno eod. p. 942. pag. m. 313. *Otto & Ludovicus Reges pacificantur &c.* & *Hugo Flaviniacenſis*, l. c. an. eod. p. 129. *Ludovicus, obviam profectus Othoni Regi, amicitiam firmavit. Otho quoque Hugonem Magnum Regi conciliat &c.* & *Albertus Stadenſis*, an. eod. pag. 105. *Otto, & Lothewicus, Reges, pacificantur &c.* Controverſiam de *Lotharingia* ſimul fuiſſe ſopitam, non tantum rerum circumſtantiæ innuunt, quandoquidem *OTTO* Victor alias neutiquam *Ludovici* hoſtes fortiſſimos, *Hugonem, & Heribertum*, ad ſubjectionem ei faciendam, induxiſſet; ſed & ex *Fragmento Hiſtoriæ Francicæ*, apud *Franciſcum Du Cheſne*, Tom 3. pag. 340. conjici poteſt, ubi, ſtylo licet rudiori: *Quinto quoque Regni LUDOVICI anno* (adeoque an 941. juxta Frodoardum, qui pag. m 142. Eum anno 936. ſolium conſcendiſſe declarat;) *Otto Transrenenſis Regnum Lotharienſe à Ludovico ſuſcepit, & Henrico, fratri ſuo, illud commiſit &c.* Quamquam, de *ſuſcepto Lotharienſi Regno*, hic dicta, ita ſunt accipienda, ut nihil aliud denotent, quam *Ludovicum*, inter alia, renunciaſſe quoque prætenſionibus ſuis in *Lotharingiam*; qua ratione enim ſuſcipere potuit *Otto*, à *Ludovico*, quod tot titulis, quidni, & jure belli, jam antea habuit? hinc & ipſe *Blondellus, Aſſert. Genealog.* pag 265. fateri cogitur, à tempore ſubactæ ab *Ottone* Lotharingiæ, ulterius deſuper non eſſe certatum. Conf. *Schurtzfleiſch* l. c. pag. 50.

(14) CONRADUS I. & HERMANNUS.

(1) Patrem habuit *Wernerum*, Franconiæ Comitem; Vid. *Continuator Reginonis*, ad an. 943. pag. 77. verbis modò prolatis; Rectè hinc *Meibomius*, in Notis ad lib. 1. *Witichindi*, T. 1. *Rer. German.* pag. 684. CONRADUS, *cognomento RUFUS, Patrem habuit Wernerum, fratres Hermannum & Udonem, Comites &c.* Conf. Dn. *Tolnerus, Hiſtor. Palat.* C. VIII. p. 204. Dn. *Im Hoff, Tabb. Geneal. Regum Europæorum*, §. IV. Dn. *Friderici Lucæ, Furſten-Saal*, p. 264. Alii; *Cranzius* licet lib. 3. *Saxon.* C. XXII in fine, ſcribat: *Rex OTTO donavit Lotharingiam CONRADO, primario inter Proceres Regni adoleſcenti, cui etiam filiam deſpondit, LUTGARDAM: quis autem fuerit, & qua Gente editus CONRADUS, nemo commemorat hoc loco, niſi quod NOBILISSIMUM fuiſſe inde convincitur, quia Regis filius, LUDOLPHUS, huic erat intimus, maxima familiaritate devinctus, & quod Gener Regis eſſet allectus &c.* & *Hemmingeſ.* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p 39. dubitet, num Parens ejus dictus fuerit *Wernerus*, an vero *Eberhardus, Conradi I.* Regis frater. *Sapientis* cognomen ei vindicat *Luitprandus*, lib. IV. *Hiſtor.* C. X p 134. cujus verba ſeq. Catalogo *Ducum Alamanniæ*, v. 29. proferam. & rurſus C. XVI. p. m. 138. ubi: *Conradus, cognomento Sapiens &c.* Ita quoque *Hemmingeſ.* l. c. *Meibom.* l. c. reliqui. *Witichindus*, lib. I. *Annal.* ap. *Meibom.* l. c. p. 640. eum appellat *Conradum. Ducem Francorum &c.* vid. præced. Tit. V. Vita *Ottonis Magni*, v. 2. p. 493. & L. 3. p. 656. *Bellatorem intolerabilem, domi militiaque ſociis charum &c. Ditmaro*, lib. 2. p. m. 17. audit *Dux Conradus, egregius Miles &c.* & Auctori *Geſtorum Imperatorum, ab Henrico Aucupe, ad Henricum V. usque*, apud *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* p. 138. & Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 708. *Conradus, acer & bellicoſus, omnibus Charus &c. Ruotgerus*, ſeu *Rotgerus*, in vita *Brunonis* Colonienſis, Cap. XVI. apud *Surium*, 11. Octob. p. m. 167. & Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 278. memor conſpirationis *Ludolfi* Ducis, adverſus Patrem, *Ottonem* Regem, ait: *Erat præomnibus in Ejus animo, quaſi quidam ſtimulus, Dux paulò ante Fortiſſimus, tunc autem prædo audaciſſimus, Cuno &c.* & Cap. XXI. p. 168. *Cuno, Dux Egregius.* Apud *Ottonem Friſingenſem*, lib. VI. *Chronic.* Cap. XX. p. m. 128. legitur: *Cecidit in eo prælio* (cum Hungaris, ad Licum fl. an. 955.) *Dux Illuſtris Wormacienſis, & Gener Regis Conradus &c.* Conf. Idem l. c. Cap. XXVIII p. 132. nec non *Albericus*, Monachus trium fontium, ad an. 944. p. m. 281. verb. *Conradus Wormacenſis, Gener Ottonis &c.* & ad an. 1024. p. 56. *Dux Wormatiæ, Conradus, qui etiam Dux fuit Bullonii.* Vid. ſeq. *Catal. Ducum Francon.* v. 33. *Ekkehardus Minimus*, Decanus S. Galli, in *Vita B. Notkeri Balbuli* C. XXXI. apud *Goldaſtum*, T. I. *Rer. Alamannicar.* Part. 2. p. 245 nuncupat Eum, *Chonuncnus, Ducem Meranium, Generum Ottonis* Imp. Monacho *Weingarseiiſi. de Guelfis Principibus*, Cap. IV. ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 783. eſt: *Cunno, Nobiliſſimus Comes &c.* A *Chronographo Saxone*, ad Annum 947. pag. 159. vocatur: *Conradus, Dux Lotharingiæ*; & ad an. 955. pag. 167 *Francorum Rector, Dux Conradus &c.* & in *Chronico Regum Francorum*, apud *Lambecium, T. 2. Commentar*, de *Bibliotheca Cæſarea*, Cap. V. pag. m. 394. *Conradus Dux, qui fuit ex Progenie Conradi Regis. &c. Albertus Stadenſis*, ad an. 941. pag. 105. memor ejus, ait: *Erat Adoleſcens acer & fortis, domi militiaque optimus, commilitionibus ſuis carus &c.*

(2) Celebraſſe Eum nuptias, an. 947. cum *Luitgarda Ottonis I.* Imp. filia, præced. Tit. V. in vita *Ottonis I.*

nis I. v. 3. pag. 493. & 494. ſatis probavi; Conf. immediatè præced. vita *Henrici* & *Ottonis* Ducum.

(3) Variam numeroſamque prolem Ei vindicat Monachus *Weingartenſis*, l. c. ſcribens: *Hic Cono quatuor filios progenuit: Eggebertum, Leapaldum, Luittoldum, Counonem ---- Habuit quoque idem Couno quatuor Filias, quarum una Rudolfo iſti,* (Altorfenſi) *alia cuidam de Rinveldin, Parenti Haringiorum; tertia, Regi Rugiorum; quarta, Comiti de Dyehon, nupſit &c.* aſt ſine fundamento. *Meibomius*, in Notis ad *Panegyrin Roſwithæ*, l. c. Tom. I. pag. 729. conſtituit eum Parentem, (1) *Henrici*, ſeu *Henzilonis*, (2) *Brunonis*, ſeu *Gregorii V.* Papæ Romani, (3) *Conradi*, Ducis Carinthiæ, qui an. 1012. deceſſit &c. Confunditur autem hac ratione Pater cum filio, quandoquidem Principes hi non à *Conrado* noſtro, ſed ab ejus filio, *Ottone*, deſcendunt. Apud *Henningeſium* l. c. duo ei dantur Filii (1) *Otto*, Dux Franconiæ, (2) *Theodoricus* Alſatiæ. *Wilhelmus Dilichius* contrà, Part. 2. *der Heſſiſchen Chronick*, pag. 114. & *Blondellus Geneal. Franc.* pag. 169. nullam Eum prolem reliquiſſe autumant. Enimverò, *Ottonem*, Franconiæ Ducem, omninò ab eo fuiſſe prognatum, in *Catalogo Ducum Franconiæ*, in Vita *Ottonis*, ſolidis argumentis probabo.; de reliquis, altum apud Veteres ſilentium. Conf. præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 6. p. 247.

(4) *Henrico* & *Ottone* ad plures abeuntibus, beneficio *Ottonis Magni*, *Lotharingiæ Ducatum* ſortitus eſt. Teſtes, in vita horum Ducum, adduxi. Notat Dn *Tolnerus* l. c., diviſum tunc fuiſſe Ducatum inter *Hermannum*, C. P. R. cui *Tolpiacum*, & *Capræmontium*, duo firmiſſima *Giſelberti* Caſtra, cum aliis locis Rheno adjacentibus, obvenerint; & *Conradum* noſtrum, qui nactus inde reliqua. Idem docet l. c. pag. 207. & 221. Alii *Conradum* planè excludunt, quo titulo veniunt: *Nicolaus Vignierus*, in *Chronic. Burgund.* ad an. 944. ubi: *Ottone, Duce Lotharingiæ Moſellanicæ, Anno 944. mortuo, Hermannus, ab Imperatore Ottone I. Lotharingiæ præficitur, quamvis Sigebertus, aliique, Lotharingiæ Ducatum Conrado Sapienti commiſſum anno ſequenti notaverint &c.* & *Franciſcus de Belleforêt*, dans *les Annales & l'Hiſtoire Generale de France*, Tom. I. lib. 2. pag. 343. facta mentione belli civilis in Gallia, inter *Ludovicum* Regem & *Hugonem*, inquiens: *D'autre part, le Duc Hugues, ayant reçu le ſecours d'Allemagne, conduit Herman, Duc, ou Gouverneur, de Lorraine, y mis par Othon, apres le decez d'Othon, fils de Ricuin, Duc de Moſellane, & parent du defunct Giſelbert; (aucuns appellent cet Herman, Henry, & le font fils de ce Duc Othon,) & avec ces forces, Hugues, ſe ruant ſur les Terres de Roy Louis, chaſſa Ragenaire, & Raou, freres, leſquels étoient Gouverneurs de quelques chateaux de Hugues, que le Roi avoit pris, ayant ſçeu, que ce Grand Duc levoit armeé &c.* quò etiam reſpicere videtur *Caſpar Bruſchius*, in *Chronologia Monaſteriorum Germaniæ*, in deſcriptione Cœnobii *S. Willibrordi Epternacenſis*, pag. 514. *Herimannus, Lotharingiæ Dux, ſucceſſit* (in hac Abbatia) *Giſelberto, ſub Imperatore Othone I. undecimo videlicet anno Regni Ipſius, h. e. anno 949. &c.* Verùm, negari licet nequeat, ad utramque Rheni ripam, Moſamque & Moſellam, varia loca, *Giſelberto* quondam ſubjecta beneficiali lege, à laudato Imperatore, in *Hermannum* hunc fuiſſe translata, de quibus præced. Tit. XI. §. I. lit. b. in ipſius vita, pag 943. dictum; inſuperque, in ordinanda *Lotharingia*, ſtrenuam Imperatori eum navaſſe operam, vel *Frodoardo* teſte, ad an. 944. pag. 158. *Otto, Dux Lotharienſium, vita deceſſit. Hugo, Dux Francorum pactum firmat cum Nordmannis, datis utrimque & acceptis obſidibus, indeque profectionem parat, cum filiis Heriberti,* (Veromanduorum Comitis) *obviam profecturus Odoni Regi in Regnum Lotharis. Sed idem Rex adventum ſuum differens, Herimannum quendam, Ducem cum ingenti dirigit Exercitu ---- Hugo Dux colloquium Herimanni petit, qui miſſus erat obſidere Caſtella Ragenarii ac Rodulfi fratrum, Ludovici Regis fidelium, qui, reſiſtendi Herimanno præſidium non habentes, veniam, datis muneribus multis, ad Odonem Regem, depoſcunt. Is equidem Palatium Aquis deveniens, cum Lotharienſibus colloquium habuit, ubi Miſſi Regis Ludovici, ſed & Hugonis Ducis Legati, ad Eum venerunt. Qui Legatos Regis honorificè ſuſcipiens, Legatis adverſabatur Ducis, donec Manaſſes quidam, Miſſus Hugonis, videns Legatos Ludovici valdè Legationi ſuæ adverſos exiſtere, mandata ſibi ab hoc Rege data nuper, ad ipſum Odonem perferenda, quæ prius aperire noluerat, in medium protulit, pandens exprobrationes non modicas, quæ ſibi Rex Ludovicus Odoni Regi perferre præceperat, quod ſcilicet perjurus eſſet Odo de juramentis, quæ Ludovico juraverat; adjiciens & alia indecorà nonnulla. Quibus admodum permotus Odo, Miſſos Ludovici, quia verbis Manaſſe contradicere non valebant, abjiciens, Legatos Hugonis honorabiliter habuit, omneſque ſibi fideles ab auxilio, ſeu participatione Ludovici, ſeſe ſubmovere præcepit &c.* attamen non recordor, me unquam legiſſe, *Ducatum Lotha-*

Digitized by Google

ringiæ Eum adminiſtraſſe; quem, ab Henrici & Ottonis exceſſu, in Conradum omnes collatum teſtantur. Vid. cit. vita Henrici & Ottonis. Conf. Frodoardus ad Annum 945. (quo Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacenſis, & Albericus, verbis; præced. vita Giſelberti §. 17. occurrentibus, ſubactam demum, ab Ottone, Lotharingiam, exiſtimant,) pag. 163. Dimiſſus itaque Rex (Ludovicus, ex captivitate,) à Nordmannis, ſuſcipitur ab Hugone Principe, quique committens Eum Tetbaldo cuidam ſuorum, proficiſcitur Othoni Regi obviam. Qui Rex, nolens loqui cum eo, mittit ad eum, Conradum, Ducem Lotharienſium, cum quo locutus Hugo, infenſus Othoni Regi, revertitur &c. & ad Annum 948. pag. 173. Rex Ludovicus (Galliæ) deprecatur Regem Othonem, (Germaniæ) ut ſubſidium ſibi ferat, contra Hugonem, & cæteros inimicos ſuos: qui, petita concedens, jubet, ut Conradus Dux, cum Exercitu Lotharienſium, in ejus pergat auxilium &c. & pag. 174. Exercitu denique collecto, Lotharienſes Epiſcopi Moſomum petunt, ipſumque obſidentes Caſtrum, atque oppugnantes, milites, qui erant ibi cum Hugone, ad deditionem compellunt, & acceptis obſidibus, pergunt obviam Ludovico Regi, & Conrado Duci, in partes Laudunenſis Pagi -- ſicque recepto Moſomo caſtro & everſo, Lotharienſes revertuntur in ſua &c. Rurſus, ad an. 949. pag. 178. Rex Ludovicus Laudunum improviſus aggreditur, & noctu, muro latenter à ſuis aſcenſo, diruptisque portarum ſeris, Oppidum ingreditur, capitque cuſtodes, præter eos, qui turrim Regiæ domus conſcenderant, quam ipſe, ad portam Caſtri, fundaverat. Hanc itaque capere non valens, è civitate ſecludit, ducto intrinſecus muro. Quo comperto, Hugo Comes illo cum ſuis proficiſcitur, & Rex Conradi, Lotharienſium Ducis, auxilium, miſſa legatione petit &c. Et ad an. 950. pag. 180. Rex Ludowicus ad Othonem, Regem proficiſcitur. trans Moſellam, conſilium quærens & auxilium ab Eo, de pace fienda, inter ſe & Hugonem: qui promittit, ſe miſſurum Ei Ducem Conradum cum Lotharienſibus, ad id exequendum. Qui Dux, veniens cum Epiſcopis quibusdam, & Comitibus, locutus eſt cum Hugone, de paciſcenda pace, quodque apud ipſum invenit, Ludovico Regi renunciavit; ſicque ad Othonem redit, dimiſſis apud Ludowicum quibusdam Comitibus, qui voluntatem Regis Hugoni ſignificent. Itaque Rex Ludowicus & Hugo Princeps, ſuper Maternam fluvium pacem facturi, cum ſuis deveniunt: & reſiſtentes iſti ex hac parte fluvii, illi ex altera, Legatos ſibi invicem mittunt, & mediantibus atque ſequeſtris Conrado Duce, Hugone Nigro, Adelberone quoque ac Fulberto Epiſcopis, Hugo ad Regem venit, & ſuus efficitur &c. Anno 951. p. 182. Dux Conradus quibusdam infenſus Lotharienſibus, turres quorundam dejicit, & quosdam Virdunenſium honoribus privat; Ragenari verò Comitis quoddam Caſtellum capit, cetera ipſius obſideri facit &c. Ann. eod. teſtibus Annalibus Hildeſienſ. Dn. de Leibnitz T. I. Rer. Brunſuic. pag. 718. comitatus eſt Dux noſter Ottonem Regem in Italiam, cujus etiam curæ credita Papiæ Præfectura, Rege inde egreſſo; Vid. Frodoard. ad an. 952. p. 184. Berengarius Rex ad Conradum Ducem, qui Papiæ remanſerat, venit, à quo, in fide ipſius ſuſceptus, ad Otthonem perducitur &c. nec non Witichindus, cujus Verba præced. Tit. IV. §. 3. lit. L. pag. 313. cum multis teſtibus aliis, habentur. Paucis interjectis, pergit Frodoardus l.c. Hugo Comes, cum ſuis, ſuper Maternam fluvium venit, cui occurrit Dux Conradus, cum quibusdam Lotharienſibus, obſidentque pariter munitionem apud Maroillum, quam Ragnoldus Comes, cum hominibus Domni Artoldi Præſulis, intra ipſum fluvium nuper conſtruxerat, inſtructisque multis undique machinis, fortiter opprimunt, tandemque, non ſine ſuorum damno, capiunt, atque ſuccendunt, iis, qui intus erant, ad fidem Chonradi egreſſis. Nepotes Hugonis, Heribertus & Rotbertus, interim in loco, qui dicitur Mons-felicis, ſibi munitionem inſtruunt, ſicque tam Hugo, quam Chonradus, revertuntur in ſuo &c.

An. 953. exorto Civili bello in Germania, in Regem, Ottonem, inſurgens, Ducatu Lotharingiæ mulctatur, ab Ottone, in fratrem Brunonem, Colonienſium Antiſtitem, translato, de quo Frodoardus, ad h. a. pag. 185. Exoritur, inter Othonem Regem & Liudulfum, filium Ejus, Conradum quoque Ducem, & quosdam Regni ipſius Primates, diſcordia. Nato ſiquidem Regi filio, ex moderna Conjuge, ferebatur eidem Puero Rex Regnum ſuum promittere, quod olim, priusquam Italiam peteret, Liudulfo delegaverat, & Magnates ſuos eidem promittere fidelitatem jurejurando fecerat. Rex igitur Conradum à Ducatu Lotharienſium removet, & Conradus quærebat, ut Regem caperet. Quo comperto, Rex cautè ſe agere cepit, de interitu vero Conradi quærere: Conradus autem Oppida ſua munire. At Ragenarius ei jam dudum inimicus, quoddam ipſius obſidet munitiſſimum Caſtrum. Collecta igitur Conradus, quanta potuit, Militum manu, ad reſolvendam properat obſidionem. Quibus mutuo congreſſis, & pluribus utrimque interemptis, Conradus in fugam verſus eſt, & in Urbem Maguntiam ingreditur &c. & p. 186. Otto Rex Urbem Maguntiam, ubi Conradus ſe rc.

ſe receperat, obſidet, tandemque, poſt duos ferè menſes, cum egreſſo ad ſe Conrado locutus, & obſidibus ab eo acceptis, trans Renum *regreditur. Nec mora Conradus, dimiſſo Maguntiæ militum ſuorum præſidio, Mettenſem appetit Urbem, quam mox futura pervadis inreptione.* Otho Rex , *vocatus à Fratre, Heinrico, Bajoariam petit, quam filius ejus, Liudulfus, captis quibusdam Urbibus, devaſtabat. Conradus Mettenſim quoque Urbem, poſt non modicam ipſius deprædationem, hortatu, ceu fertur, Agenoldi Abbatis, reliquit. Wicfridus, Colonienſis Antiſtes, defungitur, & Bruno, frater Regis Othonis, inibi Pontifex ordinatur: cui etiam Rex Otho Regnum Lotharienſe committit.* Hæc omnia *Frodoardus*; quæ *Witichindus*, lib. 3. *Annal.* pag. m. 652. & ſeqq. *Continuator Reginonis* ad an. 953. pag. 78. *Hamerslebienſis* Monachus , de *Geſtis Imperatorum, ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V.* apud Dn. de *Leibnitz T. I. Rer. Brunſuic.* pag. 708. & *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. 139. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad ann. 952. & 953. pag. 582. *Chronographus Saxo*, Ann. 952. pag. 161. & An 953. pag. 163. *Hugo Flaviniacenſis, Chron. Virdunenſ.* Ann. eod. 953. apud *Labbeum T. I. Biblioth. M. S.* pag. 133. *Chronicon Divionenſe S. Benigni*, an. eod. apud eundem, pag. 294. *Albericus*, ad ann. 952. & ſeqq. pag. 287. &c. *Albertus Stadenſis*, ad an. 953. pag. 107. *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Coſmodromii*, Cap. 48. ap. *Meibomium T. I. Rer. German.* p. 249. aliique , confirmant, addentes, vel etiam propterea ſimultatem inter *Conradum*, & *Ottonem* Regem, ortam, quod Rex *Berengarium*, à *Conrado* in Germaniam miſſum pacem cum eo facturum, juſto frigidius ſuſceperit; ita ſanè *Reginonis* Continuator l. c. *Chunrado Duce , ad perſequendum Berengarium relicto , Berengarius, ejusdem Ducis conſilio , ſponte ſua in Saxoniam ad Regem venit, nihil tamen de his, quæ voluit, obtinuit, ſed machinatione Henrici Ducis, fratris* , (Ottonis) *vix vita & Patria indulta, in Italiam rediit; unde etiam Chunradus Dux, multum offenſus, à debita Regis fidelitate defecit &c.* Sic *Witichindus* l. c. pag. 652. *Perſuaſus Rex Berengarius à Chunrado Duce, cui Papia cum præſidio militari relicta erat cuſtodienda , Regem ſubſecutus eſt in Germaniam, pacem cum Eo facturus, & omnibus , quæ imperaviſſet, obtemperaturus. Cui Regiæ Urbi appropinquanti, occurritur, miliario ab Urbe , à Ducibus & præfectis, Palatinorumque primoribus, & regaliter ſuſceptus, ductus in Urbem juſſus eſt in hoſpitio, ſibi præparato, manere; neque enim faciem Regis intra tres dies videre promeruit; quod ægrè ferens Chuonradus , qui Eum adduxerat, unumque cum Eo ſentiens filius Regis, Luidulfus, ſuſpectum ſuper hac cauſa Henricum, fratrem Regis, habentes, quaſi antiqua ſtimulatum invidia devitaverunt eum &c.*

Anno 954. *præmemoratus Conradus, pacto cum Hungaris inito, eos per Regnum Lotharienſe deducit, usque in Terram Ragenarii, ſcilicet æmuli ſui, atque Brunonis Epiſcopi; nimiaque peracta deprædatione, cum præda magna captivorumque multitudine , Regnum ingrediuntur Ludowici &c.* Sunt verba *Frodoardi*, ad h. a. pag. 186. qui pag. 187. pergit: *Lotharienſes, tam Conradi Ducis infeſtationibus, quam mutuis inter ſe deprædationibus, lacerantur &c.* Hoc ipſo anno, in gratiam Regis eum rediiſſe, *Reginonis Continuator* h. a. docet: *Chunradus etiam omnium, quas habuit, divitiarum nudus, omiſſo Ducatu, in gratiam Regis intromittitur, vita, Patria, & Prædio contentus &c.* Conf. ſeq. Catal. *Ducum Alemanniæ* v. 30. in vita *Ludolfi*, §. 10. ad an. 954.

(5) Anno 955. ſtrenuam, Socero, *Ottoni* Regi , adverſus Hungaros, navat operam, in prælio præſertim ad Lycum, ubi, 10. Auguſti, vitæ finem ſortitur. Vid. *Frodoardus* ad h. a. pag. 189. *Hungari , cum immenſis copiis, & ingenti multitudine, Bajoariam ingrediuntur, volentes venire in Franciam ; contra quos Otho Rex cum Burislao , Sarmatarum Principe, & Conrado, jam ſibi pacificato, pugnavit, & eosdem Hungaros interimens cunctos penè delevit, Conradus autem , qui valde fortiter ea die pugnaverat, & Regem præcipuè de victoria confortaverat, ibidem peremptus eſt &c.* Conf. *Witichindus*, lib. 3. pag. 656. *Primam , & Secundam , Tertiamque Legionem direxerunt Bajoarii, quibus præfuerunt Præfecti Ducis Henrici* (Rixoſi) *nam ipſe bella interim aberat, eò quod valetudine corporis laboraſſet, qua & mortuus eſt. Quartam vero ordinavere Franci, quorum Procurator & Rector erat Dux Cunradus. In Quinta, quæ erat maxima, quæ & dicebatur Regia, ipſe Princeps , vallatus lectis ex multis militum millibus, alacrique Juventute, coramque Eo Angelus, penes quem victoria, denſo agmine circumſeptus. Sextam & Septimam conſtruxerunt Suevi, quibus præfuit Burchardus, cui nupſerat Filia Fratris Regis. In Octava erant Bohemi, electi milites mille, armis potius inſtructi, quam fortuna : in qua & ſarcinæ omnes, & impedimenta quæque, quaſi ipſa eſſet tutiſſima, quæ eſſet noviſſima. Sed aliter res acta eſt, ac arbitrabatur; nam Ungari, nihil cunctantes, Lech fluvium tranſierunt; circumeuntesque Exercitum , extremam Legionem ſagittis laceſſere cœperunt , & impetu, cum ingenti vociferatione, facto, aliis cæſis , aliis captis, ſarcinis omnibus potiti, cæteros Legionis illius armatos*

fugere

fugere compulerunt. Similiter Septimam ac Sextam aggreſſi, plurimis ex eis fuſis, in fugam verterunt. Rex autem cum intellexiſſet, bellum ex adverſo eſſe, & poſt tergum noviſſima agmina periclitari, miſſo Duce cum Quarta Legione, captivos eripuit, prædam excuſſit, latrocinantiaque hoſtium agmina perturbavit. Fuſis latrocinantibus undique adverſariorum agminibus, ſignis victricibus, Dux Cunradus ad Regem revertitur, mirumque in modum cunctantibus Veteranis Militibus, gloriæ victoriæ aſſuetis, cum novo milite, & ferè bellandi ignaro, triumphum peregit &c. & p. 657. *Sed non adeò incruenta victoria fuit, de tam ſæva Gente, Chunradus quippe Dux, fortiter pugnans, animi fervore ſolisque ardore, qui eo die nimius erat, accenſus, æſtuat, vinclisque loricæ ſolutis, dum auram captat, vulnere ſagittæ adverſo gutturis defixæ cadit, cujus corpus, juxta Regis imperium, honorificè collectum, transportatur Wormatiam, ibique ſepelitur, Vir omni virtute animi & corporis magnus atque famoſus, cum fletu & planctu omnium Francorum &c.* Nec non *Monachus Hamerslebienſis*, de *Geſtis Imperatorum* l. c. *Ludolphus, filius Ottonis, & Conradus gener, rebellabant poſt hæc Regi Ottoni. Poſt prælia tandem Patris provolutus pedibus, ſupplicans cum lacrymis, flexit Patrem, & gratiam invenit. Conradus etiam, Gener Regis, in gratiam receptus, & ambo fideles permanſerunt. Ungari demum bellum inferunt Hinrico & Ottoni, qui, junctis octo Legionibus ex Saxonum, Francorum & Bavarorum Populis, occurrit, & ſuperat eos, præmiſſo tamen jejunio, & orationibus, datis & acceptis juramentis in vicem fidelitatis. Hinricus Dux, quia infirmus, non interfuit bello, ſed Duces Ejus. Dux Conradus, audax & bonus conſilio, fortiter pugnans, cum æſtuaret nimium, ſolutis loricæ vinculis, dum auram captaret, ſagitta occiditur. Corpus ejus, cum luctu, Wormatiæ ſepelitur. Ungarorum tres Nobiles capti ſuſpenduntur: reliqui penè omnes occiſi ſunt. Otto, cum triumpho verſus, Pater Patriæ ab Exercitu & Imperator nominatur Glorioſus,* 955. *&c.* Add. *Continuator Reginonis*, an. eod. 955. p. 79. *Ditmarus Merſeburg.* lib. 2. p m 17. *Hermannus Contractus*, an. eod. p. 314. una cum *Hugone Flaviniacenſi*, an. eod pag. m. 133. & *Lamberto Aſchaffenburgenſi*, an. eod. rectè cladem 4. Idus Auguſti, h. e. 10. Auguſti, commiſſam tradens; *Ruotgerus* ſeu *Rotgerus*, in vita *Brunonis* Colonienſis, C. XXI. ap. *Surium*, 11. Octob. pag. m. 168. & Dn. de *Leibnitz* T. 1. *Rer. Brunſuic.* pag. 281. reliquique, præced. Tit. V. in Vita *Ottonis Magni*, v. 4. ad an. 955. p. 498. adducti teſtes, quibus *Nauclerum*, Vol. 2. *Chronograph.* Generat. XXXII. pag. 734. &c. *Spalatini Saxonicum Chronicon.* apud *Hortlederum, von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Tom. I. pag. m. 1485. &c. jungas. Satis probant hactenus dicta, CONRADUM noſtrum non ſolum *Franciæ Orientalis*, ſed & *Lotharingiæ*, moderatum fuiſſe Ducatum.

(15.) BRUNO, *Dux Lotharingiæ*; & GODEFRIDUS, *Dux Moſellanicus*.

(1) Fuiſſe BRUNONEM *Henrici Aucupis*, Germaniæ Regis, & *Machildis* Ringelheimenſis, filium, præced. Tit. V. in vita *Henrici Aucupis* v. 2. & 3. pag. 483. & 484. dictum eſt. Errat itaque *Adamus Bremenſis*. lib. 2 *Hiſt. Eccleſ.* Cap. III. pag. m. 44. ſcribens: *Poſt hæc Colonienſis ArchiEpiſcopus*, BRUNO, *videns jam* HAMMABURG *noſtram, divina opitulante gratia, Suffraganeos habere, veterem de* BREMA, *ſicut in ſcriniis Eccleſiæ noſtræ invenimus, inſtauravit querelam, ſperans, ſe, quæ voluit, eo facilius adepturum, quod Filius erat Ottonis Regis. Sed, dum fruſtra omnibus modis laboraſſet, nec Papæ Conſilium, nec Patris meruit habere auxilium &c.* quæ *Albertus Stadenſis*, ad an. 948. pag. m. 106. totidem verbis repetit; quandoquidem *Bruno*, non *filius*, ſed *frater Ottonis Regis* nuncupandus; ceu *Meibomius*, Not. ad lib. I. *Witichindi*, Tom. I. *Rer. German.* pag. m. 681. & *Gryphiander*, de *Weichbildis*, Cap. XXVIII. §. 11. pag. 71. jam, ante me, notarunt.

(2) Animi ejus dotes depingit *Witichindus*, lib. 2. *Annal.* l. c. pag. 650 *Junior verò Fratrum, Dominus Bruno, magnus erat ingenio, magnus ſcientia, & omni virtute ac induſtria &c.* nec non, Auctor Vitæ *Johannis Gorziæ Abbatis*, apud *Labbeum*, T. I. *Biblioth.* MS. pag. 770. ubi: BRUNO, *magno ac felici poſtmodum futurus uſui & decori, Germanus Regis*, (Ottonis) *ſapientia & prudentia, cum rerum publicarum, tum omnium liberalium eruditione diſciplinarum, ita apprimè eruditus, ut ſui temporis omnes ſuperaret, & antiquos penè æquipararet, cui inſuper & Græcæ lectionis multa acceſſerat inſtructio, omnium tunc temporis, publicè ac privatim agendorum, communicator, ac prudentiſſimus erat Conſultor, eique Imperialium data provincia literarum &c.* Sic *Chronicon Lauriſhamenſe*, ad an. 921. apud *Freherum*, T. I. *Rer. German.* pag. 69. *Poſt* EBERGISUM, (XII. Abbatem Lauriſhamenſem) OTTO, *Sereniſſimus* Rex, *Germanum ſuum*, BRUNONEM, *Colonienſis Sedis ArchiEpiſcopum, & omnium virtutum floribus adornatum, eidem Monaſterio præfecit &c.* In primis *Ruotgerus* ſeu *Rotgerus*, Benedictinus, in vita *B. Brunonis*, C. 2. apud *Surium*, 11. *Octob.* pag. m. 164 & Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 274. *Erant in illo uno homine* (Brunone) *res valde diſſimiles: Natalium Nobilitas; Honorum dignitas; atque ſcientiæ, quæ inflare ſolet, tanta ſublimitas, ut nihil ſupra, animi verò & habitus humilitas, quantum à*

ſaga-

ſagacioribus diſcerni potuit, ut nihil infrà putares: media, charitate conſtrata ſunt. Arridebant ei omnia, quæ ad faſtum ſuppeterent, quæ à ſe ſemper ſtudioſiſſimè, vigilanti manu diſcretionis, abegerat; ita aliud ad oculos hominum, aliud ad teſtem cordium, exhibebat --- pacis donum, quaſi nutrimentum & ornamentum quoddam cæterarum virtutum, ſollicitius expetivit, quod bonis omnibus profuturum præſcivit &c. & Levoldus Northoſius, in *Catalogo ArchiEpiſcoporum Colonienſium*, apud *Meibomium*, l. c. Tom. 2. pag. 5. *Viceſimus Quintus, Bruno, ſub Ottone I. Ipſius fratre, ſedit annos duodecim, qui dilectus Deo & hominibus, fortis in bello, magnus in Pontificibus, quaſi ſol effulſit in Eccleſia Colonienſi, in conſpectu Regum & Principum magnificatus. Nam Imperatore fratre ſuo, in Italia, pro diſponenda Republica, moram faciente, Galliæ & Germaniæ tutelam & procurationem ſuſcipiens, eandem prudenter ac ſtrenuè adminiſtravit, inſurgentes hoſtes reprimens, diſcordes pacificans, paci, potiſſimum ſubditorum, invigilans ac ſaluti &c.* Conf. *Meibomius* l. c. Tom. I. pag. 681. ad lib. 1. *Witichindi.*

(3) Anno 953. nactus eſt ArchiEpiſcopatum Colonienſem, una cum *Ducatu Lotharingiæ. Wicfredus Colonienſis Antiſtes, defungitur, & Bruno, frater Regis Othonis, inibi Pontifex ordinatur, cui etiam Rex Otho Regnum Lotharienſe committit &c.* ita *Frodoardus*, in *Chronico* ad h. a. apud *Pithœum*, pag. m. 186. Conf. *Reginonis Continuator*, an. eod. p. 79. *Wigfridus, Colonienſis Eccleſiæ ArchiEpiſcopus, obiit: cui Bruno, frater Regis, ſuccedens, totius Lotharienſis Regni Ducatum & Regnum, cum Epiſcopatu, ſuſcepit &c.* & *Hugo Flaviniacenſis*, *Chron. Virdunenſ.* an. eod. ap. *Labbeum* l. c. p. 133. *Vigfridus, Colonienſis Epiſcopus, obiit, & Bruno, frater Regis Ottonis, ſuccedit, cui Otto Regnum Lotharienſe commiſit &c.* Nec aliter *Sigebertus Gemblacenſ.* an. eod p m. 582. *Mortuo Wigfrido, Colonienſium ArchiEpiſcopatum ſuſcepit Vir Glorioſus, Bruno, frater Ottonis Imperatoris &c* quamvis, quæ de *Lotharingiæ Ducatu* dicta, in annum 957. referat; *Chronographus Saxo*, an. eod. 953. p. 164. *Wigfridus, Colonienſis ArchiEpiſcopus, obiit, cui Bruno, frater Regis, ſuccedens, totius Lotharienſis Regni Ducatum, cum Epiſcopatu ſuſcepit &c. Albericus Monachus trium fontium*, an. eod. p. 288. *Mortuo Wichfrido, Colonienſium ArchiEpiſcopatum ſuſcepit Vir Glorioſus, Bruno, frater Ottonis Imperatoris &c.* de facto teſtantibus, *Ditmaro* Merſburgico, lib. 2. *Chron.* p. m. 20 cujus verba præced. Tit. XV. §. 22. lit. c. p. 1368. incuria licet typographi poſt verba, *Ducatumq;*, vocabulum *Regni*, ibi omiſſum ſit, & hoc ipſo Titulo XVI. §. 1. lit. b. p. 5. exhibui; *Ruotgero*, in Ejus vita, Cap. XI apud *Surium*, l. c. p. 165. & C. XXVII. p. 170 & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Cap. XI. p. 276. aliisque multis. Annectit *Levoldus à Northof*, l. c. *Lotharingiæ Ducatum*, in perpetuum Colonienſi Eccleſiæ fuiſſe conceſſum, ibi: *Ducem Lotharingiæ, quæ à Rheno ad Moſam extenditur, rebellantem, & terram incendiis infeſtantem, cepit*, (Bruno) *& vinculis injectum, Fratris aſſuturo judicio reſervavit. Quo* (Cæſare ex Italia) *reverſo, ſolemni Principum habito Colloquio, id omnium pariter ſancitum eſt conſilio, ut devicti Ducis Monarchia Præſuli Colonienſi, ſuisque Succeſſoribus, uſu & jure cedat perpetuo, anno ab Incarnatione Domini noſtri, CCCCIV. ſic quod Duces & Præſules nominentur, judicentque gladio, qui prius unico utebantur baculo &c.* Enimverò, præter quod Chronologia hæc omninò falſa ſit, nemo veterum reliqua confirmat, nec Colonienſes Præſules unquam, hoc nomine, *Lotharingiæ Ducatum* uſurparunt. Conf. præced. vita *Conradi*, v. 4. ad an. 953. Error igitur eſt *Halberſtadenſis Chronici*, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom. 2. pag. 136. quando ibi habetur: *Henrico, Ottonis Ducis filio, tres fuerant filii: Primogenitus, Otto Magnus; Secundus, Henricus; Tertius Bruno. Sed Ottoni Magno Regnum ceſſit: Brunoni, ArchiEpiſcopatus Moguntinæ Sedis; Henrico, Ducatus Bavariæ &c.* Nunquam enim *Bruno* Moguntinenſi præfuit Eccleſiæ, ſimiliter non ſatis accuratè Eum anno demum 957. *Lotharingi* Ducatum conſecutum, arbitrantur *Sigebertus* h. a. p. 583. *Albericus*, an. eod. p. 291. Alii. Quod verò à nonnullis *Archi Dux* vocetur, oratorio ſtylo tribuendum eſt. Vid. præc. §. 9. lit. a. pag. 16. An 956. Rex Otho *Placitum habuit apud Enguheem, cum Lotharienſibus, à quibus & obſides accepit, de cunctis penè ipſorum Oppidis. Item, aliud Placitum ab eo, poſt Paſcha, Coloniæ habitum eſt, ubi non paucos à Lotharienſibus theſauros accepit &c.* Hæc *Frodoardus* h. a. pag. 189.

An. 957. Bellorum tumultus agitantur inter Brunonem, ex Præſule Ducem, & Ragenarium Comitem, (Montenſem) *cæteroſque Lotharienſes --- videns vero Ragenarius, non poſſe ſe venienti reſiſtere multitudini, ad Brunonem venit, at, quia quæſitos dare noluit obſides, eum Bruno comprehendens, ſub cuſtodia ſecum deduxit, nec multò poſt trans Renum in exilium miſit &c.* Ita *Frodoardus* h. a. pag. 191. & 192 Conf. Auctor Vitæ *Gerardi*, Abbatis *Bronienſis*, Cap. XV. apud *Surium*, 3. Octob. pag. m. 24. & Dn. de *Leibnitz* T. 1. *Rer. Germ.* pag. 291. *Sub ejus* (Brunonis) *procuratione & adminiſtratione ſagaciſſima, quæ radicitus vitiorum*

ſpuria vitulamina exſtirpabat, tanquam fructuoſa arbor, Lotaringia pacis & juſtitiæ abundantia reflorere viſa eſt, ita, ut palam illo teſtari videretur, ſub ejus tutela, aurea quondam ſecula revixiſſe. Ejus rei argumento eſt Raginerus, Comes Hainoenſium, haud ignotus, quem Longicollum cognominant; qui, cum tyrannidem exerceret in ſuos Comprovinciales, nec vellet redire ad ſanitatem, ſemel atque iterum commonitus, usque in præſens, in ignotis Regionibus degit exul, id agente induſtria ambidextri ArchiEpiſcopi Brunonis &c. & *Sigebertus Gemblac.* ad an. 959. pag. 583. *Bruno, ArchiEpiſcopus, & Archi Dux Lotharingiæ, ſecundas partes in Regno Fratris ſui potenter & induſtriè adminiſtrans, Raginerum, Montenſem Comitem, qui Longicollus cognominabatur, apud Valentianas evocatum, cepit, & irrevocabili exilio damnavit, pro eo, quod Regnum bellis inquietabat, vel, quod verius fuiſſe dicitur, pro eo, quod, mortuo Gisleberto, Duce Conſanguineo ſuo, ea, quæ Gislebertus Uxori ſuæ, Gerbergæ, ſorori Imperatoris, in dotem contulerat, violenter ei auferre præſumebat; bonis Raginerii ad Fiſcum publicatis; Filii ejus, Raginerus & Lambertus, ad Lotharium, Francorum Regem, confugerunt &c.* Eadem repetente *Alberico*, ad h. a. pag. 292.

An. 958. *Bruno, Colonienſis Archi Epiſcopus, cum Exercitu Lotharienſium, per Franciam proficiſcitur in Burgundiam, locuturus cum ſororibus, ac nepotibus ſuis &c.* Ex *Frodoardo* h. a. pag. 191.

An. 959. *Bruno etiam in Franciam venit, & apud Compendium, cum Regina ſorore, ac nepotibus ſuis, diſcordantibus, pro quibusdam caſtris, quæ Rex Lotharius ex Burgundia receperat, colloquium habuit, obſidibusque datis, pacem inter ipſos, usque in futurum tempus placiti pepigit.* Idem, h. a. p. 192. immediate ſubnectens: *Lotharius Rex, cum matre Regina, Coloniam proficiſcitur, in diebus Paſchæ, moraturus hac feſtivitate cum avunculo ſuo, Brunone, dataque illi ſecuritate de Regno Lotharienſe, & quibusdam acceptis ab avunculo donis, Laudunum revertitur &c.* & mox: *Lotharienſes à Brunone Duce deſciſcunt, ſuadente quodam Immone, qui ejus pridem Conſiliarius extiterat, & ab eo nuper receſſerat, propter Oppida quædam ipſorum novitia, quæ idem Dux everti præcipiebat, aliaque onera ipſis inſueta, quæ illis imponere velle ferebatur. Quibus poſtmodum revocatis, Fredericum, quendam Comitem, vice ſua, præfecit. — Caſtrum Divionum Rotbertus Comes invadit, Regis expulſis fidelibus. Quapropter accinctus Bruno, Regis ac Reginæ petitione, in Burgundiam venit, cum Lotharienſibus, aliisque ſibi ſubditis Populis, idemque Caſtrum, ſed & Trecas Civitatem, quam præfatus potiebatur Rotbertus, obſidione vallat &c.*

An. 960. *Munitio, quam vocant Macerias, ſitam ſupra Moſam, infra Terram Remenſis Eccleſiæ, Artaldo, ArchiEpiſcopo redditur, coram Frederico, Lotharienſium Duce,* (Pro-Duce, vid. præced. an. 95.) *à Lamberto, qui eam tenere prohibebatur — Divionem, quandam Munitionem, quam Regis Lotharii fideles tenebant, Rotbertus, frater Heriberti, fidelem Regis ſe fallens, dolo ingreſſus, invadit, Regiis expulſis cuſtodibus; ad quam recipiendam, Rex, cum Matre Regina profectus ipſum obſidet Caſtrum. Bruno Præſul, cum Lotharienſibus, & aliis ſibi ſubditis, illuc adveniens, obſides à Rotberto accepit, quos Regi tradidit; quorum unus, Odalrici Comitis filius, proditor comprobatus, & judicatus, atque decollatus eſt: alter vivus retentus. Otho & Hugo, filii Hugonis, mediante avunculo ipſorum, Brunone, ad Regem veniunt, ac ſui efficiuntur, quorum Hugonem Rex Ducem conſtituit, addito illi Pago Pictavenſi, ad Terram, quam Pater ipſius tenuerat, conceſſa Othoni Burgundia. Audiens autem Bruno, quosdam adverſum ſe Lotharienſium inſurgere, illò cum feſtinatione regreditur, Rege ad obſidionem, cum ſuis conſobrinis, dimiſſo. Quidam Brunonis hoſtium, Rotbertus nomine, Mauuvium* (al. Namurium) *Caſtrum muniebat; alter, Immo, munitionem, quam dicunt Capræmontem: ad cujus obſidionem approperans Bruno, loca circumquaque rebus exhauſta reperit, ſicque abundantem alimentis obſidet hoſtem. Datis ergò treugis, Coloniam ingreditur.* Sunt verba *Frodoardi*, h. a. pag. 193.

An. 962. *Gerberga, Regina Fratris, Brunonis, colloquium petiit, eique hic frater ejus, ne Hugoni Remenſe redderetur Epiſcopium, prout frater ejus petebat, ſuggeſſit &c.* Idem *Frodoardus* h. à. pag. 194.

(4) Tandem, *An.* 965. 11. Octob. obiit. Vid. *Continuator Reginonis*, ad h. a. pag. 83. *Bruno quoque ArchiEpiſcopus, Germanus Imperatoris, Vir, Ducatu pariter & Epiſcopatu digniſſimus, V. Idus Octobris, obiit, cui Foltmarus in Epiſcopatu ſucceſſit &c.* Conf. *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. pag. 156. *Bruno* (*Colonienſis*) *ArchiEpiſcopus obiit, cui Volcmarus ſucceſſit &c.* *Sigebertus Gemblacenſis*, an. eod. pag. 585. *Bruno, Dux & ArchiEpiſcopus, in Franciam pergens, ad pacificandos Nepotes ſuos, Lotharium Regem, & filios Hugonis, ubi Compendium venit, febre correptus, Remis redit, ibique, quicquid in re mancipi habuit, per teſtamentum, Eccleſiis Sanctorum delegato, mortuus eſt, & cor-*

Digitized by Google

& corpus ejus, Deoderico, Metenſium Epiſcopo, Coloniam refertur &c. Quæ *Chronographus Saxo*, anno eod. p. 173. & 174. & *Albericus*, ad annum licet 966. p. 14. repetunt. *Sigebertus*, Levita *S. Vincentii*, in Vita *Theoderici*, Metenſis Epiſcopi, Cap. 8. apud Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 298. memor *Brunonis* noſtri: *devotè & confusè cantu & planctu perſonante omnium, Anno Domini Nongenteſimo Sexageſimo Quinto, V. Iduum Octobris ſolvit naturæ debitum, cœlo mittens gaudium, mundo relinquens juſtitium. DEODERICUS, cum Co-Epiſcopo, corpus amici Coloniam reportavit &c.* Auctor *Annalium Corbejenſium*, eod. an. 965. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. p. 301. *Obit Bruno, ArchiEpiſcopus Colonienſis, olim Commonachus noſter. Quieſcat in pace &c.* de die obitus, teſtatur quoque *Ruotgerus*, in Ejus vita, Cap. XLIV. apud *Surium*, 11. *Octob.* pag. m. 174. & Cap. XL. ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 288. *Corpus autem ejus exanime, ſicut ipſe vivus præceperat, eodem die,* (quo deceſſit) *id eſt, V. Iduum Octobris, indefeſſi ejus comites, levatumq; in feretro transferentes, octavo poſtea die, ad auguſtam Sedis ipſius Metropolim, Coloniam, pervenerunt &c.* Epitaphium ejus habetur ibidem, Cap. XLVII. apud *Surium* l. c. pag. 175.

Fundite corda preces, lachrymoſas mittite voces,
Ecce, Pater Patriæ conditus in ſilice.
Regia progenies, Terras memoranda per omnes,
BRUNO pacificus, Vir bonus atque pius.
Arches Antiſtes, cui clara COLONIA ſedes,
Viſus erat cunctis charus ubique bonis
Offendit tenebras lux vivaciſſima terras,
Invida lingua tacet, laus modò vera placet.
Non fuit hic mundus tam rara munere dignus:
Raptus ab hoc nævo, jam fruitur Domino.
Idus Octobris, quinto Præſul duodenus,
Vitæ conceſſit, ſpes comes alma fuit.

Idem extat, in calce Teſtamenti Ejus, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 290. nec non apud *Johannem Letznerum, MS. Chron. Brunſuic.* lib. V. Cap. XI. & *Meibomium*, Not. ad lib. I. *Witichindi T. I. Rer German.* pag. 681. Enormiter allucinatur *Bucelinus*, Part. I. *Germaniæ Sacræ*, in Catalogo Epiſcoporum *Colonienſium*, pag. m. 25. in vita ejus, ſcribens: *Obiit* 954. Nec tamen rejiciendus ejus obitus in annum 967. ut Auctori *Chronici Colonienſis* fol. 134. obſervante *Henrico Vagedes*, de *Regno Auſtraſiæ*, §. XXII. in *Opera ejus Academica*, pag. 208. videtur.

(5) GODEFREDUM, cogn. *Barbatum*, tempore *Brunonis* noſtri, Ducatum *Moſellanicum* rexiſſe, hincque *Lotharingiæ Ducis* titulo ſubinde compellari, teſtis *Continuator Reginonis* eſt, ad an. 964. pag. 82. *Imperator* (Otto) *ab Urbe Romana revertitur, & infeliciore, quam ſperaverat, omine, in redeundo fruitur; nam tanta Exercitum Ejus peſtis, & mortalitas, invaſit, ut vix vel ſanus quis, à mane usque ad veſperam, vel à veſpera usque manè, ſe victurum ſperaverit. Ex qua peſtilentia obierunt: Henricus, ArchiEpiſcopus Treverenſis, & Gerricus, Abbas Wirzeburgenſis, & Godefridus, Dux Lotharienſis, aliorumque innumera multitudo &c.* Conf. *Ditmarus*, ad ann. 963. p. m. 24. *Ob depoſitionem ſuprà. memoratam Benedicti Papæ, & exilium, quo moritur, ſæva mortalitas Imperatoris Exercitum ſubſequitur, quæ Henricum, Treverenſem ArchiEpiſcopum, & Ducem Godefridum, cum cæteris innumerabilibus, conſumpſit &c. Baronius T. X. Annal.* ad ann. 964. §. XXI. pag. 771. *Browerus Annal. Trevir.* lib. IX. an. eod. §. 143. pag. 468.

(16) CAROLUS Dux *Inferioris Lotharingiæ*, & FRIDERICUS I. Dux *Moſellanicus*, ſeu *Superioris Lotharingiæ*.

(1) Ab exceſſu *Brunonis*, ipſemet Imperator Otto dirigenda *Lotharingiæ Ducatus* in ſe ſuſcepit negotia. *Continuator Reginonis* ad an. 966. pag. 83. ait: *Imperator Coloniæ Natalem Domini celebravit, cunctaque ibi Lotharienſis Regni negotia, prout ſibi videbatur, diſpoſuit &c.* Aſt defuncto Imperatore an. 973. recruduit in Lotharingia Civile bellum, quandoquidem, *Raginerius & Lambertus, filii Raginerii Longicolli, paulatim reſumptis viribus, à Francia redeunt, & cum Garnero, & Rainnoldo, qui Comitatum Patris eorum occupaverant, bello apud Peronam confligunt, eosque cum multis perimunt, & ſuper Hainam fluvium, Caſtello Buxide munito, Lotharingiam infeſtant &c.* Hæc *Sigebertus Gemblacenſ.* ad ann. 973. p. 587. &, ex eo *Albericus, Monachus trium fontium*, ad Ann. 974. pag. 20. Ad annum 976. pergit *Sigebertus* p. 587. *Filii Raginerii Longicolli, auxilio Francorum, & maximè Caroli, poſtea Ducis, fulti, laceſſunt bello Godefridum & Arnulphum Comites, qui, poſt Warnerum, Comitatum Montenſem invaſerunt, montem Caſtrilocum obſident; multis utrinque in conflictu fuſis, obſidio remota eſt, victoria anceps, datur tamen palma Comitibus &c.* Ejusdem prælii meminit *Continuator Frodoardi*, an. eod. apud *Pithœum*, pag. 199. *Tertia decima Kal. Maji, Indict. IV. circa mediam diem, bellum agitur inter Karolum, Regis* (Galliæ, Ludovici Ultramarini) *filium*, (& Lotharii Regis) *fratrem, & Godefridum atque Arnulfum, Lotharienſes Comites. In quo bello ceciderunt, ex parte KAROLI, de proceribus, Emmo de Longia, qui erat Miles Hugonis Ducis, Ahetdo, fideles Karoli, & alii. Ex parte vero Godefridi,*

Digitized by Google

fridi, multò plures, & ipſe Godefridus, lancea perfoſſus, ad terram cecidit. Tandem à ſuis, poſt ſolis occaſum, utcumque ſublatus deportatusque eſt, qui poſtea, per ſpatia temporum, vixit, ſed nunquam priſtinæ ſanitati pleniſſimè reſtitutus fuit &c. ut & *Chronica Andegavenſia*, an. eod. apud *Labbeum*, *T. I. Biblioth. MS.* p. 286. *Prælium, inter Carolum, fratrem Hlotharii, & Hlotharienſes &c.* & *Albericus*, ad ann. 977. pag. 22. &c. *Anno* 977. *Goffridus & Arnulſus, Comites, expulſi de Comitatu Montenſi, à Karolo, frater Regis* (Galliæ, Lotharii) *& Hugone Capet, Duce Francorum, qui, congregato ingenti Exercitu, filios Ragenarii Longicolli, nepotes ſuos, qui eorum filias Uxores duxerant, conſenſu Lotharii Regis, in hæreditatem paternam reſtituerat, Imperatorem* (Ottonem II.) *adierunt, de expulſione ſua, querimoniam facientes: intimantes etiam, quod Rex Francorum, Lotharius, quod impedimentum, poſt obitum Guarnerii, auctoritate Imperatoris, factum, exiſtimaret injuriam ſibi in perſonis conſanguineorum illatam, in terra ipſius Imperatoris perſonaliter intendebat in proximo vindicare. Sed, Imperator, parvipendens relata, & cupiens inter Ipſum, & Regem Franciæ, conſobrinum ſuum, amorem continuari, Ducatum Lotharingiæ* (Inferioris, ſeu Ripuariorum) *dedit Karolo, Fratri Lotharii, Regemque rogavit, ut inſolentiis iſtis excogitatis deſiſteret, & fratris ſui motibus obſiſteret, quantum poſſet. Quod & facere ſtuduit, ſed nequivit Regis animum immutare.* Hæc *Wilhelmus Nangius*, Monachus *S. Dionyſii*, in Chronico, ad h. a. apud *Pithœum*, pag. 207. & 208. Conf. Vita *S. Gudulæ*, apud Brabantos Virginis Celeberrimæ, Cap. XXVI. apud *Surium*, 8. *Januar.* p. 125. *Ottone II. tenente imperium, Carolus, frater Lotharii, Regis Francorum, in Regno Lotharienſi adeptus eſt Ducatum &c.* & *Sigebertus Gemblacenſ.* an. eod. pag. 587. *Filii Raginerii ut pro ſe viriliter agerent, animati Francorum auxilio, & affinitate, (Raginerius quippe Hawidam, Hugonis filiam, poſtea Regis, Lambertus verò Herbergam, filiam Caroli Ducis, duxere Uxores,) in terram Patrum ſuorum relocati ſunt. Ducatus Lotharingiæ datur Carolo, Fratri Lotharii, Regis Francorum, multis inſuper conducto beneficiis, ut & ipſe ab inſolentiis deſiſtat, & fratris ſui Lotharii, motibus obſiſtat &c.* Eadem repetente *Alberico*, ad Annum tamen 978. pag. 22. & 23. Ex Recentioribus, vid. *Paulus Æmilius*, lib. 3. de *Rebus Geſtis Francorum*; *Robertus Gaguinus*, *Hiſt. Franc.* lib. 5. Cap. VI unde ſua Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſput. de *Diviſione Imperii Carolini*, §. LXVI. p. 50. & §. LXX. pag. 57. & 58. dicta rectè de *Inferiori* ſaltem *Lotharingia, ſeu Ripuaria*, quatenus diſtincta jam à *Moſellanorum tractu*, intelligenda tradens.

(2) *Anno* 978. *Imperator omni ſtudio ordinavit Expeditionem ſuam, adverſus Lotharium, Regem Karolingorum, qui in Aquisgrani Palatium & Sedem Regiam, noſtrum ſemper reſpicientem Dominium, valido exercitu præſumſit invadere, ſibique, verſa Aquila, deſignare. Hæc ſtat in Orientali parte domus, morisque fuit omnium, hunc locum poſſidentium, ad ſua eam vertere Regna. Quem celeriter abeuntem Cæſar inſequitur, depopulatis omnibus, & incendio conſumptis, usque ad Pariſiam ſedem. --- Reverſus inde Imperator triumphali gloria, tantum hoſtibus incuſſit terrorem, ut nunquam poſt talia incipere auderent, recompenſatumque eſt his, quicquid dedecoris prius intulere noſtris &c.* Ita *Ditmarus*, lib. 3. pag. m. 29. Clarior *Sigebertus* h. a. pag. 587. *Pacato undique Regno, cum Otto Imperator Aquisgrani moraretur, Lotharius, Rex Francorum, ſubitò, ad invadendam Lotharingiam, contendit, & cedente Imperatore, quia ad pugnam imparatus erat, Rex, poſt multam vaſtationem repatriavit. Quem, cum inæſtimabili Exercitu, Imperator proſecutus, condicto die, ſcil. Calendis Octobris, Franciam intravit, quam, usque ad Calendas Decembris, pervagatus, fines Remenſium, Laudunenſium, Sueſſionum, & Pariſienſium, diverſa cæde vaſtavit, Eccleſiis tantùm Dei omnium immunitate conceſſa; in redeundo tamen, circa Aſonam fl. partem impedimentorum amiſit &c.* Add. *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. pag. 157. *Luitherus Rex* (Galliæ) *cum electo numero militum, repentè invaſit Aquisgrani Palatium, ſeditque ibi tribus diebus. At OTTO Imp. feſtinatò cum Exercitu inſecutus eſt Luitharium, usque in Sigonem fluvium, & usque ad S. Dionyſii Cœnobium, eumque non apprehendit, quia fugiendo evaſit &c.* nec non *Chronicon* Monaſterii *S. Albini Andegavenſis*, ad an. licet 977. apud *Labbeum* l. c. Tom. I. pag. 275. *OTHO Imperator Pariſios venit cum ingenti Exercitu*; quæ totidem verbis, in alio *Chronico Andegavenſi*, an. eod. l. c. p. 286. repetuntur. *Monachus Herveldenſis*, ad an. 978 apud *Schardium* T. I. *Rer German.* pag. 375. *Lamberti* verba confirmans; *Chronographus Saxo*, ad an. 977. p. 189. & *Albericus*, ad an. 979 p. 23. *Sigebertum Gemblacenſem* l. c. exſcribentes; adeoque minus rectè inquit *Wilhelmus Nangius*, ad an. 977. p. 208. *Lotharius, Rex Francorum*, (Occidentalium) *promiſſi non immemor, congregato Exercitu valde copioſo, Lotharingiam intrat, & eam ſubactione ſua redigit, in Civitateque Metenſi Baronum recepit homagia*, qua de ſubactione nihil apud reliquos. Cæterùm, veriora, quæ annectit: *Ita ſuit intus Palatium Aquisgrani, ubi Imperator OTHO reſidebat, omnia circumcirca diripuit,*

puit, Othone, quod imparatus erat ad pugnam, cum ſua Uxore, fugiente: ibique dapibus Imperatoris & ferculis jam pro prandio paratis refocillato Exercitu, Rex inde diſtraxit, quicquid prædabile potuit reperiri totamque adjacentem Provinciam rapinis & incendiis vaſtavit, abſque reſiſtentia, & inde, ſine obice, rediit in Franciam. OTHO autem Imperator tantam injuriam ægre ferens, & properans ad vindictam, poſt receſſum Lotharii, cum copioſo Exercitu, per Lotharingiam, Franciam ingreſſus, & Remenſem, Laudunenſem, Sueſſionenſemque Provincias, omnia devaſtando, pertranſiens, usque Pariſios venit, & Suburbium Civitatis incendit; in Francia quoque manens, à Kal. Octobris, usque ad Kal. Decemb. fines ejus, diverſa clade vaſtavit, Eccleſiis tantùm, Dei amore, immunitate conceſſa. Ea verò, quæ de reditu Imperatoris, pag. 209. commemorat, rurſus invidum & aretalogum produnt Gallum: *Jam Rex Lotharius, Hugone Capucii, Comite Pariſienſi, & Heinrico, Duce Burgundionum, fratre ſuo, evocatis, ingentem congregaverat Exercitum, cum quo ſubitò irruens ſuper hoſtes, eos fugere compulit, quos etiam perſequutus eſt, usque ad Sueſſicuem Urbem. Illi autem ingreſſi fluminis alveum, quod dicitur Axona, neſcientes vadum, maximum detrimentum perpeſſi ſunt. Nam plures multo conſumpſit aqua, quam gladius, & tot ibi perierunt, ut etiam aqua redundaret cadaveribus; aqua enim repleverat ripas ſuas. Lotharius autem conſtanter perſequens eos, tribus diebus, & tribus noctibus, & usque ad flumen, quod fluit intra Ardennam, interfecta ex hoſtibus maxima multitudine, cum triumpho reverſus eſt in Franciam. Otho autem Imperator, cum his, qui evaſerunt, confusè repatrians, non appoſuit ultra redire in Franciam &c.* Ejusdem furfuris eſt *Chronicon S. Maxentii*, vulgò *Malleacenſe*, ad an. 978. apud *Labbeum* l. c. Tom. 2. pag. 204. *Otho Imperator apud Pariſium fuit, ſed Franci fugaverunt Eum*; & ferè, *Johannes Baptiſta Egnatius*, lib. 3. *Romanorum Principum*, in vita *Ottonis II.* apud *Sylburgium T. 2. Hiſtoriæ Auguſtæ*, pag. m. 596.

(3) Tantam victoriam ſi reportaſſet *Lotharius*, qua ratione, anno 980. muneribus magnificis, emere quaſi pacem habuiſſet neceſſe? de qua *Ditmarus* lib. 3. p. 29. & 30. *Imperante prædicto Ottone ſex annos, Lotharius Rex, cum filio ſuimet, ac muneribus magnificis, ad eum venit, & ſibi ſatisfaciens, amicitiam ejus firmiter acquiſivit &c.* & *Sigebertus*, ad an. 980. p. 588. *Otto Imperator, & Lotharius Rex, convenientes ſuper Carum fluvium, pacificantur, datis invicem Sacramentis, & Rex Lotharius Lotharingiam abjurat &c.* & *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 191 *Lotharius, Rex Galliæ, cum magnis muneribus, ad Imperatorem veniens, ſeſe, cum filio, ſubjecit voluntati ipſius &c.* Eadem repetente *Chronico Hildesheimenſi* an. eod. apud Dn. *Obrechtum, Prodrom. Rer. Alſat.* Vol. I. Cap. VII. pag. 137. & *Albericus*, Monachus trium fontium, an. eod. pag. 24. *OTTO Imperator, & LOTHARIUS Rex, convenientes ſuper Karum fluvium, pacificantur, datis invicem ſacramentis, & Rex Lotharingiam abjurat &c.* Feruntne ejusmodi fructus victoriæ? Patet hinc ſimul, quam frivola ſit *Wilhelmi Nangii* narratio, ait. eod. pag. 209. *Lotharius, Rex Francorum, contra voluntatem Principum Regni ſui, Remis pacificatus eſt cum Othone, Imperatore, deditque Othoni, in beneficium, Lotharingiæ Ducatum, quod magis corda prædictorum Principum contriſtavit, & maximè Hugonem Capucii, Pariſienſem Comitem, & Heinricum, fratrem ejus, Ducem Burgundiæ &c.* Quas nugas jam Illuſt. *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. I. Cap. VI. §. 6. pag. 28. ridet; Conf. idem, in Addit. l. c. pag. 23. & 24. Ill. *Obrechtus* l. c. & pag. 138. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 66. p. 49. &c. *Limnæus* ad *Proœmium Capitulationis Caroli V.* verb. *Auch Gallien*, §. 10. pag. m. 122.

4) Extincto Cæſare, ann. 983. ſurrexit nova belli flamma, *Lothario*, Galliæ Rege, altera vice, rupto *Caranæ* pacis fœdere, *Lotharingiam* infeſtante. *Sigebertus Gemblacenſ.* temporum horum memor, ad an. 984. pag 588. ait: *Lotharius, Rex Francorum, ad invadendam Lotharingiam, rurſum laborans, Urbem Virdunum, & Godefridum, ipſius Urbis Comitem, capit &c.* quæ & apud *Albericum* l. c. ad h. a. p. 25. habentur. *Nangius* an. eod. p. 210. ut ſanctè promiſſorum violationi patrocinetur, more ſuo, ait: *Quoniam Lotharingi, Franciam collimantes, rapinas exercebant, Lotharius Rex invadere Lotharingiam decrevit, & rurſum recuperare. Exercitu igitur congregato, Regionem ſubintravit: Virdunum quoque ad deditionem coëgit, & Godefridum, ipſius Urbis Comitem, captivum ſecum abduxit &c.* *Blondellus* contrà, *Aſſert. Geneal. Franc.* pag. 266. &c. neutiquam à *Lothario* inſtitutam expeditionem contendit, invadendi recuperandive *Lotharingiam* propoſito, ſed *Ottonis III.* pueri patrocinium ſaltem ſuſcipiendi, ſummamque Ejus dignitatem aſſerendi. Ecce, qui recenti bello exitus! *Lotharius Rex, videns Ottonem Imperatorem, virtute militum ſuorum, proficere, Urbem Virdunum & Godefridum Comitem, reddit &c.* Idem docet *Albericus* h. a. pag. 26. nec non ipſe *Nangius*, an. eod. p. 210. *Lotharius Rex, videns Othonem, Imperatorem, Othonis filium ... virtute ſuorum militum proficere, mau-*

mandatis & apicibus ejus obtemperans, Virdunum Urbem reddidit, & Godefridum Comitem de *carceribus liberavit, tractatumque concordiæ cum patre ſuo jam pactum cum eo ſtabilivit &c.* novo argumento, Germaniæ Reges hucuſque *Lotharingiam*, minimum jus ſuum in eam ſupremum, ſalvum illibatumque retinuiſſe. Conf. *Obrechtus* l. c. pag. 138.

(5) Hac rerum facie moritur *Lotharius*, an. 986. relicto Galliæ Regni herede; *Ludovico* filio, quo itidem, anno 987. extincto, *Francis Regnum transferre volentibus ad Carolum Ducem* (Lotharingiæ) *fratrem Lotharii Regis, dum Ille rem ad conſilium defert, Regnum Francorum uſurpat Hugo, filius Hugonis, Pariſienſis, ex Hawide, ſorore Primi Ottonis Imperatoris, & regnavit annis novem*; Sunt verba *Sigeberti Gemblacenſis*, ad an. 987. pag. m 588. quæ & *Albericus*, an. eod. pag. 27. ſuppeditat. *Wilhelmus Nangius* an. eod. pag. 210. & 211. rem ſic recenſet: *Ludovicus*, Rex *Francorum, ſine herede* (filio) *moritur, & apud Compendium, in Eccleſia SS. Martyrum Cornelii & Cypriani, ſepelitur. Tunc Francis Regnum transferre volentibus ad Patruum ejus, Karolum* (adeoque legitimum Heredem) *Ducem Lotharingiæ, fratrem Lotharii Regis, dum ille rem ad conſilium defert, & accipere Regnum tardat*, (hæc de ſuo addit) *Regnum Francorum capit Hugo Capuzii, Comes Pariſienſis, & Dux Francorum, filius Hugonis Magni, Comitis quondam Pariſienſis, ex Haovide, ſorore Othonis I. Imperatoris &c.* De bello, inde orto, pergit *Sigebertus*, ad an. 988. pag. 589. *Carolus Dux*, (Lotharingiæ) *Regnum Francorum, ex paterna & avita ſucceſſione, ſibi debitum, contra Hugonem Regem, Nepotem ſuum, repetit, eumque bello perurgens, Laudunum Urbem capit. Hugo autem Rex Carolum in Lauduno obſidet, ſed, ſecundo obſidionis menſe, obſeſſi proſilientes caſtra obſidentium incenderunt, & ipſe Rex Hugo, plurimis ſuorum peremtis, turpiter fugiens vix evaſit &c.* & ad an. 989. *Carolus Dux Montem acutum expugnat, Sueſſionis usque vaſtando peraccedit: inde Rhenum aggreditur, & Laudunum, cum multa præda, revertitur &c.* ad an. 990. *Carolus Dux Remos occupat, Archi Epiſcopum, quem Hugo Rex præfecerat, & quosdam Primates, capit, & Lauduno relegat &c.* Omnia hæc repetit *Albericus* Anno 989. pag. m. 31. & 990. p. 32. Conf. *Wilhelmus Nangius*, Anno 988. & 989. p. 212. & 213. Sine fundamento igitur ſcribit Auctor Chronici *S. Vitoni Virdunenſis*, ad an. 990. apud *Labbeum* l. c. T. I. pag. 401. *Principes Francorum expellunt Carolum, Regem ſuum, de Regno, quem Otto Imperator reſtituit, gravi bello, Sueſſionis eisdem Principibus ſuperatis, &, ob hoc, Lotharienſe Regnum, ab Eo, dono accepit &c.* Quæ mere ficta.

(6) Anno tandem 991. CAROLUS, DUX, *moritur; OTTO, filius Ejus, ſuccedit Ei, in Ducatu Lotharienſium.* Ita *Sigebertus* h. a. pag. 589. *Albericus* verò, pag. 32 refert ejus obitum, ad annum 990. ſcribens ad h. a. CAROLUS --- *Dux, moritur, cui OTTO, filius ſuus, in Ducatu ſuccedit Lotharingiæ &c.* Quem ſequitur *Wilhelmus Nangius*, an. eod. pag. 213. *HUGO, Rex Francorum, collecto Exercitu valdè copioſo*, LAUDUNUM *Urbem, ubi manebat Karolus, Dux Lotharingiæ, cum Uxore ſua, filia* HERBERTI, *Comitis Trecarum, obſidere decrevit. Sed, cernens, quod civitas, vi aſſultuum, inexpugnabilis eſſet, conſilium habuit cum* ANSELMO, *traditore vetulo, Laudunenſium Epiſcopo, qui erat Conſiliarius* KAROLI *principalis. Is enim* ANSELMUS *Epiſcopus, nocte quadam, cunctis quieſcentibus, HUGONI Regi portas aperuit, & tunc captus, & vinctus, KAROLUS, cum Uxore ſua, poſitus fuit à Rege HUGONE, Aurelianis, in carcere, ubi & tandem mortuus eſt &c.* Quæ de Carcère hic traduntur, confirmat *Hugo*, apud *Albericum*, ad an. 987. pag. 26. & 27. *Poſt Francorum Regem*, LOTHARIUM, *& ejus filium, quintum & ultimum de* CAROLI MAGNI *progenie*, *LUDOVICUM, patruus ejusdem* LUDOVICI, KAROLUS, *quia videbatur, quod* HUGONIS MAGNI *filium* HUGONEM *Ducem, à Regni vellet alienare negotiis (nam etiam uxorem eo duxerat inconſulto, ſcilicet filiam Comitis* HEREBERTI *Trecenſis) ab eodem HUGONE, priusquam coronaretur in Regno, obſeſſus* LAUDUNI, *& ſuorum magis fraude, quam hoſtium virtute, captus eſt, & apud Urbem* AURELIANENSEM, *carceri conjectus, de quo nonniſi mortuus eſt ejectus &c.*

(7) Conjugem ejus fuiſſe filiam *Trecenſium* Comitis, ſive *Campaniæ*, HERBERTI, addacta modò *Hugonis* & *Nangii* verba teſtantur. AGNETIS nomen ei vindicat *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 29. De liberis ait *Nangius* ad an. 990. pag. 213. *Habuit autem* KAROLUS *iſte duos filios, Ludovicum ſcilicet & Karolum; & duas filias, Hawidam, & Emengardem, Ludovicus ſucceſſit Patri, in Ducatu Lotharingiæ. Emengardis verò nupta fuit Comiti Namurſiæ, de qua deſcendit Balduinus, Comes Hannoniæ &c.* Ambos, ab *Hugone*, in carcerem conjectos, vitam ibi depoſuiſſe, aſſerit *Henningeſius* l. c.

(8) Præfuit hac ætate *Moſellanico* Ducatui FRIDERICUS, *Ottonis* illius, qui *Henrici*, *Giſelberti* filii,

filii, nomine. *Ducatum totius Lotharingiæ* adminiſtraverat, Annoque 943. vel 944. deceſſerat, gnatus; Vid. *Henningeſius* l. c. pag. 70. *Wiberto* ArchiDiacono, in Vita *Leonis IX.* Cap. 3. apud *Surium*, 19. April. pag. m. 193. audit: *Princeps eximius*; ibi: *Ejus* (Hugonis, *Dagsburgi* Comitis, filii, Leonis IX.) *quidem collegæ, quamvis eo majusculi, exſtiterunt duo Adalberones, contribules ſui, ex quibus prior immaturo eſt hinc raptus exitu, Ducis videlicet Theodorici filius; alter autem, Hezilonis Ducis Germanus, ac Frederici, eximii Principis natus, ſub ſcholarum Magiſtro, Magiſter nepotuli ſui Brunonis, conſtitutus &c.*

Conjugis ejus meminit Auctor Vitæ *S. Adalberonis*, Metenſium Epiſcopi, ipſius filii, qui ſe, ab ipſo *Adalberone*, in Abbatem *Fingenii Scoti*, & *Siviardi* Succeſſorem, benedictum aſſerit, apud *Labbeum* Tom. I. *Bibliothecæ MS.* pag. 670. ubi: *Igitur Adalbero, Sanctæ Metis Venerabilis Præſul — Patre Friderico, qui Galliæ Medianæ Dux, Generoſitatis Excellentia, & Sapientiæ præeminentia, multos Prædeceſſorum in id officii ſuperavit; Matre Beatrice, quæ Magni Hugonis filia fuit, progenitus eſt &c.* ita etiam *Frodoardus*, ad an. 951. apud *Pithœum*, pag. 182. *Interea Federicus, Adelberonis* (Senioris) *Epiſcopi* (Metenſis) *frater, qui filiam Hugonis Principis ſibi deſponderat, in hoc Regnum veniens, munitionem, in loco, qui dicitur Banis, inconſulto Rege vel Regina, conſtruere cœpit &c.* & *Albericus, Monachus trium fontium*, ad Annum 958. p. 292. *Tres iſti* (Hugonis Magni, ſeu Capeti, filii, ſcil. *Hugo*, Rex Galliæ; *Otto*, Dux Burgundiæ, & *Henricus*) *Sororem habuerunt, Beatricem, de qua Fridericus, Dux Moſellanorum, genuit Ducem Theodericum, & Fratrem ejus, Alberonem* (Juniorem) *Epiſcopum &c.* & rurſus, ad an. 984. pag. 25. *Apud Civitatem Virdunum, Hugo, Clericus quidam, in Epiſcopum electus, videns ibi paucas & minus ſibi ſufficientes expenſas, reſignavit, & electus eſt, pro eo, filius Frederici, Albero, Frater Theodorici Ducis, de Beatrice natus, quæ fuit ſoror Hugonis de Francia, qui poſt Lotharium Regnum obtinuit &c.* nec non, ad ann. 988. pag. 28. *Rex Hugo — fratres habuit Ottonem & Henricum, Duces Burgundiæ, & ſororem Beatricem, de qua Fridericus, Dux Moſellanorum, id eſt, Nanceji, frater Epiſcopi Alberonis* (Junioris) *Metenſis, genuit Ducem Theodoricum, & fratrem ejus, Alberonem, Epiſcopum Verdunenſem, qui translatus eſt, ad Epiſcopatum Metenſem, poſt Theodoricum &c.* Quæ de *Adalberone*, Ducis noſtri filio, dicuntur, confirmat etiam *Sigebertus* ad an. 984. p. m. 588. *Theodoricus, Metenſium Epiſcopus, obiit — Epiſcopatum Metenſem ſuſcepit Adelbero, Vir Sanctus & Nobilis, filius Friderici Ducis.*

Ducem FRIDERICUM, hoc ipſo anno deceſſiſſe, in Monaſterio Fani *Michaëlis*, cujus Advocatiam ſibi vindicaverat, ſepultum, docet *Henningeſius* l. c. ubi ſimul hæc liberorum ejus nomenclatura: (1) *Hezelinus*, (2) *Henricus, ambo in juventute defuncti*, (3) *Adalbero*, Epiſcopus Metenſis, an. 1005. mortuus, (4) *Theodoricus* Dux, de quo ſeq. v. 17. His annectit, pag. 71. *Adduntur ab aliis*: (5) *Ludowicus Barri Comes, qui poſtea Monachum egit*, (6) *Beatrix, Monialis Trevirenſis*, (7) *Carolus*, (8) *Gerhardus.* (9) *Gertrudis*, (10) *Sophia*, (11) *Theodoricus, Antiſtes Metenſis, obiit A. C.* 1046. Aſt ampliſſimus hic regerendi campus.

(17) OTTO II. Dux *Lotharingiæ Inferioris*, & THEODORICUS Dux *Moſellanicus*, ſeu *Superioris Lotharingiæ*.

(1) OTTO II. filius fuit CAROLI Anteceſſoris, & AGNETIS, Trecenſium oriundæ Comitibus. Teſtes, *Sigebertum*, ad an. 991. & *Albericum*, ad an. 990. in vita *Caroli*, v. 6. produxi. *Nangio*, ad an. 992. pag. 213. & *Henningeſio* l. c. pag. 29 vocatur LUDOVICUS. Num bellum geſſerit cum *Hugone Capeto*, ejusve filio, *Roberto*, Galliarum Regibus? non reperi apud veteres. De obitu, inquit *Sigebertus*, ad annum 1005. pag. 591. *Mortuo OTTONE Duce, Ducatus Lotharingiæ datur Comiti Godefrido, filio Godefridi Ardennenſis &c.* Conf. *Albericus*, an. eod. pag. 43. *Mortuo Duce Ottone, filio Ducis Caroli, Ducatus Lotharingiæ datur, ab Imperatore, Comiti Godefrido Virdunenſi, filio Godefridi, Comitis Adenenſis &c.* Anno præcedente 1004. eum defunctum tradit *Necrologium Fuldenſe* ad h. a. apud Dn. de *Leibnitz, T. 3. Rer. Brunſuicenſ.* pag. 766. OTTO, DUX, 2 *Non. Novembr.* ſcil. vivendi finem fecit; pariter & *Henningeſius* l. c. pag. 24. Minimum ἄπαις obiit, ſucceſſore relicto *Godefrido Barbato* Juniori.

(2) De THEODORICO, *Moſellanorum* Duce, laudati *Friderici* Ducis filio, teſtes, in vita *Friderici*, adduxi. Ab *Ottonis III.* exceſſu, Imperiale diadema tacitè Eum ſibi vindicatum iviſſe, innuit *Adelboldus*, in vita *S. Henrici*, præced. Tit. 2. § 10. lit. d. ad ann. 1002. pag. 95. Poſtea verò *Henrici Sancti* partibus favit *Hermonnus, Alamanniæ & Alſatiæ Dux, timoratus & humilis homo, à multis, quibus lenitas ejus placuit,*

Digitized by Google

cuit, ſeductus contra Henricum ſe armavit. Theodricus verò, Luthariorum Dux, Vir ſapiens & militaris, quo ſe pars Populi major & melior inclinaret, ſecurus expectabat &c. ſunt verba *Ditmari*, lib. V. pag. m. 52. Quamvis, anno 1003. rurſus Ei non benè cum *Henrico* convenerit, *Adelboldo* teſte præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 97. ut & *Ditmaro reſtituto*, lib. V. apud Dn. de *Leibnitz T. I. Rer. Brunſuic.* p. 371. *Inde Rex diſcedens, Muſclecrum* (Moſellanorum) *Pagum viſitavit, & ad Theodonis Villam veniens, Generale ibidem Colloquium cum Comprovincialibus habuit. Rege verò ibidem omnibus, aliqua neceſſitate laborantibus, benignè legem dare cupiente, Hermannus, ac Theodoricus, ſolo nomine Duces, ſed non re, tentabant hoc impedire, ſed fruſtra &c.* Poſtea vero iterum in gratiam Ejus rediit &c. Annoque 1009. captivitatis ſubiit moleſtias, de quibus inſpicienda *Sigeberti* verba, præced. Tit. V. in vita *Henrici Sancti*, v. 4. ad h. a. pag. 514 quæ *Albericus* an. eod. pag. 45. repetit; *Hermannus Contractus* p. m. 319. rejicit hanc cuſtodiam in annum 1011. ibi: *Theodericus, Dux, à Lothariis captus eſt &c.* Factum confirmat *Ditmarus* lib. VI. pag. m. 72. & ap. Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 388. *In diebus illis, Thiedricus, Metenſis Epiſcopus, & Dux Henricus, frater ejus, cum cæteris conſpiratoribus, magnam Regi, & ſuis familiaribus, moleſtiam inferens, ſibi, ſucceſſoribusque ſuis, inexſuperabile detrimentum promeruit; Eccleſia namque una, quæ extra Metenſem ſtabat Civitatem, & congregatio ibidem ſerviens, à Slavis, Dominum non timentibus, vaſtatur ---- ſatius eſſet huic Eccleſiæ, quod nunquam natus fuiſſet homo ille. Deſcribam quoque unum facinus eorum, quod in Adra, lugubriter peregerunt; Rex autem habuit Concilium in Moguntia Civitate, & hi* (Ezo Palatinus, Hezilo Dux Bavariæ, Theodericus Ep. Metenſis &c.) *tunc interfuere; & cum omnia ibidem, ſecundum ſuimet placitum, reſpondere non potuiſſent, reverſi ſunt irati, pace tamen ad tempus facta: & cum eos ſequerentur, nil mali ſperantes, Heimo, Wirdunenſis Epiſcopus & Dux Thiedricus, latentes inſidias improviſo irruunt, &, paucis effugientibus, cum Epiſcopis interfecti ſunt innumerabiles Viri. Dux ille tunc vulneratus, & quia amicus eorum fuit, captus abducitur, & multos dies cuſtoditur. Poſt hæc, datis obſidibus ſolvitur, & à Regis gratia in hoc non movetur &c.* In Caſtro *Thonaburg*, ad *Ezonem* Palatinum ſpectante, Eum cuſtodibus fuiſſe commiſſum, Auctor eſt Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* Cap. IX. p. 235. docens ſimul, pro *Adra*, legendum eſſe, *Agra*, quam Wormatienſis Pagi Villam veteres *Aggridesheim*, & moderni, *Ogersheim*, vocant: vid. *Freheri Origines Palat.* Part. 2. Cap. XIII. pag. m. 60. voc. *Aggridesheim.* Interfuit etiam Dux noſter Expeditioni Cæſareæ adverſus Polonos; parum autem abfuit, quin redeundo domum ab hoſtibus jugularetur: audiamus *Ditmarum* in fine Libri VII. pag. 114. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 427. *De Imperatore noſtro mihi nunc ſermo oriatur, qui de inviſa* (infauſta) *Expeditione reverſus, nil de promiſſis percepit, ſed parum ſibi renitentibus nocuit. Hujus Miles egregius, atque fidelis, Dux Thiedricus, cum ab eo ſeparatus domum pergere voluiſſet, à quodam Seniore, Stephano, nomine, Cæſaris atque ſuimet, ut patuit, inimico, locis impugnatur abditis, &, cum jam victor exiſteret, milite in præda cadente, iterum initur* (appetitur) *&, proh dolor! ſuperatus, cum paucis effugit &c.* Exiſtimat *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 70 Eum in matrimonio vixiſſe *Richildis*, vel *Schonneildis*, vel *Gertrudis*, *Edmundi*, Angliæ Regis, filiæ, mortuum eſſe Anno 1032. Liberos ei inſuper vindicat (1) GISALAM, conjugem *Erneſti*, Ducis Sueviæ, &, eo mortuo, *Conradi II.* Imp. ſed hoc falſum. (2) THEODORICUM JUNIOREM, aliis FRIDERICUM II. dictum, maritum *Berthæ*, *Henrici* D. Bavar. filiæ. (3) ODONEM, Trecenſem Epiſcopum; (4) TERRICUM Presbyterum; (5) ADELBERGAM, (6) BERTHAM, *Eberhardo* Wirtenbergico nuptam; (7) GERHARDUM, S. Vitoni Abbatem & (8) BEATRICEM. Dn. *Tolnerus* vero l. c. pag. 233 arbitratur, Conjugem hujus THEODORICI fuiſſe BERTHAM, *Henrici Sancti* Imp. ſororem; provocans ad *Henningeſium*, ſed is vindicat hanc BERTHAM (de qua hactenus nihil apud Veteres offendi) *Theodorico Juniori*, cujus liberorum hanc ſtruit ſeriem: (1) *Fridericus, Dux Moſellanus, quem aliqui fratrem Theodorici Junioris, alii eundem fuiſſe putant; mortuus, avo adhuc in vivis exiſtente. Uxor Hildegardis, filia Hezelini Palatini Comitis.* (2) *Beatrix, Ux. Bonifacii, Marchionis Montisferrati.* (3) *Petronella, Conjunx Gerhardi, vel Alberti, Alſatici.* (4) *Ludowicus,* (5) *Theodoricus,* (6) *Sophia, avo ſucceſſit in hæreditate, & Barri Comitatum, nupta LUDOWICO, Moncionis & Feretri Comiti &c. mortua A. C. 1069.* Rectè contrariatur his Illuſtr. Dn. *Leibnizius*, ad Cap. IX. *Donnizonis*, de *Vita Mathildis*, *T. I. Rer. Brunſuic.* pag. 646 lit. q. quandoquidem *Fridericus* hic *Theodorici Sen.* filius fuit.

(18) GODEFRIDUS I. Dux *Lotharingiæ Inferioris* & FRIDERICUS II. Dux *Moſellanorum, ſeu Superioris Lotharingiæ.*

(1) Defuncto, ſine liberis, *Ottone II.*, nactus eſt, ab Imperatore, *Henrico Sancto*, *Inferioris Lotharingiæ* Ducatum *Godefridus Barbatus*, *Godefridi*, *Ar-*

dennæ

dennæ Comitis, filius. Vid. *Sigebertus* ad an. 1005. p. 591. & *Albericus*, an. eod. p. 43. quorum verba, ſub *Ottone II.* modò recitavi. Matrem Ejus nominat *Albericus* l.c. *Mathildim, Comitiſſam Saxoniæ*, ibi: *Hujus Godefridi Ardenenſis* (Parentis noſtri Principis) *fuit Uxor Mathildis, Comitiſſa Saxoniæ, quæ peperit ei Epiſcopum Virdunenſem, Alberonem --- Comitem Fridericum, S. Vitonii Monachum; Comitem de Dasburg, Hermannum --- & duos Duces proſapia inclytos, Godefridum iſtum, & Gothelonem &c.* Nec tamen fuit *Ottonis II.* Imp. filia, ut *Henningeſio*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 68. videtur, quandoquidem *Mathilda*, Cæſaris filia, nupta erat *Ezoni* C. P. R. vid. præc. Tit. V. pag. 502. & Tit. XI. p. 944. Cæſari ſemper intemeratam ſervavit fidem: Ad annum 1012. inquit *Sigebertus*, p. m. 592. *Henricus Imperator Godefridum Ducem cum Exercitu in fines Bratuſpantium mittit, ad obſidendum Caſtrum Lovanium, ſed inefficax rediit &c.* Eadem profert *Albericus* h. a. p. 47. an. 1014. *Dux Godefridus Gerardum Comitem*, (Namurcenſem) *multis modis Regnum inquietantem, bello vicit, in quo, filio ejus cum multis occiſo, complices ejus deterruit*; ita *Sigebertus* h. a. pag. 592. &, ex eo, *Albericus*, an. eod. p. 48. An. 1015. *Dux Godefridus Comitatum Montenſem depopulatur, quem Raginerius, cum Patruo ſuo, Lamberto Lovanienſi, inſecutus, apud Florinas pugnam conſeruit, ubi plusquam quadringenti Viri occiſi ſunt, & ipſe Lambertus occubuit &c.* Hæc *Sigebertus* h. a. pag. 592. & κατὰ πόδα, *Albericus* an. eod. p. 49. factum comprobante *Ditmaro*, lib. VII pag. m. 97. & apud Dn. de *Leibnitz, T. I. Rer. Brunſ.* pag. 411. *Paucis abhinc annis, Godofridus Dux, & Gerhardus Comes, Imperatoria poteſtate, pacificati ſunt &c.* Ex *Ditmaro*, l. c. pag. 110 & apud Dn. de *Leibnitz* l c. pag. 423. Anno 1018. *In Friſonia Deoderico Comite filio Arnulphi Gandavenſis, debellante Friſones, in vindicta Patris ſui, ab eis occiſi, Godefridus Dux, ad eum debellandum, ab Imperatore mittitur, &, conſerto prælio, repentè voce, (neſcitur unde,) emiſſa: Fugite, Fugite; cunctis fugientibus, multi à paucis Friſonibus perimuntur, Dux verò capitur &c.* Sunt verba *Sigeberti* h. a. pag. 593. qui l. c. ad Annum 1019. pergit: *Dux Godefridus, impetrata Friſonibus totius injuſtitiæ impunitate, à captivitate ſolvitur, & non multò poſt moritur. Frater verò ejus, Gothelo, in Ducatu ſubſtituitur &c.* eadem repetente *Alberico* ad an. 1018. & 1019. pag. 52. Conf. *Ditmarus* l. c. pag. 112. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 425. Dicto An. 1018. *Octavo Idus Aprilis, ſolemniis ſacroſanctæ Dominicæ Reſurrectionis, Epiſcopus Meinwercus, Patherbrunnæ celebratis, ad Imperatorem Noviomagum perrexit, & in Dominica, qua tunc Albæ deponebantur, videlicet Idibus Aprilis, interventu Cunigundæ Imperatricis, & --- Godefridi, Bernardi, Ducum, Bucelini, Comitis Prædium Siburghuſen, in Comitatu Udonis Comitis, in Pago Hemmerfelde ſitum, obtinuit &c.* Ita Auctor Vitæ B. *Meinwerci Paderbornenſis*, Cap. 56. ap. *Surium*, 5. Junii, p. 96. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 457. Ad an. 1019. annectit idem Auctor Cap. 58. ll. cc. *Imperator, Goslariam veniens, interventu ac petitione Cunigundæ Imperatricis, & Epiſcoporum -- & Godefridi Ducis, Abbatiam Leisbornenſem, ſitam in Pago Triene, in Comitatu Hermanni Comitis, Thiederico Mimigardefordenſis. Epiſcopo Eccleſiæ, ſuisque ſucceſſoribus, tali modo contulit, ut ipſius Eccleſiæ Epiſcopi prædicto loco, Imperiali auctoritate, exinde ſervitium Dei ordinandi penes divinum amorem atque timorem, liberam facultatem haberent &c.*

(2) CONIUGEM Ejus vocat *Henningeſius*, l. c. p. 68. & Part. 2. p. 8. GERTRUDIM, filiam OTTONIS, Ducis Bavariæ, Comitisque Northeimenſis neſcio, qua auctoritate; minimùm ægrotat Chronologia, quandoquidem Dux noſter, ceu mox demonſtrabo, jam an. 1023 ad plures abiit; OTTONE laudato an. demum 1083. defuncto. LIBERI iLidem recenſentur: GOTHELO, de quo ſuo loco: *Itta, Hugo, Stephanus, Henricus, Bruno, Mathildis, Havis, Urſula, Catharina, Hezelinus, Suſanna, Gothofredus, Gertrudis.*

(3) Tempus ejus obitus non ſatis compertum habemus. *Sigebertus* l. c. ad an. 1019. docet, eum non diu ſupervixiſſe anno huic 1019. *Albericus* an. eod. p. 52. ejusdem ſententiæ eſt, quamvis ad an. 1023. p. 56. diſtinctius ſcribat: *Obiit Godefridus Dux.* Juxta *Henningeſ.* l. c. p. 68 deceſſit an. 1025. quod falſum, cum ex *Wippone* diſcamus, *Gozelonem, Ripuariorum* Ducem, jam an. 1024. Electioni *Conradi Salici* interfuiſſe.

(4) *Superioris Lotharingiæ*, ſeu *Moſellanorum Ducatum*, moderatus eſt FRIDERICUS, *Theodorici*, cujus præc. v. 17. memini, filius. Vid. ex *Franciſco Maria Florentino*, Illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, Not. in Cap. IX. *Donizonis*, de *Vita Mathildis, T. I. Rer. Brunſ.* pag. 646. Cui ſententiæ *Albericus* ſuccurrit, ad annum 1052. pag. 88. verbis ſeq. v. 20. in vita GODEFRIDI II. occurrentibus.

(5) Filia Ejus, BEATRIX, nupta erat:

(1) BONIFACIO, Spoletano Duci, & Tuſciæ Marchioni; teſte *Donizone* l. c. Cap. X.

Heroicum Carmen, cupio, nunc ornet ovanter
Facta Ducis Magni, BONIFACII memorandi.

Primitus hunc noſcit, quantum ſit Gallia fortis,
Cum natam Rutili Ducis expetiit Friderici,
Conjuge cum propria Mathildis denique dicta.
Iſte Beatricem Federicus donat habere.
Huic Bonifacio &c.

Conf. *Hermannus Contractus*, an. 1052. p. 334. *Bonifacius, Italiæ Marchio ditiſſimus, Beatricis, Nobiliſſimæ Comitiſſæ, maritus, à duobus militibus, ſagittis toxicatis vulneratus, moritur, & Mantuæ honorificè ſepelitur &c.* reliquique omnes, quos ſeq. v. 20. in vita *Godefridi II.* v. 4. & 5. proferam. *Vitus Arenpeck*, in *Chron. Bavar.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p 662. *Ladislaus Sundhemius*, de *Guelfis Principibus*, ibid. T. I p. 803. *Hemingeſius*, Part. II. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 115. aliique, conſtituunt *Beatricem* hanc ſororem *Henrici III.* Imp.

(2) *Godefrido Barbato*, Lotharingiæ Inferioris Duci. Vid. iidem teſtes.

(6) Interfuiſſe Principem noſtrum electioni *Conradi Salici*, an. 1024. auctoritate *Wipponis* in vita *Conradi Salici*, conſtat, qui, Conventus Principum hujus anni, memor, pag. 424. ait: *Duces autem ſupradictis Viris contemporanei hi fuerant: Benno, Dux Saxoniæ: Adelbero, Dux Hiſtriæ: Hetzilo, Dux Bojoariæ: Erneſtus, Dux Alemanniæ: Lutaringorum Dux, Fridericus: Ribuariorum Dux, Gozelo: Cuno, Wormatienſis Dux Francorum: Udalricus, Dux Boëmiæ &c.* Anno tamen ſequenti, 1025 hoſtibus novi Regis ſe accinxit; quod in vita *Conradi Salici*, præc. Tit. V. §. XI. v. 4 pag. 518. probavi.

(7) Ad plures abiiſſe legitur. Anno 1027. vid. *Wippo* l. c. ad h. a. pag. m. 434. *Chuno, Dux Wormatienſis, patruelis Imperatoris, nec fidus Imperatori, nec tamen multum noxius Illi, interim quietus manebat. Fridericus, Dux Lotharingorum, Vitricus prædicti Chunonis, Imperatori inimicando, morte propria præventus eſt &c.* Filios cum nullos relinqueret, diſpoſuit Cæſar ipſe Ducatus negotia, ad annum usque 1033. quo eum in *Gothelonem*, Ripuariorum Ducem, transtulit, ceu mox demonſtrabo, allodiis duntaxat nepti ex fratre defuncti relictis, *Alberico* teſte ad h. a. p. 65. *Frederico, Moſellanorum Duce, mortuo, quia mares filios non habebat, quibus Ducatus competeret, Gothelo Dux, impetrato, ab Imperatore, etiam Moſellanorum Ducatu, in Lotharingia potentius principatur. Hæredes hujus Frederici dicuntur fuiſſe alternati omninò, per Imperatorem, ſed filia Fefridi, fratris hujus Frederici, cui adjudicatum fuit, tenere allodia Patris, non Feoda &c.*

(19) GOTHELO, ſeu GOZZELO I. Dux *totius Lotharingiæ.*

(1) Excepiſſe Principem hunc in *Inferioris Lotharingiæ*, ſeu *Ripuariorum Ducatu*, fratrem *Godofredum*, docent *Sigebertus Gemblacenſis*, ad ann. 1019. pag. 593 & *Albericus*, an. eod. pag. 52. verbis, in vita *Godefridi*, madò prolatis. Quæ ſufficiunt deducendæ origini.

(2) Quam habuerit conjugem, non ſatis liquidum eſt.

(3) De filiis ejus, *Gozelone II.* & *Godefrido II.* mox plura. Filiam ejus, *Odam, Baldrici*, (al. *Lamberti*, Lovanienſium & Bruxellenſium) Comitis, Conjugem, offendis in vita *S. Gudulæ*, C. XXVII. apud *Surium*, 8. *Januar.* pag. 126. *Lambertus verò, qui & Baldricus, Comes -- annuente in omnibus Uxore ſua, Oda, quæ fuit Gozlonis Ducis filia, ad ſerviendum Deo, ſanctæque Gundulæ Virgini, ibi* (in monte Bruxellæ) *Clericos conſtituit, & ad uſus eorum, ipſam Eccleſiam cum decimis, & alia plura, legaliter contulit &c.*

(4) In *Ripuariorum* Ducatu, ceu modo dixi, ſucceſſit Germano fratri *Godefrido*. Anno 1024. interfuit Principum Conventui, ab obitu *Henrici Sancti* celebrato. Vid. præced. Vita *Friderici* Ducis *Moſellani*. Anno 1025. cum aliis Regni Proceribus, adverſus novum Regem, *Conradum Salicum*, erexit criſtam; hinc nova, fruſtranea licet, Gallorum cupido invadendæ, an. 1026. Lotharingiæ, de qua *Sigebertus Gemblacenſis* ad h. a. p. 594. *Robertus, Rex Francorum, ad invadendam Lotharingiam, animum intendit, ſed citò ab hoc conatu deſiſtit &c. Gothelone Duce, qui, propter privatum odium, gravabat Regnum Conradi, & aliis Principibus, ad pacis unitatem adductis, Regi proſperitas, & Regno accrevit tranquillitas &c.* quæ totidem verbis, *Albericus*, an. eod. p. 58. & 59. ſuppeditat, eademque *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. de *Diviſione Imperii Carolini*, §. 71. pag. 59. innuit.

(5) An. 1033. de vacuo quoque *Superioris Lotharingiæ*, ſeu *Moſellanorum*, Ducatu, ab Imperatore, *Conrado*, inveſtitur. Teſtis *Sigebertus* ad h. a. pag. 595. *Frederico, Moſellanorum Duce*, (an. 1027. *mortuo, quia mares filios non habebat, quibus Ducatus competeret, Gothelo Dux, impetrato, ab Imperatore, etiam Moſellanorum Ducatu, in Lotharingia potentius principatur &c.* Idem docet *Albericus*, ann. eod. p 63. verbis, ſub *Friderico*, jam jam adductis, anno 1037. durante Bello Burgundico, de quo præced. Tit. 2. §. 12 lit. h. v. 7. p. 248. &c. in favorem Imperatoris, infert *Odoni*, Campaniæ Principi, Burgundiæ Regnum uſurpatum eunti, arma, eumq; debellat, in fuga occiſum. Vid. Scriptor coævus, *Hermannus Contra-*

tra-

tractus h. a. pag. m. 322. *Odo, Princeps Carlingorum, à Gozzelone Duce, pugna victus, fugienſque, à quodam milite occiditur &c.* & in Codice Novo, l. c. *Odo, Princeps Gallicæ Campaniæ, à Gozzilone, Lotharingorum Duce, pugna victus, fugienſque, à quodam Milite occiditur &c.* Add. *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, an. eod. pag. m. 441. *Comes Odo de Francia, in Regno Imperatoris quædam loca invadens, à Gozelone, Duce Lotharingorum, & filio ſuo, Godefrido, & Gerhardo Comite, atque à militia Epiſcopi Metenſis, pugna commiſſa cum illo, fugiendo interfectus eſt, & vexillum ejus, Cæſari in Italiam allatum, hoſtem interemptum teſtabatur &c.* nec non *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, an. eod. pag. m. 159 *Gozelo Dux Udonem Comitem occidit, & cum eo ad ſex homines &c. Marianus Scotus*, ad an. 1036. pag. m. 450. *Otto, Princeps Carlingorum, à Gozelone Duce pugna victus, fugiens occiditur &c.* D. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad. an. 1035. p. 595. *Odo Campanienſis, Regnum Rodulphi Regis, avunculi ſui, à Conrado Imperatore, Nepote ſuo, repetens, ut, ſub Eo, regat Burgundiam, efflagitat &c.* & ad an. 1036. *Odo, contra Imperatorem rebellans, Lotharingiam incurſat, Caſtella oppugnat, Urbem Leucorum, quæ Tullus dicitur, obſidet, & in nullo temperat furori ſuo &c.* & ad an. 1037. *Odo Barum Caſtrum obſidet & capit. Gothelo Dux, ægrè ferens inſolentiam Francorum cum Lotharingis, occurrit Odoni, &, conſerto prælio apud Barum, Odo perimitur, & Francorum Exercitus, gravi cæde attritus, à Lotharingia fugere compellitur &c.* Confirmat hæc *Otto Friſingenſis*, lib. VI. *Chron.* Cap. XXXI. pag. m. 134. *Odo Comes, ſacramento rupto, denuò Imperatori in Gallia rebellat. Cumque, ad ignominiam ejus, Caſtrum quoddam, Barrum nomine, obſidione cinxiſſet, à Gozilone, Belgarum Duce, aliisque Regni Fidelibus, occiditur, ac vexillum ejus, in ſignum victoriæ, Auguſto in Italiam mittitur &c.* Eadem tradunt *Godefridus Viterbienſis*, Part 17. Chronicorum, in vita *Conradi Salici*, pag. 486. *Conradus Urſpergenſis*, in ejuſdem vita, ad an. 1037 p. m. 165. Monachus *Herveldenſis*, an. eod. ap. *Schardium T. I. Rer. German.* p. 376. Annales *Hildesheimenſes*, an. eod apud *Dn* de *Leibnitz, T. I. Rer. Brunſuic.* pag. 728. *Chronographus Saxo*, an. eod pag. 246., minus accuratè licet, Caſtrum *Barr*, *Beram* vocet; *Albericus Monachus trium fontium*, an. eod. p. 68. & 69. *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. m. 119. ex Recentioribus, *Simon Rettenbacherus*, lib. 2. *Annalium Cremifanenſium*, Cap. 10. ad an. 1033. p. 151. ſexcenti alii; rectè hinc concludente *Conringio*, lib. I. de *Finibus Imperii*, Cap. VII. § 10. pag. m. 41. & ſeqq. *Barrenſem Ducatum* non ad Galliam, ſed ad Germaniam pertinere.

(6) Deceſſit tandem Princeps hic, Anno 1044. Vid. *Hermannus Contractus* h. a. pag. m. 324. *Gozzilo, Dux Lotharienſium, moriens, Gozziloni filio, quamvis ignavo, Ducatum ſuum, à Rege Henrico* (Tertio) *promiſſum, relinquere diſpoſuit. Sed alter filius ejus, Gotefridus, jamdudum Dux, cum Ducatum, fratri debitum, contra fas, à Rege ſibi obtinere nequiviſſet, jusjurandum fidemque poſtponens, rebellare pio Regi præſumſit &c. &c.* Ecce, duo filii *Gozelonis I.* diſtinctè nominati, *Gozzilo* ſcil. *Junior, & Gotefridus*, quos alii pro uno eodemque habent. Confundit hæc, cum iis, quæ an. 1047 contigerant, *Lambertus* ad an. 1044 pag. 160. *Gozelo, Dux Lotharingorum, obiit, cujus filius Godefridus, Nobiliſſimæ indolis juvenis, atque in re militari admodum exercitatus, quia Ducatum Patris non potuit obtinere, arma contra Rempublicam corripuit, Adelbertum Ducem, quem Rex Patri ejus ſubrogaverat, prælio victum occidit, caedes hominum, & depopulationes agrorum quam maximas fecit, loca omnia, usque ad Rhenum, praeter ea, quæ, vel murorum præſidio, hoſtilem impetum ſubterfugiebant, vel ſe data pecunia redemerant, in cinerem redegit &c.* eadem repetente *Monacho Herveldenſi* an. eod. l. c. p. 377. Auctor *Chronici Leodienſis*, an. eod apud *Labbeum* T. I. *Biblioth* MS. pag. 337. *Gothelo Dux obiit. Godefridus, filius ejus, privatus paterno jure, rebellat &c.* & *Sigebertus*, an. eod. pag. 596. *Gothelo Dux obiit, cujus filius, Godefridus, dum ei Ducatus Moſellanorum denegatur, altero Ducatu* (Ripuariorum) *repudiato, contra Imperatorem rebellat &c.* Quæ etiam *Albericus* profert, pag. 74 perperam tamen ad Annum 1043. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. m. 110. *Mutius*, lib. XIV. *Chronici*, p. m. 113. *Nauclerus*, Vol. 2. Generat. 35. ad an. 1044. p. m. 759 *Lehman*, *Chron. Spirenſ.* lib. V. Cap. 23. an. eod. pag. m. 419. *Schurtzfleiſch*, de *Diviſione Imperii Carolini* c. 71. pag 59. & 60. Alii plures. Hacque via, *Superior Lotharingia*, ab *Inferiori* iterum avulſa eſt.

(20) *GOTHELO II. vulgo Ignavus, Dux Lotharingiæ Moſellanicæ, ſeu Superioris, & GODEFRIDUS II. Barbatus, Dux Lotharingiæ Ripuariæ, ſeu Inferioris.*

(1) *Gothelonem II.* ſucceſſiſſe Parenti in *Lotharingiæ Moſellanicæ* Ducatu, modò dicta probant. Rebellans deſuper *Godefridus II.* ejus frater, *Ripuariorum* Dux, in cuſtodiam mittitur à Rege; qua de re, *Hermannus Contractus*, ad an. 1045 pag. m. 326.

Gotofridus Dux, rebellioni ſuæ deſperans, Regique ad deditionem veniens, in cuſtodiam mittitur &c. Conf. *Lambertus Aſchaffenburg.* An. eod. pag. m. 160. *Dux Godefridus, à Rege in deditionem acceptus, in Gibekenſtein miſſus eſt cuſtodiendus ſicque Regnum brevi tempore quietum & pacatum manſit &c.* Verbotenus hæc & apud Monachum *Herveldenſem* an. eod. l. c. p. 377. occurrunt. *Conradus Urſpergenſis*, ad eundem Annum, in vita *Henrici III.* p. m. 166. *Gotefridus, Dux Lotharingorum, Heinrico Regi rebellans, ad deditionem coactus, in Caſtello Gibichenſteyn, usque ad dignam ſatisfactionem, cuſtodiæ mancipatur &c. Chronographus Saxo*, quatrivis ad Annum 1046. pag 250. *Godefridus, Dux Lothariorum, Regi rebellans, ad deditionem coactus, cuſtodiæ mancipatur &c.* Sic *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1045. pag. m. 122. *Godefridus, Dux Lotharingorum, Heinrico Regi rebellans, ad deditionem coactus, in Caſtello Gibichenſteyn, usque ad dignam ſatisfactionem, cuſtodiæ mancipatur &c.* & *Chronicon Leodienſe*, an. eod. apud *Labbeum* l. c. pag. 337. *Godefridus capitur, & cuſtodiæ mancipatur &c. Naucleius* l. c. corruptè verò arci *Gibichenſtein, nomen Sigiberſtein* imponens; *Magnum Chronicon Belgicum*, p. m. 110. *Muſius*, lib. XIV. p. m. 113. *Lehmannus* l. c. Alii. De liberatione ejus, pergit *Hermannus Contractus*, ad an. 1046. p. m. 327. *Sanctum Pentecoſtes Aquisgrani faciens*, (Imperator) *Gotefrido Duce è cuſtodia relaxato, ſibique procedenti terratenus proſtrato, Ducatum ſuum* (Ripuariorum) *miſertus reddidit &c.* Audiamus *Lambertum* l. c. ad eundem annum: *Dux Godefridus, cuſtodia abſolutus, dum videret, nec interceſſionem Principum, nec deditionem, quam ſponte ſubierat, ſibi aliquid profuiſſe, & rei indignitate, & inopiæ familiaris tædio, permotus, bellum rurſus de integro ſumſit &c.* Eadem habet Monachus *Herveldenſis* l. c. ad ann. 1046. & *Magnum Chronicon Belgicum* pag. m. 110. *Iſte Godefridus, Anno Ducatus ſui primo* (1045.) *hortatu quorundam fidelium Dei, ad recuperandam Imperatoris gratiam adductus, ab Imperatore capitur, & cuſtodiæ mancipatur, ſed filium ſuum obſidem dans, relaxatur &c.* Errat itaque *Mutius*, ſcribens l. c. *Ducem Godefridum captum ſempiterno carceri tradit Imperator &c.* Anſam reſtauratæ rebellioni ſine dubio dedit, quod, hoc ipſo anno 1046. Imperator, *Superioris Lotharingiæ Ducatum, Gozzeloni ignavo* ablatum, præterito iterum *Godefredo* ipſius fratre, in *Fridericum* Lützelburgicum tranſtulerit; Vid. *Hermannus* l. c. *FRIDERICUS, frater Henrici, Ducis Bajoariæ, Dux Lotharingorum, pro Gotefridi fratre, ignavo Gozzilone, conſtituitur.* Probè hæc notanda, quia clarè teſtantur, *Godefridum* nunquam fuiſſe *Superioris Lotharingiæ* Ducem, ſed *Ripuariæ* duntaxat.

(2) Anno igitur 1047. denuò factus Imperatori rebellis, *Ducatu* mulctatur, in *Adelbertum, Namurci* Comitem, transſcripto; *Hermannus Contractus* ad h. a. p. 329. hæc ita recenſet: *Godefridus Dux, & Balduinus de Flandris Imperatori rebellans --- Godefridus Dux, inter alia, quæ contra Regem fecit, Viridunenſem Civitatem combuſſit; cujus Ducatum Imperator ADALBERTO cuidam tradidit &c.* Conf. Monachus *Brunwillerenſis*, de *Erenfrido* C P. R. ejusque Conjuge, *Mathilda*, Cap. 3. apud Dn. de *Leibnitz, T. I. Rer. Brunſuic.* p. 340. & *Lambertus* l. c. poſterioris memor rebellionis: *Inter alias, quas Reipublicæ intulit clades, Neomagum, Domum Regiam, miri & incomparabilis operis, incendit; Civitatem Verdonenſem cepit, majorem in ea Eccleſiam concremavit, ſed, poſt modicum, facti in tantum eum pœnituit, ut publicè ſe verberari faceret, & capillos ſuos, ne tonderentur, multa pecunia redimeret, ſumptus ad reædificandam Eccleſiam daret, in opere cæmentario, per ſe ipſum plerumque, vilis mancipii miniſterio functus, deſerviret &c.* quæ, totidem verbis, Monachus *Herveldenſis* l. c. repetit; factum comprobantibus *Chronico Leodienſi* l. c. ad an. 1047. *Sigeberto Gemblacenſi*, an. eod. pag. 597. *Magno Chronico Belgico* l. c. Hinc civile bellum, quo an. 1048. *Godefridus Adalbertum* occidit. *Hermannus Contractus*, ad h. a. p. 330. inquit, *Gotefridus, Adalbertum Ducem, ſe deprædantem, perſequutus, & dimiſſa multitudine cum paucis inventum, cum aliis, qui repugnare tentabant, occidit. Poſt quem Gotefridus Dux ab Imperatore conſtituitur &c.* aſt rectius in Novo Codice: *Gotefridus Adalbertum Ducem occidit: cujus Ducatum GERHARDO Imperator dedit &c.* Confirmant *Adalberti* necem *Lambertus*, ad an. 1044. p. 160. & Monachus *Herveldenſis* l. c. an eod. p 377 verbis, ſub *Gozelone I.* v. 6. adductis. Nec non *Chronicon Leodienſe* l. c. ad an. 1048. *Dux Albertus à Godefredo perimitur &c* & *Sigebertus* l. c. an. eod. *Albertus, qui Ducatum Moſellaniorum, Godefrido negatum, ſuſceperat, à Godefrido perimitur. Ducatum ejus Gerardus de Alſatia, alterum verò Ducatum Fridericus obtinet.* Quem *Albericus*, an. eod. pag. 82. exſcribit; utriusque veſtigia premente *Browero*, lib. XI. *Annal. Trevir.* §. 91. p. m. 524. ſed non ſatis diſtinctè; cum nec *Adelbertus*, nec *Godefridus Moſellanicæ*, ſeu *Superioris Lotharingiæ*, Duces fuerint, ſed ſaltem *Inferioris*, ſeu *Ripuariæ*, compellandis priori titulo

Gozze-

Gozzelone Ignavo, eique ſurrogato *Friderico.* Conf. Ill. Dn. *Leibnizius*, in Not. ad Cap. X. *Donizonis*, de Vita *Mathildis*, Tom. I. *Rer Brunſuic.* pag. 646.

(3) Accedente *Leonis IX.* P. R. fulmine, ad ſaniora rediens conſilia *Godefridus* noſter, agnovit admiſſa in Cæſarem, & recipitur in gratiam, an. 1049. *Hermannus Contractus* ad h. a. pag. m. 330. rem hiſce delineat: *Sequuta æſtate, cum Imperator Expeditionem contra Gotefridum & Balduinum, à Domino Papa excommunicatos, pararet: Gotefridus, tam contra vim Imperatoris, quam Papæ excommunicationem, Aquisgranum venit, & opitulante Papa, gratiam Imperatoris promeruit &c. Lambertus* ad an. 1050. pag. m. 161. putat, *Godefridum* hoc demum annò, in Synodo *Moguntina*, in Cæſaris gratiam rediiſſe, cujus verba, cum teſtibus aliis, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a pag. 104. & 105. extant; Conf. præced. Tit. V. vita *Henrici III.* Imp. v. 4. ad an. 1049. pag. 527. ubi ſententia *Conradi Urſpergenſis*, teſtesque alii; *Henningeſio*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 68. reconciliationem hanc in Annum 1055. rejiciente.

(4) Anno 1051. *Imperator Natalem Domini Wormaciæ celebravit, ubi LEO Papa, ei valefaciens, mediocriter compoſitis & cauſis Eccleſiaſticis, & Regni negotiis, Romam reverſus eſt, abducens ſecum Godefridum Ducem, & fratrem ejus, Fridericum, qui Gebehar, poſtmodum in Sedem Apoſtolicam ſucceſſit &c.* Sunt verba *Lamberti*, h. a. p. 161. ſimulque *Monachi Herveldenſis*, an. eod. p. 377. Biennio poſt, comitabatur fratrem Conſtantinopolim, iisdem teſtibus, ad ann. 1053 *Lamberto*, p. 161. & Monacho *Herveldenſi* p. 378. *Fridericus, frater Gotefridi, Romanæ Eccleſiæ Archi Diaconus, Conſtantinopoli, Apoſtolicæ ſedis functus legatione, abierat --- ibi quoque, per Godefridum Ducem, hæretici deprehenſi ſunt & ſuſpenſi.* Inde petens Italiam *Godefridus* noſter, opulentiſſimi Marchionis, *Bonifacii*, viduam, *Beatricem*, ſecum junxit matrimonio, de quo iidem *Lambertus*, & *Herveldenſis*, ll. cc. *Marchio Italorum, Bonifacius, obiit, cujus viduam, Beatricem, Dux Godefridus accipiens, Marcham, & cæteras ejus poſſeſſiones, conjugii prætextu, ſibi vindicavit; quo comperto, Imperator Heinricus gravi ſcrupulo perurgeri cœpit, reputans, ne fortè per eum animi Italorum, ſemper avidi novarum rerum, ut à Regno Teutonicorum deficererent, ſolicitarentur &c.* Conf. *Hermannus Contractus*, ad an. 1054. pag. m. 336. *Godefridus iterum, contra Imperatorem, tyrannidem invaſit, Italiamque latenter adiens, Beatricem, Bonifacii, quondam Marchionis, viduam, Uxorem accepit &c. Bertoldus Conſtantienſis*, an. eod. p. m. 342. *Godefridus clam ingreſſus Italiam, Dominam Beatricem, viduam Bonifacii Marchionis, ſibi in conjugium copulavit &c.* & *Sigebertus*, ad annum 1053. pag. m. 598. *Godefridus iterum rebellat, quia, ducta Uxore Bonifacii Marchionis, juſſu Imperatoris, à Longobardia expellitur &c.* Quæ *Albericus*, ad annum 1052. pag. 88. confirmat, exponens ſimul *Beatricis* Genealogiam, quamvis *Beatricis* Patrem *Sigfridum* vocet, *Fridericum* appellandum: *Godefridus iterum rebellat, quia, ducta Uxore Bonifacii Marchionis, à Longobardia excluditur; qui Bonifacius erat Romanæ Urbis Patricius, & Præfectus Anconitanus, & Piſanus Marchio, & totius interjacentis Tuſciæ & Italiæ Dominator. Has omnes dignitates, cum interfectus fuiſſet dictus Bonifacius, per Ejus Relictam, Beatricem, iſte Godefridus accepit, cognomento Barbatus; quæ Beatrix filia fuit Sigifridi de Brie, filii Ducis Theodorici &c.* Add. *Browerus* l. c. §. 124. & 125. ad ann. 1053. & 1054. pag. 534.

(5) His ita ſe habentibus, anno 1055. *Heinricus Imperator Natalem Domini Goslariæ celebravit, ſtatimque exactis feriis ſolemnibus, in Italiam perrexit, vocatus eò Legatione Romanorum, qui nunciaverant, nimium in Italia, contra Rempublicam, creſcere opes & potentiam Godefridi Ducis, &, niſi turbatis rebus mature conſuleretur, ipſum quoque Regnum propediem ab eo, diſſimulato pudore, occupandum fore. Sed, ubi Italiam ingreſſus eſt, Dux Godefridus, miſſis in occurſum Ejus nunciis, mandavit: nihil ſe minus quam rebellionem cogitare, paratum potius, pro ſtatu Reipublicæ, & Imperatoris ſalute, extrema etiam omnia experiri; gratum ſe habere, quod patriis finibus extorris, patriis poſſeſſionibus ejectus, opibus ſaltem Uxoris ſuæ in peregrinatione ſuſtentaretur; quam, nec dolo, nec rapto, ſed ipſius placito; & celebratis ſolemniter nuptiis, in matrimonium ſibi junxiſſet. Beatrix quoque, diſſimulato metu, Imperatori obviam proceſſit, &, vix impetrata dicendi copia, ait: nihil ſe egiſſe, præterquam quod jure Gentium ſibi agere licuiſſet: deſtitutam ſe priori Marito, deſolatæ domui Patronum paraviſſe, & Ingenuum Ingenuo, ſine fuco nefariæ cujusdam machinationis, nupſiſſe; neque æqui, nec boni memorem eum eſſe, ſi id ſibi pace ejus non liceret, quod in Imperio Romano Fœminis Nobilibus ſemper licuiſſet.* Hæc *Lambertus* h. a. p. 162. & *Monachus Herveldenſis*, an. eod. p. 378. ambo immediatè annectentes: *Imperator itaq; accepto à Primoribus conſilio, Godefridum crimine abſolvit, non tam probans ſatisfactionem ejus, quam metuens, ne, malis recentibus exaſperatus, Normannis, infeſtantibus Italiam, Ducem belli ſe præberet, &*

mm 3 *ſe-*

fierent noviſſima ejus pejora prioribus: Beatricem tamen, quaſi per deditionem acceptam, ſecum abduxit, hoc illi culpæ objiciens, quod, contractis Se inconſulto nuptiis, hoſti publico Italiam prodidiſſet &c. Conf. *Bertoldus Conſtantienſis*, an. eod. pag. 342. *Imperator Italiam viſitat, & prædictam Beatricem inde abduxit captivam, quippe multum moleſtè ferens, Duci Gotefrido eſſe copulatam &c.* & *Otto Friſingenſ.* lib. *VI. Chron.* C. 33. p. 136 *Imperator rurſum Italiam ingreſſus, Beatricem, Mathildæ Matrem, Conſanguineam ſuam, marito ſuo, Bonifacio Marchione, defuncto, ſecum reduxit &c.* quæ *Albericus* ad an. 1056. pag. 92. exſcribit; *Conradus Urſpergenſis*, an eod. pag. 167. *Heinricus Imperator Italiam cum Exercitu petens, omnia in pace diſpoſuit, revertensque neptem ſuam Beatricem, Matrem Mathildem*, (Mathildis, vid. præced. Tit. IV. pag. 323.) *ſecum duxit, indigne eam tractans, propter quasdam inſolentias ejus, quibus vivere conſueverat, mortuo Viro Ejus, Bonifacio Duce &c.* Eadem legis apud *Chronographum Saxonem*, an. eod. p. 253. & 254 Jung. *Leo Oſtienſis*, lib. 2. Cap. 89. pag. m. 302. & Cap. 99. pag. 312. Aliique plures.

(6) Anno eodem, *Balduinus Flandrenſis, cum Godefrido, Avunculum ſuum, Fredericum Ducem, intra Androverpum obſidet, ſed, concurrentibus Lotharingis, ab oppugnatione deſiſtit.* Ita *Sigebertus* h. a. pag. 593. conſentiente *Alberico* an. eod. pag. 91. Sed & hæc controverſia, anno 1057. *Coloniæ* iterum compoſita eſt, teſte *Sigeberto* h. a. pag. 593. cujus verba præced. Tit. 2. pag. 106. ad h. a occurrunt, aſtipulante *Alberico*, an. eod. pag. 93. qui poſterioe, ad an. 1065. pag. 105. afferit adhuc, poſt fata *Friderici Moſellani*, reſtitutum fuiſſe Duci noſtro Ducatum, ibi: *Frederico Duce mortuo, Godefridus Ducatum ſuum recepit &c.* legendum autem, cum *Sigeberto*, an. eod. pag. 600. *Friderico Duce mortuo, Gerardus* (Dux Ripuariorum) *Ducatum recepit*; rerum ſuadent circumſtantiæ.

(7) Seculo tandem valedixit an. 1070. vid. *Lambertus* h. a. pag. 179. *Dux Lotharingorum, Godefridus, omnibus penè Terris, magnitudine ſuarum rerum geſtarum, compertus & cognitus, obiit, & Verdunis ſepultus eſt: cui filius ejus, Godefridus, ſucceſſit, præſtantis quidem animi adoleſcens, ſed gibboſus &c.* verba totidem repetente Monacho *Herveldenſi*, an. eod. pag. 389. Add. *Sigebertus Genblac.* An. eod. p. 601. *Gerardus, Dux Moſellanorum, moritur, moritur etiam Dux Godefridus; Gerardo, filius ejus, Deodericus; Godefrido, ſuccedit filius ejus, Godefridus Gibboſus, etſi corpore exiguus, tamen animo eximius &c.* *Chronicon Leodienſe* An. eod. apud *Labbeum*, T. I. *Bibliothecæ MS.* pag. 338. *Godofredus Dux obiit; filius ejus, Patri æquivocus, ſuccedit &c. Albericus* ann. eod. pag. 113. *Moritur etiam Dux Bulloni, Godefridus Magnus, qui dictus eſt Barbatus, & apud Virdunum requieſcit, cui ſucceſſit filius ejus, Godefridus Gibboſus, etſi corpore exiguus, tamen animo eximius &c.* Solus *Bertoldus Conſtantienſis* pag. m. 344. inſcribit ejus obitum anno 1069.: *Godefridus Dux, inter Seculares Excellentiſſimus, &, in recordatione peccatorum ſuorum, ad compunctionem lacrymarum facillimus, in erogatione eleemoſynarum largiſſimus, in vigilia Nativitatis Domini, ſatis laudabili fine, requievit.*

(8) De Familia ejus, inquit *Magnum Chronicon Belgicum*, pag m. 110. *Iſte Godefridus genuit, ex Uxore ſua, Godefridum Gibboſum, qui Ei ſucceſſit in Ducatu Lotharingiæ; & unam filiam, nomine Ydam, quam nuptui tradidit Euſtathio II. Comiti Bononienſi, qui genuerunt Godefridum de Bulione, & Fratres ejus, poſtea Reges Hieruſalem &c.* Confirmant generationem hanc, quæ v. 7. modò allata. Pleniorem Genealogiam ſiſtit *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 68. vindicando ei tres Conjuges, (1) *Adelheidam, Hugonis*, Alſatiæ Comitis, filiam; (2) *Agnetem, Hugonis*, Habsburgici Comitis, gnatam; (3) *Beatricem, Conradi Salici* Imperatoris filiam, viduamque *Bonifacii*, Comitis Canuſii, hic tamen quoad *Beatricis* Parentes oppoſitum ſibi habens *Albericum*, cujus verba præced. v. 4. eecitavi. Ex prima ſuſcepiſſe Eum perhibet quatuor Filios, totidemque filias, quibus hæc nomina: (1) *Godefridus Gibboſus*, Dux, ut ait, *Superioris Lotharingiæ*, (2) *Godofredus Barbatus*, Dux *Inferioris Lotharingiæ*; (3) *Otto*, (4) *Gertrudis*, Uxor *Friderici* Bavari; (5) *Allis* 6) *Henricus III. Brabantiæ* Dux, & Comes *Lovanienſis*, an. 1096. in Ludis Equeſtribus, occiſus, maritus *Gertrudis, Roberti* Phriſii ſororis; (7) *Bertha*, & (8 *Ida, Euſtachio* Bononienſi nupta. Sit autem fides penes Auctorem.

(21) FRIDERICUS III. Dux *Lotharingiæ Moſellanicæ*, & GERHARDUS, primum *Ripuariæ*, deinde & *Moſellanicæ*, Dux.

(1) Depoſito, ab Impeeatore *Henrico III. Gozzelone Ignavo*, Anno 1046. *Moſellanicæ Lotharingiæ* Ducatum nactus eſt *Fridericus, Sigfridi, Luxenburgenſium* Comitis, filius, *Henrici IV.* Bojorum Ducis, & *Cunigundæ* Imperatricis, frater. Vid. *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, C. V. ap. Dn. de *Leib-*

Leibnitz, T. I. Rer. Brunſuic. pag. 783. *Gwelſo ſupra nominatus, Rudolphi bujus filius, Uxorem duxit de Gente Salica, de Caſtro Glibberg* (Dn. de Leibnitz, in Notis ad h. a. rectius legit: *Luzburg*) *Juitham nomine, ſororem Henrici, Ducis Noricorum, & Friderici Ducis Lotharingiorum. & Adilberonis,* (*Theodoriei,* vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 1024. p. 100. & Tit. V. Vita Henrici Sancti, v. 2. p. 511.) *Metenſis &c.* Hinc ſua *Ladislaus Sundhemius,* de *Guelfis Principibus,* ib. p. 802. *Welpho II. ejus nominis, Com. Aldorff. Secundogenitus Rudolfi Com. & Itha Comisiſſæ, ejus Uxoris, Ymiſan, Gentis Salicæ, de Caſtro Gleyſperg, duxit Uxorem ---- Ymiſa fuit Soror Hainrici, Ducis Norscorum, & Friderici Ducis Lotharingiæ, ac Adalberonis, Epiſcopi Metenſis &c.* Conf. Vita *Meinwerci* Paderbornenſis Cap. 41. apud *Surium,* 5. Junii, pag. m. 92. & Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 541. ad ann. 1017. *Meingoz, Trevirenſis ArchiEpiſcopus, obiit, & Athelbero, Præpoſitus Monaſterii S. Paulini Treveris, ortus de Lucelingeburch, Vir potens, & dives valde, habens inter alia bona hereditaria Caſtella hæc: Sarburg, Berencaſtel, Rudiche, ea ſpe & fiducia, qua Soror Ejus, Cunigunda, Regi nupta fuit, Epiſcopalis Cathedralis dignitatem affectavis & uſurpavis &c.* Notabilis locus, quoad ortum D. Cunigundæ.

(2) Uxor Ei fuit *Raclendis,* ſecundis nuptiis obveniens *Alberto* Namurcenſi. Vid. *Albericus,* ad an. 1065. pag. 105. *Hujus Frederici Relictam, nomine Raclendem, duxit Comes Namurcenſis, Albertus, & genuit ex ea Godefridum.*

(3) Bojorum Ducatum, Eum, anno 1046. *Gozzelone ignavo* proſcripto, fuiſſe nactum ab Imperatore, teſtimonio *Hermanni Contracti,* præced. v. 20. in vita *Gothelonis II.* v. 1. in fine, exhibito, firmari poteſt.

(4) Mortuus eſt Ann. 1065. Vid. *Sigebertus Gemblacenſ.* h. a. pag. 600. & *Albericus,* an. eod. pag. 105. verbis præced. v. 20. in vita *Godefridi II.* Ducis, v. 6. occurrentibus.

(5) GERHARDUS, ex *Alſatiæ* Comitibus oriundus, Ducatum *Adelberti,* an. 1048. à *Godefrida, Inferioris Lotharingiæ* Duce, ceu in ipſius vita v. 2. probavi, occiſi, obtinuit. Genus Ejus indicat Illuſt. *Obrechtus, Prodrom. Rer. Alſatic.* Vol. 1. Cap. XI. pag. m. 243.

(6) Ab obitu FRIDERICI, modò laudati, *Gerhardum Moſellanicæ* quoque *Lotharingiæ* Ducatu auctum, disertè docet *Sigebertus* h. a. p. 600. *Friderico Duce* (Moſellanico) *mortuo, Gerardus Ducatum recepit.* Scio equidem, *Albericum* ann. eod. pag. 105. *Gerhardi* loco, legere *Godefridum,* vid. præced. vita *Gothelonis II.* v. 6. aſt, quo fundamento? jam ſemel probavi, *Gotheloni I.* in *Lotharingia Moſellanica,* ſucceſſiſſe *Gozzelonem* filium, cognom: *Ignavum;* huicque ab adminiſtratione remoto *Fridericum,* cui, an. 1065. extincto, *Sigebertus* l. c. *Gerhardum* ſubſtituit ſucceſſorem.

(7) Depoſuit mortales exuvias Anno 1070. adeoque & dicto *Godefrido II.* ferali. Vid. *Sigebertus* h. a. pag. 601. præced. vita *Gothelonis II. & Godefridi II.* v. 7. Add. *Albericus,* an. eod. p. 113. *Gerardus, de Alſatia, Dux Moſellanorum, moritur hoc anno, cui ſuccedit Theodoricus, filius ejus &c.* & *Magnum Chronicon Belgicum,* pag. m. 111. Moritur etiam *Gerhardus de Alſatia, Dux Moſellanorum, hoc anno,* (quo obiit Godefridus II.) *cui ſuccedit Theodoricus, filius ejus &c.*

(8) De Conjuge ejus, & liberis, pergit *Albericus* l. c. *Prædictus Dux Gerhardus de Alſatia, cum iſto Duce, filio ſuo, Theodorico, habuit etiam alterum filium, nomine Gerardum. qui fuit primus Comes Waudani Montis.* (Vaudemont) *Iſte Comes Gerardus, duxit filiam Comitis de Daburg,* (Daxburg) *neptem S. Leonis Papæ, de qua genuit Comitem Waudani Montis, Hagonem, & ſororem ejus, Giſlani, quæ fuit Comitiſſa Barri &c.* Illuſtrat hunc locum Dn. ab *ImHoff, Tabb. Geneal. Illuſtr. Famil. Franc.* Part. I. Tab. 34 ubi ſimul *Gerhardi* poſteri omnes.

(22) GODEFRIDUS GIBBOSUS, Dux *Lotharingiæ Inferioris,*

(1) *Godefridum II.* excepit Filius, ejuſdem nominis, cognom. *Gibboſus,* Anno, ut in ipſius vita, v. 7. probavi, 1070.

(2) Uxor Ejus, *Mathildis,* filia erat *Bonifacii,* Marchionis Tuſciæ &c. & *Beatricis, Friderici,* Lotharingiæ Ducis, filiæ. Vid. *Lambertus Aſchaffenburg.* ad an. 1077. pag. m. 247. *Papa* (Gregorius VII.) *rogatus per literas, à Principibus Teutonicis, qui in Oppenheim convenerant, ut in Purificatione S. Mariæ, ad diſcutiendam cauſam Regis, Auguſtæ occurreret, invitis Romanis Principibus, &, propter incertum rei eventum, iter illud diſſuadentibus, Roma egreſſus eſt, &, quantum poterat, profectionem accelerans, ſtatuto die præſto eſſe ſatagebat, Ducatum ei præbente Mathilda, derelicta Ducis Lotharingorum, Gozzelonis, filia Bonifacii Marchionis, & Beatricis Comitiſſa &c.* Quæ Monachus *Herveldenſis,* an. eod. ap. *Schardium,*

T. I.

T. I. Rer. German. pag 437. repetit. Conf. *Albericus,* Monachus trium fontium, ad an. 1076. pag. 120. *Sicorius quidam , per quosdam Roberti neceſſarios tronsmiſſus, in Freſonia, Godefridum Ducem perimit. Iſte fuit Godefridus Gibboſus, cujus Relicta, Mathildis, Marchiſa, Terram ſuam viriliter rexit, & Abbatiam* Canonicorum *S. Petri ad montes juxta Briciam, in Diœceſi Metenſi, fundavit &c.* Add. ſeqq. *Corol. Ducum Bavariæ,* v. 45. Vita *Welfonis II.* v. 2. pag. 438.

(3) Sicaria manu periit, Anno 1076. Vid. *Lambertus* h. a. pag. 234. *Gozilo, Dux Lotharingorum, cum eſſet in confinio Lotharingiæ & Flandriæ, in Civitate, quæ dicitur Antwerpha, occiſus eſt per inſidias, ut putabatur, Ruberti, Flandrenſis Comitis. Cum enim quadam nocte , quieſcentibus omnibus, ad neceſſitatem naturæ ſeceſſiſſet, appoſitus extro domum ſpiculator confodit eum, per ſecreta natium, relictoque in vulnere ferro , concitus aufugit. Vix deinceps ſeptem diebus accepto vulneri ſuperſtes, 4. Kol. Martii, vita deceſſit, atque Werdunis, juxta Patrem , ſepultus eſt ; magnum Regni Teutonici robur ac momentum; quomodo ut ſæpe jom dictum eſt , licet ſtaturæ puſillitate , atque gibbo deſpicabilis videretur , opum tamen gloria, & fortiſſimorum militum copia , prudentiæ quoque maturitote, poſtremo , totius vitæ, temperantia, longè cæteris Principibus ſupereminebat &c.* Eadem profert Monachus *Herveldenſis,* an. eod. l. c. pag. 428. & 429. Conf. *Sigebertus Gemblacenſ.* an. eod p. 603. *Richarius, in Friſonia, Godefridum Ducem perimit &c.* Chronicon *Leodienſe,* an. eod. apud *Labbeum, T. I. Biblioth. MS.* pag. 338. *Ducem Godefridum ſicarius interimit &c.* Chronicon *S. Vitoni* Virdunenſis, an. eod. ibid. pag. 401. *Obiit Godefredus junior Dux, ſuccedit Godefridus, qui dicitur Bullonenſis &c. Albericus,* an. eod. pag. 120. *Sicorius quidam, per quosdam Roberti neceſſarios transmiſſus , in Freſonia,* GODEFRIDUM *Ducem perimit &c.*

(23) CONRADUS II. Dux *Lotharingiæ Inferioris.*

Erat hic Princeps, filius *Henrici IV.* Imp. à Patre, an. 1076. Lotharingiæ Ducatu auctus ; Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 111. Fata ejus exhibentur præced. Tit. V. §. 11. in vita *Henrici IV.* v. 4. an. eod. pag. 530. & 531.

(24) GODEFRIDUS IV. Dux *Lotharingiæ Inferioris,* poſteaque Rex *Hieroſolymorum.*

(1) Patre natus *Euſtachio,* Bononienſium Comite, & Matre IDA, *Godefridi Gibboſi,* Lotharingiæ Ducis, modò laudati, ſorore; Ducatum ab Imperatore obtinuit an. 1089. Vid. *Sigebertus* h. a. pag 606. *Godefrido, Godefridi Gibboſi, ex ſorore,* (Ida) *nepoti, tandem datur Ducatus Lotharingiæ &c.* eadem repetente *Alberico,* an. eod. p. 136. qui ad ann. 1099. pag. 181. plura de eo recenſens, addit: *Fuit autem Godefridus Dux, Religioſus Vir, & in omni vita ſua commendabilis, & Deo placens, virtute vero & exercitio militari, omnium judicio, ſingularis, antiqua Caroli Magni linea trahens originem, cui verè plurimus in erat Carolus , tom ſanguine quam mente. Pater ejus dictus eſt Euſtachius, Comes Magnificus Bononiæ Civitatis , quæ poſito eſt ſuper mare, quod à Francia noſcitur Angliam ſeparare. Mater ejus Ida nomine, Nobiliſſimo Duciſſa Provinciæ , quæ nunc Lotharii Regnum, ſeu Lotharingia, vocatur , filia Godefridi, ejusdem Potriæ Ducis , fratrem habuit Ducem Godefridum ſimiliter nomine , cognomento Gibboſum, cui ipſe ſucceſſit , defuncto ſine liberis , in Ducatum. Frater ejus , Balduinus, primò Comes Edeſſanus, & poſt eum Regni* (Hieroſolymorum) *ſucceſſor. Tertius frater, Euſtachius, Bolonienſis Comes ; horum major, Godefridus ſcilicet , antequam iter peregrinationis arriperet, & electus eſſet in Regem , cætero, pro more ſuo, geſſit eximiè &c.*

(2) Gentilitium Caſtrum *Bullionenſe* tranſtulit in Leodienſem Eccleſiam, hinc Epiſcopo *Bullonii Ducis* Titulus; Vid. præced. Tit. XV §. 13. lit. r. p. 1203.

(3) An. 1096. Expeditioni Sacræ nomen dedit, de qua Auctores, præced. Tit. XV. §. 24. lit. c. p. 1410. laudati, evolvantur, nominatim, Auctor *Geſtorum Francorum aliorumque Hieroſolymitanorum.* p. m. 1. *Una pors Froncorum in Hungariæ intravit Regionem , ſcilicet : Petrus heremita , & Dux Godefridus, & Balduinus, frater ejus, & Balduinus, Comes de Monte; Robertus Monachus,* lib. I. *Hiſtor. Hieroſolymor.* pag. 33. memor *Petri* Eremitæ: *Collegit ſibi non modicam Equitum peditumque multitudinem, & iter ſuum direxit per Ungariam. Aſſocia tur autem cuidam Duci Teutonicorum , nomine Godefrido, qui erat Euſtachii, Bolonienſis Comitis, filius, ſed officio dignitatis, Dux erat Teutonicus. Hic, vultu elegans , ſtatura procerus, dulcis eloquio , moribus egregius , & in tantùm lenis , ut magis in ſe Monachum , quam militem, figuraret. --- Hic , cum fratribus ſuis, Euſtachio & Balduino , & magna manu Militum Peditumque, per Ungariam iter arripuit &c. Baldricus,* Præſulis *Dolenſis,* in *Hiſtoria Hieroſolymitana,* pag. m. 89. *In Alamanniæ partibus, Dux Godefridus, cum fratre ſuo, Balduino, & Euſtachio, ſermonem hunc* (de ſuſcipienda Expeditione ſacra) *recepit, & iterum alius Balduinus,*

Co-

Digitized by Google

Comes de Monte &c. & pag. 91. *Dux Godefridus, & Balduinus, atque Euſtachius, fratres, & Balduinus de Monte, cum turmis ſuis, per Ungariam commeantes, Conſtantinopolim appropinquabant &c. Albertus Aquenſis, Hiſtor. Expedit. Hieroſolym.* lib. I. C. I. pag. m. 184. *Incipit liber primus Expeditionis Hieroſolymitanæ Urbis, ubi Clariſſimi Ducis, Godefridi, inclyta geſta narrantur, cujus labore & ſtudio Civitas Sancta ab infidelibus liberata, ſanctæ Eccleſiæ filiis eſt reſtituta &c. Fulcherius Carnotenſis,* de Geſtis *Francorum peregrinantium cum armis, & Hieroſolymas pergentium,* ad ann. 1069 pag. m. 384. *Godefridus quippe Dux Regni Lotarienſis, per Ungarorum Patriam ivit, cum Gente multa &c. Guibertus,* Abbas Monaſterii *S. Mariæ Novigenti, Hiſtor. Hieroſolymit.* lib. 2. Cap *XII.* pag. m. 485. *Dux Godefridus, Euſtachii, Bolonienſis Comitis, filius, duos habuit fratres, Balduinum, qui Edeſſenæ Urbi præfuit, &, poſt ipſum fratrem, Rex effectus Jheroſolymæ, nunc usque regnat, & Euſtachium, qui paterno Comitatui præeſt --- ſed, quo cæteris Fratribus prudentior, eò Godefridus Dux extitit militia numeroſiore potentior. Huic adjungitur Balduinus, Comes de Montibus, Rothberti, Flandrenſis Comitis junioris patrui filius; cum nobili igitur rerum Equeſtrium pompa, & ſpectabili fortiſſimorum juvenum frequentia, Hungarorum ingrediuntur terram &c. Wilhelmus Tyrius,* lib. I. *Hiſtor. Hieroſol.* Cap. *XVII.* p. m. 642. *Vir quoque Strenuus & Inſignis, Dn. Godefridus, Lotharingiæ Dux, &, cum eo, fratres ejus, Dn. videlicet Balduinus & Dn. Euſtachius --- ad id ipſum Deo placitum obſequium, ſponte ſe obtulerunt &c.* Auctor *libri V. Aimonii,* Cap. 48. ad ann. 1095. apud *Freherum T.* 2. *Rer. Franc.* pag. 516. *Podienſis Epiſcopus Annatus* (Atinatus) *amore Divino ſuccenſus, crucem Domini, accipiens ad partes illas* (orientalis Plagæ; in qua Salvator noſter natus & paſſus) *& cum illo multi Baronum, ſcilicet: Hugo Magnus, Regis Philippi frater; Boamundus Appulus, Roberti Guiſchardi filius, natione tamen Normannus; Godefridus, Regni Lotharienſis Dux; Raimundus, Comes Provincialium; Robertus, Normannorum Comes, filius Guilermi, Anglorum Regis; Stephanus, Comes Bleſenſis; Robertus, Comes Flandrenſium, & cum eis multitudo maxima equitum & peditum &c. Sigebertus Gemblac.* ad an. 1096. p. m 608. *Eminebant in hoc Dei hoſtico Dux Lotharingiæ, Godefridus, & fratres ejus, Euſtachius & Balduinus &c.* Quæ & apud *Albericum,* an. eod. p. 148. occurrunt. Sexcenti alii, quorum nonnulli ſupr. l. c. pag. 1412. habentur.

(4) Expeditione hac durante, eripuit *Godefridus* noſter Saracenis, die 15. Julii, an. 1099. Urbem *Hieroſolymam,* octavo abhinc die electus Civitatis Princeps ſupremus, ſeu Rex. vid. cit. *Geſta Francorum* pag. 28. *Octavo autem die, quo Civitas fuit capta, elegerunt Ducem Godefridum, Principem Civitatis, qui debellaret Paganos, & cuſtodiret Chriſtianos. Similiter elegerunt Patriarcham, quendam Sapientiſſimum & honorabilem Virum, nomine Arnulfum, in die S. Petri ad Vincula. Hæc civitas fuit capta, à Chriſtianis Dei, decimo quinto die Julii, in ſexta feria &c.* & *Robertus* Monachus l. c. lib. IX. pag. 76. *Eliminatis itaque omnibus inimicis, ab Urbe pacifici nominis, de ordinando Rege, quæſtio debebat agitari, ut ſcil. unus ex ipſis omnibus eligeretur, qui tantæ Urbi, tantoque Populo præficeretur. Communi igitur decreto omnium, pari voto, generalique aſſenſu, Dux Godefridus eligitur octavo ſcil. die, quo Civitas expugnatur &c.* nec non *Raimondus* de *Agilles, Hiſtor. Hieroſolym.* ad an. 1099. pag. m. 179. *Hæc dies celebratur Idus Julii, ad laudem & gloriam nominis Chriſti, qui dedit precibus Eccleſiæ ſuæ Urbem & patriam, quam juravit Patribus, & reddidit in fide & benedictione filiis --- Peractis igitur ſex vel ſeptem diebus, ſolenniter in octava die ceperunt agere Principes, ut aliquis eligeretur in Regem, qui omnium curam gerens, & tributa Regionis colligeret, & ad quem plebes terræ reverterentur, & qui provideret, ne ulterius deſolaretur. Cumque id agerent, congregati ſunt de Clero quidam, & Principibus dixerunt: Laudamus electionem veſtram; verum, ſi rectè & ordinatè faciatis, ſicut ſunt æterna priora temporalibus, ſic Vicarium ſpiritualem eligite prius; poſt hæc, qui rebus agendis ſecularibus præſit; alioquin invalidam eſſe cenſemus Electionem veſtram. Principes verò cum hæc audiſſent, irati nimium, electionem tamen nihilominus accelerabant --- Spreta itaque admonitione, & contradictione Clericorum, hortabantur Principes Comitem S. Ægidii, ut acciperet Regnum; at ille nomen Regium ſe perhorreſcere fatebatur in illa Civitate; ſed præbere ſe illis conſenſum, ſi id alius acciperet. Ob hoc elegerunt pariter DUCEM,* (Lotharingiæ, Godefridum) *& obtulerunt eum ad Sepulchrum Domini &c.* Conf. *Albertus Aquenſis* l. c. lib. VI. Cap. 33. pag. 283. & 284. *Hac vero miſeranda ſtrage Sarracenorum completa, in proximo die Dominico, fideles & primores Chriſtianorum, inito conſilio, Dominium Urbis, & cuſtodiam Dominici ſepulcri, Comiti REYMUNDO dare decreverunt; quo renuente, & cæteris univerſis Capitaneis ad id officium electis, GODEFRIDUS DUX tandem, licet invitus, ad tenendum Urbis Principatum promovetur &c.* & *Fulcherius Carnotenſis* l. c. ad an. 1099. pag. 399.

Julius effervens ter quina luce calebat,
Undecies centum numero ſi dempſeris unum,
Dicebant annos Domini tunc eſſe peractos,
Cum nos Hieruſalem, Gens Gallica, cepimus Urbem.
Ter quina Julius ſplendebat luce micanti,
Urbem cum Franci capiunt virtute potenti:
Anno milleno centeno quo minus uno,
Virginis à partu, genuit quæ cuncta regentem.

Idus erat Julii, Anno, ab obitu Karoli Magni, Ducenteſimo & Octuageſimo quinto ; & à morte Guillermi, Angliæ Regis primi, anno duodecimo. Quippe Godefrido primo Principe facto, quem, ob Nobilitatis excellentiam, & militiæ probitatem, atque manſuetudinis & patientiæ modeſtiam, nec non morum elegantiam, in Urbe Sancta, Regni Principem, omnis Populus, Dei Exercitus, elegit, ad conſervandum illud atque regendum &c. & *Guibertus* Abbas l. c. lib. 7. Cap. XI. pag. 537. *Urbe, ſacrisque locis, libertati reſtituta, mox, per univerſam Chriſti Militiam, eleemoſinæ fieri, Orationesque jubentur, quatenus eorum animis dignetur Unctio ſuperna ſuggerere, quem, ſub dignitate Regia, ad jura debeant regenda Sanctæ Civitatis, eligere? octavo itaque poſt ejus receptionem die — Godefridum demum Ducem aggrediuntur, & Ei, omnium pariter inſtantium prece, hujusce laboris potius quam honoris, faſcis imponitur, habituro, contra Gentilium copioſiſſimas vires, duellionis in reniſſæ rigorem, & perpetuum, cum ſibi adjacente Chriſtianitate fav rem &c.* & *Wilhelmus Tyrius* l. c. in fine Libri VIII. pag. 762. *Capta eſt autem prædicta Civitas* (Hieroſolymorum) *Anno, ab Incarnatione Domini, Milleſimo Nonageſimo Nono, menſe Julio, Quinta decima die menſis, Feria ſexta, circa horam diei nonam, anno tertio, ex quo fidelis Populus tantæ peregrinationis ſibi onus aſſumpſerat, Præſidente S. R. Eccleſiæ Dn. Urbano, Papa Secundo ; Romanorum vero Imperium adminiſtrante Dn Henrico IV. ; in Francia vero regnante Dn. Philippo ; apud Græcos autem in ſceptris agente Dn. Alexio.* Et lib. IX. pag. 763. *Sancta igitur Civitate, per Domini ſuperabundantem gratiam, Chriſtiano Populo reſtituta — octava die conveneruns Principes habituri tractatum, invocata S. Spiritus gratia, ut aliquem de ſuo eligant Collegio, qui Regioni præſit, & Regiam Provinciæ impendat ſollicitudinem &c.* & p. 764. *Tandemque conſonantes ad invicem, poſt multas deliberationum partes, Dominum Ducem,* (Godefridum) *eligunt, electumque ſepulchro Domini, cum hymnis & canticis, devotiſſimè obtulerunt &c.* & *Sigebertus Gemblacenſis*, An. eod. pag. 610. & 611. *Tandem perveniunt Hieruſalem ; eaque obſeſſa, cum laborarent pro victus, & maximè pro aquæ penuria omnes, ex communi decreto, nudis pedibus quotidie orando circuibant Urbem. Octavo ergò talis humiliationis die, obſidionis autem triceſimo nono, capta eſt Hieruſalem, Idibus Julii, in ſexta Feria : & in Templo Salomonis, & in porticu ejus, Chriſtiani cum Paganis, quinto bello conſerto, tanta in eis cæde debacchati ſunt, ut in ſanguine occiſorum equitarens, usque ad genua equorum. — Duce autem Godefrido electo ad principandum remanentibus in Hieruſalem, cæteri Principes repatriant. Capta eſt Hieruſalem, poſt annos circiter quadringenos ſexaginta, ex quo, ſub Heracliano Imperatore, ſecunda vice capta, poſſeſſa eſt à Sarracenis &c.* Otto *Friſingenſ.* lib. VII. *Chronic.* Cap. IV. pag. m. 141 & 142. *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. IV. *Chron. Regum Angl.* in vita *Wilhelmi II.* pag. m. 141. &c. *Henricus Huntindonenſis*, libr. VII. *Hiſtor. Angl.* pag. m. 377. *Annales Hildesheimenſes*, Ann. 1099. apud Dn. de *Leibnitz T. I. Rer. Brunſuic.* pag. 733. *Chronicon Halberſtadenſe*, an. eod. ibid. T. II. pag. 129. & 130. *Chronographus Saxo*, An. eod. p. 276 &c. *Albericus*, an. eod. p. 173. &c. *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. 143. &c. *Chronicon Catalaunenſe* h. a. apud *Labbeum T. I. Biblioth. MS.* pag. 296. *Chronicon Andegavenſe* an. eod. ibid. pag. 276. *Chronicon Dolenſe*, an. eod. ib. p. 316. *Chronicon Fiſcanenſe*, an eod. ib. pag. 326. *Chronicon Leodienſe*, an. eod. ibid. p. 338. *Chronicon Maſſilienſe*, an. eod. ib. p. 340. *Chronicon Metenſe*, an. eod. ibid. pag. 346. *Chronicon Remenſe*, an eod. ibid. pag. 360. *Chronicon Vezeliacenſe*, an. eod. ibid. p. 396. *Chronicon S. Vitoni Virdunenſis*, an. eod. ibid. pag. 401. ſexcenti alii.

(5) Rebus per Terram Sanctam ſtrenuè geſtis, ad ſuperos migravit Anno 1100. 18. Julii ; Succeſſore Fratre *Balduino*. Vid. *Pulcherius Carnotenſis*, de *Geſtis Francorum Hieroſolymis*, Cap. 22. ad an. 1100. p. m. 402. *Cum autem proſperitate Balduinus ſic frueretur, ecce, nuncius, dicens ei, quia Godefridus, Germanus ejus, apud Hieroſolymam, diem clauſerat extremum, decimo quinto Kalend. Auguſti ; quod, anno, poſt Hieruſalem captam, ſecundo contigit. Cui cum promptum fuiſſet, quod omnis Populus Hieroſolimitanus eum expectaret, in Regem Principem, in locum fratris defuncti, heredem ſubſtituendum, dolens aliquantulum de fratris morte, & plus gaudens de hereditate, accepto conſilio, terram ſuam locavit, quam poſſidebat, Balduino cuidam, propinquo ſuo, eam committens, & colligens Exercitulum ſuum, ſeptingentis ferè militibus, & peditibus ſeptingentis, iter Hieroſolimitanum, ſexto Nonas Octobris incepit &c.* Conf. *Albertus Aquenſis* l. c. lib. VII. Cap. XXI. an. eod. pag. 299. ducis noſtri Regisque memor : *Qui, confeſſione delictorum ſuorum, in vera cordis compunctione & lacrymis peracta, Dominici quoque corporis & ſanguinis communione percepta, ſic ſpiritu.li ſcuto munitus, & protectus, ab hac luce ſubtractus eſt. Mortuo igitur tam Egregio Duce, & Nobiliſſimo*

ſimo Chriſti athleta, maxima lamenta, & nimius ploratus, omnibus illic Chriſtianis, Gallis, Italicis, Syris, Armeniis, Græcis, & Gentilibus plerisque, Arabibus, Saracenis, Turcis, fuere per dies quinque &c. & C. 37. p. 305. *Erat tempus menſis Novembris, circa feſtum B. Martini, Turonici Pontificis, quando Baldewinus Jeruſalem veniens, ab omnibus, parvis & magnis, Rex & Dominus eſt conſtitutus &c.* & *Wilhelmus Tyrius* l. c. lib. IX. Cap. X. pag. 775. *Dominus Godefridus, Regni Hieroſolymorum egregius moderator, valida & incurabili correptus ægritudine --- obiit, quinto decimo Kal. Auguſti, Anno ab Incarnatione Domini, Milleſimo Centeſimo; ſepultus eſt vero in Eccleſia Dominici ſepulchri, ſub loco Calvariæ, ubi paſſus eſt Dominus &c.* & *Sigebertus Gemblacenſ.* an. eod. pag. 611. *Godefridus, Dux Lotharienſium, & Princeps Hieroſolymitanorum, moritur. Balduinus, frater ejus, in Regno ei ſuccedit &c. Otto Friſingenſ.* lib. VII. *Chron.* Cap. XII. pag. 142. & 143. *Anno ab Incarnatione Domini* 1100. *cum, ex omnibus mundi partibus, ad Hieruſalem terreſtrem, cæleſtis typum gerentem, fideles orationis cauſa confluerent: multis, ex corruptione aëris, mortuis, Gotfridus quoque, Glorioſiſſimus Dux, infauſta morte, poſt unum Ducatus ſui annum, raptus, in Eccleſia, juxta ſepulchrum Domini, humatur, Eique frater ejus, Balduinus, auctoritate Summi Pontificis, Regio nomine ſublimatus, ſubrogatur &c.* Add. *Conradus Urſpergenſis* An. eod. pag. m. 180. diem quoque exceſſus ejus, 15. Kal. Auguſti, notans; *Annal. Hildesheim.* Dn. *Leibnitii* ad h. a. loc. cit. p. 733. *Chronicon Leodienſe*, an. eod. apud *Labbeum* l. c. pag. 338. *Albericus*, an. eod. pag. 185. *Albertus Stadenſis*, An. eod. p. 145. dictum diem obitus ejus, 15. Kal. Auguſti, exprimens; Alii multi. Mauſoleum Ejus, lapide pario conſtructum, extat ante montem *Calvariæ*, in veſtibulo *Golgothanæ* Eccleſiæ; Vid. *Urſpergenſ.* l. c.

(25) HENRICUS LIMBURGIUS, Dux *Lotharingiæ Inferioris.*

(1) Patre natus erat *Valeranno*, Limburgio Comite, cujus *Albericus* ad an. 1107. p. 206. meminit: *Iſte Henricus Lemburgenſis, qui Ducatus perdidit, filius fuit antiqui Valeranni, & filium habuit, Paganum nomine, qui ſimiliter, pro Comitatu, contra Lovanienſes, decertavit. &c.* quamvis ad ann. 1064. pag. 104. & ad ann. 1101. pag. 190., Eum *Galleranum* vocet. Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. m. 146. *Iſte Henricus Lymburgenſis, qui Ducatum Lotharingiæ perdidit, & filius fuis antiqui Walerani, ſocium habuis, nomine Paganum, qui ſimiliter pro ducatu Lovanienſi, decertavit &c.*

(2) Lotharingiæ Ducatum nactus eſt ab Imperatore, *Henrico IV.* an. 1101. teſte *Sigeberto Gemblacenſ.* h. a. pag. 611. *Henricus Imp. Henricum Lengburgenſem, adverſantem ſibi, debellat, &, expugnatis ejus caſtellis, eum ad deditionem cogit, ſed Imperator ei, multa ſumma gratiam ſuam redimenti, etiam Ducatum Lotharingiæ donat &c.* Eadem habet *Albericus*, an. eod. pag. 190.

(3) An. 1106. mortuo Imperatore *Henrico IV.* ab *Henrico V.* Ejus filio & ſucceſſore, quod utrumque ſefellerit, modò filium contra Patrem, modò hunc contra Filium, conſiliis armisque juvando, ut reus Majeſtatis, capitur, & conjicitur in vincula, Ducatu ejus in *Godefridum Lovanienſem*, translato. Vid. teſtes præced. Tit. 2. § 10. lit. d. ad h. a. pag. 117. *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Henrici V.* p. m. 190. Ducem noſtrum, vivente adhuc Imperatore *Henrico IV.* judicium hoc ſubiiſſe, tradit: *Percepimus, Patrem Regis non modica ſibimet auxilia, contra filium, attraxiſſe, hoc eſt, Epiſcopum Leodienſem, Heinricum, Ducem Lotharingenſium, Coloniam, Juliacum, Bunnamque &c.* & paucis interjectis: *Dum Rex, in Palatio Aquisgrani, Cœnam Domini celebrat, Dux Heinricus, cum Exercitu Cæſariano, Regios ad pontem invadit milites, naviterque reſiſtentes, arte quadam equitandi, qua gens illa plus cæteris utitur, in altiora deductos, multitudine legionum cingit, opprimit, ſternit atque capit, nonnullos etiam cedentes fluvius voravit. --- His fortunæ fallaciis, imò Summi diſpoſitione Judicis, mens hæreticorum tumeſcere, nec tamen Orthodoxorum* (ita vocat Filio adhærentes) *ſpes decreſcere cœpit; res autem, inter ipſa Paſchalia feſta, quæ tunc, pro eventu rei, Bunno celebrabat, Heinricum Ducem, judicio Optimatum, reum Majeſtatis, & hoſtem Reipublicæ, Ducatu privat,* (Henricus V. Rex) *ac generalem expeditionem contra Lotharingiam, accepto à Principibus ſacramento, per totum Regnum indicit, & præparat. Quo debiuc ſuperioribus ſe partibus conferente, Pater* (Henricus IV.) *ſe Colonienſibus reddit &c.* Nec aliter *Otto Friſingenſis*, lib. VII. *Chronic.* Cap. XII. pag. m. 146. *Filius* (Henricus V.) *jam Rex factus, collecto milite, Patrem ſubſequens, circa Moſam conſedit, ubi, ab Henrico, Duce Belgarum, aliisque Patris ſui fidelibus, ſuper pontem Moſæ, in loco, qui Guegeſar* (Albericus ad an. 1106. pag. 204. ad hunc ipſum locum provocans, legit: *Wiſatum*; & *Sigebertus*, an. eod. pag. 612. *Vinſatum*, hodiè *Viſet*, *Leodium* inter & *Trajectum* ad *Moſam*) *dicitur, bello tentatus, cedere compellitur. Non multo poſt, ipſo ad ſuperiores Rheni partes redeunte, de rurſum militem reſtaurante, Pater Leodii moritur &c.* Bellum igitur, inter *Henricum* Regem, & Ducem noſtrum, hujusque proſcriptio, contigit Anno 1106., vivente adhuc *Henrico IV.* Imp. Sententia verò, in Ducem lata, demum, mortuo Imperatore, in effectum eſt deducta.

(26) GODEFRIDUS LOVANIENSIS, cogn. BARBATUS, Dux *Lotharingiæ Inferioris.*

(1) Proſcripto *Henrico Limburgio*, auctus eſt, ab Imperatore, *Henrico V.* Ducatu ei oblato, GODEFRIDUS, *Henrici III.* Lovanienſium Comitis & Marchionis *Rhienſis* an. 1096. extincti, filius. Vid. *Sigebertus*, ad an. 1106. pag. 612. *Ducatus ejus* (Henrici) *datur Godefrido, Lovanienſi Comiti &c.* Sic *Albericus*, an. eod. p. 205. *Ducatus ejus datur Godefrido, Comiti Lovanienſi &c.* & *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 146. *Godefridus cum Barba, Comes Lovanienſis, hujus nominis Primus, in Recta Linea Genealogiæ, Quintus verò ejusdem nominis inter Duces Lotharingiæ, poſt centum & unum annos, per quos Ardennenſes Comites Ducatum Lotharingiæ tenuerunt, ſex annis annumeratis Ducatui Henrici Lymburgenſis, primus de ſtirpe Caroli, hujus nominis Quinti, & hæredis Franciæ, Ducatum Lotharingiæ ſuſcepit, Anno Domini* 1107. *videlicet Regni HENRICI, hujus nominis V. anno primo, quem rexit annis XXIII. Iſte genuit quinque liberos: GODEFRIDUM, poſtea Ducem; HENRICUM, qui in Monaſterio Affligenienſi Religionis habitum ſuſcepit, ibique cum Patre quieſcit; Aleydem, Reginam Anglorum, Henrici Regis Uxorem; Idam, Comitiſſam de Clevis & Clariſſam, quæ innupta permanſit &c.*

(2) *Henricus Ex-Dux, affectans repetere Ducatum, occupat Oppidum Aquisgrani, contra Godefridum Ducem. Sed hoc non ferens Godefridus, Oppidum Aquenſe violenter irrupit, Oppidanos à facie HENRICI exterruit, aliquos potentes Comites, & multos Nobiles, cepit. Ipſe HENRICUS, cum filiis ſuis, vix fuga evaſit. Uxorem ejus capere Dux indignum duxit; Comites & honoratiores eorum, quos ceperat, per conditionem ſub ſe militandi, ſibi conciliatos, ad fidelitatem ſuam adduxit &c.* Hæc *Sigebertus*, ad an. 1107. pag. 612. &, ex eo, *Albericus*, an. eod. p. 206. & *Magnum Chronicon Belgicum* l. c.

(3) An. 1123. *Henricus Imp. Paſcha Domini Aquisgrani celebrat; deinde Leodium contendit. Hic querela apud Eum facta, ac inſolentia cujusdam Gothvini, caſtrum ejus, quod Mons Falconis dicitur, annitente ſibi Godefrido Duce, obſidet, capit, incendit & deſtruit &c.* ſunt verba *Sigeberti* h. a. pag. 618.

An. 1128. *Guilleimus, Comes Flandriæ, cum Godefrido, Duce Lotharingiæ, Caſtellum . . . . . obſidione premit, ibique leviſſimo vulnere, ſed inciſura in manu acceptа, malè (ut putatur) à Medico potionatus, repentè moritur, ſed unde, neſcitur; Theodericus ei ſuccedit &c.* Hæc *Albericus* h. a. pag. 256.

(4) An. 1129. *Prælium apud Duratium, inter Alexandrum, Leodienſem Epiſcopum, & Godefridum, Lovanienſem Comitem, in quo tanta ſtrages fuit, ut peditum utrinque octingenti, & viginti quatuor inſimul perirent --- actum 7. Idus Auguſti, feria quarta &c.* Ita *Albericus* h. a. pag. 258. Conf. *Magnum Chronicon Belgicum* l. c. p. 146. *Anno Ducatus XXIII. Godefridi cum Barba, Anno ſcil. Domini* 1129. *Godefridus cum Barba, Dux Lotharienſis, ad Duracium, prælium, contra Alexandrum, Leodienſem Epiſcopum, in quo tanta ſtrages fuit, ut pedites utrinque octingenti & viginti quatuor perierint --- Dux tamen obtinuit victoriam. Actum eſt hoc prælium 7. Id. Aug. quarta Feria.*

(5) Deceſſit an. 1138. Vid. *Albericus* h. a. p. 284. *Godefridus Barbatus, Lovanienſis, Dux Lotharienſium, moritur, & apud Affligem, Abbatiam Nigrorum Monachorum, ubi multa bona contulit, ſepelitur; Vir ſuo tempore, & tempori & honori ſciens ſe decenter conformare &c.* Conf. *Magnum Chron. Belgicum* l. c. *Tandem, Godefridus iſte, Dux Lotharingiæ unno Principatus ſui XL. annumeratis ſeptem annis Comitatus ſui, magnum Patriæ ſuæ decus, Vir ſuo tempore, & tempori & honori ſciens ſe decenter conformare, moritur, & Affligenienſis Templi ſepultura honoratur &c.* Juxta hunc calculum, cui Annus 1129. fuit 23. Regiminis *Godefridi*, defunctus eſt, ann. 1146. *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 122. Eum obiiſſe docet ann. 1140. exhibens ſimul Proavos ejus, & Conjuges, (1) SOPHIAM, quam *Henrici IV.* Imp. filiabus annumerat; & (2) *Clementiam*, filiam *Guilielmi*, Burgundiæ Comitis; nec non Liberos, ex priori genitos. Hinc & ſucceſſorum ſeries, Ducum *Brabantiæ* titulum præ ſe ferentium.

v. 15. IV.

DUCES ALAMANNIÆ.

(1) Vetuſtiſſimi *Germaniæ* Populi *SUEVI*, longè lateque per Provinciam porrecti erant, de quibus ita *Julius Cæſar*, lib. I. de *Bello Gallico*, C. XXXVII. p. 27. Edit *Scaliger*. an. 1686. (cujus verba *Cluverius* lib. 3. *German. Antiquæ*, C. V. pag. 17. & ſeqq. omnia de CATTIS intelligenda docet,) *Cæſari mandata referebantur, & Legati ab Æduis & Treviris veniebant; Ædui, queſtum, quod Harudes, qui nuper in Galliam tranſportati eſſent, fines eorum popularentur; ſeſe ne obſidibus quidem datis, pacem Arioviſti redimere potuiſſe;*

Digitized by Google

iſſe; Treviri autem, Pagos centum SUEVORUM, ad ripam Rheni, conſediſſe, qui Rhenum tranſire conarentur; iis præeſſe NASUAM, & CIMBERIUM, fratres. Quibus rebus Cæſar vehementer commotus, maturandum ſibi exiſtimavit, ne, ſi nova manus Suevorum, cum veteribus copiis Arioviſti ſeſe conjunxiſſet, minus facilè reſiſti poſſet. &c. & lib. *IV.* Cap. I. §. 1. & 2. pag. 82. & 83. *Ea, quæ ſecuta eſt, hieme, qui fuit Annus Cn. Pompejo, M. Craſſo, Coſſ. Uſipetes, Germani, & item Tenchtheri, magna cum multitudine hominum, flumen Rhenum tranſierunt, non longè à mari, quo Rhenus influit; cauſa tranſeundi fuit, quod, ab Suevis, complures annos exagitati, bello premebantur, & agricultura prohibebantur. SUEVORUM Gens eſt longè maxima, & bellicoſiſſima Germanorum omnium. Ii centum Pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis ſingula millia armatorum, bellandi cauſa, ſuis ex finibus educunt, reliqui domi manent, pro ſe, atque illis, colunt; hi rurſus invicem, anno poſt, in armis ſunt, illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio, neque uſus belli, intermittitur: ſed privati, ac ſeparati agri, apud eos nihil eſt: neque longius anno remanere uno in loco, incolendi cauſa, licet; neque multum frumento ſed maximam partem lacte atque pecore vivunt, multumque ſunt in venationibus; quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ (quod à pueris nullo officio, aut diſciplina, aſſuefacti, nihil omnino, contra voluntatem, faciant,) & vires alit, & immani corporum magnitudine efficit, atque in eam ſe conſuetudinem adduxerunt, ut locis frigidiſſimis, neque veſtitus, præter pelles, habeant quicquam, quarum propter exiguitatem, magna eſt corporis pars aperta: & laventur in fluminibus. Mercatoribus eſt ad eos aditus, eo magis, ut, quæ bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo ullam rem ad ſe importari deſiderent &c.* & Cap. 2. pag. 84. *Vinum ad ſe omnino importari non ſinunt, quod ea re, ad laborem ferendum, remolleſcere homines atque effeminari arbitrantur &c.* & Cap. 3. l. c. *Publicè maximam putant eſſe laudem, quam latiſſimè à ſuis finibus vacare agros: hac re ſignificari, magnum numerum Civitatum ſuam vim ſuſtinere non potuiſſe. Itaque, una ex parte à Suevis circiter millia paſſuum DC. agri vacare dicuntur. Ad alteram partem ſuccedunt Ubii — hos, quum Suevi, multis ſæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemque Civitatis, finibus expellere non potuiſſent, tamen vectigales ſibi fecerunt, ac multo humiliores infirmioresque reddiderunt &c.* Cap. IV. §. 1. & 2. p. 84. & 85. *In eadem cauſa fuerunt Uſipetes & Tenchtheri — qui complures annos Suevorum vim ſuſtinuerunt, ad extremum tamen agris expulſi, & multis locis Germaniæ triennium vagati, ad Rhenum pervenerunt, quas regiones Menapii incolebant, & ad utramque ripam fluminis, agros, ædificia, vicoſque habebant &c.* & Cap. VII. §. 5. pag. 87. ubi Germanorum Legati *Cæſarem* ſic alloquuntur: *Seſe unis Suevis concedere, quibus ne Dii quidem immortales pares eſſe poſſint; reliquum quidem in terris eſſe neminem, quem non ſuperare poſſint &c.* Eorundem meminit *Strabo*, lib. IV. p. 134. interprete Dn. *Cellario*, lib. 2. *Geographiæ Antiquæ*, Cap. V. pag. 301. *Supra totam hanc ripam* (Rheni) *degunt SUEVI, Germanica Natio, reliquis potentia & numero ſuperior, à quibus expulſi in Regionem cis Rhenum confugerunt &c.* & *Plinius*, lib. 2. *Hiſtoriæ Naturalis*, Cap. LXVII, (non *XCVI.* ut *Andreas Althamer*, in Scholiis in *Taciti Germaniam*, apud *Schardium T. I. Rer. German.* pag. 29. tradit) Edit. *Jacobi Dalechampii*, an. 1669. pag. 78. *Nepos, de Septentrionali circuitu tradit, Quinto Metello Celeri, C. Afranii in Conſulatu Collegæ, ſed tum Galliæ Proconſuli Indos à REGE SUEVORUM dono datos, qui, ex India, commercii cauſa, navigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti &c.* Ad quæ *Carolus Sigonius* quoque, in Commentario, in *Faſtos Romanos* de Coſ. an. DCXCIII. apud *Fridericum Sylburgium, T. I. Hiſtor. Romanæ*, Edit. Francof. 1588 p. m. 281. provocat Lib. IV. Cap. *XIV.* pag. 132. pergit *Plinius*: GERMANORUM *genera — Hermiones, quorum SUEVI, Hermunduri, Chatti, Cheruſci;* ut & *Cornelius Tacitus*, de Situ & moribus Germanorum, Cap. 38 *Nunc de SUEVIS dicendum eſt, quorum non una, ut Cattorum, Tencterorumve, Gens: majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc Nationibus nominibusque diſcreti, quamquam in commune SUEVI vocentur. Inſigne Gentis, obliquare crinem, nodoque ſubſtringere; ſic SUEVI à ceteris Germanis: ſic Suevorum ingenui à ſervis ſeparantur. Sic in aliis Gentibus, ſeu cognatione aliqua Suevorum, ſeu, quod ſæpe accidit, imitatione, rarum, & intra juventæ ſpatium; apud Suevos, uſque ad caniciem, horrentem capillum retro ſequuntur, ac ſæpe in ipſo ſolo vertice religant, Principes & ornatiorem habent. Ea cura formæ, ſed innoxiæ; neque enim ut ament, amenturve, in altitudinem quandam & terrorem adituri bella compti, ut hoſtium oculis, ornantur. &c.* Et cap. 39. *Vetuſtiſſimos ſe Nobiliſſimosque Suevorum, Semnones memorant. Fides antiquitatis Religione firmatur. Stato tempore, in ſilvam, auguriis Patrum, & priſca formidine, ſacram omnes ejuſdem ſanguinis Populi legationibus coëunt, cæſoque publicè homine, celebrant Barbari ritus horrenda primordia — adjicit auctoritatem fortuna Semnorum, cen-*

Digitized by Google

tum Pagis habitantur, magnoque corpore efficitur, ut ſe Suevorum Caput credant &c. Pariterque *Florus*, lib. IV. *Hiſtor.* Cap. 12. Edit. *Salmaſianæ*, Ann. 1655. pag. 208. *Miſſus in eam Provinciam* (Germaniam) *DRUSUS, primus domuit Uſipetes, inde Tenchteros percurrit; & Cattos — inde validiſſimas Nationes, Cheruſcos, SUEVOSQUE & Sicambros pariter, aggreſſus eſt, qui viginti Centurionibus crematis, hoc, velut ſacramento, ſumpſerant bellum, adeo certa Victoriæ ſpe, ut prædam in anteceſſum pactione dividerent, CHERUSCI equos; SUEVI aurum & argentum; SICAMBRI captivos elegerant. Sed omnia retrorſum; victor namque DRUSUS equos, pecora, torques eorum, ipſosque præda diviſit & vendidit &c.* Hinc fortè *Sextus Aurelius Victor*, in vita *Cæſaris*, Cap. 2. Edit. *Andreæ Schotti*, an 1669. pag. 10. *SUEVOS, Cattosque delevit, Sicambros in Galliam tranſtulit &c.* Sed hæc non accuratè, cum SICAMBROS ab AUGUSTO demum in *Gallias* traductos, ex *Tacito* diſcimus, lib. 2. *Annal.* C. XXVI. §. 3. & 4. & lib. XII. Cap. XXXIX. cujus verba ſeq *Catal. Ducum Franconiæ*, v. 16. in *Sicambris*, exhibebo; pariterque ex *Suetonio*, qui, in OCTAVIANO AUGUSTO, Edit. *Johannis Schildii*, Ann. 1662. C. XXI. pag. m. 178. ut & apud *Fridericum Sylburgium* l. c. Tom. 2. pag. 22. ait: *GERMANOSQUE ultra Albim fluvium ſummovit, ex quibus SUEVOS, & SICAMBROS, dedentes ſe, traduxit in* GALLIAM, *atque in proximis RHENO agris collocavit &c.* Putat quidem *Schildius*, in Notis ad hunc locum, ſolum *Suetonium* in Galliam traductos SUEVOS docere; præferendamque *Pithœani* Codicis lectionem, SEUBOS, rejecta inde in ſuperioris vocis finem litera ſ. minima mutatione, ſubintelligendis hoc nomine UBIIS; verum, inſervit non ſolum lectioni priori *Meſſalæ Corvini* liber de *Auguſti progenie*, ipſi OCTAVIANO AUGUSTO inſcriptus, apud *Sylburgium*, l. c. T. I. pag. m. 379. *Duæ GERMANIÆ, Inferior, ac Superior, Tibi unico ceſſere. Norici, Pannonii, SUEVI, Marcomanni, Daci, Mæſi, ceteræque Nationes ad Arcton, ſuperati. Europa in extremis finium ſuorum, per Te, undique exterrita, & armis concuſſa &c.* ſed & *Tacitus*, lib. XII. *Annal.* Cap. XXIX. SUEVIS tunc Regem impoſitum affirmans: *Per idem tempus, VANNIUS, SUEVIS à DRUSO Cæſare impoſitus, pellitur REGNO: prima Imperii ætate clarus acceptusque Popularibus; mox diuturnitate in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordiis circumventus — fama ditis Regni, quod Vannius, XXX. per annos, prædationibus & vectigalibus auxerat &c.* Quamvis, ut *Suetonii* ſententiam ſalvet *Schottus*, vocem *delevit*, delendam arbitretur.

De *Cajo Caligula* inquit *Eutropius*, in *Breviario Hiſtoriæ Romanæ*, lib. VII. apud *Sylburgium* l. c. Tom. 3. pag. m. 107. *Bellum contra GERMANOS ſuſcepit: & ingreſſus SUEVIAM, nihil ſtrenuè fecit &c. Julius Capitolinus*, in Vita *Marci Antonini Philoſophi*, apud eundem, l. c. Tom. II pag. 147. ait: *Gentes omnes, ab Illyrici limite, usque in Galliam, conſpiraverant, ut Marcomani, Nariſci, Hermunduri, & Quadi, SUEVI, Sarmatæ, Latringes & Buri &c.* & *Eutropius* l. c. lib. VIII. pag. m. 116. in ejusdem, ut & *L.* ANTONINI VERI vita: *Bellum Marcomannicum confecit, quod cum his Quadi, Vandali, Sarmatæ, SUEVI, atque omnis Barbaria, commoverat &c.* ſub CONSTANTINO & JULIANO eos *Rhetias* infeſtaſſe, ex *Ammiano Marcellino* diſcimus, lib. XVI. apud *Sylburgium* l. c. Tom. 2. pag. 336. *Cupiens itaque auguſtiſſima omnium ſede morari diutius Imperator, ut otio puriore frueretur, & voluptate, aſſiduis nuntiis terrebatur, & certis, indicantibus, SUEVOS Rhætias incurſare &c.* Sic, *Arcadio VI. & Probo, Coſſ. Vandili, SUEVIS & Alanis permiſti, ſuperatis hisce locis, Nationes transalpinas vaſtarunt, editaque ingenti cæde, Britanniarum etiam exercitibus formidabiles extiterunt, quos quidem eo perpulerunt, ut veriti, ne progrederentur ulterius, ad Tyrannos eligendos ſeſe converterent, MARCUM inquam, & GRATIANUM, & ſecundum hos CONSTANTINUM &c.* Sunt verba *Zoſimi*, lib. VI. *Hiſtoriar.* Cap. 3. apud *Sylburgium* l. c. Tom. 3. pag. 825.

(2) Quas Sedes incoluerint, exponit *Althamarus*, in *ſcholiis*, in *Taciti Germaniam* l. c. pag. 28. *SUEVI, Germaniæ Populi vetuſtiſſimi, ampliſſimique; antiquitus ad Germanicum aut Baltheum æquor porrecti, mari impoſuerunt nomen, quod infra* (Cap. 45. §. 3.) *Tacitus Suevicum appellat. Rurſus ad Carpathum montem, Suevum Priſcis appellatum, fines ſuos collocaverant, ei Regioni finitimi, quæ noſtra ætate Hungaria dicitur. Ad Rhenum quoque extenſi, Straboni in VII. & Ptolemæo Lib. II. cap. 11. haud procul à Colonia Ubiorum, totam fermè Germaniam oppleverunt, majorem ejus partem obtinentes, velut inquit TACITUS:* (l. c. C. 38.) *quorum extenſionem* BAPTISTA MANTUANUS, *ad Cæſarem ſcribens, expreſſit:* AMPLISSIMA *cerne* REGNA SUEVORUM, *quos* VISTULA *claudit, & ingens* OCEANUS, *vada* DANUBII *confinia Gentis; tot complexa ſinu immenſo excurrentia longè &c.* & pag. 29. *Suevorum vetuſtorum, tractum noſtra ætate poſſident, Polonorum quidam, Pomerani, Luſatii, & bona pars Bohemorum, Saxones, Miſnenſes, Duringi, Haſ-*

Haſſones & Franci &c. Conf. *Jodocus Willichius*, Comment. in eundem *Taciti* libellum, Part. 2. Cap. XVI. apud *Schardium* l. c. Tom. I. p. 63. SUEVIA *autem duplex eſt*, *Vetus & Nova*. *Vetus quidem à Tacito deſcripta, quorum alii ſunt Aquilonares; ut Semnones, Longobardi, Reudingi, Aviones, Angli, Varini, Eudoſes, Suardones, Nuithones. Alii Auſtrales, ut: Hermunduri, Nariſci, Marcomanni, & Quadi. Alii ſunt Orientales, in Pannoniam & Sarmatiam perrecti, ut: Ligii, Arii, Helvecones, Manimi, Elyſii, Naharvali. Alii ſunt penè aut in ipſo Oceano, aut ejus littore, ut: Gothones, Rugii, Lemovii, Suiones, Æſtii & Sitones. Ex quibus univerſis liquet, quanta Veteris Sueviæ amplitudo olim fuerit. -- Breviter, totam Saxoniam, & Veterem & Novam, Suevia olim complectebatur &c.* nec non Dn. *Cellarius*, *Antiq. German.* lib. 2. Cap. 5. pag. 304. *Inter eosdem fluvios, Albim & Viadrum, fuerunt Semnones, qui ſe Vetuſtiſſimos Nobiliſſimosque Suevorum, ut Tacitus Cap.* 39. *refert, memorabant. -- SUEVI omnes inter Albim & Viſtulam, Germani vocabantur -- Inter Viadrum, qui & Suevus videtur eſſe, & Viſtulam, ſunt; Taciti poſitione, ſub Mari Suevico, & Rugii & Lemovii &c.*

(3) Regibus paruiſſe quondam SUEVOS, rectè docet *Althamerus* l. c. pag. 28. *à SUEVO, Gambrivii Filio, Primo Gentis Rege, ſumpſere appellationem —— Hi potentiſſimum ab initio habuerunt REGNUM, invictis militibus nobile &c.* & pag. 29. *REGES, quos habuit* (Suevorum Gens) *præ aliis celebres ſunt; SUEVUS, primus Gentis conditor, Arioviſtus, Marobodùus, Vannius, Sydo, Summoarius, Andeca, Emericus, Renismundus, Maſdrugo, & alii plures à Veteribus celebrati. Plura, de Suevorum Regibus, habet noſter Tacitus, in Hiſtoria Auguſta. PLINIUS quoque lib. 2. Cap.* 96. (leg. 67.) *ac Pomponius Mela, lib. III. teſtantur, SUEVIAM olim fuiſſe REGNUM &c.* ut & *Jodocus Willichius* l. c. *Suprà Suevum fuiſſe Germanorum Regem, obſervavimus, à quo & Suevis, nomen inditum eſt &c.* Habes hic ſimul etymologiæ rationem. Occurrunt autem apud *Tacitum*, lib. XII. *Annal.* Cap. XXIX. §. 1. VANNIUS, à *Druſo* Cæſare SUEVIS impoſitus, annoque Regni XXX. iterum pulſus; *Vangio & Sido, Vannii* ceu l. c. §. 2. docet, ſorore geniti, diviſo inter ipſos Regno; vid. l. c. Cap XXX. §. 4. *Regnum VANGIO ac SIDO inter ſe partivere, egregia adverſus nos fide &c. Sido & Italicus*, apud eundem, lib. 3. *Hiſtor.* Cap. V. v. 4. *Trahantur in partes* (à Veſpaſiano) *SIDO atque ITALICUS, Reges Suevorum, quibus vetus obſequium erga Romanos, & Gens fidei commiſſæ patientior &c.* His addendi, qui in Hiſpaniam profecti, Regnum in *Gallicia* condiderunt. Tempus, quo eò ſe contulerant, diſcimus ex *Chronico Idatii* Epiſcopi, ſcriptoris coævi, Edit. *Scaliger.* an. 1658. p. 21. ad Annum XV. Imperii *Arcadii & Honorii*, Olympiad. CCXCVII. adeoque, juxta calculum *Proſperi Aquitanni*, apud eundem *Scaligerum*, p. m. 191. Anno Chriſti 410. *Alani, & Wandali, & SUEVI, Hiſpanias ingreſſi, æra CCCCXLVII. alii quarto Kalendas, alii tertio Idus Octobris memorant die, tertia Feria, Honorio VIII. & Theodoſio, Arcadii filio, III. Conſulibus &c.* & ad Annum XVII. eorundem Imperii: *Gallaciam Wandali occupant & SUEVI, ſitam in extremitate Oceani maris occidua &c.* & ad Annum XXIIII. p. 22. *Alani, qui Wandalis & SUEVIS potentabantur, adeo cæſi ſunt à Gothis, ut, extincto Atace, Rege ipſorum, pauci, qui ſuperfuerant, abolito Regni nomine, Gunderici, Regis Wandalorum, qui in Gallæcia reſederat, ſe patrocinio ſubjugarent &c.* (quæ *S. Iſidorus*, in *Hiſtoria Gothorum*, apud *Labbeum*, *T. I. Biblioth. MS.* p. m. 64. repetit) & ad *Annum XXVI c. Inter Gundericum Wandalorum, & HERMERICUM SUEVORUM, Reges, certamine orto, Suevi, in Nervaſis montibus, obſidentur à Wandalis &c.* & ad an. XXVI. l. c. *Wandali, Suevorum obſidione dimiſſa, inſtante Aſterio, Hiſpaniarum Comite -- relicta Gallæcia, ad Bæticam tranſierunt &c.* rurſus ad ann. V. Imperii *Theodoſii, Arcadii* filii, Olymp. CCCII. id eſt, juxta *Proſperum* l. c. p. 194. Anno Chriſti CCCCXXX. *Gaiſericus Rex, de Bæticæ Provinciæ litore, cum Wandalis omnibus, eorumque familiis, menſe Majo, ad Mauritaniam & Africam, relictis tranſit Hiſpaniis. Qui, priusquam pertranſiret, admonitus, HERMIGRARIUM SUEVUM, vicinas, in tranſitu ſua, Provincias deprædari, recurſu cum aliquantis ſuis facto, prædantem in Luſitania conſequitur. Qui, haud procul de Emerita, quam cum S. Martyris Eulaliæ injuria ſpreverat, multis per Gaiſericum cæſis, ex his, quos ſecum habebat, arrepto, ut putavit, Euro velocius, fugæ ſubſidio, in flumine ANA, divino brachio præcipitatus interiit &c.* & Anno ſequenti, pag. 23. *SUEVI, ſub HERMERICO REGE, medias partes Gallæciæ deprædantes, per Plebem, quæ caſtella tutiora retinebat, acta ſuorum partim cæde, partim captivitate,*

Digitized by Google

tate, pacem, quam ruperant, familiarum, quæ tenebantur, rehibitione reſtaurant. Iterum, Anno ſequenti l. c. Rurſum Suevi initam cum Gallæcis pacem, libata ſibi occaſione, conturbant &c. & Biennio poſt, l. c. HERMERICUS pacem cum Gallæcis, quos prædabatur aſſiduè, ſub interventu Epiſcopali, datis ſibi reformat obſidibus. Ad Annum XIV. Imperii Theodoſiani, Olymp. CCCIV. adeoque An. Chr. 439. SUEVI, cum parte plebis Gallæciæ, cui adverſabantur, pacis jura confirmant. HERMERICUS Rex, morbo oppreſſus, Rechilam, filium ſuum, ſubſtituit in Regnum &c. de quo ad an. ſeq. l. c. pergit: RECHILA, Rex Suevorum, Emeritam ingreditur. An. XVI. Imperii Theodoſiani, annectit Idatius, pag. 24. Cenſorius Comes, qui Legatus miſſus fuerat ad SUEVOS, reſidens MIRTYLI, obſeſſus à Rechila, in pace ſe tradidit &c. & an. ſeq. Rex Suevorum, diutino, per annos ſeptem, morbo adflictus, moritur Hermericus. Rex RECHILA, Hiſpali obtenta, Bæticam, & Carthaginienſem Provincias in ſuam redigit poteſtatem &c. & ad Annum XXII. ejusdem Imperii l. c. Vitus, Magiſter utriusque militiæ factus, ad Hiſpanias miſſus, non exiguæ manus fultus auxilio, cum Carthaginenſes vexaret & Bæticos, ſuccedentibus, cum Rege ſuo, illic SUEVIS, ſuperatis etiam, in congreſſione, qui ei ad deprædandum, in adjutorium venerant, Gothis, territus miſerabili timore diffugit. Suevi exin illas Provincias magna deprædatione ſubvertunt. Et ad ann. XXIV. h.e. An. Chr. 449. RECHILA, Rex Suevorum, Emeritæ, gentilis moritur, menſe Auguſto, cui mox filius ſuus Catholicus, RECHIARIUS, ſuccedit in Regnum, nonnullis quidem ſibi de Gente ſua æmulis, ſed latenter. Obtento tamen Regno, ſine mora, ulteriores Regiones invadit ad prædam &c. Annoque ſequenti, l. c. RECHIARIUS, accepta in conjugium Theodoris Regis filia, auſpicatur initium Regni, Vaſconias deprædatur menſe Februario &c. Et ad Annum XXIX. ſæpe fati Imperii, l. c. p. 25. Ad Suevos, Manſuetus, Comes Hiſpaniarum, & Fronto, ſimiliter Comes, Legati pro Pace mittuntur, & obtinent conditiones injunctas &c. ſic ad Annum I. Imperii Marciani Imp. Olymp. CCCVIII. l. c. p. 26. Suevi, Carthaginenſes Regiones, quas Romanis reddiderant, deprædantur --- Suevi, Tarraconenſem Provinciam, quæ Romano Imperio deſerviebat, invadunt --- Legati Gothorum rurſum veniunt ad Suevos, poſt quorum adventum, Rex Suevorum, RECHIARIUS, cum magna ſuorum multitudine, Regiones Provinciæ Tarraconenſis invadit, acta illic deprædatione, & grandi ad Gallæciam captivitate deducta. Mox Hiſpanias, Rex Gothorum, Theudericus, cum ingenti Exercitu ſuo, & cum voluntate & ordinatione Aviti Imperatoris, ingreditur; Cui, cum multitudine Suevorum, Rex RECHIARIUS occurrens, duodecimo de Aſturienſi Urbe milliario, ad fluvium, nomine Urbicum, 3. Non. Octob. die ſexta feria, inito mox certamine, ſuperatur, cæſis ſuorum agminibus, aliquantis captis, plurimisque fugatis, ipſe, ad extremas ſedes Gallæciæ plagatus, vix evadit, ac profugus &c. & Anno ſequenti l. c. RECHIARIUS ad locum, qui Portucale appellatur, profugus, Regi Theudorico captivus adducitur, quo in cuſtodiam redacto, cæteris, qui de priore certamine ſuperfuerant, tradentibus ſe SUEVIS, aliquantis nihilominus interfectis, Regnum deſtructum & finitum eſt Suevorum; (Conf. Freculphi, Lexovienſis, T. 2. Chronic. lib. 5. Cap. 16. p. m. 155. Edit. Colon. ann. 1539.) & paucis interjectis: Occiſo Rechiario, menſe Decembri, Rex Theudoricus, de Gallæcia, ad Luſitaniam ſuccedit &c. mox: SUEVI, qui remanſerant in extrema parte Gallæciæ, Maſſilæ filium, nomine MALDRAM, ſibi Regem conſtituunt &c. & ad Annum I. Imperii Majoriani in Italia, & Leonis, Conſtantinopoli, Imperatorum, p. 27. Ajulfus, dum Regnum Suevorum ſperat, Portucale moritur, menſe Junio SUEVI, in partes diviſi, pacem ambiunt Gallæciarum: è quibus pars FRANTANEM, pars MALDRAM, Regem appellat. Solito more perfidiæ, Luſitaniam deprædatur pars Suevorum, Maldram ſequens. Acta illic Romanorum cæde, prædisque contractis, Civitas Ulyxippona, ſub ſpecie pacis, intratur: Frantanes moritur per Paſcha & Pentecoſtem. Jubente Maldra, Suevi, in ſolitam perfidiam verſi, Regionem Gallæciæ, adhærentem flumini Durio, deprædantur &c. & ad Annum IV. eorundem Imperii, l. c. MALDRAS, in fine menſis Februarii, jugulatus, merito perit interitu &c. & paulo poſt: Frumarius, cum manu Suevorum, quam habebat, impulſus, capto Idatio Epiſcopo, 7. Cal. Auguſti, in Aquæflavienſi Eccleſia, eundem Conventum grandi evertit excidio --- Inter FRUMARIUM & REMISMUNDUM, oritur, de Regni poteſtate, diſſenſio, Gallæcorum & Suevorum pacis quædam Umbra conſeritur &c. & ad Annum 3. Imperii Severi Imp. l. c. p. 28 Frumario mortuo, REMISMUNDUS omnibus Suevis in ſuam ditionem, Regali jure, revocatis, pacem reformat elapſam --- Legatos Remiſmundus mittit ad Theudoricum, qui ſimiliter ſuos ad Remiſmundum remittit,

cum

eum armorum adjectione, vel munerum, directa & Conjuge, quam haberet --- Legati, eodem anno, duabus vicibus, à Rege Suevorum mittuntur ad Regem Theudoricum, ad quem & Arborius proficiſcitur evocatus. (Quæ S. *Iſidorus*, in *Hiſtoria Gothorum*, l. c. pag. 66. confirmat;) Annoque ſequenti l. c. *Reverſi Legati Suevorum obiiſſe nunciant Severum, Imperii ſui anno quarto &c.* & ad Annum I. Imperii *Anthemii* Imp. l. c. *Per Thendericum, Salla Legatus mittitur ad REMISMUNDUM, Regem Suevorum, qui reverſus ad Gallias, eum à fratre ſuo, Eurico, reperit interfectum. EURICUS, pari ſcelere, quo frater, ſuccedit in Regnum: qui honore provectus & crimine, Legatos ad Regem dirigit Suevorum, quibus ſine mora à Remiſmundo remiſſis, ejusdem Regis Legati, ad Imperatorem, alii ad Wandalos, alii diriguntur ad Gothos --- paucis poſt menſibus, ipſe Rex Suevorum ad Luſitaniam tranſit. &c.* & ad Annum III. ejusdem Imperii l. c. p. 29. *Ulixippona à Suevis occupatur &c.* Quis eum exceperit, neſcio, de *Mirone* autem, inquit *Johannes, Biclarienſis* Abbas, Edit. *Scaliger.* Ann. 1658. pag. m. 15. *Anno primo Mauricii Imperatoris --- Leovegildus* (Hiſpaniæ) *Rex, Civitatem Hiſpalenſem, congregato Exercitu, obſidet, & rebellem filium gravi obſidione concludit; in cujus ſolatio MIRO, Suevorum Rex, ad expugnandam Hiſpal'm devenit, ibique diem clauſit extremum; cui EBURICIUS Filius, in Provincia Gallecia, in Regnum ſuccedit &c.* & Anno ſequenti: *His diebus, ANDECA in Gallæcia, Suevorum Regnum, cum tyrannide aſſumit, & Siſeguntiam, Relictam Mironis Regis, in conjugium accepit, EBORICUM Regno privat, & Monaſterii Monachum facit.* Rurſus anno ſequenti l. c. *Leovegildus Rex Gallæcias vaſtat, ANDECANIM Regem comprehenſum Regno privat; Suevorum Gentem, theſaurum & Patriam ſuam, in poteſtatem redigit, & Gothorum Provinciam facit &c.* Sic & *Iſidorus* l. c. pag. 67. *Æra ſexcenteſima ſeptima, Anno* (tertio) *Imperii Juſtini Minoris, Lewigildus, adepto Hiſpaniæ Principatu, ampliare Regnum bello & augere ſtuduit --- Poſtremo bellum Suevis intulit, Regnumque eorum in jura Gentis ſuæ, mira celeritate, tranſmiſit &c.* Talis erat *Suevorum* in Hiſpania exitus.

(4) Hæc dum aguntur, *Gallorum* quidam, è Provincia Romanorum *Gallia*, transgreſſi *Rhenum*, vacuefactam à *Marcomannis*, *Seduſiis* & *Harudibus*, Duce *Marobeduo*, in *Hercyniam Sylvam* concedentibus, dubiam Regionem, *Rhenum* inter, *Nicrum*, *Mœnum* atque *Danubium*, occupant, *Decumates agros* (de quibus *Melanchthon*, in *Taciti Germaniam*, apud *Schardium*, T. 1. *Rer. German.* pag. 78. ait: *Decumates Agri vicini fuerunt limiti Rhetiæ Provinciæ, ubi fuerunt Populi, à Ptolemæo dicti Charitini, hodie Ducatus Würtebergenſis eſt, cujus duo latera verè ambiunt Danubius & Rhenus*) exercent, & pars Provinciæ habentur, ſolum licet *Germaniæ* fuerit. Meminit eorum *Tacitus*, Cap. XXIX. *Germaniæ* ſuæ: *Non numeraverim inter Germaniæ Populos, quamquam trans Rhenum, Danubiumque conſederint, eos, qui Decumates agros exercent. Leviſſimus quisque Gallorum, & inopia audax, dubiæ poſſeſſionis ſolum occupavere. Mox, limite aucto, promotisque præſidiis, ſinus Imperii & Pars Provinciæ habentur.* Ab hac transmigratione, novos Hoſpites, *ALLEMANNOS* vocari, quaſi *Viros, undique collectos*, ex *Agathia* Scholaſtico, (qui, ſub *Juſtiniano* Imp. florens, lib. I. pag. 17. ſcribit: *Alamani autem, ſi Aſinium Quadratum ſequi licet, hominem Italum, & qui res Germanicas accuratè conſcripſit, convenæ ſunt, & miſcellanei homines: quod & appellatio, eorum linguâ, indicat*) eruit *Cluverius*, lib. I. *Germaniæ Antiquæ* Cap. VIII. pag. 68. ajens: *ALEMANI etiam diverſarum Galliæ Nationum fuere colluvies, Rhenum, ſub Auguſti Principatu, transgreſſi, quorum nomen eſt merè Germanicum, ab Alle, id eſt, omnes, & Mannen, id eſt, Viri, compoſitum &c.* & rurſus, lib. 3. Cap. IV. pag. m. 9. præfatis *Agathiæ* verbis annectens: *Quidpe All, omnem ſignificat, & Man, Hominem; Unde vocabulum factum die Allmænner, ſive Die Allmannen; quaſi dicas multitudinem Hominum undique collectam &c.* ad quæ etiam provocat *Henricus Glareanus*, Comment. in *Taciti Germaniam*, apud *Schardium*, Tom. I. *Rer. German.* pag. m. 70: *Fuerunt autem Alemanni dicti, non à Lemanno lacu, ſed quod eſſet collectitia diverſorum hominum multitudo; Allerley Mann: Aus allen Landen Mann &c.* & poſt ipſum, *Dn. Cellarius*, lib. 2. *Geographiæ Antiquæ*, Cap. V. pag. m. 307. Quamvis Etymologiam hanc *Henricus Bebelius*, in Epitome *Laudum Suevorum*, apud *Schardium*, T. 1. *Rer. German.* pag. 138. ſummoperè reſpuat: *Abeant hic ſomniatores, qui volunt Alemannos dici, à Lemanno Lacu Galliæ Celticæ, inter quos eſt Sabellicus, nihil enim nec receptum, nec veriſimile dicunt --- Alii, multo majori impudentia, volunt: Alemannos eſſe Genus adventitium, ex varia colluvione*

Digitized by Google

Gentium; quod multo minus quadrat, &c, quod, tanquam commentum, omnino tranſeo, contentus dixiſſe, quod nemo ſanus reprobet &c. exiſtimando, derivationem appellationis arceſſendam potius à fortitudine Gentis, quaſi dixeris: *Alle Mænner*, id eſt, *omnes fuiſſe viros fortes.* Conf. præced. Tit. 2. §. 10. lit. f. pag. 173. Alia *Ottonis Friſingenſis* ſententia, lib. I. de *Geſtis Friderici I.* Cap. VIII. apud *Urſtiſium*, T. I. *Rer. German.* pag. 412: *Conditio autem Pacis* (Friderici, Ducis Sueviæ, cum *Bertolfo* Zæringenſi) *talis fuit: Ut Bertolſus Ducatum exfeſtucaret, ſic tamen, quod Turegum, Nobiliſſimum Sueviæ Oppidum, à manu Imperatoris ei tenendum, remaneret. Hoc oppidum, in faucibus montium, verſus Italiam, ſuper Lacum, unde Lemannus fluvius fluit, ſitum --- à prædicto etiam Lemanno fluvio, unde Lucanus:*

Diſeruere cavo tentoria fixa Lemanno,

tota illa Provincia ALEMANNIA vocatur. Quare quidam totam Teutonicam Terram ALEMANNIAM dictam putant, omnesque Teutonicos ALEMANNOS vocare ſolent, cum illa tantum Provincia, id eſt, SUEVIA, à Lemanno fluvio, vocetur ALEMANNIA, Populique eam inhabitantes ſolummodo vocentur ALEMANNI &c. quam nec *Bebelius* l. c. improbare videtur, ubi: *Albertus Magnus dicit Suevos ALEMANNOS, à maximo Lacu Lemanno, qui ante radices Alpium effunditur, per cujus medium tranſit Rhenus, qui modò Conſtantienſis &c. Brigantinus, etiam à Solino, dicitur, Laurentius Vallenſis cum Alberto ſentit. Hinc videntur, à Lemanno Lacu, id eſt, Conſtantienſi, Alemannos dictos &c.* Hæc obiter. Minimum errat *Cluverius*, quod, citato loco poſteriori, *Agathiam* de *Aſinio* illo, qui adhuc ante *Strabonem*, Rheni oſtia deſcripſit, loqui arbitretur, inferendo: *Unde jam liquet, Alemannorum nomen jam ante Strabonis Geographica exſtitiſſe, cujus mentio apud Aſinium; quia tam prope eſt tempori, quo Marcomanni in Bojohæmum migrarunt, haud dubium eſſe poteſt, quin dicti Galli id, ſtatim ut in vacuas Marcomanorum ſedeis ſucceſſerunt, è re ipſa, id eſt, è variorum hominum colluvie, adſumſerint; id eſt, annis ante natum Jeſum circiter XV. &c.* cum verius *Gerhardus Johannes Voſſius*, lib. 2. de *Hiſtoricis Græcis*, Cap. XVI. pag. 239. & 240. & Dn. *Cellarius*, l. c. lib 2. Cap. V. pag 286. Romanam Hiſtoriam, ad *Philippos* usque, *Aſinium Quadratum* compilaſſe doceant. Certè ignotum, ante *Antonini Caracallæ* ævum, *Alemannicum* nomen. Verum contrà dicit, ſucceſſores *Marcomannorum*, in partibus *Rheni, Nicri, Mœni & Danubii*, ALEMANNOS ſcilicet, originis eſſe *Gallicæ*, utut, relictis *Galliis*, ſolum *Germanicum* fuerint ingreſſi, tandemque, excuſſo *Romanorum* jugo, *Civitate Germanica* planè donati; quo etiam factum, ut, ſeculis poſterioribus, obſcurata, tanti temporis intervallo, ipſorum origine, pro *genuinis Germanis* haberentur; quod ipſe l. c. & *Vorburgius* Tom. 2. pag. 626. ex *Ludovici Golluti* lib. 2. Cap. 2. Commentariorum *Rerum Burgundicarum*; & Dn. *Cellarius* l. c. pag. 306. & 307. &c. pluribus oſtendunt. Nec hinc mirum, *Stephanum Byzantinum*, in Libro de *Gentibus*, vulgò ἐθνικὰ, quem *Hermolaus*, Conſtantinopolitanus Grammaticus, in Compendium redactum, *Juſtinianum* Imp. nuncupavit, ſcribere: Ἀλαμανοὶ Ἔθνος Γερμανοῖς πρόσοικοι: *Alamanni, Gens Germanis contermina.* Hæcque ratio, cur *Antoninus Caracalla*, qui primus eos devicit, ſeparatim, ceu mox probaturus ſum, GERMANICI & ALAMANNICI cognomina uſurpaverit, quod etiam, præced. Tit. IV. §. 3. lit. i. pag. 304. de *Juſtiniano* notavi, & ſeq. v. 7. ulterius demonſtrabo. Adeoque non confundenda Gentis initia, cum ipſorum ſtatu, quo, in unam eandemque ſocietatem cum *Germanis* tranſierant, impoſito vel inde parti *Germaniæ*, quam hodie SUEVIAM appellamus, ALAMANNIÆ vocabulo; de qua re, *Walafridus Strabo*, Augienſis Abbas, in Prologo lib. I. de *Vita S. Galli*, apud *Surium*, 16. *Oct.* p. m. 252. & *Goldaſtum*. T. I. Part. 2. *Rerum Alamannicarum*, pag. m. 142. & 143: *Dum primum ipſum opus perlegerem, inveni, ab auctore ejusdem conſcriptionis, Terram, quam Nos ALAMANNI, VEL SUEVI, incolimus, Altimaniam ſæpius nominari. Sed ipſius nominis originem quærens, apud nullum Scriptorum, quorum adhuc notitia nos reſperſit, ejus reperi mentionem; niſi fallor enim, ab alto ſitu Provinciæ, idem vocabulum à modernis confictum eſt. Nam, juxta Scriptores authenticos, pars ALAMANNIÆ, VEL SUEVIÆ, inter Alpes Penninas, & meridianum littus Danubii, ſita, RETIA dicitur &c.* Conf. *Paulus Diaconus*, lib. 2. de *Geſtis Longobardorum*, Cap. XI. pag. m. 372. Edit. *Baſil.* An. 1532. *Inter hanc* (Liguriam) *& SUEVIAM, ALEMANNORUM Provinciam, quæ Septentrionem verſus ſita eſt, duæ Provinciæ, ſcilicet Retia Prima, & Retia ſecunda, inter Alpes conſiſtunt &c.* nec non *Gualfridus* Abbas, apud *Schardium*, in Oratione *Bebelii* de *Suevorum Laudibus* l. c. *Dum duo ſunt vocabula, SUEVIA atq; ALEMANNIA, UNAM GENTEM SIGNIFICANTIA, priori nomine nos appellant circumpoſitæ Gentes, quæ Latinum habent ſermonem, omniaque Privilegia Augiæ majori, à Carolo Magno, Ejusque ſucceſſoribus, data declarant, ALEMANNOS vocari juxta Lacum Conſtantienſem, Monaſteriumque eſſe in ALE-*

MAN-

Digitized by Google

MANNIÆ partibus, ut dicit Carolus III. &c. Fredegarius Scholaſticus in Chronico, Cap. 110. apud Freherum T. 1. Rer. Franc. pag. 159: Memoratus Princeps (Carolus Martellus) conſilio Optimatum ſuorum expetito, filiis ſuis Regnum dividit. Itaque Primogenito ſuo, Carolomanno nomine, Auſter & SUAVIAM, quæ nunc ALEMANNIA DICITUR, atque Thoringiam tradidit. Alterum verò ſecundum filium juniorem, Pippinum nomine, Burgundiæ & Neuſtraſiæ & Provinciæ præfecit &c. & Otto Friſingenſis l. c.

(5) Ut autem probem, ALEMANNORUM appellationem fœtum eſſe Seculi, à Chriſto Nato, Tertii, veterum teſtimoniorum quædam ſumam auxilio. Ecce, quid Ælius Spartianus, in Vita Antonini Caracallæ, (quem An. Chr. 214. Imperio Romano præfuiſſe, Euſebii Pamphili Chronicorum liber poſterior ad h. a. pag. 172. Edit. Scaligeranæ, Ann. 1658. tradit,) Tom. II. Hiſtoriæ Auguſtæ, Friderici Sylburgii, pag. m. 188. vitia Principis virtutesque recenſens: Non ab re eſt etiam diaſyrticum quoddam in Eum dictum addere. Nam quum GERMANICI, & Parthici, & Arabici, & ALAMANICI, nomen adſcriberet, nam ALAMANORUM Gentem devicerat, Helvius Pertinax, filius Pertinacis, dicitur joco dixiſſe: Adde, ſi places, etiam Geticus Maximus; quod Getam occiderat fratrem, & Gotti Getæ dicerentur &c. Sic Aurelius Victor, de Cæſaribus, in ejusdem Imperatoris vita, apud Sylburgium T. I. pag. 518: ALAMANNOS, Gentem populoſam, ex equo mirificè pugnantem, prope Mœnum amnem, devicit &c. Miror hinc Vorburgium, Tom. I, Continuationis Demonſtrationis, ad Ann. 215. pag. m. 473. nullam Alemannorum mentionem, in Aurelio Victore, fieri, aſſerere; benè tamen, ex adductis Spartiani verbis, notat, Antonini Caracallæ ævo, Alamannos magnæ jam fuiſſe auctoritatis, quia non ſolum nomine Germanorum, ſed & Alamannorum, compellari voluit. Eorundem meminit Aurelius Victor, l. c. in Vita Licinii Gallieni, cujus verba ſequenti Catalogo Ducum Franconiæ, v. 1. p. 350. recitabo; ut & Trebellius Pollio, de Triginta Tyrannis, per annos, quibus dictus Gallienus & Valerianus Rempublicam tenuerant, Imperium infeſtantibus, apud Sylburgium l. c. Tom. 2. p. 257. Marium inter Tyrannos ſeptimum, oratione prima, ad Milites habita, ita eos allocutum, affirmans: Ars mihi objiciatur ferraria (ex fabro enim ferrario imperavit) dum me & exteræ Gentes ferrum attrectaſſe ſuis cladibus recognoſcant in Italia: denique, ut omnis ALEMANIA, omnisq; GERMANIA, cum cæteris, quæ adjacent, Gentibus, Romanum Populum ferratam putent Gentem, ut ſpecialiter in Nobis ferrum timeant &c. Et Flavius Vopiſcus Syracuſius, in Probo, ibidem, pag. 292. ubi Manlius Statianus, hæc in Senatu: Quæ mundi pars eſt, quam Ille (Probus) non vincendo didicerit? Teſtes ſunt Marmaridæ, in Africæ ſolo victi: teſtes Franci, inviis ſtrati paludibus: teſtes Germani, & ALEMANI, longè à Rheni ſubmoti litoribus &c. & in Proculo, pag. 298: Nam ALAMANOS, qui tunc adhuc GERMANI dicebantur, non ſine gloriæ ſplendore, contrivit, nunquam aliter, quam latrocinandi pugnans modo &c. Conſtantini Magni ætate, proprios eis fuiſſe Reges, documento ſunt, quos victos beſtiis objici curavit; ceu, præced. Tit. 2. §. 10. lit. i. v. 13. pag. 182. Eutropii verbis probavi. Conſtantii memor, Ammianus Marcellinus lib. XIV. Edit. Hamb. Er. Lindenbrogii, An. 1609. p. m. 25. idem affirmat: Hæc dum Oriens diu perferret, cœli reſerato tepore, Conſtantius Conſulatu ſuo ſepties, & Cæſaris iterum, egreſſus Arelate, Valentiam petit, in GUNDOMADUM & VADOMARIUM Fratres, ALEMANNORUM REGES, arma moturus, quorum crebris excurſibus vaſtabantur confines limitibus terræ Gallorum &c. & p. 26. Emenſis itaque difficultatibus multis, & nive obrutis callibus pluribus, ubi propè Rauracum ventum eſt, ad ſupercilia fluminis Rheni, reſiſtente multitudine Alemanna, pontem ſuſpendere navium compage Romani vi nimia, vetabantur &c. & pag. 27. ubi, advocato in concionem Exercitu, efflagitantibus pacem Alemannis, Imperator ita diſſeruit: Arduos veſtræ gloriæ gradus, quos fama per plagarum quoque accolas extremarum diffundit, excellenter accreſcens, Alemanorum Reges, & Populi formidantes, per Oratores, quos videtis, ſummiſſis cervicibus, conceſſionem præteritorum poſcunt & pacem: quam ut cunctator & cautus utiliumque monitor, ſi veſtra voluntas adeſt, tribui debere cenſeo, multa contemplans: primò, ut Martis ambigua declinentur; dein, ut auxiliatores, pro adverſariis, adſciſcamus, quod pollicentur; tum autem, ut incruenti mitigemus ferociæ flatus, perniciosos ſæpe Provinciis: poſtremò, id reputantes, quod non ille hoſtis vincitur ſolus, qui cadit in acie, pondere armorum oppreſſus, & virium; ſed multo tutius etiam tuba tacente, ſub jugum mittitur voluntarius, qui ſentit expertus, nec fortitudinem in rebelles, nec lenitatem in ſupplices animos, deeſſe --- mox, ut dicta finierat, multitudo omnis, ad quæ Imperator voluit, promptior, laudato conſilio; conſenſit in pacem &c. Hosque fortè intelligit Zoſimus, lib. 3. Hiſtor. c. 1. pag. m. 234. Johanne Leunclavio Interprete: è Pannonia Conſtantius in Italiam tranſiit. Quum autem videret, omnes Romanis ſubditas Provincias Barbaricis incurſionibus interceptas, Francos, & Alemannos, & Saxones, jam quadraginta ſitas ad Rhenum Urbes cepiſſe &c. Sub Juliano, varii iterum Alemannorum Reges Argento-

ratum obſidere, vid. *Ammianus Marcellinus* l. c. lib. XVI. p.m. 81. *Quo diſpalato fœdo terrore*, ALEMANNORUM REGES, *CHONODOMARIUS, & VESTRALPUS, URIUS, quin etiam URSICINUS, cum SERAPIONE & SUOMARIO, & HORTARIO, in unum robore virium ſuarum omni collecto, conſedere prope Urbem Argentoratum, extrema metuentem Cæſarem arbitrati retroceſſiſſe, cum ille tum etiam perficiendi munimenti ſtudio ſtringeretur &c.* & pag. 82. *Agitabat autem miſcebatque omnia ſine modo, ubique ſeſe diffunditans, & Princeps audendi periculoſa Rex CHONODOMARIUS, ardua ſubrigens ſupercilia, ut ſæpe ſecundis rebus elatus; nam & Decentium* Cæſarem *ſuperavit, æquo Marte congreſſus, & Civitates erutas multas vaſtavit & opulentas, licentiusque diu, nullo refragante, Gallias perſultavit &c.* & pag. 85. *Ductabant autem Populos* (Germanorum) *omnes, pugnaces & ſævos, CHONODOMARIUS & SERAPIO, poteſtate excelſiores ante alios Reges — Hos ſequebantur poteſtate proximi Reges, numero quinque, Regalesque decem, & Optimatum ſeries magna, armatorumque millia triginta & quinque, ex variis Nationibus partim mercede, partim pacto viciſſitudinis reddendæ, quæſita.* Quomodo vero *Alamanorum* Exercitus, à *Juliano*, inſigni clade, circa Ann. 358. fuerit multatus, captusque *Chonodomarius*, docet idem l. c. pag. 89. ad 92. & reliqui, præced. Tit. 2. §. 10. lit. i. v. 4. pag. 177. adducti teſtes. *Vadonlarium* Regem, paulo poſt, paria ſubiiſſe fata, ibidem dictum.

(6) *Valentiniano* Imperatore, *Gallias Rhætiasque ſimul* ALEMANNI *populabantur*, ut *Ammianus Marcellinus*, lib. XXVI. pag. m. 338. loquitur, *quibus occurſurum Dagalaiphum pergere maturè præcepit, qui, vaſtatis propinquioribus locis, longius diſceſſerant irruenti*; ceu idem l. c. pag. 340. tradit, Libro XXVIII. pag. m. 403. &c. commemorans, qua ſolicitudine *Burgundos* in *Alamannorum* perniciem, quamvis fruſtrà, excitaverit: *Valentinianus, verſando ſententias multiformes, anxia ſollicitudine ſtringebatur: reputans multa & circumſpiciens, quibus commentis* ALEMANNORUM, *& Macriani Regis, frangeret faſtus, ſine fine vel modo rem Romanam, irrequietis motibus confundentes. Immanis enim Natio, jam inde ab incunabulis primis varietate caſuum imminuta, ita ſæpius adoleſcit, ut fuiſſe longis ſeculis æſtimetur intacta. Seditque conſilia alia poſt alia Imperatori probanti, Burgundios in eorum excitari perniciem bellicoſos, & turbæ immenſæ viribus affluentes, ideoque metuendos finitimis univerſis. Scribebatque frequenter ad eorum Reges, per taciturnos quoſdam & fidos, ut iisdem tempore præſtituto ſupervenirent, pollicitus ipſe quoque, tranſito cum agminibus Romanis Rheno, occurrere pavidis, pondus armorum vitantibus inſperatum.* His annectit: *Gratanter, ratione gemina, Principis acceptæ ſunt litteræ; prima, quod jam inde temporibus priſcis, ſobolem ſe eſſe Romanam, Burgundii ſciunt: dein, quod Salinarum, finiumque cauſa, Alemannis ſæpe jurgabant; catervas miſere lectiſſimas; quæ, antequam miles congregaretur in unum, adusque Rheni ripas progreſſæ, Imperatore ad extruenda munimenta diſtricto, terrori noſtris fuere vel maximo. Igitur paulisper morati, cum neque Valentinianus, ut ſpoponderat, die prædicto veniſſet, nec promiſſorum aliquid adverterent factum, ad comitatum miſere Legatos, poſcentes, adminicula ſibi dari redituris ad ſua, ne nuda hoſtibus exponerent terga. Quod ubi negari per ambages ſentirent, & moras necti, exinde diſceſſerunt indignati; hocque comperto, Reges, ut ludibrio habiti, ſævientes, captivis omnibus interfectis, genitales repetunt terras.*

Sub *Honorio* vaſtatas ab *Alemannis* Gallias, ex *Hieronymi* diſcimus Epiſtolis; Vid. ſupr. Tit. 2. §. 10. lit. i. v. 16. p. 185.

(7) Non multo poſt, ſtabilito *Francorum* Regno, *Odovatrius*, (Saxonum Dux) *cum Childerico*, (Francorum Rege) *fœdus iniit, Alamannosque, qui partem Italiæ invaſerant, ſubjugarunt.* Sunt verba *Gregorii Turonenſis*, lib. 2. cap. 19. p. m. 39.

Filius *Childerici*, *Cl d veus Magnus*, horrenda clade, ad *Tolbiacum*, in Colonienſium finibus, circa annum 497. ad deditionem compulit *Alemannos*, illos ſcilicet, qui, à *Nicro Mænoque* amnibus, in Thuringorum Sedes porrecti noſcuntur; Teſtes præced. Tit. 2. § 10. lit. i. v. 24. p. 193. & 194. produxi.

Theodebertus, Auſtraſiorum Rex, laudati *Clodovei*, ex filio, *Theodorico*, nepos, reliquos *Alemannos*, circa Danubium, in *Rhætia* & *Helvetia*, conſidentes, nec *Tolbiacenſi* prælio involutos, pari fortitudine Regno adjecit. Non omnes ſanè *Alemannos*, à *Tolbiacenſi* clade, *Francorum* tuliſſe jugum, ceu *Franciſco Guillimanno*, lib. 2. *Rer. Helvetic.* Cap. X. p. m. 101. videtur, auctoritate nititur *Procopii*, lib. I. de *Bello Getico*, §. 10. *Poſt hos* (Arboricos) *in orientem ſolem ſunt Toringi Barbari, qui, Cæſaris permiſſu, ſedes has tenuere, & ab his Burgundiones, haud procul ad Notum ventum vergentes, inhabitant: tum Suevi, deinceps & Allemanni, gens valida, LIBERI OMNES, & jam diu hæc incolunt loca.* Ecce, minimum quidam *Allemannorum*, *Juſtiniani* tempore, adeoque diu poſt *Tolbiacenſe* prælium, adhuc *liberi* dicuntur; magno argumento, non omnes Francorum imperata tunc feciſſe. Vid. *Vorburgius*, Tom. V. *Continuationis demonſtrationis*, ad An. 599. pag 530. ad 533. Conf. *Meriani Topographia Sueviæ*, Præfat. prima; *Obrechtus*,

Digitized by Google

rus, Prodrom. Rer. Alſatic. Vol. I. Cap. X. pag. 212. &c. *Werlhof, Notitia S. R. Imperii enucleata*, lib. I. Cap. 2. §. 85. lit. c. pag. 95. & 96. & §. 106. lit. a. pag. 123.

Bono igitur fundamento arceſſit *Hadrianus Valeſius*, lib. 24. *Rer. Franc.* pag. 476. *Alamanniæ Ducatus* primordia à *Clodovei* poſteris; cujus Nepotem, *Theodebertum*, Auſtraſiæ Regem, *Leutharium* & *Bucelinum* fratres, *Alamannis* popularibus Duces præpoſuiſſe, Illuſt. *Obrechtus* l. c. pag. 214. perhibet. Eosdem, à laudato Rege, in Italiam, adverſus *Beliſarium*, miſſos, fortiter Francorum res ſuſtinuiſſe, præced. Tit. 4. §. 5. lit. a. v. 8. p 332. monui, pariterque ſub filio Ejus, *Theodebaldo*, ceu, ex *Agathia* Scholaſtico, lib. I. pag. 536. Dn. *Werlhof* l. c. §. 111. lit. b. p. 126. notat. Meminit quoque *Bucellini Gregorius Turonenſis*, lib. 4. *Hiſtor.* Cap. IX. pag. 72. *Sub eo enim* (Theodebaldo) *& Bucellinus, cum totam Italiam in Francorum Regnum redegiſſet, à Narſete interfectus eſt: Italia ad partem Imperatoris capta, nec fuit, qui eam ultra reciperet &c.* ut & *Geſta Francorum Epitomata*, Cap. 50. apud *Freberum*, T. I. *Rer. Franc.* pag. 105. *Buccelinus in Italia, apud Belſarium & Narſidem Patricios, ſæpius fortiter dimicans, eosque in fugam vertit, eorumque exercitum proterit. Tandem infirmatus à profluvio ventris, & Exercitus ſuus eadem infirmitate adtritus, Beliſario jam interfecto, à Narſide ſuperatur & interficitur; ipſoque anno Theudebaldus obiit &c.* Ita quoque *Aimoinus* lib. 2. Cap. 34. pag. 294. Conf. præced. Tit. 4. §. 5. lit. a. v. 8. & 9. pag. 332. & 333. Ex hoc capite ſcribit *Paulus Diaconus* lib. I. de *Geſtis Longobardorum*, Cap. XVII. pag. m. 364. *Juſtinianus Auguſtus Romanum Imperium felici ſorte regebat. Qui & bella proſpere geſſit; & in cauſis Civilibus mirificus extitit; nam, per Beliſarium Patricium, Perſas fortiter devicit; per quem eundem Beliſarium - - - alias Gentes belli jure compreſſit; quam ob cauſam, propter horum Hominum victorias, ut ALEMANICUS, Gothicus, FRANCICUS, GERMANICUS, Atticus, Alaricus, Wandalicus, Aphricanusque diceretur, & haberet tot nomina, meruit &c.* &, poſt eum, *Aimoinus* lib. 3. Cap. 8. pag. 301. ejusdem Imperatoris memor: *Ob cauſam etiam multimodarum victoriarum, ut ALEMANNICUS, Gothicus, Alanicus, Wandalicus, Aphricanusque diceretur, habere agnomina meruit &c.* Documento ſunt variæ Ejus Conſtitutiones, veluti: De *Confirmatione Inſtitutionum, ad Cupidam Legum Iuventutem; de Confirmatione Digeſtorum, ad Senatum & omnes Populos; de Confirmatione Digeſtorum, ad Magnum Senatum; de Ratione & methodo Juris docendi, ad Anteceſſores; de Emendatione Codicis, & ſecunda Ejus Editione, ad Senatum Urbis Conſtantinopolitanæ*, aliæque plures, quas omnes, præfixo Titulo: *Imperator, Cæſar, Flavius, Juſtinianus, ALAMANICUS, Gotthicus, FRANCICUS, GERMANICUS, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor ac Triumphator, Semper Auguſtus: Dionyſii Gothofredi* Hiſtoria Juris, à *Juſtiniano* compoſiti, complectitur; quamvis multa horum cognominum in *Juſtinianum* non quadrent.

(8) Succeſſores eorum, eo ordine, quo *Merian* l. c. eos recenſet, auctoritate Veterum probari nequeunt; multoque minus, *Alemannia tota* unici *Ducis* curæ domandata. In primis occurrunt:

LEUDEFRIDUS & UNCELINUS &c.

De quibus ita *Aimoinus*, lib. 3. de *Geſtis Francorum*, Cap. 77. pag. m. 341. anni XXVIII. Regni *Guntramni* memor: *Eo tempore* (adeoque circa annum Chriſti 588.) *Setace, Chingus & Boſo, Guntranus, Urſio quoque ac Hirtefredus, Optimates Childeberti* (Secundi, Auſtraſiorum) *Regis, eò quod Eum tractaſſent perimere, Ipſo ordinante, peremti ſunt. Sed & LEUDEFREDUS, ALEMANNORUM Dux, offenſam antedicti Regis incurrens, fuga elapſus, ne morti adjudicaretur, latuit, & UNCELINUS, loco ipſius, Dux ſubſtitutus eſt &c.* Nec non *Fredegarius* Scholaſticus, Cap. VIII. pag. m. 121. *Rauchingus & Boſo, Guntrannus, Urſio & Bertefridus, Optimates Childeberti Regis, eo quod Eum tractaverunt interficere, Ipſo Rege ordinante, interfecti ſunt. Sed & LEUDEFREDUS, ALAMANNORUM DUX, in offenſam antedicti Regis incidit etiam & latebram dedit. Ordinatus eſt, loco ipſius, UNCILENUS DUX &c.* Qui, Cap. XXVII. pag. 126. commemorat, quomodo *Uncilenus Dux*, jubente *Theodorico* Rege, *Protadium*, Majorem Domus, è medio ſuſtulerit; addens, Cap. XXVIII. pag. 126. vice verſa, conſiliis *Brunhildis* Reginæ, quæ *Protadium* tuebatur, Eum malè habitum: *Anno XII. Regni Theuderici, UNCELENUS, qui, ad mortem Protadii, inſidiosè fuerat locutus, inſtigante Brunnihilde, pede truncato, de rebus expoliatus, ad brevitatem* (paupertatem) *perductus eſt.* Conf. *Aimoinus* l. c. lib. 3. Cap. 92. & 93. p. 349. Ambos autem non niſi *Belli Duces*, fuiſſe, admodum probabile eſt. Magis ad rhombum facit famoſus ille:

CUNZO I.

Qui *Theodeberti II.* Ejusque ex Fratre Nepotis, *Sigeberti*, Auſtraſiorum Regum, temporibus floruit,

Digitized by Google

de quo hæc *Walaſfridus Strabo*, Augienſis Abbas, in Vita *S. Galli* Abbatis, lib. I. Cap. XV. apud *Goldaſtum*, T. I. *Rer. Alamannicarum*, Part. 2. pag. 150. *Septima poſt hæc die* (ex quo S. Gallus Ann. 613. ut l. c. Cap. 13. pag. 149. habetur, ſolitudinem ineolere cœperat) GUNZONIS DUCIS *epiſtola venit ad Presbyterem, præcipientis illi, ut die duodecimo ad Iburningas Villam veniret, & Virum Dei ſecum adduceret; nam Filiam Ejus, nomine Frideburgam, quæ illi erat unica, ſingulari pulchritudine fulgens, Spiritus invaſit malignus, à quo dum diverſis torqueretur moleſtiis, pœnæ continuam toleravit inediam, & ſæpius Terræ proſtrata, inter ſpumas horribiles, miſerabili volutabatur inſania, adeò, ut vix quatuor virorum teneri poſſet inſtantia. Poſt triginta autem dierum circulum, ex quo ei hoc accidit, cœpit ille habitator malignus per eam diras emittere voces. Hanc ob cauſam Pater ejus nuncios miſit ad Regem Sigibertum, Theodorici* (2) *Filium, qui eam habuit deſponſatam, ut ei nunciarent, quicquid circa puellulam agebatur. Rex verò, cum omni feſtinatione, miſit duos Pontifices, de quorum meritis potiſſimum præſumebat, cum donis Regiis, ad puellulam, ut eam, medicamine orationum, à furoris veſani languore ſanarent. Igitur Willimarus Presbyter, volens, tempore per epiſtolam definito, ad* DUCEM *venire, dixit Beatiſſimo Gallo: Scis* DUCIS *mandatum, eamus ad Eum. Et ille, Tuum eſt, inquit, hoc iter, non meum; Tu ergò proficiſcere: quid mihi cum Principibus ſeculi? nam in heremum, unde exivi, revertar &c.* & Cap. XVI. pag. 150. *Cum ſæpe dictus Presbyter, hoſpes Sanctorum, audiſſet, Virum Dei de cellula diſceſſiſſe, navim conſcendens ad* DUCEM *transfretavit, &, quæ circa hominem Dei facta fuerant, indicavit. Dux vero, ut citò reverteretur, illi imperavit, &, miſſis poſt Virum Dei Legatis, cum advenire devotè rogaret, & adjiciens: Si enim, inquit, per ejus orationes, filiam meam Dominus à Dæmonio liberaverit, dabo illi Pontificatum Conſtantienſis Eccleſiæ,* (ab obitu Gaudentii, Epiſcopo orbatæ) *& inſuper eum copioſis præmiorum muneribus honorabo &c.* Cap. XVII. XVIII. & XIX. pag. 151. & 152. recenſet, quomodo *S. Gallus* Ducis noſtri filiam à Dæmone liberaverit, & quid Dux ei in remunerationem obtulerit. Cap. XXI. pag. 152. annectit: *Sigebertus igitur Rex, cum audiſſet, puellæ redditam ſanitatem, mandavit Patri ejus, ut eam conſpectibus exhiberet. Qui, ſumens dona ingentia, & puerorum multitudinem ac puellarum, cum magno ſuorum Comitatu, duxit eam usque ad Renum, indeque, per Comites, ad Regem tranſmiſit, à quo dum gratanter ſuſcepta fuiſſet, interrogata, quomodo ſuæ remedium conſecuta eſſet infirmitatis, cum per Pontifices, ad hoc miſſos, ſanitati non poſſet reſtitui, hanc reddidit rationem: Domine mi, inquiens, eſt Vir quidam in Provincia, quam huc ducta reliqui, cujusdam incola ſolitudinis, de Gente Scotorum, nomine Gallus, tantæ apud Deum virtutis & meriti, ut adverſus Dæmones ſingulari quadam utatur potentia. Nam cum ego, ancilla tua, gravi vexatoris inſtantia, periculoſum vitæ nutantis finem pene ſubirem, rogante Patre meo, idem vir Dei ſupervenit, & ſigno vexilli ſalutaris me muniens, imperioſa voce, juſſit exire tyrannum, &, videntibus cunctis, qui aderant, exivit de ore meo quaſi corvus, colore piceus, horrore tartareus, cumque ſacrificii cœleſtis me pabulo confirmaret, priſtinæ reſtituta ſum ſanitati. His ita relatis, puella procidens ad pedes Regis, obſecro, ait, Domine, ut virum ipſum Tuæ gratiæ foveas lenitate, &, pro me, dignas illi gratiarum actiones rependere non graveris. Interrogavit autem eam, in qua heremo vir manſitaret eximius? & illa reſpondit, in ſaltu, qui Arbonenſi territorio adjacet, & eſt publici poſſeſſio juris; ſitus autem inter Alpes, Retiarum, & Brigantini marginem lacus. Rex igitur, ut audivit, in publicis eum commorari poſſeſſionibus, juſſit fieri conſcriptionem firmitatis, ut vir ſanctus lacum, quem incolebat, per auctoritatem regiam, obtineret* --- GUNZONI DUCI *præcipiens, ut, ſi ſolitudinis incola vellet, ſolatiorum ei copiam, ad ædificandam cellam, ſuminiſtraret.* Cap. XXII. pag. 153. pergit: *Non multis in media revolutis diebus, volens Rex illam puellam ſuis thalamis ſociare, celebri Edicto, ſacerdotum & Principum ſuarum Senatum nuptiarum præcepit adeſſe ſolemniis &c.* quamvis nuptiæ non fuerint conſummatæ, ſponſa ſolemnitatis celebrandæ feſto, Monialibus *S. Petri* apud *Metenſes* ſe aſſociante. Ejusdem meminit *Rapertus*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. I. apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I. Part. I. pag. 1. *Poſtquam Beatiſſimi Viri, Sanctus videlicet Abba Columbanus, cum B. Gallo, reliquisque diſcipulis ſuis, divinæ caritatis fervore ſucceNſi, relicta Hibernia, parentibus ſpretis, prædiisque paternis, per maria diverſa, Hiberniam tranſmearunt, & Gallias advenerunt --- ad Lotharium Regem pervenerunt, à quo benigniſſimè ſuſcepti cum honore, ut cupiebant, ad Theodebertum, Regem Auſtraſiorum, ſunt perducti, à quo, accepta poteſtate, per Alamanniam, locum eligendi aptum divinæ ſervituti, Tuconicam advenerunt, quæ eſt ad caput laci Turicini --- inde, iter agentes, pervenerunt ad caſtrum, quod Arbona nuncupatur, juxta lacum Potamicum, ibique à Willimaro Presbytero honorificè ſuſcepti, ſeptem dies continuos cum gaudio permanſerunt. Qui à Sanctis interrogatus, ſi ſciret locum in ſolitudine illorum propoſito congruum? oſtendit eis locum jocundiſſimum ad inhabitandum, nomine Brigantium ---- cellulas vero ibidem conſtruentes, ibique degendo Chriſto ſervire volentes, prohibiti ſunt à Populo, cujus pars major adhuc erroi-*

roribus diabolicis illudebatur. Indeque expulſus, auctore CUNZONE DUCE, *S. Columbanus cum ſuis, ad Agilolfum, Regem Longobartorum, perrexit; Sancto videlicet Gallo infirmitate detento in illis partibus derelicto &c.* pag. 2. ſubjicit: *Interea prædicti* CUNZONIS DUCIS *filiam, ſponſam videlicet Regis Sigeberti, ſpiritus malignus invaſit, -- B. Gallus, non prima, ſed jam ſecunda legatione, atque humillima ſupplicatione, ab eodem* DUCE *ſuſcepta, locum, in quo puella vexabatur, Presbytero comitante, devenit, hoſtemque malignum, oratione præmiſſa, à pervaſa domo, imperioſa voce, potenter ejecit, patrique puellam reddidit ſanam, ſtatimque ad dilectæ ſolitudinis cariorem rediit aulam. Præfatus igitur Rex -- cujus heremi hoſpes extiterit, inquiſivit, comperiensque, narrante puella, aliisque fidelibus viris, ex parte ad Regiam poteſtatem, aliunde vero ad poſſeſſionem Nobilium Virorum, pertinere heremum, in qua Sanctus commanebat, cum ſuis, protinus partem, Regiæ poteſtati cedentem, præfato ſancto, ſua auctoritate contradidit --* CUNZONI *quoq; DUCI, præcepit, ut cum omnibus, eidem heremo vicinis, neceſſitatibus S. Galli ſedulus ac ſtudioſus fautor exiſteret, & in ædificiis, & in qualibuscunque rebus, illius indigeret ſolatio, quod & devote complevit &c.* Conf. *Theodorus*, primus Abbas *Campidunenſis*, in vita *S. Magni*, ſeu *Magnoaldi*, Confeſſoris, Cap. IX. apud *Henricum Caniſium*, Tom. V. *Antiq. Lect.* & *Surium*, 6. Septemb. pag. 75. *Nunciatum eſt illis, Gaudentium, Conſtantienſem Epiſcopum, de hac vita emigraſſe -- non poſt multos dies epiſtola cujusdam* DUCIS, *nomine* GUNZONIS, *allata eſt, ad B. Gallum, poſtulans, ut quantocius poſſet, properaret ad eum, veniensque filiam ejus unicam, à maligno ſpiritu invaſam liberaret &c. Quo facto, Dux juſſit ei dona magna offerri; inſuper, ut apicem gradus Pontificalis* (Conſtantienſis Eccleſiæ) *dignaretur aſſumere, poſtulavit &c.* Cap. X. pag. 76. addit, *S. Gallo* oblatam dignitatem recuſante, *Johannem*, ejus diſcipulum, ex ejus commendatione, ad Epiſcopatum fuiſſe promotum: *Cumque, hac atteſtatione, Vir ſanctiſſimus Joannem laudaret, Dux* (Cunzo) *eum, cum electione Populi, vellet, nollet, collecta congregatione cæterorum Epiſcoporum, Pontificatum Conſtantiacenſis Civitatis ei tribuit; imò à viciuis Epiſcopis ductus ad altare, ſolenni benedictionis officio ordinaverunt Antiſtitem &c.* In *Chronico Conſtantienſi Piſtoriano*, pag. m. 692. in vita *Johannis*, legitur: *Johannes VI. hujus nominis Primus, Diſcipulus S. Galli, vir multæ probitatis, mediocribusque Parentibus, de ſuperioris Rhetiæ partibus, natus, S. Galli conſilio, licet invitus, Epiſcopus ſublimatur -- quod* GUNZONI DUCI SUEVORUM, *tunc temporis in Uberlingen commoranti, & ſingulis, electioni hujusmodi præſentibus, maximè gratum fuit, circa annos Domini ſexcentos quinquaginta. Dictus eſt etiam Dux ille* CUNTZO; *monetam Cuntzenpfenning, qui adhuc habentur, cudi fecit.* Jung. *Franciſcus Guillimannus*, lib. 3. *Hiſt. Habſpurg.* Cap. I.

LEUTHERIUS.

(9) Sub *Sigeberto III.* Francorum Rege, *Alamannorum Dux* celebratur *Leutherius*, de quo hæc apud *Fredegarium Scholaſticum*, Cap. LXXXVIII. pag. m. 150. *Anno decimo Regni Sigoberti, Otto, qui, adverſus Grimoaldum, inimicitia, per ſuperbiam, tumebat, factione Grimoaldi, à* LEUTHARIO, DUCE ALAMANNORUM, *interficitur &c.* plura apud *Aimoinum*, lib. IV. Cap. XXXVIII. p. m. 377. *Evoluto anno, Pipinus,* (*Beggæ* Pater, in Aula *Clotharii II. Dagoberti Magni* & *Sigeberti III.* Major domus; juxta *Sigebertum Gemblacenſem* An. 647. defunctus, cujus præced. Tit. V. Tab. Geneal. E. pag. 438. & Tit. XI. pag. 930 memini) *diem obiit, maximum Auſtraſiis relinquens luctum, cauſa mortis ſuæ generatum, eò quod, propter animi manſuetudinem, & juſtitiæ ſervatam æquitatem, ab univerſis diligeretur. Cujus filius, Grimoaldus, ſtrenuus admodum juvenis, propter egregia Patris merita, Populo ſimul & Principibus valdè erat charus. At verò quidam Otho, Berone genitus Patre, ſperebat, ſe Comitem Palatii fieri poſſe, eò quod bajulus fuerat Regis Sigeberti, in ejus tenera ætate. Idcirco, dum Grimoaldum paulatim deſpicere, nec jam odium, adverſus eum conceptum, velare, imò crebro contemptu ſeſe manifeſtum cœperat demonſtrare adverſarium, Grimoaldus, paternæ amicitiæ prærogativa Chuniberto Pontifici* (Colonienſi) *jamdudum fœderatus, moliebatur Othonem pellere Palatio. Sed cum id nequiſſet explere, exoſum eum* LEUTHERIO, ALEMANNORUM *effecit* DUCI, *à quo idem Otho, decimo Sigeberti Regis anno, interfectus eſt, & Grimoaldus, in locum Patris, Major Domus in Auſtriæ Regno inſtitutus &c.* Conf. Illuſtr. Dn. *Obrechtus, Prodrom. Rer. Alſatic.* Cap. X. pag. 215.

ADALRICUS, ADELRICUS, ATHELRICUS, contractè ATHICUS, ſeu ETHICUS.

(10) *Ducatum Alamanniæ* nactus eſt hic Princeps, ab Auſtraſiorum Rege, *Childerico II. Dagoberti I.* ex filio, *Clodoveo II.* nepote, *Leudeſii*, Majoris Domus, ut vulgi fert opinio, filius. Vid. *Fragmentum Hiſtoricum*, Chronico *Alberti Argentinenſis*, præfixum, apud *Urſtiſium* T. 2. *Rer. German.* pag. m. 75. *Leudeſius namque cum Major domus eſſet,* (vid. præced.

Digitized by Google

Tit. XI. pag. 931.) *duxerat Uxorem de proſapia S. Sigismundi, Regis Burgundiæ, genuitque ex ea ATHICUM,* ſeu *ADALRICUM, qui, Patre adhuc ſuperſtite, & Hilderico regnante, Uxorem duxerat, Berswindam nomine, filiam ſororis S. Leodegarii, ſororem videlicet Reginæ* (Childerici II. conjugis, Bilhildis) *Ob hunc cauſam conſanguinitatis, à præfato Rege, DUCATUM GERMANIÆ* (Alamanniæ) *adeptus eſt, habuitque Sedem in Villa Regia Ehenheim, & in Caſtro, quod Hohenburg nominatur; genuitque filiam, à nativitate cœcam, nomine Odiliam, quæ à S. Herhardo, Ratisponenſi Epiſcopo, & Hildolfo, Treverenſi, baptizata, in ſacro fonte viſum recepit &c.* Hauſit hinc, ſine dubio, *Jacobus de Kœnigshoven,* quæ in *Chronico Alſatico* Germanico, Cap. IV. §. XIX. p. m. 237. & 238. tradit: *In den Ziten des Kuniges Hilderici, der do was Clodoveus Son, und richſende was, noch Gottes Geburtt, DC und LXXX. Jor; do was in dem vorgenanten Geſlechte ein Hertzoge, genant ATHICUS, oder Adelricus, das iſt, zu Dütſche geſprochen, Ettich, der nam ein Frowe zu der E, genant Betswinde, die was der Kunigin Sweſter von Frangrich. Von dirre Sippeſchafft wegen, machte der vorgenante Künig, Hildericus, diſen Ettich, zu eime Hertzogen über Elſas, und über die Lant Doumbe. Donoch wonete dirre Hertzoge Ettich allermeiſt zu Ehenheim, und uf der heidenſchen Veſten, genant Hohenburg, in Stroiburger Biſtum; und machte mit ſiner Frowen, Bertswinden, ein Dochter, genant Odilia; diſelbe Dochter wart blint geborn, und wart getoufet, von S. Erhart, dem Biſchofe von Regenſpurg, und wart ſehende in dem Toufe.* His annectit: *Nu was dirre Ettich, Sant Otilien Vatter, gœttlicher gerechter Man, und was andechtig gegen Gotte. Dovon macht er, us ſiner Veſten Hohenburg, ein rich Frowen Cloſter, und buwete dozu alles, das zu eime Cloſter gehœret. Unt do Sant Otilia zu iren Tagen kam, do gap er ir dis Cloſter, mit dem Gute, in ir Hant. Unt alſo wart ſi Eptiſſen in dem Cloſter, und hette wol 130. Frowen unter ir, die do alle ein heilig ſelig Leben furten. Nu merckete S. Otilie, das, von der hohede des Berges zu Hohenburg, wenig arme Menſchen zu dem Cloſter komment, an den ſü die Werk der Erbermede mœchte geüben. Dovon det ſü buwen, under dem Berge, ein Kirche, und ein Herberge, do inne men ſolte die Bilgerin, und arme Menſchen enthalten. Do dis die Cloſter-Frowen ſohen, do begertent ſü, das ouch ein Cloſter do wurde gebuwen, das ir ein Teil do mœchten gewonen; wan ſü hettent uf dem Berge groſſen gebreſten an Waſſer. Und alſo wart ouch us derſelben Kirchen ein Cloſter gemacht, genant Nidermunſter; und wurdent die Frowen, und das Gut, gliche geteilet, in zwey Clœſtere, Hohenburg und Nidermünſter &c.* Nec aliter in MS. Latino, apud *Schilterum, in der Achten Anmerckung, uber des Kœnigshovens Elſaſſiſche Cronick,* pag. m. 507. & 508. *Erat his temporibus,* (Dagoberti I.) *in Regno Francorum, Nobiliſſimus & ditiſſimus Princeps, nomine Erchonaldus, honore Majorum domus ſublimatus, ipſius Regis Dagoberti conſanguineus. Quo defuncto, filius ſuus Leudeſius, quem Germani Leuthricum vocant, in locum ipſius ſucceſſit; hic duxit Uxorem Nobiliſſimam, de proſapia Sigismundi, & Gotmari, Regum Burgundiæ, genuitque ex ea Filium, nomine ATHICUM, ſeu ADELRICUM. ATHICUS verò adhuc Patre ipſius ſuperſtite, & Childerico regnante, uxorem duxerat, nomine Berswindam, filiam ſororis S. Leodegarii Epiſcopi & Martyris, & ſororem videlicet Reginæ. Ob hanc igitur cauſam conſanguinitatis, à præfato Rege, DUCATUM GERMANIÆ (Alamanniæ) adeptus fuerat, habuitque ſedem in Villa Regia, quæ Ehenheim vocatur, vel in caſtro, in vertice montis ſito, quod olim, propter irruptionem Ungarorum, à ſuperioribus Regibus conſtructum, & Altitona fuerat nuncupatum, nunc verò, eadem Etymologia, Hohenburg nominatur, & ſitum eſt in Provincia Alſatia &c.* Add. ex *Hiſtoria Lombardica* MS. laudatus *Schilterus,* l. c. § V. pag. 515: *In den Ziten des Kuniges von Franckerich, genant Hildericus, was ein Hertzoge, genant Adelricus, oder Ettich, der was ſo Edel von Geſlechte, das ſin Vatter der Würdigeſte was in des Kuniges Hofe &c.* & pag. 516: *Dirre Hertzoge hette eine Frowe, Berswinda genant, die diente unſerme Herren allezit, mit groſſer Andacht. Diſe Frowe wart eines Kindes ſwanger, und genas zu rechter Zit einere blinden Dochter &c.* ſequentibus, longo ſermone deſcribit, quomodo *Otilia*, de qua loquitur, mediante baptiſmate, viſum ſit adepta. Cujus etiam meminit Auctor Vitæ *S. Hildulphi,* Trevirenſium ArchiEpiſcopi, Cap. 3. apud *Surium,* XI. *Julii,* pag. m. 168: *Eodem namque tempore, quo ſancta hæc & germana luminaria mutuæ converſationis vinculo connecterentur, defertur eis cujusdam HESTICONIS DUCIS Filia, à nativitate cœca, atque, ut ejus miſereantur, mœſti rogaverunt Parentes; quam cum Sancti Patres cognoviſſent eſſe gentilem, factam prius catechumenam, Domino commendarunt, & pro ea humiliter deprecati ſunt. Poſtea vero S. Hildulphus eam baptizavit, quam, de more Eccleſiæ, S. Erhardus,* (Ratisbonenſis) *de ſacro fonte excipiens, jam mente & corpore illuminatam, nominavit Odiliam &c.* Genealogiam *Athici* prædictam laudat inſuper *Gabriel Bucelinus,* in *Notitia Germaniæ Genealogica,* pag. 15. & in *Hiſtoria Agilolfingica,*

pag.

pag. 358. *Henningeſius*, Part. 1. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchio*, pag. 265. aliique ab Illuſt. *Obrechto* l. c Cap. IX. producti. Verum, non malè ſuſpicatur idem Vir Illuſtris, l. c. Cap. X. pag. 215. *Leudeſii*, ſeu *Leutheſii*, Majoris domus, loco, intelligendum eſſe *Leutherium* ipſum, in *Alemannico Ducatu* ipſius Prædeceſſorem, errore ex vicinitate nominum orto, quo non ſolum præfata *Kœnigshovii* verba Latina faciunt, perſpicuè docentia, *Leudeſium & Leuthericum*, Germanis fuiſſe ſynonyma; ſed & cit. *Fragmentum Urſtiſianum* l. c. ubi: *Erchinoaldo igitur defuncto, Lotharius, qui tunc regnabat, Ebroinum, Majorem domus conſtituit. Qui , ob nimio ſcelera ſua, à Froncis occuſatus, ab Hilderico, qui Frotri in Regno ſucceſſerot, in Luxovio, Monaſterio Burgundiæ, recluditur, & Leudeſius, quem Germani Leuthericum vocant, filius Erchinoldi, conſilio Leodegarii, Auguſtodunenſis Epiſcopi, Mojor domus Palatii conſtituitur &c.* Continua ſanè ſerie Filios Parentibus ſucceſſiſſe, ſequentia teſtabuntur. Vitam *Athici*, quem *Theganus*, Cap. XXVIII. de *Geſtis Ludovici Pii*, pag. 308. corruptè *Edith* vocat, ſiſtit *Bucelinus, Hiſt. Agi olfing.* l. c. minus tamen rectè, in *Notitia Germaniæ Genealogica* pag. 15. perhibens, Eum , à Rege *Theodorico III.* Ducem conſtitutum, pro quo Ill. *Obrechtus* l. c. meritò fratrem, *Childericum II.* legit; quamvis à *Theodorico* immunitatem Monaſterio *Ebersheimenſi*, à ſeſe fundato, impetraſſe legatur, diplomate teſte, unde *Wolfgangus Lazius*, lib 8. de *Migratione Gentium*, excerpta quædam publici fecit juris. Liberos, præter laudatam *Ottiliam*, de qua etiam *Bruſchii Chronologiam Monaſteriorum Germaniæ*, Tit. *Truttenhuſium*, pag. m. 557. evolvas, vindicant ei *Henningeſius* l. c. & *Bucelinus*, in *Notit. Geneal. German.* pag. 16. (1) *Adelbertum* Ducem , de quo mox, (2) *Ethonem*, Briſaci Comitem, *Eshenheimenſis* Cœnobii fundatorem; (3) *Hugonem*, Inferioris Alſatiæ Comitem, ſororisque *S. Remigii*, Argentoratenſium Epiſcopi, *Irmentrudæ*, maritum, de quo etiam *Obrechtus* l. c. Cap. XII. pag 262. (4) *Battacum*, ſeu *Bathiconem*, Ergoviæ Comitem. (5) *Roswindam*, Monialem in *Hochberg*, *Bucelino* omiſſam.

ADALBERTUS ſeu ADELBERTUS.

(11) Filius & ſucceſſor *Athici* fuit, de quo *Jacobus Kœnigshofen*, l. c. Cap. IV. §. XXI. p. m. 238. *Nu hette der vorgenante Hertzoge Ettich, Sant Otilien Vatter, ouch einen Sun, genant ADELBRECHT, der wart, noch ſines Vatters Tode, Hertzoge ze Elſaß, und nam eine Edele Frowe zu der E, genant Gerlinda, und machte mit der drie Dœchtere, genant: Attala, Eugenia und Gerlinda. Do dieſe Sant Attala, und ir vorgenante zwo Sweſtere, hortent ſogen, wie dœtliche ire Boſe, Sant Otilia, lebete in dem Convente zu Hohenburg, do lieſſent ſü fründe, und Gut, und koment zu Sant Otilien, das ſü wolten by ir leren ein ſelig kuſches Leben füren. Do wart der Hertzoge Adelbrecht zu Rote, das er ouch wolte Stifte und Clœſtere buwen, alſo ſin Votter hette geton. Und mochte us der heidenſchen Burg, die do ſtunt on der Brüſche, by Sant Stephans Brucke zu Strosburg, ein herrlich Frowen Cloſter, in Sant Stephans Ere, und machte ouch, das in demſelben Cloſter ſoltent ſin XXX. Frowen, und vier Dumherren, die do Gotte dientent, und dos, noch ſime Tode, olles ſin Gut ſolte an daſſelbe Cloſter vallen. Donoch wart ſin Dochter, Sant Attala, in daſſelbe Cloſter gefüret, und, von allen den Frowen, zu Eptiſſen erwelet &c.* & pag. 239. §. XXII. *In diſen Ziten, buwede Sant Attelen Vatter, Hertzoge Adelbrecht, ouch ein herlich Monne-Cloſter zu Honoue, an dem Rine, ein Mile niedenwendig Strosburg, und hies das der Schotten-Cloſter; wan der Merteil der Munche in demſelben Cloſter worent von Schottenlant, und wurdent , durch Sant Florencien willen, des Biſchofes von Strosburg, in daſſelbe Cloſter emphangen; wan Sont Florencie ouch von Schottenland was, und ir Geſelle. Und der Hertzoge gap en daſſelbe Cloſter, die Stettelin und Dorfere on dem Rine doniden, mit den Zehenden, und mit Welden, Waſſer, Weiden, und ander zugehœrede; und mochte das Cloſter ſo riche, das es zu eime Biſtum wart , und allewegen in demſelben Cloſter ein Biſchof, und ein Apper, und vil Preloten. Sus worent zwei Biſtume, eins zu Strosburg, hie diſſit Rines, und das ander zu Honowe, genſit Rines, und hette jegliches ſinen ſundern Biſchof; und donoch über etewie menig Hundert Jor , do wart us diſen zweyen Biſtumen, eins gemachet. Donoch aber, über vil Jor , alſo men zalte noch Gottes Geburte M. CC. und LXXXXII. Jor , do as der Rin daſſelbe Cloſter und Stifft gerweobe, und wart von Honowe gezogen gein Rinowe, do daſſelbe Stifft, und Dumherren nu ſint &c.* Conf. ejusdem Codex Latinus, apud Dn. *Schilternm, in der Achten Anmerckung über Kœnigshovens Chronick*, §. 1. p. 508. *Atticus genuit filiam , nomine Odiliam, genuitque filium, nomine Adelbertum. Hic Adelbertus duxit Uxorem, nomine Gerlindam, Nobilem ſatis, de qua genuit filiam Attalam, cum reliquis duabus Sororibus , ſcil. Eugenia, & Gundelinde. Hic Adelbertus Dux, Pater S. Attalæ, divina inſpirante gratia, volens conſtruere Cœnobium, in aliquo lo-*

ſui juris, elegit Caſtrum Argentoratum, in quo loco vaſtæ ſolitudinis, in antiquis muralium ruinis, ſecus fluenta Bruſcae flumina, Cœnobium ſtruxit, ad uſum XXX. Canonicarum, & IV. Canonicorum, Deo inibi famulantium, & in honore S. Stephani dedicavit, ad quod poſtmodum Athala deducitur, &, ob omni Conventu, in Abbatiſſam eligitur &c. pag. 509. mentionem facit poſterioris *Adelberti* conjugis: *Priusquam invenirentur Reliquiae S. Athalæ, inventum fuit* (ann. 1172.) *corpus S. Savinæ Virginis, ſororis ejus carnalis; deinde invenerunt Corpus Gerlindis, Matris S. Athalæ, & corpus Bachildis, novercæ S. Athalæ, quam, mortua Gerlinde, Adelbertus duxit in Uxorem, Athala adhuc vivente; deinde corpus Adelberti Ducis invenerunt cum puella ſua, Albina nomine; dein invenerunt corpus Childerici, avunculi S. Athalæ &c.* Add. cit. *Hiſtoria Lombardica* l. c. pag. 520. &c. §. VI. ubi plenior *S. Attalae* hiſtoria. Hinc ſua Illuſt. *Obrechtus, Prodrom. Rer. Alſat.* Volum. I. Cap. X. pag. 216. *Habuit in Ducatu* (Athicus) *ſucceſſorem, Filium Adelbertum, qui, duobus praecipuè Monaſteriis conditis, memoriam nominis ſui ad poſteros propagavit. De altero; quod S. Stephano, Argentorati conſecravit, actum eſt ſuperius;* (l. c. Cap. IX. pag. 190. & 191.) *alterum in Hohenovia, tam amplis opibus inſtruxit, ut quibusdam peculiaris Epiſcopatus ſpeciem praebuerit. Id è Sede ſua, qua conditum, uno infra Argentoratum milliari fuerat, Rhinoviam, denique Argentoratum, non, ut Guillimannus, Epiſc. Argent. C. VI. ſcribit, ad S. Thomam, ſed non ad D. Petrum Seniorem, tranſlatum eſt &c.* Vera eſſe, quæ de fundatione Cœnobii *S. Stephani*, hic in medium proferuntur, evincit Diploma *Lotharii I.* Imp. ann. 845. pro dicto Monaſterio, conditum, apud *Guillimannum* l. c. C. V. p. 26. Dn. *Schilterum* l. c. § VIII. p. 527. & *Tenzelium*, in *Vindiciis Conringianis, pro Cenſura diplomatis Lindavienſis*, Append. III. §. VIII. p. 96 ubi: *Omnium Fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, & noſtrorum, praeſentium videlicet & futurorum, comperiat induſtria, qualiter dilecta cognata noſtra, Venerabilis Sanctimonialis & Abbatiſſa S. Protho-Martyris Stephani, Ruadrut, in ambito infra muros Argentoraco, Majeſtatem noſtram adiit, offerens obtutibus noſtris auctoritates, & munimina chartarum Illuſtris parentelæ noſtræ Progenitoris, DUCIS ADALBERTI, qui fundavit jam dictum locum, in parte ſuæ hæreditatis, quæ ſibi pertinuit inter ruinas Veteris Argentoraci, pro opportunitate, & juxta fluentis* (fluenta) *Bruſci fluvii, & dotavit eum prædiis ſuis largè, pro remedio animæ ſuæ, & Parentum ſuorum ibidem adſtributis: & Attalam, Sanctiſſimam Virginem, Abbatiſſam præſidere ordinavit; &, quemadmodum in eisdem inſertum continebatur auctoritatibus, eundem locum, per pragmaticam Regis CHILDERICI* (III) *conſtitutionem, prærogativâ emunitatis libertate communiri impetravit &c.* nec non aliud, à *Ludovico Germanico*, an. Regni ipſius in Alſatia XXIII. 2. Id. Septemb. eidem Parthenoni Argentoratenſi datum, apud *Guillimannum* l. c. pag. 32. *Schilterum* l. c. *In der fünfften Anmerckung*, §. XXI. pag. 479. & Dn. *Tenzelium* l. c. §. IX. pag. 99. verb. *Nobilis atque Venerabilis Sanctimonialis, Abbatiſſa Baſilla, S. Stephani, infra muros Argentoratenſes, ſive Straſburc, noſtram adiens Majeſtatem, præſentavit obtutibus noſtris, authorabiles emunitatis firmitates Prædeceſſorum noſtrorum, Regum & Imperatorum; qualiter prædictus locus S. Stephani, à DUCE ALBERTO fundatus erat, &, per Conſtitutionem Childerici Regis, emunitatus, &, per Pipinum Majordomum, locupletatus & munitus creſcebat, & per munificentiam Lotharii Imperatoris primi, & Conjugis, Irmengardis, ditatus pollebat &c.* Diſcimus inde (1) *Adelbertum, Childerici III.* Regis tempore, *Alemanniæ Ducatum* rexiſſe, (2) Hereditario jure *Argentoratum* poſſediſſe, (3) Imperatricem *Irmengardim, Lotharii* Conjugem, ex ejus fuiſſe poſteris, quod & *Theganus*, de *Geſtis Ludovici Pii*, Cap. XXVIII. apud *Pithœum*, pag. m. 308. agnoſcit, ſcribens: *Lotharius, filius ſuus* (Ludovici Pii) *primogenitus ex Regina, ſuſcepit in conjugium, filiam Hugonis Comitis, qui erat de ſtirpe cujusdam Ducis, nomine Edith,* (*Edich*, quo titulo præfatum *Athicum*, ſeu Adalricum, intelligit) *qui erat timidus ſuper omnes homines.*

(12) Vitam ADALBERTI exhibet *Bucelinus, Hiſtor. Agilolfing.* p. 359. inter alia, de duabus ejus Conjugibus, & Liberis, narrans: *Conjuges Adelbertus ſucceſſivè binas habuit, utrasque Ducali, ſeu Regali ſanguine, Gerlindem, & Bathildem; parens ex priore factus Eberhardi, Maſonis, Luitfridi, Eugeniæ, Gundelindæ & Attalæ; ex altera, duarum tantummodo filiarum, Luitgardis & Sabinæ &c.* Eosdem tres filios vindicat ei in *Notitia Germaniæ Genealogica* Tab. *Veterum Ducum Alſatiæ atque Alemanniæ* p. 16. rurſusque p. 31. conſtituendo *Eberhardum, Ducem Alemanniæ & Alſatiæ*, ut & *Murbacenſis* Cœnobii fundatorem, ſub anno Chriſti 724. *Luitfridum*, Comitem *Sundgojæ*, cui *Hiltruda*, ultima Comitiſſa Habsburgica fuerit nupta; & *Mazonem*, Inferioris Alſatiæ Regulum, à quo conditum Cœnobium *Masmünſter*; cujus filius, octo annorum puer, in *Olimia*, amne Sundgoviæ, qui hodiè *Doller* nominatur, ſubmerſus, & in ...

Digitized by Google

munſter, ſub tali inſcriptione, ſepultus fertur: *Hic jacet ſepultus filius Regis Mazonis, fundatoris hujus Monaſterii.* Vid. *Henningeſius* l. c. p. 265. & *Lazius*, de *Migrat. Gentium* lib. 8. pag. 393. Qui tres Stemmatographi uno aſſerunt ore, *Luitfridum*, liberis orbum, filios patruelis ſui, *Alberici*, Briſgoviæ Comitis, patre nati *Ethone*, *Otbertum*, *Hugobertum*, *Eberhardum & Theobaldum*, adoptaſſe, à *Carolo Martello* poſtea *Alſatiæ* ditione pulſos. Ad examen vero revocat ſententiam hanc Dn. *Obrechtus*, Cap. XII. *Prodromi Rer. Alſatic.* pag. 263. & quidem adducti Diplomatis *Lotharii I.* auctoritate, quo *Ducem Adelbertum*, *Illuſtris parentelæ ſuæ Progenitoris* encomio evehit, reſpiciens omninò ad ipſius conjugis, *Irmengardis*, proſapiam, quippe quæ, ut jam dictum, filia erat *Hugonis* Comitis, anno 821. in Generali Conventu apud *Theodonis Villam*, ei thoro juncta, quod præced. Tit. 2. p. 80. ad an. 821. & Tit. V. p. 451. & 452. probavi. Qui HUGO, ſine dubio, de LUITFRIDO deſcendit, ſi vera ſunt, quæ ex *Ebersheimenſi Chronico*, idem Vir Illuſtris, l. c. pag. 263. commemorat, EBERHARDUM pariter & MASONEM, ADELBERTI filios, LUITFRIDI fratres, ſine heredibus deceſſiſſe. Accedit nominum ſimilitudo, quandoquidem HUGO, juxta *Bertinianos Annales*, ann. 837. defunctus, viciſſim LUITFRIDUM genuit. an. 865. adhuc ſuperſtitem, HUGONIS Patrem, qui an. 869. Parentis locum in *Alſatiæ Comitatu* tenuiſſe legitur. Verba *Annalium* ad ann. 837. ita ſonant: *LOTHARIUS autem Cluſas in Alpibus muris firmiſſimis artari præcepit. Et Lantbertus, fautorum Lotharii maximus, & Hugo, Socer Illius, defunctus eſt &c.* & ad ann. 865. mentione facta *Lotharii* Junioris, *Irmengardæ*, ex *Lothario* Imp. filii: *Lotharius, putans, quod Patrui, Ludovicus Germanicus, & Carolus Calvus, ſibi Regnum ſubripere, & inter ſe vellent dividere, Luitfridum, Avunculum ſuum, ad fratrem, & Italiæ Imperatorem tranſmittit &c.* & ad an. 869. *Carolus Calvus, abſolutis Apoſtolici & Imperatoris Miſſis, deceptis vanis ſuaſionibus falſorum Miſſorum, qui ei ſuggerebant, quod frater ſuus, Ludovicus, vicinus morti foret, iter in Eliſiacas partes arripuit, ut Hugonem, Luitfridi Filium, & Bernardum, Bernardi filium, obtineret; ſicut & fecie &c.* Neſcio, quo fundamento *Chronicon Lemovicenſe*, apud *Labbeum T. I. Biblioth. MS.* ad an. 709. pag. m. 332 dicat: *Primum Pipinus perrexit in Alemanniam, contra Witharium Ducem &c.*

(13) Sagitta trajectum occubuiſſe *Adelbertum*, docet *Henningeſius* l. c. & *Bucelinus*, *Hiſtor. Geneal. German.* pag. 16. & 31.

EBERHARDUS.

(14) Laudati modò ADELBERTI filius fuit, quem *Theodoricus IV.* Rex in Privilegio, *Murbacenſi* Cœnobio dato, COMITEM vocat: *In heremo vaſta,* (conſtructam Monaſterium) *quæ Vogaſus appellatur, in Pago Alſacenſi, in loco, qui vocatur Vivarius Peregrinorum, qui antea appellatus eſt Mourbach, in allodio fidelis Noſtri*, EBROHARDI COMITIS &c. Vid. Illuſt. *Obrechtus* l. c. Cap. 12. p. 262; qui l. c. Cap. X. p. 217. hæc præmiſit: *Ex Adelberti proſapia, unicum inter Alemanniæ & Alſatiæ Duces, Eberhardum admittit Blondellus, in Examine Stemmatis Auſtriaci; nec ego habeo, quo pro cæteris pugnem. Eberhardus autem Murbacenſis Monaſterii fundatione celebratur, de quo, in Chronico Ebersheimenſi, hæc annotata reperio: Denique, Dei inſpiratione, EBERHARDUS in fundo ſuo Monaſterium, primò in honore S. Mauricii, conſtruxit: poſtea verò, in honore S. Leodegarii, à B. Priminio Epiſcopo dedicari juſſit, & Vivarium Peregrinorum, ſeu Murbacum, nominavit. Quod ſi verum eſt, vivo adhuc Patre Adelberto, & quidem decem aut amplius annis ante S. Stephani monaſterium, Murbacenſe conditum fuiſſe oportet: ſiquidem Anno 727. in Alſatiam veniſſe B. Pirminium, docet Hermannus Contractus &c.* ſcil. ad ann. 727. p. m. 295. ajens, in Codice Novo: *S. Pirminius, ex Augia pulſus, Ecnem pro ſe conſtituit Abbatem, & ipſe Alſatiam, alia inſtructurus Cœnobia, petit &c.* Annum præcedentem 726 mavult *Bucelinus*, cujus verba præced Tit. XV. §. 16. lit. d. pag. 1282. exhibui; quamvis idem, in *Notitia Germaniæ Genealogica*, pag. 16. Annum 724. hoc titulo proferat: *Eberhardus Dux Alemanniæ & Alſatiæ, Fundator Murbacenſis Cœnobii, ſub An. Chriſti 724. &c.* & p. 31. *Eberhardus, ab obitu Mazonis, ejuſque filii, Potentiſſimus Alemanniæ atq; Alſatiæ Dux, Murbacenſis Cœnobii Fundator, ſub An. Chriſti 724. aliis 727. &c. Henningeſio*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, p. 265. id factum videtur an. 729. *Eberhardus, Dux Alemanniæ, vel Sueviæ, & Alſatiæ. In arce Egesheim. Murbacenſe Collegium inſtituit, à S. Pirminio conſecratum, ac primò Vivarium Peregrinorum Monachorum dictum, An. Chriſti 729; cui LUCERNAM, Helvetiorum Civitatem, donavit.* De Conjuge ejus, pergit: *Uxor* FACONORA; & de Filio, ex ea nato: RUTHARDUS,

Dux

Dux Alemanniæ, vel Sueviæ & Alſatiæ, qui in *Einſisheim habitavit, ubi hodiè Prætorium Auſtriacum eſt. Fundator Monaſterii Schwartzbach. Obiit A.C.* — *Uxor Irminiſſa. Hujus fortè filius fuit: Wandelberus, Comes Alſatiæ & Hanavienſis*, circa *Ann. Chriſti* 940. Prolis Ejus meminit *Bucelinus* l. c. pag. 16. & 31. nec non in *Hiſtoria Agilolfingica*, pag. 360. & 361. ubi, præter *Ruthardum*, Principi noſtro adhuc alium filium, *Warinum*, itidem *Magnum Alemanniæ & Alſatiæ Ducem*, adſcribit. Juxta *Eberheimenſe Chronicon* verò, ceu ſub *Adelberto*, v. 12. monui, deceſſit *Eberhardus* ſine herede. Vitam ejus & Epitaphium recenſet *Bucelinus*, in cit. *Hiſtoria Agilolfingica* pag. m. 360. unde hauſi, quæ præced. Tit. XV. §. 16. lit. d. pag. 1282. occurrunt.

GODEFRIDUS I.

(15) Dum *Leutherii*, minimùm *Athici*, de quibus præced. v. 9. & 10. evolvantur, proſapia, *Ducatum Alſatiæ* rexit, *Alamanniæ* partes, circa lacum Potamicum &c. *Ducali titulo*, adminiſtrabat quidam *Godefridus*, quem ſub *Theodorico III.* Francorum Rege, jugi ſubjectionis pertæſum, in priſtinam libertatem ſe vindicare fuiſſe conatum, teſtimonio *Erchangeri*, in Fragmento *de Regibus Francorum, Majoribusque Domus*, pag. m. 167. præc. *Catal. Ducum Thuringiæ*, §. 15. p. 209 probavi; cui addantur, quæ, ex eodem, p. 168. ad an. 687. præc. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 8. p. 212. adduxi. Integer locus ſic ſe habet: *Confluebant autem ad Aulam ipſius*, (Pipini, Heriſtallii, Anſegili filii, Majoris Domus) *univerſi Optimates cunctorum Orientalium Francorum, quos illi propria lingua Oſterleudos vocant. Anno ſcil. Incarnationis Domini* 687. *ſuſcepit Principatum. Hinc Suavos, & Bawuarios, Toringos & Saxones, crebris irruptionibus, frequentibusque prœliis, contritos, ſuæ Ditioni ſubjugavit. Hæ etenim Gentes, & aliæ plurimæ, multis ſudoribus adquiſitæ, Francorum ſummo obtemperabant Imperio: ſed, propter deſidiam Regum, & domeſticas Diſſenſiones, & bella civilia, quae in multas partes diviſi Regni ingruerant, legitimam dominationem deſerentes, ſinguli, in proprio ſolo, armis libertatem movebantur defendere. Quam obſtinationem invictus* Pippinus *Princeps, crebris expeditionibus, utiliſſimisque conſiliis, & frequentibus populationibus, Domino cooperante, compeſcuit &c.* Procul dubio, intelligit Ducem noſtrum THEGANUS, de *Geſtis Ludovici Pii*, C. 2. ap. *Pithœum*, p. 296. verba faciens de HILDEGARDA, quam *Carolus Magnus*, an. 772. duxerat in uxorem; ut præc. Tit. V. in ipſius vita, p. 440. oſtendi: *Cum in juventute erat ſupradictus Imperator*, (Carolus M) *ſibi Nobiliſſimi Generis Suevorum puellam, nomine Hiltegardam, quæ erat de cognatione* GOTHEFRIDI, DUCIS *Alamannorum; Gothefridus Dux genuit Houchingum; Houchingus genuit Nebi; Nebi autem genuit Immam; Imma verò peperit Hilthegardam, beatiſſimam Reginam; poſtquam eam ſupradictus Imperator in matrimonio aſſumpſit, genuit ex ea tres filios &c.* Tractum, cui præfuit, deſignat *Hermannus Contractus*, ad ann. 727. p. m. 295. in Codice Veteri, ubi: *Sanctus Pirminius, à* THIETBALDO, GOTIFRIDI *Filio, expulſus, Etonem Abbatem conſtituit, & ipſe in Alſatiam venit &c.* ut & *Hepidannus*, in *Annal.* ad annum 715. apud *Goldaſtum*, Tom. I. Rer. Alaman. Part. I. *Karolus Alamanniam rebellantem domat, Liutfrido, Duce eorum, ſuperato; cujus filius, Thietbaldus, S. Pirminium pepulit &c.* quamvis *Thietbaldi* Patrem, perperam *Liutfridum* appellet. Fuiſſe autem *S. Pirminium* ex *Augia Inſula* pulſum, docet *Hermannus* l.c. in Codice Novo, verbis, ſub *Eberhardo*, adductis. Conf. idem ad ann. 724. l. c. *S. Pirminius, primum ad Augiam Inſulam venit &c.* & in Codice Novo: *S. Pirminius & Chor-Epiſcopus, à Carolo*, (Martello) *Augiæ Inſulæ præfectus, ſerpentes inde fugavit, & cœnobialem vitam ibi inſtituit anno tertio &c.* quod *Othlonus*, Fuldenſis Monachus, in vita *S. Pyrminii*, Cap. X. ap. *Surium*, 3. *Novemb.* pag. m. 23. plutibus confirmat, annectendo, *Augiam Inſulam* ei incolendam fuiſſe traditam à quodam *Sintlatz*, inter Alamanniæ Primates valdè conſpicuo; quare & ab initio *Sindleoſana* nuncupata, *Bruſchio* teſte, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc. *Augia Dives*, pag. m. 30. qui, de ejus ſitu, ait: *Augia Dives, vulgò die Reichenow* — *inſignis Inſula eſt lacus Cellenſis, Veneti aut Inferioris Bodamici, quæ abeſt à Conſtantia Urbe*, (*hactenus Imperiali, nunc, miro fato, Auſtriaca,*) *per ſpatium dimidii miliaris, & habet in longitudine miliare dimidium Germanicum, ac tres in ſe Parochias, vineta vero egregia, omnis generis fructus in ſumma copia*; immediatè annectens: *In ea longe florentiſſima Inſula, fundavit, & conſtrui curavit, Annum Chriſti circiter* 724. *S. Pyrminius, Epiſcopus Meldenſis, in Provincia Senonenſi, auxiliis ac ſubſidiis* Caroli Martelli - - - *præclarum ac Nobiliſſimum Monaſterium Benedictinæ profeſſionis, in quod aſſumi primum ſolebant tantùm Principes, Comites ac Barones, ut hi illic educarentur, ac erudirentur, à prima infantia, ad adoleſcentiæ uſque tempora* — *Equitum verò ac Civium liberi admittebantur nulli. Erat igitur tantùm Principum*, (nugæ! nulla ejusmodi fundatio antiquitus facta) *ac ſublimi ſtirpe.*

Digitized by Google

ſtirpe natorum, ſchola, ac Pædagogium quoddam. Hodiè, promiſcuè omnis generis homines recipi ſolent &c. Et pag. 31. *S. Pyrminius, Epiſcopus Meldenſis, conſtituitur primus ejus loci Abbas, à Carolo Martello, Caroli Magni avo, Anno Chriſti* 724. *Ejicitur ex Abbatia, à Theobaldo, Alemannorum & Sueviæ Duce, Anno Domini* 727. *Secedit in Alſatiam, ubi etiam aliquandiu docuit, & aliquot Cœnobiorum* (quorum nomina, ex *Othlono*, in vita *S. Pirminii*, præced. Tit. XV. §. 16. lit. d. p. 1282. expreſſi) *author, vel inſtaurator potius, extitit &c.* Erat itaque *Dux circa Lacum Bodamicum.* Quo anno deceſſerit, reperire non potui.

LANTFRIDUS I.

(16) Eadem ætate, *Ducali charactere in Alemannia, Regium* nomen præ ſe ferentibus *Theodorico IV. & Clothario IV.* inclaruiſſe *Lantfridum*, caret dubio. Suſcepit adverſus eum expeditionem, *Carolus Martellus*, Major Domus in Aula Francica, de qua *Annales Francorum Pithœani*, ad an. 722. p. m. 2. *Carlus Alamannos, (&) Bajoarios, armis ſubegit &c.* & *Fuldenſes*, an. eod. apud *Freberum* Tom. I. *Rer. Germ.* pag. 2. *Carlus Alamannos, & Bajoarios, armis ſubegit &c.* & *Lambeciani*, lib. 2. *Comment. Biblioth. Vindobon.* Cap. V. pag. 367. *Karlus Alamannos, & Bajoarios, armis ſubegit &c.* & *Hermannus Contractus*, an. eod. p. m. 295. *Carolus Alemanniam & Bajoariam ſubegit &c.* Ad annum 723. pergunt *Annales Pithœani*, pag. 2. *Iterum Alemanni, & Norici, pacis jura temerare nituntur &c.* ſic & *Fuldenſes*, an. eod. l. c. *Iterum Alemanni, & Bojoarii, pacis jura temerare nituntur &c.* Finem belli deſcribit *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 725. pag. m. 546. *Carolus contra LANFRIDUM, ALEMANNORUM DUCEM, dimicat, eoque victo Alemanniam ſibi ſubjugat &c.* Conf. *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 724. p. 77. *Karolus Bajoarios armis ſubjugat, victis Alamannis & Suevis, usque ad Danubium, inde fines Bawariæ occupavit &c.* & ad an. 725. l. c. *Carolus, LANFRIDUM, ALAMANNORUM DUCEM, dimicat, eoque victo, Alemanniam ſibi ſubjugat &c.* His autem non obſtantibus, nova eos rebellionis edidiſſe ſpecimina, innuunt verba *Sigeberti*, ad an. 727. l. c. *Carolus Suevos & Bajoarios debellat &c.* nec non *Chronographus Saxo*, an. eod. p. 111. *Carolus Sueviam ingreſſus, contra LANTFRIDUM dimicavit, & ſibi eandem Gentem ſubjecit &c.* Non ſatis accuratè hinc, in *Annalibus Francorum Labbeanis, T. 2. Biblioth. MS.* p. 733 Anno 730. *Karolus perrexit Suavis, contra Lantfridum.* Obiiſſe *Lantfridum* Anno 730. diſcimus ex Fragmento *Annalium Francorum Nazarienſium*, apud *Freberum* Tom. I. *Rer. Franc.* pag. 86. ad hunc annum: *Lantfridus mortuus &c.* Conf. eod. an. *Hermannus Contractus*, pag. 296. *Landfridus moritur &c.*

THEOBALDUS, ſeu THIETBALDUS.

(17) Eſt hic ipſe Princeps laudati GODEFRIDI Ducis filius, qui S. *Pyrminium* ex *Augia* Inſ. pepulit. Ab obitu *Caroli Martelli*, cum ejus filii, *Carolomannus* & *Pipinus*, an. 741. ita Regnum Francorum inter ſe partirentur, ut alteri *Auſtraſia, Alemannia* & *Thuringia*, alteri verò *Neuſtria, Burgundia* & *Provincia*, obvenirent, quod præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 9. p. 213. teſtimoniis firmavi; denuò ALAMANNI rebellare auſi ſunt; quibus comprimendis, rediere Principes ad arma, eosque in ordinem redegere. Nituntur hæc *Annalium* fide apud *Pithœum*, ad annum 742. pag. 4. *Carlmannus & Pippinus Hunaldum, Aquitaniæ Ducem, Imperio ſuo reſiſtentem, bello ſuperatum, ad Waſcones fugere compellunt: ſimul & Alamannos, DUCE THEOBALDO, rebellare temptantes, mira celeritate comprimunt &c.* Ita & *Annales Fuldenſes*, apud *Freberum*, ann. eod. pag. 3. *Carlmannus & Pipinus --- Alamannos, DUCE THEOTBALDO, rebellare temptantes, mira celeritate comprimunt &c.* & *Lambeciani*, lib. 2. *Comment. Biblioth. Cæſar.* Cap. V. an. eod. p. 368. *Rebellante THEOTBALDO Karlmannus vaſtavit Alamanniam &c.* & *Reuberiani*, ann. eod pag. 15. *Carolmannus Alemanniam, quæ ipſa à Francorum ſocietate defecerat, cum Exercitu ingreſſus, ferro & igne vaſtavit &c.* nec aliter *Adelmus*, ann. eod. apud *Freberum*, *T. 2. Rer. Franc.* pag. 381. *Regino*, ann. eod. pag. 21. *Hermannus Contractus*, ann. eod. pag. 296. *Marianus Scotus*, ann. eod. pag. 436. *Sigebertus Gemblacenſis*, an. eod. pag. 548. *Ademarus*, Monachus S. *Eparchii Engoliſmenſis*, apud *Labbeum T. 2 Biblioth. MS.* pag. 155. *Miſcellanea Aquitania*, apud *Labbeum*, l. c. ad ann 743. p. 734. *Albericus*, ann. eod. p. 83. *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Pipini*, ann. eod. p. m. 122. alii multi. Enimverò, ex quo fama increbuit, CAROLOMANNUM, vitam Monaſticam ſceptro prælaturum, nova recuperandi libertatem adhibent remedia, quibus repellendis, *An.* 745. *Pipinus THEOBALDUM, Filium GODEFRIDI DUCIS, debellat*; Sunt verba *Sigeberti Gemblac.* h. a. pag. 548. Quæ *Albericus*, ad Annum 746. pag. 83. repetit. *Hermannus Contractus* verò ad ann. 746. pag. 296. rectius ipſum *Carolomannum*, priusquam *Romam* perrexerit, exſolvendi gratia voti monaſtici, perfidiam iſtam caſtigaſſe, arbitratur. *Carolomannus, Major Domus, Alemanniam ingredi-*

tur &c. Clarius *Annales Fuldenſes*, ann eod. pag. 3. *Carlmannus Alamannos, iterum res novas molientes, nonnullis eorum interfectis, compeſcuit &c.* Sic & *Pithœani*, ann. eod. pag. 4. *Carlmannus Alamannos, iterum res novas molientes, nonnullis eorum interfectis, compeſcuit &c.* & *Marianus Scotus*; ann. eod. p. 436. *Carlomannus Alamannos, iterum res novas molientes, nonnullis eorum interfectis, compeſcuit &c.* & *Miſcellanea Aquitanica* l. c. ann. eod. *Carolomannus intravit Alamanniam: ubi fertur, quod multa hominum millia ceciderit; unde compunctus Regnum reliquit, & Monaſterium, in Caſtro Caſſino ſitum, adiit &c.* Falſum itaque, quando *Chronographus Saxo* ad ann. 746. pag. 114. ſcribit: *Carolomannus patefecit Fratri ſuo, PIPINO, ſe velle, pro Regno cœleſti, terrenum dimittere, &, in habitu Monachico, Deo ſervire, unde nullam expeditionem hoc anno facientes, præparavit ſe uterque, Carolomannus, ut votum ſuum perficeret, PIPINUS, ut Eum, cum donis Regalibus, honorificè dimitteret &c.* eadem docente *Conrado Urſpergenſi*, ann. eod. pag. 122. vindicanda potius an. 745. vel *Annalibus Reubertiani* teſtibus, ad h. a. p. 15. *Hoc anno, Carolomannus id, quod dudum ſecum praemeditatus eſt, patefecit fratri ſuo, PIPINO, ſecularem converſationem ſe velle dimittere, &, habitu Monaſtico, Deo ſervire. Propter hoc, dimiſit expeditionem anni præſentis &c.* idem proferente *Adelmo*, ann. eod. pag. m. 382. conſentiente *Reginone*, an. eod. pag. 21. *Carolomannus confeſſus eſt ſuo Germano*, PIPINO, *quod mente diſpoſuiſſet mundum relinquere, &, pro amore Dei, Regnum terrenum deſerere, ut in futura vita centuplicatam reciperet poſſeſſionem. Et in hoc anno nullam fecerunt Expeditionem, ſed praeparavit ſe Carolomannus ad id, quod decreverat, & Pipinus, ut germanum ſuum ad locum honorificè, cum muneribus, & debita munificentia, proſequeretur &c.* Reliqua THEOBALDI fata mihi incomperta.

LANTFRIDUS II.

(18) Et hunc Principem, erga *Pipinum*, malè ſe geſſiſſe, vel inde apparet, quod communem cauſam cum GRIPHONE, in damnum *Pipini* fratris, *Bavariam* infeſtante, faciendo, redacta à *Pipino* in ordinem Bavaria, in Franciam fuerit deportatus. Vid *Regino*, ad ann. 748. p. 22. GRIPHO, *de Saxonia egreſſus, in Bajoariam pervenit, ipſumque Ducatum ſibi ſubjugavit — Haec audiens Pipinus, cum Exercitu illuc venit, omnesque ſupra nominatos ſibi ſubjugavit, Griphonem, & Lantfridum ſecum duxit in Franciam &c.* Eadem tradunt *Annales Pithœani*, ad ann. 749. pag. 5. verbis, ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ*, in vita *Thaſſilonis III.* v. 23. §. 4. occurrentibus; & *Lambeciani*, lib. 2. *Comment. Biblioth. Vindobon.* Cap. V. p. 369. & *Fuldenſes* an. eod. pag. 3. *Ademar*, in *Chronico S. Eparchii Engoliſmenſis*, apud *Labbeum*, *T. 2. Biblioth. MS.* p. 155. *Sigebertus Gemblac.* ad an. 748 p. 548. *Pipinus Griſonem in Saxonia, & ejus complices, Thaſſilonem, Lanfridum, & Sindiger, bello victos capit &c.* quem, more ſuo, *Albericus*, ad ann. 749. pag. 85. ſequitur. Hac rerum facie, depoſuit *Lantfridus* mortales exuvias, ann. 751. vid. *Annales Nazariani* h. a. apud *Freberum T. 1. Rer. Franc.* pag. 87. *Lantfridus mortuus &c.* & *Hermannus Contractus* h. a. pag. 297. *Lantfridus moritur &c.* & *Miſcellanea Aquitanica*, ann. eod. apud *Labbeum* l. c. *Lantfridus abiit &c.*

CUNZO II ſeu GUNZO.

(19) PIPINO ſolium Regni Galliæ, protruſo in Cœnobium *Childerico III.* conſcendente, floruit in *Alemannia*, Dux CUNZO, cujus *Theodorus*, Campidunenſis Abbas, in vita *S. Magni*, ſeu *Magnoaldi*, Confeſſoris, Cap. XXV. apud *Surium*, 6 *Septemb.* p. 79. meminit: *Profectus eſt præfatus Epiſcopus* (Auguſtanus) *Wictherpus, ad Glorioſum Regem, Pippinum, qui tunc temporis Germaniam totam, Galliamque, regebat, ſecum epiſtolam portans B. Columbani, quam ad Lotharium* (II. quondam Regem) *direxit, flagitans pro ſanctis Viris, Gallo & Magno, conſiſtentibus in Regno ſuo, ut eos benignè, per amorem Dei, foveret, eisque familiaria loca, prout oportunum foret, in ſua mercede tribueret. Sed hoc Lotharius* (tunc) *minimè implere valuit, propter diverſorum inimicorum Dei infeſtationes. Præfatus Rex* (Pipinus) *propter amorem, & petitionem fratris ſui, Karlomanni, qui, propter Deum relinquens temporalem Regni gloriæ pompam, Monaſterio ſe tradidit, qui eleemoſynæ ſuæ largitate, nec non & per petitionem præfati Epiſcopi* (Auguſtani) *ipſum locum ſublimare in aliquo ſolatio dignaretur. Cumque Glorioſus Princeps accepiſſet epiſtolam, compunctus, ex petitione fraterna, diligenter exquirere cœpit; qualis ille locus eſſet, quem præfatus Epiſcopus poſtulaſſet? tunc DUX ejus, nomine GUNZO, ex Provinciis Auguſtenſe & Retia, reſpondens dixit: Vere Domine Rex, ille locus tenuis quidem facultate eſt, ſed optimus, ſi impetitio vermium deeſſet, ad venandum, quia plurimi cervi, damulæ, & bimuli, ibicesque diverſi morantur, urſorum quoque ac luporum multitudo plurima. Tunc Epiſcopus cœpit narrare, de Virtutibus B. Viri, quomodo, Domino adjuvante, Draconem interfecit — & quomodo à vermibus locus ille mundatus eſt. Hæc audiens Glorioſus Rex Pippinus, commotus valdè animo, dixit:*

In

In veritate comperii, quia quamvis locus tam tenuis ſit facultate, tamen, pro meritis tanti Viri, celebris erit diffamatus rumore, ſicuti auditum habemus, jam locum eſſe, ubi corpus B. GALLI requieſcere videtur. Inquiſivit ergò à præfato GUNZONE, quomodo in vicina loca potuiſſet tributarios invenire, de eodem Pago, qui vectigalia annuatim redditibus Regiis inferre debebant. Et invenit in ipſo vicino loco Pagum, quod (qui) vocatur Gelſtinſtein, ſibi per omnia annuatim tributa perſolvere. Inter caetera ergò munificentiae ſuæ dona, quae impertivit Beato Viro, dedit ei totum ipſum ſaltum, cum marcha firmitatis, quae in epiſtola ſua fecit conſcribi, & vectigalia CXIII. quae ex praefato Pago inferre debeant annuatim, quatenus, pro memoria beneficiorum ejus, perpetuo ibi permaneret &c. Eadem ſuppeditat Ermenricus Elwangenſis, in emendato Theodoro Eremita, de Vita S. Magni, lib. 2. Cap X. apud Goldaſtum, Tom. I. Rer. Alaman. Part. 2. pag. m. 199. Pagum vero S. Gallo, quoad vectigalia Regibus inde ſolvenda, donatum, vocans Keltinſtein.

GODEFRIDUS II.

(20) Mentionem ejus facit præfatus Theodorus, Campidunenſis Abbas. in vita S. Magni, Cap. XXXI. apud Surium, 6. Sept. pag. 81. Poſt obitum Glorioſi Regis PIPPINI, (an. 768. defuncti; vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 768. p. 76.) filiis ſuis litigantibus, erectus eſt Utilo in Ducatu Bajoariorum, & GOTAFRID, in Regimine Alamannorum. Sicque orta magna ſeditione, & rixa, inter Bajorios, & Alamannos, devaſtantes & deprædantes, ſeu ſpoliantes, omnia quæ in marchis duorum Regnorum conſiſtebant, minimè quivit Theodorus, fidelis Monachus S. Galli & Magni, cuſtodire locum Campidonenſem, propter varias perſecutiones &c. paucis interjectis, addens: Hæc audiens B. OTHMARUS, (Abbas S. Galli) dolens & mœrens de tanta perſecutione, ſeu etiam & de ſua ipſa, quam jam, à peſſimis Comitibus, WARINO & RUDHARDO, qui tunc temporis quaſi totius Alamanniæ curam adminiſtrabant, patiebatur, quendam de fratribus ejus, Bertgoynm Monachum, optimum virum & prudentem, cum quatuor Monachis aliis illuc direxit, qui ipſum locum cuſtodirent, donec, Domino opitulante pace reddita, iterum à Rege KAROLO ſublimaretur, permittens THEODORUM morari in Monaſterio B. Galli, usque ad obitum ſuum &c. totidem ferè verba reperente Ermenrico Elwangenſi, in Emendato Theodoro Eremita, de Vita S. Magni, lib. 2. Cap. XIV. apud Goldaſtum, T. I. Rer. Alaman. Part. 2 pag. 201. & 202. Quæ, de Warino & Rudhardo, hic dicuntur, confirmat Walafridus Strabo, Lib. 2. de Miraculis B. Galli Confeſſoris, Cap XV. apud Goldaſtum l. c. p. 168. Comites verò quidam, Warinus & Ruodhardus, qui totius tunc Alamanniæ curam adminiſtrabant, cum, infra ditionis ſuæ terminos, Eccleſiaſticarum non minimam partem rerum, ſuæ proprietatis dominio, per potentiam, ſubjicere niterentur, maximam de ejusdem Monaſterii poſſeſſionibus partem ſibimet vendicarunt. Nam tributa, quæ b. m. Pipinus eisdem Fratribus conceſſerat, abſtulerunt, aliaque quam plurima, quæ, ex donatione Religioſorum, eidem Cœnobio fuerant contradita, ſuæ rapacitatis abſtraxere protervia. Inſuper etiam ipſum Abbatem (Othmarum) cum, pro hac re, apud Principem illos accuſaſſet, vinculis injecerunt, & in quandam Reni fluminis Inſulam, juxta locum, qui Stain dicitur, in cuſtodiam relegarunt. Ubi, cum aliquantum temporis, ſub artiſſima diſtrictione, manſiſſet, de carcere hujus vitæ, ad lætitiam commigravit cœleſtem &c. & in vita S. Othmari, Cap. IV. ibid. p. 178. Warinus & Ruodhardus, qui tunc temporis totius Alamanniæ curam adminiſtrabant, diabolo ſuadente, immaniſſimo avaritiæ morbo præventi, res Eccleſiarum, ſub ſua poteſtate ſitarum, magna ex parte, in proprietatis ſuæ Dominium per vim contraxerunt &c. lucemque dictis affert Ratpertus, de Caſibus S. Galli, Cap. 2. apud Goldaſtum l. c. Part. I. p. 2. Qualiter idem Abbas (Othmarus) à Warino & Ruadhardo exilio damnatus, ad perpetuam ſit coronam perductus, in libris vitæ ipſius, qui ſcire deſiderat, plenius digeſta reperiet &c. Add. Chronicon Conſtantienſe Piſtorii in vita Sidonii Epiſcopi, pag. m. 630. In loco Monaſterii S. Galli Capitulari, de iſto Sidonio, ſub ipſa imagine ſua ita ſcriptum comperi: Hic, quoniam, more latronis & furis, S. Othmaro mortuo, D. Galli Cœnobium occuparat, noſtris minimè invenitur eſſe Abbatibus inſertus; is tamque functus honore Pontificis Conſtantienſis, inſtigantibus iniquis Principibus, Warino & Ruthardo, S. Othmarum depoſuit; deinde, donatis iisdem quibusdam bonis, uti quos ſuæ rapacitatis inſtituerat lupos, non ſine ſuo periculo, hujus aſſitentis Monaſterii tyrannidem magisque (magis quam) honorem, & quidem nequiter inchoaverat, peſſimè perfecit, Monaſteriumque in jus Epiſcopatus redegit &c. Quem Warinum, Ekkehardus Junior, de Caſibus S. Galli, Cap. I. p. m. 15. Werinherum, verbis ſeq. v. 21. occurrentibus, appellat. Procul dubio Cameræ Nuncii erant, de quibus rectè Goldaſtus, in Notis ad hunc locum Ratperti, p. 105. Stumpfius Warinum Hegoviæ, Ruadhardum Turgoviæ Comites facit. Vadianus, Duces Alamanniæ. Sed erant Cameræ Nuntii, quos vocat Ekkehardus, qui, Walafrido teſte, Cap. IV. de Vita Othmari, Alamanniam, ab Imperatore miſſi, adminiſtrabant, ea poteſtate; qua

Bertholdus & Erchinger, de quibus ad Ekkebardum dicetur, qui & ipſi Duces Alamanniæ nominantur &c. Ad quæ & Dn. Tenzel, in Vindiciis Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis, Cap. XIV. §. 2. pag. 316. provocat, &, ante ipſum, Illuſt. Dn. Obrechtus, Prodrom. Rer. Alſat. Vol. I. Cap. X. pag. 220. Neminem morari debet, inquiens, quod paſſim Erchangerus Alſatiæ atque Alamanniæ Ducatu potiti leguntur, quodque Hermannus Contractus Burkardum, qui ſub Ludovico IV. Alamanniam rexit, quique, Anno DCCCCXI. in Conventu, à ſuis occiſus ſcribitur, Alemanniæ Ducem nominat; eos enim perinde ut Warinum & Ruadhardum, quos Vadianus Alamanniæ Ducibus itidem accenſet, Cameræ Nuncios fuiſſe, docuit Goldaſtus &c. Quorum officium ſic depingit Joachimus Vadianus, de Collegiis Monaſteriisque Germaniæ Veteribus, lib. I. Cap. XXX. apud Goldaſtum l. c. Tom. 3. p. 25: Cameræ Nuncii, per Franciam & Alemanniam, redituum Regiorum, & fiſcalis pecuniæ rationem exigebant &c. Clarius du Freſne, in Gloſſario, voc. Camerarii, pag. 703. Camerarii porrò ejusmodi iidem videntur, qui, ſub ſecunda Regum noſtrorum ſtirpe, Nuntii Cameræ appellabantur, quibus Provinciarum & Urbium, quæ ad Fiſcum Regium, Cameram dictum, propriè ſpectabant, cura demandabatur, erantque veluti Procuratores Fiſci, in iis Provinciis & Urbibus, eorumque cum Ducibus æquata babebatur poteſtas: ſic appellati, quod à Camera Regia, ſeu Camerario Regio, in Provincias mitterentur, eſſentque quaſi Miſſi Cameræ &c. Jung. Goldaſtus, in Not. ad Ekkebardum Juniorem, de Caſibus S. Galli, Cap. I. voc. Procurabant ambas Cameræ, quos ſic vocabant, Nuncii, l. c. Tom. I. Part. I. p. 108. Procuratores Fiſci, qui erant Præſides, Imperii ſubjectis impoſiti, ut Imperatoris Fiſcum miniſtrarent; cujusmodi XII. omnibus Iſraëlitis impoſuiſſe Salomo narratur, 3. Reg. IV. v. 7. quem locum ubi contuleris, intelliges, quinam iſti Nuncii fuerunt. Qui & Advocati Cameræ, vel Imperii, dicti. Unde Terra Advocatorum, quæ ab Advocatis, id eſt, Præfectis Imperii, adminiſtraretur, Vogtland, & corruptius, Voydlandt, quod nomen remanſit cuidam Præfecturæ in Francia Orientali, Marchionum Brandenburgenſium, qui Burggraviatum Norimbergenſem poſſident, Ditionis. Alioqui Advocati Cameræ nominabantur, qui publicæ pecuniæ functionem & procurationem, Imperatoris vice, gerebant, qui & Advocati Fiſci, & tandem denique Fiſcales dicti. Erant hi ſub Cameræ Nunciis, quorum ſub (Carolingis) Ducibus æquata babebatur poteſtas &c. Hinc ſua Spelmannus in Gloſſario, voc. Cameræ Nuncii, pag. m. 97. Cameræ Nuncii erant Procuratores Fiſci Imperatorii, qui, cum Ducibus æquatam babentes poteſtatem, ſubjectis Imperii præſidebant, & Fiſcum Imperatoris adminiſtrabant. Alias Advocati Cameræ, alias Imperii, dicti --- alioqui Advocati Cameræ erant ſub Cameræ Nuntiis, procurationem tamen publicæ pecuniæ gerentes, Advocatique Fiſci dicti, & denique Fiſcales &c. Tubingenſes JCti, in Reſponſo, über die Unrichtigkeit, des von dem Frey-Adelich-Weltlichen Stifft zu Lindau, angeblichen Kayſerlichen Gnaden- und Stifftungs-Brieffs, dato, 6. Mart. 1697. ad Quæſt. 2. Ob das Diploma Quæſtion s, in maſſen es nunmehro dem Kayſer Ludovico Pio zugeſchrieben werden will, nach communication der vom Stifft im Vorſchein gebrachter Copien, pro authentico & legitimo, zu halten ſeye? argum. 17. apud Tenzelium, in Appendice Vindiciarum Cenſuræ Conringianæ dicti Diplomatis, pag. 143. vocant eos, Kayſerliche Kammer-Botten, ibi: Weil man diſſeits nicht negirt, daſs es in Germania Duces, tam bellicos, quam qui bello paceque Provinciis regendis præfuerunt, gegeben, ſondern dieſes urgiret, daſs zu Ludovici Pii Zeiten Schwaben, noch kein Hertzogthumb geweſen, ſondern erſt von Kayſer Conrado I. darzu gemachet, vorhin aber, nicht durch Hertzoge, ſondern durch Cameræ Nuncios, das iſt, Kayſerliche Cammer-Botten, adminiſtriret worden &c. Quamvis non ſatis accuratè; quare & Dn. Gundlingius, de Statu Reipublicæ Germanicæ ſub Conrado I. ann. 1706. Halæ Saxonum habita Diſſertatione, §. VII. pag. 14. Hinc Cameræ Nuncii dicti; quod ineptè redditur Cammer-Bothen &c. Ut ad Warinum noſtrum revertar, conſtituit eum Goldaſtus l. c. ad verba: Potamum, Cameræ Nunciorum Juris Oppidum &c. Hegoviæ Comitem, inquiens, pag. 108. & 109. Potamus, ſive Potamum, tempore Carolorum & Ludovicorum, Oppidum fuit, & quidem Sedis Imperatoriæ. Id atteſtantur Diplomata Monaſterii Augienſis, in quibus ita legitur: Datum in Palatio noſtro Imperiali Potama. In hoc Oppidum, ſive potius Caſtrum, quod natura arteque erat quam munitiſſimum, ab Epiſcopo (Conſtantienſi) Sidonio, & Synodo Provinciali, condemnatus S. Othmarus, ab Warino, qui illud incolebat, ut Comes Hegovienſis, abductus fuit; unde relegatus in Inſulam Rheni, Werdam, illic vitam cum morte commutavit. --- Sed ad Caſtrum Potamum, quod, cum Oppido, quondam Comes Hegovienſis inhabitabat, ab Imperatore in fidem receptum. Alioqui Comitatus non hæreditates erant, ſed dignitates, quæ perſonas transgrediebantur. Ex iſtis autem Fratribus, Pertholdus Potami habitat; Erchanger Diepoldiſpurgi-

Digitized by Google

ſpurgi. *Deſtructum Potamum bujus Salomonis* (Epiſcopi Conſtantienſis) *tempore, cum ſupplicium capitis ſumeretur de dictis fratribus, quod contigit Anno Chriſti* 917. *&c.* Perperam *Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, pag. 361. Eum *Magnum Alemanniæ & Alſatiæ Ducem* nuncupat; eodem ſimul loco hiſtoriam texens *Rutbardi*, qui illi eſt *Princeps Alemanniæ, Comes Palatii, Landtgravius Alſatiæ, Comes Turgoviæ, Kyburgi &c.* Quæ partim falſa, partimque Seculum redolent recentius. De *Godefrido* addenda mihi deſunt.

(21) Id minimùm in expedito eſt, *Carolum Magnum*, ex quo totius *Germaniæ* Provincias ſub Imperium rapuit, *Alemanniam* non amplius per *Duces*, ſed per *Nuncios Cameræ*, adminiſtrari curaſſe. Teſtem habeo ſatis antiquum, *Ekkehardum Juniorem*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. 1. Vitæ *Salomonis* Abbatis, apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I. Part. I. pag. 15. qui, ætatis *Arnolphi* Imperatoris, *Ludovici IV.* & *Conradi I.* Germanorum Regum, memor, ait: *Nondum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta, ſed Fiſco Regio peculiariter parebat, ſicut hodie & Francia.* (Orientalis, vulgò Franconia) *Procurabant ambas Cameræ, quos ſic vocabant, Nuncii. Franciam ad Alpes tum WERINHERE; Sueviam autem PIRTOLT & ERCHINGER, Fratres &c.* Ad quæ verba *Lehmannus, Chron. Spir.* lib. II. Cap. XVI. pag. 84. *Du Freſne Gloſſar.* voc. *Camerarii*, pag. 703. *Conringius*, in *Cenſura Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis*, Cap. XVI. pag. 302. & 303. Illuſt. *Obrechtus Prodrom. Rer. Alſat.* Vol. I. Cap. X. pag. 219. Dn. *Tenzel, Vindic. Conring. Cenſuræ* dicti Diplomatis, Cap. XIV. §. 2. pag. 316. JCti *Tubingenſes*, cit. Reſponſo, ad Quæſt. Argum. 17. ibid. pag. 143. Dn. *Gundlingius*, cit. Diſſ. *de Statu Reipublicæ Germanicæ ſub Conrado I.* § VII. lit. c pag. 39. pluresque alii, hoc nomine, provocant. Interjectis paucis, pergit *Ekkehardus* l. c. *Huic* (Salomoni) *ſicut diximus, cum aliqua Potamum, Cameræ Nunciorum Juris Oppidum, pertinentia à Regibus daretur; ſicut Werinhere. & Ruodhart, Dn. Othmarum, ſic ipſi* (Bertolt & Erchinger) *inſequi conati ſunt & ipſum &c.* Ecce *Potamum*, Palatium Imperiale, *Oppidum* vocatur *Juris Cameræ Nunciorum!* intermortuis ſcil. *Ducibus.* Nec ullum veſtigium, *Carolingis* imperantibus, *Alamanniæ Ducum*, puta *Theutonicæ*, cujus pars, & quidem præcipua, tractus circa Lacum *Potamicum* fuit; Occurrit quidem, in Quaſi Privilegio *Caroli Magni*, Ann. 802. Friſiis dato, apud Dn. *Lunginum* Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2. *in der vierten Abtheilung, vier und zwantzigſten Abſatz*, §. 1. pag. 492. inter teſtes: *Otto, Hertoch von Swaven &c.* aſt diploma iſtud eſſe ſuppoſitum, præced. *Catal Ducum Saxon.* v. 12. monui. Hinc & ſubſcriptiones chartarum coævarum, non niſi *Comitum* nomina præ ſe ferunt; teſtimonio eſt Charta Donationis, circa Ann. 809. data, apud *Joachimum Vadianum, de Collegiis Monaſteriisque Germaniæ veteribus*, lib 2. Tom III. *Goldaſti Rer. Alaman.* pag. 42. hoc modo ſubſcripta: *Ego itaque Hadapertus Presbyter, rogatus ſcripſi & ſubſcripſi, Quadrageſimo primo imperii* (intelligitur omne tempus, quo, ab obitu Patris, *Pipini*, hoc eſt, ab anno 768. ſceptra tenere cœpit) *Karoli Cæſaris, notavi diem Dominicum, III. Idus Februarias. Sub ODALRICO COMITE.* Et alia, ſub *Ludovico Germanico, Pii* filio, ibid. p. 46. ubi: *Ego itaque Edilleoz, indignus Diaconus, ſcripſi & ſubſcripſi. Notavi diem Mercurii, 8. Kal. Auguſti, An. XIII. Hludouuici Regis in Orienſali Francia, ſub GEROLTE COMITE &c.* Alia, ſub eodem, l. c. p. 51. hac addita ſubſignatione: *Ego itaque Otine, ad vicem Wotonis, ſcripſi & ſubſcripſi; notavi diem Veneris V. Non. Octob. Ann. XXIII Hludovici* Regis. *Sub WODALRICHO COMITE &c.* Alia, ſub eodem, l. c. p. 49. *Ego itaque Notker, ad vicem Winidharti Monachi, ſcripſi & ſubſcripſi; notavi diem Dominicum, XVI. Kal. Junii. Annum XXXIII. Regni Hlodovici Junioris. Sub ADALBERTO, COMITE DURGAVENSI &c.* Alia, ſub *Carolo Craſſo*, ib. pag. 53. *Ego itaque Ratpert, indignus Levita, ſcripſi & ſubſcripſi. Notavi diem, VI. Feriam, 3. Idus Nov. Annum Caroli Imperatoris V. ADALBERTUM COMITEM &c.* Obſtare videtur Inſtrumentum manumiſſionis, quo *Engildruda, Sigimarum*, ſervum quondam ſuum, ſacris dignum ordinibus, ab omni vinculo ſervitutis liberum dimittit. ibid. pag. 54. ut & apud *Goldaſtum*, l. c. Tom. 2. Part. 1. §. VII. pag. 27. hac annexa clauſula: *Ego itaque Wato Diaconus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. Notavi diem Jovis, in VIII. Id. Octob. Regnante Domino Hludowico, Rege Alemannorum & Pejoariorum. Sub CHUNRATO DUCE Nobiliſſimo, feliciter, Amen.* Reſpondet autem pro me, Dn. *Tenzel* l. c. p. 317. *Præterea attendi meretur diſtinctio, inter Alemanniam Theutonicam, & Burgundionenſem; quarum hæc Ducibus Burgundiæ paruit; illa, Cameræ Nunciis, donec Duces Conradus Imperator reduceret. Adeoque neminem morari debet chartæ VII. Goldaſtinæ clauſula: Regnante Domino Hludovico, Rege Alamannorum & Pejoariorum*

ſub Conrado, Duce Nobiliſſimo. Hic enim Conradus, Juditha Imperatricis frater, non fuit Dux Alemanniæ Theutonicæ, ad quam lacus Bodamici Regio pertinuit, ſed Burgundicæ, & Dux Burgundiæ, non Alemanniæ Sueviæque, audit Bucelino, in Hiſtoria Agilolfingica, pag. 372. 373. Hinc in diplomate *Hattonis* Moguntini, dat. in Palatio Triburienſi, An. 910. Indict. 13. Regni *Ludovici*, Sereniſſimi Regis, XI. octavo Id. Aprilis, apud Ampl. Dn. *Ludewig*, de *Germania Principe ſub Conrado I.* Cap. 1. §. 6. pag. 14. ex *Antiq. Fuld.* p. 256. non niſi *Comes* celebratur: *Ego Hatto, Dei Gratia, & Miſericordia diſpenſante, Moguntiacæ Eccleſiæ Archi-Epiſcopus --- quidquid proprietatis habui in Maſſelheime marcha, & in Wignino marcha --- hoc totum in manus Gerhardi Comitis, & CHUNRADI COMITIS, dedi &c.* & in fine: *Signum GEBEHARDI & CHUNRADI COMITUM, qui easdem traditiones rerum fideli manu ſuſceperunt &c.*

(22) Licet autem *Ducum* nomen in *Alemannia* fuerit expunctum, ſuperſtes tamen manſit *Ducatus*, à quo avulſam tunc *Alſatiam*, & in peculiarem *Ducatum* formatam ordinatamque, Ill. *Obrechtus* l. c. p. 218. aſſerere nullus dubitat. Meminit *Gelius*, in *Deſcriptione Wetzlariæ*, duorum *Alſatiæ* Ducum, *Hermanni & Udonis* ann. 784. florentium, Annoque 790. defunctorum, ajens: *Ums Jahr, nach Chriſti Geburth*, 784. *haben zwey Hertzogen aus'm Elſas, Hermannus und Udo Gebrüdere, angefangen ein vornehmes Collegiat-Stifft, mit vielen ſtattlichen Wohnungen --- zu fundiren --- nebenſt einer Capell aufm Kirchhof, jetzo der Kerner genannt, gantz koſtbar zu bauen, welche groſſe Kirche, wie die Formalia in ſolchen Documentis lauten, in Anno Octingenteſimo Nonageſimo Septimo, pridie Nonas Octobris, à S. Rudolpho, Wirtzburgenſi Epiſcopo, cum conſenſu Ratbodonis, Archi-Epiſcopi Trevirenſis, rogatu Gebhardi Comitis, conſecriret und eingeweihet worden &c.* Epitaphium horum Principum, quale in choro ſummi Templi *Wetzlariæ* conſpicitur, communicavit mecum Ill. Dn. *Huldericus ab Eyben*, Cameræ Imperialis quondam Aſſeſſor graviſſimus, Ann. 1697. ſic ſe habens:

Illuſtres DUCES ab ELSASSEN, meliores,
HERMANNUS, UDO, quivis hic corpore nudo,
Gaudent in Cœlis hoc conſtruxiſſe fidelis
Templum, quo Domini laus exercetur ab omni.
Anno ter deno, LX. cum ſeptingento;
HERMAN Aprili moritur, ſic UDO Novembri.
Clerus, cum Populo, gaudens utroque Patrono.
Codice velati ſunt anni conveterati;
Publicè collati requieſcunt luce beati.

Altum verò in chartis coævis, & apud Scriptores, tempora iſta quam proximè tangentes, de his *Ducibus* ſilentium.

(23) Certum contra eſt, ſub *Carolingis*, *Alſatiam* & *Alemanniam*, ſeparatas conſtituiſſe Provincias, diu ſatis licet conjunctim ab *Alemanniæ Ducibus* adminiſtratas. *Carolum Magnum* utramque, per *Comites* rexiſſe, caret dubio. Quod enim *Crantzius*, lib. 2. *Saxon.* Cap. 24. de *Witichindo Magno*, in prælio cum GEROLDO, *Sueviæ Duce*, interfecto, narrat, belli cauſam à vicinitate prædiorum Saxonum in *Hercinia*, Suevorumque in *Thuringia*, arceſſendo, nullo fidei indubitatæ nititur fundamento, utut Reverendiſſ. Præſul *Fürſtenbergius*, *Monum. Paderb.* p. 146. ad an. 805. in eandem ire videtur ſententiam. Floruit quidem ſub *Carolo Magno*, *Geroldus* quidam, aſt ille erat *Bajoariæ Præfectus*, jam Ann. 799. in bello Hunnico occiſus; vid. ſq. *Catal. Ducum Bavariæ*, v. 24. p. 403. De *Ludovico Pio* idem dicendum eſſe ex *Annalibus* non ſolum *Bertinianis*, ad an. 838. diſcimus, ubi: *Quicquid ultra citraque Rhenum, Paterni Juris uſurpaverat* (Ludovicus Germanicus, Pii filius) *recipiente Patre, amiſit: HELISATIAM videlicet, Saxoniam, Thoringiam, Auſtriam, atque ALAMANNIAM &c.* ſed & ex Tabulis, quibus an. 839. idem Cæſar improvidè Regnum in filios tranſcripſit, *Lotharii* portioni ſeorſim DUCATUM HELISATIÆ & DUCATUM ALAMANNIÆ vindicando; Vid. præced. *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 18. p. 210. Orto poſtmodum inter Fratres cruento bello, factaque ann. 843. *Verodini*, Pace, ceſſit ALSATIA Fratrum natu majori, *Lothario* Imp. ALAMANNIA verò ipſius Germano, *Ludovico Germanico*, vel propterea nonnunquam *Alemannorum Regi* dicto, teſte Charta *Warimberti*, apud *Vadianum*, lib 2. de *Monaſteriis Germaniæ*, Tom. 3. *Antiquitatum Alamannicarum Goldaſti*, pag. 52. ubi in fine: *Ego itaque Warimbertus, indignus Levita, ſcripſi rogatus, & ſubſcripſi, notavi diem Lunis, pridie Kalend. April. Anno* 3. *LUDOVICI, REGIS ALEMANNORUM &c.* Aſt ALSATIÆ DUCATU viciſſim donavit an. 868. *Lotharius II*, *Primi* filius, *Hugonem*, naturalem ſuum ex *Waldrada*, qui eundem gubernaſſe legitur, ad Ann. usque 885. quo rebellis adverſus *Carolum Craſſum* Imperatorem captus oculisque orbatus, & in Monaſterium *S. Galli* detruſus, indeque ad *Prumienſes* Monachos ductus, & à *Reginone*, ceu ipſe teſtatur, attonſus, non diu poſt vitam terminavit. Vid. præced. Tit. V. Vita *Lotharii I.* v. 3. pag. 453. ALEMANNIAM, ex mandato laudati *Ludovici*, *Germanorum* Regis, moderabantur

Ca-

Digitized by Google

Cameræ Nuncii, qualem fuiſſe *BERCHMAIRUM*, cui *Ducatus Sueviæ gubernationem* à dicto *Rege conceſſam, quique eam poſtea Carolo, Ludovici Regis filio minori, ſponte ceſſerit*, *Fortunatus Sprecherus* in *Pallade Rhætica*, p. 63. tradit, rectè judicat Dn. *Tenzel, Vindic. Conringianæ cenſuræ pro Diplomate Lindavienſi*, Cap. XIV. §. 2. p. 318. Nec aliud ferendum de *WIGHARDO* & *RUTPERTO*, judicium, de quibus *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ, Generat. XXIX.* pag. m. 716. *Sub Ludovico, Rege Germaniæ, fuerunt Wighardus, & Rutpertus, Sueviæ Duces, Fratres, Conſanguinei Regis & Nepotes Caroli Magni &c.* Nec officit charta *Goldaſtina*, T. 2. *Antiquit. Alaman.* Part. 1. §. VII. pag. 27. & ibid. Tom 3. pag. 54. ex lib. 2. *Vadiani*, de *Collegiis & Monaſteriis Germaniæ* ſcripta, *Regnante Domino Hludowico, Rege Alemannorum & Pejoariorum, ſub CHUNRATO, DUCE NOBILISSIMO &c.* ad quam præced. v. 21. jam reſpondi. Mortuo *Ludovico Germanico*, diviſaque inter Filios ipſius hæreditate, *Salfeldiæ*, an. 876. ſortiebatur inde *Alemanniam, Carolus Craſſus*, poſtea Imperator. Vid. præced. Tit. 2. § 8. lit. a. p. 60. qui ſimul, exauctorato, ob rebellionem, pauloque poſt defuncto, *Hugone, Lotharii II.* & *Waldradæ* filio naturali, ann. 885. *Alſatiam* ſibi vindicavit. Memor hujus Imperatoris pergit *Sprecherus* l. c. *Ducatum, Sueviæ, poſt Imperium adeptum, RICHARIO* & *RUDOLPHO, Comitibus magni nominis in Burgundia, conceſſit*; aſt benè iterum *Tenzelius* l. c. p. 318. *De Cameræ Nunciis id accipiendum eſt &c.*

(24) Imperio ſpoliato *Carolo Craſſo*, ann. 887. ſequentique, extincto, cum aliis Provinciis, obvenerant quoque *Alemannia* & *Alſatia*, ipſius in Germania ſucceſſori, pariterque, ex *Carolomanno* fratre, Nepoti, *Arnolpho*, ſub quo, Ejusque filio, *Ludovico IV.* præcipua *Alamanniæ* cura BURCHARDO cuidam demandata legitur, anno 911. in Conventu, quem coëgerat, interfecto. Vid. *Hermannus Contractus*, ad h. a. apud *Urſtiſium*, p. 311. *Ludovicus Rex moritur, & BURCHARDUS DUX occiditur &c.* & in Novo Codice: *Ludovicus Rex adoleſcens moritur, & Ratisponæ ſepelitur --- BURCHARDUS, DUX ALEMANNIÆ, in Conventu ſuo, occiditur &c.* ſic *Chronicon Rotomagenſe*, ann. eod. apud *Labbeum*, T. I. *Biblioth. MS.* pag. 365. *Ludovicus, Filius Arnulfi, obiit. BURCARDUS DUX cecidit &c.* &, ex Veteri Codice MS. Bibliothecæ *S. Udalrici* Auguſtæ Vindelicorum, *Goldaſtus*, in fine Tom. II. *Rer. Alaman.* p. 157. *BURCHARDUS I. SUEVIÆ Dux, obiit* 911. *Uxor Regis Burgundiæ filia. Ditperga* (eorum filia) *nata circa annum* 870. Adde tamen Illuſt. *Obrechti* gloſſema *Prodrom. Rer. Alſatic.* Vol. I. Cap. X. pag. 220. *Nemінem verò morari debet, quod paſſim Erchangerus*, (atque Bertholdus) *Alſatiæ atque Alamanniæ Ducatu potiti leguntur, quodque Hermannus Contractus Burkardum, qui ſub Ludovico IV. Alemanniam rexit, quique anno* 911. *in Conventu, à ſuis occiſus ſcribitur, Alemanniæ Ducem, nominat; eos enim, perinde ut Warinum & Ruadhardum, quos Vadianus Alamanniæ Ducibus itidem accenſet, Cameræ Nuncios fuiſſe*, docuit *Goldaſtus.* Quæ omnia *Tentzelius* l. c. pag. 318. confirmat, de *Burchardo* ſubnectens: *niſi fortè hunc etiam Belli Ducem ſimul credamus, quem, in Conventu ſuo, orto tumultu, occiſum tradit Codex Hermanni Contracti Cauſianus &c.* Quos habuerit Parentes, ignoro, niſi Charta LXXXV. *Goldaſtina*, Tom 2. *Antiquit. Alaman.* Part. I. pag. 53. eum reſpiciat, ſic inchoata: *Notum ſit tam præſentibus, quam futuris, quod, Anno ſecundo Domini Arnolfi Regis, factum eſt placitum, in Pago, qui dicitur Para, in Villa nuncupata Durroheim, coram BURGHARDO Comite, filio Adalberti Illuſtris, de Eccleſia in Leffingen, qui eſſent à Progenitoribus ſuis, in rebus ejusdem Eccleſiæ poſſidendis, aut ordinandis, potentiſſimi &c.* Quamvis *Tentzelius* l. c. Cap. IX. §. 13. pag. 222. locum hunc potius de *Burchardo, à Conrado* Rege creato *Duce Alamanniæ* accipiendum exiſtimet. In Charta VI. *Goldaſtina*, de an. 906. l. c. pag. 27. audit *Purucharttus*, ibi: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Hludovicus, Divina favente gratia, Rex. Noverint omnes fideles noſtri, præſentes ſcil. & futuri, quia Nos rogatu PURUCHARTI, Dilect: Comitis Nſtri, quendam proprium ſervum noſtrum, Johan nominatum, in præſentia Fidelium noſtrorum, per excuſſionem denarii de manu illius, juxta Legem Salicam, in eleemoſynam noſtram, liberum dimiſimus &c.*

(25) Idem munus commiſſum fuit duobus Fratribus, ERCHANGERO & BERTHOLDO, *Erchangeri* illius, cujus ſororem, *Richardim, Carolum Craſſum* Imp. in Uxorem duxiſſe, præced. Tit. V. in vita *Caroli Craſſi*, v. 2. p. 466. & vita *Conradi I.* v. 2. p. 478. monui, filiis. Genealogiam probant Dn. *Tolnerus, Codic. Diplom. Palat.* Not. ad Chartam XVII. ſive *Præceptum Ottonis I. Imp. de Mercato in Wezinloch*, an. 965. pag. 13. & Dn. *Gundlingius*, de *Statu Reipubl. German. ſub Conrado I.* §. VIII. pag. 53. Mentionem eorum facit *Ekkehardus Junior*, cujus verba præced. Tit. XIV. §. 12. lit. b pag. 1098. ut & immediatè præced. v. 21. reddidi. Liberalitates Regias *S. Gallo* fa-

Digitized by Google

ctas ægrè ferentes, *Salomoni* Abbati pariter, & Regi, malè precati ſunt. Teſtis horum cit. *Ekkehardus Junior*, Cap. I. in vita *Salomonis*, Monaſterii *S. Galli* Abbatis, pag. 15. *Sueviam autem* (procurabant) *Pertolt & Erchinger, Fratres, quorum utrorumque multa Ditioni ſubtracta ſunt, per munificentias Regias, in utroſque Epiſcopos;* (*Hattonem* Moguntinum, & *Salomonem* Conſtantienſem, ſimulque Abbatem) *Surgunt inde invidiæ, & odia utrorumque in ambos, præter ſcelera, quæ in Reges ipſos machinati ſunt &c.* & paulo poſt: *ad Salomonem* redeo; huic cum aliqua, *Potamum, Cameræ Nunciorum juris Oppidum, pertinentia, à Regibus darentur, ſicut Werinhere & Ruodhart Dominum Othmarum,* (Abbatem, vid. præced. v. 20.) *ſic ipſi* (Pertoldus & Erchingerus) *inſequi conati ſunt & ipſum.* (Salomonem). Parum aberat, quin harum turbarum intuitu, motarumque deſuper à *Salomone* querelarum, ambo fuerint ultimo affecti ſupplicio, non niſi ipſo *Solomone*, & *Hattone* intercedentibus, mitigato Rege Pergit ſanè *Ekkehardus* l. c. p. 16. *Jubentur à Rege, tunc quidem Arnoldo, Epiſcopus, & ipſi,* (Cameræ Nuncii præfati) *ſub banno pacis, ad Aulam Magontiæ venire, ubi, cauſa publicè peracta, rei Majeſtatis lege pronunciati ipſi illi, in Ingilheim truduntur, usque dum exilio, aut morte, punirentur. Egit tandem Salomon, cum Hattone Epiſcopo, anxius, ne cædis illorum ipſe quidem cauſa foret, ut eos liberaret. Adeunt ſupplices ambo ſecreto Imperium, cor Regis molliunt, hoſtes illos in gratiam reducunt, coram omnibus Salomoni ſupplices facti pacificantur, poteſtati priſtinæ, ipſo juvante, reſtituuntur. Redeunt tandem domum tanquam amiciſſimi, juramento coram Rege dato, ne unquam Epiſcopum læderent, nunquam Epiſcopum, in rebus fiſcalibus ſibi dono traditis, ſe eſſe læſuros.*

(26) Subſtitit ita res, ad tempora usque *Conradi* Regis, quibus, Ann. 913. Hungaris *Alemanniam* infeſtantibus, dicti *Cameræ Nuncii* ſtrenuè munere ſuo functi deprehenduntur, ad Oenum fl. cæ'is ad internecionem hoſtibus, vel *Hepidanno* teſte ad h. a. cujus verba, cum teſtibus aliis, præced. Tit. V. in vita *Conradi*, v. 4. ad h. a. pag. 480 habentur, quibus Chronicon *Augienſe*, ad h. a. apud *Baluzium*, lib. I. *Miſcellaneorum*, p. 499. & *Hermannum Contractum*, an. eod. pag. 311. jungas. Ex quo verò Germaniæ Proceres, an. 914. in recens electum Regem inſurrexerant, (qua de rebellione, cit. Tit. V. l. c. p. 479 & ad Annum 914. pag. 480. evolvendus,) noſtri quoque *Cameræ Nuncii* ad vomitum redire ſunt auſi, titulum proferendo liberandi a diſſipatione Fiſci Regii, cujus *Conradum* accuſabant, cum reliqua, quæ *Stanhemii*, (Stammen, in Turgovia) *Carolus Craſſus* Fiſco Regio reliquerat, in *S. Gallum* transferret. *Ekkehardus* l. c. pag. 17. de laudato Rege pergit: *Sed & circa Stainhem Villam, S. Othmaro* (à) *Karolo datam, quædam loca Regii juris adhuc erant. Ille verò, quicquid inibi Regii Fiſci erat, totum in manum Advocati* (S. Galli) *ſuper aram ejus, tradiderat, & ſigillo ſuo roboraverat, &, converſus ad Salomonem, eo, inquit, pacto, ut fratres noſtri conſcripti, pro convivio noſtro heſterno, habundantius à Carolo ſtatutam hebdomatam natalis Domini mei, hujus etiam in memoriam mei debeant convivari, & ſubridens; nam & Ego hodie Frater conſcriptus volo prandere cum Fratribus, & fabas noſtras de meo piperare - - - - Carpuntur iterum cordibus Fratres illi* (Erchangerus & Bertoldus) *ſæpe dicti, pro damno Regii Fiſci. Nam Caſtellum quoddam ſuper Stainhem jam dudum ſtruxerant, quod conquiſitionis ſuæ proprietate coram Rege ſibi vendicabant; quibus Rex, Caſtellum, inquit, ſine Oppidanorum damno, habere nequibitis: quibus ſi injurioſi quidem fueritis, mei gratia carebitis.* Hac rerum facie, *diſcedit Rex veſpertinus, Fratrum ſuorum laudibus lachrimoſis proſecutus, quibus ſe, vivere* (ſi) *liceret, non ſemel benefacturum promiſerat. Invadit loca, Lege Alamannica, cum Advocato, Epiſcopus,* (ſimulque Abbas, Salomon) *tribus diebus, ut jus erat, homines Fiſci juramentis S. Othmaro vendicantes. Quibus cuſtodes Caſtelli, niſi ſibi parcant, male habituros minantur, minasque factis exequuntur. Nam victimas, & cætera, quæ libebat, ſponte nolentibus dare, fiſcalibus vi quidem auferebant. Quod cum Advocatus cum per ſe, tum verbis Salomonis, Fratribus illis non ſemel quereretur, aut ficta verba, aut injurioſa, paſſus receſſit. Cumque hoc per annum penè pateretur, quadam die ipſe Viris obvius injurias queritur Epiſcopus. Et cum indigne quidem ipſius verba tuliſſent, Epiſcopus ſubintulit: Enimvero, ait, cum, mei cauſa, meis* (in eis) *aliquando anguſtiis, coram Rege Arnolfo fueritis, unde ægerrimè ego ipſe vos eripui, jam ejus articuli ſemper liceat recordari. Illicò Liutfridus, ſororis amborum Filius, juvenis pertinaciſſimus, gloriaturne, inquit, Monachorum ſceleratiſſimus injuriarum, pro ſe, vobis illatarum, ô Avunculi! & vivere eum patimini? extractoque gladio, niſi ab ambobus premeretur, Epiſcopum occidiſſet. Ipſe autem, ut jugulum declinaret, cum citius equo diverteret, à Fratribus ambobus freno tentus comprehenſus eſt. Quidam autem ſuorum, cum gladium educentem juvenem illum ipſe econtra gladio ſtricto occurrere vellet, lanceis circumvallantium transfixus interiit. Dicitur* (ducitur) *Epiſcopus in diverticulum quoddam propinquum, ubi deſcendere juſſus ſedit, usque dum illi, in partem cedentes, quid de eo facturi ſint, tractent. Ipſe autem, confiſus in domino, ſuum Dominum Gallum inceſſanter inclamitat. Suadet Liutfridus, ut ei aut oculos eruant, aut dexteram abſcindant.*

dant. Militum autem pars ſanior, ne quid amplius in Chriſtum (unctum) Domini inſanirent, omnimodis flagitat, ſed & incolumem relinqui, optimum fore ajebant. Stat tandem Fratribus conſilium, ut in Diepoldisburg, ubi Berrha, (Bertha) Uxor Erchingeri, tunc agebat, duceretur ---- ſternitur Viro Dei vilior interea equus; Portarii autem, cum viderent turbam, ad ſpectaculum accurrunt; quibus viſis, Perchtolt: incliuare coram iſtis, inquit, Dei maledicte! &, ut tibi veniam precentur, pedes eorum lambe. Ille verò, quoniam vim ſciebat, quod juſſus eſt, feceras. Commiſſis tandem ſatellitibus, qui eum ducerent, Berthæ, qui factum panderet, celer præmittitur. At mulier, facinore audito, percutiens pectus, ingemuit, & hæc, inquit, eſt dies, quæ honoribus noſtris, apud Deum, & hominis, finem datura eſt. His addit, quanta civilitate Bertha Epiſcopi animum lenire ſtuduerit, Comitibus interea Duellium, German. Dwiel, vulgò Hohendwiel, (Caſtrum Wurtenbergicum in Hegovia, haud procul à Lacu Potamico, de quo plura Gabriel Bucelinus, Part. 2. Germaniæ Sacræ, voc. Duellium, pag. 26.) munire cogitantibus, &, cum paucis fidiſſimis, noctes in ſylvis agentibus: ſed, ecce, quæ ſubſecuta metamorphoſis! re prodita Sigefrido, Epiſcopi Patrueli, is tertia tanti facinoris nocte, propinquis, & Epiſcopi militibus, quantis hora concluſo licuit, collectis, in ſylva quadam, matutinus eos aggreditur dormientes. Experrecti vero pauci, contra turmas loricis & galeis tutas, arma rapiunt inutilia, ipſos tres Viros, (Erchangerum & Bertoldum, ipſorumque ex ſorore nepotem, Liutfridum) quamvis animosè repugnantes, armis exuunt, vivos comprehendunt, vinctos abducunt. Currunt illico celeres, qui Berthæ, & Urbanis ſuis, dicerent: niſi Chriſtum Dei citiſſimè ſolverent, Dominos ſuos, machinis penſilibus impoſitos, tribus partibus Urbis, in faciem ſibi, ad ſolem torrendos. Quo audito, cuſtodes, falli ſe primo æſtimantes, certiores facti, omnes Urbe, Viris vacuefacta, dilapſi ſunt. Relinquitur Epiſcopus liber, cum Presbyteris, & Bertha, flens & ejulans, cum pediſſequis, quam tamen ipſe (Salomon) pro tempore conſolatus, manu tenens, urbis portam obviam ſuis egreditur ---- egit etiam cum nepote, & militibus, ut mulier ad ſuos, cum honore, & rebus ſuis duceretur tutatis. Hæc iterum Ekkehardus l. c. pag. 18.

(27) Ruente fama, captos eſſe Principes, Præſulemque contrà in libertatem vindicatum, Anno, ab Orbe ſervato, Noningenteſimo ſuper ſextum decimum, (916.) Indictione IV. XII. Cal. Octobris, Regni Conradi, Piiſſimi & Chriſtianiſſimi Regis, Quinto, Concilium Sacerdotum frequens, apud Altheim, in Pago Rhetiæ, cogitur, ab Ortonenſi Epiſcopo, Legato Joannis X. Pontificis Maximi. Ubi hæc Decreta fuiſſe reperio: ---- Erchingerus quandoquidem, cum ſociis, Vitæ Regis, Domini ſui, & Chriſti Dei, inſidiatus eſt, à claſſibus Reipublicæ, armorumque exors eſto, in Monaſterio captus; perpetuo arctioris Religionis diſciplina, ſcelus expiato ---- Erchingerus, Berchtoldus, Burckhardus, Arnulphus, quod noſtro decreto non ſteterunt, nec dicto audientes fuerunt, in numero impiorum, atque ſceleratorum, habentur: nemo non eorum aditum atque ſermonem defugito, ne quid ex contagione incommodi accipiatur &c. Sunt verba Aventini, lib. IV. Annal. Cap. XXII. §. 9. pag. m. 455. Ipſe Conradus Rex, ut Juſtitiæ faceret ſatis, conſilio habito, primò Colloquium publicum Magontiæ; poſtea, Generale edixit Concilium, ubi, tribus illis (Erchangero & Berchtoldo, eorumque Nepote, Liutfrido) Lege abjuratis, & præſcriptis, (proſcriptis) prædiisque eorum in Fiſcum redactis, Majeſtatis reis capita damnata ſunt.; ceu Ekkehardus l. c. pag 18. loquitur; executione 21. Januar. Ann. 917. ſuſcepta, cujus ſupplicii Teſtes præced. Tit. 2. § 10. lit. d. ad annum 917. pag. 89 offendis. Hicque erat potentiſſimorum Cameræ Nunciorum finis; quorum loco iterum conſtituti Duces; quo titulo primus inclaruit.

(28) BURCHARDUS I.

(1) Sine dubio intelligendus venit Burchardus ille, qui An. 914. tempore famoſæ rebellionis adverſus Conradum Regem, jam Potentiſſimus Princeps Sueviæ, Scriptoribus vocatur, quorum præced. Tit. V. in vita Conradi I. v. 4 pag. 479. memini. Henningeſius, Part. I. Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia, p. 30. nuncupat ejus Patrem, Richarium, ibi: N. Filia (Conradi I.) nupta Burchardo, Duci Sueviæ, Filio Richarii, interfecto inſidiis Lamperti, Epiſcopi Mediolanenſis, cum Generi ſui (Rudolfi Burgundi) eſſet ad Mediolanenſes Legatus &c. Witichindo, lib. I. Annal. pag. m. 637. & Conrado Urſpergenſi, in vita Henrici I. pag. 151 audit: Bellator intollerabilis; & Luitprando, lib. 2. Hiſtor. Cap. XVI. pag. m. 113. Potentiſſimus Suevorum Dux. Vid. præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 4. p. 137.

(2) Nuptias celebravit cum Wida, quam, ab ejus exceſſu, Herimannus, ipſius in Ducatu ſucceſſor, duxit, teſte Reginonis Continuatore, ad Ann. 926. p. 75. Herimanno Ducatus Alemaniæ committitur, qui Widam Burchardi duxit uxorem &c. Sic Dn Tolnerus, Hiſtor. Palat. Cap. VIII. pag. 203. Hermanni hujus memor: Maritus Widæ, viduæ Burchardi, Ducis Sueviæ, An. 928 defuncti &c. Quo ſanguine creta ſit, certò dici nequit; fortè trahenda huc Witichindi verba, lib. I. Annal. pag. m. 636. qui, diſſidium Henricum Aucupem inter, qua Ducem Saxoniæ, & Hattonem

Digitized by Google

tonem Moguntinum, ait: *Burghardum quoque & Bardonem, quorum alter Gener Regis erat, in tantum afflixit, & bellis frequentibus contrivit, ut terra cederent &c.* in tantum, ut cum Ampliſſ. Dn. *Ludewig*, de *Germania Principe ſub* Conrado I. Cap. I. §. 4. lit. y. pag. 12. ſtatuamus, *Burchardum* noſtrum torum conſcendiſſe cum filia *Conradi Sen.* ſorore *Conradi* Regis; voce *Gener*, pro *affine*, ſeu *ſororis marito*, accipienda, quoniam *Conrado* Regi nulli fuere liberi; Exemplo *Bolislai* Poloni, ſeq. *Catal. Ducum Vinedicorum*, v. 23. ad ann. 1138. & 1146. Errat *Henricus Pantaleon*, Part. 2. *der Teutſchen Helden*, ad An. 914. in vita *Burckhardi I.* Ducis Sueviæ, pag. m. 60. *Regilindam* eam vocans, *zu leiſt iſt er geſtorben, und von Regelinda, ſeiner Hauſsfrauwen, Kœnig Rudolph in Burgundien T. cht. r, ehrlich beſtattet worden &c.* & rurſus, in vita *Burckhardi II.* l. c. pag. 91. ad an. 950. *Burckhardt iſt in Schwaben auſs Fürſtlichen Stammen gebohren, und in allen Tugeten aufferzogen worden. Dann er iſt Burckhardt des Erſten Hertzog in Alemannia, oder in Schwaben, Sohn geweſen, welchen Ihm ſein Hauſsfraw, Regilinda, geboren. Als aber ſein Vatter geſtorben, warde ſeine Mutter einem anderen Man vermeblet, namlich Herman, dem Landtgraffen in Francken, ſo auch, durch Sie, Fürſt in Schwaben worden &c.* *Bucelino*, part. 2. *Germaniæ Sacræ*, voc. *Duellium*, pag. 26. non majori jure audit *Hedwiga*, Burgundiæ Regis, *Rudolphi I.* filia. Perperam inſuper conſtituit eam *Hemingeſius* l. c. *Conradi I.* Germaniæ Regis, gnatam.

(3) *Bertha*, Ejus filia, torum conſcendit, ann. 922. *Rudolfi II.* Regis Burgundiæ Superioris. Vid. *Luitprandus*, l. c. *Rodolfus, Rex Superbiſſimus, Burgundionibus imperabat. Cui in augmentum potentiæ hoc acceſſit, ut Potentiſſimi Suevorum Ducis, BURCHARDI, filiam, nomine Bertham, ſibi conjugio copularet &c.* & lib. 2. Cap. XX. pag. m. 115. verbis præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 4. p. 238. occurrentibus; *Frodoardus*, ad ann. 926. apud *Pithœum*, pag. 127; *Hepidannus*, Annal. ad ann. 922. cujus verba præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 4. pag. 237. habentur. *Conradus Urſperg.* l. c. pag. 152; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 923. pag. 259. & an. 925. pag. 262. Eoque, an. 937. ceu, ex ibidem dictis p. 238. conſtat, collocata eſt *Hugoni*, Romanorum Regi, vid. l. c. p. 240. & 241. ubi notanda *Luitprandi* verba lib. IV. Cap. VI. pag. 131. quibus *Hamerslebienſis* Monachi *res Imperatorum ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V. præclare geſtas*, apud *Maderum, Antiqu. Brunſuic.* pag. 138. & Dn. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſuic.* pag. 708. jungas, ubi mentione facta *Adelheidæ, Ottonis Magni* Imp. Conjugis: *Hæc fuit filia Rodulphi, Regis Burgundionum, qui etiam in Italia regnavit, & Bertæ Reginæ, BURCARDI, ALEMANNORUM DUCIS, filiæ, quam, defuncto Rodolpho, Rex Hugo duxit, filiamque ejus filio ſuo, Lothario, conjunxit &c.* Errat itaque *Cranzius*, lib. 4. *Saxon.* Cap. 3. *Bertam* hanc *Arnolphi Mali*, Bojorum Ducis, filiabus adſcribendo: *Al eidam, Lotharii* (*R.* Italiæ) *relictam, quam Papiæ Bereng rius tenebat incluſam, eductam ſibi conjugio ſociavit. Erat autem Rodulphi, Burgundionum Regis, & Bertæ, quæ filia fuit Arnoldi, Bavarorum Ducis, filia &c.*

Sunt, qui ei adhuc filium, *Dietlamum*, ſeu *Thietlandum*, ſecundum Abbatem *Einſidelenſium*, vindicant. Ita ſanè dictus *Pantaleon* l. c. pag. 74. ad an. 934. in Serie præfatorum Abbatum: *II. Sanct Dietlam, Hertzog Burckhardt in Schwaben Sun, 958. ſechs Jar. Er was ein gelehrt Man, ſchrib über S. Pauli Epiſtel ſeine Auslegung &c.* nec non *Gabriel Bucelinus* l. c. voc. *Einſidlen*, pag. 28. in catalogo eorundem Archimandritarum, loco ſecundo: *B. Thietlandus, filius Burcardi II.* (habita ratione illius Burckardi, cujus præced. v. 24. memini) *Ducis Alemanniæ, obiit Anno Chriſti* 963. *&c.* Vetuſtioribus autem, ut & *Munſtero*, lib. 3. *Coſmographiæ*, Cap 88. pag. m. 547. eoſdem Abbates recenſenti, incognitus eſt.

(4) An. 917. capitis pœnam ſubeuntibus *Cameræ Nunciis, Erchangero* & *Bertholdo*, ſententia nondum in effectum deducta, conſtituitur, á *Conrado*, Rege, *Primus Alemannorum Dux*, de quo evolvendum præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 89. *Ekkehardi Junioris* teſtimonium, inde huc faciunt: *Suevia Principum aſſenſu, ſtatuitur ALEMANNIS Dux PRIMUS, BURKHARDUS, Genus illius Nobiliſſimus, & virtutum dote probatiſſimus, cui & Prædia damnatorum confiſcata in Beneficium ſunt tradita &c.* Add. *Chronica Auſtralis*, ad ann. 917. apud *Freherum*, pag. 312. *Burcardus Dux Alemanniæ conſtituitur &c.* & *Lehmanni Chronicon Spirenſe*, lib. II. Cap. XVI. pag. 84. *Demnach aber, im Jahr 917. auf Erkantnuß und Urtheil Kœnigs Cunradi, und der Fürſten des Reichs, auf dem Reichstag zu Mayntz, Graf Bertold und Erchinger zu Schwaben, und der Reichs Kæmmerer, als Land-Friedbrecher, und Majeſtatis rei, verdampt, und vom Leben zum Todt gerichr worden, hat Kœnig Conrad das Schwabenland zum Hertzogthumb auffgericht, und Graf Burckard, mit Bewilligung der Fürſten, zum Hertzogen eingeſetzt &c.* Commentientes alios nominavi præced. v. 21. Emendandus hinc *Jacobus Twinger*, (vulgo *von Kœnichshoven*, Lat. *Regio-*

Regiovillanus,) in Supplemento *Chronici Alſatici*, *Edit. Schilter.* pag. m. 429. ſcribens: *Burckhart von Swoben wart Hertzog, noch Gottes Geburt, Neunhundert zwentzig Jor &c.* ut & *Pantaleon* l. c. ad An 914. p. m. 60. memor collatæ in Eum dignitatis Ducalis: *Es bat Burckhardt diſes Hoch Ampt in den* 916. *Jahr, mit Danckbarkeit angenommen, und gantz lœblich zehen Jar verwalten &c.* cum nec An. 916. nec 920. ſed 917. Ducatus ei fuerit commiſſus.

(5) *Ann.* 919. Suffragium dedit *Henrico Aucupi*, in Regem Germaniæ electo. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 90. Paulo tamen poſt ei factus rebellis.

An. eod. Debellat *Rudolfum II.* Superioris Burgundiæ Regem, cui filiam poſtea nuptum dedit, apud *Winterturum.* Vid. præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 4 pag. 237.

An. 920. *Henrico Aucupi* ſe iterum ſubmittit. Vid. præced. Tit. V. in vita *Henrici Aucupis*, v. 4. ad h. a pag. 487.

An. 924. Genero *Rudolfo* Burgundo ſtrenuè navat in Italia operam, vid. ſupr l. c. pag. 238.

Avaritiam ejus & ſacrilegia notat *Hepidannus Junior*, in vita *S. Wiporadæ* Virginis, lib. I. Cap. XXX. apud *Goldaſtum* T. I. *Rer. Alaman.* Part. 2. p. 219. & 220. unde ſua *Meibomius*, Not. in lib. I. *Witichindi*, T. I. *Rer. German.* pag. 678.

(6) De anno Ejus obitus, diſcors Doctorum ſententia. *Hepidannum Annal.* apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I. Part. I. ita de eo, ad Ann. 925. *Burchardus Dux, in Italia, dolo occiditur &c.* Aſſentitur ei Auctor *Anniverſariorum Alemannicæ Eccleſiæ*, apud eundem l. c. Tom. 2. Part. 2. pag. 142. *Anno ab Incarnatione Domini DCCCCXXV. Indict. XIV. 2. Idus Novembr. Purchardus, Fortiſſimus Dux Alamannorum, in Italia, doloſè occiditur, cujus commemorationem, ſicut pro unoquoque noſtro, in vigiliis & pſalmodiis, & miſſarum oblationibus, agi ſolet, ita etiam pro illo, & poſteros noſtros deinceps ex integro acturos fore, omnis Generoſitas Fratrum, uno ſenſu, decrevimus &c.* Quem locum *Meibomius* l. c. indigitat; nec aliter, ex *Luitprando*, cujus verba præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 4. p. 238. & 239. occurrunt, *Albericus*, ad ann. 925. pag. 262. Sequentem vero annum 926. profert, *Frodoardus* ad h. a. p 127. verb. *Occiſo quoque, à filiis Bertæ, Burchardo, Alamannorum Principe, ipſius Rodulfi ſocero, qui Alpes cum ipſo transmearat, Italiam, Regni gratia recuperandi Genero &c.* Sequuntur eum Chronicon *Angienſe*, ann. eod. apud *Baluzium* lib. 1. *Miſcellaneorum*, pag. 499. *Ungari totam Franciam, Alſatiam, Galliam, atque Alemanniam, igne & gladio vaſtaverunt. Et Burghardus Dux occiditur &c.* & *Reginonis Continuator*, ann. eod. pag. 75. *Hungari totam Franciam, Alſatiam, Galliam, & Alemaniam, igne & gladio vaſtaverunt. Burchardus, Dux Alemania, in Italia occiditur &c.* & *Hermannus Contractus*, ann. eod apud *Urſtiſium* p. 312. *Hungari totam Franciam, Alſatiam, atque Alemanniam, gladio & igne vaſtant. Burchardus Dux occiditur &c.* & *Sigonius*, lib. VI. de *Regno Italiæ*, pag. 255. *Baronius*, Tom. X. *Annal.* an. eod. §. 1. pag. m. 688. Illuſt. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. X. pag. 221. aliique. Annum 927. mavult *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Henrici Aucupis*, p. m. 155. *Anno Domini* 927. *Burchardus, Dux Alemanniæ, in Italia occiditur &c.* quæ *Albertus Stadenſis*, ann. eod. pag. 102. repetit, conſentiente *Jacobo Regiovillano* l. c. ubi: *Burckhart von Swoben .... wart erſlagen, noch Gottes Geburt, Nün Hundert Süben und Zwentzig Jor:* ut & *Chronico Auſtrali*, ann. eod. apud *Freberum* pag. 313. *Burcardus Dux occiditur. Heremanno Alemannia committitur &c.* Dn. *Tolnerus*, *Hiſtor. Palat.* Cap. VIII. pag. 203. id vindicat anno 928. vid. præced. v. 2. Auctorem necis, *Landbertum*, Mediolanenſem Archi-Epiſcopum, declarat *Luitprandus*, lib. III. *Hiſtor.* Cap. IV. pag. m. 119. qui, narrando, quomodo *Rudolfus*, Burgundiæ Rex, ſocerum, *Burchardum* noſtrum, auxilio ſibi in Italiam duxerit, de *Burchardo* pergit: *Quum juxta murum Civitatis* (Mediolanenſis) *equitaret, lingua propria, h. e. Teutonica, ſuos ita convenit: Si Italienſes omnes uno uti tantummodo calcari informesque non fecero equas caballicare, non ſum Burchardus: fortitudinem ſiquidem muri hujus, ſeu altitudinem, qua ſe muniri confidunt, nihili pendo: jactu quippe lanceæ meæ adverſarios de muro mortuos præcipitabo. Hoc autem eò dicebat, quoniam neminem adverſariorum ſuæ ibi linguæ gnarum eſſe putabat. Verùm, ſuo omine non bono, quidam iſtic aderat, quanquam pannoſus & deſpectus, ejus tamen loquelæ ſcius, qui omnium horum Lantberto ArchiPræſuli celer factus eſt nuncius, qui, ut erat ingenio pollens, Burchardum non deſpexit, ſed eum alio animo ſuſcipiens, mirabiliter honoravit: ſed & inter cætera, quaſi hoc eſſet privilegium amoris, conceſſit cervum, quem is ſuo in brolio venaretur, quod nulli unquam niſi chariſſimis magniſque conceſſit amicis. Lantbertus interea Papienſes omnes nonnulloſque Italiæ Principes, ad Burchardi necem invitat, eumque tamdiu tenuit, donec congregatos eſſe omnes ſperaret, qui Eum occidere deberent. Factum eſt igitur, ut, Burchardo Mediolano diſcedente, Novariam die perveniret eadem, quumque iſtic, nocte tranſacta, diluculo ſurgeret, Eporegiam tendens Civitatem, Italicæ ſuper eum irruentes ſubito apparuere phalanges. Quas contra, non ut vir bellicoſus*

pr-

Digitized by Google

properat, verum mox fugam incepat. Et quoniam, ſecundum B. Job. ſententiam, terminus ejus conſtitutus præteriri non poterat, & fallax equus ad ſalutem, in foſſam, quæ muros circuit civitatis, decidens eum projecit, ubi & irruentibus Auſoniis confoſſus lanceis, vitam morte commutavit &c. Hinc ſua *Albericus* l. c. & *Sigonius* l. c.

(29) HERMANNUS I.

(1) Filius fuit *Gebehardi*, Franconiæ Comitis. An. 910. interfecti, de quo *Reginonis Continuator*, ad h. a. pag. 74. *Franci, in confinio Bavariæ & Franciæ, Hungaris congreſſi, miſerabiliter aut victi, aut fugati ſunt. In quo prælio, Gebelhardus Comes interiit, relictis duobus filiis ſuis, adhuc pueris, Udone & Herimanno, qui poſtea clari & Nobiles in Francia extiterunt &c.* Sic *Luitprandus*, lib. IV. *Hiſtor.* Cap. X. pag. 134. *Habuerat planè Rex* (Otto Magnus) *nonnullas maximas & fortiſſimas copias, & earum Duces, HERIMANNUM ſcilicet SUEVORUM DUCEM, fratremque ejus, Udonem, atque Conradum cognomine Sapientem &c.* & rurſus Cap. XVI. p. 138. *Udo ſane, HERMANNI, DUCIS SUEVORUM frater, nec non & Conradus, cognomento Sapiens, quos ſuperius* (Cap. X.) *Regi diximus eſſe fideles, ipſius in partibus erant &c.* ad quæ, jam præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 7. pag. 942. provocavi; & *Witichindus* Monachus, lib. 2. apud *Meibomium*, T. 1. *Rer. Germ.* pag. 644. ubi obſidionis *Badiliki* memor: *Interfectus eſt autem ibi Gevehardus, Udonis filius, fratris HERMANNI DUCIS, ob cujus necem, Deo omnia ordinante, Duces Francorum inter ſe ſunt diviſi &c.* & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad Ann. 944. p. m. 280. facta mentione *Briſacenſis* obſidii, an. 939. de quo præced. *Catalog. Ducum Lotharingiæ*, v. 17. pag. 255. *Interim Fideles Regis, Udo, frater Hermanni, Suevorum Ducis, & Conradus Sapiens, quanquam Everardo affinitatis linea jungeretur, Everardum & Gislebertum prædando Regno ſecurè intentos, juxta Rhenum, prope Andernacum, inopinatè aggreſſi, acerrimè debellant, Everardo gladiis peremto, Gisleberto autem Reni undis ſubmerſo &c.* Hinc Dn. *Toluerus*, *Hiſtor. Palat.* Cap. VIII. pag. 202. & 203. *Hermanni Palatini* memor: *Non confundendus eſt, cum Hermanno Franco, Suevia Duce, Socero Luitolfi, Ducis Sueviæ, filii Ottonis I. Imp. electo in Ducem Sueviæ An. 926. Filius hic fuit Gebhardi, Comitis Franc. Wetteraviæ, ex Oda, fil. Ottonis Com. Aquitaniæ & Burgundiæ, vidua Zuendbochi, Regis Lotharingiæ &c.* & ad Ann. 949. pag. 209. *Hoc quoque Anno, Hermannus, Suevia Dux, filius Gebhardi, Comitis Franconiæ & Wetteraviæ; Conradus, cogn. Curcipoldus, Eberhardi, Franconiæ Comitis, ab Alberto, Comite Franconiæ Bambergenſi, occiſi, filius, obiere &c.* Errat itaque *Henningeſius*, Part. 1. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, p. 39. conſtituendo *Hermannum* noſtrum, fratrem *Conradi Sapientis*, Franciæ Orientalis Ducis, utpote cujus Patrem, *Wernerum*, præced. *Catalog. Ducum Lotharingiæ*, v. 14. in vita *Conradi I.* p. 258. indicavi; confundendo hac ratione, *Werneri* liberos, cum *Gebhardi* gnatis, de quibus ipſe l. c. p. 30. agit; ſeductus, ſine dubio, à *Sigeberto Gemblacenſi*, ann. 943. p. m. 580. ſcribente: *Rex Otto obſedit Briſagam, Oppidum Alſatiæ — interim Fideles Regis, Udo videlicet, & Conradus, frater Hermanni, Suevorum Ducis, Everardum & Gislebertum, prædando Regno ſecurè intentos, juxta Rhenum inopinatè aggreſſi, acerrimè debellant; Everardo gladiis peremto, Gisleberto autem Rheni undis ſubmerſo &c.* Nemo autem non videt, *Sigebertum* hallucinari, & præfata *Luitprandi*, atque *Reginonis Continuatoris*, verba corrumpere, quibus *Udo & Hermannus* Fratres appellantur, ſeparati à *Conrado Sapiente*, Francorum Duce.

(2) Duxiſſe Eum in Uxorem, *Widam*, *Burchardi*, Anteceſſoris viduam, in vita *Burchardi*, p. 307. modò notavi. *Ottonem Magnum* Imp. ann. 950. eandem, ad ſe venientem, benignè *Wormatiæ* excepiſſe, obſervavit Dn. *Toluerus* l. c. p. 209. *Henningeſius* l. c. p. 39. vocat eam *Gerbirgam*, *Conradi*, Burgundiæ Regis, filiam, aſt craſſo rurſus errore, cum *Gerburgis*, *Conradi* Burgundi gnata, non huic *Hermanno*, ſed *ſecundo* hujus nominis, fuerit juncta, quod præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 6. pag. 246. & 247. auctoritatibus firmatum.

(3) Filiam, *Idam*, collocavit *Ludolfo* ſucceſſori. Vid. ſeq. ejus vita, v. (2.) Plures Eum habuiſſe, tradit *Reginonis Contin.* ad An. 947. p. 77. Hoc ſi verum, reliquas ante Patrem deceſſiſſe, ex *Luitprandi*, Lib. V. Cap. 1. pag. 140. verbis ſuſpicor, ſub *Ludolfo* producendis, ubi *filia unica*, audit *Ida*.

(4) Ab obitu *Burchardi*, auctus eſt, Ann. 926. ab *Henrico Aucupe*, Rege, *Ducatu Alemanniæ*. Teſtis *Continuator Reginonis* ad h. a. pag. 75. memor *Burchardi* necis, inquit: *Herimanno Ducatus Alemanniæ committitur &c.* Conf. *Hermannus Contractus*, ann. eod. pag. 312. *Burchardus Dux occiditur. Hermanno Alemannia committitur &c.* quorum Chronologiam Illuſt. Dn. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap.

Cap. X. pag. 221. commendat. *Conradus Urſpergenſ.* verò in vita *Henrici I.* pag. m. 155. refert hoc ad Annum 927. ajens h. a. *Hermanno Alemanniæ committitur &c.* Quem ſequitur *Albertus Stadenſis*, ann. eod. p. 102. & *Jacobus Twinger*, vulgò *von Kœnigshoven*, in *Supplementis Chronici Alſatiæ*, Edit. Schilter. pag. 429. Ann. 936. cum *Otto Magnus* Aquisgrani Germaniæ Regni diadema ſuſciperet, fungebatur noſter *Pincernæ* officio; vid. præced. Tit. XIII. Proœm. lit. b. pag. 1020. Exorto poſtmodum civili bello, ſtrenuam rurſus laudato Regi, adverſus *Giſelbertum*, Lotharingiæ, & *Eberhardum* Franciæ Orientalis, Duces, anno præſertim 939. Eum navaſſe operam, ex dictis præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 7. p. 942. & præced. *Catalogo Ducum Lotharingiæ*, v. 17. p. 255. eruendum. An. 948. arma ſumens adverſus *Lindaviam* & *Brigantium*, prius Oppidum flammis tradidit, poſteriori ad deditionem compulſo. Vid. ad h. a. *Hermannus Contractus*, apud *Henricum Caniſium*, T. I. *Antiquæ Lectionis*, pag. 567. *Ipſo Anno Loudaugia incendio conflagrat &c.* Clarius loquitur Codex *Urſtiſianus*, an. eod. p. 313. *Lingaugia concremata eſt &c.* Diem ſuppeditant *Hepidanni Annales*, ann. eod. apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Rer. Alamann.* Part. 1. *Lintaugia concremata eſt Nonas Junii &c.* Plura *Cruſius*, Part. 2. *Annal. Suevic.* pag. 115. *Hoc tempore Alamanniæ & Sueviæ Dux, Hermannus, Comitatui quoque Rhætiæ Curwalenio dominatus eſt, ac ſemper Regi Othoni fidelis fuit. Inveni alicubi, Lindavienſe Oppidum ab eo fuiſſe combuſtum, cauſam neſcio, anno* 948. *Chriſti &c.* nec non *Fortunatus Sprecher*, lib. 3. *Palladis Rheticæ*, pag. 68. *Anno* 948. *Hermannus, Dux noſter, Lindaviam Civitatem incendit: & Caſtrum Brigantium, juſſu Imperatoris Ottonis, cepit, opera ſuorum Suevorum & Rhætorum uſus &c.* aliique plures, *Conringio*, in *Cenſura Diplomatis Lindavienſis* Cap. XII. §. 3. p. 233. & 234. & *Tenzelio*, in *Vindiciis* hujus *cenſuræ*, Cap. XII. §. IX. pag. 273. & 274. nominati. *Eodem Anno*, pergit *Hepidannus* l. c. *Liutolfus, Deo carus, & omnibus Sanctis, filius Ottonis Regis, cum Heremanno Duce venit primitus ad Monaſterium S. Galli, in Feſtivitate ipſius &c.* Quam *Walafridus Strabus*, in *Vita S. Galli*, Cap. XXIX. apud *Goldaſtum* l. c. Part. 2. pag. 161. XVI. Octobr. celebrandam tradit.

(5) Ad plures tandem abiit anno 949. 10. Decemb. Vid *Reginonis Continuator* h. a. p. 77. *Herimannus Dux, inter ſuos Sapientiſſimus & Prudentiſſimus, obiit IV. Idus Decembris &c.* Auctor *præclarè geſtorum Imperatorum ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V.* apud Illuſt. Dn. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſuic.* p. 708. & *Meibomium, Antiquit. Brunſuic.* p. 138. mentione facta nuptiarum Ducis noſtri Filiæ, cum *Ludolfo* Duce, ann. 949. celebratarum, inquit: *Paulo poſt, obiit Hermannus ille Dux, & Ducatus datur Ludolpho Genero &c.* Huc quoque ſpectat, quod in *Necrologio Fuldenſi* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 763. legimus: *Uto, Comes, Heriman Comes &c.* ſcil. *obierunt*; utpote cui Auctori haud ſemel *Duces*, *Comites* appellantur; nec aliter *Hepidannus*, *Annal.* h. a. *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 160. *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Ottonis I.* ann. eod. pag. 162. *Albericus Stadenſis*, ann. eod. pag. 106. *Jacobus Twinger*, vulgò *von Kœnigshoven*, *Supplement. Chronici Alſatici*, Edit. *Schilter.* pag. m. 429. ex Recentioribus, *Hemingeſius*, *Part.* 1. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 39. Dn. *Tenzel* l. c. pag. 274. Dn. *Tolner*, *Hiſtor. Palat.* Cap. VIII, ad h. a. pag. 209. Solus veterum *Hermannus Contractus*, Edit. Urſtiſii, pag. m. 313. id vindicat an. 948. verb. *Herimannus, Alemannorum Dux, obiit, pro quo Liutolphus, Othonis filius, regnavit &c.* & in Codice Novo: *Hermannus Dux, Alemanniæ, obiit. Cujus Ducatum Lutolfus, Ottonis Regis filius, accepit &c.* quam ſententiam *Cruſius* quoque, Part. 2. *Annal. Suev.* pag. 117. & Illuſt. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. X. pag. 221. amplectuntur.

Pfeffingeri Vitr. Ill. Tom. II.

(30) LUDOLFUS.

(1) Patre *Ottone Magno* Imp. & *Edgitha*, Angliæ Regis filia, Matre, circa Annum 931. in lucem editum hunc Principem, oſtendi præced. Tit. V. in *Vita Ottonis Magni*, v. 3. pag. 493.

(2) Uxorem duxit *Idam, Hermanni, Alemanniæ Ducis*, filiam *unicam*, de qua *Luitprandus*, lib. V. Cap. I. pag. m. 140. *Factum eſt, poſt mortem Everhardi, atque Giliberti, nec non & Henrici, Fratris Regis, in cluſionem, concurrentibus undique ad Regem, congratulationis cauſa, Proceribus, venires etiam. Vir ditiſſimus, Suevorum Dux, Hermannus, qui, poſt congratulationis ſatietatem, talibus eſt Regem aggreſſus ſermonibus: Non clam Domino meo eſt, tum Prædiorum latitudine, tum pecuniarum immenſitate prædivitem me absque liberis eſſe; nec eſt, præter unam parvulam natam, quæ mearum rerum, me redeunte, hæres exiſtat. Placeat itaque Domino meo Regi, Filium ſuum parvulum, Liuthulfum, mihi adoptare filium, quatenus unicæ filiæ meæ, maritali commercio, ſociatus, me migrante, mearum fiat hæreditate rerum Magnificus. Hoc itaque quia placuit Regi conſilium, quod popoſcerat, ſine dilatione, complevit &c.* Conf. *Witichindus*, lib. 3. *Annal.* apud *Meibomium*, T. 1. *Rer. German.* pag. 651 *Videns autem Rex filium ſuum, Liudalfum, Virum,*

factum, dedit ei conjugem, divitiis ac Nobilitate claram, Ducis Herimanni filiam, nomine Idam. Quam cum accepiſſet, in brevi poſt hæc ſocer moritur, cum Ducatu, omni ei poſſeſſione relicta &c. & *Hroswitha*, de *Geſtis Ottonum*, apud *Meibomium*, *T.* 1. *Rer. Germ.* pag. 719.

Utque ſuo ſubdi Nato faceret LUIDULFO,
Multum devotæ perfecto mentis amore,
FRANCORUM *Gentis Dominos prænobilis almos.*
Nec non Primates SUEVORUM *ſcilicet omnes,*
Ipſi legali perpulcram fœdere jungi
IDAM *juſſit*, HERMANNI *natam* DUCIS *almi,*
Qui fuit Illuſtris Princeps in partibus illis &c.

Nec non *Ditmarus*, lib. 2. pag. m. 16. & apud Dn. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſuic.* p. 331. memor laudatæ *Edgidæ*, Imperatoris Conjugis: *Fuit hæc, cum Viro ſuo, decem & novem annos, & ordinationis ſuæ obiit undecimo anno, 7. Cal. Febr. unicum relinquens Filium, nomine Luidulfum, cunctis virtutibus fulgentem; ſepultaque eſt in Civitate præfata* (*Magdeburg*) *in majori Eccleſia, in Oratorio Aquilonari. Rex autem in venatione, qua ſperabat ſe paululum refocillari, turbabatur vulnere lethali, inauditumque ſuſtinuit mœrorem, quem ab adventu dilecti compeſcuit Filii, Qui ramoſam Samii Pythageræ literam, humanæ motus vitæ ſignantem, laudabili puer ſimplicitate percurrit ad bivium, & dextrum iter aggreſſus, virgulam breviorem, tamen potiorem, de die in diem, ut virens hedera exurgit; &, in omnibus patriſſans, Nobilitatem moribus in tantum ornavit, ut cunctis Primatibus, quæ laus eſt non ultima, placeret. Unde Patris gratia ſibi in tantum arriſit, ut hunc, communi totius Senatus electione, honoris conſortem atque laboris decerneret, ſucceſſoremque confirmaret. Deſponſavit etiam illi Idam, Herimanni Ducis filiam, pulcritudinem & ſexum omni probitate vincentem. Quam cum ſibi Pater vinculo maritali conjungeret, modicum poſt intervallum, Soceri Ducatum & hereditatem defuncti ſibi dedit &c.* Tempus nuptiarum deſignat *Reginonis Continuator*, ad ann. 947. p. m. 77. ſcribens h. a. *Ludolfus, Filius Regis, tali, ut decuerat, apparatu, tertiam filiam Hermanni Ducis ſibi conjugio copulavit &c. Chronographus Saxo*, ann. eod. pag. 160. ait: *Rex quoque filio ſuo, Liudolpho, deſponſavit Idam, Herimanni Ducis Suevorum, filiam, communi totius Senatus conſenſu, Eum Regni conſortem conſtituens, ſibique ſuccedere optans &c.* & *Chronicon Quedlinburgenſe*, ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 279. *Ludolphus, filius Regis, duxit Uxorem filiam Hermanni Ducis &c.* Alii verò anno demum 949. adeoque biennio poſt; celebratas opinantur; ſic *Hamerslebienſis* Monachus *de Rebus præclarè geſtis Imperatorum, ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. pag. 708. & *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. 138. *Ludolphus filiam Hermanni, Ducis Suevorum, unicam, à Patre utroque traditam, duxit in Conjugem, anno, 949. &c.* & *Albertus Stadenſis*, ann. eod. p. 106. *Herimannus, Dux Alemannorum, obiit, cujus Ducatum Ludolfus, filius Regis Ottonis, cum omni poſſeſſione ſua, copulata ſibi unica filia ejus, jure hereditario poſſedit &c.* Errat igitur *Albericus*, ad ann. 944. pag. 281. ajens: *Dux Suevorum, Hermannus, filiam ſuam unicam, nomine Idam, filio parvulo Ottonis Imperatoris dedit &c.* Nec majori fundamento imponunt alii IDÆ, *Mathildis* nomen; cum *Witichindus* l. c. *Hroswitha* l. c. *Ditmarus* l. c. & *Albericus*, eam diſtinctè IDAM appellent; Deceſſiſſe hanc Principem ann. 986. auctor eſt *Chronographus Saxo* h. a. pag. 199. inquiens: IDA *quoque Regalis Domina, Contectalis Luidolphi, filii Magni Ottonis, huic luci ſubtrahitur &c.* Idem docet cit. *Quedlinburgenſe Chronicon* ad h. a. pag. 281. *IDA quoque Regalis Domina, contectalis Ludolfi, filii Magni Ottonis Imperatoris, obiit.*

(3) De filio Ejus, OTTONE, ſeq. v. 32. loquar; cui *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 4. ſororem jungit *Mechtildim*, cujus natales *Quedlinburgenſe Chronicon* l. c. pag. 279. anno 949. vindicat, verb. *Mathilda, filia nata Luidolpho &c.* de obitu ejus, pergens, ad ann. 1011. pag. 288. *Abſtulit* (mors) *& de Regali ſtemmate gemmam, Machtildam Abbatiſſam, Ludolfi filiam &c.* Ubi fuerit Abbatiſſa, reperire non potui. His addit *Fabricius*, lib. 3. *Originum Saxonicarum* Oſnabrugenſem Epiſcopum, *Ludolfum*, ann. 983. 2. Kal. Apr. defunctum. Quem *Otto II.* Imp. in diplomate ann. 975. *conſanguineum ſuum* vocat; vid. *Erdwini Erdmanni Chronicon Epiſcoporum Oſnabrugenſium*, apud *Meibomium* Tom. 2. *Rer. German.* pag 204. Conf. *Meibomii* Notæ in lib. 3. *Witichindi* l. c. Tom. 1. pag. 699.

(4) Magna huic Principi ſunt cognomina. *Cunctis virtutibus fulgentem* eum celebrat *Ditmarus*, verbis modo adductis; *Hepidanno*, Annal. ad an. 948. audit: *Deo carus, & omnibus Sanctis &c. Roswithæ* l. c. vocatur: *multum devotæ perfectus mentis amore &c.* & pag. 719. *Cunctis blandus dulcedine mentis, manſuetus, clemens, humilis, nimiumque fidelis &c.* Judice *Rothgero*, in vita *Brunonis* Colonienſis, Cap. XV. apud *Surium*, XI. *Octob.* pag. m. 166.

Digitized by Google

166. fuit *unicè clarus & ſpectabilis adoleſcens qui, non ſolùm ad conſervanda, verum etiam ad exornanda Patriæ monimenta victoriæ, ſufficeret, ſi ſeductoribus minimè crediſſet &c.* & Cap. XXXV. pag. 172. *Flos integerrimus, & robur Regni tutiſſimum &c.* ſexcenta alia ut mittam.

(5) Ob egregias virtutes, quibus coruſcabat, *communi totius Senatus electione*, declaratur ann. 947. Paterni Regni heres. Nititur hoc aſſertum auctoritate *Ditmari*, lib. 2. cujus verba præced. v. 2. modò recitavi. Tempus oſtendit *Witichindus*, lib. 2. *Annal.* l. c. p. 651. *Poſt exceſſum Edidis Reginæ*, (quam an. 947. defunctam, præced. Tit. V. in vita Ottonis Magni, v. 2. pag. 493. docui) *omnem amorem maternum transfudit Rex in unicum filium ſuum, Liudulfum. Factoque Teſtamento, creavit eum Regem poſt ſe &c.* Conſentiunt: *Frodoardus*, ad an. 953. apud *Pithœum*, pag. 185. cujus teſtimonium præc. *Catal. Ducum Lotharingiæ*, in vita *Conradi I.* ad ann. eundem, pag. 260. jam exhibui. *Hroſwitha* l. c. pag. 719. quæ, laudes ejus decantando, canit:

Hinc quoque gratiolam, Chriſto præſtante benigno,
Tantam promeruit, meritam digneque recepit,
Gentibus ut cunctis, Patris Imperio religatis,
Ut quicunque ſuæ ſaltim perpaucula famæ
Verbula conciperet latebris propenſius auris,
Ipſius in dulcem totus raperetur amorem,
Abſentem venerans animis Dominum ſtudioſis:
Quem Pater, egregius Rex, & Senior Venerandus,
Dilectæ Matris mortem graviter patientem
Affectu patrio, nec non pietate benigna,
Digno percertè jam ſublimavit honore,
Subjectis faciens Regni digne dominari &c.

Auctor vitæ *S. Udalrici* Epiſcopi Auguſtani, Cap. X. apud *Surium*, 4. *Julii*, pag. m. 83. *His verò temporibus Luitolfus, filius Ottonis, Glorioſi Regis, DUX erat Alamannorum, cui Pater ejus anteà Gentes omnes Regionum ſua ditioni ſubjectarum, ſacramento, poſt finem vitæ ſuæ, ſubjugaverat &c.* Monachus *Hamerslebienſis*, de præclarè geſtis Imperatorum, ab Henrico *Aucupe, uſque ad Henricum V.* ap. D. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſvic.* p. 708. & apud *Maderum* l. c. p. 138. *EDITH obiit 7. Kal Febr. Anno Domini 947 — OTTO Rex Ludolfum, filium tunc annorum XVI. deſignavit Regem, iturus in Galliam, vindicare injuriam, amico ſuo factam LUDEWICO &c.* *Chronographus Saxo* an. eod. pag. 160. verbis præced. §. 2. extantibus; *Sigebertus Gemblacenſis* ad ann. 951. pag. m. 582. *Rex OTTO Filium ſuum, Luidulfum, natum ex filia Regis Anglorum, teſtamento, poſt ſe, Regem deſignat &c.* Unde ſua *Albericus*, ann. eod. pag. 287.

(6) An. 950. Inveſtitur à Patre, de *Ducatu Alemanniæ*; Vid. *Reginonis Continuator* h. a. pag. 77. *Rex Purificationem S. Mariæ Franckfurt celebravit, indeque Wormatiam adiit, ubi viduam Herimanni Ducis, ad ſe venientem, benignè ſuſcepit, ſed & filio, Luidolpho, Ducatum Alemanniæ commiſit &c.* Eadem repetit *Chronographus Saxo*, ann. eod. pag. 160. factum comprobantibus *Hermanno Contracto*, ad an. 948. pag. m. 313. & Monacho *Hamerslebienſi* l. c. ad an. 949. quorùm verba, in vita *Hermanni*, Principis noſtri Soceri pariter ac Prædeceſſoris, v. 5. pag. 311. reddidi; *Conrado Urſpergenſi*, ann. eod. in vita *Ottonis I.* p. 162. *Heremannus, Dux Alemannorum, moritur, pro quo Luitolphus, filius Regis Ottonis, Dux conſtituitur &c.* *Alberto Stadenſi*, an. eod. pag. 106. cujus teſtimonium evolvas præced. v. 2. Errat hinc Auctor *Chronici Magdeburgici*, apud *Meibomium T. 2. Rer. German.* pag. 269. in Exordio ſtatim, Eum *Ducatu Bavariæ ſublimatum* narrans.

Ann. eod. Mittitur à Patre in Italiam, adverſus *Berengarium*. Vid. præced. Tit. IV. §. 3. lit. m. v. 5. pag. 312. & 313.

(7) Ann. 951. In ſubjuganda Italia, *Henricum* Patruum adverſantem ſibi offendit. *Rex OTTO* (inquit *Reginonis Continuator*, ad h. a. p. 77. & 78.) *in Italiam ire volens, multo ſe, ad hoc iter, apparatu præſtruxit, quomodo Adalhaidam, viduam Lotharii, Regis Italici, filiam Rudolphi Regis, à vinculis & cuſtodia, qua à Berengario tenebatur, liberare, ſibique eam in matrimonium aſſumere, Regnumque cum ea ſimul Italicum adquirere poſſet, deliberavit. Quod, inter filios Ejus Luidolphus, cum Alemannis, anticipans, Patrique, ſi quid ibi, ad ingreſſum ſuum, fortiter ageretur, placere deſiderans, nihil tale, quod ſperaverat, peregit, ſed potius inconſultum Patrem offendens, totius inde rebellionis & diſcordiæ ſeminarium ſumpſit. Patruus enim ejus, Heinricus Dux, omnium ejus bonorum & proſperitatum invidus, de Bavaria, per triennium, Legatos ſuos præmiſit in Italiam, omniumque, quorum potuit, mentes Italicorum ab eo avertit, in tantum, ut nec Civitas, nec Caſtellum, quæ ſubſequenter Regis piſtoribus cocisque patuerant, Filio Regis aperiretur, omniaque ibi incommoda, & plena moleſtiæ pateretur.* Vexationi huic acceſſit ſubito alia, de qua idem l. c. pag. 78. pergit: *Mox ſubſequenter Rex Regnum Italicum ingreditur, Deoque ſibi aſſiſtente, totius Italiæ poſſeſſor efficitur. Sed & Domina Adelheid, Deo amabilis Regina, ſua ipſius prudentia, à cuſtodia eſt, Deo propitio, liberata,*

rr 2 & Ot-

& Ottoni Regi, felici, Deo auſpicante, copula conjuncta. Tunc Raidolphus (Luidolphus) *DUX hæc, quæ præſcripſimus, ægrè ferens, inconſulto Patre, ArchiEpiſcopo* (Moguntino) *Friderico comite, in Patriam revertitur &c.* Quæ omnia *Chronographus* quoque *Saxo*, ann. eod. p. 160. & 161. ſuppeditat. Duplici igitur mœrore afflictus fuit *Ludolphus*, ob inſperatas ſcilicet Patrui machinationes, quibus impeditus, conſilia in Italia in effectum deducere non poterat; & deinde, ob nuptias Patris cum *Adelheida*, Italiæ Regina, naſcituram inde prolem magno ſibi præjudicio futuram, non ſine cauſa metuens, (quantoquidem haud raro *mutato concubitu Patres depravantur, prælatis filiis poſterioris copulæ, neglectis autem his, qui ex priore progeniti ſunt*, ceu, ex lib. VI. *Hexaëmeron B. Ambroſii*, loquitur *Meibomius*, Not. in Librum 3. *Witichindi* l. c. p. 697. ſubnexa obſervatione JCti *Caji*, ad *P. Glitiam*, l. 4. ff. de *Inofficioſo Teſtamento.*) Poſterionem hanc rationem agnoſcunt quoque *Ditmarus* lib. 2. p. 16. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 1. p. 331. *Hujus* (Adelheidæ Reginæ) *laudabilem formam & famam Rex noſter animadvertens, Romam pergere ſimulavit, in ipſoque itinere, Longobardiam usque perveniens, præfatam, per Legatos, alloquitur Dominam, & donis præcedentibus placatam ſuæ voluntati conſentire coëgit, pariterque cum ea Papiam vendicavit Civitatem. Qua de re Ludolfus, filius Ejus, admodum triſtis effectus, ad noſtrates properavit, locisque, quae ad Salfeldum pertinent, abilitis, doloque idoneis, inſidias accultavit &c.* Ipſe *Witichindus*, lib. 3. *Annal.* p. m. 652. *Cumque Eum* (Ottonem Magnum) *virtus præfata Reginae non lateret, ſimulato itinere Romam proficiſci ſtatuit. Cumque in Longobardiam ventum eſſet, aureis muneribus amorem Reginæ ſuper ſe probare tentavit. Quo fideliter experto, in conjugium ſibi eam ſociavit: cumq; ea Urbem Papiam, quæ eſt Sedes Regia, obtinuit. Quod cum vidiſſet Ejus Filius, Luidulfus, triſtis à Rege diſceſſit, profectusque in Saxoniam, aliquandiu moratus eſt in loco conſiliis funeſto, Salafeldum &c.* Monachus *Hamerslebienſis* l. c. apud *Maderum*, p. 139. & Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 708. *Ludolphus, cum duxiſſet Pater ejus, OTTO, aliam Uxorem, Alheydim, triſtis diſceſſit in Saxoniam à Patre, qui Papiam, Sedem Regni, cum Uxore ſuſcepit &c. Albertus Stadenſis*, ad ann. 952. p. m. 106. aliique multi. *Frodoardus*, ad an. 953. teſtibus ejus verbis, præced. *Catalogo Ducum Lotharingiæ*, in vita *Conradi I.* ad hunc annum, p. 260. & *Hugo Flaviniacenſis*, in *Chronico Virdunenſi*, ad ann. eundem, apud *Labbeum, T. I. Biblioth.* MS. p. 133. exiſtimant, diſſidium inter Principem noſtrum, ejusque Patrem, ortum demum, ex quo præfata *Adelheida*, Uxor *Ottonis*, filium in lucem ediderit, cui Pater Regnum, in quo Princeps noſter jus radicatum jam habebat, traditurus ferebatur. Utraque vera ſententia; *Germanorum*, quoad ſimultatis originem: *Gallorum*, quoad ejus incrementa.

(8) An. 952. *Liudolfus Dux, de Italia reverſus, Regio ambitu, Natalem Domini Saleveld celebravit, ubi Fridericum, ArchiEpiſcopum,* (Moguntinum) *omnesque, qui in promptu erant Principes ſecum detinens, verbis & donis regalibus, rebellare Regi perſuaſit.* Ita *Chronographus Saxo* h. a. p. 161. immediatè ſubnectens: *Conrado autem Duce* (Lotharingiæ, Ludolfi, ex ſorore, Luitgarda, quam ſibi ſociam elegerat, affine) *ad perſequendum Berengarium relicto, Berengarius, ejusdem Ducis conſilio, in Saxoniam ad Regem venit, nil tamen proſperum obtinuit, ſed machinatione HENRICI Ducis,* (Bavariæ) *Fratris Regis, vix vita & Patria indulta, Italiam rediit. Unde etiam Conradus Dux, multum offenſus, à Regis fidelitate defecit. Unde etiam FRIDERICUS ArchiEpiſcopus eidem Duci reconciliatus eſt; nam antea inimicus erat &c.* Quæ *Witichindus* quoque lib. 3. pag. m. 653. *Reginonis Continuator*, ad ann. 953. pag. 78. reliquique, præced. *Catalogo Ducum Lotharingiæ*, in Vita *Conradi I.* ad annum 953. pag. 261. adducti teſtes, confirmant.

(9) An. 953. aperto Civili Bello, communem cauſam, adverſus *Henricum*, turbarum omnium Auctorem, tuebantur: LUDOLFUS, Dux noſter, CONRADUS, Lotharingiæ Dux, ejus affinis; FRIDERICUS, Moguntinenſis ArchiEpiſcopus, eorumque aſſeclæ; eo magis exaſperati, quod OTTO Rex HENRICI fratris, qui omnes offenderat, partibus accederet. Vid. *Annales Hildesheimenſes*, ad h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 1. pag. 718. *Satis acerba & nimium crudelis diſſenſio exorta eſt, inter Liudulfum, filium Regis, & Patruum ejus, Heinricum: ipſo Rege partes Fratris ſui adjuvante &c.* Quæ Auctor *Chronici Quedlinburgenſis*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2 p. 279. repetit; Aſſentiente Auctore Vitæ S. *Udalrici*, Epiſcopi Auguſtani, Cap. X. apud *Surium*, 4. *Julii* p. 83. quamvis aliam ſimul novamque belli cauſam, inter *Ludolfum & Henricum* Patruum, in medium proferat: *Patruus autem ejusdem Luitolfi, Heinricus, Frater Regis, DUX exiſtit Noricorum, quia verò inter ſe, propter confinia Regionum, ex ſuaſione malignorum hominum, rixas & contentiones exercere cœperunt, cumque eos Rex nullatenus ad concordiam & pacem revocare potuiſſet, objecit ſe Filio, & in adjutorium Fratris convertitur &c.* Hac rerum facie, *redeunte Rege de Alſatia, & Ingelheym Paſcha celebraturo, Luidolphus, filius ejus, & Chunradus Dux, nequam fautoribus, & ma-*

Digitized by Google

maximè juvenibus, & de Francia, & de Saxonia, & de Bavaria, ſibi coadunatis, conſpiraverant, & quaſcunque poterant, munitiones, ſeu Caſtella, futuræ ſeditioni muniebant. Nec enim jam clàm agebatur, quo tendebant, ſed aperta rebellionis ſigna monſtrabant. Rex igitur Ingelheym perveniens, paucis ſuorum fidelium ſecum habitis, non tutè, inter medios hoſtes, Paſcha celebrandum ratus, Moguntiam inde ſeceſſit: ubi, aliter quam Regem decebat, diutius ante portas expectans, Friderico ArchiEpiſcopo jam cum illis conſpirante, vix Urbis ingreſſum obtinuit. Tunc Luidolphus & Chunradus, ibi, facta ad eum humilitate; (ut poſt claruit) venientes, nihil talium ſe in Ejus contrarietate egiſſe dicebant; ſed, ſi Henrichus, Frater Ejus, in Paſcha Ingelheym veniret, illum ſe comprehenſuros non negabant. Quod Rex tranquillè ac modeſtè ſuſcipiens, navigio Coloniam attigit; indeque progrediens Droomannivico Paſcha celebravit. Poſt Paſcha coordinata fidelium ſuorum multitudine, Coloniam, rurſum rediit, ibique Metenſem Epiſcopum, in quo maxima ſpes & fiducia Luidolpho & Chunrado eſſe videbatur, omneſque Lotharienſes, exceptis paucis, quibus prædæ & rapinæ cordi erant, obvios habuit, &, ab amicis ſuis deficientes, benigna ad ſe venientes ſuſcepit charitate, & in ſua fidelitate firmos & ſtabiles coadunavit. Quibus diſpoſitis, in Saxoniam revertitur, ubi firmatis nihilominus & ſtabilitis ſuis rebus, iterum in Franciam hoſtili manu revertitur. Quo audito, Fridericus ArchiEpiſcopus Maguntia ſeceſſit, & Civitatem Briſacum, Caſtellum, latibulum ſemper Deo Regique rebellantium, intravit, totamque ibi penè æſtatem, rei eventum expectaturus, permanſit. Tunc Rex audiens Moguntiam, Metropolim Franciæ, Regiamque Civitatem (quo Conradus Dux, à Socero, Rege, interea proſcriptus, & Lotharingiæ Ducatu mulctatus, ſe receperat) inimicis ſuis deditam, qua potuit velocitate, eam adiit, collectaque ſuorum Fidelium multitudine, tam Francorum, quam Saxonum & Lotharienſium, firma eam obſidione circumdedit. Sed & Frater ejus, Henrichus de Bavaria, Regi auxilium collaturus, advenit, licet ſibi plus incommodi, quam utilitatis, conquiſierit. Nam interim Luidolfus Bavaros, machinatione Arnoldi, Fratris Judithæ, uxoris ejus, ab eo avertit, & Ratisbonam intromiſſus, omnes ejus ibi theſauros diripuit, ſuiſque rapiendos diſtribuit. Quæ ejus incommoda Rex ſuis præponens, Moguntiam obſidione abſolvit, & in Bavariam iter dirigens, Ratisbonam obſedit, in qua obſidione, pene uſque Natalem Domini, permanſit &c. Hæc omnia Reginonis Continuator h. a. p. 78. & 79. Conf. Witichindus lib. 3. Annal. pag. m. 652. & 653. cujus verba præc. Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 7. in vita Hermanni I. C. P. R. p. 943. occurrunt; Auctor Vitæ S. Udalrici Auguſtani l. c. Frodoardus, ad ann. 953. p. 185. unde hauſi, quæ & huc ſpectantia, præced. Catal. Ducum Lotharingiæ, in vita Conradi Ducis, extant; Ditmarus, lib. 2. pag. m. 16. & apud Dn. de Leibnitz, l. c. Tom. I. pag. 331. Hermannus Contractus an. 953. pag. m. 314. Lambertus Aſchaffenburg. an. eod. p. m. 156. Hepidannus, Annal. an eod apud Goldaſtum T. 1. Rer. Alamann. Part. I. Marianus Scotus an. eod. pag. 447. Sigebertus ad an. 952. p. m. 582. Chronographus Saxo an. 953. p. 163. & 164. & an. 954. pag. 164 & 165. Annales Hildesheimenſes, an. 953. apud Dn. de Leibnitz l. c. Tom. 1. pag. 718. Chronicon Quedlinburgicum, an. eod. ibid. Tom. 2. pag. 279. Otto Friſingenſ. lib. VI. Chron. Cap. XIX. pag. 128. Conradus Urſpergenſ. an. eod. in vita Ottonis I. pag. m. 162. Chronicon Divionenſe S. Benigni, an. eod. apud Labbeum T. 1. Biblioth. MS. pag. 294. Albericus, Monachus trium Fontium, ad an. 952. p. 287. & 288. Albertus Stadenſis, an. 953. pag. m. 107. Gobelinus Perſona ætat. VI. Coſmodrom. Cap. 48. apud Meibomium l. c. Tom. I. pag. 249. &c. Sigonius, de Regno Italiæ, lib. 6. an. eod. pag. 268. &c. Ex Recentioribus: Bœcleri Hiſtor. Seculorum IX. & X. in vita Ottonis I. pag. m. 306. &c. Dn. Tolnerus, Hiſtor. Palat. Cap. VIII. pag. 210. & ſeqq.

(10) An. 954. Continuato bello, infeſtat Bavariam Dux noſter, ejecto inde Henrico Patruo. Vid. Frodoardus h. a. pag. 187. Liudulfus, expulſo Heinrico, Patruo ſuo, totius Bajoariæ nanciſcitur Principatum &c. Tandem vero, mediantibus Imperii Principibus, Patruo præſertim, Brunone, Colonienſi ArchiEpiſcopo, rediit iterum, 17. Decembr. in Patris gratiam, mulctatus tamen Ducatu, in Burchardum translato. Reginonis Continuator ad h. a. p. 79 ait. Eadem tempeſtate Luidolphus, in gratiam Regis revocatus, vaſallos, quos habuit, & Ducatum, Patri reddidit, cui Burchardus in Ducatu ſucceſſit &c. De Mediatore, loquitur Rothgerus, in vita Brunonis, C. XXXV. apud Surium, 11. Octobr. p. 172. Eum (Rudolfum) mox in Epiſcopii ſui locum venerabilem, Bonnam videlicet, jucunde ſatis invitavit, jucundius ſuſcepit, omni voluptate utriuſque digna & commoda, cunctis, qui aderant, gratiſſima —— inſtitit Nepotem Patruus amplius conſolari. Factum eſt in brevi, inſtinctu hujus Conſiliarii, ut Filio ſuo, qui perierat, & inventus eſt, Imperator totam Italiam delegaret, &, quod majus fuit, paternam firmiſſimè pietatem impenderet &c. Diem deſignat ipſius Ottonis filius naturalis, Wilhelmus, Moguntinus Præſul, apud Marianum Scotum, ad an. 945. pag. m. 448. Fridericus, Sanctæ Moguntiacenſis Eccleſiæ ArchiEpiſcopus, 8. Cal. Novembr. obiit. Eodem verò Anno, Ego Guilielmus, tantæ ſucceſſionis indi-

Digitized by Google

gnus, loco ejus, cum conſenſu Cleri & Populi ejusdem Sanctæ Sedis, XVI. Calend. Januarii, ipſoque Die Pacem (Pax, vel Pace) *inter Regem Ottonem, & Filium Ejus, Luttolphum, facta, in loco Aranſtedi ſtan dictus &c.* Modum exponit Monachus *Hamerslebienſis*, de *Rebus præclarè geſtis Imperatorum*, apud *Maderum, Antiq. Brunſuic.* p. 139. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 708. *Poſt prælia, tandem Patris provolutus pedibus, ſupplicans cum lacrymis, flexis Patrem, & gratiam invenit. Conradus etiam, Gener Regis, in gratiam receptus, & ambo fideles permanſerunt &c.* &, prolixiori ſermone, *Witichindus* lib. 3. p. m. 654. & 655. totam ſubminiſtrans rerum geſtarum ſeriem, quatenus ſcil. finitis XVII. Cal. Julii, Induciis anni ſuperioris, habitus ſolennis apud *Cinnam*, in Ducatu Magdeburgico, Conventus, in quo Rex valde conqueſtus de rebellione filii, inter alia inquiens: *Ecce, ſine filiis ſedeo orbatus, dum Filium graviſſimum hoſtem patior, quem plurimum amavi, &, à mediocri loco, ad ſummum gradum, ſummumque honorem, provexi: unicum filium meum habeo adverſum me. Tolerabile hoc totum foret, ſi non Dei hominumque inimici his cauſis introducerentur. Modò Regnum meum habens deſolatum, Populum captum vel interfectum, Urbes deſtructas, Templa ſuccenſa, Sacerdotes extinctos: adhuc madent ſanguine plateæ, auro meo & argento, quibus Filium, Generumque, ditavi, hoſtes Chriſti ſedes ſuas remeant referti. Quid ergò ſuperſit ſceleris, quid perfidiæ, excogitare nequeam &c.* Confirmante hæc, alia oratione, *Henrico*, Regis Fratre, *Liudulfus procedens ait: Conductos adverſum me pecunia, fateor, obtinui, ne me, mihique ſubjectos, læderent: ſi in hac parte culpabilis prædicor, ſciat me omnis Populus hoc non voluntariè, ſed ultima neceſſitate coactum feciſſe. Poſtremò, Pontifex Summus* (Fridericus Moguntinus) *rationem intravit, promittens, ſe, quodcunque Rex imperaviſſet, Judicio ſignificaturum, nunquam contra Regem ſenſiſſe, vel velle, vel feciſſe, timore coactum à Rege diſceſſiſſe: offenſum ſibi eum, qui intellexiſſet innocentem, graviſſimis accuſationibus obrutum: de cætero juramentorum omnibus juramentis fidem ſervaturum. Ad hæc Rex: A vobis non exigo juramentum, niſi pacis, & concordiæ; conſilium, in quantum poſſitis, adjuvetis. Et hoc dato, in fide ac pace eum dimiſit. Pontifex, cum Duce Chunrado, cum Adoleſcentem* (Ludolfum) *non poſſent inclinare, quatenus Patri ſubderetur, ejusque ſententiam ſecutus ſuſtineret, diſceſſerunt ab eo, Deo Regique ſe jungentes. Proxima nocte Liudulfus cum ſuis à Rege diſcedens, Urbem Reinesburg, cum Exercitu, intravit. Rex autem, ſequens Filium, Urbem oſtendens, quae dicitur Horſedal, obſedit eam. Facta autem pugna, durius certamen circa murum nemo unquam viderat mortalium. Multi ibi ex utraque parte cæſi, plures ſauciati, noctis tenebræ prælium diremere &c.* Tertio die poſt, itum ad obſidendam Urbem *Ratisbonam*, quâ ad incitas redacta, *egreſſus Liudulfus, cum principalibus Viris, pacem poſtulat, ſed non impetrat, quia Patri obedientiam negat &c.* Tandem verò fame coactus, *interventu Principum, iterum Liudulfus, cum ſociis, Urbe egreſſus dum menſe integro & dimidio obſideretur, pacem obtinuit, usque ad condictum diem, dum de his cauſis dijudicaretur, locusque conſilii apud Fridesleri notabatur. Rex redit deinde in Patriam, Henricus vero Novam Urbem obtinuit. Reinesburg penè omnis proxima nocte arſa. Exercitandi gratia venationem agens Rex in loco, qui dicitur Suveldun,* (Salvelda) *filius Patri, nudatis plantis, proſternitur, intimo tactus pœnitentia, oratione flebili, Patris primum, deinde omnium præſentium lacrymas extorquet. Amore itaque paterno ſuſceptus in gratiam, ſpondet, ſe obtemperaturum, conſenſurumque omni paternæ voluntati. &c.* Hæc omnia *Witichindus* l. c. &, ex eo, *Chronographus Saxo*, ad an. 954. d. 164. 165. & 166. atque *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. XXXII. p. 733. Non ſatis accurate igitur ſcribit *Sigebertus*, ad an. 955. p. 582. LIDULFO *ad gratiam Patris ſui reducto &c.* reductione hac non in hunc, ſed præcedentem annum 954. referenda.

(11) An. 956. adverſus rebelles *Berengarium*, & *Adelbertum*, ejus filium, denuo à Patre in Italiam miſſus, tanta fortitudine cuncta egit, ut univerſam penè Provinciam Legibus ſuis vindicaret. Vid. *Continuator Reginonis*, ad h. a. p. 79. *Liudolphus in Italiam, ad deprimendam Berengarii tyrannidem, dirigitur, & in brevi, expulſo Berengario, totius penè Italiæ poſſeſſor efficitur &c.* ſic *Frodoardus* ad ann. 957. p. 191. *Liudulfus, Othonis filius, qui pene totam obtinuerat Italiam, obiit &c. Hroſwitha*, de *Geſtis Ottonum*, cujus verba præced. Tit. IV. p. 314. exhibui; *Hermannus Contractus*, an. 956. p. m. 314. *Luitolfus Dux Italiam hoſtiliter invadit, & Beringarium, cum filio ejus, fugavit &c.* & ad ann. 957. *Luitolfus Dux Adalbertum* (Berengarii filium) *bello vicit &c.* Conſentientibus Monacho *Hamerslebienſi* l. c. *Lamberto Aſchaffenburgenſi*, an. 956. p. 156. *Hepidanno*, ann. eod. *Chronographo Saxone*, ann. eod. p. 169. Monacho *Herveldenſi*, an. eod. apud *Schardium T. 1. Rer. German. p.* 374. *Conrado Urſpergenſi*, an. eod. in vita *Ottonis I. p.* 162. *Annalibus Hildesheimenſibus* Dn. de *Leibnitz*, an. eod. T. 1. *Rer. Brunſuic. p.* 718. *Chronico Quedlinburgico*, an. eod. ibid. T. 2. p. 280. *Chronico Rothomagenſi*, an. eod. apud *Labbeum* l. c. Tom. I. p. 366. *Alberto Stadenſi*, an. eod. p. 107. &c. &c.

(12) Cunctis præclarè in Italia geſtis, moritur tandem

dem 6. Septemb. an. 957. & quidem, in prælio, contra *Adalbertum* fortiter dimicans, ſi vel Auctori *Vitæ Mathildis Ducatricis*, Cap. 3. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 691. habenda fides, cujus verba præced. Tit. IV. §. 3. lit. m. v. 7. p. 314. occurrunt, ubi ſimul ejus viſcera, in Eccleſia *S. Proſperi*, ab *Azone*, Canoſſæ Comite, recondita dicuntur; quamvis de ipſo corpore, p. 692. pergat: *Corpus tandem digne condiens aromatibus, Patri transmiſit Ottoni*; quod etiam, apud *S. Albanum, Moguntiæ*, terræ mandatum; *Reginonis Continuatore* an. 957. p. 79; *Frodoardo* l. c. *Lamberto Aſchaffenb.* an. eod. p. 156. Monacho *Herveldenſi*, an. eod. l. c. *Chronographo Saxone*, an. eod. l. c. Chronico *Quedlinburgico* an. eod. l. c. *Annalibus Hildesheimenſ.* an. eod. l. c. &c. aliisque teſtibus. *Hepidannus* an. eod. ex febri eum defunctum tradit: *Liutolfus, in Italia febre correptus, heu proh dolor! vitam præſentem finivit &c.* Reliqui omnes, quorum nomina præced. Tit. IV. l. c. conſignavi, crude Eum hoc Anno in Italia deceſſiſſe, reſtantur; quibus *Herveldenſis Monachus*, p. 374. *Chronicon Quedlinburgicum* l. c. & *Chronica Auſtralis.* an. eod. 957. apud *Freberum*, p. 314. addi poſſunt. Solum *Necrologium Fuldenſe*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 764. notat tempus ejus exceſſus, ad annum 957. ubi: *Liutulf Rex* (Dux) *filius Regis, VIII. Idus Septembr.* Ingens lapſus *Jacobi Regiovillani*, in *Supplem. Chronici Alſatici*, *Edit. Schilter.* p. 429. ſcribentis: *Lutolff, des Erſten Keiſer* OTTEN *Sun, von Sachſſen, der ſtarp Nünhundert Nüntzig Süben Jor.*

(31) BURCHARDUS II.

(1) De Patre ejus, inquit *Henricus Pantaleon*, Part. 2. *der Teutſchen Helden*, p. 60. in vita *Burckardi I.* Burckardt II. 957. *Er iſt des Erſten Burckardten, und Regelinden Sohn, und des Herman Scieffſohn, geweſen &c.* & rurſus, p. 91. in ipſius vita: *Er iſt Burckhardt des Erſten Hertzog in Alemannia, oder in Schwaben, Sohn geweſen &c.* Sic & Illuſtr. Dn. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. X. p. 221. *Suffectus* (Lutolfo) *Burcardus II. Burcardi I. Filius &c.* *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 39. conſtituit eum fratrem *Hermanni* Ducis, an. 949. defuncti, Annoque 955. in prælio Hungarico, ad Licum amnem, occiſum putat. Dn. *Tolnero*, *Hiſt. Palat.* Cap. VIII. p. 214. Comitibus *Helffenſteiniis* oriundus videtur: *Luitolfus, levatis caſtris, cum Conrado, ſuisque aliis, Ratisbonam repetiit; Imperator vero, tradita Suevia Burchardo, Comiti ab Helffenſtein, caſo poſtea an.* 955. 10. *Aug. in prælio contra Hungaros, in Bavariam pergit &c.*

(2) Conjuges ei adſcribuntur duæ, (1) *Luitgarda*, ſoror *S. Udalrici*, Epiſcopi Auguſtani, adeoque *Hupaldi* Kiburgenſium Comitis, atque *Disperga*, *Burchardi* Sueviæ Ducis, qui an. 911. obiit, filiæ, gnata, quarum Auctor Vitæ *S. Udalrici.* Cap. I. apud *Surium*, 2. Julii, p. 77. meminit: *S. Udalricus excelſa Proſapia Alamannorum, ex Religioſis & Nobilibus Parentibus, ortus, Patre ſcil. Hupaldo, & Matre, Thetpirga nuncupata &c.* In margine additur: *Natus eſt Anno* 890. (2) *Hedwig, Henrici Rixoſi*, Ducis Bavariæ, Filia. Audiamus *Nauclerum*, Vol. 2. *Chronograph.* Generat. XXXII. p. m. 735. *Burcardus Dux Sueviæ, Tertius hujus nominis*, (ſi vel ejus habeatur ratio, cujus præced. v. 24. facta mentio) *habuit duas Uxores: prima fuit, ſoror S. Udalrici, Luitgart dicta; qua defuncta, duxit Hedvigem, filiam Henrici, Ducis Saxoniæ & Bavariæ, qui fuit frater Ottonis Magni. Hæc Hedwig adprime docta legitur fuiſſe, in Latino & Græco, pulchra, & tamen auſtera; reſidebat in Caſtro Duello, id eſt, Tuiel. Fuit Monaſterii S. Galli, & Augiæ Majoris, Advocata, & moritur ſine prole &c.* Ut & *Pantaleonem* l. c. *Zu diſem, name Burckhardt erſtlich Luithgarden, S. Hulderich, Biſchoffen zu Augſpurg, Schweſter, zu der Ehe. Wie dieſe geſtorben, name er Hedwigen, Hertzog Heinrich in Beyeren, ſo Keyſer Otten Bruder geweſen, Dochter. Es was dieſe Hedwig, in Lateiniſcher und Griechiſcher Sprach wohl underrichtet &c.* De *Luitgarda* loquitur etiam Genealogia *Kyburgenſium* Comitum, ex Codice MS. Veteri *Bibliothecæ S. Udalrici* Auguſtæ Vindelicorum, à *Goldaſto*, in fine *Tomi* 2. *Partis Primæ Antiquitatum Alemannicarum*, pag. 157. deſcripta, ubi:

Hartmannus I. Comes de *Kyburg.*
Ux. N.

Hupaldus I. natus ann. 865. obiit 908.
Ux. *Diepergà*, nata circa an. 870. Filia
Burchardi I. Sueviæ Ducis, qui obiit 911.

Diopoldus; rectius *Diepaldus*, an. 955. 10. Aug. occiſus. Vid. Vita *S. Udalrici*, C. XII. apud *Surium*, 2. Julii, p. m. 85.	*Manegoldus.*	*S. Udalricus*, natus an. 890. obiit 973.	*Albertus I.*	*Luitgarda*, Uxor *Burchardi III.* Sueviæ Ducis, qui obiit 973.

Quæ

Quæ de *Hedwige* in medium hic prolata ſunt, auctoritate nituntur *Eckehardi Junioris*, de *Caſibus S. Galli*, Cap. X, apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I. Part. I. p. 42. *Hadawiga, Henrici Ducis filia, Suevorum poſt Burkhardum Virum Dux vidua, cum Duellio* (Hohen Dwiel) *habitaret, femina admodum quidem pulchra, nimiæ ſeveritatis cum eſſet ſuis, longe lateque terris erat terribilis. Hæc, quondam parvula, Conſtantino, Græco Regi, cum eſſet deſponſata, per Eunchos ejus, ad hoc miſſos, litteris Græcis apprime eſt erudita. Sed, cum imaginem Virginis pictor eunuchus, Domino mittendum, uti ſimillime depingeret, ſollicite eam inſpiceret, ipſa, nuptias exoſa, os divaricabat & oculos. Sicque Græco pervicaciter repudiato, litteris poſt Latinis ſtudentem Burkhart illam Dux multipliciter dotatam duxit; & cum jam eſſet decrepitus, thalamo, ut ajebant, ſecum nequaquam, cubantem in proximo moriens, quamvis non* (particula hæc negativa ſenſum corrumpere videtur) *intactam, incognitam, ut celebre eſt, cum Dotibus & Ducatu, reliquit puellam &c.* Intelligendum autem, per *Henricum Ducem*, Imperatoris *Ottonis Magni* fratrem, diſcimus ex *Witichindo*, L. 3. *Annal.* cujus verba mox proferam. Conf. Dn. *Tentzel, Vindic. Conring. Cenſuræ Diplom. Lindav.* Cap. XIV. §. 2. p. 317. *Hemingeſius* l. c. perperam *Hedwigæ* nomen tribuit *Luitgardæ*.

(3) Ex *Luitgarda* Kyburgenſi quinque liberos ſuſcepiſſe fertur, quorum nomina, ex præfata Genealogica Tabula Bibliothecæ *S. Udalrici* loc. cit. hæc ſunt:

Adelbero, Canonicus Auguſtanus, *S. Udalrici* deſtinatus ſucceſſor.

Reginbaldus, qui obiit 955. occiſus in prælio ad Lycum, 10. Aug. vid. vita *S. Udalrici* l. c. C. XIII. p. 85.

Hupaldus. Vid. eadem vita, C. XXVIII. p. 92.

Manegoldus. Vid. eadem Vita, C. XXVIII. pag. 92.

Kunigunda, Monialis.

(4) In *Ducatu Alemanniæ* ſucceſſit an. 954. *Ludolfo, Ottonis* Imp. gratia; quo *Reginonis Continuatoris* teſtimonium pertinet, in vita *Ludolfi* v. 10. ad an. 954. *Hermannus Contractus* vero, ad an. 957. pag. m. 314. in locum extincti demum *Ludolfi*, ſurrogatum eum tradit: *Luitolfus Dux Adalbertum bello vicit & ipſe, eodem anno, obiit, & Burchardus Ducatum ejus accepit &c.* Ita quoque Dn. *Obrechtus, Prodr. Rer. Alſat.* Vol. I. Cap. X. p. 221.: *Cui* (Ludolfo) *an. 957. mortuo, ſuffectus Burcardus II. Burcardi I. filius &c.* Perperam Eum jam an. 951. Ducem creatum exiſtimat *Pantaleon* l. c. Adhuc minus recte omittitur *Jacobo Regiovillano, Supplem. Chronici Alſatici*, Edit. Schilter. pag 429.

An. 955. famoſo interfuit Prælio ad Lycum, quo 10. Auguſti, Hungari ad internecionem cæſi; teſtis eſt *Witichindus* lib. 3. *Annal.* apud *Meibomium T. I. Rer. Germ.* pag. 656. deſcribendo aciem, nominandoque quinque priorum Legionum Capita, inquiens: *Sextam & Septimam conſtruxerunt Suevi, quibus præfuit Burchardus, cui nupſerat Filia Fratris Regis &c.* Unde ſua *Nauclerus* l. c. p. 734. *Pantaleon* l. c. aliique. Conf. de hoc prælio, præced. Tit. V. Vitam *Ottonis Magni*, v. 4. ad ann. 955. pag. 497. & 498. & præced. *Catalogum Ducum Lotharingiæ*, v. 14. Vita *Conradi I. Ducis*, in fine, pag. 261.

An. 965. ab Imperatore in Italiam miſſus, ſtrenue demandato ſibi munere fungitur. *Hermannus Contractus* h. a. pag. m. 315. *Burchardus, Dux Suevorum, in Italia, rebelles Imperatoris vicit &c.* Plura *Reginonis Continuator*, ann. eod. verbis præced. Tit. IV. §. 3. lit. m. v. 11. p. 318. jam adductis.

(5) Exuvias tandem mortales depoſuit ann. 973. Vid. *Hermannus Contractus* h. a. pag. m. 315. *Burchardus Dux obiit, pro quo Otho, Liutolphi filius, regnavit annis IX. &c.* & in Codice Novo, pag. 316. *Burchardus, Dux Alemanniæ, obiit, & Otto, filius Liutolfi, paternum pro eo Ducatum recepit &c.* Add. *Necrologium Fuldenſe*, ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz, T. 3. Rer. Brunſvic.* pag. 764. *Burghart DUX*, ſcil. mortuus eſt. *Chronica Auſtralis*, an. eod. apud *Freherum T. 1. Rer. German.* p. 214. *Burcardus Dux obiit. Leutolfi filius, Otto, regnavit in Suevia &c. Pantaleon* l. c. in vita *Burckhardi* pag. 60. *Burckhardt II. --- ſtarb den 12. Decemb. 973. &c.* & in vita ipſius *Burkardi II.* pag. m. 91 *Als Er* (Burchardus) *dergeſtalt XVI. Jar loeblich geregieret, iſt er an dem XII Tag Decembris, da man zalt 973. geſtorben, und ehrlich begraben worden.* Dn. *Obrechtus* l. c. *Quem* (Burcardum II.) *Anno 973. excepit Otto, Luitolfi Filius &c.* Solus *Hepidannus, Annal.* apud *Goldaſtum T. 1. Rer. Alamann.* Part. I. eum anno 978. defunctum arbitratur, ſcribens h. a. *Otto Imperator Auguſtus, & Burchardus Dux, & Uodalricus Epiſcopus, & Nepos ejus, Adelbero, & Uodalricus Comes, & Ekkehardus Monachus, iſto anno, de hoc Seculo receſſerunt.* Sphalma autem hic ſubeſſe, nemo non videt, cum *Otto* Imp. non an. 978. ſed 973. ut præced. Tit. V. in ipſius vita, p. 499. ſatis probavi, deceſſerit. Verſa vice, in prælio Hungarico ad Lycum, an. 955. Eum jam occubuiſſe, nulla auctoritate perhibet *Henning. P. I. Secundi & Tertii Regni, in Quart. Monarch.* p 39.

Digitized by Google

in ejus locum ſubſtituendo filium *Burchardum*, an. 973. extinctum.

(32) OTTO I.

(1) Natus eſt hic Princeps, *Ludolfi, Alemannorum* Ducis, & *IDÆ*, filius, ann. 954. Vid. *Reginonis Continuator* h. a. p. 79. *Luidolpho filius, Otto, naſcitur &c.* Hinc, ſine dubio, ſua, *Meibomius*, Not. in librum III. *Witichindi Annalium, T.* 1. *Rer. German*, pag. 699. *Filius* (Ludolfi) *OTTO, quem reliquit, natus eſt anno* 954. Genealogiam comprobant Ipſe Imperator *Otto* II. in Diplomate, ann. 976. Patavienſi Eccleſiæ dato, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. I. *Metropolis Hundii*, pag. 359. *Allubeſcentes precibus dilectiſſimi Fratruelis Noſtri, Ottonis, Ducis videlicet Bajoariorum, atque Wiligiſi ArchiEpiſcopi, quandam Juris noſtri Abbatiam, infra Territorium Patavienſis ſitam Civitatis, --- Patavienſi Eccleſiæ S. Stephani - - donamus &c.* & in alio, de ann. 980. ibid. pag. 361. *Dilectus Fratruelis Noſter, Otto, Dux Alemannorum, & Willigiſus ArchiEp. Noſtram imploraverunt Clementiam &c. Hermannus Contractus*, ad ann. 973. pag. 315. & 316 verbis præced. vita *Burckardi II.* v. 5. allatis, Auctor *vitae S. Udalrici* Auguſtani, C XXVIII. apud *Surium*, 4. *Julii*, pag. m. 92. de quo mox; *Ditmarus* lib. III. pag. m. 29. & apud Dn. de *Leibnitz T. I. Rer. Brunſvic.* pag. 343. ubi, mentione facta privati certaminis, quo ann. 976. Comes *Gero*, *Walaonem* adverſarium proſtravit: *tunc GERO juſſus, decreto Judicum, & voce Imperatoris, à carnifice quodam, decollari*, 3. *Id. Auguſti. Haec pugna nulli, niſi tantùm ArchiEpiſcopo Adelberto* (Magdeburgico) *& Thiedrico placuit Marchioni*: (Miſniæ) *correptusque eſt Imperator, ab Ottone, Bavariorum Duce, Luidulphi filio, eodem die veniente, & à Comite Bertoldo, quod, ob tam vilem cauſam, tantus vir nunquam damnari debuiſſet &c.* Quæ *Chronographus Saxo*, ad an. 979. p. m. 190. repetit. *Chronica Auſtralis*, ad an. 973. pag. m. 314. Sexcenti alii.

(2) Num Uxorem duxerit, vel liberos procreaverit, apud Veteres legiſſe me non memini. Quæ *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 4. de Conjuge ejus, *Himmeltraudi* Lotharingica, indeque natis: (1) *Brunone*, Epiſcopo Verdenſi, poſtea Romano Pontifice, ſub *Gregorii V.* nomine, celebri, (2) *Eckardo*, Marchione Saxoniæ & Thuringiæ, à *Lothario* & *Bennone*, Saxoniæ Ducibus, an. 1004. circa *Nauenburgum interfecto*, quod electioni *Henrici S.* fuerit adverſatus; (3) *Conrado*, ann. 989. ab *Ottone III.* conſtituto Charinorum limitis Duce; & (4) *Henrico*, narrat, fundamento carent Conf. ſeq. *Catalog. Ducum Franconiæ*, in Vita *Ottonis* Ducis.

(3) Mortuo *Burchardo*, nactus eſt, ab Imperatore *Ottone*, ann. 973. *Alemanniæ Ducatum.* Vid. *Hermannus Contractus* l. c. *Chronica Auſtralis Freheri* l. c. *Pantaleon*, Part. 2. *der Teutſchen Helden*, pag. 60. in *Catalogo Ducum Sueviæ*: Otto 973. *Es was Herzog Luitbolphen in Schwaben Sohn, warde, von Keyſer Otten II. zu einen Statthalter des Hertzogthumb Alemannia geordnet, regieret neun Jar.* Dn. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſatic.* Vol. I. Cap. X. p. 221. *Jacobus Regiovillanus, Chron. Alſat.* Edit. *Schilter.* pag. 429. ſine ratione cum ſilentio præterit.

An. 976. Ejusdem Imperatoris gratia obtinuit quoque *Bavariæ Ducatum*, pulſo inde *Henrico* Duce. Vid. citatum diploma *Ottonianum* de ann. 976. *Lambertus Aſchaffenburg.* h. a. pag. m. 157. *Otto Imperator perrexit ad Bajoariam, atque Henricum Ducem expulit, Ottonique Duci* (Alemanniam) *Bajoariam commendavit &c.* Innuit hoc *Hermannus Contractus*, ann. eod, pag. m. 316. *Diſſenſio inter Othonem Imp. & Henricum, Ducem Bajoariæ. oritur &c.* nec non *Chronographus Saxo*, ann. eod. p. 189. *Henricus, Dux Bawariorum, ſua poteſtate privatus, & excommunicatus, cum Sclavis degebat vagus & profugus &c.* & Monachus *Herveldenſis*, an. eod. apud *Schardium, T.* 1. *Rer. German.* pag. 375 *Otto Imperator perrexit ad Bajoariam, atque Henricum Ducem expulit, Ottonique Duci Bajoariorum* (Bajoariam) *commendavit &c.* & *Annales Hildesheimenſ.* an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 719. *Henricus, Dux Bajowariorum, ſua poteſtate depoſitus, & excommunicatus, degit cum Sclavis &c.* & *Sigebertus Gemblac.* ad an. 975. p. 587. *Otto Imperator Henricum Ducem ſibi ſubjugat &c.* & *Albericus*, ann. 976. p. 21. *Otto Imperator. Henricum Ducem ſibi ſubjugat &c.* Add. *Arnoldus*, in vita *Godehardi*, Hildesheimenſis Epiſcopi, L. 1. Cap. IV. apud *Surium*, 4. Maji, pag. m. 57. & Dn. de *Leibnitz*, l. c. pag. 485. Cap. I. verbis præced. *Catalog. Ducum Saxoniae*, in vita *Bernhardi I.* v. 5. p. 114. occurrentibus; &, ex Recentioribus, *Simonis Rettenpacheri Annales Cremifanenſes*, lib. 2. C. 4. p. 128. *Henricus, prælio imparatus, ad Carantanos, vel Bojæmos, profugit. Otho* (Imperator) *Provinciam, Rectore vacuam, Othoni, fratris ſui Ludolphi --- filio. Sueviae Duci, tradidit &c.* Cauſam proſcriptionis ſuppeditat *Lambertus* ad ann. 974. vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 93.

Ann. 977. *Diſcordia inter Ottonem, Ducem Sueviæ, & Henricum, Ducem Bajoariæ* (ob ipſum Ducatum Bajoariæ) *commota eſt.* Ita *Hermannus Contractus*

tractus h. a. p. 316. Conf. Vita S. *Udalrici*, Auguſtani Epiſcopi, Cap. XXVII.I. apud *Surium*, 4. *Julii*, p. 92. *Otto, filius Luitolfi, filii Ottonis Imp. Dux fuit Alamannorum; & Heinricus, filius Heinrici, fratris ejusdem Imp. Dux Bawariorum erat; qui, quamvis, ex vicina propinquitate, charitate conjuncti fore debuiſſent, ex machinatione malè ſuadentis Satanæ, invidias & diſſenſiones inter ſe exercere cœperunt. Heinricus itaque Epiſcopus*, (Auguſtanus) *æquivoco ſuo Duci aptiar manſit in omnibus, & ipſius conſiliis plus conſentiens, quam Ottoni Duci, quamvis Civitas Auguſta in ſua Ducatu ſita maneret. Pro hac vero re, Otto Dux contra eum iratus eſſe cœpit, & cum fidelibus ſuis conſiliari, ut ei, in quibuscunque potuiſſet, adverſaretur, quod & fecit.* Et, paucis interjectis: *Cum Imperator, Otto, Gentem Slavorum, cum Exercitu, invadere voluiſſet, & Otto, qui tunc Dux erat Alamannorum, & Bawariorum, Heinrico depoſito, in adjutorium Ejus venire, cum Alamannis & Noricis, paratus eſſet, Heinricusque Epiſcopus ire ſe cum illo promitteret, expectavit cum ſuis militibus, donec recederet Exercitus, &, ſicut antea conſiliati ſunt, occuparunt, cum militibus ſuis, Civitates, quas potuit, & ipſe in Nuwingburg intravit. Heinricus autem, qui antea Dux fuit, Pazovam* (Paſſavium) *Civitatem, introivit, ea ratione, ut, Ottone cum Exercitu recedente, Provinciam ſibi; adjutorio Nepotis ſui Epiſcopi, ſubjugaret. Hoc itaque Conſilium cum Ottoni Duci notum factum fuiſſet, reverſus eſt cum Exercitu ambarum Provinciarum, & obſedit eum in præfata Civitate Pazowa. Imperator autem OTTO, cum Dei Clementia liberatus à Sclavis, venit poſt eum, ad eandem Civitatem, in obſidionem ejus. Cumque, obſidione finita, & carinula mitigata, Imperator ad Saxoniam reverteretur, poſtea, ſtatuta tempore, Heinricus, filius Heinrici, & æquivocus ejus, filius Perhtolfi, ad Colloquium Imperatoris vocati ſunt, cum quibus etiam Heinricus Epiſcopus ad Imperatorem, ſe ad excuſandum, de prædicta reatu, venit, ut reſtitutus gratiæ Ejus ad propria redire mereretur. Peracto itaque Colloquio, Heinricus, & æquivocus ejus, in exilium miſſi ſunt. Heinricus autem Epiſcopus ad Vurdinam* (Wirdiam ſeu Werdam) *ubi Sanctus requieſcit Luitgerus, Abbati ad cuſtodiendum commendatus eſt. Cumque ibi, de Paſcha, usque poſt Nativitatem S. Johannis Baptiſtæ, cum magna cautela, cuſtodiretur, factum eſt Imperiale Colloquium, in Oppido, quod dicitur Trutmanna. Illuc venerunt duo Presbyteri, Gerhardus & Anamotus, de Auguſta, & cum interventu Ottonis Ducis, & Epiſcoporum ibi inventorum, ſupplicaverunt non ſolum de ſemet ipſis, ſed de omnibus Clericis & Laicis, in eodem Epiſcopatu habitantibus; ne diu Epiſcopali cuſtodia privarentur. Imperator autem, petitioni Ottonis Ducis, & aliorum ſuorum fidelium, præfatorumque Clericorum, ſatisfaciens, Epiſcopum de exilio reduci præcepit, &, in præſentia ſua, iterato fidelitatis ſuæ ſacramento, cum gratia ſua, ad Epiſcopatum ſuum redire conceſſit &c.*

Ann. 979. Procuravit Monaſterio *Tegernſeenſi*, in Bavaria, ab *Ottone II.* Imp. Privilegium priſtinæ immunitatis, utque poſthac Abbas & Monachi regularem iterum vitam inſtituerent; in quo Cæſari ſemel *Frater*; deinde *Nepos & Frater*, vocatur, apud *Hundium*, Tom. 3. *Metropol. Saliſburg.* voc. *Tegernſee*, p. 395: OTTO, *divina favente Clementia, Imperator Auguſtus — notum eſſe volumus Univerſitati Fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum, qualiter Chariſſimus Frater Noſter, Otto, Alemannorum & Bavarorum Dux, Serenitatis Noſtræ intulit auribus, eſſe quoddam in Bavaria, ſui Ducatus Provincia, Cœnobium, Tegarinſee dictum, quod duo Germani Fratres, & Illuſtres Comites, in ſuo, & de ſuo Patrimonio, temporibus Pipini, Regis Francorum, ipſius permiſſu, condiderunt, & Regio Mundiburdio commendaverunt, & à S. Papa Zacharia, ipſi Germani Fratres, Adalbertus, & Otgarius, quos ſupra delibavimus, corpore B. Quirini Martyris impetrato, Venerabile reddiderunt, ubi omni Patrimonio ſuo contradito, ipſi, coma capitis depoſita, Monachio habitu ſuſcepta, unus de duobus Fratribus, Adalbertus nomine, in eodem loco, centum quinquaquinta Monachorum, primordialis extiterit Abbas &c.* & p. 396. *Nos ergò Imperiali miſeratione huic loco, hactenus prolapſo, ſuccurrere volentes, per interventum Dilectiſſimi Nepotis, ac Fratris Noſtri, Ottonis, Ducis, ſupra dictorum Regum & Imperatorum autoritatem ſequentes, ipſi Cœnobio, Tegarinſeo dicto, in Paga Sundergoe, & in Comitatu Luitpoldi, Comitis, ſito, & in honore Apoſtolorum Petri & Pauli, atque Quirini Martyris, dedicata ſecundum Regularem Vitam, Hartvicum nomine præfecimus Abbatem &c. Data IV. Id. Junii, Anno Dominicæ Incarnationis, DCCCC LXXIX. Indict. VI. — Actum Brumadæ feliciter &c.* Meminit hujus Privilegii, *Fridericus* I. Imp. in Diplomate an. 1163. Auguſtæ dato, apud *Gewoldum* T. 3. *Hundii Metropolis* pag. 407. & 408. mentione facta Cœnobii *Tegernſeenſis*: *Progreſſu temporis, Imperator, Otto II. interventu Nepotis ſui, Ottonis, Ducis Bavarorum, &*

Suc-

Digitized by Google

Suevorum, aliorumque Illuſtrium Virorum, Imperiali miſeratione intendens prolapſo Monaſterio ſuccurrere, ei quendam, Hardwicum nomine, præfecit Abbatem &c. nec non Henricus VI. in diplomate, ann. 1193. Indict. XI. apud Wirtzburgk, in confirmationem jurium & privilegiorum ejusdem Cœnobii, ſcripto, apud Hundium l. c. p. 397. Cum multæ nefariæ res invaleſcerent, Monaſterium, & omnia ejus ædificia, cum Libris, & Eccleſiaſtico cultu, cœleſti vindicta, igne concremantur, proceſſu temporis, Otto Secundus, interventu Nepotis ſui, Ottonis, Ducis Bavariæ & Suevorum, aliorumque Illuſtrium Virorum, Imperiali miſeratione intendens, prolapſo Monaſterio ſuccurrere, & quendam, Hartwicum nomine, præfecit Abbatem, quem etiam, cum loco, illi commiſſo in Mundiburdium ſuæ defenſionis ſuſcipiens, ſibi, & omnibus hinc Monaſterio ſuccedentibus Abbatibus, ſub Regia & Imperatoria tuitione ſubſiſtere, ſua authoritate conceſſit &c.

Ann. 981. & 982. Fidelis Comes fuit Imperatori, in bello Calabrico; Vid. Ditmarus, lib. 3. Chron. p. 32. & apud Dn. de Leibnitz, T. 1. Rer. Brunſuic. p. 346 Calabriam à crebra Græcorum incurſione, & Sarracenorum deprædatione, magnam injuriam perpeti, Cæſar comperiens, ad ſupplementum Exercitus ſui, Bavarios, ac fortes in armis Alemannos, evocavit. Ipſe autem, cum Ottone Duce, fratris Filio Luidulfi, ad Urbem Tarentum, quam Danai jam præſidio munitam obtinuerunt, feſtinavit, eamque viriliter, in parvo tempore oppugnatam, devicit. Sarracenos quoque, valido Exercitu ſua popúlantes, ſuperare contendens, cautos illo ſpeculatores miſit, qui certa de hoſtibus referrent. Quas primò infra Urbem quandam clauſos effugavit devictos, poſtque eosdem, in campo ordinatos, fortiter innumeram ex his multitudinem ſtravit, prorſusque hos ſperavit eſſe ſuperatos. Sed hi, ex improviſo collecti, ad noſtros unanimiter pergunt, & pauluium reſiſtentes proſternunt, proh dolor! 3. Idus Julii, Richarium Lanciferum, & Udonem Ducem, matris meæ avunculum Comitesque Ditmarum Becelinum, Gevehardum, Guntherum, Ezolinum, ejusque fratrem, Becelinum, cum Burchardo, & Dedi, ac Conrado, cæterisque indiſſibilibus, quorum nomina Dominus ſciat; Imperator autem, cum Ottone præfato, cæterisque, effugiens ad mare venit, videnſque à longè navim, Salandriam nomine, Calonymi Judæi equo ad eam properavit, ſed ea præteriens ſuſcipere hunc recuſavit. Ille autem littoris præſidia petens, invenit adhuc Judæum ſtantem, Senioriſque dilecti eventum ſolicite expectantem. Cumque hoſtes advenire conſpiceret, quid unquam fieret de ſe, triſtis, tunc interrogans, & habere ſe amicum apud eos, cujus auxilium ſperaret, animadvertens, iterum, equo comite, in mare proſiliens, ad alteram, quæ ſequebatur, tendit Salandriam, & ab HENRICO ſolum comite, qui Slavonicè ZOLUNTA vocatur, agnitus intromittitur, & in lecto Senioris ejusdem navis poſitus, tandem ab ipſo etiam cognitus, ſi Imperator eſſet? interrogatur. Qui cum hoc diu diſſimulare ſtuduiſſet, tandem profeſſus: Ego ſum, inquit, qui peccatis meis id promerentibus, ad hanc veni miſeriam — eamus tantum ad Urbem Roſſan, ubi mea conjunx meum præſtolatur adventum. Quomodo tandem, per Theodoricum, Metenſem Epiſcopum, mediante natandi arte fuerit periculis ereptus, idem l. c. longo exponit ſermone. Conf. præced. Tit. V. in vita Ottonis II. v. 4. ad ann. 982. p. 503.

(4) Obiit tandem eodem anno 982. teſte Hermanno Contracto h. a. p. m. 316. Otto, Dux Suevorum, obiit, & Cuonradus ſibi ſucceſſit &c. Conf. Necrologium Fuldenſe, ann. eod. apud Dn. de Leibnitz l. c. Tom. 3. pag. 765. Otto Dux, ſcil. moritur. Auctor Vitæ Meinwerci, Paderbornenſis Epiſcopi, Cap. V. apud Surium, 5. Junii, p. 85. & Dn. de Leibnitz l. c. Tom. I. p. 519. Poſtquam (Otto II. Imp.) 3. Idus Julii contra Sarracenos, in Calabria, periculoſiſſimè dimicans, multis ſuorum amiſſis, ipſe vivus vix evaſit, VII. Idus Dec. ſequentis Anni, Dominicæ Incarnationis videlicet Nongenteſimo Octogeſimo Tertio, Regni ſui decimo, Indict. XII. obiit, & filium ſuum, ejusdem nominis ſucceſſorem dereliquit. Heinrico, Duce Bajoariæ, qui priore Anno (adeoque 982.) mortuo Patre ſuo, Ottone Duce, Ducatum obtinuerat, Regnum invadente, ſed victo deſiſtente. Quamvis falſo Pater vocetur Henrici, qui, ab ipſius exceſſu, Ducatum Bavariæ obtinuit. Annal. Hildesheimenſ. ann. eod apud Dn. de Leibnitz l. c. T. 1. p. 719. Otto, Dux Bajowariorum, obiit &c. Lambertus Aſchaffnburg. an. eod. pag. m. 157. OTTO Imp. valdè periculoſum habuit prælium, cum Sarracenis in Calabria; in quo prælio occiſus eſt Heinricus, Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopus, cum aliis plurimis Epiſcopis, in quo etiam prælio Idus Julii occiſi ſunt Milites fortes, hi ſcilicet: Udo, Gebehardus, Guntherus, Bertholdus, cum aliis multis, & Otto Dux, atque Wernher, Abbas Fuldenſis. Ipſe Imperator, vita comite, vix evaſit &c. Quæ verbotenus Herveldenſis Monachus, ann. eod. apud Schardium T. 1. Rer. German. p. 375. reperit. Monendum tamen eſt, nec prælium, Idibus Julii, ſed tertio Id. Julii, fuiſſe commiſſum, Ditmaro teſte l. c. nec Ottonem noſtrum, ſed Udonem Ducem, laudati Ditmari avunculum magnum, ibidem occiſum; quod poſterius Necrologium quoque Fuldenſe l. c. innuit, verbo Occiſus eſt à Saracenis: Heinrichus Epiſcopus, Uto Dux, Bencelim Comes &c. Add. Conradus Urſperg. ann. eod. in vita

Ot-

Digitized by Google

Ottonis II. Imp. p. m. 163 *Otto, Dux Suevorum, obiit, Chunradus ſucceſſit &c.* Errat hinc *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Coſmodromii*, Cap. 49. apud *Meibomium* T. 1. *Rer. German.* pag. 252, Eum, eodem, quo *Otto II.* Imp. anno, diem obiiſſe ſupremum, tradens: *Eodem Anno, obiit Otto Dux Bavariæ, & Heinricus, filius ſuus, ſucceſſit ei &c.* quandoquidem Imperator *Otto II.* Anno demum 983. ceu præced. Tit. V. in ejus vita, v. 5. p. 504. probavi, deceſſit; nec OTTO noſter Filium habuit *Henricum*, in Ducatu Bavaricò ſucceſſorem, licet & Auctor Vitæ *Meinwerci* Paterbornenſis, ceu modò vidimus, id ſtatuat, cum *Henricus* Ille, qui eum excepit, non ipſius, ſed *Henrici Rixoſi* filius fuerit, de quo plura ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ.*

(33) CONRADUS I.

(1) Succeſſiſſe hunc *Conradum* defuncto *Ottoni*, ann. 982. docent adducta modò, (in vita *Ottonis* v. 4.) *Hermanni Contracti*, *Conradi Urſpergenſis* & *Gobelini Perſonæ*, verba. Conf. *Henricus Pantaleon*, Part. 2. *der Teutſchen Helden*, p. 60. *in Catalogo Ducum Alemanniæ*, ubi *Conradus 982. von Keyſer Otten II. erwehlet, regieret 15. Jar. Starb, 20. Aug. 997. Jar.* Ita & Illuſt. *Obrechtus*, Vol. I. *Prodromi Rerum Alſaticarum*, Cap. X. pag. 221. *In hujus* (Ottonis) *locum ſubiit, Anno 982. Conradus I. quo defuncto, Anno 997. Ducatum accepit Hermannus II. &c.* Perperam *Jacobus Twinger*, vulgò *von Kœnigshofen*, in ſupplemento *Chronici Alſatici*, Edit. Schilteri, pag. 429. in ſerie *Ducum Alſatiæ*, eum omittit.

(2) Quibus Parentibus ſit prognatus? numque & qualem duxerit Conjugem, genueritve liberos? dicere nequeo. Fratris ejus meminit *Ditmarus*, Lib. IV. *Chron.* pag. m. 47. & apud Dn. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſuic.* p. 360 *In temporibus ſuis* (Ottonis III.) *Conradus, Suevorum Ductor egregius, at ejuſdem frater, Heribertus Comes, nec non Hodo, Inclytus Marchio, proh dolor, morte momentanea depreſſi ſunt &c.*

(3) Obiit autem anno 997. teſte *Hermanno Contracto* h. a. p. m. 317. *Conradus Dux obiit; pro quo Herimannus &c.* &, in Codice Novo, pag. 318. *Cuonradus, Dux Alemannorum, obiit; &, pro eo, Herimannus Ducatum accepit &c.* Conf. *Necrologium Fuldenſe*; Ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 766. *Cuonratus Dux &c.* ſcil. obiit. *Conradus Urſpergenſ.* an. eod. in vita *Ottonis III.* p. m. 163. *Conradus Dux obiit; cui Hermannus ſucceſſit &c.*

(34) HERMANNUS II.

(1) *Cruſio* lib. VI. *Rer. Suev.* Part. 2. Cap. 1. videtur filius fuiſſe laudati Ducis *Ottonis*, ſicque *Ludolphi* nepos. *Henningeſius* autem Part. I. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, pag. 39. nominat ejus Parentem *Cunonem*, Franconiæ Orientalis Ducem.

(2) Uxor ejus, GERBURGIS, ſeu GEPA, filia fuit *Conradi*, Burgundiæ Regis, qui anno 994. ſpiritum emiſit & *Mathildis*, *Ludovici IV.* Galliarum Regis, Filiæ; vid. *Odilo*, in vita *S. Adelheidis*, *Ottonis I.* Imp. Conjugis, lib. 2. Cap IV. apud *Surium*, 16. Decemb. pag. m. 282. & Dn. de *Leibnitz*, *T.* 1. *Rer. Brunſuic.* pag. 269. & *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, apud *Piſtorium*, pag. m. 428. quorum verba præced. Tit. V. in vita *Conradi Salici*. v. 2. pag. 517. habentur, & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad ann. 986. & 1025 verbis præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 6. pag. 247. occurrentibus. *Henningeſio* l. c. audit *Gerbirga*, ſeu *Gerburgis*: *Mulier Religioſa, quæ duo Monaſteria in Spalt, ad S. Emeranum videlicet, & ad S. Nicolaum, fundavit, & in Oringau unum extruxit &c.* immediatè annectenti: *Hæc, mortuo Hermanno, marito ſuo, nupſit ſecundum Hermanno, Comiti ab Hohenloë &c.*

(3) Liberi fuere:

Hermannus III. de quo mox.

Giſela, Uxor (1) ut fertur, *Brunonis*, Marchionis Saxoniæ. (2) *Erneſti*, Ducis Alemanniæ, de quo ſuo loco; (3) *Conradi Salici* Imp. vid. præced. Tit. V. Vita *Conradi Salici*, v. 2. pag. 516. & 517.

Mechtild, Ux. *Cunonis*, Ducis Carinthiæ. Vid. *ImHoff Geneal. Regnorum Europ.* §. *IV.*

(4) *Alemanniae Ducatum* nactus eſt an. 997. quo *Conradus I.* deceſſit; Vid. vita hujus *Conradi*, Anteceſſoris ejus, v. 3. Conf. *Pantaleon* Part. 2. *der Teutſchen Helden*, p. m 61. ubi ſeries Ducum Alemanniæ: *Hermannus II. 997. ward von Keiſer Otten III. geordnet. Er regieret 7. Jahr &c.* & Illuſtr. Dn. *Obrecht*, *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. X. p. 221. cujus verba in cit. Vit. *Conradi I.* v. 1. itidem jam extant. *Jacobus Twinger*, vulgò *Regiovillanus*, in *Supplemento Chronici Alſatici*, Edit. *Schilter.* p. 429. incautè nullam ejus inter Alemanniæ Duces rationem habet.

An. 1002. mortuo *Ottone III.* Imp. Imperium Eum ambiiſſe, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 95. &c. & Tit. V. in vita *Henrici S.* v. 4. pag. 512. & 513. ad an. 1002. ubi notanda *Adelboldi*, in deſcriptione *Vitæ* ejuſdem *Henrici Sancti*, verba, dictum eſt. Conf. præced. *Catal. Ducum Lotharingiæ*, v. 17. in vita *Ottonis II.* & *Theodorici*, §. 2. pag. 269. Quibus jungas *Chronicon Quedlinburgenſe*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. II. pag. 286. *Hermannus Dux, cum Suevis, Regi* (Henrico S.) *reſtitit, & Francorum pars quædam reſi agari cœpit, multa inutilia perpetrantes, ſancta loca exurentes, aliaque devaſtantes: quos tamen Dominus citiſſimè humiliavit &c.* & *Bothonis Chronicon Brunſvicenſe*

cenſe Picturatum, ad ann. 1003. ibid. T. 3. pag. 318. *In diſſem Jare wart ein Twydracht van den Forſten, alſe umme dat Keyſerlike, itlike wolden Hertogen Hermen van Swaben hebben, unde itlike wolden Hertogen Hinriken van Beyern unde Saſſen hebben. Alſo kemen de Forſten to hope, unde koren Hertoghe Hinriken to Beyern &c.* Perperam hæc inſcribit *Hepidamus*, apud *Goldaſtum, T. 1. Rer. Alamann.* Part. I. anno 1008. *Otto Imperator Romæ, ſine hærede, defunctus eſt, cui ſucceſſit Heinricus de Regio Genere, DUX quoque Bajoariorum Tertius eo nomine: cum quo & Heremannus, Dux Alamanniæ & Alſatiæ, Regnum ſorte dividere, & parti aſpirare, temptabat. Sed infecto negotio ultionem conatus in eos, qui in Strazpurch cum Rege ſenſerant, adverſus ſe, irrupit Civitatem, & in direptionem dedit &c.* Factum confirmat *Ditmarus*, lib. IV. pag. m. 45. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 359. *Maxima pars Procerum, qui iis interfuerunt exequiis* (Ottonis III.) *Hermanno Duci auxilium promittunt, ad Regnum acquirendum & tuendum; Henricum mentientes ad hoc non eſſe idoneum, propter multas cauſarum qualitates &c.* (Conſentientibus, præced. Tit. V. in vita *Henrici Sancti*, v. 4. pag. 513. nominatis.) & Lib V. pag. m. 54. & apud Dn de *Leibnitz* l. c. pag. 367. *Qui* (Henricus) *initio menſis Junii, cum Primis Bavariorum, & Orientalium Francorum, Wormatiam venit, cauſa Rhenum ibidem transeundi, Magontiaque benedictionem accipiendi. Quod prohibere Hermannus Dux nititur, nullumque eis patefecit, Rheno favente, ingreſſum. Dux autem Henricus, habito de his rebus cum ſuis conſilio, ſimulato in Bavariam reditu, tranſitumque quaſi deſperato, ad Urbem Larſam,* (Laureshcim, Monaſterium celebre, in Pago Rhenenſi) *ubi Sanctus requieſcit Nazarius, venit; deindeque ad Magontiam celeriter properando, Rhenum ſecurus navigat. Hic VIII. Idus Junii ibidem, communi devotione in Regem electus, à Willigiſo, ejusdem ſedis Archi Epiſcopo, ſuffraganeorumque ſuimet auxilio, accepta Regali unctione, cunctis præſentibus Deum collaudantibus, coronatur. Francorum & Muſelenenſium Primatus Regi manus tunc applicans, gratiam ejusdem meruit. Omnibus huc undique confluentibus, in militiam à Rege ſuſceptis, rurſus Rhenum inundantem Rex novus tranſiens, per Orientalem Franciam, ſibi quam fidelem, Alemanniam invadere, & cum depopulatione illius Terræ, ab inceptis Hermannum reſiſtentem conatur avertere. Dux autem ut audivit, ſua à Rege prædata, nolens volens humiliari, ſed proh dolor, contra Dominum & Regem exaltans ſe, Caput Ducatus ſui, Argentinam, quæ Strasburg dicitur, quia Epiſcopus ejusdem Urbis, Wicelinus, ſibi reſiſtere præſumpſit, cum Conrado, ſuimet Genero, milite petit armato, murosque aſcendens, nil victis reliquit. Nam execrata Alamannorum turba, ad rapiendum promtiſſima, inſcio Duce, majorem Eccleſiam Sanctæ Domini Genitricis intrepida intrans, omnem theſaurum diripit, & quod maximum erat facinus, igne Domum Domini conſumſit. Si verè fœlix fuiſſet, primi ingreſſus acerbitate deterritus, nunquam majora aggredi præſumeret. Nam Antiſtitis militibus, Reinhardo auctore, infideliter repugnantibus, maxima hoſtium caterva irruens, proprio perfoſſa haſtili corruit, vitamque hanc, divina ultione, miſerabiliter finit.* Huc usque *Ditmarus*, &, ex eo, *Cruſius*, Part. 2. *Annal. Suev.* lib. 6. Cap. I. & Dn. *Obrechtus* l. c. p. 222. & 223. Sed pergit *Ditmarus* l. c. *Hæc Hermannus inſolabili queſtus mœrore diſceſſit, inultumque, quia defendit numerus, reliquit. Regi autem, apud Augeam Inſulam, Nativitate S. Johannis Baptiſtae commoranti, fama velox, & ſæpiſſimè dubia, Hermannum Ducem, litem duello cauſa finiendi, venire nunciavit, eundemque hinc diſcedere, adventumque Ducis cum judicio pugnæ, in pratis virentibus ac latis, fecit expectare. Ibi tunc Apoſtolorum celebrans feſta, longumque certitudinem præſtolans, Ducem inceptis perſiſtere neque velle, neque poſſe, pro certo comperit: conſultum ei maleſuaſis fautoribus, quod Argentinæ damnum Conſtantia impleret; namque ejusdem Civitatis Epiſcopus, nomine Lambertus, cum Curienſi Paſtore, Othelrico, Hermanno auxiliabatur, non tantum ex animo, quantum in Civitatis contiguo. Sed Rex, ut erat de Domini timore ſollicitus, & de acquirendis certus, horum prophanæ ſpei conſilia, curtesque Ducis vaſtando circuiens, ad ultimum clamore devictus pauperum, ad Franciam remeare diſpoſuit &c.* Quomodo tandem *Bruchſaliæ*, prope *Spiram*, in gratiam Imperatoris Dux noſter redierit, tradit *Adelboldus* l. c. Cap. XIII. apud *Greſerum, de Divis Bambergenſibus*, pag. 438. & Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 434. *Sic igitur Rex, in Regnis ſingulis Anteceſſoris ſui, præter Italiam & Alemanniam, receptus, & ab omnibus unanimiter collaudatus, in Franciam revertitur, ut, ibi hyemis aſperitate transacta, vere amœnitatem reducente, in Alemanniam Exercitum duceret, & Herimannum, qui conſiliis prudentium uti nolebat, diverſis vaſtationibus afflictum, pati jugum doceret. Sed Herimannus, qui, conſilia juvenum ſequendo, & ſpem vacuam tenendo, extra ſe poſitus erat, ſe in ſemet ipſum recollegit, & in ſolemnitate S. Remigii, Bruſellæ, Regi obviam venit, ſciens, melius eſſe, ante damnum, non feciſſe pœnitere. Nudis igitur pedibus, cum filiis*

interceſſoribus, Regi ſe repræſentat, pro malè commiſſis, veniam petit, pro bonis ſuis, per Regium donum, poſſidendis, gratiam quærit, pro his impetrandis, humo tenus genua flectit. Ilicò benignè recipitur, & ei, quod quærebat, cum omni humilitate, conceditur. Tantum cujusdam conditionis internectitur ratio; quæ, quamvis ad præſens, gravis; in futuro tamen ei erat ſalubris. Eo enim tenore in gratiam recipitur, ut Argentinenſis Eccleſia ad priſtinum ſtatum, ex detrimentis ſuis, per illum reformetur. Quod ille non renuit, ſed, juſſu & conſultu Regis, dictæ Eccleſiæ Abbatiam S. Stephani, in recompenſationem detrimenti à ſe illati tradidit. Hac conditione firmata, per manus & Sacramenta, Regis efficitur, &, ſic ſe contentionem male cœptam finiſſe, lætatur.

(5) Vivendi ſinem fecit Anno 1004. teſte *Hermanno Contracto* h. a. pag. m. 318. *Herimannus Dux obiit, pro quo filius ejus, puer Herimannus &c.* Conf. *Chronica Auſtralis*, an. eod. apud *Freberum* T. 1. *Rer. German.* pag. 315. *Herimannus Dux obiit, pro quo filius ejus, Puer, Hermannus, ſucceſſit in Suevia &c.* Nec non *Adelboldus*, in vita *Henrici Sancti*, Cap. 42. ad an. 1004. apud *Greiſerum*, l. c. p. 451. & Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 439. *Rex, injuriam, à Bu-jizlao ſibi illatam, tenens mente repoſitam, repatriare* (ex Italia) *feſtinat, &, per Montem Celerem, in Alamanniam properat, ſciens, quia Terra, puerili ſubjecta Regimini, laxis perſæpè habenis utitur, &, ex proprii arbitrii tumultuaria diverſitate, per diverſa præcipitia, rapitur. Jam enim interim Dux Herimannus obierat, & filius ſuus Ducatui, à Rege, ſubſtitutus erat, qui nimiæ juventutis adhuc, nec ſemetipſum regere ſciebat. In loco ergò, qui Turegum dicitur, Rex colloquium tenuit, omnesque, pro pace tuenda, pro latrociniis non conſentiendis, à minimo usque ad maximum, jurare compulit &c.* *Pantaleon*, l. c. & Dn. *Obrechtus* l. c. p. 224. In *Necrologio Fuldenſi* verò, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 766. refertur ejus obitus ad an. 1003. ibi: *Heriman Dux IV. Non. Maji*, ſcil. obiit. Forte eodem reſpiciunt, quæ *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 215. ſuppeditat: *Herimannus Dux ad extrema pervenit, & diſcordia Suevorum quievit.* Priori tamen ſententiæ accedere videtur *Ditmarus*, lib. VI. p. m. 62. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 378. memor Expeditionis Cæſareæ in Longobardiam, an. 1004. ſuſceptæ, & ſequenti 1005. finitæ, inquiens: *Dehinc Patriam reviſere feſtinans, Alemanniæ fines, nuper à Ducis Hermanni ſolatio privatos, filios ejus, & æquivoco, adhuc puerulo, deditos ad regendum & confirmandum, invadit &c.*

(35) HERMANNUS III.

(1) *Hermanni I.* de quo hactenus quædam notavi & *Gerburgis*, Burgundiæ Principis, filius. Genealogiam probant: *Ditmarus*, lib. VI. p. m. 62. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I pag. 378. & *Hermannus Contractus*, ad an. 1004. pag. m. 318. & *Chronica Auſtralis*, ann. eod. quorum verba, in vita *Hermanni II.* v. 5. modò exhibui. Addendus iis *Adelboldus*, in vita *Henrici Sancti* Imp. Cap. XLII. apud *Greiſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, p. m. 451. & Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 440. *Jam enim Dux Herimannus obierat, & filius ſuus Ducatui, à Rege, ſubſtitutus erat; qui nimiæ juventutis adhuc, nec ſemetipſum regere ſciebat &c.*

(2) Parentem defunctum excepiſſe filium in Ducatu, ex *Ditmaro*, *Hermanno Contracto*, *Adelboldo* & *Chronico Auſtrali*, loc. cit. diſcimus. Conf. *Pantaleon*, Part. 2. *der Teutſchen Helden*, p. 61. in ſerie Ducum Alemanniæ: *Hermannus III.* 1004. *des vorgebenden* (Hermanni II.) *Suhn. Regiert VIII. Jar &c.* & Dn. *Obrechtus*, Vol. I. *Prodromi Rer. Alſatic.* C. X. p. 224. *Anno M. IV. in locum Patris defuncti*, (Hermanni II.) *Dux conſtitutus Hermannus III. Puer, qui vixit ad Annum M. XII. &c.*

(3) Innuptus deceſſit an. 1012. Vid. *Hermannus Contractus* h. a. pag. m. 319. *Herimannus Dux, Junior, obiit &c.* & in Codice Novo: *Herimannus, Dux Alemanniæ, obiit, cujus Ducatum Erniſt accepit &c.* in Codice *Caniſiano*, quo *Meibomius*, in *Relectione Apologiæ pro Ottone IV.* Tom. 3. *Rer. German.* pag. 164. uſus eſt, habetur: *Hermannus, Alemanniæ Dux, defunctus, Erneſtum, Sororis ſuæ, Giſelæ, maritum, ſucceſſorem accipit.* Conf. *Necrologium Fuldenſe*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 766. *Heriman Dux*, ſcil. mortuus eſt. *Pantaleon* l. c. *Obrechtus* l. c. Juvenem Eum abiiſſe ad plures, docet *Ditmarus*, lib. VI. pag. 79. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 395. *Erdwinus, Cameracenſis Epiſcopus; in hoc anno, ac Cunradus* (Carinthiæ, quem an. 1012. defunctum, Chronica Auſtralis, h. a. loc. cit. teſtatur) *& Hermannus Puer, Duces egregii, obierunt &c.* & rurſus, lib. VII. p. m. 88. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 403. *Erneſtus, Inclytus Alemanniæ Dux, pueri ſucceſſor Hermanni — — vulneratur &c.* nec non *Adelboldus* l. c. tradens, eum Anno 1004. quo Parenti extincto ſucceſſit, ejus adhuc fuiſſe juventutis, ut ſemet ipſum regere neſciret &c. Iniquè igitur, inter Alemanniæ Duces, eum non numerat *Jacobus Twinger*, vulgò *Regiovillanus*, in Supplementis *Chronici Alſatici*. Edit. Schilteri, pag. m. 429.

(36) ERNESTUS I.

(1) Patrem habuit *Luitpoldum*, Auſtriæ Marchionem, & Matrem *Richardam*, Saxonicam, ſi vel *Hen-*

nin.

ningeſio, Part. *I. Secundi & Tertii Regni*, *in Quarta Monarchia*, pag. 257. & *Browero*, lib. XI. *Annal. Trevirenſ.* §. 1. pag. 503. credimus. De Patre teſtatur *Ditmarus*, lib. VII. *Chron.* p. m. 88. & apud Dn. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſ.* p. 404. memor obitus ejus: *De hac luce 2. Cal. Junii, diſceſſit, ſepultus Wirceburg, juxta Patrem ſuum, Marchionem Luitpoldum, ut ipſe rogavit &c.* ut & *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, ad annum 1024. pag. m. 423. *Treverenſem quoque ArchiEpiſcopatum gubernavit Poppo, frater Erneſti Ducis, Vir pius & humilis, qui eodem tempore, filium fratris ſui, Ducem Erneſtum, cum Ducatu Alemannico, ſub tutela habuit &c.* Fuiſſe vero *Popponem* laudati Marchionis *Luitpoldi* filium, tradit *Ditmarus* l. c. pag. 306. *Poſt hunc* (Meingaudum) *Popponem, Liupoldi Marchionis filium, & tunc Pabenbergenſis Eccleſiæ Præpoſitum, Treverenſi præfecerat* (Imperator) *Urbi &c.* Conf. *Chronographus Saxo*, ad an. 1016. pag. 229. *Browerus*, l. c. §. 3. pag. 503. ad Annum 1017.

(2) Nuptias celebravit cum *Giſela, Brunonis*, Saxoniæ Marchionis, vidua; filia *Herimanni II. Alemannorum* Ducis, ſororeque *Hermanni III.* immediati Anteceſſoris ſui in Ducatu, poſt fata *Erneſti*, thalamo juncta *Conrado Salico* Imperatori; teſtes produxi præc. Tit. V. in vita *Conradi Salici*, v. 2. p. 517. Quibus addantur: *Hermannus Contractus* Edit. *Caniſii*, ad an. 1012 cujus verba in vita *Hermanni III.* v. 3. modò recenſui; & Illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, *Introduct.* in *Collectionem* Tom. II. *Scriptorum Rerum Brunſuic.* pag. 12. rectè ſimul corrigens Auctores, qui GISELAM hanc Principibus *Wendis* oriundam fabulantur; quo *Chronicon* vetus referas, in *Antiquitatibus Brunſuicenſibus Maderi*, p. 6. & 7. & *Crantzium* lib. IV *Saxon.* c. 36. quorum præc. Tit V. in vita laudati Cæſaris *Conradi* l. c. memini; nec non *Chronicon Rhythmicum Brunſuicenſe* Cap. XV. ap Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. II. pag. 27. in vita *Brunonis*, Marchionis Saxoniæ:

Diſſem Brune wart gegheven
To Wive, vinde ek beſcreven,
Eyn Frowe, Giſſele was ſe genant,
Van Werle, ſe hadde er (i. e. prius) *ut Swawenlant,*
Lippolde den Hertogen,
Alſo we an der Schrifft ſchowen mogen,
Hertogen Ernſtes Sone:
Bi deme ſe ok vil ſchone
To der Werle ein Kint gewan,
Dat heit van Swaben Hertoge Herman.

& *Johannis Stadtwegii Chronicon*, ibid. pag. 269. in vita *Conradi Salici* Imp. *Syn Huſſfrowe was Gisla van Werle, des Keyſers Hinrik Neve, de Greve van Brunſchwik erſt gehabt hadde; dem ſe Lutolffum teilde, und düſſen Henrick den dridden, Koning. To den erſten hadde ſe Hertoghen Hippolde* (Lippolde) *van Swaven, dem ſe Hermannum teilde &c.* Quæ omnia confuſa; quandoquidem (1) Pater ejus, *Wippone* teſte, præced. Tit. V. in vita *Conradi Salici*, pag. 517. fuit *Hermannus II.* Dux *Alemanniæ*, & Mater, *Gerburgis* Burgunda; (2) nunquam ea nupta erat *Leopoldo*, ſed ejus filio, *Erneſto* noſtro; (3) Non *Leopoldus*, utpote Marchio Auſtriæ, ſed *Erneſtus*, *Ducatum Alemanniæ* rexit; (4) *Leopoldus* genuit *Erneſtum*, non vice verſa. (5) *Bruno* torum cum ea primus conſcendit, non Dux Sueviæ &c. ſine fundamento inſuper dubitat *Browerus* l. c. §. 1. pag. 503. num filia, an ſoror, fuerit *Hermanni* Ducis, ultimum defuncti? *Quæ Giſela olim Conjux futura Conradi Salici, & Imperatrix, cum filia, vel, ut placet aliis, ſoror eſſet Hermanni, Suevorum Ducis, quo defuncto, ipſi, maritoque Ducatus ceſſit &c.* cum *Hermannus* ille, de quo ſermo eſt, puer obierit.

(3) Genuit duos Principes (1) *Erneſtum II.* de quo mox; & (2) *Hermannum IV.* de quo etiam ſuo loco; *Ludolſum* Comitem, anno 1038. extinctum, eodem referre videtur Auctor *Annalium Hildesheimenſium* ad h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 729. ubi: *Ludolfus Comes, privignus Imperatoris*, (Conradi Salici) *IX Kal. Maji immatura morte obiit. Et ejus frater, Herimannus, Alamanniæ Dux, ſubita infirmitate præventus, bonis flebilis omnibus, XVI. Kal. Julii, denotavit &c.* Enimvero, *Ludolſus* hic non fuit *Hermanni* (IV.) *Alamannorum Ducis*, frater *Germanus*, ſed *uterinus* duntaxat, utpote Patre natus *Brunone*, Saxone, primo *Giſlæ* marito; Vid. *Chronicon Brunſuicenſe* vetus apud *Maderum*, *Antiq. Brunſuic.* p. 7. *Brunonis Uxor fuit Domina Ghisla de Werle, quæ eidem genuit Ludolſum &c.* quamvis perperam, ceu jam dixi, GISLA Wendorum ſanguine creta ſcribatur. Ita & *Chronicon Rhythmicum Brunſuicenſe* l. c. p. 28.

Greven Brunen bi ſinen Dagen,
Frowe Gisle eynen Son gewan,
Alſo ek an der Scrift vernomen han,
De wart Greve Ludolff genannt &c.

& *Stadtwegen* l. c. *Meibomius*, in *Apologia pro Ottone IV.* Tom. 3. *Rer. German.* p. 137. alii multi.

(4) Ni-

(4) Nihil memorabile de eo memoriæ proditum, niſi quod *Ditmaro*, lib VII. *Chron.* p. 88. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 403. *Inclytus Alemaniæ Dux* vocetur.

(5) Quem habuerit exitum, docet *Ditmarus* l. c. *In his diebus feſtivis, Erneſtus, Inclytus Alemaniæ Dux, pueri ſucceſſor Hermanni, cum in ſylva quadam illicitè venaretur, ab uno Militum ſuimet, plus ignorantia, quam voluntate ſpontanea, ut cervam ſagittare debuit, proh dolor, vulneratur. Hic, quia mortem ſibi imminere perſpexit, ſocios vocat, &c, ut reo parcerent, ſupplicat, & quia hic tunc Presbyterum, cui ſua confiteretur peccata, non habuit, unum ex Militibus, hujus vice, propius accedere juſſit. Quem cum adeſſe perſpiceret, omnes, inquit, accedite, & commortalis veſtri peccatoris facta, aure cordis percipite, &c, qualiter eveniunt, unanimiter ſuccurrite, abſentibusque cunctis fidelibus peccatricem meimet animam, quaeſo, commendare, & Uxorem meam, ut honorem ſuum ſervet, & mei non obliviſcatur, admonete. Hæc dicens, in quoscunque unquam ſe aliquid deliquiſſe recordari potuit, cunctis praeſentibus, innotuit, & mox de luce hac* 2. *Cal. Jun. diſceſſit, ſepultus Wirceburg, juxta Patrem ſuum, Marchionem Luipoldum, ut ipſe rogavit. Hic juvenis, ut ſpero, felicem habet animam, cui ſic ipſe vivens teſtatus eſt &c.* Tempus innuit *Hermannus Contractus*, Edit. *Urſtiſ.* pag. m. 319. ad an. 1015. *Ernuſtus Dux, in venatu, ab Adalberone Comite, ſagitta occiditur &c.* & in Codice Novo: *Erniſt, Dux Alemanniæ, in venatu, ab Adelberone Comite, ſagitta vulneratus, interiit, & Ducatum ejus filius æquivocus --- accepit &c.* Sic *Necrologium Fuldenſe*, ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom. 3. p. 766. *Ernuſt Dux ſagitta percuſſus &c.* Annales *Hildesheimenſes*, ann. eod. ib. Tom. I. p. 723. *Ernoſt Dux, ex improviſo, in venatione, à ſuo Milite, Adalberhdo, ſagitta percuſſus, miſerabili morte periit &c.* Chronicon *Quedlinburgenſe*, ann. eod. ibid. Tom. 2. p. 290: *Erneſtus Dux in venando periit à ſuis incautè &c.* Annales *Einſidlenſes*, apud *Mabillon*, T. IV. *Analectorum*; an. eod. *Erniſt Dux ſagitta occiſus eſt, & filius ejus parvulus ſucceſſit &c.* Chronica *Auſtralis*, ann. eod. apud *Freherum T. I. Rer. German.* pag. 315. *Erneſt Dux in venatu, ab Adelberone Comite, ſagitta occiditur &c.* Recentiores multi; *Conradus Urſpergenſis* verò, in vita *Henrici Sancti*, pag. m. 164. & *Albertus Stadenſis*, p. m. 114. referunt ejus exceſſum in annum 1014. Verſa vice, *Mariano Scoto*, pag. 449. occiſus videtur anno 1018. ibi: *Erneſt Dux in venatu occiditur &c. Hepidannus*, Annal. apud *Goldaſtum* Tom. I. *Rer. Aleman.* Part. 1. prolabitur planè in annum 1021. canens hoc anno:

Pœnitet & miſeret, dolet & piget, obſtupet, horret,
Sola ſine exemplo, caſu mors facta ſiniſtro,
Mallem noſſe feras unquam ſilvis agitatas,
Mallem confractas pharetras, quascunque ſagittas,
Quam male ſucciſam Ducis Erneſt flore juventam:
O cohibe, dextram, telum titubanter regentem,
Pro cervo, noſtrum figere pacificum:
Sponte tua quamquam facinus haud feceris unquam,
Sanguis amice Ducis fide Comes lateris &c.

Regiovillanus, Supplem. *Chronici Alſatici*, Edit. *Schilter.* pag. 429. eum planè ſilentio præterit.

(37) ERNESTUS II.

(1) Eum fuiſſe filium ERNESTI I. modò laudati, atque GISELÆ Alemanniæ, teſtantur verba *Hermanni Contracti* ad ann. 1015. in vita *Erneſti I.* v. 5. prolata; nec non *Wippo*, qui, ceu ibidem v. 1. notavi, de POPPONE Trevirenſi, ERNESTI I. Ducis germano, ſcribit, quod, ann. 1024. *Filium Fratris ſui, Ducem Erneſtum, cum Ducatu Alemannico, ſub tutela habuerit &c.* Conf. idem, ad an. 1030. p. m. 436. *Otto Friſingenſis*, lib. VI. *Chron.* Cap. 28. p. 132. *Hæc* (Giſela) *primum Ernuſto, Duci Suevorum, fratri Alberti, Superioris Pannoniae Marchionis, nupta fuit, geminosque ex ea filios, Ernuſtum & Hermannum, ſuſcepit &c.* Quæ *Albericus*, Monachus trium fontium, ad ann. 1024. p. 57. repetit; *Gotfridus Viterbienſis*, Part. XVII. *Chronicor.* p. 485. *Giſela primum Arnulpho* (Erneſto) *Duci Suevorum, nupta fuit, & ex eo geminos peperit, Herneſtum ſcilicet, & Hermannum &c. Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 257. *Pantaleon*, Part. 2. *der Teutſchen Helden*, p. 61. Ill. *Obrechtus*, Vol. I. *Prodromi Rer. Alſatic.* Cap. X. pag. 224.

(2) Conjugem ejus vocat *Henningeſius* l. c. & pag. 29. *Erkelgardim*, D. *Cunigundæ* Sororem, *Sigefrido*, C P. R. an potius *Luxenburgenſium* Comite? de quo præced. Tit. V. in vita *Henrici Sancti*, v. 2. pag. 511. egi, natam, quæ una cum marito, in *Roſtall*, prope *Noribergam*, ſepulta fertur.

(3) Filiam procreavit, Nobilem fœminam, *Idam*, collocatam (1) *Lippoldo* Comiti Stadenſi, (2) *Dedoni*, Com. *Ditmarſiae*; (3) *Etelero Albo*, itidem Comiti Ditmarſiæ; teſte *Alberto Stadenſi* ad an. 1112. pag. 152. cujus verba ſeq. Tit. XVII. §. 13. lit. f. v. 17. proferam.

(4) Defuncto Patri in *Ducatu* ſurrogatus, an. 1015. ſub tutela *Popponis*, ArchiEpiſcopi Trevirenſis, Patrui ſui, educatus eſt. Vid. *Wippo*, in vita *Conradi Salici*,

Digitized by Google

Salici, pag. m. 423. verbis præced. vita *Erneſti I.* v. 36. § 1. pag. 324. occurrentibus. Succeſſionem confirmant: *Hermannus Contractus*, ad Ann. 1015. pag. m. 319. ibid. §. 5. pag. 326. *Annales Einſidelenſes*, ann. eod. ibid. *Ditmarus*, lib. VII. pag. m. 88. & apud Dn. de *Leibnitz* T. 1. *Rer. Brunſuic.* pag. 404. *In Nativitate S. Johannis Baptiſtæ, quæ tunc proxima erat,* (ab exceſſu Erneſti I.) *ad Gosleri Cæſar veniens, Erneſti Ducatum nepti ſuæ,* (Giſelæ) *& filio ejus* (Erneſto II.) *dedit &c.* alii multi.

Ann. 1025. Una cum *Conrado* Duce Franconiæ, *Friderico*, Duce Lotharingiæ, aliisque Imperii Proceribus, contra fidem datam, in Imperatorem, *Conradum Salicum*, Vitricum ſuum, ſe effert, brevi tamen poſt ſupplex factus, mediantibus *Giſela*, Matre, & uterino fratre, *Henrico*, adhuc parvulo, *Auguſtæ Vindelicorum*, in gratiam iterum ſuſcipitur. Vid. *Wippo* l. c. ad Ann. 1025. p. m. 431. aliique, præced. Tit. V. in vita *Conradi Salici*, v. 4. ad h. a. pag. 518. & 519. nominati teſtes.

Ann. 1026. Imperator *cum exercitu copioſo, Italiam petere cœpit, in qua expeditione, ſupradictus Erneſtus,* (privignus ejus) *Dux Alemanniæ, aliquantulum Regi militans, Campidonenſem Abbatiam, licet contra fas & jus eſſet, liberam rem niſi liberaliter ſervire, in Beneficium accepit à Rege, & ad tuendam Patriam honorificè remiſſus eſt &c.* Ita *Wippo* l. c. ad h. a. pag. 432.

Ann. 1027. *Morante in Italia Imperatore, apud Teutonicos, magna invidia, multa conſilia, multæ factiones, adverſus Imperatorem, incaſſum eruperant - - : Chuno, Dux Wormatienſis, Patruelis Imperatoris, nec fidus Imperatori, nec tamen multum noxius illi, interim quietus manebat. Fridericus, Dux Lotharingorum, vitricus prædicti Chunonis, Imperatori inimicando, morte propria præventus eſt. Erneſtus, Dux Alemanniæ, privignus Imperatoris Chuonradi, nuper ab Eo beneficiis & muneribus ſublimatus, diſcedens iterum, inſtigante diabolo, rebellionem moliebatur: &, conſilio quorundam Militum ſuorum, Alſatiam Provinciam vaſtavit, & Caſtella Hugonis Comitis, qui erat conſanguineus Imperatoris, deſolavit. Deinde, magno Exercitu juvenum collecto, Burgundiam invaſit, &, ultra Caſtrum Solodurum, quondam Inſulam aggere & vallo firmare cœpit: Sed Rudolphus, Rex Burgundionum, veritus hoſtem Imperatoris recipere, ab incepto illum prohibuit. Inde reverſus, ſupra Turicum, quoddam Caſtrum munivit, & Augienſem Eccleſiam, nec non Abbatiam S. Galli, nimium diſtrahendo, non mediocre damnum Patriæ intulit: ſic, poſthabita lege & juſtitia, usque ad Imperatoris reditum, iniquis conatibus inſiſtebat.* Hæc omnia *Wippo* l. c. ad h. a. pag 434. immediatè pergens: *Pace per totam Italiam confirmata, Imperator Chuonradus, proſpero reditu, in Alemanniam venit, & in Auguſta Vindelica,* Colloquium *familiare cum ſuis fidelibus tenens, de proditoribus Patriæ tractare cœpit; inde ad Oppidum, quod Ulma vocatur, veniens, colloquium publicè condictum illic habuit. Huc Dux Erneſtus non voto ſupplice venit, confiſus in multitudine militum, quos optimos habuit, ut, vel ſecundum libitum, cum Cæſare ſe pacaret, vel inde per poteſtatem rediret, &, habito Colloquio cum ſuis, primùm monuit eos fidei ſacramentaliter promiſſæ: dehinc hortabatur eos, ne illum desererent, ne honorem ſuum perderent; non decere eos immemores fore, in hiſtoriis Patrum, ſemper Alemannos bonæ fidei & ſtabilitatis in Dominos teſtimonium habere; &, ſi ſibi fidi forent, illis præmia, poſteris eorum gloriam & honorem eſſe futurum. Tali dicenti, duo Comites, Fridericus & Anſelmus, pro cæteris, reſpondebant, hoc modo: Nolumus inficiari, quin vobis fidem firmiter promitteremus contra omnes, præter eum, qui nos Vobis dedit: Si Servi eſſemus Regis, & Imperatoris noſtri, & ab eo juri veſtro mancipati, non Nobis liceret à vobis ſeparari; nunc verò, cum liberi ſimul,* (ſimus) *& libertatis noſtræ ſummum defenſorem, interea Regem & Imperatorem noſtrum, habeamus, ubi illum deſerimus, libertatem amittimus, quam nemo bonus, ut ait quidam, niſi cum vita, ſimul amittit; quod cum ita ſit, quicquid honeſti & juſti à nobis exquiritis, in hoc parere volumus vobis: ſi autem contra hoc vultis, illuc revertemur liberaliter, unde ad Vos venimus conditionaliter. His auditis, Dux cum ſe intellexiſſet à ſuis dimitti, ſine omni pactione, Imperatori ſe reddidit: quem Cæſar in Saxoniam exulari fecit, ſuper quandam rupem, quæ Gibickenſtein dicitur, ut ibi caſtigatus à rebellione ulterius deſineret.* Quo facto, ceu idem, p. 435. ſubnectit: *Imperator, pertranſiens Alemanniam, cunctos, qui ſibi rebelles fuerant, in deditionem recepit, & munitiones eorum dejecit; & perveniens usque ad Baſileam, Rudolphum, Regem Burgundiæ, alloquitur &c.* Conf. præced. Tit. II. §. 10. lit. d. ad Ann. 1027. pag 102. & Tit. V in vita *Conradi Salici*, v. 4. ann. eod. p. 519. & 520. *Hermannus Contractus*, ann. eod. p. m. 321. *Albertus Stadenſ.* ann. eod. & ann. 1028. p. 116.

Ann. 1030. Celebrando Paſchatos feſtum, *Ingelheimii*, Cæſar, amicis mediantibus, non ſolum privignum, Ducem noſtrum, à cuſtodia laxari jubet, ſed

Digitized by Google

&Ducatum ei reſtituit; modo Militem ſuum, *Wehelonem*, malorum omnium facem tubamque, inſtar Patriæ haberet proditoris. Verùm, id facere detrectans, hoſtis publicus declaratur, Ducatu, in ipſius fratrem, *Hermannum IV.* tranſlato, mulctatur; à Pontificibus diris exponitur, tandemque occiditur. Vid. *Wippo* l. c. ad h. a. pag. 436. cujus verba, præced. Tit. II. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 103. cum teſtibus aliis, occurrunt.

(5) Vinculis itaque ſolutus, cum tertia vice arma Vitrico Imperatori inferret, miſerè tandem, eodem ann. 1030. in prælio interfectus eſt. Audiamus *Wipponem* l. c. pag. 437. *Præfatus Erneſtus, Ducatus dignitate privatus, multa cogitans, multa moliens, qualiter Imperatori reſiſteret, magnos labores in vanum conſumpſit. Qui, aſſumpto Wehelone milite ſuo, cum aliis paucis, perrexit in Franciam Latinam, ad Odonem Comitem, Propinquum ſuum (nam Mater Odonis, & Mater Giſelæ Imperatricis, fuerant ſorores) à quo dum conſilium & auxilium peteret, ſive nollet, ſive non auderet, nihil ſolatii contra Imperatorem ſibi dedit. Dux verò Erneſtus, reverſus iterum in Alemanniam venit, ibique in quadam eremo, quæ Nigra Sylva dicitur, in locis tutiſſimis moratus, præda miſerabili, per aliquod tempus vivebat. Ad extremum, dum à militia Cæſaris undique coarctaretur, quidam, qui Imperatori favebant, equos, quos Dux, & omnes ſui, optimos habebant, per inſidias, in paſcuis exceperunt. Dux vero, perditis equis, in quibus confidebat, nihil penſi plus habens in tanta perturbatione, quid ageret, dubitabat: collectis tamen undique qualibuscunque equis, quos habere poterat, cum omnibus, quos tunc habuit, egreſſus eſt ſylva, ſecum deliberans, melius eſſe, honeſtè mori, quam turpiter vivere. Cumque perveniſſent in ſaltus ſylvarum, ad illam Regionem Alemanniæ, quæ Bara dicitur, viderunt caſtra deſerta, quæ priori nocte hoſtes occupaverant; confeſtim perceperunt, ſibi inſidias parari. Nam Manegoldus Comes, Miles Imperatoris, de Augenſi Abbatia magnum beneficium habens ab Imperatore, & Warmanno, Conſtantienſi Epiſcopo, qui tunc, vice Ducis Heremanni, (adhuc pueri) Alemanniam gubernabat, præſidio locatus fuerat, ne Dux Erneſtus prædas aut incendia faceret in Regione. Statim Dux Erneſtus, & aſſecutores ſui, nimium alacres effecti ſunt, exiſtimantes, injurias ſuas citò ulturos fore in hoſtibus: arreptoque itinere, ſuos inſecutores inſequi ceperunt. Eadem intentione, Manegoldus, Comes, & qui cum illo fuerant, huc & illuc progredientes, itinera Ducis diligenter obſervabant. Hac occaſione utrinque collata - - - congreſſi pugnabant acriter omnes - - - Dux verò cum nemini parceret, in hoc prælio, neminem ſibi parcentem invenit, & à plurimis vulneratus, poſtremò interfectus occubuit. Ibi cecidit Wecilo Comes, Miles Ducis, cujus cauſa hæc omnia acciderant - - - Corpus Erneſti Ducis in Conſtantiam delatum, prius accepta indulgentia à poteſtate Epiſcopali, pro excommunicatione, in Eccleſia S. Mariæ, ſepultum eſt. Corpus Manegoldi* (ibidem occiſi) *in Augia ſubterratum eſt.*

Accidit hoc bellum ſemper miſerabile multum,
XV. (al. XVI.) *Cal. Septemb. Hoc cum nunciatum eſſet Imperatori, fertur dixiſſe:*
Raro canes rapidi fœturam multiplicabunt.

Conf. *Hermannus Contractus* ann. eod. pag. 321. Cod. Nov. *Erniſt Dux exilio relaxatus, iterumque Imperatori rebellans, cum multis aliis occiditur, XVI. Cal. Sept.* & in Cod. Veteri: *In Alemannia, Dux, & Werinherus Comes, cum multis aliis occiditur, XVI. Calend. Septemb.* Quæ *Albertus Stadenſis*, ann. eod. pag. 117. repetit. Conf. *Conradus Urſperg.* ann. eod. in vita *Conradi Salici*, pag. 165. *In Alemannia, Erneſt Dux, & Wernherus Comes, cum aliis multis, occiduntur, XVI. Kal. Septemb. &c.* & *Chronica Auſtralis*, ann. eod. apud *Freherum* T. 1. *Rer. German.* pag. 316. *Erneſt Dux, & Werenharius Comes, in Alemannia, occiduntur, XVI. Kal Septemb. &c.* nec aliter *Jacobus Twinger*, vulgò *von Kœnigshofen*, in Supplementis *Chronici Alſatici*, Edit. *Schilter.* pag. 429. *Ernſt von Swoben, des was Keiſer Cunrats des Andern Stiffſun, der det wider den Keiſer, und wart erſlagen, duſent driſſig Jor.* *Henricus Pantaleon*, Part. 2. *der Teutſchen Helden*, in Catalogo Ducum Alemanniæ, p. 61. Illuſt. Dn. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſatic.* Cap. X. p. 224. Alii. Errant hinc: *Hemingeſius* l. c. Part. 1. pag. 257. eum trucidatum perhibens ann. 1024. *Marianus Scotus* pag. m. 450. eum ann. 1029. necatum tradens: *In Alamannia, Erneſt Dux, & Wernherus Comes, cum multis, occiduntur &c.* cujus ſententiam *Albericus*, an. eod. pag. 61. amplectitur. Verſa vice *Hepidannus*, Annal. apud *Goldaſtum*, T. 1. *Rer. Alam.* Part. 1. refert dictum prælium ad an. 1036. *Erneſt, Dux Alamannorum, Vitrico ſuo, Imperatori, denuo rebellis effectus, gratiam ſuam, cum Ducatu, amiſit, & Herimannus, frater ejus, Matre ſua Imperatrice id precibus obtinente, eundem Ducatum promeruit. Imperator vero Ungariam invaſit, eamque citima ex parte circa Fiſcam fluvium, devaſtavit. Interim Erneſt, quondam Dux, cuidam Caſtro, quod Falckenſtein dicitur, cum prædicto Werinhero, milite ſuo, inſedit, locaque vicina, cum incolis, non minima clade afflixit. Sed Comes quidam, Manegolth dictus, hac vice Imperatoris dolens, cum eo prælium commiſit, in quo uterque*

sui-

illorum cecidit, aliique quamplurimi utrimque ſunt interfecti, in Octava S. Laurentii &c. De Facto teſtantur *Otto Friſing.* lib. VI. *Chronic.* Cap. XXIX. pag. 132. *Gotfridus Viterbienſ.* Part. XVII. *Chron.* in vita *Conradi Salici*, pag 486. *Naucleros* Vol. 2. *Generat. XXXV.* pag. 758. Duo hinc notanda (1) *Wipponem*, vocare ducis amicum *Wehelonem*; reliquos autem *Wernherum*; (2) juxta illum, occiſum Ducem, XV. Cal. Sept. adeoque 18. Aug. juxta reliquos verò XVI. Cal. Sept. adeoque 17. Aug.

(38) HERMANNUS IV.

(1) Fratrem fuiſſe Principem hunc *Erneſti II.* cujus vitam modò delineavi, ibidem dicta, v. 1. & 5. teſtantur.

(2) Uxorem duxit *Adelaidem, Ulrici, Suſæ* Marchionis filiam & heredem, collocatam, ab ipſius obitu, *Odddoni, Sabaudiæ* Comiti, mortuamque ann. 1091. cujus meminit Dn. *Im Hoff, Geneal. Gall.* Part. 1. Tab. XXIX. *Oddo, Comes Sabaudiæ & Mauriennæ, Dominus Chableſii, Valeſii & Auguſtæ, Marchio Italiæ & Suſæ, Dux Turini, ob.* 1060. *Adelais, Ulrici, Marchionis Suſæ filia & hæres, Hermanni, Ducis Sueviæ, vidua, ob.* 1091.

(3) Quantum vel ego ſcio, obiit improlis. Vid. *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ, Generat. XXXV.* pag. 759. ſeq. vita *Henrici I.*

(4) Ab anno 1030. quo *Erneſtus II.* Ejus frater, hoſtis Patriæ declarabatur, *Dux Alemanniæ* inclaruit, Tutore *Warmanno*, Conſtantienſi Epiſcopo, educatus. Vid. *Wippo*, in Vita *Conradi Salici*, h. a pag. 437. cujus verba præced. vita *Erneſti II.* v. 5. habentur. Conf. *Hepidannus*, Annal quamvis ad annum 1036. quod omninò falſum, ibid. *Otto Friſing.* lib. VI. *Chron.* Cap. XXIX. pag. m. 132. dicti *Erneſti* memor: *A fidelibus Regis occiſus eſt, ejusque Ducatum Hermannus, frater ejus, accepit &c.* Sic *Gotfridus Viterbienſ.* Part. XVII. in vita *Conradi Salici*, p. m. 486. *A fidelibus Imperii occiſus fuit:* (Erneſtus) *cujus Ducatum frater ſuus, Hermannus, ſuſcepit &c. Chronicon Conſtantienſe*, in vita *Warmanni* Epiſcopi, apud *Piſtorium*, de *Scriptoribus Rer. German.* p. 663. *Jacobus Twinger*, vulgò *Regiovillanus*, Supplement. *Chronici Alſatici*, Edit. *Schilter.* pag. m. 429. *Nauclerus*, l. c. pag. m. 758. *Pantaleon*, Part. 2. *der Teutſchen Helden*, pag. 61. *Obrecht, Prodrom. Rer. Alſat.* Vol. 1. Cap. X. pag. 224.

(5) Obiit ann. 1038. Cæſarem in Italiam comitatus; vid. *Wippo* l. c. ad h. a. pag. 442. *Filius Imperatricis*, (Giſelæ) *Hermannus, Dux Alemannorum, juvenis bonæ indolis, & in rebus bellicis ſtrenuus, eadem peſte gravatus*, (qua reliquus Exercitus Imperatoris in Italia) *inter manus peritiſſimorum Medicorum, V. Calend. Auguſti*, (28. Julii) *non ſine magno Imperii detrimento, obiit --- ſtatutum fuerat, ut in Conſtantiam, Civitatem Alemanniæ, duceretur; ſed, calore nimio obſtante, in Tridento ſepelitur &c.* & *Hermannus Contractus*, Cod. Nov. ann. eod. p. m. 322. & 323. *Chunihildis Regina, Uxor Henrici Regis*, 17. *Cal. Auguſti, & Hermannus, Dux Alemanniæ*, 5. *Cal. Auguſti, cum multis aliis, in Italia obiere, &c.* Conf. *Necrologium Fuldenſe*, ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 767. *Herimannus Dux obiit, Non. Aprilis &c.* (5. April.) *Annales Hildesheimenſes*; ann. eod. ibid. T. 1. pag. 729. putat eum XVI. Cal. Julii, adeoque 16. Junii. abiiſſe ad plures, verbis præced. vita *Erneſti I*, v. 3. occurrentibus; *Chronica Auſtralis*, ann. eod. apud *Freberum* T. 1. *Rer. German.* pag. 316. *Hermannus Dux, V. Kal. Auguſti in Italia, cum multis aliis obiit &c. Nauclerus* l. c. p. 759. *Pantaleon* l. c. Dn. *Obrecht* l. c alii multi: Monachus *Hamerslebienſis* verò, de *Geſtis Imperatorum ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 709. & *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. 141. id refert ad annum 1039. ibi: *Hermannus, filius Giſlæ, Dux Alemanniæ, obiit* 1039. &c. nec aliter *Otto Friſingenſis* l. c. Cap. XXXI. p 134. *Conradus Urſperg.* in vita *Conradi Salici*, ann. eod. pag. 165. *Albericus, Monachus trium fontium*, ann. eod. pag. 71. *Albertus Stadenſis*, ann. eod. pag. 119. *Jacobus Regiovillanus* l. c. &c. ſolus *Hepidannus, Annal.* prolabitur in annum 1044. quod vitiis ejus annumerandum.

(39) HENRICUS I.

Mortuo uterino fratre, *Hermanno IV.* nactus eſt *Alemanniæ Ducatum*, à Parente, Imperatore *Conrado*, *Henricus*, inter Germaniæ Reges, dictus *Tertius*; non quidem, ut *Hepidanno* l. c. videtur, anno 1044. ſcribenti h. a. *Uxor Heinrici Regis, & frater ejus*, (uterinus) *Hermannus, Dux Alemannicus, obierunt, cujus Ducatum, cum Regno Burgundionum, à Patre ſuo, eodem anno, percepit &c.* ſed anno 1038. quo *Hermannus IV.* deceſſit. Conf. *Pantaleon*, l. c. p. 61. & Dn. *Obrechtus* l. c. Errant: *Jacobus Regiovillanus.* l. c. laudati *Hermanni IV.* obitus memor, ſcribens: *Ott von Svinfurt*, (ſcil. ſucceſſit ei) *der ſtarb Duſent Vyertzig acht Jor &c.* & *Nauclerus* l. c. p. 759. *Mortuus tum eſt, inter alios, Hermannus, Dux Sueviæ, Reginæ Giſelæ filius, ſine liberis, cui ſucceſſit Otho, de Genere ſuo &c.* Neuter enim *Otto* immediatè dictum *Hermannum IV.* excepit, ſed *Henricus* noſter,

Anno

Digitized by Google

Anno 1039. á Patris obitu, electus Germanorum Rex, cujus vitam præced. Tit. V, pag. 522. & ſeqq. deſcripſi.

(40) OTTO II.

Princeps hic, *Ezonis*, C. P. R. (nec *Erneſti II.* cujus vitam præc. v. 37 delineavi, ceu *Henningeſio Part. I. Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 257. videtur,) & *Mathildis*, filius, obtinuit ab *Henrico III.* Imp. *Sueviæ Ducatum*, Ann. 1045. vid. *Hermannus Contractus* h. a. pag. 325. cujus verba præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 7. pag. 947. extant; *Conradus Urſperg.* in vita *Henrici III.* pag. m. 166. an. eod. *Otto, Dux Suevorum efficitur &c.* Biennio poſt, ſeculo iterum valedixit; vid. præced. Tit. XI. l. c. pag. 946. & 947. ubi ejus vita; Conf. *Necrologium Fuldenſe*, ad an. 1047. apud. Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 768. *Otto Dux*, ſcil. obiit. *Henricus Pantaleon*, Part. 2. *der Teutſchen Helden*, pag. 61. Dn. *Obrechtus* l. c. pag. 224. & 225.

(41) OTTO III. vulgò de SUINFURT.

(1) In excerptis, de *Familia & actis Clementis II. Papæ, ex Annalibus Sec. XII. in Saxonia ſcriptis, nondum editis*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 577. vocatur: *Marchionis Heinrici, & Gerbergá Marchioniſſæ, filius &c.* vid præced. Tit. XI. l. c. pag. 947. *Henningeſius, Part. I. Secundi & Tertii Regni in Quarta Manarchia*, pag. 257. Eum natum arbitratur, ex ſorore *Ottonis III.* Imp. fortè *Adelheide, Alrami*, Montis-Ferratenſium Marchionis, conjuge; de qua idem, l. c. Part. 2. pag. 5. & 82. evolvendus.

(2) Ann. 1035. de Conjuge ejus, inquit Auctor *Annalium Hildesheimenſium*, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. pag. 727. *Chuonradus Imperator --- Pentecoſten Bavenberg egit -- & Otto de Suinvordi* (Suinvordi) *ibidem Mathildem, filiam Bolezlavonis, Polianorum Ducis, ſibi deſponſavit &c.* addens vero ad Ann. 1036. pag. 728. *Imperator --- Triburiam tendens, Generali ibidem Synodo præſedit, in qua germanitas Epiſcoporum priora Decreta redintegravis, & etiam quædam, ad firmamentum S. Eccleſiæ neceſſaria, conformavit. Ibidem etiam prædictus Otto, cogente Synodo, Mathildem, ſibi deſponſatam, juramento à ſe abalienavit &c.* Conf. *Chronographus Saxo*, Ann. eod. p. 244. *Imperator --- Pentecoſten Bavenberg celebravit --- Otto, Comes de Swinvordi, filiam Bolezlavi, Polanorum Ducis, deſponſavit &c.* *Henningeſio* l. c. Part. 1. pag. 257. audit Ejus Conjux *Petriſſa*, Com. de *Amertall*; Quam ſecundis nuptiis *Ecberto I.* Marchioni *Thiringiæ*, obveniſſe, in *Catalogo Ducum Thuringiæ*, v. 33. p. 225. teſtimoniis *Lamberti Aſchaffenburgenſis*, ad An. 1068. pag. 176. & *Monachi Herveldenſis* an. eod. pag. m. 388. probavi.

(3) *Procreaſſe* eum filiam, *Beatricem*, innuit *Chronographus Saxo*, ad An. 1105. pag. 280. verb. *Conradus, adoleſcens filius Beatricis Marchiſiæ, poſtquam ſpretis literarum ſtudiis, quibus adprimè imbutus erat, armis operam dedit, juxta Chriſti præſagium: qui gladium accepit, gladio periit. Nec multo poſt, etiam ipſa Beatrix obiit, juxta Patrem ſuum, Ottonem Ducem, Caſtello Suinfurti ſepulturam accepit &c.*

(4) Ducatum *Alemanniæ* nactus eſt ab Imperatore, *Henrico III.* mortuo Anno 1047 *Ottone II.* Vid. *Hermannus Contractus*, ad An. 1048. pag. m. 329. *Imperator Natalem Domini in Saxonia moratus, confeſtim, per Wurciburgum, in Alemanniam venit, & Ulmæ colloquium habens, Othonem de Suinfurto, Marchionem, Suevis Ducem conſtituit &c.* Conf. *Marianus Scotus*, Ann. 1047. pag. m. 451. Annales *Hildesheimenſes*, an. eod. l. c. pag. 731. *Conradus Urſpergenſ.* ad an. 1048. in vita *Henrici III.* pag. m 166. quorum verba præced. Tit. XI. in vita *Ottonis* C. P. R. pag. 946. habentur; *Henricus Pantaleon*, Part. II. *der Teutſchen Helden*, p. 61. Dn. *Obrechtus Proarom. Rer. Alſat.* Cap. X. pag. 225.

Rapinæ eum accuſat *Odilo*, Cluniacenſis Abbas, in Vita *S. Adelheidæ* Imperatricis, lib. 2. Cap. IX. apud *Surium*, 16. Decembr. pag. m. 284. & Dn. de *Leibnitz* l c. Tom. I. p. 271. *Temporibus vero Tertii Henrici Imperatoris, unius ſigni mirificus claruit eventus, per quem, in Sanctorum numero, ſpiritalem potentiam illam, veriſſima argumentatione, agnovimus. Quidam Vir, nomine Burchardus, in miniſterio Luidpoldi, Mogonciensis Archi-Epiſcopi, fideliter degens, parentelæ ſuæ ſervili conditione cedit Dominio Venerabilis Auguſtæ. Cujus uberiſſima benignitate donatum Majoribus ſuis prædium hæreditario jure, abſque ambigua lite, poſſidebat; ideoque, ſumma devotione, donatricem Dominam omnimodis venerari ſolebat. Accidit autem, ut Dux Alemannorum, Otto de Swinvorth, licet Juſtitiæ aliarum virtutum quam plurima exempla ſectaretur, tamen inſatiatæ cupiditatis facibus accenſus, prædictum prædiolum, ſuæ latiſſimæ poſſeſſioni forte contiguum, more Achab, vel potius Jeſabelis, propriæ ditioni injuſtè vendicare eſt aggreſſus. Ergò homo talem jacturam agrorum violenter, non legaliter, perpeſſus, dum humanum præſidium, contra tantæ potentiæ culmen, deſperaret, recolens animo liberalis doni privilegium, ad donantis Dominæ fideliter acceſſit patrocinium, cartulam quoque, in præfatam poſſeſſionem conſcriptam, miſerabili cultu afferens, ſacratæ tumbæ impoſuit --- poſt hæc verò prædicto Duci, graviſſimæ infirmitatis plaga percuſſo, B. Adelheida, tam ſevero*

quam

quam honeſto vultu, nocturno ſilentio apparens, horribiles minas infernalis incendii potenter indixit, niſi famulo ſuo injuſtè ablatum citius reſtitueret prædium. Princeps vero tam ſenſatus, quam Venerabilis Perſonæ invectiva comminatione tremefactus, injuriam patientem, calumniamque intolerabilem ſuſtinentem, feſtina legatione adduxit, eique amiſſæ poſſeſſionis jus, expoſita prius viſione, & admodum tremenda minitatione ſubitæ mortis, & perennis ſupplicii, prompto animo redonavit &c.

(5) Animam tandem efflavit 28. Sept. an. 1057. Vid. *Continuator Hermanni Contracti*, h. a. pag. 337. *Otho, Dux Alemannorum, obiit, cujus Ducatum Rudolphus accepit &c.* & *Conradus Urſpergenſ.* ann. eod. pag. m. 168. *Otto de Swinfurte, Dux Suevorum, 4. Kal. Octobr.* (28. Septembr.) *obiit, & Rudolfus de Rinveldon, qui poſtea Rex eſſe contendit, Ducatum accepit &c.* & *Annales Hildesheimenſes* Ann. eod. apud Dn de *Leibnitz* l. c. T. I. p. 731. *Obierunt: Adelbero, Babenbergenſis Epiſcopus, & Ottho, Dux de Suinvurdi &c.* & *Albertus Stadenſis* an. eod. pag. 127. *Otto de Sueinfurte obiit, & Rodolfus de Reinveldon Ducatum ejus accepit &c.* *Pantaleon* l. c. *Obrechtus* l. c. vel 1058. ceu tradunt: *Lambertus Aſchaffenburg.* h. a. pag. 164. *Otto de Suinfurde, Dux Suevorum, obiit; Ducatum ejus Rudolphus obtinuit &c.* Quæ Monachus *Herveldenſis*, an. eod. apud *Schardium* T. I. *Rer. German.* pag. 380. repetit; *Marianus Scotus* an. eod. pag. 451. *Obierunt Adelbertus, Babenbergenſis Epiſcopus, & Otto, Dux de Suinforti &c.* Chronicon *Stederburgenſe*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 852. & *Meibomium*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 451. *Otto de Suinforde obiit, & Rudolfus Ducatum Suevorum ſuſcepit &c.* *Chronica Auguſtenſis*, Ann. eod. apud *Freberum* T. I. *Rer. German.* pag. 347. *Otto, Dux Suevorum, obiit &c.* Solus *Regiovillanus* l. c. p. 429. habet An. 1048.

(42) RUDOLPHUS.

(1) De origine hujus Principis, cujus Patrem, *Henningeſius* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 269. *Chunonem*, & Matrem, *Itham*, appellat, nihil aliud teneo, quam quod perantiquis Sueviæ Comitibus *Reinfeldenſibus* ſit oriundus; ſine dubio hinc *Burckhardo*, de *Caſibus S Galli*, Cap. VII. apud *Goldaſtum* T. 1. *Rer. Alaman.* Part. I. pag. 47. *Dux de Rinfelden* vocatur, ibi: *Rex vero Henricus* (IV.) *mox ut Ducem Ruodulf de Rinfelden ſuum Regnum ſibi uſurpaſſe audivit &c.* *Conradus Urſperg.* in vita *Henrici IV.* ad Ann. 1057. pag. m. 168. ex eodem fonte, nominat eum: *Rudolfum de Rinveldon*; & *Albertus Stadenſis* Ann. eod. pag. 127. *Rodolfum de Rinveldon*; quorum verba præced. vita *Ottonis Suinfurtenſis*, v. 5. habentur.

(2) Ann. 1059. *Rodolphus, Alemannorum Dux, Mathildam, Henrici* (*IV.*) *Regis ſororem, duxit Uxorem.* Hæc *Continuator Hermanni Contracti* ad h. a. pag. m. 337. De ſponſalibus, anno 1058. celebratis, loquitur *Lambertus Aſchaffenburg.* h. a. p. 164. cujus verba, præced. Tit. V. in vita *Henrici III.* Imp. v. 3. pag. 524. exhibui. Conf. *Conradus Urſpergenſis*, l. c. Emendandus hinc *Henningeſius* l. c. p. 41. *Mathildi*, nomen *Agnetis* imponens; quod p. 269. repetit, annectendo, tres ei fuiſſe Conjuges, nim: (1) *Adelheidim, Berthæ* Imperatricis, *Henrici IV.* Conjugis, Sororem; (2) *Agnetem, Henrici III.* Imp. filiam, improlem defunctam; (3) *Adelheidim, Guilielmi*, Burgundiæ Comitis, gnatam. Quæ tamen partim falſa, partim valde dubia.

(3) Eodem Auctore, l. c. pag. 269. ſex ei vindicantur liberi, duo Principes maſculi, & quatuor ſequioris ſexus; quarum tres poſteriores, ex ultimo toro prodierint;

Bertholdus & *Otto*, Patre defuncto, interemti, & ſepulti ad *S. Blaſium*, in *Nigra Sylva*, juxta Avum.

Bertha, Ux. (1) *Ulrici III.* Com. Brigantini, (2) *Sigfridi II.* Marchionis Brandenb. ſepulta in *Alba Augia Brigantina.* Sed qua auctoritate hæc? Verba ejus l. c. ſunt: *Berta ſepulta in Alba Augia Brigantina, nupta* (1) *Ulrico III. Com. Brigantiæ*, (2) *Sigefrido II. Marchioni Brandenburg.* & rurſus Part. I. pag. 304. *Ulricus III. Com. Brigantinus, fundator Albæ Augiæ Brigantinæ, A. C. 1098. Uxor Bertha, fil. Rudolphi, Ducis Sueviæ, Com. Rhynfeldenſis, & Imperatoris Pontificii &c.* aſt P. II. pag. 198. de *Udone, Sigefridi II.* diu antea defuncti, filio & ſucceſſore, ait: *Deceſſit A. C. 1085.* Nonne hæc omnia confuſa? *Udo, Sigefridi* filius & hæres jam †. 1085. *Ulricus III.* C. Brigantinus, floruit adhuc Ann. 1098. & tamen *Sigefridus, Udonis* Pater, viduam *Ulrici* in Uxorem duxit, & ex ea *Udonem* ſuſcepit; accurata Chronologia!

Mathildis, Erneſti, March. Auſtriæ novæ ad Danubium, in Norico, conjux.

Agnes, Ux. *Bertholdi, Zæringiæ Ducis*, cui *Rhinfeldenſem* Comitatum intulerit.

Adelheidis, Colomanno, Hungariæ Regi, nupta.

(4) An. 1057. vel 1058. ab exceſſu *Ottonis de Suinfurt*, nactus eſt à Socru, *Agnete*, Imperatoris, *Henrici IV.* Matre, *Ducatum Alemanniæ*; teſtes in vita dicti *Ottonis* v. 5. adduxi. Inveſtituram anno demum

1059. proceſſiſſe, docet Chronica Auguſtenſis apud Freberum T. 1. Rer. German. pag. 347. ad h. a. Rudolfus Dux Alemannorum conſtituitur &c. Eum à nonnullis Ducem quoque Burgundiæ appellari, præced. Tit. V. in vita Henrici IV. Imp. v. 4. p. 542. notavi.

Ab hac translatione multas deinceps pullulaſſe lites, docet Conradus Urſpergenſis l. c. Otto de Swinfurte, Dux Suevorum, 4. Kal. Octobr. obiit, & Rudolfus de Rinveldon, qui poſtea Rex eſſe contendit, Ducatum accepit, quod magnum fuit ſeminarium earum, quibus Regnum perturbabatur, commotionum. Eundem namque Ducatum, vivente adhuc Ottone Duce, Heinricus (III.) Imperator Bertholdo Comiti, qui poſt Carinthiorum accepit Ducatum, promiſerat, eique annulum ſuum, velut hujus rei commonitorium, dederat, quem ille diligenter ſervans, poſt amborum obitum, Imperatoris ſcil. & Ducis, Imperatrici Agneti, Imperium tunc diſponenti, obtulit, eamque, annulum agnoſcentem, pro Ducatu, ſibi promiſſo, commonuit. Sed, quia prædictus Rudolfus, mox poſt Imperatoris (Henrici III.) obitum, filiam ejus, Rumoldo, Conſtantienſi Epiſcopo, commendatam, utrum conſilio raptam an dolo, neſcitur, Uxorem duxit, receptam jam in gratiam, eundem Ducatum illi, cauſa filiæ, Imperatrix dedit, quod animum Bertholdi non parum commovit. Pro qua commotione lenienda, Ducatus Carinthiorum ei committitur, quem poſtea filio ſuo, æquivoco, ipſius rogatu, Rex Heinricus (IV.) commiſit: ſed poſtmodum, quorundam inſtinctu, eundem Ducatum Luitolfo, Conſanguineo ſuo, dedit, ſicque Patrem & Natum parvipendens offendit. Unde, quaſi renovata priore injuria, cum Bertholdus Dux permoveretur, omnia conſiliorum machinamenta, quibus ſatis pollebat, ad hoc vertebat, ut ab utroque, id eſt, Rege, & Rudolfo, ſe ulciſceretur. Ab hoc ſcil. quoniam à Ducatu, ſibi promiſſo, ſe ſupplantavit; ab illo verò, quia ſe accepto privavit &c. Nactus autem eſt Bertholdus Carinthiæ Ducatum Ann. 1060. Continuatore Hermanni Contracti ad h. a. teſte, apud Piſtorium, pag. 147. & Urſtiſium pag. 337. Conradus, qui Carentanis, ſolo nomine Ducis, præfuit, moriens locum dedit; cujus Ducatum Bertholdus Suevigena accepit &c. licet, ut mox dicam, an. 1073. eo iterum exciderit. Quem habuerit Bertholdus Patrem, diſcors Doctorum ſententia: Lazio vocatur Eberhardus, an. 942. vel. 946. in Rheno ſubmerſus; reluctari autem hoc aſſertum Chronologiæ, rectè monet Hemmingeſius l. c. p. 284. Stumpfius eum nominat Gebezonem, ſeu Gebiczonem, Bertbilonis, Habſpurgenſium Comitis, fratrem, conditoremque Monaſterii Albæ Augiæ, ſeu Minoris, vulgò Mindeṙaw, prope Ravenſpurgum, Imperiale Oppidum, ad Schuſſum amnem. Auctori Conſtantienſis Chronici, apud Piſtorium, Tab. Geneal. ad p. 666. Hemmingeſio l. c. pag. 266. Dn. Spenero, Syllog. Hiſtor. Geneal. pag. m. 606. Dn. Friderico Lucæ, im Reichs Fürſten-Saal, Hiſt. Ducum Zæringiæ, pag. 116. & 117. aliisque multis audit Bezzelinus (Bezelinus, Landolinus, Habſpurgi Comes & Dominus Briſacenſis, in Alſatia;) Mater ejus Ermeſrida, Comitiſſa à Sonnenberg, celebratur in cit. Chronico Conſtantienſi l. c.

Tenebat interea prædam Rudolfus, non multo poſt, Abbatia quoque Campidunenſi, Adelberti, Bremenſis, Antiſtitis, & Werneri Comitis, penes quos, Henrico Rege puero, ſumma rerum ſteterat, favore auctus. Vid. Chronicon Lauriſhamenſe apud Freberum T. I. Rer. Germ. pag. 76. & 77. Orto ſchiſmate inter Honorium II. & Alexandrum III. PP. RR. ſimul electos, ad reformandam (ait) Eccleſiæ pacem & unitatem, Anno, ArchiEpiſcopus Colonienſis, & Godefridus Dux, à latere Regis, rogatu Eccleſiæ, diriguntur, atque edicto Mantuæ conventu, auditis utriusque Partis allegationibus, utrisque etiam electis præſentibus, canonica ſententia, Alexander in ſede Apoſtolica confirmatur. Cujus abſentiam Adelbertus, Premenſis ArchiEpiſcopus, aucupatus, ut erat efferens avaritiæ, omni arte circa Aulicos nititur, ut Regis pueri eruditio, & pædagogium ſibi committeretur, aſſerens, Annonem ſeveræ frontis, ſe verò ingenii mitioris eſſe: Regem, jam maturæ ætatis, ſuæ poteſtatis eſſe debere, nec tam alieno, quam proprio arbitrio, Regni gubernacula diſponere. His deleneficis perſuaſionibus inflexo Rege, avaritiæ ſuæ pandit hiatum, & duas mox Regales Abbatias, Laureſhamenſem atque Corbejenſem, quaſi fidei devotionisque præmium, erga Regem, ambivit. Veritus autem, id apud cæteros Regni Principes inviſum fore, donari fecit Annoni ArchiEpiſcopo Abbatias: Indam, Malmundarium, & Filike: Sigefrido, ArchiEpiſcopo Moguntino, Seligenſtat; Ottoni: Bawariorum Duci, Altaha; Rudolfo, Suevorum Duci, Kembeten &c. Conf. Lambertus Aſchaffenb. ad an. 1063. p. 170. totidemque verbis Monachus Herveldenſis, an. eod. apud Schardium, T. 1. Rer. German. pag. 384. Bremenſis ArchiEpiſcopus duas occupat Abbatias, Laurenſem & Corbejenſem, præmium hoc aſſerens eſſe fidei ac devotionis ſuæ erga Regem. Ne id invidioſum apud cæteros Regni Principes foret, perſuaſo Rege, dat Colonienſi ArchiEpiſcopo duas, Malmendren (Malmundurienſem) & Endam (Iudenſem, ſeu ad Indam) Moguntino Archi-Epiſcopo unam in Selechinſtat; Ottoni, Duci Bajoariæ-

Digitized by Google

joariorum, unam in Altaha; Rodolpho, Duci Suevorum, unam in Kenbeten &c.

An. 1071. mediante Duce noſtro, nactus eſt *Welfus* Bavariæ Ducatum. Vid. ſeq. *Catal. Ducum Bavariæ*, v. 43. Vita *Ottonis II.* v. 4. ad h. a.

An. 1073. *Rex Natalem Domini Babenberg celebravit; ibi Bertoldo, Duci Carnotenſium, Ducatum, ſine legitima diſcuſſione, abſenti abſtulit, & Marcwardo cuidam, Propinquo ſuo, tradidit &c.* Ita *Lambertus Aſchaffenburg.* h. a. pag. 189. & *Monachus Herveldenſis* an. eod. pag. 396.; Verum, adhuc eodem anno, *Rudolfus, Dux Alemanniæ, & Bertolfus, Dux Carinthiorum, & Welph, Dux Bajoariæ, à Rege Heinrico diſceſſerunt, quia aliis ſubintrocuntibus Conſiliariis, ſuum conſilium apud Regem non valere perſpexerunt &c.* Sunt verba *Bertoldi Conſtanticnſis*, Append. ad *Hermannum Contractum*, h. a pag. 345. Conf. præced. Tit. V. Vita *Henrici IV.* Imp. v. 4. ad h. a. pag. 536.

An. 1074. *Rudolfus Dux, & cæteri, reconciliantur Regi &c.* Hæc *Bertoldus* l. c. ad h. a.

An. 1075. in prælio ad *Unſtrut*, ſtrenuè rem egit, in favorem Cæſaris. Vid. *Bruno*, in *Hiſtoria Belli Saxonici*, ad h. a. apud *Freberum* l. c. pag. 115. *Dux Suevorum, Rudolfus, Fœderis, à Saxonibus cum Rege ſubitò compoſiti, non oblitus, Regem, quatenus injuriam, cùm Deo, tùm ſibi, ſuisque Principibus univerſis, contumelioſè factam, non ſine vindicta dimitteret, inſtigavit, & ei ſe, cum tota virtute, quam poſſet habere, promiſit - - - - Hoc tamen comperimus, quod Udo, noſter Marchio, Conſobrinum ſuum, Rodolfum Ducem, gladio fortiter percuſſit in faciem, &, niſi naſus galeæ dependens fideliter defenderet, partem capitis ejus ſuperiorem penitus abſcidiſſet &c.* Conf. *Lambertus Aſchaff.* ann. eod. pag. 219. &c. & *Monachus Herveldenſ.* an. eod. pag. 417. &c. Ejusdem prælii memores: *Datum negotium eſt Duci Rudolpho, ut ipſe, cum ſuis, prima acie confligeret, peculiari ſcil. Suevorum privilegio, quibus, ab antiquis jam diebus, lege latum eſt, ut, in omni Expeditione Regis Teutonici, ipſi Exercitum præcedere, & primi committere debeant &c.* *Marianus Scotus* an. eod. pag. 455. *In iſta pugna, Dux Suevorum, Rodolphus, qui antea Saxonibus regnavit, Exercitum Regis ducens, ſtrenuiſſimè dimicavit &c.* & *Otto Friſingenſis* lib. I. de *Geſtis Friderici I.* Cap. VI. pag. m. 411. *Igitur Saxonibus à Capite ſuo diſſidentibus, ex omnibus Regni viſceribus, Princeps, ad debellandos eos, fortem & magnum Militem cogens, inſtaurans que Exercitum, prædictam Provinciam ingreditur. Fuerunt in Comitatu Ejus quatuor Magni Duces, ſinguli cum ſingulis Legionibus: Zuendebaldus, Dux Boemorum; Guelfo, Dux Noricorum; Rudolfus, Dux Suevorum; Gotefridus, Dux Lotharingiorum, & alii Principes, Comites, Nobilesque innumerabiles. Ita juxta fluvium Unſtruot dictum, publico bello commiſſo, cruenta Rex potitus victoria rediit &c.* & *Conradus Urſpergenſ.* l. c. pag. 169. *Anno* 1075. *Heinricus Rex, manu valida, tam ex Alemannia, quam Bajoaria, & Germania, atque Boëmia, congregata, Saxones petit, eisque, juxta Inſtruot fluvium, congreditur, & , non modica ſtrage utriuque peracta, tandem victoria potitus revertitur. Ibi Rudolphus, Dux Alemanniæ atque Burgundiæ, qui poſtea Regnum invaſit, fortiter cum ſuis, pro Rege dimicaſſe notatur eſt &c.* Alii que multi.

An. 1076. occaſione fulminis, quod *Gregorius VII.* P. R. in Cæſarem vibrabat, denuò adverſus Dominum rebellat. Vid. præced Tit. V. Vita *Henrici IV.* v. 4. ad h. a. pag. 539.

An. 1077. Intereſt magno Conventui *Ulmenſi.* Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d ad h. a. p. 111.

An. eod. Planè AntiCæſar eligitur. Vid. præced. Tit. V. vita *Henrici IV.* v. 4. ad h. a. p. 542. &c.

An. 1078. Horrendum, apud *Strovi*, prælium committit, cum *Henrico* Imperatore. Vid. l. c. ad h. a. p. 543.

Eodem etiam tempore, ex parte Rudolfi, Bertoldus, Carinthiorum Dux, piæ memoriæ, & Heinricus Marchio, obiit in pace &c. Ita *Bertoldus Conſtantienſis*, ann. eod pag. 349. Conf. *Chronicon Conſtantienſe Piſtorii, Tab. Geneal.* ad pag. 666. *Berchtoldus, Zaringenſis, Dux Carinthiæ - - - mortuus Anno* 1078. *ſepultus Hirſchaugiæ &c.*

(5) *An.* 1080. 15. Oct. iterum cum Cæſare, haud procul *Merſeburgo*, congreſſus, lethale vulnus accipit, amiſſa manu dextrâ, ex quo moritur. Vid præced. Tit. V. l. c. v. 4. ad h. a. pag. 544.

(43) BERTHOLDUS, ſeu BERTOLFUS I.

(1) *Bertholdi Zæringenſis Carinthiæque Ducis*, Anno 1078. ceu in vita *Rudolphi*, v. 4. ad h. a. modo notavi, & *Richwaræ*, ſeu *Richardæ*, *Adalberonis*, *Carinthiæ* Ducis, filiæ, filius; vid. *Franciſcus Guillimannus*, *Hiſtor. Comitum Habſpurg.* lib. V. Cap. 3. *Chronicon Conſtantienſe*, *Tab. Geneal. Ducum Zæringenſium*, apud *Piſtorium*, pag. 666. &, ex *Lazio*, *Hemingeſius* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 284. Dn. *Spenerus*, *Syllog. Hiſt. Geneal.* in Hiſtoria *Domus Badenſis*, pag. 606. Dn. *Fridericus Lucæ*, *Reichs-Furſten-Saal*, pag. 118. Alii multi; *Stumpfius* vero, obſervante *Heningeſio* l. c. pag. 285. Patrem ejus

ejus *Berthilonem* vocat, dicti *Bertholdi Patruum.* Obſtare videtur utrique ſententiæ *Bertoldus Conſtantienſis*, ad Ann. 1084. pag. m. 355. ſcribens: *Nihilominus & Suevi ultra Rhenum Burgundiam cum Expeditione proficiſcuntur, & quoddam caſtellum Bertoldi Ducis, FILII Regis Ruodolphi, à fautoribus Heinrici obſeſſum, viriliter eripuerunt &c.* & ad An. 1090. pag. 363. *Heremannus, piæ mem. Metenſis Epiſcopus, & Bertoldus, Dux Alemanniæ, FILIUS Ruodolphi Regis, in fidelitate S. Petri, Majo menſe, diem extremum clauſere &c.* nec non *Chronographus Saxo*, ad an. 1090. p. 271. *Ludolfus Dux obiit. Item Bertolfus Dux, FILIUS Rudolfi &c.* & *Annales Hildesheimenſ.* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſuic.* p. 732. *Liudolfus Dux & Bertolfus Dux, FILIUS Rudolfi, obierunt &c.* & *Chronica Auguſtenſis*, ann. eod. apud Freherum, T. 1. *Rer. German.* pag. 354. *Bertholdus, Ducis Rudolphi FILIUS, morte ſubitanea moritur &c.* Verùm, vocem FILIUS, pro *Genero* hic accipiendam, (pariter ac *Wenzeslaus*, Bohemiæ Rex, in confirmatione donationis á *Rudolpho* Imp. ipſius ſocero, *Ludovico* C. P. R. Ducique Bavariæ, factæ, de Ann. 1291. dictum; Cæſarem, PATREM ſuum vocat, ceu in vita *Conradini*, ſeq. v. 55. probabo) ſequentia declarabunt.

(2) Thalamo ſibi ſociavit *Agnetem*, Filiam *Rudolphi*, Anti Cæſaris *Henrici IV.* vid. *Otto Friſing.* lib. I. de *Geſtis Friderici I.* Cap. VII. pag. 417. *Hujus Rudolphi filiam quidam ex Nobiliſſimis Regni Optimatibus, Bertolfus nomine, de Caſtro Zaringen, habuit &c.* &, paucis interjectis; *Occiſo Rudolfo, Gener Ejus, Bertolfus, Ducatum Sueviæ, tanquam à Socero ſibi conceſſum, uſurpat &c.* Ecce! quo jure Dux noſter, *Filius Rudolfi* vocari queat; nomen exprimit *Chronicon Conſtantienſe* l. c. ibi: *Agnes, filia Rudolfi, Ducis Sueviæ & Reinfelden, Cæſaris*, ſcil. Uxor fuit *Berchtoldi* noſtri; ita & *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 269. & 285. *Bucelinus*, *Notit. Genealogica Germaniæ*, pag. 51. Dn. *Spener. Syllog. Hiſtorico-Genealog.* in *domo Badenſi*, pag. 606. Dn. *Fridericus Lucæ*, *Reichs-Fürſten-Saal.* Cap. de *Ducibus Zeringenſibus*, pag. 123. alii multi. Apud *Bertholdum Conſtantienſem*, ad Ann. 1092. pag. 367. legitur: *Beatrix, ſoror Friderici Marchionis, & Uxor quondam Bertoldi Ducis, tandem, per diuturnam infirmitatem, à Domino miſericorditer caſtigata & examinata, feliciſſimè diem clauſit extremum, VII. Kal. Novemb. & in Civitate Leucorum, ab Epiſcopo loci honorifice ſepelitur &c.* & ad ann. 1093. pag. 368. *Nobiliſſima Comitiſſa Sophia, vidua Ludovici Comitis, Mater, piæ mem. Beatricis Ducis, & Friderici Marchionis, in ſenectute bona, cum jam multos filiorum videret, diem clauſit extremum &c.* Arbitratur auctor cit. *Chronici Conſtantienſis*, *Beatricem* hanc alteram fuiſſe uxorem *Bertholdi*, *Zæringiæ* Ducis, Principis noſtri marterteram, ex qua ipſius Parens, (1) *Gebhardum, Conſtantienſem* Epiſcopum, & (2) *Hermannum*, Marchionem *Hochbergicum*, ſuſceperit, quorum poſterior, relicto, ex *Juditha*, Comitiſſa Calvenſi, filio æquivoco, á quo *Badenſes Marchiones* originem repetunt, in *Cluniacenſi* Cœnobio, 25. April. Ann. 1074. vitam finiit, *Bertoldo Conſtantienſi* teſte ad h. a. p. 345. *Hermannus Marchio, filius Bertoldi Ducis, Cluniaci vitam Angelicam arripiens, perfectiſſimè adhuc adoleſcens, Uxore & unico filio, & omnibus, quæ poſſederat, derelictis, verè Monachus, migravit ad Dominum, VII. Calend. Maji &c.* Hæc autem quoad *Gebhardum*, Conſtantienſem, dici non poſſe, evincunt non ſolum adducta *Ottonis Friſingenſis* verba; clarè teſtantia, *Rudolfi* Regis *Generum*, *Bertoldum*, ab ipſius demum obitu, *Sueviæ Ducatum* uſurpaſſe; adeoque non ante Ann. 1080. quo mortuum *Rudolfum* præced. Tit. V. in vita *Henrici IV.* v. 4. ad h. a. pag. 544. probavi; ſed & ipſe *Bertoldus Conſtantienſis*, ad Ann. 1092. (ceu ſub *Bertoldo II.* dicam,) perſpicuè docet: *Gebhardi, Conſtantienſis Epiſcopi, fratrem Bertholdum, totius Sueviæ Ducem*, eo ipſo anno, fuiſſe conſtitutum: quomodo itaque *Bertholdi I. Carinthiæ* Ducis, filius, & *Bertholdi I. Alemanniæ* Ducis, frater eſſe potuit, quorum alter ann. 1078. alterque 1090. ad plures jam abierant? ſed quæ conciliandi ratio? Si *Bertholdus* noſter ultimum diem anno demùm 1098. ut *Henningeſio* l. c. pag. 285. videtur; vel, juxta *Chronicon Conſtantienſe* l. c. Dn. *Spenerum*, l. c. pag. 607. aliosque plures, adhuc ſerius, ſcil. ann. 1111. 12. April. clauſerit, facile hæc componenda; Quod ſi verò ann. 1090. deceſſerit, non capio, quomodo ſibi cohæreant.

(3) Liberi ei dantur in dicto *Chronico Conſtantienſi* l. c. & apud *Henningeſium* l. c. pag. 285.

(1) N. Uxor *Gotfridi*, Comitis de *Calwa*.

(2) *Bertholdus* Dux, de quo mox.

(3) *Agnes*, Ux. *Stephani*, Com. *Burgundiæ*. Conf. Dn. *ImHoff*, *Geneal. Ill. Famil. Gall.* Claſſ. I. Tab. X. Dn. *Lucæ*, *Fürſten-Saal*, pag. 123.

(4) *Conradus*, Dux *Zæringiæ*, & Dn. *Neckergojæ*, *Briſgojæ*, *Burgundiæ* & *Rheinfeldæ*, ann. 1152. 8. Jan. defunctus.

(5) *Berchtoldus*, mortuus puer.

(6) *Rudolfus*, etiam puer decedens.

(7) *Ludgarda*.

Ne-

Digitized by Google

Neſcio autem, qua auctoritate! minimum, ſi *Bertholdus* noſter jam anno 1090. ut. v. 1. dictum, has res reliquerit, confuſa hæc omnia;& omninò referendus huc *Gebhardus*, Conſtantienſis Præſul, quem *Conſtantienſe* Chronicon l. c. aliique, Ducis noſtri *Patruum* vocant.

(4) A ſocero, *Rudolfo* Antí Cæſare, *Sueviæ Ducem* eum creatum, ex *Ottone Friſingenſi* modo audivimus. Sed eundem Ducatum, ab exceſſu *Rudolfi*, ab *Henrico IV.* Imp. fuiſſe collatum in *Fridericum Hohenſtauffium*, ejusdem teſtimonio nititur, præced. Tit. V. in vita *Henrici IV.* v. 3. pag. 531. Conf. *Nauclerus*, Vol. 2. *Generat. XXXVII*, pag. 785. & 786. *Rudolphus, Sueviæ Dux, cum eſſet à Primatibus Rex appellatus, Bertoldo, Duci de Zaringen, Ducatum dedit. At in Suevia Barones quidam erant de Staufa, belli pacisque artibus Illuſtres. Ex his Fridericus erat, cujus fides virtusque apud Henricum Imp. tanta fuit, ut ei filiam, Hagnen, Uxorem daret. Ambibat hic, Rudolpho Rege cæſo, Ducatum, ampliorem gloriæ materiam ſperans, ſi majores ſuæ vires eſſent. Henricus tanto Viro, quod petebat, conceſſurus, à Bertoldo, qui ditionem tenebat, Ducatum recipit, eum dat Friderico, Baroni de Staufa. Turegum Oppidum, neſcio quam ob cauſam, ajunt in Bertoldi fide manſiſſe. Itaque deinde Duces de Zæringen, etſi viribus multum pollerent, Ducatum tamen non tenuere &c.* & *Paulus Langus*, *Chron. Citizenſ.* apud *Piſtorium*, pag. m. 778. *Eodem quoque tempore* (quo Rudolfus AntiCæſar occiſus) *Henricus Imperator Ducatum Sueviæ, qui fuerat Rudulphi Ducis & Regis pridem occiſi, dedit Friderico, Comiti de Stoyphen, Magiſtro Militiæ ſuæ, ſtrenuo & bellicoſiſſimo Viro, qui magna pro Eo geſſit facinora, & fortiſſima Bella, inſuper & filiam ſuam unicam, Agnetem, illi in conjugium copulavit; ex qua ſuſcepit duos egregios liberos, Fridericum, Ducem Sueviæ, & Conradum, qui poſt factus Imperator, ejus nominis Tertius &c. Lehman. Chron. Spir.* lib. V. c. 34. pag. 467. Hinc magnæ lites. *Fridericum* tuebatur *Henricus* Imperator; *Bertoldum, Hermannus*, novus AntiCæſar. Ann. 1081. *Pugna inter Ducem Fridericum*, (Sueviæ) *& Welfonem*, (Bavariæ) *atque Hermannum & fautores, apud Hochſtat. Hermannus, à Suevis Rex conſtitutus, cum Marchione Leupoldo, & aliis, Auguſtam invadentes, per tres hebdomadas, obſederunt &c.* Hæc ex *Chronico Auguſtenſi* h. a. apud *Freberum* T. 1. *Rer. German.* p. 351. & rurſus, ad ann. 1082. pag. 351. *Rege Heinrico morante adhuc in Italia, in diverſis partibus Alemannorum & Bavarorum, pugnæ, & incendia fiebant &c.* & ad ann. 1083. l. c. *Rege in Italia morante, per Sueviam, incendia, cædes, prædationes fiebant, & plerique vici, cum Eccleſiis, cremantur &c.* Conf. *Bertoldus Conſtantienſ.* ann. eod. pag. m. 351. *Hermannus Rex Nativitatem Domini in Suevia, cum Principibus Regni, ſatis honorificè celebravit &c.* ad ann. 1084. p. 355. pergens: *Heinricus verò, circa Calend. Auguſti, Expeditionem in Sueviam paravit, ſed, Suevis ſibi obviantibus, pugnare noluit, quamvis Eum, erectis vexillis, pluribus diebus, ad pugnam provocaverint, & ex ſuis plus quam centum occiderunt, & captivaverunt. Nam prope Licum flumen caſtra metatus eſt, cujus ripa munitus, ab hoſtibus non facile potuit invadi. Suevi autem, ex altera parte fluminis, in conſpectum ejus, caſtra metati ſunt, ſatis à ripa ſeparati, ne hoſtibus facultatem transvadendi intercluſiſſe viderentur, ſed fruſtra. Nam Heinricus tranſire noluit, & potius non præſumpſit, qui &, poſt diſceſſum Suevorum, timens inſidias eorum, unum pene diem, ripam relinquere pertimuit. Tandem Heinricus Ratiſponam revertitur, inde, ultra Rhenum, Moguntiam proficiſcitur. Nihilominus & Suevi ultra Rhenum, Burgundiam cum Expeditione proficiſcuntur, & quoddam Caſtellum Bertoldi Ducis, Filii* (Generi) *Regis Ruodolphi, à Fautoribus Heinrici obſeſſum, viriliter eripuerunt; nam, quibusdam rapidiſſimis fluminibus transvadatis, & potius transnatatis, ideo obſeſſores Caſtelli, licet adhuc longè poſiti, perterruerunt, ut, reliquis* (relictis) *papilionibus, equis & loricis, ab obſidione paſſim diffugerint, nec deinceps, in illa Expeditione Suevis terram eorum, ferro, præda, & incendio vaſtantibus, reſiſtere præſumerent. Erepto ergo Caſtello, congruis alimentis in annum præmunito, deſtructisque quibusdam inimicorum munitionibus, Suevi, cum pace, in ſua rediere &c.* & ad ann. 1086 pag. 359. *Heinricus, prope Nativitatem Domini, quoddam Caſtellum, in Bojoaria obſedit, &, ut ajunt, in eadem obſidione Nativitatem Domini voluit celebrare; quo audito, Welph & Bertoldus Duces, non cum magna multitudine Suevorum, ſeu Bojoariorum, derepentè ſupervenientes, de obſidione eum diſcedere non permiſerunt: niſi prius accepta ſecuritate ab Ejus Principibus, ut colloquium fieri promitteret, in quo diutina Regni diſcordia, quoquo modo tandem idoneum finem accipere poſſet. Accepta ergo ſecuritate, locum Ei cum pace diſcedendi conceſſerunt, ſicque ipſe, in vigilio Nativitatis Domini, compulſus eſt, Feſtum ſuum alibi celebrare. Duces autem ad ſua, cum pace & lætitia, rediere, ſtatimque cum reliquis Regni Principibus, prædeſtinatum Colloquium ad Oppenheim, in tertia hebdomada Quadrageſimæ communiter condixere &c.* Ann. eod. inquit *Chro-*

Chronicā Auguſtenſis l. c. pag. 353. *Suevis advocatis, per totam penè Provinciam graſſatur*, (Dux Welfo) *& cum quibusdam, quos Imperator egregiè ditaverat, pervenerat usque Ratiſponam, in qua Imperator tum temporis erat, ipſe diſſimulans; nam, poſt parvum temporis intervallum, Fredericus, Alemanniæ Dux, & Rapoto Comes, Civitatem decipiunt; illis enim recedentibus, adverſarii, aſſumpto Duce, cum aliis, eos, qui in Urbe ad præſidium erant, ad deditionem coëgerunt, & Epiſcopum cum juramento ſibi aſſociarunt. Imperator verò proficiſcens, illos, quos ſupra diximus, protervè ſibi occurſantes, invaſit, plurimisque ex eis occiſis & vulneratis, ſuperavit. Dehinc, apud Saltzburg, & penè per totam Bavariam, ſeditiones diverſæ, & pugnæ ſunt commiſſæ. Imperator verò, audiens Ducem Fridericum, & Epiſcopum Moguntinenſem, à Suevis & à Saxonibus in Wirtzburg obſeſſos, in Franciam proficiſcitur, & ibi collecta non modica multitudine, pro liberanda obſidione Civitate, in hoſtes ad bellandum paratos, atrociter cum ſua Legione irruit; Exercitus autem ſic pars maxima ſtatim, utrum conſilio, an ignavia, terga turpiter vertit. Hoſtes vero, hac occaſione, atrociores pertinaciter repugnant, peditumque non modicam partem trucidant --- Fredericus Dux, & qui in Urbis præſidio erant, ſuorum contumeliam, & inimicorum cernentes contumaciam, Urbe relicta, nimis turbati diſceſſerunt &c.*

(5) Deceſſit tandem an. 1090. menſe Majo, teſtibus præced. v. 1. hoc titulo adductis. *Heminge ſius* l. c. pag. 285. Eum ann. 1098. defunctum, tradit; & *Chronicon Conſtantienſe*, l. c Dn. *Spenerus* l. c. p 607. aliique, exceſſum ejus ann. 1111 12. April. vindicant.

(44) BERTOLDUS II.

(1) Filius fuit *Bertoldi I.* à *Rudolfo* AntiCæſare, creati *Ducis Alemanniæ*, fraterque *Gebehardi*, Conſtantienſis Epiſcopi, de quo evolvendum præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 1092. pag. 114. *Bertoldi Conſtantienſis* teſtimonium, quod, totidem ferè verbis, Auctor *Fragmenti Hiſtorici*, *Alberti Argentinenſis Chronico præfixi*, ad ann. 1092. apud *Urſtiſium*, T. 2. *Rer. Germ.* p. 83. corroborat: *Principes Alemanniæ, ad defenſionem Sanctæ Matris Eccleſiæ, unanimiter convenerunt, ſibique ad hoc negotium exequendum, fratrem Gebehardi, Conſtantienſis Epiſcopi, Bertoldum de Zeringen, Ducem totius Sueviæ conſtituerunt, qui nondum Ducatum aliquem habuit, etſi jamdudum nomen Ducis habere conſueverit &c.* Ecce, *Bertoldus* ille, quem Principes Alemanniæ. an. 1092. *Ducem totius Sueviæ* conſtituerunt, fuit frater *Conſtantienſis* Epiſcopi, *Gebhardi*; errant igitur omnino *Chronicon Conſtantienſe* apud *Piſtorium, Tab. Geneal. Zæringenſi*, p. 666. & *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 285. laudatum *Gebhardum* fratrem *Bertoldi*, à *Rudolfo* Anti-Cæſare declarati *Alemanniæ Ducis*, fingentes; cum *Bertoldus* ille jam ann 1090. abierit ad plures.

(2) Uxorem habuit *Sophiam, Henrici Nigri*, Bavariæ Ducis, filiam. Vid. *Chronicon Weingartenſis Monachi de Guelfis Principibus*, Cap. X. apud Dn. de *Leibnitz*, T. 1. Rer. *Brunſuic.* in vita *Henrici Nigri*, p. 786. *Heinricus igitur Dux, ex Wulfilde*, (Magni, D. Saxon. Billingorum Gentis ultimi, filia) *præter illos, quos infra annos ſinus cœleſtis patriæ ſuſcepit, tres Filios habuit: Cunradum, Heinricum, Gwelfonem; & quatuor Filias: Juditam, Sophiam, Mathildem, Wulfildem. Judita nupſit Friderico*, (Cocliti) *Suevorum Duci, quæ Fridericum, Imperatorem noſtrum, & Uxorem Matthæi, Ducis Lotharingiæ, progenuit; Sophiam, Bertholdus, Dux de Haringen*, (Zæringen) *&, eo mortuo, Leopoldus, Marchio de Stira, in uxorem accepit &c.* nec non *Arbor Genealogica*, antiquo Codici membranaceo MS. de *Guelfis Principibus*, præfixa, ibid. pag. 800. ubi in ſerie liberorum laudati *Henrici Nigri*, & *Wulfildis*, tertio loco: *Sophia*, Ux. (1) N. Duc. de *Zaringen*, 2) *Bertholdi, Ducis Stiriæ, ex quo genuit Othocarum, primum Marchionem &c.* quamvis ſimul error ſcribæ emendandus appareat, qui nomen Ducis *Zaringiæ*, Duci *Stiriæ* dedit; ille enim *Bertholdus*, & hic *Leopoldus*, appellabantur. Rectius itaque *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Lotharii* Saxonis, pag. m. 211. memor ejusdem Ducis, & *Wulfildis*, Principis: *Ex qua, præter illos, quos infra annos ſinus cœleſtis Patriæ ſuſcepit, tres Filios; Cunradum, Henricum, Welfonem, & quatuor filias, Juditham, Sophiam, Mathildam, Vulfhildam, progenuit. Juditha nupſit Friderico, Suevorum Duci, quæ Fridericum, Imperatorem noſtrum, & Uxorem Matthæi, Ducis Lotharingiæ, progenuit: Sophiam Bertholdus, Dux de Zaringen, &, eo mortuo, Luipoldus, Marchio de Stiria, in Uxorem accepit &c.* Add. *Conradus Botho*, in *Chronico Brunſuicenſi Picturato*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 334. *Hertoghe Hinrick de Swarte to Beyeren, de nam Wulffilt, Hertoghen Magnus Dochter to Lunenborch de ſelde œm ſes Kinder, veer Dochter: de Eyne het Soffia, de nam Hertoghen Bartholt to Dæring*, (hoc mendum eſt, pro *Zæringen*) *de wart œr affgeſlaghen*, (novus error) *do nam ſe wedder Marggreve Lippolt van Styrede --- de verde Dochter het Jutta, de nam Hertoghen Frederick to Swaven, dar de erſte Keyſer Fre-*

Frederick aff kam &c. & *Ladislaus Sundheimius*, de *Familia Welphorum*, ibid. T. 1. pag. 804. *Hainricus Niger, Dux Bavariæ, & Comes Altdorffenſis, filius Welphonis IV. & frater Welphonis V. Ducum Bavariæ, fuit etiam Princeps aliarum Provinciarum. Wulfildis, Ejus Uxor, Magni, Ducis Saxoniæ de Lunenburg, filia --- ex qua tres filios, & quatuor filias, genuit, videlicet: Conradum, Hainricum, & Welphonem; Juditham, Sophiam, Mechtildem & Wefildem &c.* & pag. 805. *Juditha, prima filia Hainrici Nigri, Ducis Bavariæ, & Dominæ Welfildis, ejus Uxoris --- Uxor Friderici, Ducis Sueviæ de Hohenſtauffen, mater Friderici I. Cæſaris, & Judithæ, ejus ſororis, Duciſſæ Lotharingiæ; Sophia, ſecunda filia Hainrici Nigri, Ducis Bavariæ, ſoror Dominæ Judithæ, ſupra ſcriptae, Uxor Berchtoldi, Ducis Zaringiæ, qui nullam prolem genuit; poſt ejus mortem, nupſit Leopoldo forti, Marchioni Stiriae, & genuit ei Ottocarum, primum ejus nominis, Stiriae Marchionem &c. Chron. Conſtantienſe* l. c. pag. 666. Tab. Geneal *Henningeſius*, l. c. pag. 285. & *Part.* 2. pag. 115. *Bucelinus, Notit. German. Genealog.* pag. 41. & in *Hiſtoria Agilolfingica* pag. 397. perperam omittit *Sophiam* noſtram, ejus loco ſubſtituens *Helenam, Wratislai*, Pomeraniæ Ducis, conjugem.

(3) *Sundheimius* l. c. docet nullam prolem edidiſſe *Juditham; Henningeſius* verò l. c. Part. I. pag. 285. & Part. II. pag. 138. ei vindicat *Sophiam*, filiam, collocatam *Bertoldo I.* Marchioni Eslenſi, poſteaque Carinthiæ & Stiriæ Duci;

(4) Ann. 1092. unanimi Principum Alemanniæ conſenſu, *Sueviae totius Ducem* eum creatum, verbis *Bertoldi Conſtantienſis*, præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 114. aliorumque teſtium, v. 1. modò nominatorum, probatur. Quomodo ſe geſſerit, ex eodem diſcimus *Bertoldo*, ad ann. 1093. pag. 369. *In Alemannia Dux Bertoldus Monaſterium novum, in honorem S. Petri, in praedio ſuo, in Nigra Sylva, à fundamentis extruxit, multisque bonis ditavit. Sed & omnia bona alterius Monaſterii, quod ejusdem Ducis Pater in alio loco ædificavit, iſte ad iſtud tranſtulit. Hoc ergò Monaſterium frater ipſius Ducis Gebehardus, Conſtantienſis Epiſcopus, & Apoſtolicae Sedis Legatus, ſua conſecratione initiavit &c.* interjectis paucis, addit, quod cum Fratre, *Gebehardo*, Conſtantienſi Præſule, magnum Conventum *Ulmae* celebraverit, *in quo firmiſſimè laudatum eſt, ut Conſtantienſi Epiſcopo omnimodè, ſecundum ſtatuta Canonum, obediretur, & ut Duci Bertoldo, & Comitibus, ſecundùm Legem Alemannorum, obſecundaretur. Deinde, firmiſſimam pacem tam Duces, quam Comites, tam majores, quam minores, ſe obſervaturos, à 7. Cal. Decembr. usque in Paſcha, & a Paſcha in duos annos juraverint &c.* Conf præced. Tit. 2. l. c. ad ann. 1093. pag. 114.

Ann. 1094. *Welpho, Dux Bajoariæ, firmiſſimam pacem cum Alemannico Duce, Bertoldo, & reliquis Alemanniæ Principibus, initiavit, usque Bajoariam, imò usque ad Ungariam, propagavit; Francia quoque Teutonica, & Alſatia, eandem pacem, ſuis partibus ſe obſervaturas, juramento decreverunt. Hæc tamen Pax in Alemannia maximè invaluit, eò quod Principes ejus, quisque in ſua poteſtate, Juſtitiam facere non ceſſaverit; quod reliquæ Provinciæ nondum facere decreverint. Et præcipuè Dux Bertoldus, ad faciendam juſtitiam in Ducatu Alemanniæ, adeò exarſit, ut, in obſervatione juſtitiæ, omnes Prædeceſſores ſuos penè vicerit, & de hoc omnium ora, pio rumore, compleverit &c.* Hæc *Bertoldus Conſtantienſis*, h. a. pag. 370. qui pag. 371. annectit, ducem noſtrum interfuiſſe quoque hoc anno Synodo Conſtantienſi, à fratre *Gebehardo* Epiſcopo convocatæ; verba præced. Tit. 2. p. 114. ad h. a. extant. Succedente tamen tempore, *Henrico* Imp. priſtinas vires paulatim recuperante, ſimulque rebus *Friderici Hohenſtauffii* incrementa ſumentibus, is erat controverſiæ finis, ut *Bertolfus Ducatu Alemanniæ Friderico* cederet, & viciſſim ab Imperatore de *Turego* inveſtiretur. Tranſactionis hujus memor *Otto Friſingenſis*, lib. I. de *Geſtis Friderici I.* Cap. VIII. pag. m 412. ait: *Fridericus, Dux ſimul Suevorum & Gener Regis, factus, ad propria rediit; &, ne multis morer, Bertolfum tandem pacem petere coëgit: quod tamen quidam ſub filio ſuo, Friderico* (Coclite) *factum tradunt. Conditio autem pacis talis fuit: ut Bertolfus Ducatum exfeſtucaret, ſic tamen, quod Turegum, Nobiliſſimum Sueviæ Oppidum, à manu Imperatoris, ei tenendum remaneret. --- Bertolfus iſte, quamvis, in hoc negotio, Imperio ſimul & Juſtitiæ ceſſerit, tamen ſtrenuiſſimus ac fortiſſimus fuiſſe traditur &c.* Hinc ſua Auctor *Fragmenti Hiſtorici, Chronico Alberti Argentinenſis* præfixi, ad ann. 1125. apud *Urſtiſium* T. 2. *Rer. Germ.* pag. 84. Sed pergit *Otto* l. c. pag. 413. *Fridericus autem Ducatum Alemanniæ exhinc, ſine contradictione, habuit, ac ſtrenuè, diebus non paucis, rexit &c.* Quibus ſimul docemur, dictam Tranſactionem non reſpicere *Bertoldum I.* quippe qui jam ann. 1090. ad plures abiit, ſed filium ejus, in quem, ut modo audivimus, *Alemanniæ Principes, totius Sueviæ Ducatum*, ann. 1092. contulerant. Cap. IX. pag. 413. ſubnectit: *Bertolfus, vacuum exhinc nomen Ducis gerens, id quaſi hæreditarium*

Digitized by Google

Poſteris reliquit. Omnes enim, usque ad præſentem diem, Duces dicti ſunt, nullum Ducatum habentes, ſoloque nomine, ſine re, participantes; niſi quis Ducatum eſſe dicat, Comitatum inter Juram & Montem Jovis, quem poſt mortem Wilhelmi Comitis, filius ſuus, Conradus, ab Imperatore Lothario, ſuſcepit; vel, à Ducatu Carentano, quem nunquam habuerunt, Duces eos nomine honorandos contendat. In aliis tamen, rerum & honoris non parva pollentes magnificentia &c. Quamvis *Conradus*, cujus hic mentio fit, non ejus filius, ſed frater, fuerit; Conf. *Fragmentum Urſtiſianum* l. c. Tranſactionem hanc adhuc an. 1094. fuiſſe confectam, innuit Fundatio Cœnobii *S. Fidi Seleſtadienſis*, de hoc anno; facta à *Suevorum Duce, Friderico*. Vid. ſeq. vita *Friderici I.* v. 4.

Ann. 1120. *Friburgum*, ex Pago, Urbem feciſſe fertur juxta Verſus, apud *Henningeſium*, l. c. Part. I. pag. 285.

Anno Milleno, Centeno, bis quoque deno,

Friburg fundatur, Bertholdus Dux dominatur &c.

In *Chronico Conſtantienſi* l. c. inſcribuntur hæc anno 1118. Conf. *Sebaſtianus Münſter*, lib. III. *Coſmographiæ*, Cap. 267. pag. m 771. in vita *Bertholdi III. Under dieſem Bertholden iſt Fryburg im Briſsgow, im Jar Chriſti* 1118. *zu einer Statt worden &c.* qui tamen Cap. 271. pag. 773 an. 1112 hoc titulo profert: *Friburg die Statt iſt An. Chriſti* 1112. *durch Herzog Bertolden von Zæringen, im Briſsgaw, gebauwen worden &c.* Cap. 272. verò p. 774. repetit priorem ſententiam.

(5) De obitu ejus, inquit dictum *Conſtantienſe Chronicon* l. c. *Occiſus Molshemii, in tranſitu, à civibus, anno M. C. XXII. XIX. Febr. ſepultus in Capitulo Monaſterii S. Petri &c.* Add. *Münſterus* l. c. Cap. 267. pag. 771. *Zu ſeiner* (Bertholdi) *Zeit, iſt ein Krieg erwachſen im Undern Elſaſs, zwiſchen Grave Hugen von Tagſpurg, und ſeinen Underthanen; Do zog ihm zu, als ſeinem Verwandten, Berthold, Im zu helffen, aber er ward erſchlagen, ſampt Grave Hugen, nicht ferr von Molſsheim; Diſs iſt geſchehen, im Jar Chriſti, Eilff Hundert, zwey und zwantzig;* Conf. idem l. c. Cap. 272. pag. 774. & *Henningeſius* l. c. *Cum Hugoni, Dagſpurgenſi Comiti, ſuppetias tuliſſet contra ſubditos ſuos, pugnando ſimul cum ipſo cæſus eſt, non procul ab Oppido Molsheim* (in Alſatia, 3. mill. ab Argentorato) *Anno Chriſti MCXXII. &c. Jacobus Twinger*, vulgò *Regiovillanus*, ſeu *von Kœnigshofen*, in Supplementis *Chronici Alſatici*, Edit. *Schilter*. pag m. 429. in ſeriè *Ducum Alemanniæ*, id refert in annum 1123. *Behtolt von Zeringen der maht, uff ſine eigen, die Stat und Burg zu Friburg; und war zu Molſsheim erſlagen, noch Gottes Geburt, Duſent Hundert Dry und Zwentzig Jor. Do leeb Keyſer Heinrich der IV. daſſelb Hertzogthumb zu Swoben ſein Dohterman, genant Friderich von Stouffen &c.* Minimùm poſteriora hæc Commentario egent, cum ann. 1123. & *Henricus IV.* & ejus Gener, *Fridericus Hohenſtauffius*, dudum jam inter vivos commorari deſierint.

(45) FRIDERICUS I. HOHENSTAUFFIUS.

(1) Hic eſt Princeps ille, cujus frequens hactenus facta mentio, ſub *Bertoldo I.* & *II.* Patrem habuit *Fridericum*, Comitem de *Woiblingen* & *Hohenſtauffen*, & Matrem *Himeltrudim*, Comitiſſam de *Helffenſtein*, Vid. *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 45. Illuſt. Dn. *Obrechtus*, Vol. I. *Prodrom. Rerum Alſatic.* Cap. X. pag. 230. Matrem appellat *Hildegardim Hohenloicam*. Notabile eſt Sphalma hiſtoricum, quod in *Fragmento quodam vetuſto Brandenburgenſis Chronici*, de *Genealogia Ducum Brunſuicenſium & Luneb.* apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* pag. 18. offendimus: *Henrico vero Rege, apud Trajectum, defuncto, anno Domini* 1126. *ex Mechtilde, Uxore ſua, filia Regis Angliæ, reliquit filium, Fridericum, Ducem Swevia; & hic decedens, reliquit tres filios, ſcil. Henricum, Fridericum, & Conradum Regem &c.* Quis unquam Veterum conſtituit *Henricum V.* Imp. avum *Conradi III.* Imp.? quem ſine prole maſcula defunctum, non ſolùm *Otto Friſingenſis*, lib. VII. *Chron.* Cap. XVII. ad an. 1125. p. m. 148. ſed & omnis fatetur hiſtoria. Non minor *Conradi Bothonis* error, in *Picturato Chronico Brunſuicenſi*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 332. *Hertoghe Cord to Swaven de nam to Wive Bertke, Keyſer Hinrick des Verden Dochter, de telde œme acht Kinder; dre Dœchter: Armgard, de nam Hertoghen Otten to Saſſen, to Lunenborch; Angenes, de nam den Konigh to Behem; Mettilda, de nam den Hertoghen to Polen. Unde hadde viff Sone: Hartwich, de wart ein Dom-Proveſt to Hildeſſem, und darna eyn Biſchopp to Paſſauw; Otto, wart ein Biſchopp to Friſinge; Frederick, eyn Hertoch to Swaven; Cord de wart Keyſer, na Keyſer Luder; Hinrick, de wart de Erſte Hertoghe in Oſterick &c.* Quandoquidem (1) Sueviæ Dux, qui *Henrici IV.* Imp. Gener fuit, non *Conradus*, (errore etiam *Alberto Cranzio*, lib. VI. *Saxon.* Cap. VIII. communi) ſed *Fridericus* nuncupandus; (2) Conjux dicti Imperatoris non *Berta*, ſed *Agnes*, appellanda; (3) Multi ex liberis, hic nominatis, *Uterini* ſaltem fratres Sororesque *Conradi*, Imp. fuerunt, ex *Agnete* ſcil. ipſius Matre, & *Leopoldo*, Auſtriæ Marchione, nati; qua de re evolvenda *Melicenſis* Cœnobii Fundationis Hiſtoria, apud *Lambecium*,

lib.

Digitized by Google

lib. 2. *Biblioth. Vindobon.* Cap. VIII. pag. 631. &c. ubi: *Iſte Leopoldus Pius, Illuſtris & Nobilis Marchio,* (Auſtriæ) *duxit Uxorem, nomine Agnetem, filiam Hainrici Imperatoris, de qua genuit Octodecim Pueros & Puellas, quorum Septem, tempore Infantiæ, de medio ſublati ſunt; Undecim verò, qui ſupervixerunt, ſcilicet ſex Filii, & quinque Filiæ ad honores rerum temporalium non modicos promoti ſunt omnes:*

Primogenitus, Albertus, qui factus eſt Advocatus omnium Monaſteriorum iſtius Terræ noſtræ Auſtriæ.

Secundus, Hainricus, qui & diutius omnibus vixit, & à Patre minus diligebatur. Hic Hainricus factus fuerat Dux Bavariæ, ſed, per Fridericum Imp. ab eodem Ducatu remotus fuit; & quia Ipſius erat magna Nobilitas, & honeſtas, quæ exigebat, ut nomen Ducis non perderet, utque Duces Bavariæ minus deinceps valerent contra Eum ſuperbire, præfatus Imperator Fridericus, collecta Curia in Ratisbona, de conſenſu & voluntate Principum, Marchionatum Auſtriæ à Juriſdictione Ducis Bavariæ exemit, &, quosdam ei Comitatus de Bavaria adjungendo, in Ducatum vertit, judiciariam poteſtatem præfato Principi Hainrico, & ſuis Succeſſoribus, ab Anaſo, usque ad Sylvam prope Pataviam, quæ dicitur Rotenſaal, protendendo. Sic igitur iſte Hainricus, dictus Jochſamergott, factus eſt primus Dux Auſtriæ, cum antea Marchiones tantùm eſſent, & cuncta ſibi ſubjugavit, Patrui ſui, præfati Imperatoris Friderici, potentia, adjutus &c.

Tertius Filius Leopoldi Pii, Fundatoris Neuburgenſis, dictus eſt Leopoldus, qui tertio anno, poſt mortem Patris, ejecto præfato Hainrico, Ducatum Bavariæ accepit, ſed brevi heu duravit, quia, poſt auctum honorem, anno ſecundo, vita præſenti minutus eſt, ſuperſtitem & ſucceſſorem relinquens præfatum Hainricum, Fratrem ſuum &c. Quartus, Erneſtus, qui etiam ſepultus eſt in S. Cruce.

Quintus, Otto, qui factus eſt Mormundenſis Monachus, cum quindecim electiſſimis Clericis, qui ſecum illuc venerant à Studio Pariſienſi. Ad cujus Ottonis preces, pater ſuus fundavit S. Crucem, qui poſtmodum factus eſt Epiſcopus Friſingenſis; qui cum viſitaret Domum Mormundenſem, mortuus eſt illic, ac ibidem ſepultus.

Sextus, Conradus, qui factus eſt Epiſcopus Patavienſis, & deinde Salzburgenſis, & in Cœnobio Admuntenſi ſepultus.

Primogenita Filiarum, Bertha, quam duxit Hainricus, Burchgravius Ratiſponenſis.

Secunda, Agnes, quam accepit Boleslaus, Dux Poloniæ.

Tertia, Gertrudis, quæ copulata eſt Laslao, Duci Bohemiæ.

Quarta, Eliſabeth, quam accepit Hermannus, Landgravius de Saxonia.

Quinta, Juditha, quam duxit Regengerus, Marchio de Monte Pherran &c.

Conf. *Radevicus,* lib 2. *Geſtorum Friderici I.* Imp. Cap. XI. pag. 513. qui memor *Ottonis Friſingenſis,* ait: *Conradi Regis Frater uterinus, Friderici Imperatoris Auguſtiſſimi hujus, qui jam feliciter regnat, Patruus, ex Clariſſimo Regni Principe, Leopaldo Marchione, Patre, & Matre Agnete, Filia Henrici IV. Imp. pariter cum Fratribus ſuis germanis: Conrado, Patavienſi Epiſcopo; Leopaldo, Duce Bajoariæ; & Henrico, Duce Auſtriæ; nec non & Sororibus: Gertruda, Duciſſa Bœmiæ; & Bertha, Duciſſa Polonorum; ac Ita, Marchioniſſa de Monteferrato, N. Imperatricis Hiſpaniæ Genitrice: de tanta, inquam, tamque illuſtri parentela. proles ipſa Nobiliſſima traxit originem &c.* Nec non *Conradus Urſpergenſ.* in Vita *Friderici* I. Imp. pag. m. 216 ubi ſequens ſchema Genealogicum:

Leopoldus III. Agnes, Filia Henrici IV. & Soror Henrici V. quæ prius Friderico, Suevorum Duci, nupſit, ex Eoque Fridericum & Conradum genuit.

Leopoldus IV. factus à Conrado Rege, Dux Bajoariæ, ſepultus in Auſtria, in Monaſterio S. Crucis Ordinis S. Bernhardi.	*Heinricus, natu major; recepit Gertrudim, filiam Lotharii II. Imp. Relictam Heinrici, Duc. Bajoariæ. Hic fuit creatus Primus Dux Auſtriæ, à Friderico I. & Monaſterium Viennæ erexit, quod vocatur Scotorum.*	*Conradus Epiſcopus Saltzburgenſis.*	*Otto Friſingenſis.*	*Gertrudis, Uxor Ducis Bohemiæ.*	*Bertha, Uxor Ducis Poloniæ.*	*Juditha, Ux. Marchionis Montisferrati.*

Et *Mutius*, lib. XV. *Hiſtor.* pag. m. 122. *Nauclerus* Vol. 2. Generat. 37, pag. 786. *Henningeſius* l. c. pag. 258. Hacque ratione conſtat ſimul, quomodo intelligendum ſit Diploma *Conradi III.* Imp. quo, ſub dato *Wirtzpurch*, 1142. Eccleſiæ *Ransbovenſis* privilegia & immunitates confirmat, apud *Gewoldum*, ad Tomum III. *Hundii Metropolis*, pag. 210. ubi, teſtium loco: *Conradus, Frater Regis*, (nim. Uterinus) *Trajecenſis* (tunc) *Præpoſitus &c.* pariter, ac *Albericus*, Monachus trium Fontium ad ann. 1146. pag. 309 verb. *Rex quoque* (Conradus III.) *eadem Nativitate* Domini) *in Palatio Aquis celebrata, Bajaariam ingreditur. Ibi Eum Boëmorum Dux, Labeslaus, ſupra nominatum Boricium de Hungaria ſecum ducens, adiit; Is, flebili ac miſerabili voce, querimaniam, de privatione Paterni Regni, depromens, quatenus, authoritate Imperiali, ad quam totius Orbis ſpectat patrocinium, Ei ſubveniat, depoſcit; Ejusque ſuper hoc promiſſum, interventu Boëmorum Ducis, ejusque conſortis, Gertrudis, Sororis Regis*, (ſcil. Uterinæ,) *honeſto intercedente placito, impetravit &c.* Conf. *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 297. verbis præced. Tit. V. in Vita *Conradi III.* Imp. v. 3. pag. 568. occurrentibus. Qua occaſione proſcribendus ſimul error *Chronici Montis Sereni*, ad an. 1146. pag. m. 19. quando præfatum Regem Ducemque *Uladislaum* Imperatoris *Conradi* conſtituit *Generum*, qui ſaltem ejus *Affinis* fuit. Huc inſuper ſpectant, quæ de Stirpe *Wilhelmi*, cognom. *Longaſpata, Balduini IV.* Hieroſolymorum Regis, Affinis, & *Wilhelmi*, Marchionis Montferratenſis, Filii, apud *Wilhelmum Tyrium*, lib. XXI. *Hiſtariæ Hieraſolymitanæ*, Cap. XIII. de *Geſtis Dei per Francas*, pag. 1004. leguntur: *Tertia Regni ejusdem Dn. Balduini Anno, circa Octabris initium, Dn. Wilelmus Marchio, qui cognominatus eſt Longa-Spata, filius Marchionis Wilelmi Senioris de Monteferrato, vocatus à Domino Rege, & univerſis Regni Principibus, tam Secularibus quam Eccleſiaſticis, apud Sydonem applicuit, cui, infra 40. dies, poſtquam advenit --- Dn. Rex Sororem ſuam, natu ſe priorem, Uxorem dedit --- Erat autem prædictus Marchia ---- Nobilis ſecundum Seculi dignitatem, ita, ut in eo nullum, aut rariſſimum diceretur habere parem; Pater quippe Ejus Dn Philippi, Francorum Regis, avunculus erat, Matris Ejus videlicet Frater; Mater verò Ejus, Domini Conradi, Illuſtris Romanorum Imperatoris, Soror* (ſcil. Uterina) *fuerat, Domini Frederici, qui nunc, poſt Dominum Inclytæ recordationis Conradum, Patruum ſuum, ſtrenuè Romanum adminiſtrat Imperium, Amita &c.*

(2) Uxor Ejus fuit *Agnes, Henrici IV.* Imperatoris filia. Vid. præced. v. 1. nec non præc. Vita *Bertoldi I.* Suevorum Ducis, v. 4. & præced. Tit. V. Vita *Henrici IV.* Imp. v. 3. pag. 531. *Conrad. Urſpergenſi*, ad an. 1105. p. m. 188. vocata perperam *Adelheida*. Quæ, ſecundis nuptiis, anno 1105. juxta *Ottonem Friſingenſem*, lib. VII. *Chron.* Cap. VIII. pag 144. & *Albericum*, Monachum trium Fontium, an. eod. p. 195. nec an. 1106. ut in *Chronico Auſtrali*, apud *Freherum*, Tom. I. *Rer. German.* ad h. a. pag. 314. habetur, *Leopoldo Pio*, Marchioni Auſtriæ, obvenit, annoque 1143. diem ſupremum obiit, teſte cit. vita *Henrici IV.* præced. Tit. V. pag. 531. & 532.

(3) De Liberis, inquit *Otto Friſingenſis*, lib. I. *Geſtorum Friderici I.* pag. m. 413. *Suſcepit verò, ex Nobiliſſima compare ſua, Agnete, duos Filios; Fridericum* (cogn. Coelitem) *& Conradum*, (III. Imperatorem) Quæ Auctor *Fragmenti Hiſtorici, Chronica Alberti Argentinenſis* præfixi, ad An. 1125. Tom. 2. *Rerum Germanicarum Urſtiſii*, pag. 84. repetit. Conf. *Gotfridus Viterbienſis*, Part. XVII. *Chronic.* in vita *Lotharii* Saxonis, p. m. 509. *Iſte* (Lotharius) *per omnia humiliavit progeniem Henrici Imp. contra quem Dux Fridericus, & Frater Ejus, Conradus, Nepotes Henrici Imp. ex Sorore* (Agnete) *diu rebellaverunt &c.* Et *Petrus Diaconus*, lib. IV. *Chron. Caſſinenſis*, Cap. 87. pag. m. 513. *ArchiEpiſcopus autem* (Moguntinus) *ferali Zelo adverſus Cognationem Enrici Imperatoris* (V.) *deſæviens, & de Imperiali culmine Fridericum & Conradum, Nepotes Ejus, propellere cupiens, ob illorum odium, ſupradictum Lotharium --- utilem atque idoneum, ad Imperiale faſtigium accipiendum, judicavit &c.* Add. præced. Tit. V. Vita *Lotharii II.* v. 4. ad ann. 1125. pag. 562. *Golſcherus*, de *Geſtis Trevirorum*, Cap. 76. pag. m. 122. cujus verba, cum teſtibus aliis, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 1125. p. 120. extant; quibus *Pauli Langi Chronicon Citizenſe*, apud *Piſtorium*, p. 778. verbis, præced. Vita *Bertoldi I.* jam præmiſſis: Et *Mutii Chronicon*, lib. XV. ad ann. 1084. pag. m. 122. *Nauclerum* l. c. aliosque plures jungas. In diplomate laudati *Conradi III.* Imp. de ann. 1142. *Würtzburgi* dato, quo poſſeſſiones & jura Eccleſiæ *Ransbovenſis* confirmat, apud *Gewoldum* Tom. 3. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 210. mentio fit adhuc alterius *Conradi*, Trajectenſis Præpoſiti, dicti *Conradi* Imp. fratris, ibi: *Teſtes --- ſunt: Ebricho, Wirtzpurgenſis Epiſcopus; Fridericus, Dux Suevorum: Heinricus, Filius Noſter; Conradus, Frater Noſter, Trajecenſis Præpoſitus &c.* Sed intelligendus venit, hoc titulo, *Conradus, Conradi III.* Imp. frater uterinus, *Leopoldi Pii*, Marchionis Auſtriæ, filius, qui poſtea Præſul Tridentinus & Salisburgenſis evaſit; ceu præced. v. 1. jam notavi.

De *Luitgarda*, Principum horum Sorore, *Conradi*

radi Pii, Miſniæ & Landsbergæ Marchionis, Conjuge, teſtantur Henningeſius, l. c. Part. I. pag. 45. & Part. 2. p. 133. & Dn. Toluerus, Hiſt. Palat. Cap. XIII. pag. 294. & Cap XIV. p. 296. Eandem innuit Chronicon Montis Sereni, p. m. 204. Conradus itaque Miſnenſis & Orientalis Marchio, accepit Uxorem, Lucardem, Filiam cujusdam Nobiliſſimi de Suevia, nomine Alberti (Friderici) quæ peperit Ei hos Filios: Henricum, qui in pueritia obiit; Ottonem, Miſnenſem Marchionem; Tidericum, Orientalem Marchionem &c. & ad ann. 1143. pag. 17. Conradus Rex dedit Conrado, Miſnenſi & Orientali Marchioni, & Uxori Ejus, Lucardæ, Provinciam Rocheletz &c. de obitu ejus, p. 19. annectens: Anno 1146. Lucardis Marchioniſſa --- Gerbeſtad receſſit, ibique, ex motu animi, ut fertur, languorem incurrit, ex quo defuncta eſt, 13. Kal. Julii, & in Monaſterio ipſius loci ---- ſepulta &c. Conf. Chronographus Saxo, ad an. 1145. p. 297. Obiit etiam Luthgart Marchioniſſa.

De altera Sorore, Irmengarda, Brabantiæ Duci, Godefrido, nupta, vid. Henningeſius l. c. Part. I. pag. 45. & 122.

(4) Occiſo, an 1080. Rudolfo AntiCæſare, creaſſe Henricum IV. Imp. Principem Noſtrum, Generum ſuum, Alemanniæ Ducem, præced. Vita Bertoldi I. v. 4. probavi, licet non niſi prævia Transactione cum Bertholdo II. ceu, in hujus vita, v. 4. monitum, poſſeſſionem ſit adeptus. Errat Limnæus, lib. IV. Jur. Publ. Cap. VI. §. 35. pag. 59. ſcribendo: Circa Annum Chriſti 1050 Fridericus ab Hohenſtauffen, Dux Sueviæ, hereditario Jure, ab Henrico IV. creatus; quandoquidem hoc Anno nec Henricus IV. Imperator, nec Fridericus Hohenſtauffius, Dux Sueviæ, fuerunt. Vitam Ejus paucis delineat Nauclerus l. c. Fridericus is, Religione, armis, fide & conſtantia, Suevia dignus eſt; adeo ſemper hæc Natio bonis Principibus illuſtris fuit, peculiari nimirum felicitate, qua, in tantis viribus, Tyranni nomen ignotum eſt. Monaſterium Laureacenſe, quod Lorch appellant, condidit &c. de qua fundatione Bucelinus, Part. 2. Germaniæ Sacræ, voc. Lorch, pag. 54. Pulcherrimum olim Ordinis D. Benedicti, Auguſtanæ Diœceſeos, Cœnobium, ſitum in Ducatu Wirttenbergiæ, quod An. Chriſti 1102. fundavit Fridericus, Sueviæ & Franconiæ Dux, Henrici IV. Imp. Gener, & Conjux illius, lectiſſima Agnes, filia Imperatoris &c. Integram formulam ſuppeditant, Cruſius Annal. Suev. Part. 2. lib. IX. Cap. 2. p. 308. & Documenta Rediviva Monaſteriorum præcipuorum in Ducatu Wirtenbergico ſitorum, Edit Tubing. An. 1636. Tit, Lorch. pag. 713. &c. inde huc faciunt: In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, Fridericus, divina favente Clementia, Suevorum Dux & Francorum, Omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, notum fieri volumus, qualiter ego, Fridericus, & Uxor mea, Agnes, cum duobus filiis noſtris, Friderico ſcil. & Conrado, ob remedium animarum omnium Parentum noſtrorum, vivorum, & in Domino quieſcentium. --- Abbatiam quandam Loricha, B. Petro, Principi Apoſtolorum, eo tenore, ut in ſingulis annis, aureus nummus, ad ſupplementum veſtitus Apoſtolici deſtinatus, ab ipſo loco perſolvatur, juſtè & liberè tradidimus; hac quoque addita conditione, ut quisquis noſtræ cognationis ſenior exſtiterit, Defenſor & Advocatus præfati loci permaneat --- Hanc Privilegii cartam, noſtro ſigillo inſigniri juſſimus, Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Centeſimo ſecundo, Indict. X. V. Non. Maji. &c. Non confundendum eſt Cœnobium hoc, cum Lauriſhamenſi, ſeu Lorch, in Tractu Rhenano, cujus Chronicon Freherus, T. I. Rer. German. pag. 56. &c. edidit. Fundatum quoque ab eodem, jam anno 1094. S. Fidi Monaſterium in Seleſtadio, docet diploma deſuper confectum, apud Cruſium l. c. Part. 2. lib. 8. c. 13. cujus ſic ſe habet ſubſcriptio: Anno, ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, Milleſimo XCIIII. Indictione Secunda, regnante Imperatore Henrico IIII. ſub Ottone, Argentinenſi Epiſcopo, Suevorumque Duce, Friderico &c. apud Rhenanum; lib. 3. Rer. German. pag. 294. mendoſè legi MXLIIII. pro MXCIIII. rectè monuit Illuſt. Dn. Obrechtus Vol. I. Prodromi Rerum Alſat. Cap. X pag. 231. Friderico, Duce Suevorum adjutore, donaſſe Henricum IV. Imp. ann. 1085. Liemarum Bremenſem Abbatia Fredenſi, diſcimus ex Imperiali charta deſuper confecta, apud Schaten lib. VII. Annal. Paderborn. p. 620. Quæ de virtutibus Ducis noſtri Nauclerus l. c. diſſerit, confirmantur etiam ab Ottone Friſingenſi, lib I. de Geſtis Friderici I. Cap. VIII pag. m. 412. præced. Tit. V. in Vita Henrici IV. v. 3. pag. 531. cujus verba Lehmannus, lib. V. Chron. Spir. Cap. 34. pag. 467. idiomate Germanico donavit; Paulo Lango, Chron. Citizenſ. præced. vita Bertoldi I. v. 4. aliisque multis.

(5) Anno 1105. has res Eum reliquiſſe, ex Ottone Friſingenſi, lib. VII. Chron. Cap. IX. pag. 144. diſcimus, qui ad ann. 1105. diſſidentiæ inter Henricum IV. & V. Patrem filiumque, memor, ait: Henricus Junior omnes vires Patris (Henrici IV.) in Duce Boëmiæ, Beræ, ac Marchione Leopaldo, cujus ſororem præfatus Dux habuit, fore conſiderans, ipſos, multis modis promiſſa ſorore ſua, quæ tunc nuper à Friderico, Suevorum Duce, viduata fuerat, in Uxorem Marchioni, inductos, ambobus, ut Patrem relinquerent, perſuaſit &c. eadem repetente Alberico, Monacho trium fontium,

Digitized by Google

tium, an. eod. pag. 195. Conf. *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Henrici IV.* an. eod. pag. m. 188. *Fridericus Dux obiit, Vir prudentia, moribus, & Nobilitate ſatis clarus, ſed clariſſimo, & ſingularis ac inclitæ famæ, Adelheidæ, filiæ ſcilicet Imperatoris, matrimonio, & ex eadem miræ indolis prole, decoratus &c.* quamvis falsò Ejus Uxor *Adelheida* vocetur, nominanda *Agnes*, ceu ex præcedentibus ſatis apparet. *Henningeſius*, l. c. Part. I. pag. 44. Illuſt. Dn. *Obrechtus*, Vol. I. *Rer. Alſat.* Cap. X. pag. 231. Alii. Annum ſequentem 1106. mavult *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 280. *Fridericus, Dux Swavorum, cui nupſerat Filia Imperatoris, Heinrici, obiit &c.* In ſupradicto Cœnobio *Laureacenſi* ejus recondita oſſa, affirmat *Otto Friſing.* lib. 1. de *Geſtis Friderici I.* Cap. IX. p. m. 413. *Ipſe* (Fridericus noſter) *poſt multa virtutum ſuarum inſignia, in ſenectute bona, diem ultimum claudens, in Monaſterio Laureacenſi, in proprio fundo conſtructo, humatus eſt &c.*

(46) FRIDERICUS II. vulgo COCLES.

(1) Eum fuiſſe *Friderici I.* cujus vitam modò breviter percurri, & *Agnetis*, Imperatoris *Henrici IV.* filiæ, in dicta vita, v. 3. teſtibus firmavi.

(2) Uxorem duxit (1) *Judittam*, fil. *Henrici Nigri*, Ducis Bavariæ; Vid. *Otto Friſingenſ.* lib. I. de *Geſtis Friderici I.* Cap. XIV. pag. m. 415. *Accepit autem* (Fridericus noſter) *Henrici, Noricorum Ducis, filiam in Uxorem, ex qua poſtmodum Fridericum Glorioſiſſimum, qui inpræſentiarum Imperator eſt, & Juditham, quæ modò Matthæo, Lotharingiorum Duci, copulata noſcitur, genuit &c.* Conf. idem, l. c. Cap. XVIII. & XIX. p. 416. & præced. vita *Bertoldi II.* v. 2. p. 336. ubi teſtes alii; cæſpitat tamen *Conradus Botho*, in *Chronico Brunſuicenſi Picturato*, apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 341. ad ann. 1140. ſcribens: *Hertoghe Frederick to Swaven, Keyſer Cordes Broder, de nam, ſo rede berœret is, Hertoghen Hinrickes Dochter des Swarten to Beyeren &c.* cum nuptiæ longè prius fuerint celebratæ, *Friderico Barbaroſſa*, eorum filio, jam anno 1152. electo Imperatore, annoque ſequenti priorem conjugem, *Adelheidam*, repudiante; Vid. præced. Tit. V. Ejus vita, v. 1. & 2. pag. 572. Add. *Chronicon Rhythmicum Brunſuicenſe*, Cap. XXVII. ibid. pag. 47. Patet hinc, quo jure *Philippus* Imp. confirmando ann. 1201. fundationem Cœnobii *Staingadenſis*, *Welfum*, *Juditæ* filium, *Avunculum* ſuum vocet; apud *Hundium*, Tom. 3. *Metropolis*, p. 135. & 352. nec non apud *Gewoldum*, Addit. ad *Hundium* T. 3. pag. 361. (2) *Agnetem*, fil. *Friderici*, Com. Saræpontani; vid. *Otto Friſingenſ.* l. c. Cap. XXI. pag. m. 418. *Fridericus Dux, mortua Uxore ſua, Juditha, diſſenſionis tempore, Friderici Comitis de Sarbur, fratris Alberti Epiſcopi,* (Moguntini) *filiam, Agnetem, in Uxorem duxit, ab eaque Conradum, qui Palatinus Comes nunc Rheni eſſe noſcitur; & Claritiam, Ludovici, Thuringiæ Comitis Uxorem, accepit &c.* Errat itaque *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia.* pag. 44. Saræpontanam ei loco priori collocatam tradens, & *Judittam* Bavaram, poſteriori. Conf. idem l. c. p. 89. & Part. 2. p. 115.

(3) Liberi, ceu audivimus, ex *Juditta* Bavara, fuere.

Fridericus I. vulgò *Barbaroſſa*, Imp. cujus vitam præced. Tit. V. inter Imperatores, pag. 572. &c. exhibui.

Juditta, Ux. *Matthei*, Ducis Lotharingiæ; Vid. *Otto Friſing.* l. c. Cap. XIV. pag. 415. cujus verba modò recitavi; *Alberico*, ad ann. 1193. pag. 401. vocatur *Bertha: Dux iſte Simon, & Fredericus de Bites, & Comes Matthæus Tullenſis, & Theodericus, qui fuit electus Metenſis, ante Epiſcopum Bertrannum. Quatuor iſti fuerunt filii Ducis Lotharingiæ, Matthæi, qui Dux Moſellanorum dicebatur, nati ex Berta, ſorore Imperatoris Frederici &c.* Conf. Monachus *Weingartenſis*, de *Guelſis Principibus*, Cap. X. apud Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c. T. I pag. 786. *Judita* (Henrici Nigri filia) *nupſit Friderico, Suevorum Duci, quæ Fridericum Imperatorem noſtrum, & Uxorem Matthæi, Ducis Lotharingiæ, progenuit &c.* *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Lotharii Saxonis*, pag. m. 211. *Ladiſlaus Sundheimius*, de *Familia Welphorum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 805. quorum verba præced. vita *Bertoldi II.* v. 2. habentur; *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Friderici III.* Edit. *Schilteri*, an. 1702. pag. 17. *Cruſius*, *Annal. Suev.* lib. XI. part. 2. pag. 254. *Henningeſius* l. c. Part. I. pag. 45. addens, defuncto *Matthæo*, *Judittam* noſtram conſcendiſſe torum, *Hermanni*, Badenſium Marchionis.

Et, ex *Agnete* Saræpontana:

Conradus, C. P. Rheni, cujus vitam præced. Tit. XI. inter *Comites Palatinos Rheni*, pag. 953. &c deſcripſi.

Claritia, *Ludovici* Provincialis Thuringiæ Comitis, cogn. *Ferrei*, Uxor. Vid. *Otto Friſing.* l. c. Cap. XXI. pag. 418. verbis modò productis Conf. *Arnoldus Lubec.* lib. 3. Cap. XV. pag. 332. præced. *Catal. Ducum Thuring.* v. 38. in vita *Ludovici Pii*, & *Albericus* l. c. *Soror quoque una prædictæ Bertha* (Judittæ) *Landgravio Thuringiæ, Ludovico, peperit Hermannum*

Land-

Landgravium &c. & *Æneas Sylvius* l. c. pag. 17. *Cruſius*, l. c. & Dn. *Tolnerus*, *Hiſtor. Palat.* Cap. XV. pag. 330. *Henningeſius* l. c. pag. 44. innuptam eam ſiſtit; addendo ei ſororem, *Mechtildem, Guilielmi, Lucelburgi* Comitis, conjugem, *Tolnero* quoque celebratam.

(4) Defuncto Parenti ſucceſſit in *Ducatu Alemanniæ*, ann. 1105. Vid. *Otto Friſingenſ.* l. c. lib. 1. Cap. X. pag. 413. *Mortuo Alemannorum Duce, Friderico — Fridericus, qui major natu erat, Patri in Ducatum ſucceſſerat &c.* Conf. *Pantaleon*, Part 2. *der Teutſchen Helden*, pag. m. 209. *Henningeſius* l. c. p. 45. Ill. Dn. *Obrechtus*, Vol. I. *Prodromi Rer. Alſat.* Cap. X. pag. 231. Qualis fuerit, exponit laudatus *Otto Friſing.* l. c. Cap. XII. pag. 414. *Erat autem prædictus Dux, in bellis, fortis; in negotiis, ingenioſus: vultu & animo, ſerenus: in ſermone, urbanus: donisque tam largus, ut ob hoc multitudo maxima Militum ad Eum conflueret, ſeque ad ſerviendum illi ultrò offerret &c.*

Ann. 1111. Imperator *Henricus V.* tranſigendo cum *Paſchali II* P. R. ſuper Jus inveſtiendi Epiſcopos, *pro ſecuritate Pontificis, dare pollicitus eſt Fridericum Ducem, Nepotem ſuum.* Vid. præced. Tit. V. in vita *Henrici V.* v. 4. ad h. a. pag. 550.

Ann. 1114 tempore nuptiarum *Henrici V.* Imp. cum *Mathilda*, Princ. Angliæ, *Moguntiæ* celebratarum, variis Regni Proceribus prava in Principem conſilia conferentibus, *ſciſſura illo tempore tam gravis fuit, ut, præter Fridericum Ducem, fratremque ſuum*, (Conradum) *& Gotefridum, Palatinum Comitem Rheni, vix aliqui ex principibus fuerint, qui Principi ſuo non rebellarent &c.* Sunt verba *Ottonis Friſing.* l. c. qui, facinorum ejus memor, addit: *Ipſe de Alemannia, in Galliam, transmiſſo Rheno, ſe recipiens, totam Provinciam, à Baſilea, usque Moguntiam, ubi maxima vis Regni eſſe noſcitur, paulatim ad ſuam inclinavit voluntatem. Nam ſemper ſecundum alveum Rheni deſcendens, nunc caſtrum in aliquo apto loco ædificans, vicina quæque cogit: nunc iterum procedens, relicto priore, aliud muniit; ut de ipſo in proverbio diceretur: DUX Fridericus, in cauda equi ſui, ſemper trahit caſtrum &c.* & Cap XIII. pag. 414 *Igitur omnibus circa Rhenum, ad nutum ſuum inclinatis, Moguntino ArchiEpiſcopo, Alberto, omnium illius temporis Regni Principum verſutiſſimo & locupletiſſimo, eò, quod prædictæ factionis caput & auctor fuerat, bellum indixit, vaſtatisque cunctis in circuitu, tandem & ipſam Civitatem*, (Moguntiam) *cum infinita multitudine militum, ac plebis, obſidione cinxit &c.* quamvis dolo Præſulis illuſus ea non potiretur; vice verſa tamen Caſtrum *Limburg*, quod idem Antiſtes militari cinxerat corona, ab obſidione liberavit; Vid. l. c. Cap. XIV. pag. 415.

Ann. 1122. ſubſcripſit Princeps noſter Conventionem *Henrici V.* Imp. & *Calixti II.* P. R. de Inveſtitura Eccleſiaſtica. Vid. præc. Tit. 2. §. 8. lit. a. pag. 65.

Ann. 1125 Extincto *Henrico V.* Imp. unus fuit ex illis, quibus Imperium arriſerat; hinc diſcordiarum fomes inter ipſum, & electum Imperatorem, *Lotharium*, quo opprimendo, à factioſis, *Conradus*, Ducis noſtri Germanus frater, Rex ſtatuitur. Vid. præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a p. 120. & Tit. V. vita *Lotharii* Imp. v. 4. ann. eod. pag. 562. & 563.

Ann. 1126. *Rex Expeditionem movet ſuper Fridericum, Ducem Sueviæ, vel Alſatiæ, ſed eo in munitiora terræ ſe recipiente, Rex infecto negotio redit &c.* Ita *Annales Hildesheimenſes* h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 1. pag. 740.

Ann. 1130. Honeſtis legibus *Spiram* tradere cogitur Imperatori. Vid. cit. Tit. V. vita *Lotharii* v. 4. ad an. 1128. pag. 563.

Ann. eod. Facta eſt pugna, inter Gebehardum, Argentinenſem Epiſcopum, & Fridericum, Ducem Alemanniæ, apud Gügenheim &c. Hæc ex *Fragmento Hiſtorico, Alberti Argentinenſis Chronico* præfixo, ad h. a. apud *Urſtiſium*, T. 2. *Rer. Germ.* pag. 85. Conſentit *Jacobus Twinger*, vulgò *Regiovillanus*, ſeu *von Kœnigshofen, Chron. Alſat.* Cap. IV. §. XXXI. Edit. Schilteri, pag. 243. *Gebehart was Biſchof zu Stroſburg XVIII. Jor. Dirre det einen groſſen Strit mit Herzogen von Swoben, by dem Dorfe Gugenheim, noch Gotz Geburte M. C. und XXX. Jor.* Quæ Cap. V. §. CXV. pag. 313. repetuntur. Add. Dn. *Obrechti Rer. Alſat.* l. c.

Ann. 1135. *X. Kal. April. Lotharius Imp. & Fridericus, Dux Sueviæ, pacificantur &c.* Hæc *Chronica Auſtralis*, h. a. apud *Freherum T.* 1. *Rer. German.* pag. 318.

Ann. 1136. Denuo ſibi invicem arma inferunt Dux noſter, & Epiſcopus Argentinenſis, vid. *Regiovillanus* l. c. Cap. IV. pag. 243. *Dernoch, über ſechs Jor, ſtrittent ſü aber mit anander, und der Biſchof geſiegete &c.* idem docet l. c. Cap. V. §. CXV. pag. 313. Conf. *Obrechtus* l. c. carpens ſimul *Guillimannum*, de *Epiſcopis Argent.* pag. 232. de ſuo adjicientem: *Fridericum, Ducis Alſatiæ titulum deponere coactum ab Epiſcopo*; quod omninò fictum.

Ann. 1138. Fratrem *Conradum* in Germaniæ Regem eligi curavit. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 123. & Tit. V. in vita *Conradi III.* v. 4. pag. 569.

An. 1140. *Conradus III.* Imp. in Curia *Soldenſi*, apud *Vilisburg, ob petitionem dilectæ Conjugis ſuæ, Gertrudis,*

dis, Reginæ, & Friderici, Fratris ſui, Ducis Sueviæ, authoritatis ſuae Regali munificentia, donat Aſtenſibus jus faciendi Monetam in Civitate Aſtenſi, ad honorem & decorem Civitatis, & Uſum Civium, omnino profuturum. Vid. Diploma ejus in *Italia Sacra* pag. 516. & apud Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. XLIX. pag. 43. ubi ſimul inter teſtes: *Fredericus, Dux Suevorum.*

An. eod. 5. Id. Febr. celeberrimo *Wormatiae* Principum Conventui, à dicto Imperatore convocato, interfuit quoque *Fridericus, Suevorum Dux & Alſatiæ*, ceu *Miræus*, in *Not. Belg.* ex tabulis Monaſterii *Stabulenſis*, per id tempus Wormatiæ conſignatis, &, ex eo, Dn. *Schaten*, lib. 8. *Annal. Paderbornenſ.* ad h. a. pag. 754. indicant.

Ann. 1142. rurſus teſtis *Fridericus, Dux Suevorum*, in Diplomate, apud *Wirtzpurch* dato, quo laudatus Imperator immunitates & Privilegia Eccleſiæ *Ranshoven*, in Bavaria. confirmat, apud *Gewoldum*, ad Tom. I. L. *Metropolis Hundii*, pag. 210.

An. 1145. *Burkardus*, Argentinenſis Epiſcopus, dedit fratribus Eccleſiæ *S. Thomae* Argentinenſis, decimas *Eccleſiæ S. Aureliae* ibidem, hac ſubſcriptione: *Acta ſunt hæc Anno M. C. XLV. Regnante Conrado, Romanorum Rege Secundo, ſub Duce Friderico.* Vid. Ill. Dn. *Obrechtus* l. c.

An. 1146. in Diplomate, Pridie Non. Januar. *Spirae*, à laudato Imperatore, Monaſterio *S. Maximini* Trevirenſis, in confirmationem Transactionis ejus, cum *Henrico* Namurcenſi Comite, circa *Advocatiam* Abbatiæ *S. Maximini*, qua Cæſar Comitem auxerat, dato, iterum teſtis: *Fridericus, Dux Suevorum &c.* Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. §. LII. p. 46. ex *Nicolai Zylleſii Defenſione Abbatiae S. Maximini Trevirenſis.*

Ann. 1147. In alio Diplomate *Conradi III.* Imp. dato *Franckenvord*, quo Monaſteria Virginum *Kemnade, & Visbicke*, Monaſterio *Corbejenſi* donantur, rurſus inter teſtes conſpicuus; *Fritbericus, Dux Sueviæ & Alſatiæ &c.* Vid. *Schatenus* l. c. ad h. a. pag. 771. Dn. *Paullini*, Diſſ. XI. de *Monaſterio Virginum Kemnadenſi*, pag. 104. & in *Hiſtoria Virginum Collegii Visbecenſis*, §. XLIX. pag. 59. Dn. *Tolnerus* l. c. §. LIV. pag. 48.

Ann. eod. In alio Diplomate, quo idem Cæſar, *Francovordi*, donationem *Hermanni de Zevirizke*, de Prædio ſuo, in Pago *Northuringe*, in villa *Rumkerſlove*, in Comitatu *Friderici*, Palatini Comitis, ſito, Eccleſiæ *S. Cypriani in Nuenburch* factam, ratam habet, iterum teſtis: *Frithericus, Dux Sueviæ.* Vid. Dn. D. *Becmannus, Hiſt. Anhalt.* Part. 3. lib. 4. Cap. 2. §. 15. pag. 435.

(5) Tandem moritur an. 1147. teſte *Ottone de S. Blaſio*, ad h. a. Cap. 2. pag. m. 197. verbis præced. Tit. V. in vita *Friderici* I. Imp. v. 4. ad h. a. p. 576. occurrentibus; Conf. *Otto Friſingenſ.* l. c. C. XXXIX. pag. 429. *Fridericus, Dux Nobiliſſimus, in Gallia manens, gravi infirmitate detinebatur, acrem in mente, contra Dominum & fratrem ſuum, Conradum Regem, indignationem gerens, quod filium ſuum, Fridericum, quem ipſe, tanquam, Primogenitum, ac Nobiliſſimæ prioris comparis ſuæ filium unicum, committendo ipſius gratiæ, cum filio ſuo parvulo ex ſecunda Uxore, totius Terræ ſuæ hæredem fecerat, crucem permiſerat accipere; quem prædictus Abbas*, (Claravallenſis, Bernhardus) *viſitandi gratia, adiit, & benedicens ei, in orationes recepit. Ipſe tamen, vim doloris non ſuſtinens, non multis poſt diebus vivendi finem fecit, ac in Monaſterio, quod S. Walpurgis vocatur, in terminis Alſatiæ ſito, humatus eſt; ſucceſſitque Ei in Ducatu filius ſuus, Fridericus &c.* Add. Illuſt. Dn. *Obrechtus* l. c. pag. 232.

(47) FRIDERICUS III.

(1) Qui tertius *Alemanniæ Ducum* hujus nominis inclaruit, inter Imperatores æquivocos primum locum occupat, vulgò *Fridericus Barbaroſſa* dictus, cujus Parentes, *Fridericum* ſcil. *Coclitem*, de quo hactenus ſermo fuit, & *Judittam* Bavaram; nec non Conjuges & Liberos, in ipſius vita, præced. Tit. V. v. 1. 2. & 3. pag. 572. & 573. exhibui.

(2) Parentem, in *Alemanniæ Ducatu*, an. 1147. eum excepiſſe, modò producta *Ottonis Friſingenſ.* verba teſtantur; Conf. præced. Tit. V. l. c. v. 4. ad an. 1147. pag. 676.

Ann. eod. Patruum, *Conradum III.* Imp. in Terram Sanctam, armata manu euntem, comitatus eſt. Vid. *Otto Friſingenſ.* l. c. *Otto de S. Blaſio* l. c. *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Conradi III.* an. eod. pag. m. 215. *Expeditio magna facta eſt Hieroſolymam, in qua Chunradus Rex, & Rex Francorum, Ludowicus, & Welpho, & Fridericus, tunc Dux Suevorum, qui poſtmodum factus eſt Imperator, cum multis aliis, iverunt &c. Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. LIX. §. 3. p. m. 142. *In quibus* (Expeditioni ſacræ ſe devoventibus) *primi & præcipui erant: Conradus Rex; Fritbericus, Sueviæ Dux, qui poſtea regnavit; Welph Dux cum Epiſcopis & Principibus &c.* & *Chronographus Saxo*, an. eod. p. 298. cujus verba præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 125. habentur; *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. m. 165. *Signati ſunt* (cruce) *Conradus, Rex; Lothewicus, Rex Franciæ; Fridericus, Dux Sueviæ; Welf Dux, & multi Principes Franciæ & Teutoniæ &c.* aliique, præc. Tit. V. in vit. *Conradi III.* v. 4. ad h. a.

pag.

Digitized by Google

pag. 571. nominati, quibus addas *Willermum, Tyrienſem* ArchiEp. lib. XVI. *Hiſtor. Hieroſolym.* Cap. XXIII. p. m. 904. *Ecce, nunciatur Dn. Imperatorem, amiſſo Exercitu, vagum & profugum, cum paucis Principibus evaſiſſe. Primum itaque ſermo dubius, & ſine certo auctore ortus eſt; ſed, proceſſu temporis factus eſt certior. Nam, modico interjecto intervallo, Dn. Fridericus, Suevorum Dux, adoleſcens admirandæ indolis, Dn. Imperatoris, ex fratre primogenito, nepos, qui eidem Dn. Conrado, Patruo ſuo, ſuccedens, Romanum hodiè ſtrenuè & fœliciter, adminiſtrat Imperium, â Caſtris Domini Imperatoris egreſſus, ad Exercitum Dn. Regis Francorum properans, hæc eadem, quæ prius incerto auctore ſuſceperant, plenius & certius edocuit &c.* Conf. idem, l. c. lib. XVII. pag. m. 910. verbis ſeq. Catal. *Ducum Bavariæ*, v. 46. in vita *Welphi VII.* ad an. 1147 occurrentibus.

An. 1150. interfuere Judicio, (in quo *Conradus* Cæſar lites inter *Wicboldum*, Abbatem Corbejenſem ejusque Miniſteriales, Dapiferum atque Pincernam, eam poteſtatem, quaſi de jure uſurpantes, ut prohibere auſi ſint, ne Abbas claves & cuſtodiam rerum ſuarum alicui committeret &c. diremit;) *Fritbericus, Dux Sueviæ & Alſatiæ, & ſui Miniſteriales.* Vid. Dn. *Paullini, de Advocatis Monaſticis*, §. XXXV. in *Syntagm. Rer. German.* pag. m. 568. Dn. *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. VIII. ad an. 1150. pag. 785.

An. 1152. Defuncto Patruo, Imperator eligitur. Vid. præced. Tit. II. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 125. & Tit. V. in vita ipſius, v. 4. an. eod. pag 576. Quamdiu *Alemanniam* rexerit, certò dici nequit. Id interim verum, anno 1156. *Sueviam* ſuum jam habuiſſe Ducem, ceu mox demonſtrabo.

(3) Obiit Princeps noſter an. 1190. Vid. Ejus vita l. c. v. 5. ad h. a. pag. 587. & 588.

(48) FRIDERICUS IV.

(1) Filius fuit *Conradi III* Imp. & *Gertrudis*, Princ. Solisbacenſis, ſub titulo *Friderici de Rotenburg*, cognitus, Dux ſimul *Franconiæ*, cujus vitam præced. Tit. V. in vita laudati Imperatoris, v. 3. pag. 568. & 569. delineavi. Silentio eum præterit Illuſt. Dn. *Obrechtus, Prodrom. Rer. Alſatic.* C. X. pag. 232.

(2) Uxorem duxit an. 1167. *Richenzam*, fil. *Henrici Leonis*, Ducis Saxoniæ & Bavariæ. Vid. l. c.

(3) Prole caruit.

(4) A Fratrueli, *Friderico Barbaroſſa* Imp. *Ducatum Sueviæ*, cui ipſe hactenus præfuit, nactus eſt.

Ann. 1156. in diplomate, quo laudatus Cæſar, *Fridericus Barbaroſſa*, ſub dato *Wirceburg*, 15. Kal. Jul. *Bergamenſis* Eccleſiæ poſſeſſiones & privilegia confirmavit, inter teſtes conſpicitur *Fridericus, Dux Sueviæ &c.* Vid. ex *Italia Sacra*, Dn. *Tolnerus*, *Cod. Diplomat. I a.* §. LVI. pag. 50.

An. 1158. In Confirmatione Privilegiorum *Bremenſis*, ſive *Hamburgenſis* Eccleſiæ, ab eodem Imperatore, XVII. Kal. April. *Franckenwort*, conceſſa, apud *Maderum*, in Appendice *Adami Bremenſis*, §. XXIV. *Documentorum*, p. 113. (rectius 233.) *Lindenbrogium*, de *Privilegiis ArchiEccleſiæ Hammaburgenſis*, §. XLIX. pag. m. 159. & §. LII. pag. 161. & Dn. *Tolnerum* l. c. §. LVIII. pag. 52. iterum teſtis fuit: *Fridericus, Dux Sueonum.*

An. eod. confirmante. ſub dato *Franckenword*, XVII. Kalend. April. laudato Cæſare, dictæ Eccleſiæ poſſeſſiones & jura, in ſpecie Curtem *Lieſtimunde*, & Foreſtum, cum banno Regali, per totum Pagum *Wimodi*, cum Inſulis *Breme* & *Lechter*, & Paludibus circumjacentibus, denuo teſtem egit: *Fridericus, Dux Suevorum.* Vid. *Lindenbrog.* l. c. §. L. pag. 160.

Ann. eod. in Diplomate. eodem die, ibidemque, ab Imperatore ſæpe fato, *Hartwico*, Bremenſi ArchiEpiſcopo, de Paludibus juxta *Wiſeram*, dato, teſtis celebratur: *Fridericus, Dux Suevorum;* Vid. *Lindenbrog.* l. c. §. LI. pag. 160.

Ann. eod. in Diplomate ejusdem Imperatoris, ad inſtantiam *Adami*, Eboracenſis Abbatis, *Bildbuſani* Monaſterii primo Abbati, *Henrico*, ſuper donationem *Hermanni* C. P. R. eidem Cœnobio factam, conceſſo, itidem inter teſtes ſubſcripſit: *Fridericus, Dux Alemanniæ.* Vid. ex *Bildbuſiano Archivo*, Dn. *Tolnerus* l. c. § LV. pag. 49.

Ann. eod. 18 Cal. Jul. in Diplomate laudati Imperatoris, in confirmationem Tranſactionis *Henrici Leonis*, Ducis Saxoniæ Bavariæque, & *Ottonis*, Friſingenſis Epiſcopi, ſuper Teloneum *Veringenſe*, *Auguſtæ* dato, apud *Hundium*, T. 1. *Metropol. Salisburg.* p. 114. inter teſtes occurrit: *Fridericus, Dux Suevorum &c.*

An. eod. intereſt Comitiis *Roncalienſibus.* Vid. *Goldaſtum T. 3. Conſtit. Imper. p.* 335.

Ann. eod. Auxilio fuit *Friderico* Imp. *Mediolanenſes* ad deditionem adigenti. Vid. *Otto de S. Blaſio*, in Appendice ad *Ottonis Friſingenſis Chronicon*, C. XI. pag. m. 201. *Cives itaque*; Mediolanenſes; *Cæſaris impetum non ſuſtinentes, arcta quippe obſidione, omnibusque bellicorum inſtrumentorum machinis, impugnato, admodum attriverat: conditione pacis, mediante Friderico, Duce de Rotinburch; Henrico, Duce Bavariæ & Saxoniæ, Bertolfo, Duce Zaringiæ, nec non & Rege Bohemiæ, ab Imperatore quærunt, multoque auri pondere Imperatrici collato, nec non infinita pecunia Imperatori, vix impetratam pacem tali modo accipiunt &c.* Conf. præced. Tit. V. Vita *Friderici I.* Imp. v. 4. ad h. a. pag. 580.

Ann. 1161. rurſus intereſt Expeditioni Cæſareæ ad-

Digitized by Google

verſus rebelles Mediolanenſes, cujus memor *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, ad h. a. apud Dn. de *Leibnitz T. 1. Rer. Brunſuic.* pag. 833. & 834. inquit; *Gens Theutonica, maximè fremens, quod Imperator adeò cum paucis Theutonicis relictus erat in Lombardia, quod plenariè non valebat expugnare Mediolanum, ad Ejus auxilium obnixè ſe præparavit. Inter quos fuit Lantgravius, cognatus Imperatoris, atque Fridericus, Frater* (Filius) *Regis Conradi, qui fuit Patruus Imperatoris, Dux de Rotemburgo, qui duxerat ſecum ultra ſex centum milites benè armatos.* Principem noſtrum, non fuiſſe fratrem *Conradi III.* Imp. ſed filium, præced. Tit. V. in vita *Conradi*, v. 3. pag. 568. & 569. demonſtravi.

An. 1166. In tabulis permutationis, quibus *Fridericus* Cæſar *Wigmanno*, ArchiEp. Magdeburgico Cœnobio *Nienburg*, ceſſit, ſibi viciſſim Caſtrum *Schonenburg*, cum Villa *Wiſele*, & Curia *Wegenheim*, tradenti, dat: apud *Ulman*, IX. Id. Martii, teſtis nominatur: *Dux Fridericus de Storpha.* (Stoipha) Vid. Dn. D. *Becman. Hiſtor. Anhalt.* Part. 3. Lib. IV. Cap. 2. §. XVIII. pag. 436.

An. eod. In diplomate, quo laudatus Cæſar, ſub dato *Ratiſponæ*, 4. Id. April. Concambium inter Babenbergenſem & Ratisbonenſem Epiſcopos factum, confirmat, apud *Gewoldum*, Tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim*, pag. 113. teſtium ſecundus eſt: *Fridericus, Dux de Rottenburch &c.*

(5) Peſtilentia in Italia periit, an 1167. Vid. præced. Tit *V.* Vita *Conradi III.* v. 3. pag. 569.

(49) FRIDERICUS V.

(1) Ortus eſt hic Princeps *Friderico Barbaroſſa* Imp. & *Beatrice* Burgunda, Parentibus. Vid. præced. Tit. V. Vita *Friderici Barbaroſſæ*, v. 3. pag. 573.

(2) Vixit vitam cœlibem.

An. 1167. à Patre, *Ducatu Sueviæ* auctus eſt, Vid. ſupr. l. c. ad an. 1167. pag. 585.

An. 1176. Eum in Ducatu Pater confirmavit. Vid. *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Friderici I.* Imp. ad h. a. cujus verba præced. Tit. V. l. c. habentur.

An. 1180. In confirmatione Privilegii, XIX. Cal. Septemb. 1111. ab Imperatore *Henrico V.* Wormatienſibus Civibus Spiræ dati, conceſſa ab Imperatore *Friderico I.* apud Civitatem *Argentinenſem*, 3. Non. Janaar. 1180. vigore cujus *Civis Wormatienſis quilibet & in eadem habitans civitate, ſi Uxorem duxerit ſuæ conditionis, aut alterius, ſive uxoratus illuc aliunde venit, hac imperpetuum indulgentia perfruatur, ut nullus Advocatus conjugia cujuscunque Wormatienſis Civis, juramenti coactione, aut quovis alio ingenii modo, diſſolvat. Nulla poteſtas, major aut minor, viri mortui, aut mulieris, res relictas, aut aliquid de rebus ejus, tanquam jure ſibi debitum, exigat. Si ergò Vir Uxore ſua prior moriatur, Uxor, & proles, ex illo Viro ſuſcepta, omnem viri hæreditatem, tam mobilia, quam immobilia, ſine conditione, obtinebit. Similiter, ſi Uxor præmoriatur, Vir, & ſua proles, ex illa Uxore ſuſcepta, omnia mortuae Uxoris obtinebit bona. Quod ſi alteruter conjugum ſine haerede praemoriatur, ſuperſtes omnem praemortui hæreditatem, quoad vixerit, liberè poſſidebit. Defunctis autem ambobus, ſine prole, conjugibus, ad proximos eorum hæreditas relicta ab illis ſubſtantia devolvetur; & Viri quidem haereditas, ad haeredes Viri; mulieris autem hæreditas ad mulieris tranſibit hæredes &c.* teſtis laudatur: *Fridericus, Dux Sueviæ &c.* Vid. *Cruſii Annal. Suev.* lib. 2. part. 2. cap. 10. *Lehmanni Chron. Spirenſ.* lib. IV. cap. XXII. p. 350. &c. Dn. *Tolneri Cod. Diplom. Palat.* §. LXII. pag. 56.

An. 1181. 14. Kal. Maji, confirmat Princeps noſter Fundationem Monaſterii in *Truttenhuſen*, diploma ita inchoans: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Ego, Fridericus, Dei favente clemencia, Eliſacie DUX, Hohenburgenſis Eccleſie Advocatus &c.* In appenſo ſigillo legitur: *Fridericus, Dei Gratia, Sueverum Dux &c.* Vid. *Wimphelingus*, in *Epiſcopis Argentin.* pag. 54. & Dn. *Obrechtus, Prodrom. Rer. Alſat.* cap. X. pag. 228. qui tamen rectè *Wimphelingum* corrigit, quod *Fridericum* hunc *Friderici I.* Imp. Patrem conſtituat, cum Ejus filius fuerit; pariterque *Bruſchium*, in *Chronologia Monaſteriorum Germaniae*, voc. *Truttenhuſium*, pag. m. 558. hoc tempore laudatum Imperatorem Cœnobii S. OTILIÆ, ad pedes cujus montis ſitum Monaſterium *Truttenhuſen*, Advocatum fuiſſe, & *Herradim*, ex Nobili *Landſpergiorum* Familia natam, conſtituiſſe ibi Abbatiſſam, ſcribentem, *Friderico* noſtro, Imperatoris cognominis filio, hoc nomine celebrando.

An. eod. Comitiis Moguntinenſibus interfuit. Vid. præced. Tit 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 140. Errat autem *Mutius*, verbis ibidem occurrentibus, Principem noſtrum tunc demum, à Patre, Sueviæ Ducatum nactum tradens.

An. 1182. In confirmatione Privilegii, quo *Henricus V.* Imp. Cives Spirenſes à conſuetudine nefanda & nequiſſima, vulgò *Budteil* vocata, exemerat, conſtituendo, *ne aliqua perſona, major vel minor, non Advocatus, non naturalis eorum Dominus, illis morientibus, de eorum ſuppellectilibus quicquam auferre præſumeret, ſed omnes liberam poteſtatem haberent, ſuis haeredibus bona ſua relinquendi, vel pro anima ſua dandi, vel cuicunque perſonae dare voluerint &c.* data *Moguntiæ*, 6. Cal. Junii, 1182. teſtis iterum adhibetur: *Fridericus, Dux Sueviæ*, Vid. *Lehman* l. c. lib. V. cap. 64. pag. 530. *Tolnerus* l. c. §. LXII. pag. 57.

An.

Digitized by Google

An. 1184. Solenni more Gladio cingitur. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 141.

An. 1187. ſub dato *Tuwingen*, Kal. Junii, *Fridericus Dei Gratia, Suevorum Dux*, notum facit omnibus, tam præſentis quam futuri Seculi fidelibus, quod, auctoritate Patris ſui, Romani Imperatoris, ut & propria, Cœnobio *Bebinhuſen*, conceſſerit, & perenni jure tradiderit, jus paſcendi, lignandi &c. in nemore *Schœnbuch*, nec non conferendi poteſtatem tam mobilia quam immobilia. Vid. *Cruſius* l. c. lib. XI. Part. 2. Cap. *XV. Documenta Wirtembergica Monaſterii Bebenhuſani*, §. 1. *p.* 353.

An. 1188. Expeditioni ſacræ nomen dat, Parentem in Terram *Sanctam* comitaturus. *Vid.* præced. Tit. *V. Vita Friderici Barbaroſſæ, v.* 3. *p.* 573.

An. 1189. 7. Kal. Maji, *Fridericus, D.G. Suevorum Dux*, rurſus notum facit omnibus, tam futuri quam præſentis Seculi fidelibus, quod, auctoritate Domini & Patris ſui, *Friderici*, Romanorum Imperatoris, & propria, Cœnobio in *Madilberg*, conceſſerit, ac jure perpetuali tradiderit, ut ei tam mobilia quam immobilia bona liberè donari queant &c. Actum, in *Loriche &c. Vid. Documenta Wirtembergica Monaſterii Adelbergenſis*, §. 3. *p.* 24. & 25.

An. 1190. Strenuè ſe gerit in Terra Sancta. *Vid.* præced. Tit. *V* vita *Friderici* I. Imp. l. c. pag. 574. nec non Epiſtola quorundam ad Pontificem, de *rebus geſtis Imperatoris in Terra Sancta*, in *Appendice Radevici*, apud *Urſtiſium*, *T.* 1. *Rer. German. p.* 560. &c.

An. 1191. Funus paternum curat. *Vid.* l. c. pag. 573.

An. 1201. *Philippus* Imperator confirmat donationem, à Fratribus ſuis, *Friderico & Conrado, Suevorum Ducibus*, Cœnobio *Staingadenſi* olim factam; apud *Gewoldum*, Tom. 3. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 361.

(4) *An.* 1191. ex febri moritur in Terra Sancta *Vid.* l. c. pag. 574. Conf. *Fragmentum Hiſtoricum*, *Chronico Alberti Argentin.* præfixum, apud *Urſtiſium*, *T.* 2 *Rer. German.* pag. m. 86. *Anno Domini* 1191. — *Fridericus, Dux Alemanniæ, frater* (filius) *Imperatoris, in obſidione Acharon, obiit, & in domo Teutonicorum ſepultus eſt &c.*

(50.) CONRADUS II.

(1) Ejuſdem Imperatoris, *Friderici Barbaroſſae*, & *Beatricis* Burgundæ, filius. *Vid.* præced. Tit. *V. Vita Friderici I.* Imp. v. 3. pag. 574. ubi vitam ejus quodammodo delineavi.

(2) Fratrem, *Fridericum*, imitatus, cœlebs vixit.

(3) Defuncto eodem fratre, obtinuit *Ducatum Sueviae*, à fratre, *Henrico* Imperatore. *Vid.* ſupr. l. c. ubi ſimul teſtimonia, quod & *Ducatum Franconiae* rexerit. Conf. cit. *Fragmentum Urſtiſianum* l. c. ad ann. 1191. ubi, facta mentione obitus *Friderici*, modò laudati, ejus fratris: *Pro quo Cunradus, frater ejus, Ducatum Sueviæ accepit &c.* & Ill. Dn. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. X. an. eod. p. 232.

An. 1193. In Diplomate *Henrici VI.* Imp. apud *Gamundiam*, 12. Kal. Julii, dato, quo Fundatio & dotatio Monaſterii *Lorchenſis* habentur ratæ, & infeudatio molendini cujuſdam, ad dictum Monaſterium pertinentis, confirmatur, inter teſtes, primo loco, venit: *Conradus, Dux Suevie.* Vid. *Documenta Wirtembergica Monaſterii Laureacenſis*, §. IV. p. 727.

An. eod. in Diplomate Donationis Patavenſi Eccleſiæ factæ, apud *Gewoldum*, Addit. ad lib. I. *Metropolis Hundii*, pag. 378. rurſus teſtis occurrit: *Conradus, Dux Sueviæ.* Cœnobium *Staingadenſe* Eum dotaſſe, diſcimus ex Confirmatione ipſius fratris, *Philippi* Imperatoris, de an. 1201. apud *Hundium T.* 3. *Metropolis*, pag. 352. ibi: *Confirmantes, quicquid antedictus Avunculus noſter* (Welpho Dux) *& chariſſimi Fratres noſtri, Henricus, Glorioſus Romanorum Imperator, & Conradus, Illuſtris Suevorum Dux, pro remedio animarum ſuarum, Monaſterio eorum contulerunt &c.* Conf. ibid. Diploma *Friderici II.* Imp. an. 1220. verb. *Chariſſimus Patruus noſter, Conradus Illuſtris Suevorum Dux*, add. *Gewoldus* l. c. Tom. 3. pag. 362.

(4) *An.* 1196. vel 1197. arma Zæringiæ Duci, *Bertholdo*, illaturus, *Durlaci* obit. Vid. præced. Tit. V. loc. cit.

(51) PHILIPPUS.

(1) *Conradi* hujus frater Germanus, adeoque ejuſdem Imperatoris, *Friderici Barbaroſſæ*, & *Beatricis* Burgundæ, filius; cujus vitam præced. Tit. V. inter Imperatores, pag. 593. &c. deſcripſi.

(2) Uxorem ejus, & liberos, offendis ibidem. Do Filiabus notari merentur verba *Balduini Avennenſis* ſcriptoris coævi, cujus Chronicon, notis *Jacobi* Baronis *le Roy* illuſtratum, ann. 1693 *Antwerpiae* in f. prodiit, quæque Compilatores *Novae Bibliothecae Hallenſis*, an. 1713. Part. XXIII. pag. 252. mutuati ſunt, ibi: *Henrici IV. filius Primogenitus, Henricus* (Brabantia Dux, cogn. Magnanimus) *in Ducatu ſuccedens, Uxorem duxit Mariam, filiam Ducis Sueviæ Philippi, ac Regis Allemanniæ, Henrici Imperatoris Germani, qui de Uxore Imperatoris Conſtantinopolitani Filia tres genuerat Filias, hanc ſcil. Mariam, & alias duas, quarum una Regi nupſit Bohemiae, & altera Regi Hiſpaniae.* Miror, nullam hic fieri mentionem *Beatricis*, *Ottonis IV.* Imperatoris Conjugis; Minimùm hinc diſcere eſt, *Henningeſium* Brabantiæ Ducis Conjugi perperam *Elbiſae*, ſeu *Eliſe*, nomen imponere, quip-

Digitized by Google

quippe quæ vocata *Maria*, ut veriusDn. *ImHoff, Tab. Geneal. Landgrav. Haſſiæ*, §. 63. & Dn. *Hübner* Tab. Geneal. §. 65. & 155. tradunt;cumque ab ipſius obitu laudatus *Henricus* Dux torum cum *Sophia* Thuringiæ Haſſiæque Principe conſcenderit, palam eſt,nec *Mariam Ferdinando III.* Hiſpaniæ Regi unquam fuiſſe ſociatam.

(3) Beneficio fratris, *Henrici VI.* Imperatoris,ſucceſſiſſe Eum modò dicto fratri, *Conrado*, in *Alemanniæ* Ducatu, docet *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Henrici VI.* ad ann. 1197. pag. 233. *Tunc* (mortuo Conrado) *Imperator Ducatum Sueviæ contulit præfato Philippo, fratri ſuo.* Conf. præced. Tit. V. in vita ejusdem Cæſaris, v. 4. ad ann. 1196. pag. 592. ubi teſtes alii.

(4) Quomodo, an. 1198. Imperator, à nonnullis Germaniæ Proceribus, ſit electus, dixi præced. Tit. 2. §. 10. lit. d., ad h. a. pag. 145.

(5) *An.* 1208. ab *Ottone Wittelſpachio* miſerè interficitur. Vid. præced. Tit. V. in vita *Philippi*, v. 5. pag. 595.

(52) FRIDERICUS VI.

Defunctis Patruis, *Friderico, Conrado*, & *Philippo*, ſurrogatus eſt in *Alemanniæ* Ducatu Princeps hic, *Henrici VI.* Imperatoris, & *Conſtantiæ* Siculæ, filius, poſtea electus Imperator, inter Auguſtos æquivocos ſecundus, cujus vitam præced. Tit. V. pag. 306. &c. exhibui. Deceſſit an. 1250. vid. l. c. pag 616.

(53) HENRICUS II.

Friderici II. Imperatoris. & *Canſtantiæ*, (al. *Mariæ*,) Arragoniæ, filius, anno 1220. electus Romanorum Rex, cujus fata præced. Tit. V. in vita *Friderici* II. v. 3. pag. 604. & 605. exponuntur. Periit in carcere an. 1235. vid. l. c. pag. 605. Alii nullam ejus inter Sueviæ Duces rationem habent. Vid. Dn. *Obrechtus Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. X. pag. 233.

(54) CONRADUS III.

Ejusdem Imperatoris, *Friderici II.* & *Jolandæ* Hieroſolymitanæ, filius, an. 1236. Diademate Germaniæ Regis redimitus, cujus electionem præced. Tit 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag 156. & 157. vitamque, præced. Tit. V. pag. 617. & ſeqq. offendis. Mortuus tandem eſt an. 1254. in Apulia. Vid l. c. pag. 621.

(55) CONRADUS IV. vulgò CONRADINUS.

(1) Laudati *Conradi III.* & *Eliſabethæ* Bavaræ, filius; cujus vitæ curriculum præced. Tit. V. in vita *Conradi IV.* v. 3. pag. 617. &c. ſiſtitur. Qui, cum *Ænea Sylvio*, Patrem ejus, *Henricum* vocant, quorum ſententiam l. c. pag. 617. excuſſi, oppoſitum quoque ſibi habent Diploma *Wenceslai*, Bohemiæ Regis, ſub dato *Pragæ*, 17. Kal. Maji, 1291. apud *Gewoldum, de Septemviratu*, Cap. IX. Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. CX. p. 77. & Dn. *Fridericum Lucæ, Reichs-Fürſten Saal*, pag. 41. & 42. ibi: *Notum facimus --- quod Nos confirmationem, ratihabitionem, & approbationem Sereniſſimi Domini Noſtri, & Patris, Kariſſimi Domini Rudolphi, Incliti Romanorum Regis, ſemper Auguſti, quas Illuſtri Principi, Ludovico, C. P. R. Duci Bavariæ, Conſanguineo & Affini, tanquam fratri noſtro kariſſimo, fecit, de bonis quondam Conradi, filii olim Regis Conradi, nati, piæ memoriæ, Friderici, quondam Imperatoris Romani, videlicet Oppido Schengow, Caſtro Reitingow, Ambergow, Curia ſuper monte, Curia Stauffe, Villa Iglingen, Villa Dürcheim, Villa Mœringen, cum toto Heyb'ſche, Caſtro Swabekke, Caſtro & Oppido Swebis-Werde, Caſtro Caphf eim, Oppido Novoforo, cum toto officio Perengow, novo Caſtro, & Caſtro Schoutenberg, quæ prædictus Rex Conradus, pro dote, & in dotem, Eliſabeth, Uxori ſuæ, Matri videlicet Conradi, ſui prædicti filii, ac Illuſtrium Principum, prædicti Dn. Ludovici, & felicis recordationis Dn. Henrici, Ducum Bawariæ, ſorori, aſſignavit, &, de omnibus bonis ſuis aliis patrimonialibus, ſive aliis quibuscunque, ad ipſum, de jure, proprietatis titulo, pertinebant, eidem Duci Ludovico. per prædictum Conradum, Nepotem ſuum, prædicti Regis Conradi filium, datis & traditis; nec non ceſſionis & donationis omnium bonorum ſuorum feudalium, factæ eidem Duci Ludovico, per prædictum nepotem ejus, Conradum, de Advocatia Herſprukke, & Vilſekke, Amberg, Awerbach, cum Caſtro Hohenſtein, & omnibus pertinentiis omnium prædictorum, quam in bonis, quam hominibus, quæ prædictus Rex Conradus, Pater Conradi prædicti, à Babenbergenſi Eccleſia, habuit infeodata, ſicut hæc omnia in ipſius Domini Noſtri Regis, Rudolphi, patentibus Inſtrumentis expreſſa, &, per eundem Dominum Regem, Rudolphum, facta ſunt, approbamus &c.*

(2) Notatu etiam dignum Diploma, quo Princeps noſter, ſub dato *Staingaden*, an. 1263. 18. Kal. Maji, poſſeſſiones & jura Cœnobii *Staingadenſis* confirmavit, apud *Gewoldum*, ad Tom 3. *Hundii Metropolis*, p. 364. tali exordio: *Ego Conradus, D. G. Jeruſalem & Siciliæ Rex, ac Dux Sueviæ*; nec non illud, quo, ſub dato *Raitenbuch*, in ſpecialem tutelam ſuſcepit, ibi: *Conradus II. Dei favente Clementia, Hieruſalem & Siciliæ Rex, Dux Sueviæ &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 160 & 162. ubi confirmatio hujus Privilegii à *Ludovico* Imperatore, an. 1326. conceſſa, in qua hæc occurrunt: *Privilegium felicis recordationis, Conradi II.*

Digitized by Google

di II. Hieruſalem & Siciliæ Regis, Ducis Sueviæ; de cujus cognatione proceſſimus, --- confirmandum duximus &c. Conſtat hinc, quem Ducem *Suevia* tunc temporis habuerit, & quo titulo *Conradinus* ſit uſus.

(3) De tragico Ejus exitu, juſſu *Caroli* Andegavenſis, an. 1268. 4. Kal. Novemb. publicè *Neapoli* ad enſem damnati, legas præced. Tit. V. Vitam *Conradi IV.* v. 3. p. 619. & 620. Hocque modo Ducatus Sueviæ Hohenſtauffenſium nactus eſt finem. *Verum, neque Karoli impunita crudelitas manſit; vix enim, poſt Conradini cædem, anni tredecim præterierant, cum non ferentes Gallicam inſolentiam Siculi, correptis armis, omnes per Inſulam Gallos, in unis veſperis, trucidarunt,* (30. Mart. 1582.) *& Inſula in poteſtatem Petri Aragonenſis facta eſt. Nec multo poſt, Karolus II. filius hujus* (Caroli Andegavenſis) *navali prælio captus, in Cathaloniam deductus eſt. Et, ne veteribus inſiſtamus, ætate noſtra univerſum ad Aragonenſes, ipſorumque fortunatiſſimum & ſapientia clariſſimum, Alfonſum Regem, defecit, tanquam Deo exequi cura præcipua fuerit.* Hæc *Æneas Sylvius*, in Hiſtoria *Friderici III.* Imp. apud *Schilterum*, de *Scriptorib. Rer. German* pag. m. 38. ibidemque in Notis, *Bœclerus*, pag. 142.

(4) Ab hoc tempore, durantibus maximè Interregni Magni in Germania turbis, dilaceratum valdè *Hohenſtauffiorum Patrimonium*; cujus magnam partem, per *Alſatiam* præſertim, *Rudolfus* Imperator, ann. 1282. annexo *Ducali titulo*, in filium *Rudolfum* tranſtulit; vid. præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 162. & Tit. V. in vita *Rudolfi I.* Imp. v. 3. pag 628. quare & in *Annalibus Colmarienſibus* ad an. 1290. apud *Urſtiſium* T. 2. p. 25. *Dux Alſatiæ* vocatur, vid. l. c. p. 682. (*Carolus V*, Imperatorum primus, *S. R. J. Principem in Suevia* ſe vocare cœpit; vid. præc. Tit. IV. §. 3. lit. l. p. 307. German. *des H. R. R. Furſt zu Schwaben*; vid. Præfat. *LandFried zu Wormbs*, de an. 1521. *& R. J. Wormacienſ.* de an. 1521. nec non R. I. *Norimberg.* 1524. R. J. *Auguſt.* 1530. & paſſim alibi. Secutus exemplum Ejus, *Ferdinandus I.* teſtibus R. J. *Spirenſ*, an. 1542. *Norimb.* an. eod. & de an. 1543. *Auguſt.* de an. 1555. *Ratisbon.* de an. 1557. &c. &c. *Maximilianus II.* teſte R. J. *Auguſt.* an. 1566. *Ratisb.* 1567. *Erfurt.* an. eod. *Franckf.* an. 1569. *Spir.* 1570. &c. &c. *Rudolphus II.* argum. *der Policey-Ordnung zu Franckfurt*, de an. 1577. R. J. *Auguſtan.* A. 1582. *Ratisb.* an. 1594. &c. *Matthias*, teſte R. J. *Ratisbon.* 1613. Auguſti reliqui, ad modernum usq; *Carolum VI.* Non minus *Habſpurgicæ* domui obvenerant *Turgovia*, cum Præfectura, de qua, ut & *Advocatia* S. *Gall.*, *Rudolfus I.* Imp. *Ulricum* de *Ramſchwang* inveſtiebat. *Stumpffio* teſte, lib. IV *der Schweitzer Chronick*, Cap. 51. pag. 361. *Zurichovia*, Arx *Hohenſtauffa &c.* vid. Dn. *Fridericus Lucæ*, *Reichs-Fürſten-Saal*, pag. 43.) Multa itidem inde bona in Generum ſuum, *Ludovicum* C. P. R. Bavariæque Ducem, Eum contuliſſe, ex adducto *Wenceslai*, Bohemiæ Regis, Diplomate de ann. 1291. quo donatio iſta confirmatur, adparet. Dynaſtiam *Hohenſtauffen*, beneficiali lege, ab Eodem conſecutum *Eberhardum*, Com. *Wirtenbergicum*, teſtatur *Joh. Georg Walzius*, *Fürſtl. Stamm- und Namens Quell*, lib. 2. c. 14. *Badenſis* Marchio nactus, eadem occaſione, *Pfortzhemium*, vid. *Zeileri Topograph. Sueviæ*, voc. *Pfortzheim*, pag. 150. *Münſter*, *Cosmograph.* lib. 3. Cap. 279. p. m. 782. & Cap. 282. p. 783. ut & *ZELLAM*, vid. *Münſter* l. c. cap. 279. p. 782. *Civitates* quoque *Sueviæ Franconiæque* libertatis, tunc ſibi aſſerendæ, geſſiſſe curam, frequens *Imperialium Urbium*, in iſtis partibus, numerus documento eſt. Vid. Dn *Hertius*, Diſſ. de *Origine & Progreſſu ſpecialium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum*, §. XXI. pag. 49. Sed & NOBILIBUS iſtorum tractuum, ab ultimis Ducibus pleraque ſuorum feudorum, recognoſcentibus, epocha hæc arriſit. Vid. Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, C. 2. t. 46. p. 90. Conf. ſeq. Tit. XX. §. IX. lit. a. De *Durlaco*, *& Heidenhemio*, juxta *Münſterum* l. c. lib. 3. C. 279. p. 782. *Sprengeri Ellychnia*, pag. 1846. Dn. *Fridericum Lucæ* l. c. p. 41. aliosque, extinctis *Graichgoviæ* Comitibus, ab Imperatore *Friderico II.* præfato Marchioni *Badenſi*, in beneficium conceſſis, non loquar, cum fata *Conradini* inveſtitura hæc, etiamſi vera, præceſſerit; Dn. *Tolnerus* autem, C. 2. *Hiſtor. Palat.* p. 33. §. 3. dicta loca ab *Irmentrudi*, *Conradi* C P. R. ex filia *Agnete*, nepte, jam *Hermanno Pio*, Marchioni Badenſi, in dotem allata, contendit.

(5) Hæc tamen non omnia perturbato ordine fiebant, accedentibus & Fori titulis, veluti: *emptionis venditionis, oppignorationis &c.* de quibus *Zeilerus* l. c. in præfationis calce: *Obgedachten Keyſer Conrado IV. hat ſein einiger Sohn, auch Conradus, und von den Welſchen, wegen ſeiner Jugend, Conradinus genant, der letzte Hertzog in Schwaben*, an. 1253. ſuccedirt; *Welcher, als er ſich*, anno 1267. *nacher Italien rüſtete, alles, was er in Teutſchland gehabt, entweder gantz, oder gar, verkaufft, oder verſetzt, und verpfændet hat. Und da Ihme zu Neaples, den* 26. *Tag Octobr.* an. 1269. --- *das Haupt abgeſchlagen worden, und alſo er ohne Leibes-Erben dahin gangen, und kein Fürſt von Schwaben mehr übrig geweſen, ſo ward dieſes ledig Fürſtenthumb in viel unterſchiedliche Theil zerzogen. Und obgleich Graf Rudolph von Habſpurg, als Er hernach Römiſcher König ward, das Hertzogthumb Schwaben ſeinem Sohn,*

Ru-

Digitized by Google

Rudolphen, verliehen, ſo iſt doch ſolches nit mehr, wie zuvor, gantz geweſen; Dann viel, ja der mehrer Theil ſeiner Glieder, durch Kauff, Verſatzungen, und in mancherley ander Weg, zum Theil die Freyheit, zum Theil unter andere Herrſchungen, ſchon allbereyt gerathen waren. Was von Rhætiſchen Landen biſsher dem Hertzogthumb Schwaben zugehœret hat, iſt dieſer Zeit vom ſelbigen auch ledig worden &c. Conf. præced. Tit. V. vita *Conradi IV.* v. 3. pag. 620.

v. 16. V.

DUCES FRANCONIÆ.

(1) *Francorum* nomen Seculo paulo poſt III. *Altmannicum*, innoteſcere cœpit. *Aurelius Victor*, de *Cæſaribus*, in vita *Licinii Gallieni*, apud *Fridericum Sylburgium*, T. 1. *Hiſtoriæ Romanæ*, pag. m. 521. ait: *His proſpere, ac ſupra vota, cedentibus, more hominum, ſecundis ſolutior, rem Romanam quaſi naufragio dedit, cum Salonino filio, cui honorem Cæſaris contulerat, adeo, ut Thraciam Gothi liberè progreſſi, Macedonas, Achaosque, & Aſiæ finitima occuparent: Meſopotamiam Parthi: Orienti latrones, ſeu mulier, dominaretur: Alemannorum vi, tunc æquè Italiam; FRANCORUM Gentes, direpta Gallia, Hiſpaniam poſſiderent, vaſtato ac pene direpto Tarraconenſium Oppido, nactisque in tempore navigiis, pars in usque Africam permearet &c.* Sic *Trebellius Pollio*, in ejusdem vita, l. c. Tom. 2. p. m. 250. *Contra Poſthumum igitur Gallienus, cum Aureolo & Claudio Duce, qui poſtea Imperium obtinuit, Principe Generis Conſtantini Cæſaris noſtri, bellum incepit; & quum multis auxiliis Poſthumus juvaretur, Celticis ac FRANCICIS, in bellum cum Victorino proceſſit, cum quo Imperium participaverat. Victrix Gallieni pars fuit &c.* Interjectis paucis *decennalium* ejus *ludorum, Romæ* celebratorum, ſolennia depingens, pergit p. 251. *Ibant præterea Gentes ſimulatæ, ut Gothi, Sarmatæ, FRANCI, Perſæ, ita, ut non minus quam ducenti, ſingulis globis ducerentur &c.* & *Flavius Vopiſcus*, in *Divo Aureliano*, ibidem Tom. 2. pag. 272. *Apud Maguntiacum Tribunus Legionis Sextæ Gallicanæ*, (cum eſſet Aurelianus, adeoque nondum Cæſar,) *FRANCOS irruentes, quum vagarentur per totam Galliam, ſic adflixit, ut trecentos ex his captos, ſeptingentis interemptis, ſub corona vendiderit. Unde iterum de eo facta eſt cantilena: Mille FRANCOS, mille Sarmatas, ſemel occidimus: Mille, Mille, Mille, Mille, Mille Perſas quærimus &c.* Et in *Floriano* p. 287. *Reſponſum eſt ab Aruſpicibus, quandoque ex eorum* (Taciti, ejusque fratris, Floriani) *Familia, Imperatorem Romanum futurum, ſeu per fœminam, ſeu per Virum, qui det judices Parthis ac Perſis; qui FRANCOS & Alamannos ſub Romanis Legibus habeat &c.* Et in *Probo*, l. c. pag. 292. verbis præced. *Catalogo Ducum Alamanniæ*, v. 5. pag. 289. occurrentibus. In ejusdem vita *Zoſimus*, lib. I. *Hiſtor.* apud eundem l. c. Tom. 3. pag. m. 664. *Acres etiam pugnas commiſit; primum contra Logiones, Nationem Germanicam; quos cum viciſſet, ac Ducem eorum, Semnonem, cum filio, vivum in poteſtatem redegiſſet, ſupplices factos in fidem recepit: & captivis, omnique præda recuperata, quam habebant, certa quædam ſtipulatos dimiſit, ipſo quoque, cum filio, Semnone, reddito. Alterum, contra FRANCOS, prœlium pugnavit: quibus opera Ducum ſtrenuè victis, ipſe cum Burgundorum Vandilorumque copiis dimicavit &c.* & pag. 666. *Quum FRANCI ad Imperatorem acceſſiſſent, & ab Eo ſedes obtinuiſſent, pars eorum quædam, defectionem molita, magnamque navium copiam nacta, totam Græciam conturbavit; in Siciliam quoque delata, & Urbem Syracuſanam adorta, magnam in ea cædem edidit. Tandem quum & in Africam adpuliſſet, ac rejecta fuiſſet, adductis Karthagine copiis, nihilo minus domum redire, nullum paſſa detrimentum, potuit &c.* Sub *Diocletiano*, Belgicum mare eos infeſtaſſe, à *Conſtantino* vero, una cum *Alamannis*, captis ipſorum Regibus, & ſolemni ſpectaculo beſtiis objectis, cæſos, ex *Eutropii Breviario Hiſtoriæ Romanæ*, lib. IX. ibid Tom 3. pag. 125. & X. pag. 129. diſcimus, cujus verba, cum teſtimoniis aliis, præced. Tit. 2, §. 10. lit. i. v. 13. pag. 182. jam extant.

(2) *Trojanorum* eos eſſe reliquias, Fabula eſt, cujus præced. Tit. 2. l c. pag. 181. memini. E *Germania* Gentem prodiiſſe, vel ipſe *Hadrianus Valeſius*, in Præfatione, & libro ipſo, de *Geſtis veterum Francorum*, agnoſcit. Facit huc inprimis *Johannes Iſaacus Pontanus*, de *Originibus Francorum*, Edit. *Harderuic.* 1617. *Genebrardi*, Galli, *Francorum* originem, à *Germanis* deductam, ridentis, cavillationem meritò quoque Dn. *Schatenus*, lib. 3. *Hiſtor. Weſtfal.* p. 154. &c. perſtrinxit. *Zoſimus*, lib. 3. *Hiſtoriarum*, in vita *Conſtantii & & Juliani*, apud *Fridericum Syburgium* l. c. Tom. 3. pag. 707. *Saxonum* memor, inquit: *Quados, Nationis ſuæ partem, in ſolum, ab Romanis occupatum, emittunt. At finitimis FRANCIS, eos tranſitu prohibentibus, qui metuerent, ne juſtam Cæſari* (Juliano) *cauſam præberent ſe rurſus invadendi: navibus*

vibus conſtructis, Rheno prætervecti, parentem FRANCORUM Imperio Regionem, in Romani Juris ſolum contenderunt: &, adpulſis ad Bataviam navibus, quam divisus Rhenus Inſulam efficit, quavis Inſula fluminea majorem, SALIORUM Nationem, FRANCORUM à parte profectam, &, vi Saxonum, in hanc Inſulam, ſuis è Sedibus, rejectam, expulerunt. Hæc Inſula, prius Romanis in univerſum parens, à Saliis hoc tempore poſſidebatur. Cæſar, ea re cognita, Quados ille quidem viciſſim adgrediebatur: ſed juſſo prius Exercitu cum Quadis acriter dimicare, Saliorum neminem occidere, nec prohibere, quo minus in Romanorum fines illi tranſirent; quod, non ut hoſtes Romanam Regionem peterent, ſed, per vim & coactionem, à Quadis pellerentur. Hac animadverſa Cæſaris humanitate, Salii, partim ex Inſula, cum Rege ſuo, Romanum in ſolum tranſjiciebant, partim ad limites, mira fuga, ſe conferebant; omnes, Cæſari ſupplices facti, ſponte ſua, ſe, cum rebus ſuis, ejus fidei permittebant &c. Illuſtrant hæc, quæ Ammianus Marcellinus, lib. XVII. apud Sylburgium l. c. Tom. 2. pag. 349. de eodem Juliano, memoriæ prodidit: Petit primos omnium FRANCOS, eos videlicet, quos conſuetudo SALIOS appellavit; auſos olim in Romano ſolo, apud Toxiandriam locum, habitacula ſibi figere prælicenter. Cui, quum Tungros veniſſet, occurrit Legatio prædictorum, opinantium reperiri Imperatorem etiam tum in hibernis; pacem ſub hac lege prætendens, ut quieſcentes eos, tamquam in ſuis, nec laceſſeret quiſquam, nec vexaret. Hos Legatos, negotio pleniè digeſto, oppoſitaque conditionum perplexitate ut in iisdem tractibus moraturus, dum redeunt, muneratos abſolvit; dictoque citius ſequutus profectos, Severo Duce miſſo, per ripam ſubito cunctos adgreſſus, tamquam fulminis turbo perculſit; jamque precantes potius quam reſiſtentes, in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, dedentes ſe, cum opibus liberisque, ſuccepit &c. Putat Philippus Cluverius, lib. 2. Introductionis in Geographiam Cap. XII. pag. m. 128. per Taxandros, inpræſentiarum Seelandos intelligi: Inter Moſam & Flandriam, ad Oceanum, fuere Taxandri; nunc eſt Zelandia, ac Brabantiæ inferior pars. Menapii reliqua Brabantiæ pars, & item Geldriæ, ad Rhenum usque &c. & Johannes Buno, in notis ad hunc locum pag. 129. Taxandri & Toxandri, dicti ſunt Plinio Populi, qui nunc Selandi, inque Inſulis, Hollandi Auſtrales; & Toxandria Regio Marcellino, quæ nunc Selandia, cum dictis Inſulis Hollandiæ; Alii, Brabantiæ & Leodienſi Agro conterminam Regionem; ſic Browerus, ad Venantii Fortunati lib. III. Carm. XII. Toxiandria, vel, ut poſteri appellarunt, Taxandria, Leodiſibus & Brabantiæ finitima olim fuit Regio, cujus adpellationis etiamnum veſtigia manent. Sunt, qui S. Trudonis Oppidum, (S. Truyen) vicinumque ſolum, pro ipſo Taxandriæ capite uſurpant: ſed minimè fallunt, qui in Teſſenderlo, pago Leodicæ Ditionis extremo, haud procul Dieſta, non obſcuro Brabantiæ Oppido, oſtendunt imaginem priſcarum ſedium; atque lo particula quadrat, quæ loca alta, ac in palude ſita, notat, ceu diceres, Taxandrorum paluſtria, cujusmodi compoſitio eſt in Venelo Gelriæ, Borkelo, Beverlo &c. & Hadrianus Valeſius, in Notitia Galliarum, p. 551. Taxandria, ad tertium lapidem ab Oppido Tungrorum, Trajecto, (ad Moſam) incipiens, ad Moſæ Vacalisque confluentes, expandebatur; Regio, magna ex parte, vaſtis paludibus invia, ac ob id ne finitimis quidem ſatis nota. Moſa, auctus parte Rheni, quæ adpellatur Vacalis, non procul ab Oceano Britannico, Toxandros, ceteraſque ejus Tractus Nationes, à Friſiis citerioribus dividebat &c. In eandem ferè ſententiam abit Hubertus Thomas Leodius, in Commentario de Tungris & Eburonibus, apud Schardium, T. 1. Rer. German. pag. 349. De Toxandria, quam nunc Viſetum, Francimonte, Chamavis, & Stoccheim. Eſt ad Moſam, inter Leodium & Trajectum, Oppidum, hodiè non ſane magnum, nomine Viſetum, cujus Veteres ruinæ ſunt illius antiquitatis & amplitudinis evidens argumentum ..... Viſetum inquam, etſi mutati nominis cauſam nusquam audiverim, Toxandriam olim dictum, Veteres Leodiorum Annales teſtantur &c. Omnibus longè antiquior, Godeſchalcus Diaconus, & Canonicus Leodienſis, in vita S Lamberti, XXIX. Leodienſium Epiſcopi, juſſu Agilfridi, XXXIII. ibidem Epiſcopi, ſecundum Bucelinum, Part. I. Germaniæ Sacræ, in Catalogo horum Præſulum, pag. 29. ann. 784. defuncti, conſcripta, Cap. VI. apud Surium, 17. Sept. pag. m. 174. eandem tueri videtur, verb. Quodam itaque tempore, Teſſandriam, quæ erat ſuæ providentiæ paſtoralis pars non infima, ingreditur &c. & Cap. VII. l. c. Mox ad Villam parvi adhuc nominis ..... quæ, Leodium dicta, fluvio Moſa alluitur, cum congeſtis copiis, Dodo acceſſit, ibi Vir Sanctus (Lambertus) tunc temporis morabatur, quaſi divino præſagio edoctus, quod hic, Deo, hoſtia accepta, mactandus occumberet &c. Loca minimum, à Francis infeſſa, fuere paludoſa, Rheno vicina, & terminis Romani Imperii, in Galliis confinia, quod Manlius Statianus, laudes Probi Imperatoris, publico in Senatu, apud Flavium Vopiſcum, in Probo, pag. m. 192. decantans, clarè innuit,

nuit: *Quæ mundi pars eſt, quam ille non vincendo didiceris? ---- teſtes Franci, inviis ſtrati paludibus &c.* & *Ammianus Marcellinus*, lib. XX in vita *Conſtantii & Juliani*, l. c. pag. 382. *Julianus tamen, jam celſiore fortuna, militisque fiducia lætior, ne intepeſceret, neve ut remiſſus argueretur & deſes, Legatis ad Conſtantium miſſis, in limitem Germaniæ Secundæ eſt egreſſus: omnique apparatu, quem flagitabat inſtans negotium, communitus, Obtricenſi Moſæ Oppido* (in MS. legi *Obtricenſimæ*, hocque vocabulo denotari veterem *Coloniam Trajanam*, hodiè *Kellen*, in ſimilitudinem *Coloniæ Agrippinæ*, *Cœlln*, notat Dn. *Cellarius*, lib. 2. *Geographiæ Antiquæ*, Cap. 3. pag. 215.) *propinquabat. Rheno deinde transmiſſo, Regionem ſubito pervaſit FRANCORUM, quos ATTHUARIOS vocant, inquietorum hominum, licentius etiam tum perturſantium extima Galliarum, quos adortus ſubito, nihil metuentes hoſtile, nimiumque ſecuros, quod, ſcrupoſa viarum difficultate arcente, nullum ad ſuos Pagos introiſſe meminerant Principem, ſuperavit negotio levi: captisque plurimis & occiſis, orantibus aliis, qui ſuperfuere, pacem ex arbitrio dedit; hoc prodeſſe poſſeſſoribus finitimis arbitratus &c.* & rurſus lib. XXVII. in vita *Valentiniani & Valentis*, l. c. pag. 462. amplius declarat: *Gallicanus vero tractus FRANCI & Saxones, iisdem confines, quo quisque erumpere potuit, terra vel mari, prædis acerbis, incendiisque, & captivorum funeribus hominum, violabant &c.* Ecce, *Franci & Saxones* Romanorum vocantur vicini in *Galliarum* finibus; aſt illis, quoad *Gallias*, præter *Germanos*, non erant confines. Audiamus *Claudianum* lib. I. de *Laudibus Stiliconis*, pag. m. 10. Edit. *Barthii*, 1650. canentem:

Miramur, rapidis hoſtem ſuccumbere bellis,
Cum ſolo terrore ruant! non claſſica FRANCIS
Intulimus: jacuere tamen. Non Marte SUEVOS
Contudimus, queis jura damus. Quis credere poſſit,
Ante tubam nobis audax GERMANIA ſervit?
Cedant, Druſe! tui, cedant, Trajane! labores,
Veſtra manus dubio quidquid diſcrimine geſſit,
Transcurrens egit Stilico, totidemque diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuiſtis in annis.

&, paucis interjectis:

— — — — Rhenumque minacem

Cornibus infractis adeo miteſcere cogis,
Ut SALIUS jam rura colat, flexosque SICAMBRI
In falcem curvent gladios, geminasque viator
Cum videat ripas, quæ ſit Romana? requirat,
Ut jam trans fluvium, non indignante Cayco,
Paſcat Belga pecus, mediumque ingreſſa per Albim
Gallica FRANCORUM montes armenta pererrent &c.

& rurſus, in Carmine de *Bello Getico*, p. m. 25.

Agmina quin etiam flavis objecta SICAMBRIS,
Quæque domant CATTOS, immanſuetosque CHERUSCOS,
Huc omnes vertere minas, tutumque remotis
Excubiis, Rhenum, ſolo terrore, relinquunt.
Ullane poſteritas credet? Germania, quondam
Illa ferox Populis, quæ vix inſtantibus olim
Principibus tota poterat cum mole teneri,
Jam ſeſe placidam præbet Stiliconis habenis,
Ut nec præſidiis nudato limite tentet
Expoſitum calcare ſolum; nec tranſeat amnem,
Incuſtoditam metuens attingere ripam.

Et, de *Tertio Conſulatu Honorii*, pag. m. 38.

Te naſcente, ferox toto Germania Rheno
Intremuit.

It. de *Quarto Conſulatu Honorii*, pag. 45.

Et Rhenum pacare jubes; volat ille citatis
Vectus equis, nullaque latus ſtipante catervas
Aſpera nubiferas qua Rhetia porrigit Alpes;
Pergit, & hoſtiles, tanta eſt fiducia, ripas
Incomitatus adit; totum properare per amnem.
Attonitos Reges humili cervice videres.
Ante Ducem noſtrum flavam ſparſere SICAMBRI
Cæſariem, pavidoque orantes murmure FRANCI
Procubuere ſolo. Juratur Honorius abſens,
Imploratque tuum ſupplex ALEMANIA nomen &c.

-- -- -- --

Quis victum meminit ſola formidine Rhenum?

It. Libro I. in *Eutropium*, pag. 98.

Ante pedes humili FRANCO, triſtique SUEVO
Perfruor, & noſtrum video, Germanice, Rhenum &c.

Nec aliter *Sidonius*, Carm. VII.

Bructerus, ulvoſâ, vel quem Nicer, abluit unda,
Prorumpit FRANCUS.

& *Auſonius*, in *Edyllio X.* de *Moſella*, p. m. 118. Edit. *Scaliger.* Ann. 1612.

Neu vereare minor pulcherrime Rene videri.
Invidiæ nil hoſpes habet, potiere perenni
Nomine tu fratrem, famæ ſecurus, adopta,
Dives aquis, Dives Nymphis, largitor utrique
Alveus extendet geminis divortia ripis:
Communesque vias diverſa per oſtia fundet.
Accedent vires, quas FRANCIA, quasque CAMAVES,
GERMANIQUE tremant, nunc verus habebere limes.

Acce-

Accedet tanto geminum tibi nomen ab amni,
Quumque uno de fonte fluas, dicere bicornis &c.

Addi etiam merentur D. *Hieronymi*, Imperatore *Honorio*, defuncti, verba, in Vita *S. Hilarionis* Abbatis, quæ præced. Tit. 2. §. 10. lit. i v. 13. p. 182. exhibui, *Germanos* illos, *Saxones* inter & *Alemannos* medium tenentes, *Francos* celebrantia. Ut & *Procopius*, *Juſtiniani* Imp. ætate florens, lib. I. *Belli Vandalici*: *Vandili, fame preſſi, in Germanos irruunt, qui nunc FRANCI dicuntur, ſimulque Rhenum trajecerunt &c.* Novum *Francorum* cognomen ſuppeditat *Gregorius Turonenſis*, lib. 2 *Hiſtor.* Cap. XXXI. apud *Freherum* T. 2. *Rer. Franc.* pag. 44. ubi, facta mentione baptiſmatis ſacri, quo *Chlodoveus Magnus*, FRANCORUM Rex, ablui petiit, *S. Remigius*, Remenſium Præſul, ita accedentem Principem allocutus fertur: *Mitis depone colla SICAMBER. Adora, quod incendiſti. Incende, quod adoraſti &c.* Conf. *Hincmarus*, in *Vita S. Remigii*, Cap. XXX.X. apud *Surium*, 13. Januar. pag. 195.

Summa dictorum eo redit, (1) Rheni accolæ, quibus *Romani* faceſſerant negotium, quorum numero comprehendendi omnino *Franci*, aut *Galli* erant rebelles aut *Germani*; aſt *Franci* non erant *Galli*, adeoque *Germani*. (2) *Franci* non niſi *Germanicarum Gentium* nominibus appellati: *Salii*; vel *Anſibarii*; *Attuarii*; *Sicambri* &c. de quibus ſeq. v 4. plura. (3) *Saxones* inter & *Allemannos*, teſte *Hieronymo* l. c. medii fuere *Franci*, proinde *Germani*. (4) Conſtans Veterum pariter & Recentiorum ſententia, priſtinos *Francos*, origine eſſe *Germanos*. Hinc fines eorum ita deſcribit *Cluverius*, lib. 3. *German. Antiq* Cap. 20. pag. 84. *Jam Pineis univerſæ FRANCIÆ adſignare promptum fuerit. Ab Occaſu: Rhenum & Oceanum; Ab Septentrionibus: item Oceanum; Ab Ortu: Albim & Salam, & qui porrò hinc terminus fuit inter Chattos, Hermundurosque; A Meridie: qua Alemanni, valida Gens, fuere contermini ---- Lonam amnem, & jugum montis, qui vulgari vocabulo dicitur Fogelſperg &c.* Conf. *Valeſii Notitia Galliæ* voc. *Francia*; ut & Præfatio ad *Geſta Veterum Francorum*, unde ſua *Boeclerus*, Hiſtor. Seculi IX. à nato Chriſto, in Vita *Caroli Magni*, pag. 7. *Obrechtus*, ad *Monzambanum*, Cap. I. §. 3. & 4. pag. 3. *Kulpiſius* ad eundem *Monzambani* locum, pag. 27. *Werlhof*, *Notitia Imperii Enucleata*, lib. I. Cap. 2. §. LXIX. pag. 77.

(3) De *Etymologia* nugas venditat *Hincmarus* l. c Cap. XXIX. pag. m. 194. *In qua* (Sicambria, ficta tamen, circa Paludes, Mæotides condita *multis annis habitaverunt, & in Gentem magnam, uſque ad tempora Valentiniani Imperatoris, creverunt. Et ita, ſub Principibus crinitis, juxta morem Gentis, ſubinde ſuccedentibus, per Thuringiam, Regionem Germaniæ, à Caſtello Diſpargo, in quo diu habitaverunt, ad Belgicæ Provinciæ Tornacum atque Cameracum Civitates, aggreſſi ſunt. Ideoque uſque ad Sommam fl. partem Belgicæ Provinciæ occupaverunt, ubi pluribus temporibus degerunt, ſub Clodoveo, & Meroveo, Rege utili, à cujus nomine celeberrimo, Franci vocati ſunt MEROVINGI; ſicut à Valentiniano Imp. Attica Lingua vocati ſunt FRANCI, hoc eſt, FEROCES &c.* Hauſit procul dubio hæc, ex *Gregorio Turonenſi*, de *Geſtis Francorum*, Cap. 2. apud *Freherum*, T. I. *Rer. Francic.* pag. 57. qui ita de Alanis: *Illi autem, cæſi ſuper Fluvio Danubio, fugerunt, & intraverunt in Mæotidas paludes. Tunc ait Imperator:* (Valentinianus) *Si quis potuerit introire in paludes iſtas, & inde ejicere potuerit Gentem hanc rebellem Alanorum, concedam ei tributa annos decem. Tunc congregati FRANCI, qui fuerant de Troja ejecti, fecerunt inſidias ex adverſo, ſicut erant edocti, per incognita latibula, & ingreſſi in Mæotidas paludes, cum Exercitu reliquo Romanorum, ejecerunt inde Alanos, percuſſeruntque eos in ore gladii. Tunc appellavit eos Valentinianus Imperator FRANCOS, Attica Lingua, quod in Latinum intelligitur ſermonem h. e. FEROS: à duritia, vel ferocitate cordis &c.* Nec aliter, *Aimoinus*, lib. I. de *Geſtis Francorum*, Cap I. apud *Freherum* l. c. Tom. 2. pag. 255. & *Sigebertus Gemblacenſis*, ab initio *Chronographiæ*, apud *Piſtorium*, pag. 478. Quis autem ignorat, FRANCORUM nomen *Valentiniano* non eſſe longè antiquius?

Alia Derivatio fit à FRANCIONE, quodam eorum Duce, de quo in *Geſtis Francorum Epitomatis*, Cap. 1. apud *Freherum* l. c. Tom. I. pag. 93. *Bifaria diviſione, Europam media ex ipſis pars, cum FRANCIONE, eorum Rege, ingreſſa fuit, qui, Europam pervagantes cum Uxoribus & Liberis, Rheni ripam occuparunt: nec procul à Rheno Civitatem, ad inſtar Trojæ nominis, ædificare conati ſunt. Cœptum quidem, ſed imperfectum opus remanſit. Reſidua eorum pars, quæ ſuper littore Danubii remanſerat, electum a ſe, TURCHOT nomine, Regem, per quem vocati ſunt TURCHI, & per FRANCIONEM hii alii vocati ſunt FRANCI, multis poſt temporibus, cum Ducibus externas Dominationes ſemper negantes.* Similia profert *Aimoinus* l c. Cap. 2. pag. 255. ſed & hæc ſine fundamento.

Johanni Iſaaco Pontano, lib. 3. *Originum Franc.* Cap. I. dicti videntur FRANCI, ab haſtæ genere, quam Veteres *Franceſcam*, & *Tacitus Frameam*, vocarunt.

Digitized by Google

Rectius ad *Libertatem* provocat *Cluverius*, lib. 3. *Germaniæ Antiquæ*, Cap. 20. pag. m. 84. quam Nationes, Rhenum inter & Albim ſitæ, facta conſpiratione, unitisque viribus contra communes hoſtes, *Romanos*, tueri ratum duxerint, invento vocabulo, quo omnes poſthac *Thi Frankon*, h. e. *Liberi*, appellarentur. *Wendelino*, in *Gloſſario Salico*, voc. *Francos*, priori ſententiæ inhærenti, & omnes, qui *Francum Liberum* interpretantur, delirare exiſtimanti, jus dicit Dn. *Werlhof* l. c. lib. I. Cap. 2. §. 65. lit. b. pag. 70.

(4) Coaluiſſe autem in commune FRANCORUM nomen plures GERMANORUM Gentes, expunctis appellationibus priſtinis, veluti: BRUCTEROS, CHAMAVOS, ANSIBARIOS, CHATTOS, CHAUCOS, CHERUSCOS, ATTUARIOS, potiusve CHASSUARIOS, DULGIBINOS, ANGRIVARIOS, FRISIOS, TUBANTES, SICAMBROS, USIPIOS, TENCTEROS, UBIOS, MATTIACOS, JUHONES, SALIOS &c. dudum Eruditi pro certo habent, de omnibus licet indiſtinctè affirmari nequeat, quod integri in compagem *Francicam* tranſierint, parive conſtantia in ea permanſerint, *Bructerorum & Angrivariorum* exemplo, quos, deſertis *Francis*, *Saxonum* Civitatem ingreſſos, rectè Reverendiſſ. Præſul *Fürſtenbergius*, *Monument. Paderbornenſ.* pag. 144. monet. *Friſios* quoque ſeparatam Gentem conſtituiſſe, donec Sec. VIII. *Francorum* Legibus iterum fuerint ſubjecti, non minus notum. De *Bructeris, Chamavis, Ampſivariis, & Chattis*, qua FRANCIS, evolvendus *Sulpitius Alexander*, apud *Gregorium Turonenſem*, lib. 2. *Hiſtor.* Cap. IX. pag. m. 34. verbis præc. Tit. 2. §. 10. lit. *i.* v. 13. pag. 182. occurrentibus. In *Tabula Itineraria Theodoſiana*, & quidem in *Germania Trans-Rhenana*, ad oſtia ſtatim *Rheni*, ſparſæ variæ apparent, charactere Longobardico, Literæ, quibus collectis conficiuntur nomina: CHAUCI, AMPSIVARII, CHERUSCI, CHAMAVI, QVI ET FRANCI; ſequiturque in eadem ripa, literis majoribus, vox FRANCIA; quam excipiunt BURCTURI; cujus Tabulæ, ex B. *Rhenani Rebus Germanicis*, *Cluverius* l. c. pag. 83. & *Petr. Bertius*, lib. I. *Rer. German.* Cap. 23. pag. m. 218. & 219. meminerunt. Theſin in genere ſuffulcit quoque *Valeſius*, *Notit. Gall.* voc *Francia*, pag. 201. *Ex Franciæ Populis Rhenum accolebant: ATTUARII, BRUCTERI & CHAMAVI, ad oſtium fluminis poſiti, ac SALII. Oceani littora tenebant: FRISII & CHAUCI, CAICI Poëtis dicti. Interiora Terrarum habitabant: AMSIVARII, CATTI, aliique, omnes in unum FRANCI vocati, & nonnunquam SICAMBRI &c.* Conf. *Bucherii Belgium Romanum*, lib. VI. Cap. 13. §. 5. *Freberi Origines Palat.* lib. 2. Cap. 3. pag. 9. & 10. *Werlhof* loc. c. §. LXVII. pag. 71.

(5) De BRUCTERIS, inter primarios FRANCORUM Populos, *Romanis* ſemper formidabilibus, quippe qui, (*Straboni*, lib. VII. Βϱάϰτεϱοι; *Ptolemæo*: Βουϰάϰτεϱοι; *Tacito*, lib. 4. *Hiſt.* Cap. LXI. v. 4. & lib. 5. c. XVIII. v. 1. & *German.* Cap. 33. v. 1. & lib 1. *Annal.* Cap. LX v. 1. 2. 4. & 5. nec non *Vellejo Paterculo*, lib. 2. Cap. 105. *Suetonio*, in *Nerone*, Cap. XIX. *Plinio*, lib. 3. *Epiſt.* VII. pag. m. 94. *Claudiano*, de IV. *Conſulatu Honorii*, pag. m. 45. *Sidonio*, aliisque: BRUCTERI; *Sulpitio Alexandro*, apud *Gregorium Turonenſem*, lib. 2. *Hiſtor.* Cap. IX. pag. 34. BRICTERI; *Tabulæ Itinerariæ Theodoſianæ*: BRUCTURI, it. BURTURI; in Panegyrico *Nazarii*: BRUTERI; *Marcellino*, in vita *S. Swiberti*, Cap. XIX. XX. & XXI. apud *Surium*, 1. Mart. pag. m. 11. BORUCTUARII; *Gregorio II.* P. R. in præfatione Literarum ad Germanos, referente *Othlone*, in Vita *S. Bonifacii*, Cap. XXIX. apud *Surium*, 5. Junii, pag. m. 65. BORTHARI, dicti;) partim ultra *Luppiæ* & *Amiſiæ* fontes, ac ſaltum *Teutoburgium*, domicilia ad Viſurgim, Sylvamque Herciniam, quæſiverant; partim ad *Ruram*, ubi *Bruchium* arx adhuc conſpicitur, confidentes, indeque, reſumptis paulatim viribus, totum Ducatum *Montanum*, ſubactis pulſisque TENCTERIS, ſui fecerunt juris, in *Weſterwaldiam* usque progreſſi &c. evolvantur: *Althamer*, in *Taciti Germaniam*, apud *Schardium*, T. 1. *Rer. German.* pag 23. *Melanchthon*, in eandem, ibid. pag. 78. *Cluverius* l. c. lib. 3. Cap. XIII. pag. 46. &c. *Fürſtenbergius*, Citat. Monum. pag. 59. &c. *Schatenus*, lib. 1. *Hiſtor. Weſtphal.* p. 9. *Cellarius*, lib. 2. *Geograph. Antiq.* Cap. 5. pag. 297. &c. *Werlhof* l. c. §. 67. lit. b. p. 71. & 72.

(6) CHAMAVOS primum *Rheni* ripam tenuiſſe; deinde, una cum *Angrivariis*, in antiquos *Bructerorum* fines, ad *Rhenum, Luppiamque* amnes, immigraſſe, auctoritate veterum probant *Cluverius* l. c. lib. 3. Cap. XIV. pag. 49. &c. *Schaten* l. c. pag. 11. *Fürſtenbergii Monumenta Paderborn.* l. c. *Bertius* l. c. pag. 268. *Cellarius* l. c. Lib. 2. Cap. V. p. 299. *Werlhof* l. c. lit. c. pag. 72.

(7) ANSIBARII, ut *Tacitus*, lib. XIII. *Annal.* Cap. LV. & LVI. legit, aliis dicti ANSIVARII. It. AMPSIVARII, à finitimis *Chaucis* pulſi, pariterque á *Tencteris, Bructerisque*, ad quos confugerant, deſerti, ad *Uſipios & Tubanter* conceſſere, eam *Chaucorum* occupando partem, quæ *Chattis* ſimul & *Angrivariis* fuit proxima, inter duo Oppida, *Bremam, Mindamque*, ad *fluvium Amiſium*; de quo Tractu *Cluverius* l. c. lib. III. Cap. XVI. p. 54. *Regiones nunc finibus his continentur iſtæ: Mindenſis Epiſcopatus pars dimidia verſus Septemtriones; Comitatus Deepholt; Comitatus Hojenſis pars maxima, lævæ Viſurgis ripæ adſi-*

Digitized by Google

adfixa; & Regiuncula vulgò Stading dicta &c. Conf. *Althamer* l. c. pag. 24. *Schaten* l. c. pag. 14. Reverendiſſ. *Fürſtenberg.* l. c. p. 53. docens ſimul, ab *Amiſio* fluvio, inditum ipſis *Ampſivariorum* nomen; ſic & *Conringius*, ad. lib. I. de *Finibus Imperii*, Cap. 2. p. 6. *Ampſivarios porrò appellatos, eos, qui accoluerunt flumen Amſer, vel Emſer &c.* Dn. *Cellarius* l. c. p. 297. Dn. *Werlhof* l. c. lit. f. pag. 73.

(8) CHATTIS, vel CATTIS, vindicat *Cluverius* l. c. lib. III. Cap. V. pag. 21. integram *Haſſiam*, cum *Thuringia*; Ducatum *Grubenhagenſem*; dimidiam *Paderbornenſis* Epiſcopatus partem, *Viſurgi* affixam; Abbatiam *Fuldenſem*; portionem denique *Franconiæ* & *Coburgici* Ducatus; octo cæterum argumentis, p. 16. &c. probare conatus, quicquid *Cæſar*, in Commentariis *Belli Gallici*, de SUEVIS prædicavit, quod ſcil. fuerint *Populi Bellicoſiſſimi; centum Pagos poſſederint; quotannis centum millia armatorum, bellandi cauſa, ſuis ex finibus eduxerint; quibusque ne immortales quidem Dii pares eſſent*, quæ loca præced. Catalogo *Ducum Alamanniæ* v. 1. conſignavi, omnia de CHATTIS accipienda. Terminos eorum hiſce deſcribit *Tacitus*, Cap. XXX. *Germaniæ* ſuæ: *Ultra hos* (Gallos, trans Rhenum Danubiumque vacuefactos *decumates agros* occupantes) *CATTI, initium Sedis ab Hercynio ſaltu inchoant, non ita effuſis ac paluſtribus locis, ut cæteræ Civitates, in quas Germania pateſcit, durant ſiquidem colles, paulatimque rareſcunt: & CATTOS ſuos ſaltus Hercynius proſequitur, ſimul atque deponit &c.* immediatè annectens: *Duriora Genti corpora, ſtricti artus, minax vultus, & major animi vigor. Multum (ut inter Germanos) rationis ac ſolertiæ: præponere electos; audire præpoſitos; noſſe ordines: intelligere occaſiones; differre impetus; diſponere diem; vallare noctem; fortunam inter dubia, virtutem inter certa, numerare; quodque rariſſimum, nec niſi ratione diſciplinæ conceſſum; plus reponere in Duce, quam in Exercitu; omne robur in pedite, quem, ſuper arma, ferramentis quoque & copiis onerant. Alios ad prælium ire videas, Cattos ad bellum. Rari excurſus & fortuita pugna. Equeſtrium ſanè virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere. Velocitas juxta formidinem, cunctatio propior conſtantiæ eſt.* & Cap. XXXI. *Apud CATTOS in conſenſum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque ſubmittere, nec, niſi hoſte cæſo, exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. Super ſanguinem & ſpolia revelant frontem, ſeque tum demum pretia naſcendi retuliſſe, dignosque Patria ac Parentibus ferunt. Ignavis & imbellibus manet ſqualor. Fortiſſimus quisque ferreum inſuper annulum (ignominioſum id Genti) velut vinculum id geſtat, donec ſe cæde hoſtis abſolvat. --- nulli domus, aut ager, aut aliqua cura, prout ad quemque venere, aluntur, prodigi alieni, contemtores ſui, donec exſanguis ſenectus tam duræ virtuti impares faciat.* His iterum confines addit: *Proximi CATTIS certum jam alveo Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat, Uſipii ac Tencteri colunt &c.* CATTOS olim etiam CASSOS fuiſſe dictos, appellatione CATTUARIORUM, quos alii CHASSUARIOS vocaverant, illuſtrat *Cluverius* l. c. p. 21. nullumque dubium, quin modernos HASSOS, veteres HATTOS, &, denſiori Celtarum aſpiratione, CHATTOS, nuncupaverint; hinc *Strabo* & *Dio Caſſius*, χάτται, & *Ptolemæus*: χάτται; *Tacitus*, demta litera H. *Catti*. Reliquiæ ſuperſunt in *Caſtello Chattorum*, vulgò *Caſſel*, Sede Principis. *Cattimelibocum*, Germ. *Katzen Elnbogen*, in quo Comitatu ſitum *Darmſtadium*, ab iisdem denominatum, putat *Iſaacus Pontanus* lib. I. *Originum Franc.* Cap. IX. Conf. *Philippus Melanchthon, in Taciti Germaniam*, apud *Schardium*, T. 1. *Rer. Germ.* p. 78. *Alshamer*, in eandem, ibid. p. 23. *Pirckheimer*, in *Germania* ſua, ibid. pag 86. *Bucherii Belgium Romanum*, lib. 1. Cap. XIV. §. 8. *Schaten* l. c. p. 9. *Furſtenbergii Monumenta Paderbornenſia* p. 157. & 158. qui *Cluverii* ſententiam amplectitur; *Bertius* l. c. pag. 269. *Werlhof* l. c. lit. a. pag. 71. & §. LXIX. lit. c. pag. 78. & 79. *Cellarius* l. c. pag. 300.

(9) CHAUCORUM, Poëtis CHARICORUM, fines circumſcribens *Cluverius* l. c. lib. III. Cap. VIII. pag. 73. ait: *Comprehenduntur nunc hiſce finibus Regiones iſtæ: Epiſcopatus Bremenſis; Friſia Orientalis; Comitatus quatuor: Oldeburgienſis, Delmenhorſtenſis, Depholtenſis* (quem lib. 3. Cap. XVI. p. 54. ANSIBARIORUM fuiſſe perhibet) *& Hojenſis, cis Viſurgim: Item Mindenſis Epiſcopatus pars Septemtrionalis &c.* Conf. *Melanchthon* l. c. *Althamer* l. c. pag. 25. *Pirckheimer* l. c. p. 85. *Ubbo Emmius* lib. I. *Hiſtor. Friſing.* pag. 9. &c. *Conring, de antiquo ſtatu Helmſtadienſi*, pag. 70. &c. *Bertius* l. c p. 264 *Schatenus* l. c. *Winckelmannus*, lib 1. *Weſtphal.* c. 1. §. 37. *Bucherius* l. c. lib. I. c. 16. §. 3. *Cellarius* l c. pag 298. *Werlhof* l. c. §. XL. lit e. pag. 46 & §. LXVII. lit. d. pag 72.

(10) CHERUSCOS inſignem quoque *Germaniæ* partem tenuiſſe, fuſius demonſtrat *Cluverius* l. c. lib. III. Cap. XIX. pag 77. qui pag. 79. ſummam hiſce exprimit: *Continentur hodie hoc Terrarum ſpatio Regiones iſtæ: Totus Epiſcopatus Ferdenſis; Luneburgienſis & Brunſuicenſis Ducatus; duo item Epiſcopatus, Hildeshemienſis & Halberſtadienſis; Comitatus Schouenbergienſis, Magdeburgienſis Epiſcopatus pars cis Albim; Marchia Antiqua; Dannebergenſis Comitatus; Lauiburgienſisque Ducatus portiones cis Albim &c.* Conf. *Melanchthon* l c. *Althamer* l. c.

pag.

pag. 25. *Pirckheimer* l. c. pag. 86. *Bertius* l. c. p. 268. *Fürſtenbergii Monum. Paderborn.* pag. 35. & 36. *Conringius*, l. c. pag. 71. *Cellarius* l. c. pag. 302. *Werlhof* l. c. §. LXVII. lit. e. pag. 72. & 73.

(11) De ATTUARIIS, quorum *Vellejus Paterculus*, lib. 2. *Hiſtor.* Cap. 105. meminit: *Neque verbis exprimi, & fortaſſe vix mereri fidem poteſt, intrata protinus Germania, ſubacti Caninefates, ATTUARI, Bructeri, recepti Cheruſci, Gentes &c.* Rectius forſan CHATTUARIOS, vel CHASSUARIOS, eos vocandos arbitratur *Valeſius*, *Notit. Gall.* voc. *Attuarii*, p. 51. &c. cum alias nullibi, *Attuarii* occurrant, excepto, quod *Francos*, qui eorum ſedes poſtea occupaverant, inde ATTUARIORUM cognomen ſortitos, *Ammianus Marcellinus*, lib. XX. in vita *Conſtantii* & *Juliani* p. 382. præced. v. 2. doceat: CASUARI contra, *Ptolemæo*; CHATTUARII *Straboni*, & CHASUARI, *Tacito*, Cap. XXXIV. *Germaniæ &c.* celebrentur. Ejusdem ſententiæ eſt *Cluverius* l. c. lib. III. Cap XV, pag 53. de Tractu eorum ſubnectens: *De antiqua igitur Chaſſuariorum Sede jam ſatis conſtat: quam his limitibus circumſcribo: Ab Meridie, Dimela flumine, à Cœnobio Harderhuſen, ad Confluentem Viſurgis: Ab Ortu, Viſurgi, ad confluentem usque Ambræ: Ab Septemtrionibus & Occaſu, qua antiquitus Dulgibini occurrebant, & Bructeri, Marſi, Tubantes, Sigambri atque Tencteri, alii ſcilicet aliis temporibus, primò Ambra amne, ad vicum usque Dale; inde porrò montium jugo, quod juxta Oppida Permont, Bloombarg, Horen, Oldenbeke, Kleinebarg, ad prædictum Cœnobium Harderhuſen, protenditur. Ceterum, in Chamavorum, Angrivariorumque ſedeis, quas illi reliquerant, tranſgreſſi, quas parteis ſinguli obtinuerint, apud neminem Auctorum diſpicio. Quia tamen Dulgibini proximi fuere, hos, ut primos tranſgreſſos, ulteriora: Chaſſuarios citeriora occupaſſe credibile eſt. Limites igitur tunc utrisque fuerunt iſti: A Meridie, qua tunc Amſivarii occurrebant, montis jugum, quod à confluentibus Viſurgis & amnis, qui eſt apud vicum Remen, juxta Opidum Lubbeke, & arcem Limborg, ad Opidum usque Melle, protenditur: hinc porrò lineam, ad vicum Bentlage, & Amiſiam amnem, ductam; qua ab Tubantibus diſtinguebantur. Ab Occaſu fuit Amiſia, ad Lædæ usque confluentem. Ab Ortu æſtivo, quà Chaucis jungebantur, Lædam flumen ſtatuo; & ab fonte ejus, lineam, per lacum Dommel, ad ſupra dictum vicum Remen, actam. Hos verò agros uti æquis portionibus inter eos diſtribuam, lineam duco, ab arce Braamſchede, Amiſiæ adpoſita, ad dictum lacum Dommel &c.* Conf. *Philippus Melanchthon in Taciti Germaniam*, apud *Schardium*, T. 1. *Rer. German.* p. 78. *Althamer*, in eandem, ibid. pag. 24. *Cellarius* p. 299. & 302. *Bertius* l. c. pag. 269. *Werlhof* l. c. § LXVII. lit. g. p. 73.

(12) DULGIBINI, *Ptolemæo* DULGUMNII, una cum *Chaſſuariis, Chamavorum & Angrivariorum* ſedes occuparunt, de quorum finibus ita *Cluverius* l. c. lib. 3. Cap. XV. pag. 52. *Terminos igitur iis ſtatuo, ab Occaſu & Septemtrionibus, quà Angrivariis & Cheruſcis jungebantur, primùm lineam, ab Opido Bilefeld, ad Opidum Herworden; hinc amnem, qui, ad vicum Remen, Viſurgi miſcetur; inde ipſum Viſurgim, ad confluentem usque Ambræ; inde, ab Ortu, Ambram, ad vicum usque Dale: hinc lineam, ad Luppiæ fontem ductam. Inde, ab Occaſu, montium jugum, ad prædictum usque Opidum Bilefeld. Comprehenditur hiſce nunc finibus, Lemgovienſis agri maxima pars, quà Opida: Lemgow, Dietmelle, Barndorp, Permont, Rentelem, Flotow. Locus, antiquitate maximè clarus, eſt Opidum Dietmelle, quod olim Teutoburgium dictum &c.* Conf. *Melanchthon* l. c. *Althamer* l. c. pag. 24. *Cellarius* l. c. pag. 299. *Schaten* l. c. pag. 13.

(13) ANGRIVARIORUM memor *Cluverius* l. c. Cap. XIV. pag. 49. inquit: *Ex his jam liquet, Angrivarios inter Amiſiam & Viſurgim incoluiſſe. Exſtat heic etiamnum nomen eorum in vico Engeren, novem millibus paſſuum, in Septemtriones verſus, ab Opido Oſenbrügge diſſito; exſtat item, clariore fama, in Opido Engeren, Ducatus titulo inſignito &c.* & pag. 50. & 51. *Terminos igitur Angrivariis circumſcribo hujusmodi: Primùm eosdem, quibus ſupra cinxi, Tubanteis, per montium jugum, ab Opido Bilefeld, ad Opidum Melle; & hinc lineam, ad vicum Bentlage, Amiſiæ adpoſitum; hinc aliam, ab Septemtrionibus, ad lacum usque Dommel; inde, quà Anſibarii olim occurrebant, itidem lineam, ad Viſurgim, & Opidum Petershagen: hinc, trans Viſurgim, quà Cheruſci erant contermini, aliam lineam, ad Opidum usque Rentelen, eidem amni impoſitum. Hinc, à Meridie, quà Dulgibinis jungebantur, Viſurgim, & eum amnem, qui, apud vicum Remen, Viſurgi miſcetur, ad Opidum usque Herworden: inde lineam, ad Opidum Bilefeld, & Tubantum confinia, ductam. Regiones nunc comprehenduntur his finibus iſtæ: Schauenburgienſis Comitatus particula, dextræ Viſurgis ripæ adpoſita; Mindenſis Epiſcopatus pars dimidia, verſus Auſtrum; Epiſcopa-*

ſcopatus Oſnabrugienſis pars maxima; Comitatus Teckelburgienſis particula Septemtrionalis; & pars Raveusbergienſis Comitatus, quà Caſtellum Limborg. Poſtquam verò Tubantes inter Dalichium, & Luppiam conſederunt, in horum antiquam ſedem, ad Dalichium usque Angrivariorum quosdam ſucceſſiſſe credibile eſt. Unde nomen eorum hodieque in his oris manet, in Opido Engeren, Ducatus titulo inſignito &c. Conf. *Melanchthon*, in *Taciti Germaniam*, apud *Schardium* T. 1. *Rer. German.* pag. 78. *Althamer*, in eandem, ibid. pag. 24. *Pirckheimer*, in eandem, ibid. pag. 86. *Bertius* l. c. pag. 266. *Schaten* l. c. pag. 11. *Winckelmanni Weſtphalia*, lib. 1. c. 6. §. 63. pag. 116. &c. *Fürſtenbergii Monum. Paderborn.* p. 144. & 145. ubi ſedium ipſorum hæ mutationes: *Habitaverunt primum Angarii, (à campeſtri planitie, van den Angern, ut contrà Marſi & Bructeri, à paludibus, dicti,) ad confluentes Anagri & Albis, ubi Angermunda & hæc antiquiſſima eorum ſedes. Reinerus Reineccius.* (2) *Inter Auiſium & Viſurgim, ad cujus lævam caſtra metanti Germanico, Angrivariorum à tergo defectio nuntiata, & mox vindicata. Tacitus. Cluverius.* (3) *Brunisbergæ, arce à Brunone, Angrivariorum Duce, & deditionis hujus auctore, inchoata;* (4) *Ad Dimolam, ubi Helmershuſa, quæ in Diplomate Chuonradi Imperatoris Ann.* 1033. *locus vocatur in Pago Angeri ſitus.* (5) *In Comitatu Ravensbergenſi, in quo Vicus Enger, & Sedes Widichindi:* (6) *In finibus Bructerorum, juxta Tencteros, atque poſt Dulgibinos, & Chaſuaros. Tacitus, de Moribus Germanorum* (Cap. 33. v. 1.) *Juxta Tencteros, Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos & Angrivarios immigraſſe narratur, pulſis Bructeris.* (& Cap. 34. v. 1) *Angrivarios & Chamavos, à terga Dulgibini, & Chaſuari, cludunt.* (7) *Inter Oſtfalos & Weſtfalos, ab Auſtro, Francis; ex Aquilone, Oceano, propinqui. Poeta Anonymus:*

Inter prædictos media Regione morantur
Angarii. Populus Saxonum tertius; horum
Patria Francorum ſociatur ab Auſtro,
Oceanoque eadem conjungitur ex Aquilone.

(8) *ad Caput Amiſis. Althamer* (9) *Inter ejusdem & Luppiæ ripas, Bocæ. Winckelmannus.* (10) *In Ervite. Diploma Conradi Salici, quo Meinwerco Epiſcopo Paderborn. Curtem Imperialem Ervite, in Pago Engeri, in Comitatu Marqwardi, Anno* 1027. *donavit.* (11) *In Ducatu Angariæ, Suſati, Capite Gentis; Werlis, Arensbergæ, literæ Friderici Comitis, apud Cleinſorgium, datæ in Caſtro Arnsberg, Pago Engern. Fortaſſis etiam in Ducatu Montano, in quo Anger fluvius, Angerort & Angermunda, Oppida &c.* Add. idem. p. 146 *Meibomius*, de *Pagis veteris Germaniæ* voc. *Angeri*, T. 3. *Rer. German.* pag. 97. & 98. *Conringius, Annotat.* ad lib. I. *de Finibus Imperii* Cap. 2. pag. 6. & de *Antiquiſſimo Statu Helmſtadii*, pag. 91. *Cellarius* l. c. pag. 299. *Schurtzfleiſchius*, Diſſertat. de *Wittekindo Magno*, §. 3. lit. c. pag. 4. & 5. *Werlhof* l. c. lib. I. Cap. 2. §. 67. lit. k. pag. 74. & 75.

(14) FRISIOS præced. Tit. 2. §. 10. lit. n. pag. 199. & ſeqq. jam delineavi.

(15) TUBANTES *Tacito*, lib. 1. *Annal.* Cap. 51. §. 3 & lib. XIII. Cap. 55. v. 4. & Cap. 56. v. 4. & Τέβαντοι, *Ptolemæo*; mendosè *Straboni* lib. VII. Συβάττιοι, pro Τυβάττιοι, vocantur. Eos perperam *Tranſiſalanæ* Regionis partem, *Twente* dictam, inhabitaſſe, ſtatui, rectè docet *Cluverius* l. c. lib. III. Cap. XII pag. 45. de finibus eorum inquiens: *Limiteis circumſcribo, à Meridie, quà Marſis jungebantur, Dalichium & Amiſiam amneis, ad Urbem usque Monaſterienſem. Ab Occaſu, quà Bructeris contermini, eundem Amiſiam, ad usque prædictum Vicum Bentlage. Hinc ab Septentrionibus, quà Angrivariis continuabantur, lineam, ad Oppidum Melle ductam. Hinc, ab Ortu ſolſtitiali, qua Dulgibini, Cheruſcorum clientes, occurrebant, montium jugum, quod juxta Opida Ravensbarg & Bilefeld, ad Dalichii usque fontem procurrit. Haud procul hoc limite vicus, hodie eſt Bentdorp, medio ſitu inter Opida Lengow & Dietmelle: qui & ipſe antiquæ Gentis, huc aliquando progreſſæ, memoriam cuſtodire videtur.* His annectit pag. 46. *At, poſtquam Marſi, à Germanico exciſi, reliquiæque eorum, ſedibus antiquis relictis, in Bructerorum agros receptæ; ſedeis eorum ſtatim obſediſſe videntur Tubantes. Neronis certè quarto anno, id eſt, à Nato Mundi Domino LVIII. heic eos locat Tacitus, Annal. XIII. --- Poſt Neronis interim, Bructeros eosdem agros tenuiſſe, ad Luppiam usque amnem, infrà patebit. Tunc fortè & ipſi in Bructerorum conceſſerant Civitatem, vel fidem - - - At, ſub Trajani Principatus initium, Tubantes, una cum Bructeris, ſedibus ſuis expulſi fuere per Angrivarios, Chamavesque: quorum hos, ab eo tempore, Chattis fuiſſe finitimos, infra liquebit. In utrorumque antiquos agros immigraſſe Dulgibinos, atque Chaſſuarios, ex Tacito diſco. Quum igitur Tubantum ſuperſtes poſterioribus etiam ſeculis*

ſue-

fueris nomen, in priſtinam trans Dalichium ſedem, quam Angrivarii reliquerant, eos remigraſſe, maximè credibile eſt &c. Eorundem memor *Bertius*, l. c. lib. I. Cap. XXIV. pag. 270. ait: *Supra Cattos habitabant Tubanti*, Τύβαντοι; *hodiè ea Regio Eſzfeld cenſetur, & Silva Hartz* &c. Conf. *Pirckheimer* l. c. pag. 87. *Cellarius* l. c. lib. 2. Cap. V. pag. 299. *Schaten, Hiſtor. Weſtfal.* lib. I. pag. 13. & lib. 3 pag. 145. Non ſatis accuratè *Vorburgium* T. 2. *demonſtrat.* pag. 112. eos *Alemannis* annumerare, obſervavit Dn. *Werlhof* l. c. lib. I. Cap. 2. §. LXVII. lit. I. pag. 75.

(16) SICAMBRIS, vel SIGAMBRIS, celebre quondam inter *Francos* nomen. Expeditionem in eos moviſſe *Cæſarem*, teſtatur ipſe, lib. IV. de *Bello Gallico*, Cap. XVIII. Apud *Ptolemæum*, lib. 2. Cap. XI. legimus: *Tenent Germaniam, à Rheno fluvio, Bructeri Minores & Σύγγαμβροι &c.* (rectius Σύγαμβροι) & apud *Dionem Caſſium*, lib. LIV. pag. 544. *Veris initio, rurſus ad bellum profectus*, (Druſus) *Rhenum tranſiit, Uſipetas* ſubjugavit, *Luppiæque ripis ponte junctis, in Sigambros irrupit; perque eos in Cheruſcorum fineis, usque ad Viſurgim, proceſſit* &c. Ab *Auguſto* debellatos, & in *Gallias* trajectos, docet *Tacitus*, 2. *Annal.* XXVI. §. 3. & 4. *Crebris Epiſtolis Tiberius monebat --- ſe novies à D. Auguſto in Germaniam miſſum, plura conſilio, quam vi, perfeciſſe. Sic Sugambros in deditionem acceptos; ſic Suevos, Regemque Marobodūum, pace obſtrictum* &c. & lib. XII. Cap. XXXIX. v. 3. *Quondam Sugambri exciſi, & in Gallias trajecti forent* &c. (Legit *Sugambros*, Græcorum more, qui Σύγαμβροι ſcribunt; teſte *Dione*, l. c. *Strabo*, lib. IV. & VII. habet Σούγαμβροι, & *Appianus*, in Epitoma *de rebus Gallicis*, Σούκαμβροι,) ut & *Suetonius*, in *Octavio Auguſto*, Cap. XXI. pag. m. 69. *Germanosque ultra Albim fluvium ſummovit: ex quibus Suevos & Sicambros, dedentes ſe, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit* &c. & in *Tiberio*, Cap. IX. pag. m. 138. *Germanico* (bello) *Quadraginta millia dedititiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni ſedibus aſſignatis collocavit* &c. *Sextus Aurelius Victor*, in Vita *Cæſaris*, verbis præced. *Catalog. Ducum Alemann.* v. 1. occurrentibus, ipſum *Cæſarem Sucambros* (ita legit) in Galliam transtuliſſe opinatur; aſt ſine fundamento. Nam non aliqua Eorum portio in antiquis permanſerit Sedibus? diſputari video. Negat *Cluverius* l. c. lib. III. Cap. IX. p. 37. exiſtimans, *Strabonem* lib. VII. *Geographi.* malè ſcribere: *Sed & Sugambrorum exigua reſtat portio*; in *Germania* ſcil. *Magna*, poſtquam inde fuerant deportati, malèque ſuffragando *Martialem*, ad *Domitianum* Imp. carmine canere:

Crinibus in nodum tortis venère Sicambri;

huncque porrò imitatum perperam *Claudianum*, de *Quarto Conſulatu Honorii*, rerum à *Stilicone* in *Germania* præclarè geſtarum mentione facta:

Ante Ducem noſtrum flavam ſparſere Sicambri Cæſariem &c.

cum (1) *Tacitus* nec in *Annalibus*, nec in *Germania*, nec in Hiſtoria reliqua, quicquam de iis memoret; (2) nulla ratio proferri queat, cur parti eorum *Tiberius* pepercerit, cum in eadem omnes culpa fuerint, pervicacia ſcilicet adverſum Romanos, ob quam tandem è *Germania* exciſi, & in *Gallias* traducti. Excuſat tamen iterum quadantenus *Strabonem*, verbis: *Credo igitur Strabonem Tencteros, qui in illorum* (Sicambrorum) *remanſerunt ſedibus, pro parte Sicambrorum accepiſſe; neque enim alias Tencterorum nomen refert. Poſteriores verò Romani, quia clariſſimum apud eos erat Sigambrorum nomen, atque ſolum trans Rhenum, tam Uſipios, quam Tencteros, in ſedeis illorum transgreſſos, adpellavere Sigambros.* Affirmat contra *Hornion* lib. 2. *Panegyr.* Cap. 9. apud Reverendiſſ. Dn. *Furſtenbergium*, pag. 6. *Monumentorum Paderbornenſium*, vera dicere *Strabonem*; qui Reverendiſſimus Princeps ipſe, pag. 7. notat, narrare eodem libro, *Strabonem*, *Germanicum* Cæſarem, imperante *Tiberio*, *Germaniam* adminiſtrantem; cæteros *Germaniæ* Principes, in triumphum quoque duxiſſe *Teudorigem, Principem Sicambrorum*; communiſſimam inſuper eſſe ſententiam, priſcos *Francorum Reges Merovingos*, veros extitiſſe *Sicambros*; conſpirantibus in eam *Venantio Fortunato* lib. VI. Carm. 4. *Gregorio Turonenſi* lib. 2. Cap. 31. pag. m. 44. *Hincmaro*, in vita *S. Remigii*, Cap. XXXIX. apud *Surium*, 13. *Januar.* pag. m. 195. aliisque teſtibus. Media via incedit Dn. *Werlhof Notit. Imperii enucl.* lib. I. Cap. 2. §. LXVI. pag. 70. haud omnino veritati abſonum credens, paucas in vetuſtis Sedibus *Sicambrorum* reliquias, *Francis* poſtea cæteris mixtas, remanſiſſe; attamen nec illud improbabile, *Sicambrorum vocabulo*, apud poſteriores Romanos, potiſſimum *Uſipios & Tencteros*, qui in agros illorum ſucceſſerant, deſignatos fuiſſe; nec dubitandum, quin, adeo inſigni inter *Francos* nomine *Sicambrorum, Uſipii & Tencteri* eorundem partem conſtituerint. Provocat Vir Clariſſ. ad *Schateni Hiſt. Weſtfal.* lib. I. p. 10. &c. & lib. 3. p. 145. & 151. ut & *Bucherii Belgium Romanum*, lib. I. Cap.

Digitized by Google

Cap. 20. §. 3. De Finibus *Sicambrorum* inquit *Cluverius* l. c. p. 32. *Regiones nunc his Sigambrorum finibus comprehenduntur iſtae: Veſtofaliæ magna pars, inter Luppiam amnem, & Haſſiæ fineis porrecta; dein, Bergenſis Ducatus dimidia pars; Comitatus Marchienſis totus; Cliviæ pars transrhenana.* Reverendiſſ. *Fürſtenbergius* l. c. p. 5. de iisdem. ait: *Sicambri, ſive Sigambri, Sigam primum accoluerunt; hinc progreſſi ad Rhenum, cui proximos Cæſar facit; ad Ruram, ubi Sigeburgi, unius ex tribus praecipuis Saxonum caſtellis, veſtigia ſuperſunt; ad Luppiam, & penè ad Viſurgim usque, fines ſuos protulerunt. Dio, Lib. LIV. Initio veris, rurſus ad bellum profectus, Rhenum tranſiit,* (Druſus) *Lupiaeque fluminis ripis ponte junctis, in Sicambros irrupit, perque eos in Cheruſcorum Regionem, usque ad Viſurgim, proceſſit &c. Quis non videt, magnum, his verbis Paderbornenſis Diœceſis tractum deſignari? quem niſi eo itinere tranſierit, intelligi explicarique non poteſt, qua via, Luppiæ fluminis ripis ponte junctis, in Sicambros irrumpere, perque eos, in Cheruſcorum regionem, usque ad Viſurgim, procedere, & quomodo redux, ad Luppiæ & Aliſonis confluentes, Caſtellum potuerit erigere. Habitarunt igitur eo tempore, quo Druſus Aliſonem munivit, Sicambri, in Diœceſi Paderbornenſi ---- & limes inter ipſos, Cattosque, fuit montis jugum, quod ab Aldenbeca, juxta Oppidum Cleinenbergam, ad Oppidum Brilon, extenditur.* Cluver. lib. 3. c. 9. *At brevi deinceps ſpatio in his locis hæſerunt, à Tiberio Cæſare, C. Cenſorino & Aſinio Gallo Coſſ. in Galliam tranſlati, atque in agris Rheno proximis collocati &c.* Antiquiſſimus Romanorum monumentis locus in finibus *Sicambrorum* celebratus, eſt *Caſtellum Aliſo*, hodiè vicus *Elſen*, ad fluvium *Aliſonem*, corruptè inpræſentiarum *Alme* dictum, cujus *Vellejus Paterculus* meminit, lib. 2. cap. CXX. nec non *Tacitus*, 2. *Annal.* VII. v. 4. pluribus *Cluverius* l. c. pag. 33. & 34. Conf. etiam de *Sicambris*, *Philippus Melanchthon*, in German. Taciti apud *Schardium* T. 1. *Rer. German.* p. 78. *Pirckheimer*, in eandem, ibid. pag. 84. & 85. *Hubertus Thomas* Leodius, de *Tungris & Eburonibus*, ibidem, p. 351.

(17) USIPIOS, qui & USIPETES, atque TENCTEROS, *Amiſiam* inter ac *Viſurgim*, circa *Osnabrugam Mindamque* Oppida, priſtinas habuiſſe Sedes, donec à *Suevis* inde fuerint pulſi, demonſtrat *Cluverius*, l. c. lib. II. c. X. p. 37. & ſeqq. in teſtimonium ad ducens *Cæſarem*, lib. IV. de *Bello Gallico*, Cap. 1. §. 1 & 2. p. m. 82. & 83. cujus verba præced. *Catal. Ducum Alemanniae*, v. 1. p. 283. jam recitavi; quamvis, per *Suevos, Chattos* intelligat, quod & *Cellarius*, lib. 2. *Antiquæ Geographiae*, cap. V. p. 299. facit. Ita pulſi, & triennium hinc inde per *Germaniam* oberrantes, ad *Rhenum* progreſſi, transrhenanas *Menapiorum* Regiones occuparunt, teſte *Cæſare* l. c. cap IV. § 1. & 2. p. 84. & 85. verbis ſupra l. c. extantibus. Poſtea à *Druſo* ſubjugati, amici facti Romanis; quod, in *Sicambris*, fide *Dionis*, probavi; Ex quo verò *Sicambri*, ab *Auguſto*, in Gallias fuerant trajecti, *Uſipetes atque Tencteri omne eorum trans Rhenum ſolum obſederunt, ita, ut Uſipetes totum id habuerint, quod antea unà cum Tencteris poſſidebant; Tencteri autem id, quod Sigambri, ad Chattos usque &c.* hæc *Cluverius* l. c. pag. 39. pergendo p. 40. *Atque hac ratione USIPETIBUS, è Sigambrorum finibus, cedent Regiones iſtae: Monaſterienſis agri portio, qua Opidula ſternuntur: Olſen, Halteren, Dulmen, Gemen, Borkem, Boocholt; Item, Cliviæ pars omnis transrhenana; Comitatus Rekelinkhuſen, & proxima Marchienſis Comitatus pars, qua Opida: Dortmund, Caſtorp, Bokum, Eſſen. TENCTERIS verò, altera Marchienſis Comitatus pars, lævæ Roræ amnis ripæ adfixa. Montenſis Ducatus maxima pars; in qua Opida: Keiſerſweerd, Duſſeldorp, Salingen, Lennip, Steinbach; Ex Comitatu Luppienſi, ipſum Opidum Luppia: Ex Epiſcopatu Paderbornenſi, Boke, & Soltkoten: Denique ea Veſtofaliæ pars, quae inter Luppienſem, Marchienſemque, & Waldeccenſem Comitatus, Epiſcopatumque Paderbornenſem, ſtrata, Opida continet: Gieſken, Brilon, Ruden, Fredeborg, Meſſchede, Arensbarg, Werle, Menden &c.* Conf. *Altbauer* l. c. p. 24. *Pirckheimer, in Taciti Germaniam*, apud *Schardium* T. 1. *Rer. Germ.* p. 87. *Bertius* l. c. lib. 1. cap. XXIV. p. 262. & 272. *Cellarius* l. c.

(18) UBII, *Sicambrorum* confines, *Cæſarem*, contra *Suevos* (Chattos) auxilio vocarunt, teſtibus ejus Commentariis de *Bello Gallico*, lib. IV. Cap. XVI. p. 91. & 92. quibus fatetur, ſe, vel & ob hanc cauſam, Rhenum tranſiiſſe: *Germanico bello confecto, multis de cauſis, Cæſar ſtatuit ſibi Rhenum eſſe tranſeundum: quarum illa fuit juſtiſſima, quod, quum videret, Germanos tam facile impelli, ut in Galliam venirent, ſuis quoque rebus eos timere voluit, quum intelligerent, & poſſe, & audere Populi Romani Exercitum Rhenum tranſire --- UBII autem, qui uni ex transrhenanis ad Cæſarem Legatos miſerant, amicitiam fecerant, obſides dede-*

dederant, magnopere orabant, ut ſibi auxilium ferret, quod graviter ab SUEVIS premerentur; vel, ſi id facere occupationibus Reipublicæ prohiberetur, Exercitum modo Rhenum tranſportaret; id ſibi ad auxilium, ſpemque reliqui temporis ſatis futurum &c. & cap. XVIII. §. 4 pag. 94. Sigambri, ex eo tempore, quo pons (ripas Rheni jungens) inſtitui cœptus eſt, fuga comparata, hortantibus iis, quos ex Tenchtheris atque Uſipetibus apud ſe habebant, finibus ſuis exceſſerant, ſuaque omnia aſportaverant, ſeque in ſolitudinem ac ſilvas abdiderant. & Cap. XIX. §. 1. p. 94. CÆSAR, paucos dies in eorum (Sicambrorum) finibus moratus, omnibus vicis ædificiisque incenſis, frumentisque ſuccisis, ſe in fines UBIORUM recepit, atque his auxilium ſuum pollicitus, ſi à SUEVIS premerentur, hæc ab iis cognovit &c. Sic & Dio Caſſius Lib. XXXIX. Quum ab UBIIS qui Sugambrorum finitimi, iidemque hoſtes erant, vocaretur, Rhenum ponte tranſiit &c. De primis eorum ſedibus, inquit Cluverius l. c. lib. III. Cap. VI. p. 23. Continentur nunc iis finibus Regiones, quibus vulgaria nomina, Wetteraw & Weſterwald, cum exigua Haſſiæ particula, quà Opida: Marburg & Gieſſen &c. Non obſtante vero Cæſaris tranſitu, cum nihilominus à Suevis (Chattis) premerentur, ſupplices facti Auguſto, id obtinuerant, ut in Galliam ſibi tranſire liceret, quod & Anno ante natum Salvatorem XXXVII. factum idem affirmat, l. c. pag. 22. & clarius lib. 2. Cap. XVII. pag. 78. UBII, transrhenana Julii Cæſaris ævo Gens, eam amnis ripam in Germania coluere, quæ inter Magontiacum & Coloniam porrigitur. Poſtea verò à M. Agrippa, Octavio Auguſto Principatum Romanorum obtinente, in Galliam tranſducti ſunt, ut Auctor eſt Tacitus, Annal. XII. (Cap. XXVII.) Agrippina, quo vim ſuam ſociis quoque Nationibus oſtentaret, in Opidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos Coloniamque deduci imperat: cui nomen inditum ex vocabulo Ejus. Ac forte acciderat, ut eam Gentem, Rheno transgreſſam, Avus, Agrippa in fidem reciperet. Item, Strabo, Lib. IV. — Trans amnem verò incolebant Ubii, juxta hanc Regionem, quos Agrippa haud invitos traduxit in citeriorem Rheni ripam &c. De finibus eorum in Galliis, pergit Cluverius l. c. pag. 79. Regiones nunc ſternuntur intra dictos Ubiorum fines iſtæ: Juliacenſis Ducatus pars maxima, dextram Roræ ripam contingens; Colonienſis Epiſcopatus ferè totus &c. His annectit: Caput Gentis fuit, quod, ſine proprio vocabulo, UBIORUM OPIDUM appellavit auctor noſter (Tacitus) Annal Lib. I. (Cap. XXXVI. 1.) & XII. (Cap. XXVII. I.) ſcilicet, quia unum iis UBIIS initio fuit Opidum --- conditum illud videri poteſt, ſtatim ac UBII Rhenum transgreſſi, id eſt, Anno ante Natum Jeſum XXXV. (lib. 3. cap. 6. pag. 22. habet XXXVII.) In Auguſti certè Principatu exſtructum fuit. Nam ſub initium ejus, memoratur à Tacito, dicto Annal. Lib. I. Deinde, quum longo fidei experimento UBII meruiſſent, Veterani eò Coloniaque, juſſu Juliæ Agrippinæ, Germanici filiæ, Claudii Uxoris, deducta eſt, C. Antiſtio, M. Suilio, Coſſ. Anno à Nato Jeſu L. LXXXV. annis poſt, quam ipſi UBII Rhenum tranſducti. Hinc Colonia Agrippinenſis adpellari cœpit. Quod nomen referunt PLINIUS, (L. IV. Hiſtor Nat. Cap. XVII.) & Tacitus, Hiſtoriarum lib. I. (Cap. LVI. 4.) & IV. Eamdem Tacitus, libro proximè dicto, (IV. Cap. XX. 6.) vocat Coloniam Agrippinenſium; quaſi Ubiorum Coloniam; quia ipſi Ubii poſtmodum, è Coloniæ cognomine, Agrippinenſes dicti; ut auctor eſt idem Tacitus eodem libro: (IV. cap. XXVIII. §. 3.) Actæ utrobique prædæ; infeſtius in UBIIS; quod Gens Germanicæ Originis, ejuratâ Patriâ, Romanorum nomine, Agrippinenſes vocarentur. Et, libro de Germania: (cap. XXVIII. 8.) UBII quidem, quamquam Romana Colonia eſſe meruerint, ac libentius Agrippinenſes, conditoris ſui nomine, vocentur, origine non erubeſcunt &c. Conf. de UBIIS, Hubertus Thomas Leodius, de Tungris & Eburonibus, apud Schardium T. 1. Rer. German. pag. 348. Philippus Melanchthon, in Taciti Germaniam, ibid pag. 78. Andreas Althamer, in eandem, ibid. pag. 84. Petrus Divæus in Antiquitatibus Belgicis, ibid. pag. 365. Petrus Bertius lib. I. de Germania, cap. XXIV. pag. 250. & 251. Cellarius, lib. 2. Geograph. Antiq. Cap. 3. pag. 207. &c.

(19) MATTIACORUM, qui pars quondam Chattorum fuere, pulſis UBIIS, agros eorum occupantes, meminit Tacitus, lib. IV. Hiſtor. Cap. XXXVII. v. 4. Diſceſſerant obſeſſores, mixtus ex Cattis, Uſipiis, MATTIACIS Exercitus, ſatietate prædæ, nec incruenti &c. & in Germania, Cap. XXIX. v. 3. Eſt in eodem obſequio & MATTIACORUM Gens &c. nec non Plinius, Libr. XXXI. cap. 2. Sunt & MATTIACI in Germania fontes calidi, trans Rhenum, quorum hauſtus triduo fervet; circa marginem verè pumicem faciunt aquæ &c. & Ammianus Marcellinus, lib. XXIX. p. m. 425. Antegreſſus contra Mattiacas Aquas primus Severus, qui pedeſtrem curabat Exercitum &c. Dicti, hoc nomine,

Digitized by Google

mine, à *Mattio*, Gentis capite, de quo *Tacitus*, L. I. *Annal.* Cap. *LVI.* §. 4. *Sed Cattis adeò improviſus advenit*, (Cæſar) *ut quod imbecillum ætate ac ſexu, ſtatim captum, aut trucidatum ſit &c. & §. 6. CÆSAR, incenſo MATTIO, (id Genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum &c.* Hinc rectè *Cluverius* l. c. lib. 3. cap. VII. pag. 25. *Caput Gentis Chattorum refert Tacitus, Annal. I. MATTIUM*: *à quo haud dubiè Mattiacorum Genti nomen quæſitum. Ptolemæus, cuncta ferè biſce in orbis turbans atque miſcens, eumdem locum perperam, ipſius Gentis nomine derivativo, adpellat Mattiacum; eodem ſitu, quo nunc Haſſorum viſitur Opidum, Marpurg; quod idem eſſe Mattium Chattorum Taciti clarè docet hiſtoria --- Mattiaci igitur pars quondam fuere Chattorum, qui, pulſis UBIIS, agros eorum obſederunt.* De limitibus annectens: *Limiteis igitur Mattiacorum Agro ſtatuo: Ab Orto æſtivo, à Meridie, & ab Occaſu æquinoctiali, quos antea Ubiis, ad Rheni usque Lonaque confluenteis; à Septemtrionibus, ſeu potius, ab occaſu æſtivo --- lineâ, à dictis confluentibus, ad fonteis Adranæ amnis, qui nunc eſt vulgo EDER, ductâ, à Juhonibus diſtinguo --- Continentur nunc bis Agrorum finibus: Wetteravia tota, cum portiuncula Haſſiæ, quà Opidum Marburg &c.* Per *Aquas* igitur *Mattiacas*, intelligendæ thermæ *Wisbadenſes*; vid. idem l. c. p. 29. ubi ita de funditus deſtructo caſtello *Mattio*: *Quia tamen παρ' αὐλῷ Τῷ Ῥήνῳ, id eſt, apud ipſum Rhenum, primum à DRUSO conditum fuiſſe tradit DIO* (Libr. LIV.) *ego ſupra Aquas Mattiacas, quæ nunc vulgo vocantur Wysbaden, extitiſſe exiſtimo &c.* Conf. *Altbamer* l. c. pag. 22. *Birckheimer* l. c. pag. 87. *Lindenbrogius* in Notis ad dictum locum *Ammiani*, pag. m. 191. *Bertius* l. c. pag 270. *Cellarius* l. c. lib. 2. cap. *V.* pag. 301.

(20) De JUHONIBUS, *Mattiacorum* à Septemtrione confinibus loqui videtur *Tacitus*, lib. *XIII. Annal.* cap. LVII. v. 3. & 4. *Sed bellum Hermunduris proſperum, Cattis exitioſius fuit, quia victores diverſam aciem Marti ac Mercurio ſacravere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. Et minæ quidem hoſtiles in ipſos vertebantur. Sed Civitas JUHONUM, ſocia nobis, malo improviſo afflicta eſt, nam ignes terra editi, villas, arva, vicos, paſſim corripiebant, ferebanturque in ipſa conditæ nuper Coloniæ mœnia; neque extingui poterant, non ſi imbres caderent, non ſi fluvialibus aquis, aut quo alio humore niterentur &c.* Agrum eorum deſcribit *Cluverius* l. c. lib. III. cap. *VIII.* p. 30. *Terminos igitur Juhonum Civitati ſtatuo: ab Ortu hiberno, eosdem quos Mattiacis ab Occaſu æſtivo. Ab Occaſu æquinoctiali, Rhenum amnem, quo ab Ubiis ſubmovebantur. Ab Septemtrionibus, eodem limite ab Tencteris dividebantur, quo antea Ubii ab Sigambris. Ab Ortu item eodem, quo Ubii ab Chattis, inter Opidum Medebach & Adranam flumen. Comprehenduntur hoc Terrarum ſpatio, nunc Regiones iſtæ: Ducatus Bergenſis dimidia ferè pars auſtrina, & Regio, cui vulgare vocabulum Weſterwald &c.* Nemine autem veterum reliquorum mentionem Gentis hujus faciente ſcriptisque *Taciti* Codicibus *Florentina* & *Theodori Ryckii*, VIBONUM, loco JUHONUM, præferentibus, in mentem venit *Nicolao Heinſio*, legendum planè eſſe: UBIORUM: in quam etiam ſententiam, poſt *Menſonem Altingium*, Dn. *Cellarius* l. c. lib. 2. Cap. *V.* pag. 300. inclinat.

(21) SALIOS, *Iſelæ* accolas conſtituit *Cluverius* l. c. lib. 3. Cap. *XVII.* pag. 60 ubi: *Julianus Cæſar, in Oratione ad Senatum Populumque Athenienſem; item, Marcellinus, lib. XVII. & Zoſimus, lib. III.* (cujus, ut & *Marcellini*, verba, præced. v 2. habentur) *Notitia Imperii, & Sidonius Apollinaris, Carm. VII. SALIOS habent Gentem Francicam. Hodiè Regio, Iſalæ adjacens, vocatur vulgò Salland, & nonnullis Iſſelland; haud dubiè Veterum Saliorum ſedes, ſic à flumine, una cum Gente, cognominata. Vicus item eſt Salick, in lævâ fluminis ripa, medio ſitu inter Opida Hattem & Campen. Unde ſatis liquidò patet, antiquum fluminis nomen fuiſſe SAL, &, variante Dialecto, SEL: quod poſtmodum, litera I præpoſita, factum eſt ISAL & ISEL; denique geminato SS. ISSEL &c.* Idem docet *Merian*, in *Topograph. Franconiæ*, pag. 11. Alios autem fines eis vindicat, quamvis minus rectè, *Aventinus*, lib. IV. *Annal. Boicor.* cap. 1 §. 4. pag m. 278. *Vetus ex libera Francia, quam vulgus Literatorum Franconiam: incolas, utramque Mœni ripam accolentes, Franconas, nuncupat, Patrio ſermone nos illam Francolandiam, id eſt, Francorum Patriam, incolas Francon, ſive Franconas, appellamus. Caput Gentis, Francferdia; Urbsque primaria, Wirzeburgium --- ejus Pontifex Francorum Dux eſt, & nominatur. Ibi quoque eſt flumen Salas, alius ab eo, qui in Albim confluit, & Turogos à Sorabis atque Miſnenſibus ſeparat. Ab illa Salios Francos cognominatos autumant. &c.* Conf. *Franciſci Hotomanni Franco-Gallia*, Cap. *VIII.* Claudius du Prè, dans ſon *Abregè de l'origine des François*, lib. IV. Cap X. *Conringius de Origine Juris Germanici*, Cap. VII. pag. 31. *Caſpar*

Achatius Beck, diſſ. inaug. de *Ducatu Franconiæ*, anno 1709. *Jenæ* habita, Cap. 2. §. 2. pag. 9. & 10. Minimùm diverſi longè hi ſunt, a *Saliis*, Gente Gallica, à *Rhodano*, unde *Ptolemæus* initium illorum ſumit, usque ad Italiæ fines, conſidentibus, de quibus multa *Cellarius* l. c. lib. 2. Cap. 2. pag. 150.

(22) Plures harum Gentium, unum Corpus conficientes, Seculo, à Nato Salvatore, Qvinto *Pharamundum* Regem ſuper ſe crearunt, & in *Ubiis* transgreſſæ Rhenum, invaſerunt *Gallias*, labaſcentibus ibi, ſub *Honorio* Principe, *Romanorum* rebus, eo usque extendentes terminos, ut, brevi temporis ſpatio, debellatis pariter ingreſſis nuper *Burgundionibus*, & *Gothis*, ac priſcis indigenis, non ſolum eam Regni portionem, quæ adhuc hodie *Inſula Franciæ* (Isle de France) inde vocatur, ſed univerſam penè Provinciam, à victoribus FRANCIAM nuncupatam, ſuis ſubderent legibus. Quoniam verò *Francorum* pars, trans Rhenum, in ſolo *Germanico*, remanſerat, *Alamanorumque* ab utraque *Mæni* ripa, id eſt, priſcis ſuis ſedibus, in easdem *Gallias* digreſſorum, relictos occupaverat agros, gemina facta *Francia*, *Cis-rhenana* & *Trans-rhenana*, ſive *Orientalis*, quæ & *Germanica*; & *Occidentalis*, ſeu *Gallica*. Innotuit tamen primum diviſio hæc, ex quo *Chlodoveus Magnus* feralem, apud *Tolbiacum*, *Alemannis* cladem intulit; ab ipſius enim obitu, ſuperſtites quatuor Filii, anno circiter 512. inſtituto Familiæ erciſcundæ judicio, paternam hereditatem, lance æqua dividentes, natu majori, *Theodorico*, orientales oras, ab hoc tempore AUSTRASIÆ nomen præ ſe ferentes, adjudicabant, *Clodomiro*, *Aureliis* cum *Burgundia*; *Clothario*, *Sueſſionenſi* agro, & *Childeberto Pariſiis* obvenientibus: de qua conventione præced. Tit. 2. §. 10. lit. i. v. 25. p. 196. & 197. evolvas. Exemplum hoc imitati poſtea *Clotharii I.* totidem Gnati, annum circa 563. vice altera, paternum Regnum dilacerabant; *Chariberto*, *Pariſios*; *Guntramno*, *Aurelias* cum *Burgundia*; *Hilperico*, *Sueſſionenſem* agrum, & *Sigiberto* AUSTRASIAM inde conſecutis; Vid. l. c. lit. 9. v. 4. p. 208. nec non *Dagoberti Magni* filii duo, *Sigebertus III.* & *Chlodoveus II.* quibus elato Parentis funere, placuit, ut major natu, tanquam à Patre jam AUSTRASIIS præfectus, AUSTRASIAM, natuque minor FRANCIAM NEUSTRIAM, ex hereditate ſortirentur. Vid. præced. Tit. V. p. 438. *Tab. Geneal.* C. Suffuciunt hic tradita, quæ præced. Tit 2. §. VII. lit. a. p. 41. & §. X. lit. i v. 20. & ſeqq. p. 187. &c. in medium protuli, cum quibus conferas *Cluverii Germaniam Antiquam*, lib. 3. C. XX. p. 84. & 85. Reverendiſſ. Dn. *Fürſtenbergii Monumenta Paderbornenſia*, pag. 84 *Hadrianum Valeſium*, lib. VII. *Rer. Franc.* unde ſua Illuſt. *Obrechtus*, Vol. 1. *Prodromi Rerum Alſaticarum*, Cap. V. pag. 34. *Freheri Origines Palatinas*, Part. 2. Cap. 3. pag. 9; *Pauli Hachenbergii Germaniam Mediam*, Diſſ. I. §. XVIII. pag. 15. Dn. *Werlhofii Notitiam Imperii enucleatam*, l. 1. Cap. 2. §. LXIX. lit. c. pag. 79. & §. *LXXXVIII. LXXXIX.* & XC. pag. 98. & 99.

(23) Præter *Majores Domus*, penes quos, Regibus ob nimiam ſocordiam, ut præced. Tit. 2. § *X.* lit. d. pag. 74 & 75. dictum, vileſcentibus, ſumma, per univerſum FRANCORUM Regnum, ſtabat poteſtas, ſpeciales AUSTRASIÆ fuiſſe *DUCES*, aſſerere non poſſum, argumenti momentis deſtitutus; ſequentia verò, ex *Annalibus Metenſibus*, ad annum 688. liqueſcunt: *PIPINUS* ORIENTALIUM FRANCORUM, *quos illi, propria lingua, OSTERLANDOS vocans, ſuscepit PRINCIPATUM.* Quæ verba quoque *Du Freſne* in *Gloſſario* ſuo. voc. *Francia Orientalis* pag. m 521. notavit. Non autem exiſtimandum, nudam *Germaniæ* Regionem, quam FRANCONIAM appellamus, totam conſtituiſſe ORIENTALEM FRANCIAM, utpote longè magis extenſam, etiam qua diſtinctam à toto *Germaniæ Regno*, cui idem commune nomen fuit, *Alberico*, Monacho trium fontium, teſte, ad an. 893. p. 225. *Arnulfus totam ORIENTALEM FRANCIAM, quæ modo THEUTONICUM REGNUM vocatur, id eſt, Bajoariam, Sueviam, Saxoniam, Thuringiam, Freſiam, Lotharingiam,* rexit: *OCCIDENTALEM vero FRANCIAM, Odo, ejus auctoritate, habuit &c.* de propriè ita dicta AUSTRASIA, inquit Clariſſ. *Valeſius*, l. c. *AUSTRIAM, vel AUSTRASIAM, appellavere Franci partem Galliæ, ad Orientem ſolem, meridiemque ſpectantem, quæ Rheno & Moſa fluminibus continetur, cum Transrhenanis Gentibus Franciæ Ditionis &c.* Terminos adhuc ſpatioſiores innuit *Venantius Fortunatus*, ſub *Clodovei* Nepotibus floreſcens, in laudibus *Gogonis*, præſtantiſſimi in Aula *Sigeberti*, *Auſtraſiæ* Regis, Viri, lib. VII. poëm. 4. apud *Browerum*, lib. V. *Annal. Trevir.* Cap. *CXXVI.* pag. 307. fluvios *Auſtraſiæ Regni* proferendo: *Rhenum*, *Moſellam*, *Moſam*, *Axonam*, vulgò *Axone*, it. *Aisne*, cui *Augusta Sueſſonum*, ſeu *Sueſſio*, adjacet; *Iſaram*, apud *Valenciam* Delphinatus in *Rhodanum* ſe ingurgitantem; *Saram* Lotharingiæ; *Chareſium*, (Charey) qui *Veſulum*, Burgundiæ Comitatus Oppidum, præterfluit; *Scaldim* vulgò *die Schelde*, Gall: *l' Eſcaut*; *Sabam*, *Somonam*, *Suram*, (Sour) qui, ad *Waſſerbillich*, *Moſellam* ingreditur, ibi:

Nubi

Nubila, quae, rapido perflante Aquilone, venitis,
Pendula ſidereo qua movet axe rota,
Dicite, quâ vegetet charus mihi Gogo ſalute,
Quid placitis rebus mente ſerenus agat?
Si prope fluctivagi remoratur littora Rheni,
Ut Salmonis adeps rete trahatur aquis;
Aut ſuper uviferæ Muſellæ ob ambulet amnem,
Quo levis ardentem temperet aura diem;
Pampinus & fluvius medios ubi mitigat æſtus,
Vitibus umbra rigens, fluctibus unde recens.
Aut Moſa dulciſonans, quo grus, ganta, anſer, olorque,
Triplice merce ferax, alite, piſce, rate.
An tenet herboſis, qua frangitur Axona ripis;
Cujus aluntur aquis, paſcua, prata, ſeges:
Iſara, Sara, Chares, Scaldis, Saba, Somena, Sura;
Seu, qui Mettin adit, de Sale nomen habens?
Aut æſtiva magis nemorum, ſaltusque pererrans,
Cuſpide, rete, feras hinc ligat, inde necat?
Ardenna an Voſagi, cervi, capreæ, Hælicis, Urſi
Cæde ſagittifera ſilva fragore tonat?
Seu validi bufali ferit inter cornua campum,
Nec mortem differt urſus, onager, aper? &c.

Hinc rectè Dn. *Werlhof* l. c. lib. 1. Cap. 2. §. XCII. p. 101. *Pars Franciæ, Rhenum inter & Moſam jacens, tum cis Moſam quoque, ad Scaldim, Axonam* (*Aiſne*) *Vidulam* (*la Verle*) *Matronam* (*Marne*) *Albam* (*Aube*) *flumina, Sequanam verſus, procurrens, eamque terrarum Regionem, (quantum, ob variam temporum atque ſucceſſionum ſortem, fluctuantes, jamque anguſtius contractos, jam fuſius in longinqua ſparſos Veteris ejus Regni limites, generali definitione deſignare licet) complexa, quæ Cis-Rhenanæ Germaniæ, Lotharingiæ, atque Belgicæ & Campaniæ Remenſis nominibus dignoſcitur, AUSTRIÆ, ſive ORIENTALIS FRANCIÆ vocabulo inſigniri cœpit, etiam ad Trans-rhenanas Franciæ Ditionis Terras, communis AUSTRASICI REGNI vinculo, (in caeteris quoque extra Franciam Galliis, ut Narbonenſi & Aquitania, haud exiguos Terrarum tractus nonnunquam continente) cohaerentes diffuſo, & cum reliquae trans Rhenum Germanicae Franciae communicato, tum peculiariter in eadem inprimis FRANCONIÆ indito.*

(24) Non me fugiunt, quæ *Johannes Tritheimius*, Libr. de *Origine Francorum*, apud *Schardium* T. 1 *Rer. German.* p. 251. & ſeqq de FRANCIÆ ORIENTALIS ſpecialiter ſic dictæ, vulgò FRANCONIÆ DUCATUS, fabulatur, primordiis; ſcil. anno CCCX, à Nato Salvatore, *Alemannis*, *Francos*, *Thuringos*, & *Saxones*, in auxilium vocantibus, adverſus *Romanorum* impetus, *Clodomirum*, *Francorum* Regem, eò miſiſſe Fratrem, *Genebaldum*, cum Exercitu 80000. armatorum; idemque facientibus cæteris in fœdus confluentibus, commiſſum acerbe prælium, quo plusquam quadraginta *Romanorum* millia perierint; parta victoria, cum lites inter *Alemannos* & *Thuringos*, circa ſpolia, orirentur, tandemque apertum bellum, *Thuringos*, rebus ſuis diffidentes, à *Clodomiro* efflagitaſſe ſuppetias, oblata *Francis*, in compenſationem ſumptuum, terra ſua ad *Mœni* ripas, & inter *Alemannos*; hac conditione, traduxiſſe *Clodomirum*, Anno Chriſti CCCXVI, 19. April. de *Francia Cismarina*, (ubi nunc *Trajectum*, *Hollandia*, *Geldria*, *Selandia*, pars *Friſiæ* & *Weſtphaliæ*, ſimulque *Brabantia*,) in ſtipulatos *Thuringorum* agros, triginta bellatorum millia, cum duobus millibus, ſexcentis & octoginta ſex, artificum, eorum Uxoribus & liberis, quibus præfatum fratrem GENEBALDUM DUCEM præfecerit; Hunc, occupando totum Terræ tractum, ab ORIENTE, *Bohemia*; à MERIDIE, *Alemannia*; ab OCCASU, *Rheno* & *Moguntia*, & à SEPTEMTRIONIBUS, *Thuringia* & *Saxonia*, clauſum, primùm circa *Würtzburgum* conſediſſe, Regionem inter ſuos diſtribuiſſe, & à fratre, titulos PRIMI ORIENTALIS FRANCIÆ DUCIS fuiſſe nactum; transactis in Regimine XXX. annis, defuncto Patri ſucceſiſſe,

DAGOBERTUM filium, qui Rheno transmiſſo *Galliam* vaſtaverit, & *Trevirorum Auguſtam* ſpoliatam ſubdiderit facibus, huncque, anno Regiminis XXI. excepiſſe

Filium, CLODIUM, Virum fortem, quem *Romani* nunquam ſub jugum mittere potuerint, ſæpius viciſſim ab ipſo in fugam conjecti cæſique, viginti annos ſtrenuè adminiſtrantem *Ducatum*, relicto ſucceſſore,

MARCOMERE, ſeu MARCOMIRO I. filio, qui ORIENTALIS FRANCIÆ DUCUM *Quartus*, ſubditum ſibi Populum itidem XX. annos rexerit, fines ſuos ad termas usque Alſaticas extendens,

PHARAMUNDUM, ejus filium, & ſucceſſorem, ab omnibus *Francis*, primum electum Regem, ORIENTALIS FRANCIÆ DUCATUM commendaſſe, an. CCCCIV Fratri ſuo,

MARCOMIRO II. anno CCCCXXIII. defuncto, Patri

PRIAMI, Ducum *Septimi*, anno CCCCXXXV. mortui; cujus & ſucceſſor,

GENEBALDUS II. *Alemannis* profligatis, *Rhenum*, ſuperaverit, an. CCCCLV. ad plures abiens.

SUNNONEM, ejus filium, exſtructis Caſtris *Sunnenberg* & *Sunnheim* juxta Mœnum, exuvias mortales depoſuiſſe Anno CCCCLXXVIII. ſurrogato ipſi

CLODIO II. *Clodovei*, Francorum Regis, Germano,

no, qui, debellatis Bavaris, in venatione, ab apro percuſſus, an. CCCCXCIV. interierit.

Hinc CLODOMIRUM, *Sunnonis* laudati filium, *Ducatus* apicem tenuiſſe, XXI. annorum ſpatio, ann. DXV. extinctum, Patrem ſucceſſoris ſui,

HUGBALDI, qui, deferendo idololatriam primus, *Moguntiam* & *Wormatiam*, *Francorum* Regno ſubdiderit, & *Francofurtum* ad Mœnum condiderit, ann. DXLI. mortuus.

HELENUM, ejus filium, Ducum decimum tertium, transmiſſo Rheno, Gallorum Terras in *Weſtraſia* occupaſſe, Anno D. LXXI. Patrum ſepulchra ingreſſum, quem in Regimine ſecutus filius,

GOTHOFREDUS, Princeps pius, an. D. XCV. exhalando ſpiritum, locum faciens gnato,

GENEBALDO III. an. DC. XV. denato, Patri

CLODOMIRI II. ann. DC. XXXVIII. vitam terminantis;

HERIBERTUM, ejus nepotem, & in Ducatu ſucceſſorem, Anno DC. LXVIII. has res reliquiſſe, ſuperſtite herede, ex fratre, nepote,

CLODOVEO, qui an. DC. LXXX. vivere deſierit, Pater

GOTSBERTI. de quo mox plura.

Hæc, inquam, me non latent; nec, *Hemingeſium T. 1. Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 6. 8. 9. & 21. *Sebaſtianum Münſterum*, lib. 3. *Cosmograph.* Cap. 386 pag. 907; *Andream Goldmayerum*, in deſcriptione Civitatis *Würtzburg*, &, ex eo, *Merianum*, in *Topographia Franconiæ*, pag. 111. ſua inde hauſiſſe; aſt quo fundamento? deficientibus Veterum monumentis, quibus ſuffulciantur. Quis, quæſo, ſcriptorum coævorum, ineunte Seculo IV. *Thoringorum* meminerit? aut *Francis* modernæ *Franconiæ* agros, utpote *Alemannis* adhuc inſeſſos, vindicaverit? aut *Orientalium Francorum* fecerit mentionem, diſtinctione inter *Francos Orientales & Occidentales*, longè ſerius demum nata? aut quo teſtimonio firmandum, jam anno 404. *Pharamundum*, *Orientalis Franciæ Ducatum*, hereditate paterna tenuiſſe, cumque pari jure in Fratrem, *Marcomirum*, tranſtuliſſe, ſic ad poſteros devolutum? id tamen verum, Seculo VII. ORIENTALI FRANCIÆ, ſpecialiter ita dictæ, præfuiſſe Duces; inter quos eminuti:

(25) GOZBERTUS.

De quo, in Vita Martyrum *S. Kiliani*, Epiſcopi Würtzburgenſis, *Colomanni* Presbyteri, & *Totnani* Diaconi, Cap. IV. apud *Surium*, 8. *Julii*, pag. m. 136. *Veniens igitur* (B. Kilianus) *ad prædictum Oppidum* ORIENTALIS FRANCIÆ, *Wirziburg, non eum, quem in eadem Provincia* DUCEM *reliquerat, ſed alium, nomine* GOZBERTUM. Sub hoc tranſiiſſe *Germano-Francos* ad Chriſtianorum caſtra, docet idem Auctor, Cap. V. pag. 136. *Praenominatus* DUX, *cernens perſeverantiam praedicationis Egregii Viri* (Kiliani) *ſecreto venit ad Eum, cupiens doctrinis ejus inſtrui, quatenus cognito tramite veritatis abigere valeret anfractus erroris. Sed à Beatiſſimo Viro Catholicæ fidei documentis diligenter inſtructus, proximo die Dominicae Reſurrectionis, cum multis aliis, dato nomine, aqua lotus baptismatis, abſolutionem priſtini promeruit erroris; ſicque factum eſt, ut tota penè Provincia* ORIENTALIS FRANCIÆ, *relicto Daemonum cultu, Divinae Religioni operam daret.* Et Cap. VI. l. c. *O Beatiſſimum Virum, Apoſtolicae dignitati comparandum! Ad judicium namque, Domino veniente, Petrus Judaeam, Andreas Achajam, caeterique ſecum diverſa Regna trahens, inter quos B. Kilianus* TEUTONICAM FRANCIAM *ducet* — *Praedictus Dux* GOZBERTUS, *monitu aſſiduo Beatiſſimi Praeſulis, ad meliora, de die in diem, proficiebat. Erat illi tamen Conjux, ſecundum Gentilitatis ritum, quae quondam fratris ipſius conjugio fuerat copulata; Haec* GEILANA *nomine dicebatur.* — *cum quadam die venerabilis Praeſul* DUCEM *familiariter alloqueretur, dixiſſe fertur inter cætera: Fili mi, quem per Evangelium genui, gaudeo valdè in profectu fidei tuae, ſed multum me movet, quia illicitis nuptiis detineris, & vereor nimis, ne à recto itinere tali conjugio retarderis &c.* & cap. VII. pag. 137. *Audiens hæc Princeps primò hæſit ſtupore, deinde alta ſuſpiria trahens, valde enim diligebat eam, quam habebat Uxorem, demum tale fertur dediſſe reſponſum* — *nunc non adeſt mihi otium inquirendi, qualiter eam dimittam? quia contra hoſtes noſtræ Reipublicæ feſtino, cum autem fuero reverſus, inventa opportunitate dimittendi, ſeparabor ab illa &c.* Cap. VIII. l. c. addit, *S. Kilianum*, jubente *Gailana*, manu carnificis fuiſſe trucidatum; & Cap. X. l. c. *Gailanam* viciſſim à Diabolo in tartara conjectam, annectendo: *His ita geſtis, ajunt* GOZBERTUM *à propriis ſervis interemptum, filiumque ejus Principatu dejectum, cognatos affinesque eorum, à contribulibus, talia perpeſſos, ut vix aliqua eis Reipublicæ dignitas in eadem Provincia manſerit &c.* Abiiſſe vero *Gozbertum* ad plures, Anno DCCVI. tradit *Trithemius* l. c. pag. 155. Conf. *Hemingeſius* l. c. pag. 21. Poſt hunc celebratur:

(26) HETANUS, ſeu HETAMNUS.

Cujus *Egilwardus* in vita *S. Burchardi* Herbipolenſis, lib. 2. Cap. IV. apud *Surium*, 14. *Octobr.* pag. 218. meminit: *Eo tempore, quædam Virgo, Deo devota, natu ſimul & moribus Nobiliſſima, ſuper montem, qui nunc S. Mariæ mons, ſive Wirceburg antiqua, dicitur, continentiſſimam; cum pleriſque voti ejusdem fœminis, degebat vitam, nomine Immina. Hæc habuit Patrem, filium* GOSBERTI DUCIS, HETTANUM *nomine &c.*

Hinc

Hinc ſua *Trithemius* l. c. pag. 155. *Hetanus, Patri* (Gozberto) *ſucceſſit in Ducatu; annis XX. qui ſine filiis moritur, Anno Domini DCCXL* (DCCXL.) *unicam relinquens filiam, nomine Imminam, quæ Monialis erat & ſanctæ converſationis. Itoque Pippinus, Major Domus, poſtea Rex Francorum, Ducatum vacantem ad ſe recepit, & filio ſuo, CAROLO, procurandum Decennio commiſit. Deinde, Anno Domini DCCLII. cum jam Rex eſſet Pipinus, DUCATUM S. BURCHARDO, Epiſcopo WURTZBURGENSIUM primo, & ejus ſucceſſoribus, de conſenſu CAROLI, filii ſui, & omnium Procerum totius Regni Francorum, donavit iu proprium ſempiternum.* Idem docet *Henningeſius* l. c. Probè autem notandum, per *Ducatum Franconicum, Herbipolenſi* Eccleſiæ dono datum à *Pipino*, nihil aliud intelligendum eſſe, quam *Ducatum, per Epiſcopatum Herbipolenſem extenſum*, non TOTIUS FRANCONIÆ. Vid. *Jacobus Spigelius*, Not. in *Güntheri Ligurinum*, lib. 1. pag. m. 278. *Kuchen*, de *Sublimi & Regio Territorii jure*, c. IV. §. 255. &c. *Speidelius*, in *Speculo*, voc. *Würtzburg*, pag. m. 989. *Limnæus*, Tom. 1. Addit. ad *Jus Publicum*, in lib. 3. cap. 3. §. 10. p. 325. *Tolnerus, Hiſtor. Palat.* cap. VII. pag. 174. &c. Qua de re præced. Tit. XV. §. 13. lit. d. p. 1179. & ſeqq. fuſius egi. Summam contrahit *Sebaſtianus Munſterus*, l. c. pag. DCCCCVIII: *Hie ſolt du nun weiter mercken, daſs*
Pipinus, *und* Carolus, *das Franckenland nit alſo gar*
aus den Hænden geben habe, daſs Er für ſich, und ſeine
Nachkommen, nichts darinn behalten hab, ſo wir doch
finden, daſs Keyſer Lotharii Bruder, nemlich Ludwig,
Kœnig wos über Beyern, Francken und Thüringen. Des-
gleichen, nach Ihm ſein Sohn, Ludwig, und Caroloman.
Es ward auch Conrad, Hertzog von Francken, Rœmi-
ſcher Kœnig, und het ein Mechtigen Bruder in Fran-
cken, mit Nahmen, Grafe Eberharden. Item, es hat
Keyſer Ott, der Erſt, ein Tochtermann, mit Nammen
Conrad, der was auch Hertzog von Francken, und
kam bey Augſpurg umb, in einer Schlacht, die wieder die
Hunen, oder Ungarn, geſchach; Darvon ſchreibt der
Hochgelehrt Herr Laurentius Frieſs, ein gebohrner
Franck, alſo: Do Carolus Magnus dem Biſtumb über-
geben hat das Hertzogthumb zu Francken, ſolt du bey
dem Hertzogthumb verſtehen, die Statt Wirtzburg, und
andere Stett, und die gantze Herrſchafft, ſo Hetanus,
der letſt Hertzog, hat in ſeiner Beſitzung gehabt. Denn
es ſeind auch zu derſelben Zeit, in dieſem Froucken-
land geweſen viel Hertzogen, Grafen und Herren, zu
Rotenburg an der Tauber, zu Camber, Bamberg,
Schweinfurt, Limburg &c. von denen entſprungen ſeind,
die Friderichen, Eberharden, Ottones, Poppones, Con-
raden, Henrichen, und viel andere Fürſten, wie die Hi-
ſtorien anzeigen. Aber ward keiner Hertzog genennt,
donn der ſo zu Wormbſs und Limburg ſein Wohnung
het. Iedoch het der Biſchoff allein Gewalt und Juris-
diction *zu ertheilen, über die liegende Güther, über*
Brand, Leben, Leut und Blut, durch das Franckenland (ſcil. quoad limites Epiſcopatus ſui) *deſshalben man ouch dem Biſchoff fürtregt ein Schwerdt, damit anzuzeigen, daſs er nicht allein Geiſtlichen, ſondern auch Weltlichen Gewalt hat &c.* Quæ *Merian* l. c. pag. 114. repetit.

(27) CAROLINGORUM ætate ignotus planè fuit FRANCONIÆ DUCIS titulus, FRANCIS iſtis *Carolo Magno*, Ejusque Filio, *Ludovico Pio*, fidelitatem præſtantibus & obſequia. Vid. præced. *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 17. & 18. p. 210. Hinc *Carolus Magnus*, certior factus de invaſione Saxonum, *extemplo FRANCOS ORIENTALES atque ALEMANNOS, ad propulſandum hoſtem, feſtinare juſſit.* Sunt verba *Adelmi*, ad an. 778. pag. 392. ut & *Annalium Francorum Reuberi*, ann. eod. pag. 22. Sic, *Sorabis* fines Thuringorum Saxonumque infeſtantibus, præcepit Miniſtris ſuis, *ut, ſumtis ſecum ORIENTALIBUS FRANCIS, atq; Saxonibus, contumaciam Sclavorum audaciam, quantò poſſent celeritate, comprimerent &c.* Hæc iterum *Adelmus* ad an. 782. p. 394. & cit. *Annales Reuberiani* ann. eod. pag. 24. Ad annum 787. pergit *Adelmus*, pag. 397. *ORIENTALES FRANCI ac Saxones, ut juſſi fuerant, ad Danubium, in loco, qui Pferinga vocatur, accedunt &c.* idem dicunt *Annales Reuberiani* an. eod. pag. 27. Plures tamen COMITES tunc floruiſſe, quibus magna per *Franciam* fuit auctoritas, pro certo habeo. Spectant huc, quæ *Adelmus*, ad an. 786. pag. 396. commemorat: *Facta eſt trans Rhenum, apud ORIENTALES FRANCOS, adverſus Regem, immodico conjuratio, cujus auctorem HARDRADUM COMITEM fuiſſe conſtabot. Sed hujus indicium citò od Regem delotum eſt, ejusque ſollertia, tam valida conſpiratio, citra ullum grande periculum, in brevi conquievit, auctoribus ejus partim privatione luminum, partim exilii deportatione, condemnatis &c.* Quæ in *Annalib. Reuberianis*, ann. eod. pag. 25. repetuntur, ut & *Pithœanis*, ann. eod. pag. 11. & *Lambecianis*, lib. 2. *Comment. Bibliothec. Vindobon.* Cap. V. pag. 347. quamquam *Lambecius*, voce *Hardrad*, durum conſilium, *einen harten Rath*, ſubintelligendum arbitratur. Clarius id patet ex Hiſtoria *Egdoranæ* Pacis, an. 881. laudatum Imperatorem *Carolum* inter & *Hemmingum*, Danorum Regem, initæ, apud *Adelmum* l. c. ad h. a. pag. 413. *Condicta inter Imperatorem, & Hemmingum, Danorum Regem, pax, propter hyemis aſperitatem, quæ inter partes commeandi viam claudebat, in armis tantum jurata ſervatur, donec redeunte veris temperie, & apertis viis, quæ immanitate frigoris clauſae fuerunt, congredientibus ex utraque par-*

parte, utriusque Gentis, Francorum ſcil. & Danorum, decem Primoribus, ſuper fluvium Egidoram, in loco, qui vocatur Clatis, viciſſim, ſecundum ritum ac morem ſuum, ſacramentis juratis, Pax confirmatur. Primores autem, de parte FRANCORUM, hi fuere, WALACHUS COMES, filius Bernardi; BURCHARDUS COMES; MIROCUS COMES; VADO COMES; BERNARDUS COMES; EGBERTUS COMES; THEODORICUS COMES; ABO COMES; OSTDAGUS COMES; WIGMANNUS COMES. De parte vero Danorum in primis fratres Hemmingi, Hancum & Angandeo &c. Conf. Vita *Caroli Magni*, ap. *Pithœum*, p. 277. & 278. verbis præc. *Catal. Ducum Saxoniæ*, ſub *Egberto* occurrentibus; *Annal. Francor. Reuberianis*, an. eod. p. 38. & *Regino*, an. eod. pag. 39. Transactionem confirmantibus *Annalibus Pithœanis*, an. eod. p. 22. & *Fuldenſibus*, an. eod. p. 11. *Chronographo Saxone*, an. eod. p. 132. *Saxone Grammatico*, L. IX. *Rer. Danicar*. p. 151. quamvis *Caroli* loco perperam *Ludovicum* nominet. Non equidem dixerim, omnes hos fuiſſe Comites ORIENTALIS FRANCIÆ, in ſpecie ſic dictæ, ſed nec negaverim, quosdam eorum ex ORIENTALI FRANCIA fuiſſe oriundos.

(28) Sub *Ludovico Pio, Saxones & ORIENTALES FRANCI, expeditionem in Sorabos Sclavos facere juſſi &c.* Ita *Adelmus* ad annum 816. pag. 417. Conf. *Annal. Francor. Reuberiani*, an. eod. pag. 41. & *Pithœani*, an. eod. p. 24. & 25. & *Fuldenſes* an. eod. & ſeq. *Catal. Ducum Venedic*. v. 7. ad annum 816.

An. 823. Menſe Majo, in Conventu Francofurtenſi *non ſolum univerſi Franciæ Primores, ſed & de ORIENTALI FRANCIA, atque Saxonia, Bajoaria, Alemannia, atque Alemanniæ conterminâ Burgundia & Rheno adjacentibus Regionibus, adeſſe juſſi ſunt &c.* Hæc *Adelmus* ad h. a. pag. 824. Conf. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 81.

An. 840. Mortuo *Ludovico Pio*, ORIENTALIS FRANCIÆ REGIS titulos ſibi vindicavit, Filiorum Ejus ſecundo loco natus, *Ludovicus*, dictus *Germanicus*, teſtibus duabus Chartis ann. 842. apud *Piſtorium*, lib. 2. *Traditionum Fuldenſium*, pag. 558. & 559. ubi: *Facta eſt hæc Traditionis chartula, in Monaſterio Fulda, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLII. Anno III. Hludovici, REGIS ORIENTALIUM FRANCORUM &c.* In alia, de an. 855. audit ſaltem *Rex Francorum*, ibid. p. 559. *Acta Traditionis chartula VI. Cal. Martii, An. XVI. Regnante* HLUDOVICO, *Glorioſiſſimo* REGE FRANCORUM, ſcil. *Orientalium*. De Transactione *Virodunenſi* an. 843. qua non ſolum *Orientalis Francia*, ſed & aliæ *Germaniæ* Provinciæ Ei obtigerunt, dictum præced. *Catal. Ducum Lotharingiæ*, v. 19. & 20. & præced. Tit. 2. §. 8. lit. a. pag. 56. Pari jure, ex *Salfeldenſi* Transactione, an. 876. obvenerunt eædem Provinciæ Ipſius Filio, natu minori, *Ludovico Secundo*; *Vid.* præced. T. 2. §. 8. lit. a. pag. 60. ſemper poſthac eadem quæ SUEVIA habuit fata, a *Cameræ Nunciis* adminiſtrata, quo forte WERNERUS ille celebrandus, de quo *Annales Francorum Pithœani*, ad an. 865. pag. 70 & 71. iotidemque verbis, *Fuldenſes*, an. 866. pag. 31. *Werinharius Comes, unus ex Primoribus Francorum, apud Hludowicum Regem*, (Germaniæ) *accuſatus, quaſi Raſtizen*, (Sclavorum Ducem) *ſuis hortationibus, adverſus Eum incitaſſet, publicis privatus eſt honoribus &c.* nec non Ille, cujus *Ekkehardus Junior*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, in vita *Salomonis* Abbatis, C. I. apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Rer. Alemann*. Part. I. pag. 15. ſub *Arnolpho* Imp. *Ludovico IV.* & *Conrado I.* Germaniæ Regibus, meminit, verbis præced. *Catal. Ducum Alamanniæ* v. 21. pag. 303. occurrentibus.

(29) Imperante *Arnolpho*, atrox, in FRANCONIA, & crudele ortum inter *Babenbergicos Comites, Albertum, Adalhardum, & Henricum*, atque *Herbipolenſem* Epiſcopum, *Rudolphum* ejusque fratres: *Conradum, Gebhardum, & Eberhardum Wirtzburgicos Comites*, diſſidium, quod plurimum generoſi ſanguinis hauſit, de quo ita *Regino*, ad an. 897. pag. m. 70. *Ea tempeſtate, inter Rudolphum Epiſcopum Wirtzeburgenſem, & filios HENRICI DUCIS, Adalhardum & Henricum, magna diſcordiarum lis, & implacabilis odiorum controverſia ex paucis minimisque rebus, oritur, &, velut ex permodica ſcintilla ingens incendium oritur, ita, de die in diem ſuccreſcens immenſum dilatatur. Et dum de nobilitate carnis, de Parentum numeroſa multitudine, & magnitudine terrenæ poteſtatis, ultra quam decet, ſe extollunt, in mutuis cædibus prorumpunt, innumerabiles ex utraque parte gladio pereunt, truncationes manuum & pedum fiunt, Regiones, illis ſubjectæ, rapinis & incendiis ſolotenus devaſtantur &c.* De laudato *Henrico*, inquit *Meibomius*, Not. in Libr. I. *Witichindi*, Tom. I. *Rer. German*. pag. 674. *HENRICUS DUX, ut Regino, FORTE FRANCONIÆ, nominatur tantum, habuit in matrimonio Babam, Ottonis, Saxoniæ Ducis, filiam, Henrici Aucupis Sororem &c.* cujus matrimonii teſtes præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, in Vita *Ottonis Magni*, v. 6. pag. 100. produxi; Tribuitur HENRICO, DUCIS encomium, pari jure, quo *Burchardo, Cameræ Nuncio* per *Alemanniam*, ann. 911. à ſuis occiſo; *Vid.* præced. *Catalog. Ducum Alemanniæ*, v. 24. pag. 305.

Filios

Filios Ei tres vindicat *Meibomius* l. c. ſcilicet (1) ALBERTUM, malis artibus Moguntini, capitis damnatum, (2) ADALHARDUM & (3) HENRICUM; quæ ſententia auctoritate nititur *Reginonis*, l. c. ut & ad an. 402. pag. m. 72. ubi: *Adalbertus, cum Fratribus, Adalhardo, & Heinrico, collecta valida manu, adverſus Ebe.hardum, & Gebelhardum, & Rudolphum fratres, de quibus paulo ſuperius* (nim. ad ann. 897) *mentionem fecimus, ex Caſtro, quod Babenbergk dicitur, proſiliens, ad pugnam proceſſit, cujus impetum viriliter excipientes, ferro aciem irrumpunt, obvios quosque terræ proſternunt, nec ante deſiſtunt, quam adverſariorum agmen fugam inire compellant, in quo certamine Heinricus interfectus, & Adalhardus captus, & poſtmodum, juſſu Gebelhardi, decollatus eſt. Eberhardus etiam multis vulneribus confoſſus in prælio cecidit, ubi, finito conflictu, inter cadavera occiſorum, à ſuis inventus domum reportatur, & paucis interpoſitis diebus & ipſe moritur &c.* Necem fratris *Adelhard*, ſimulque injuriam toti Familiæ inde illatam, vindicaturus *Albertus*, armis petit *Rudolphum* Herbipolenſem, & ultra montes fugat. Audiamus *Reginonem* l. c. ad annum 903. *Adalbertus Rudolphum Epiſcopum de Wurtzburgenſi Eccleſia fugat, res & poſſeſſiones præfatæ Eccleſiæ crudeliſſimè depopulatur, filios etiam Eberhardi, ſimul cum Matre, à propriis hæreditatibus & honoribus, Regia munere conceſſis, exire compellens, ultra Spechteshart,* (Spetſart, ſylva Comitatus Hanovienſis, haud procul à Francofurto) *ſecedere cogit &c.* Omnia quidem viciſſim movebant *Herbipolenſes*, ut *Babenbergenſium* conatibus irent obviam; illi verò non prius arma deponere ratum duxerant, donec *Adelhardi* cædes, *Conradi* cæde expiaretur; de qua *Regino*, ad ann. 905. pag. m. 73. *Conradus Senior* (Comes Franconiæ, Conradi, Germaniæ Regis, Pater) *in Heſſia in loco, qui dicitur Frideslar, cum multa turba peditum & equitum reſidebat, crebras incurſiones Adelberti ſuſpectas habens; fratrem verò ejus, Gerhardum, in Wederavia, cum omnibus, quos ſibi adſociare poterat, ejusdem Adelberti præſtolabatur repentinam irruptionem; nec eos fefellit per omnia rerum eventus, ſiquidem Adelbertus, vires adverſariorum extenuatas eſſe ſentiens, eò quod in tribus partibus eſſent diviſi, opportunum, & diu exoptatum tempus adveniſſe gaudens, congregatis ſociis, mox arma corripit, & primò quidem ſimulat, ſe contra Gerhardum copias transferre velle; ut & illum bello perterreret, & fratrem ſecuriorem redderet; deinde, quanta potuit celeritate, aciem adverſus Cunradum dirigit. Quod cum Cunradus ſerò cognoviſſet, diviſis ſociis in tribus turbis, ei incunctanter occurrit, & commiſſa pugna, duæ turmæ, una peditum, & altera Saxonum, ſtatim terga vertunt. Quos cum Cunradus clamore ingenſi fruſtra hortaretur, ut nullatenus hoſtibus cederent, ſed, pro conjugum & liberorum ſalute, & defenſione Patriæ, totis viribus decertarent: ipſe, cum tertia turma, animatis ſociis, ſuper adverſarios irruit, ſed mox, in ipſo primo impetu, multis vulneribus confoſſus, extinctus eſt. Adelbertus, victoria potitus, cum ſociis fugientes inſecutus eſt, & innumeram multitudinem, maximè peditum, gladio proſtravit. Tribus itaque continuis diebus totam illam Regionem perluſtrans, cædibus ac rapinis cuncta demolitus eſt. His patratis, ſociis, ſpoliis, ac ingenti praeda, ad Babenberch Caſtrum reverſus eſt. Peracta eſt autem hæc cædes 3. Cal. Martii. Venientes filii cum Matre, levaverunt corpus Cunradi, & ſepelierunt in Caſtro, quod Wileneburch vocatur &c.* Conf. *Otto Friſing.* lib. VI. *Chronic.* Cap. XV. pag. m. 125. ad an. 905. *Albertus, Nobiliſſimus Francorum Comes, Ottonis, Saxonum Ducis, ex filia Nepos, Conradum, qui à quibusdam Ludovici Regis frater fuiſſe creditur, occidit &c.* *Gotfridus Viterbienſis*, Part. XVII. *Chron.* an. eod. pag. 471. *Marianus Scotus*, an. eod. p. 446. *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. pag. 155. &c. *Annal. Hildesheim.* an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* *T.* 1. *Rer. Brunſvic.* pag. 717. *Sigebertus Gemblacenſis* verò, ad an. 903. pag. m. 574. & *Albericus*, Monachus *trium fontium*, an. eod. pag. m. 243. referunt hanc cædem, ad annum 903. contra, *Hermannus Contractus* pag. m. 310. Edit. Urſtiſ. ad annum 906. & *Conradus Urſperg.* in vita *Ludovici* Regis, pag. 144. *Chronographus Saxo*, pag. m. 149. & *Albertus Stadenſ.* p. m. 97. ad annum 907. Ipſum tamen *Adelbertum*, non multò poſt, verſa vice, triſti fato vitam terminaſſe, ex eodem diſcimus *Reginone*, l. c. *Eodem anno* (905) *circa Julium menſem, Ludovicus Rex Conventum Generalem celebravit apud Triburias, Villa Regia, ubi adeſſe mandavit ſæpe dictum Adalbertum, ut, in præſentia Optimatum Regni, pro ſe rationem redderet, & pacis conditionem, quam hactenus exoſam habuerat, tandem aliquando depoſita crudelitatis tyrannide, ſuſciperet, & rapinis, cædibus, & incendiis ſaltem vel ſerò quieſceret. Sed his ſalutaribus monitis nequaquam aſſenſum præbuit. Cernens itaque Rex obduratum ejus animum, & incœpta rebellionis malitia obſtinatum, collecto undique Exercitu, eum, in Caſtro, quod Tetraſſa dicitur, obſidione cinxit. Interea Egino, qui ejus individuus Comes in omni pravitate extiterat, ab ejus ſocietate defecit, &, cum omnibus ſuis, ad Regis caſtra tranſiit. Protracta igitur paulò prolixius obſidione, fractus animo Adalbertus, ad callida argumenta convertitur, &*

omni ingenio excogitare cœpit, qua arte obſidio ſolveretur --- portis itaque apertis, à munitione exiens, cum perpaucis, ultrò ſe Regi obtulit, ſupplex veniam de commiſſis expoſcit, emendationem promittit. Sed cum fraus, quæ ſtruebatur, ſuis prodentibus, fuiſſet detecta, cuſtodiæ mancipatur, &, in præſentia totius Exercitus, manibus vinctis adductus, omnibus adjudicantibus, capitalem ſententiam ſuſcepit, quinto Idus Septembris. Facultates & poſſeſſiones ejus in Fiſcum redactæ ſunt, &, dono Regis, inter Nobiliores quosque diſtributæ &c. Quoad annum, conſentiunt: *Marianus Scotus* h. a. pag. 446. *Otto Friſingenſ.* l. c. *Gotfridus Viterbienſ.* l. c. Aliique; *Hermanno Contracto* pag. m. 310. *Lamberto Aſchaffenburg.* pag 155. & *Annalibus Hildesheimenſibus* l. c. annum 907. hoc titulo proferentibus; *Marianus Scotus*, ad ann. 908. l. ſibi ipſi contrarius, *Conradus Urſperg.* pag. m. 144. *Chronographus Saxo* pag. m. 149 & *Albertus Stadenſ.* pag. 97. id contigiſſe arbitrantur anno 908. & *Sigebertus Gemblac.* pag. m. 576. atque *Albericus* pag. 249. anno 910. Cuncta dolo *Hattonis* Moguntini geſta, tradit *Hermannus Contractus* l. c. *Adalbertus, per ſilia Hattonis ArchiEpiſcopi, & Luitpoldi, ad Ludovicum Regem, ſpe pactionis, adductus, decollari eſt juſſus &c.* Hiſtoriam recenſet *Witichindus Corbejenſis*, lib. I. *Annal.* apud *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. 635. *Cum bellum eſſet Cunrado, Regis Cunradi Patri, ex Adelberto, Henrici* (Aucupis) *ex ſorore, Nepoti, primum interfectus eſt frater Adelberti;* (Adelhardus) *poſtea, in ultionem fratris, Cunradus quoque occiſus eſt, ab Adelberto, nec ullus Regum tam ingens bellum inter eminentes Viros potuit ſedare. Summus poſtremò Pontifex* (Hatto Moguntinus, de quo loquitur) *mittitur, ad ſedandam tam ingentem diſcordiam, & ingreſſus Civitatem Adelberti,* (Babenberg) *ſub jurejurando ſpopondit, aut ei pacem cum Rege facturum, aut incolumem ſuo loco conſtituturum. His pactis conſentiens Adelbertus, fidei gratia & amicitiæ, quod dignaretur aliquid guſtare, rogavit. Quo negante, ilicò egreſſus eſt Urbem; cumque pertranſiſſet oppidum, cum omni comitatu, fertur proclamaſſe: Proh, inquit, ſæpius petit, qui oblata ſpe ruit, tædet me longioris viæ, tardiorisque horæ: tam jejuni tota die non poſſumus ambulare. Lætus Adelbertus inclinavit ſe ad genua Pontificis, &, ut guſtandi gratiam Urbem reverteretur, depoſcit. Pontifex in Urbem reverſus, cum Adelberto, liberatur à lege juramenti, ut ſibi videbatur, eò quod incolumem eum loco ſuo conſtituiſſet. Poſt hæc, Regi, à Pontifice præſentatus, Lothewico, & damnatus, capitalem accepit ſententiam &c.* Quæ omnia *Marianus Scotus*, ad ann. 908. pag. 446. repetit. Conf. *Luitprandus*, lib. 2. *Hiſtor.* Cap. 3 pag. 102. & 103. *Otto Friſing.* l. c. *Præfatus Hatto* (Moguntinus) *Albertum in Caſtro ſuo Babenberg adiit, eumque Dei pietatis obtentu, de gratia Regis adipiſcenda, convenit. Ille devotus monitis ejus obtemperans, humiliter conductum de perſonæ propriæ incolumitate petiit. Ac ne multis morer, interpoſita Sacerdotis præfati fide, iter carpunt: vix Caſtro exierant, jam proximi vico, qui Teurſtat dicitur, appropinquabant, & Epiſcopus: grave, inquit, erit nobis jejunium ſuſtinere; ſi placet, antequam Regi præſentemur, ad prandium divertamus. Tum ille ſimplices aures, more antiquorum Primorum, habens, dolumque minimè perſentiens, gratanter eum ad prandendum in Caſtro, unde egreſſi fuerant, reduxit. At poſtquam refecti ſunt, ad Curiam veniunt, in cauſa Princeps ponitur, ac, tanquam reus Majeſtatis, capite plectendus adjudicatur. Monet ille Epiſcopum de fide data, quam econtra ille ſe benè in hoc, quod ſanum & incolumem eum in caſtrum reduxerat, ſervaſſe, reſpondit. Sic præfatus Albertus capite plectitur, poſſeſſionesque ejus, è quibus poſtmodum Babenbergenſis Eccleſia locupletata dicitur, in Fiſcum redactæ ſunt &c.* *Gotfridus Viterbienſ.* l. c. *Sigebertus* ad an. 910. pag. 576. *Chronographus Saxo*, ad an. 908. p. 149. *Chronicon Halberſtadenſe*, apud Dn. de *Leibnitz* T. 2. *Rer. Brunſuic.* pag. 113. *Conradus Urſpergenſ* l. c. pag. 144. *Annales Hildesheimenſ.* l. c. *Albericus* l. c. *Albertus Stadenſ.* l. c. Conſ. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 905. pag. 88. Cæterum, præter *Adelhardum & Henricum*, tribuit *Chronographus Saxo* laudato *Alberto* Bambergenſi fratres alios, ſcribens ad an. 906. pag. 149. *Beringer, Reginolt & Gerhard, Germani Fratres, occiduntur &c.* & ad ann. 907. l. c. *Adelbertus, prædictorum Primatum Frater, contra Conradum, Ludovici Imp. fratrem, ob ultionem fratrum, bella continua tamque ingentia commiſit, ut nec ipſe Imperator animoſitatem ejus aliqua vi, vel arte, ſedare potuerit, donec eundem Conradum occidit &c.* Aſſentitur ei *Conradus Urſpergenſ.* l. c. pag. 144. *Anno Domini 906. --- Berenger, Reginolt, & Gerhart, Germani Fratres, interficiuntur. Anno Domini 907. pugna inter Adelbertum, Fratrem eorum, & Chunradum, fratrem Ludewici Imperatoris, committitur, in qua Chunradus occiditur &c.* Enimverò, ut nullo fundamento nititur, quod *Conradus*, in pugna cum *Alberto* Babenbergico interfectus, *Ludovici* Regis fuerit frater; ita quoque aſſertum de hiſce tribus *Alberti* fratribus à vero alienum eſt; de quibus longè aliter *Hermannus Contractus*, ad ann 902. p. m. 310. *Beringer, Reginolfus & Gerhardus, Nobiles Germani, Filii Atonis Comitis, & Adellindæ, occiſi, apud Buchaugienſe Cœnobium Virginum,* à

præ-

prædicta Adellinda conſtructum, ſepeliuntur, ubi & ipſa mater poſtea eſt ſepulta.

(30) Ab hoc tempore interim repetenda videtur FRANCONIÆ DUCATUS, *ſpecialiter ſic dicti*, origo. Errat *Gabriel Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, pag. m. 374. ſæpe fatum CONRADUM, an. 905. occiſum, DUCEM FRANCONIÆ conſtituendo, præfixo diſſertationi ſuæ titulo: CHUNO, *ſive* CONRADUS, DUX FRANCONIÆ ORIENTALIS &c. immediatè ſubnectens: *De Hujus, atque Conradi Filii, Romanorum Imperatoris, ortu ex Guelphis, peculiarem Tractatum ſcripſit Fridericus Brombachius, eſt hic Guelphonis I filium, Chunonem hunc eſſe velit, quem Nepotem dixiſſe debuiſſet, à Weingartenſi prætermiſſum, quod non alios, quam qui ALTORFFII conſediſſent, vel de Monaſterio illo benè meriti eſſent, Principes celebraret, ita, ut neque Judithæ fratres, Conradum atque Rudolphum, etſi, vel maximè, ob potentiam atque auctoritatem, memorandos, ſed neque plurimos alios GUELPHI I. & aliorum filios, ex nomine recenſuiſſet. Ita Chunonem hunc quoque præteriit, peculiarem ſcilicet FRANCONIÆ, ſive FRANCIÆ ORIENTALIS, beneficio Ludovici Pii Imperatoris nactum PRINCIPATUM, ut & fratres ejus, Eberhardum Haſſiæ Ducem, & Gebehardum, Weteraviæ Comitem, alioſque &c.* qua namque auctoritate hæc? Obiit *Ludovicus Pius* Imp. anno 840. quis autem unquam de *Franconico Ducatu Conradi* ſexaginta quinque & amplius annorum audivit? Imperatores ſanè, Regesque Germaniæ, à *Carolo Magno*, usque ad *Ludovicum IV.* FRANCONIAM per COMITES adminiſtraſſe, hactenus dicta oſtendunt. De *Genealogia* ne dicam, quæ omnino falſa, pariterque fictus *Eberhardi Haſſiæ Ducatus*. Veritati contra longè magis conſentaneum eſt, redacta in Fiſcum jugulati *Alberti Bambergenſis* bona, à *Ludovico IV.* Rege, translata fuiſſe in *Conradum Juniorem*, interfecti *Conradi Senioris* filium, poſtea Germanorum Regem, annexa *Ducali* dignitate; Nam (1) dictus Rex *Herbipolenſium* cauſam totis viribus propugnavit, (2) *Conradus Jun.* conſtanter à Veteribus *Ducis* titulo ſalutatur; (3) credibile eſt, habita conſideratione opum atque potentiæ, à *Ludovici* exceſſu, *Conradum* in ipſum quoque *Germaniæ* Regem electum; (4) concors Doctorum ſententia, quam *Lehmannus*, lib. 2. *Chron. Spir.* Cap. XVI. pag. 85. ad an. 908. hiſce prodit: *Der mehrer Theil der* Hiſtoricorum *ſind der Meynung, als ſey umb dieſe Zeit das Hertzogthumb Francken wieder auffgericht, und Kænig* Cunradus, *und ſein Bruder*, Eberhard, *Hertzogen zu Francken geweſen. Nun iſt zwar nicht weniger, (bekandt) daß das Franckenland vor* Caroli Magni *Zeiten, mit einem Hertzogen beſtellt, und ein Hertzogthumb genennt worden; Die Hertzogen haben ihre Reſidentz-Stadt zu Würtzburg gehabt, und hat ſich das Hertzogthumb über Rhein erſtreckt, und in ſich begriffen, Mayntz, Wormbs, Speyr, und andere Stædt und Land am Rheinſtrohm gelegen --- aber unter dem Geſchlecht der Caroliner iſt das Hertzogthumb abgangen, gleichwie andere alle in Teutſchland, und iſt daſſelbe durch Graffen beſtellt und verwaltet worden &c.* ad quæ Dn. *Tolnerus*, Cap. VII. *Hiſtor. Palat.* pag. 175. meritò provocat; (5) Anno 917. capitis damnatorum *Erchangeri & Burchardi Cameræ Nunciorum per Alemanniam*, bona ſimiliter addicta ſunt primo *Alemanniæ Duci, Burchardo*; Vid. *præced. Catalog. Ducum Alaman.* v. 28. pag. 307. Sit itaque FRANCONIÆ DUCUM *Primus*,

CONRADUS I.

de cujus *Ducatu Witichindus* lib. I. *Annal.* apud *Meibomium T. 1. Rer. German.* pag. 634. & *Ditmarus* lib. I. *Chron.* quorum verba præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 911. p. 89. habentur, evolvendi. Conf. *Chronographus Saxo*, ad an. 912. p. m. 150. *Ludewicus Rex obiit. Poſt cujus mortem --- Conradus, Francorum quondam Dux, filius Conradi, quem Adelbertus occidit, ungitur in Regnum &c.* nec non *Chronicon Halberſtadienſe*, apud Dn. de *Leibnitz T. 2. Rer. Brunſ.* p. 113. *Conradus, quondam Dux Francorum, filius Conradi Principis, quem Adelbertus occidit Pavenbergenſis, Principes Regni, OTTONEM, Ducem Saxoniæ, quærebant ad Regni apicem ſublevare &c.* & *Annales Hildesheimenſes* ad ann. 912. apud eundem, T. 1. p. 717. *Ludowicus Rex obiit, cui Chuonradus, Dux Francorum, in Regnum ſucceſſit &c.* & *Albertus Stadenſis* ad an. 917. p. m. 100. *Quo* (Ludovico IV.) *ſine filiis mortuo --- Conradus, Francorum Dux, coronam accepit &c.* Ex Recentioribus, *Henricus Bodo*, Syntagm. de *Cœnobio Gandesheimenſi*, apud *Meibomium* l. c. Tom. 2 pag. 489. *Nauclerus*, Vol. 2. Generat. XXXI. ad an. 913. pag. 722. *Mutius*, lib. XII. *Chron.* ad eundem an. 913. pag. m. 92. quamvis malè LUDOVICUM eum appellet, mox tamen CONRADI nomen reſtituens. Qua via *Germaniæ* ſolium conſcenderit, præced. Tom. I. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 911. pag. 89. dictum eſt. Vitam ejus præced. Tom. I. Tit. V. inter Imperatores, p. 477. &c. delineavi.

(31) EBERHARDUS.

(1) Varia huic Principi tribuuntur nomina. EBERHARDUS vocatur, *Continuatori Reginonis*, ad an. 939. pag. 76. *Chronico Lauriſhamenſi Freheri*, p. m. 68. In

Digitized by Google

vita *S. Gerardi*, Abbatis Bronienſis, Cap. XV. apud *Surium*, 3. Octob. p. 24. Monacho *Hamerslebienſi*, de *Geſtis Imperatorum, ab Henrico Aucupe*, *ad Henricum V.* apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* p. 136. *Leibnizium*, *T. 1. Rer. Brunſuic. p.* 707. *Chronographo Saxoni*, ad an. 914. p. 150. *Chronico Quedlinburgico*, ad ann. 939. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 2. pag. 279. *Conrado Urſpergenſi*, in vita *Ottonis I.* p. m. 156. *Everhardus*, *Witichindo* lib. 1. *Annal.* apud *Meibomium T. 1. Rer. German.* pag. 636. & lib. 2. pag. 643. 644. 645. &c. *Luitprando*, lib. 2. *Hiſtor.* c. 7. pag. 105. *Ditmaro*, lib. 2. pag. m. 23. *Chronico Quedlinburgico* cit. ad an. 937. pag. 279. *Alberto Stadenſi*, ad ann. 913. pag. 98 &c. *Sigebertus Gemblacenſis* ad ann. 914. pag. m. 576. & ann. 938. pag. 579. ut & *Albericus* Monachus trium fontium, ad ann. 914 pag. 253. & an. 938. p. 275. legunt : *Everardus*. In *Necrologio Fuldenſi*, ad ann. 938. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 763. nominatur : *Eburhart*. *Frodoardus*, ad ann. 926. apud *Pithœum*, pag. 128. habet : *Ebrardus* ; & ad ann. 934. pag. 140. *Eubrardus* ; *Conrado Urſpergenſi*, in vita *Conradi I.* pag. 144 eſt : *Heberhardus*. *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 303. ad annum 916. appellat eum : *Everhart*, & ad an. 938. pag. 307. ut & annum 940. pag. 308. contractè *Evert*.

(2) Fuit *Conradi I*, Anteceſſoris ſui, germanus frater ; Vid. Ejus vita, præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 7. pag. 941. &c.

(3) Ab obitu laudati fratris, *Franconiæ Ducatum*, beneficio *Henrici Aucupis*, recens electi Regis, ſortitus eſt. Hinc ſubinde *Ducis* encomio ſalutatur. *Dismarus*, lib. 2. pag. m. 23. ait : *Everhardus Dux*, *Regi* (Ottoni I.) *diu infidelis, degradatus eſt, & Comes Wigmannus humili ſupplicatione reconciliatus.* *In ſequenti anno, frater Regis, Heinricus, ab Eberhardo Comite captus, in vinculis tentus eſt. In tertio anno ſupra memorati Regis, Henricus, frater ejus, & Eberhardus Dux, & Giſelbertus, Comes Lutharingorum, cum cæteris nequitiæ ſuimet fautoribus, cis Rhenum plurima depopulati ſunt &c.* ſic *Fuldenſe Necrologium* l. c. *Eburhart Dux*, ſcil. obiit. Et *Chronographus Saxo*, ad an. 938. pag. 155. *Eberhardus, Dux Francorum, Giſelbertus, Dux Lotharingiæ, Wigmannus, & improbus Tancmarus, conſpiravere contra Regem &c.* Et Chronicon *Quedlinburgicum*, ad ann. 937. l. c. *Everhardus, Dux Francorum, & Wigmandus Saxonicus, atque improbus Thancmer, inani conſenſu, conſpiravere in Regem &c.* & rurſus ad ann. 939. l. c. *Eberhardus, Dux Francorum, atque Giſilbrachtus, Comes Lutbariorum, congregato nefando Exercitu, transeunte Rhenum, maximam partem Regni depopulati ſunt &c.* *Conradus Botho* l. c. ad ann. 916. pag. 303. *De Konigh hadde mit ſick ſynen Broder, Hertoghe Everhart &c.* & ad ann. 938. pag. 307. *Wedder duſſen Otten, ſatte ſick ſyn halff Broder, Danckwort, umme das Rike. De toch to ſick Hertoghe Evert to Francken, unde wolden den Keyſer Otto vordriven, ut dem Lande to Saſſen &c.* & ad ann. 940. pag. 308. *Duſſe Hertoghe Evert van Francken de makede echt eyn Vorbont up Keyſer Otten &c.* Quare *Mabillon*, in Actis Sanctorum Ordinis *S. Benedicti* Seculi V. in vita *S. Johannis*, Abbatis *Corzienſis*, pag. 410. rectè docet, Ducem noſtrum *Franciæ, Auſtraſiæ, & quorundam trans Rhenum locorum, Ducatum tenuiſſe.* Unde ſua Dn. *Ludewig, in Hiſtoria Conradi I.* Cap. 3. §. 1. lit. d. pag. 34. Conf. Dn. *Tolneius, Hiſtor. Palat.* Cap. VII. pag. 178. In *Chronico Lauriſhamenſi* l. c. audit *Marchio Orientalis*, ibi : *Cunradus verò, Frater Eberhardi, Marchionis Orientalis, Regni partem circa Rhenum tenuit &c.* *Sigebertus Gemblacenſ.* ad ann. 938. pag. m. 579. appellat Eum *Comitem Palatii*, verbis, præced. *Catal. Ducum Lotharingiæ*, in vita *Giſelberti*, v. 16. p. 254 occurrentibus. Auctori Vitæ *S. Gerardi Bronienſis*, Cap. XV. apud *Surium*, 3. Octobr. pag. 24. eſt *Comes Potentiſſimus* ; ſic enim ille : *Satis jam noſtratibus compertum videtur, quemadmodum is Otho, virorum conſtantiſſimus, coram victorifero proſtratus labaro, orando, trans Rhenum, fratris Henrici, ſupradicti Ducis Giſleberti, & Potentiſſimi Comitis ; Eberhardi, parva manu, copioſum equitatum in fugam compulerit, necdum militibus ejus Rhenum traductis ; nec illud quoque obſcurum eſt, ut idem Giſlebertus, & Francigena Eberhardus, copiis magnis inſtauratis, Rhenum transmiſerint, & circumquaque vaſtata Saxonum Provincia, cum multa præda, ad idem flumen reverſi, ut in Patriam redirent, ibi, cum ſuis, ab Exercitu non magno, imò exiguo, Othonis, cæſi ſint &c.* nec aliter *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Conradi I.* p. 144. *Sub quo Potentiſſimi erant Principes : Arnoldus, in Bajoaria ; Burchardus, in Suevia ; Heberhardus, Comes Potentiſſimus in Francia ; Giſibertus, Dux in Lotharingia, inter quos Heinricus, Saxonum & Thuringorum Dux præpotens, clarebat. Secundo autem Regni ejus anno, memorati Principes huic præſertim rebelles extiterant, quos Ille, tam ſapientiæ quam fortitudinis robore, ſuperavit, ſuamque ad fidelitatem perduxit &c.* Quæ *Albertus Stadenſis*, ad an. 912. pag.

Digitized by Google

pag. 98. repetit. *Alberico*, ad an. 914. pag. 253. vocatur, ſine additamento, *Potentiſſimus de Francia*, ibi: *Contra Conradum Regem, anno ſecundo Regni ejus, Potentiores Regni Principes rebellionem meditati ſunt, ſcil.* ***Arnoldus de Bajoaria, Burchardus de Suevia, Everardus Potentiſſimus de Francia, Giſlebertus*** *Dux de Lotharingia, & horum omnium Excellentior* ***Henricus Dux &c.*** Apud *Chronographum Saxonem*, ad ann. 914. pag. 150. hæc ita deſcribuntur: *Conrado Regi rebellant Principes Potentiſſimi, Arnoldus de Bajoaria; Burchardus de Suevia; Eberhardus Comes de Francia; Giſelbertus Dux Lotharingiæ, & inter eos præcipuus Henricus, Dux Saxonum & Thyringorum &c.* Audiamus adhuc *geſta Imperatorum, ab Henrico Aucupe, ad Henricum V. usque*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. pag. 707. & *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. 136. *Danckmarus, frater Ottonis -- - rebellat Ottoni, cum Eberhardo Comite &c.* Ex quibus conſtat, Eum promiſcuè quidem *Ducem, Marchionem Orientalem, Comitem Palatii, & Comitem Potentiſſimum*, appellari, *Ducem* verò re vera fuiſſe. Nec mirum, *Henricum Aucupem* DUCALES TITULOS in eum contuliſſe, cum, eo maximè negotium dirigente, diadema ſit conſecutus, *Witichindo* teſte, cujus verba præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 919. pag. 90. extant, indeque notandum, quod Princeps noſter, conſilia defuncti fratris *Conradi* ſecutus, *Henrico, ſe, cum omnibus theſauris, tradiderit, pacem cum eo fecerit, amicitiam promeruerit, eamque fideliter, familiariterque, usque in finem, obtinuerit &c.*

(4) Quæ porrò de eo notanda, expoſui in ipſius vita, præced. Tit. XI pag. 941. &c. Anno 939. ab amicis Imperatoris, *Ottonis, Udone* & *Conrado*, eum interfectum, ibidem, pag. 942. notavi.

(32) CONRADUS II.

Cujus vitam, inter *Lotharingiæ Duces*, v. 14. p. 258. deſcripſi.

(33) OTTO.

(1) Multum vexat Scriptores, etiam politiſſimos, Princeps hic, quibus ſcilicet Parentibus ſit ortus? *David Chytræus*, lib. XII. *Saxon.* pag. 300. *Georgius Spalatinus, in der Chronica und Herkommen der Churfürſten und Fürſten zu Sachſen*, Tit. I. apud *Hortlederum T. I. von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. IV. Cap. XXIII. pag. 1485. & Tit. IV. pag. 1514. *Erneſtus Brotuff*, lib. 1. *Chron. Merſeburg*, cap. I. verb. Ludolphus *iſt ein Hertzog zu Schwaben worden —— des* Ludolphi *Gemahl war Fraw* Ida, *oder* Hilda, *eine einige Erb-Tochter Hertzogen* Hermanni *zu Schwaben, die iſt ihm, nach Chriſti Geburt, im Jahr* 948. *vertrauet. Mit der hat Hertzog* Ludolphus *gezeuget einen Sohn*, Ottonem, *Hertzogen zu Schwaben; und* Otto *hat gezeuget einen Sohn*, Brunonem, *Hertzogen zu Schwaben, welcher* Bruno *iſt, durch Hülffe Kayſer* Ottonis *des III. ſeines Vettern, Bapſt zu Rom worden, und iſt* Gregorius V. *genant &c. Franciſcus Guilimannus*, de *Vera Origine & ſtemmate Conradi Salici; Henningeſius* Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 4. *Blondellus, Geneal. Franc. plenior. Aſſert.* pag. 169. aliique multi, conſtituunt Eum filium *Ludolfi, Alemanniæ* Ducis, &, ex eo, *Ottonis Magni* Imp. nepotem; quorum ſententiæ ſuffragari videntur (1) *Ditmarus*, lib. IV. pag. m. 41. & apud Dn. de *Leibnitz* T. 1. *Rer. Brunſuic.* pag. 353. ſcribens, de *Ottone III.* Imp. *Dehinc Romam veniens glorioſè*, NEPOTEM SUUM, BRUNONEM, OTTONIS FILIUM DUCIS, *in loco Johannis Papæ nuper defuncti, cum omnium laude præſentium, conſtituit &c.* (2) *Glaber Rodulfus*, Cluniacenſis Monachus, lib. 2. cap. IV. referens eum inter laudati Cæſaris Conſanguineos: *Contigit, initio Imperii Ottonis, ut Sedes Apoſtolica Urbis Romæ proprio viduaretur Pontifice; ipſe verò illicò Imperiali uſus præcepto, quendam ſuum Conſanguineum, cujusdam Ducis filium, delegit, atque, ex more, in Sede Apoſtolica ſublimari mandavit &c.* aſſeclam habens, *Martinum Polonum*, in *Chronolog. Paparum & Imperatorum*, pag. m. 366. *Gregorius V. Natione Saxo, ex patre Othone, ſedit annis duobus, menſibus quinque. Hic, Bruno antea dictus, cum eſſet Conſanguineus Ottonis III. ad inſtantiam Imperatoris, eſt in Papam electus &c.* nec non *Wernerum Rolewinckium. Faſcic. Tempor.* æt. VI. ad ann. 994. apud *Piſtorium*, pag. 70 *Iſte Gregorius factus fuit Papa, ad inſtantiam Imperatoris Othonis III. Vir Venerabilis, & ipſius Othonis Conſanguineus. Dictus fuerat antea Bruno &c*, & *Amalrici Augerii de Biterris*, Catalogum MS. Paparum, apud Dn. de *Leibnitz T I. Rer. Brunſuic.* pag. 576. *Gregorius V. natione Saxo, & ex Patre, Ottone —— prius Bruno vocabatur, & erat Conſanguineus Ottonis, tunc Imperatoris, Tertii &c.* (3) *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, pag. m. 425. *Erant duo Chunones, quorum unus, quod majoris ætatis eſſet, Major Cuno vocabatur, alter autem Junior Cuno dicebatur, ambo in Francia Teutonica Nobiliſſimi, ex duobus fratribus nati, quorum alter Hetzel, & alter Chuno, dictus eſt. Ipſos vero ab Ottone, Duce Francorum, natos accepimus, cum duobus aliis, Brunone & Wilhelmo, ex quibus Bruno, Apoſtolicæ Sedis Romanae Eccleſiae Papa effectus, mutato nomine, Gregorius appellatus eſt. Wil-*

Digitized by Google

helmus, factus Argentinenſis Eccleſiæ Epiſcopus, miro modo eam ſublimavit &c. (4) Auctor *Vitæ Meinwerci Paderbornenſ.* Cap. X. apud *Surium*, 5. Junii, pag. 86. *Johanne Papa defuncto, Brunonem, cognominatum Gregorium, Ottonis Ducis filium, in Sedem ejus locavit.* (Otto III.) (5) Auctor *Fragmenti* Chronico MS. *Alberti Argentoratenſis* præfixi, ad ann. 997. apud *Urſtiſium*, T. 2. *Rer. German.* pag. 83. *Bruno, filius Ottonis, Ducis Alemanniæ, Romæ Papa electus & ordinatus, Gregorius V. vocatur.* (6) *Siffridus*, Presbyter Miſnenſis, lib. I. *Epitomes*, apud *Piſtorium*, pag. 689. *Hic* (Otto III.) *Imperator Gregorium V. in Sedem Apoſtolicam conſtituit, qui prius Bruno vocabatur, è Domo natus Saxonica.* Rectius autem *Aventinus*, lib. V. *Annal. Boicorum*, Cap. IV. §. 15. pag. m. 483. Parentem ejus vocat *Conradum*, cui in Ducatu ſucceſſit, inquiens: *Dumque Ravennæ OTTO caſtra facit, nunciatur ei mors Epiſcopi Romani: Brunonem igitur, domeſticum ſuum Sacerdotem, virum apprimè ſtudioſum, atque perquam doctum, filium Ottonis, Nepotem Conradi, ab Ugris, ad Auguſtam Rhætiæ, ante annos unum & quadraginta, occiſi; pronepotem, ex filia, Luitgarda, Imperatoris Ottonis Magni, Cæſaris Auguſti, Pont. Max. capit. Gregorium V. vocat &c.* Faciunt hanc in rem, (1) coævum *Conrado Salico* Chronicon MS *Bibliothecæ Vindobonenſis*, apud *Lambecium*, lib. 2. *Comment.* iſtius *Bibliothecæ*, Cap. V. pag. 394. *Ejusdem Arnulphi tempore, Ipſiusque juſſu atque conſenſu, Gallorum Populi elegerunt Odonem Ducem ſibi in Regem. Hic diviſio facta eſt inter Teutones Francos, & Latinos Francos. Arnulfus Imperator Lotharingiam dedit filio, nomine Szuendpoldo, ex pellice genito. Mortuo Arnulfo, Ludovicus Puer, Ejus Filius, impetravit quatuor annos, cui Conradus, deficiente ſæpe dicta Imperatoria ſtirpe Nobili Francorum, quamvis non de eodem ſtemmate ortus, feliciter ſucceſſit. Conradus, prævidens, ſibi extremam imminere horam, juſſit evocare Heinricum, Ducem Saxoniæ, cui & ſceptrum dedit, & diadema capiti ejus impoſuit. Qui Heinricus duos filios habuit, Ottonem I. Imperatorem, & Inricum, Ducem Bajoariæ. Otto Imp. generavit Secundum Ottonem Imperatorem, cui conjuncta eſt Stephana, Nobiliſſima Græcorum, ex qua ſibi genitus eſt Tertius Otto Imperator. Quo evocato, de valle lacrymarum, ad ſyderea Regna, Heinricus, Dux Bajoariæ, Pronepos Heinrici, Patris Ottonis I. & Ducis HEINRICI, Deo opitulante, indeptus eſt Imperium, CONRADUS DUX, qui fuit ex progenie CONRADI, Regis prædicti, accepit FILIAM OTTONIS I. Imperatoris, EX QUA NATUS FUIT OTTO DUX. OTTO DUX habuit Filios duos; unus nomine CONO, & alter HEZIL. Ex iſto HEZIL natus fuit CONO, qui modò Rex eſt.* (2) *Chronicon Saxonicum* MS. Bibliothecæ *Eybenianæ* ad ann. 1002. *Ab HENRICO Rege, in Italiam, cum valido Exercitu, contra Hartwigum, dirigitur OTTO, Carentinorum Dux, & Veronenſium Comes, FILIUS CONRADI DUCIS, qui ad fluvium LECH, contra Ungaros pugnans, ſub OTTONE MAGNO Imperatore, occiſus eſt, habuitque EX LUITGARDA, FILIA EIUSDEM IMPERATORIS, FILIUM HUNC, de quo loquimur, OTTONEM, qui morum gravitate, & actuum probitate, parentelam ſuam decorabat &c.* (3) *Ditmarus, Reſtitutus*, lib. V. apud Dn. de *Leibnitz*, *T. I. Rer. Brunſuic.* pag. 370. *OTTO, Carrentorum DUX, & Veronenſium Comes — à CONRADO DUCE, ET LUITGARDA, FILIA OTTONIS I. CÆSARIS MAXIMI, PROCREATUS, morum gravitate, actuumque probitate, parentelam ſuam decorabat &c.* & in fine dicti Libri V. pag. 375. & 376.

Urbs Vormacenſis gaudet temporibus iſtis
Libertate ſua, cujus manebat in umbra
Hactenus, atque DUCUM fuerat ſub lege ſuorum.
BURKARD Antiſtes lætatur & inter heriles
Ex animo Proceres quod non timet amplius hoſtes
Nunc ex contiguo, longè ſemotus ab illo.
Aula Ducis, Domini Domus eſt, jam prædia Chriſti
Et judices varios clerus nunc deprimit illos.
Hoc Rex HENRICUS fecit, pietate coruſcus,
Hanc propriis ſolvens rebus, Chriſtoque remittens.
Annuit iſta Pius OTTO DUX, atque Benignus
Munere Regali conceſſit abunde teneri:
Ex hoc læsantes ſint ſemper quique fideles.

Hinc ſua *Lehmannus* lib. IV. *Chron. Spir.* Cap. 3. pag. 273. (4) *Conradus Salicus*, in Charta *Donationis*, an. 1026. *Wormatienſi* Eccleſiæ factæ, præfixa Libris XX. *Decretorum* Wormacienſium Præſulis, *Burchardi*, Sec. XI. congeſtis, pag. 3. *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Conradus, divina favente Clementia, Rex. Noveris — tale prædium, quale AVUS NOSTER, OTTO WORMACIENSIS, habuerat, & Foreſtum in FOREHEHE, cum Foreſteriis, manſis, & Banno Regio — data XVI. Cal. Martii. Indict. VIII. Anno Domin. Incarnat. M. XXVI. Anno autem Domini Conradi Secundi Regis II. Actum Auguſtæ &c.* (5) Epitaphium *Brunonis*, ſeu *Gregorii V. P. R.* apud *Baronium*, Tom. X. *Annal.* ad an. 999. lit. d. p. m. 914.

Hen-

Heuningeſium l. c. Part. 2. pag. 4. & Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 576.

Hic, quem tegit humus, oculis vultuque decorum,
Papa fuit, Quintus nomine Gregorius.
Ante tamen Bruno, FRANCORUM *Regia proles,*
FILIUS OTTONIS, *de Genetrice Judith.*
Lingua Teutonicus, Uvangia doctus in Urbe,
Sed juvenis Cathedram ſedit Apoſtolicam,
Ad binos annos, & menſes circiter octo,
Ter ſenos, Februo connumerante, dies.
Pauperibus dives, per ſingula ſabbatha veſtes
Diviſit, numero cautus Apoſtolico.
Uſus Francigena, Vulgari, voce Latina,
Inſtituit Populos eloquio triplici.
Tertius Otto ſibi Petri commiſit ovile,
Cognatis manibus unctus in Imperium.
Exuit & poſtquam terrenæ vincula carnis,
Æquivoci dextro ſubſtituit lateri.
Deceſſit XII. Kal. Martii.

Apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pro: *Hic, quem tegit humus;* legitur: *Hic, quem claudit humus.* (6) *Otto Friſingenſis,* lib. VI. *Chronic.* Cap. XX. p. m. 128. memor prælii ad Licum, an. 955. cum Hungaris geſti: *Cecidit in eo prælio Dux Illuſtris Warmacienſis, & Gener Regis, Conradus &c.* & Cap. XXVIII. pag. 131. ad ann. 1025. *Defuncto ſine filiis Henrico, Conradus, Natione Francus, conſilio Anteceſſoris ſui, cujus tamen, dum adhuc viveret, gratia carebat, ab omnibus electus, LXXXVIII. ab Auguſto Regnum ſortitur. Hic, ex parte Patris, à Conrado, Varmatienſium Duce, qui in prælio cum Ungaris, ſub* OTTONE *habito, occubuerat, proſapiam ducens &c* (7) *Albericus,* Monachus trium fontium, ad an. 1024. p. m. 56. *Hic inſerendum eſt, quod filia Primi Imperatoris Ottonis, ſoror vero ſecundi, nomine Juditha,* (Lutgarda) *Duci Wormatia Conrado, qui etiam fuit Dux Bullonii .... peperit Ducem Ottonem, de quo Ottone nati ſunt: Cono, Dux memoratus, & Henricus, Pater hujus Conradi;* (Salici) (8.) *Gobelinus Perſona;* ætat. VI. *Coſmodromii,* Cap. LI. apud *Meibomium* Tom. 1. *Rer. German.* pag. 254. *Gregorius V. Natione Teutonicus, Filius Ottonis, Ducis Carinthiæ, qui prius dictus fuit Bruno &c.* Errat igitur *Wilhelmus* quoque *Dilichius,* Part. 2. *der Heſſiſchen Cronick,* pag. 114. memor *Conradi Sapientis,* Principis noſtri Parentis: OTTO, *Hertzog Conradts Bruder, ſo allein vom Geſchlecht noch ubrig war, bekam alle ſeine Lande, und alſo auch Heſſen &c.* quandoquidem non ejus *frater,* ſed *filius* fuit; & *Lehmannus* l. c. memor Principis noſtri: *Otto fuit Frater Henrici Imperatoris Bavari &c.* duobus hiſce Principibus non niſi ſexto gradu ſibi invicem junctis. Non minus ceſpitat *Ademarus,* Monachus *S. Eparchii,* in Chronico, apud *Labbeum* T. 2. *Biblioth. MS.* pag. 169. inquiens: *Cum Gregorius Papa, Frater Imperatoris, deceſſiſſet &c.* Quis unquam dixerit *Brunonem* Papam fuiſſe *Ottonis III.* fratrem? Mendum inſuper *Theodorici de Niem* eſt, de *Privilegiis & Juribus Imperii,* apud *Schardium, de Juriſdictione Imperiali* pag. m. 264. ſcribentis: *Conradus verò Dux Franciæ Orientalis, fuit Pater* (ut quidam volunt) *Gregorii Papæ Quinti, qui ſepultus jacet in Capella S. Gregorii Papæ, in Baſilica Principis Apoſtolorum .... qui prius BRUNO vocabatur &c.* cum *Conradus* non Pater *Brunonis,* ſed Avus extiterit.

Ad objectiones teſtimoniorum prioris ſententiæ reſpondeo, (1) vocem, NEPOTEM, qua *Ditmarus,* reſpectu *Ottonis III.* Imp. Papam *Brunonem* appellat, æquè intelligi poſſe de Nepote ex Conſobrino, *Ottone, Luitgardæ* filio, quam ex Conſobrino, LUTOLFI, *Luitgardæ* fratris, filio; quia LUDOLFUS laudati Imperatoris *Patruus,* & *Luitgarda* ejus *amita,* erant, adeoque liberi, ex iis nati, pari gradu ipſi conjuncti. Ad (2) *Conſanguineorum* appellationé, qua *Glaber, Martinus Polonus, Wernerus Rolewinckius &c.* dictum Papam Cæſareæ vindicant Familiæ, non ſemper *Agnatos,* ſed & *Cognatos,* exemplis mille teſtibus, apud veteres denotari; ad (3) *Wipponem* nihil aliud docere, quam *Ottonem, Franconiæ Ducem* quatuor genuiſſe Filios; *Hezilonem, Conradi Salici* Imp. Patrem; *Chunonem, Chunonis Minoris* Parentem; *Brunonem* Papam, & *Wilhelmum,* Argentinenſem Epiſcopum. Sequiturne inde, quod OTTO noſter LUDOLFI Ducis fuerit filius? aut negativè, quod LUITGARDÆ, *Ludolfi* ſororis, filius non fuerit? Ad (4) in vita *Meinwerci,* BRUNONIS Papæ Genitorem nudè nominari, ſine additamento, queis Parentibus ipſe ſit ortus, Ad (5) Vocabulo *Alemanniæ.* non ſemper *Suevíam,* ſtrictè ſic dictam, ſignificari, ſed ſæpius etiam *Franconiam.* Ad (6) *Siffridum* oſtendere genus *Brunonis,* quoad aviam.

(2) Uxorem habuiſſe fertur *Judittam,* de qua *Philippus Simon, in ſeiner Hiſtoriſchen Beſchreibung aller Biſchoffe zu Speyer,* in vita Reginbaldi, Traditionis chartam de ann. 977. producendo, ait: *Zu wiſſen ſey allermänniglich, wie ich, Otto, von Gottes Gnaden, Hertzog, angeſehen das Heil meiner Seelen, und meiner Eltern, mit Willen und Rath meines Gemahls Judithen, auch meiner dreyen Söhne, Heinrichen, Brunonen, und Cunonen, darzu mit Rath und Zelaſſung Käyſer Ottonis des II. &c.* Lubenti animo inſpexiſſem idioma chartæ Latinum, ut de veritate e u cogno-

Digitized by Google

cognoſcerem. *Henningeſius* l. c. inquit: *Uxor* (Ottonis noſtri, *Himmeltraudis, aliis Juditha, Lotharingica &c.* Dn. *Imhoff, Tabb. Geneal. der Europæiſchen Reiche*, Tab. IV. *Otto, Hertzog in Francken. Gemahlin Judith &c.*

(3) Liberos ejus præfata *Wipponis*, aliorumque verba complectuntur. De *Cunone*, legas quoque *Vitam Meinwerci* Paderbornenſis, Cap. LXXII. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 551. En ſchema.

Udo Comes.

Conradus I. Comes. Dux Thuringiæ †. 905. — *Gebhardus*, ann. 910. in bello Hungarico, occiſus. — *Rudolphus*, Herbipol. Epiſcopus; † an. 908. — *Eberhardus*, in prælio cum *Adelberto* Babenbergico an. 902. interfectus.

Conradus I. Rex German. — *Wernerus* Comes, — *Eberhardus* D. Franc. †. 939. — *Wida*, Ux. (1) *Burchardi*, D. Sueviæ. (2) *Hermanni*, ejus ſucceſſoris.

Conradus I. cogn. Sapiens, Dux Franciæ Orientalis, vulgò Wormatienſis, ut & Lotharingiæ &c. †. 955. Ux. *Lutgarda*, fil. *Ottonis I* Imp.

Otto, Dux Franconiæ &c. Ux. Juditta. De quibus hic ſermo.

Henricus, ſeu *Hetzel*, Dux Franconiæ. Ux. *Adelheid*, fil. *Conradi* Com. Metenſis. Vid. præced. Tit. V. Vita *Conradi Salici*, pag. 516. — *Bruno*, electus P. R. ſub tit. *Gregorii V.* †. 999. — *Cuno*, ſeu *Conradus*, Dux Carinthiæ, †. 1011. Ux. *Mechtild*, fil. *Hermanni II.* Duc. Alemann. — *Wilhelmus*, Præſul Argentorat. †. An. 1045.

Cuno Major, alias *Conradus* cogn. *Salicus*, Imperator, †. 1039. — *Gerhardus* Epiſc. Ratisbonenſis, †. 1060. — *Cuno Minor*, alias *Conradus*, D. *Franconiæ*, & poſtea etiam *Carinthiæ*. †. 1039. Kal. Aug. — *Bruno* Epiſc. Herbipolenſis, †. 1045.

Henricus III. Cæſar, †. 1056.

Henricus IV. Cæſar, †. 1106.

Henricus V. Cæſar, †. 1125. — *Agnes*, Ux. *Friderici*, Ducis Sueviæ, Gentis Hohenſtauffiorum.

(4) Num ſtatim, ab exceſſu Parentis, *Conradi Sapientis*, adeoque ab anno 955. *Franconiæ Ducatum* rexerit, aſſirmare non poſſum; ſed nec *Lehmanno* aſſentior, qui *Ducatum* iſtum, extunc, ad annum usque 1002. à Wormatienſibus Epiſcopis adminiſtratum contendit; fundamentum aſſerti præfati ſunt verſus ex *Ditmaro* adducti, quibus annectit: *Aus dieſen Verſen erſcheint, daß die Statt Worms, zur Zeit Kayſer Henrichs des Andern, ſo von Anno* 1002. *biß auf* 1024. *regieret, und bevorab zu Anfang ſeiner Regierung, vom ableiben Hertzog Cunrads, ſo ins Iahr* 955. *gefallen, eines Hertzogen gemangelt, und Biſchoff Burkhard daſelbſt der Verwaltung und Gerechtigkeit des Hertzogen in der Statt, und Wormbſer-Gaw, ſich angemaßt, aus des Kayſers und Hertzogen Pallaſt ein Kirch erbauet,* (*Bruſch. in Chron. Epiſcop. ſub Burchardo*) *und der weltlichen Aemter Herr worden, und ſeine Geiſtliche denſelben zu Haupten geſezt, darauf die zween Verſe deuten:*

Aula Ducis, Domini, Domus eſt, jam prædia Chriſti,
Et Judices varios Cleris nunc deprimis illos.

Contrariantur his, quas, ex *Philippo Simone*, modò protuli. Rectius Dn. *Tolnerus*, Cap. VII. *Hiſtor. Palat.* pag. 181. *Wormatienſe autem Palatium Dagoberti, Francorum quondam Regis, Prætoriumque Ducis Vangionum, Conradi, cogn. Sapientis, cum illud Succeſſori filioque bujus, Ottoni, atque Nepoti, Henrico, Caſtellum eſſet forenſis latrocinii, opera tandem Henrici II. Imp. ipſe Dux Bruchſallam ſe recipere, & oppido omne jus ſuum vendere coactus fuit; ſicque Civitas Wormatienſis in libertatem vendicata, Imperio acceſſit, & Bruchſalla, in Graichgovia, permutatione facta, Henricum inter, Franconiæ Ducem, & B. Burchardum, Epiſcopum Wormat. pro Palatio Ducis,* (*quod deinde, ab eodem Epiſcopo, in Collegium Canonicorum S. Pauli converſum fuit, vid. Bruſchium, de Epiſcopis Wormat. & Freherum, in Origin. Palat. Cap.* 13.) *tradita fuit Duci &c.* Conf. Dn. *Friderici Lucæ Reichs-Furſten Saal*, pag. 268.

(5) De

(5) De anno obitus ejus, altum apud Veteres ſilentium.

(34) HENRICUS I. ſeu HETZELO.

(1) Fuit filius modò laudati Ducis, *Ottonis*; ceu ex dictis conſtat.

(2) Conjugem habuit *Adelheidam*, vel *Adelbertam*, *Gerhardi & Adelberti*, Metenſium Comitum, ſororem; vid. *Wippo*, in vita *Conradi Salici* pag. m. 425. cujus verba præced. Tit. V. pag. 516. habentur.

(3) Liberi erant:

Conradus Salicus Imperator, cujus vitam præced. Tit. V. p. 516. &c. exhibui. Corrigendus hinc *Henningeſius*, Part I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia* pag. 39. nec non *Morery*, diction. voc. *Burchard, Evêque de Worms*, pag. 518. & voc. *Conrad II.* pag. m. 239. Clar. Dn. *Paullini Hiſtor. Virginum Collegii Visbecenſis*, §. 49. pag. 60. aliique, Imperatoris hujus Patrem, *Hermannum* vocantes. Quem errorem etiam Dn. *Toluerus*, Cap. VII. *Hiſt. Palat.* pag. 118. notavit.

Gevehardus Ratisbonenſis Epiſcopus, qui Sacros Ordines ſuſcepit an. 1027. teſtibus *Lamberto Aſchaffenburgenſi*, h. a. pag. 159. *Gebehardus, Frater Imperatoris,* (Conradi) *coactus eſt, ex Laico, Clericus fieri &c.* & *Vita Meinwerci Paderbornenſis*, Cap. 98. an. eod. apud *Surium*, 5. Junii, p. 102. & Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 558. *Facta eſt generalis Synodus Franconovordi, Epiſcoporum XXII. in qua, præſidente Imperatore - - - - Gebehardus juvenis, Frater Imperatoris, arma deponens, Clericalem tonſuram invitus accepit &c.* Annoque 1036. Epiſcopatum eſt adeptus; Vid. *Hermannus Contractus* h. a. pag. 322. *Gebhardo ſecundo, Ratisponenſi Epiſcopo, defuncto, tertius Gebehardus ſucceſſit &c.* An 1050. *Gebehardus, Ratisponenſis Epiſcopus, cum Conrado, Duce Bajoariæ, & Adelberto Marchione, aliisque quibusdam Epiſcopis & Principibus Bajoariæ, Heimenburgum reædificant, & magnam Hungarorum copiam, ſe invadentem, proſternunt &c.* Hæc *Hermannus Contractus* h. a. pag. 331. Conf. *Chronograph. Saxo*, an. eod. pag. 251. *Ungarii item rebellant, quibus Gevehardus, Ratisponenſis Epiſcopus, qui fuerat Imperatoris (Henrici III.) Patruus, obviam veniens, vice Regis, in fugam converſos, non modica cæde afflixit; inſuper Urbem Heemenburch, in Marca poſitam, ædificiis reſtauravit, & militari cuſtodia muniri fecit, ipſeque, ſumma cum pace, regreſſus eſt &c.* Ann. 1051. *ad depopulandam Septentrionalem Danubii partem*, transmittitur ab *Henrico III.* Imp. *Andreæ*, Hungarorum Regi, arma inferente. Vid. *Herman. Contract.* h. a. pag. 322. an 1052. *Diſcordia inter Gebehardum, Ratisponenſem Præſulem, & Conradum, Bajoariæ Ducem, mota & agitata &c.* Ita *Hermannus Contractus* h. a. p. 334. an. 1055. *Gebehardus, Ratisponenſis Epiſcopus, & Welfus Dux, licentiam repatriandi ab Italia impetraverant, militesque eorum, illis, ut ajunt, ignorantibus, contra Imperatorem, conjuraverunt &c.* Ejusdem continuator, h. a. p. 336. An. 1056. *Gebehardus, Ratisponenſis Epiſcopus, ab Imperatore, de conjuratione, contra ſe facta, victus, primum in caſtro Ulſilingino, dein in Stofola, per aliquod tempus, ſub cuſtodia tenetur &c.* Idem h. a. pag. 337. add. *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 254. *Gevehardus, Ratisponenſis Epiſcopus, Henrici Imperatoris Patruus, hoſtis occultè peſſimus deprehenſus, & convictus, atque cuſtodiæ mancipatus, ſed miſerabiliter tractatus, de exilio remittitur, ſedique priſtinæ reſtituitur &c.* Tandem deceſſit anno 1060. *Gebehardus, Ratisponenſis Epiſcopus, obiit &c.* Hæc *Continuator Hermanni Contracti* h. a. pag. 337. Conf. *Lambertus Aſchaffenburg.* ann. eod. pag. 166. *Gebehardus, Ratisponenſis Epiſcopus, obiit &c.* Locum ſepulturæ, Monaſterium ſcilicet *Orangam*, nominat *Henningeſius* l. c. pag. 38.

(4) *Franconiæ Ducatum* Eum rexiſſe, fatentur omnes, qui *Conradi Salici* Parentem Franconiæ Ducem appellant.

(5) Quo anno deceſſerit, reperire non potui, niſi huc trahenda fortè ex *Necrologio Fuldenſi*, ad ann. 989. apud Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 765. verba: *Heinrichus Dux*; ſcil. obiit.

(35) CONRADUS III.

Hic eſt ipſe *Conradus*, qui inter Imperatores *Salicus* appellatur, cujus vitam præced. Tom. I. Tit. V. pag. 516. &c. delineavi.

(36) CONRADUS IV.

(1) Parentem habuit *Cunonem*, Carinthiæ Ducem, modo laudati *Hezelonis*, fratrem, anno 1012. defunctum, ſi vel *Hermanno Contracto*, ad h. a. pag. 319. fidem adhibeamus, ubi: *Conradus Dux, filius Othonis, obiit &c.* & in Codice Novo: *Cuonradus, Dux Carentani, moritur, Adalberoni Ducatum reliquit &c.* Conf. *Ditmarus*, lib. VI. an. eod. pag m. 79. *Cunradus, & Hermannus Puer, Duces egregii, obierunt &c.* & *Chronicon Quedlinburgenſe*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* T. 2. *Rer. Brunſuic.* pag. 288. & 289 *Conradus Dux, Regiæ ſtirpis, humanum debitum exolvit &c.* In *Necrologio Fuldenſi*, ad ann. 1011. apud eundem Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 3. pag. 766. refertur ejus obitus ad an. 1011. verb. *Cuonradus Dux*, 2. Id. *Decemb.* ſcil. obiit. Genealogiam probat *Wippo* pag

pag. m. 425. verbis præced. v. 33. in vita *Ottonis*, Principis noſtri Avi, occurrentibus.

(2) Varias, ab initio, Cæſari turbas dedit, de quibus *Otto Friſingenſ.* lib. VI. *Chron.* Cap. XXVIII. pag. m. 132. *Circa idem tempus* (quo Polonia facta Imperio tributaria) *Conſanguineus Regis, Conradus Vangionum, & Ernuſtus, Privignus Ejus, Suevorum, ſeu Alemannorum, Duces, Regi, cum multis aliis, rebellare attentant &c.* Conf. præced. Tit. V. in vita *Conradi Salici*, v. 4. ad ann. 1025. pag. 518. & 519. Anno 1027. abſente in Italia Cæſare, novis domi motibus exortis, *Chuno, Dux Wormatienſis, Patruelis Imperatoris, nec fidus Imperatori, nec tamen multum noxius illi, interim quietus manebat &c.* Ita *Wippo*, ad hunc annum, pag. 434. Redux ex Italia Imperator, *deſcendens per Rhenum, in Franciam* (Orientalem) *venit, ibique Dux Chuono, Patruelis ejus, prius rebellis, ſe reddidit, quem Imperator in liberis cuſtodiis aliquantulum caſtigavit, deſtructisque munitionibus ſuis, quas optimas habuit, in gratiam illum recepit, totumque* (in) *honorem ſuum ſibi reſtituit.* Hæc idem l. c. pag. 435. Anno 1034. Ducatu quoque *Carinthiæ* auctus fertur; ita ſanè *Wippo* l. c. pag. 435. *Paulo poſt, Adelbero, Dux Hiſtrianorum, ſive Carintanorum, reus Majeſtatis, victus ab Imperatore, cum filiis ſuis, exulatus eſt: & Ducatum ejus iſte Chuono, ab Imperatore ſuſcepit. Quem Ducatum Pater ejusdem Chuononis dudum habuiſſe perhibetur. Ita Dux Chuno fidus & benè militans Imperatori, & filio ſuo, Heinrico Regi, quousque vixerat, permanſit.* Quo tempore id contigerit, docet idem, ad ann. 1034. pag. 440. *Adelbero, Dux Carantanorum, Imperatoris gratiam perdens, Ducatum amiſit, & in exilium miſſus eſt &c.*

(3) Strenuam Cæſari operam in Italia navans, cum domum reverteretur, in itinere morbo correptus moritur ann. 1039. Vid. *Hermannus Contractus* ad h. a. pag. 323. *Conradus Dux, & Adalbero Dux, obierunt &c.* & *Wippo*, in carmine, Hiſtoriæ *Conradi Salici* annexo, pag. 433. ann. eod.

Heu quantum crudelis annus! corruerat Herimannus,
Filius Imperatricis, Dux timidus (timendus) *inimicis.*
Ruit Chuno, Dux Francorum, & pars magna ſeniorum,
Rex Deus, vivos tuere, defunctis miſerere:

add. *Necrologium Fuldenſe*, ann. eod. l. c. pag. 768. *Cuonradus Dux*, ſcil. obiit. *Otto Friſing.* lib. VI. *Chron.* Cap. 31. pag. 134. *Conradus Rex, ſubacta ad Romam Italia Citeriori, Appenninum tranſiens, Regina, Romam orationis gratia eunte, ac poſt ad Ipſum revertente, ipſe, Apuliam ingreſſus, ac Terræ illius Urbes, Capuam, Beneventum, aliasque quam plures, pervagatus, per Adriatici maris oram, domum remeare diſpoſuit: ſed cum, per lætifera loca, iter ageret, ex corruptione aëris, plurimos de Exercitu, & de Claris Principibus, perdidit. Mortui ſunt ibi, inter alios, Hermannus Dux, Reginæ filius; Kunigunda, filii Regis ſponſa; Cono, Francorum Dux, & alii quamplures &c.* eadem repetente *Alberico, Monacho trium fontium*, an. eod. pag. 71.

(37) HENRICUS II.

Filius *Conradi Salici* Imp. defunctis agnato, *Conone*, ſeu *Conrado*, & Patre ejusdem nominis, ann. 1039. Imperator electus, vulgò *Tertius*, cogn. *Niger*, *Franconiæ Ducatus* adminiſtrationem ipſemet ſuſcepit. Hinc rectè *Hemingeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 38. *Henricus III. Niger, natus 5. Kal. Nov. Anno Chriſti* 1017. *Imperator, Rex Burgundiæ, & Dux Franconiæ &c.* & pag. 40. *Henricus III. Niger, Imperator, Rex Burgundiæ, Dux Franconiæ &c.* Vitam ejus præced. Tit. V. inter Imperatores, p. 522. &c. deſcriptam offendis.

(38) HENRICUS III.

Inter Imperatores, ſeu *Germaniæ* potius Reges, *Quartus* hujus nominis; Anteceſſoris ſui filius, & ipſe *Franconiæ Ducatum* adminiſtravit. Vita ejus habetur præced. Tit. V. p. 529. &c.

(39) HENRICUS IV.

Henrici Anteceſſoris filius, itidemque Imperator, cujus vitam præced. Tit. V. pag. 548. &c. perluſtravi. Prole maſcula orbatus, tradidit *Franconiæ Ducatum* Nepoti ſuo, ex ſorore, *Agnete*, *Conrado*, *Friderici*, Sueviæ Ducis, filio.

(40) CONRADUS V.

Eſt hic ipſe, *Friderici*, Sueviæ Ducis, & laudatæ *Agnetis, Henrici* V. Imp. ſororis, filius, ab Avunculo *Franconiæ Ducatu* auctus, de quo *Conradus Urſpergenſ.* ad ann. 1116. pag. 197. *Imperator, Ducatum Orientalis Franciæ, qui Wirziburgenſi Epiſcopo, antiqua Regum ſucceſſione, competebat, Chunrado, Sororis ſuæ filio, commiſit &c.* Hinc ſua *Cranzius*, lib. V. *Saxoniæ*, Cap. XXXVII. & Dn. *Schatenus*, lib. VII. *Annal. Paderborn.* ad ann. 1116. pag. 684. ut & Dn. *Schilterus*. Comment. in *Jus Alemann. Feudale*, Cap. XLII. §. XI. pag. 245. quamvis ad ann. 1115. *Ducatus Franciæ, ex antiquo Eccleſiæ Herbipolenſi debetur, quem tamen Imperator, Henricus IV. anno 1115. ſucceñſus Epiſcopo, Conrado, nepoti ſuo, conceſſit &c.*

Hæc

Digitized by Google

Hæc autem non accipienda, de *Ducatu totius Franconiæ,* quippe qui Herbipolenſi Præſuli nunquam competiit, ſed de *Ducatu* ſaltem Epiſcopi per Epiſcopatum ſuum; ceu præced. Tit. XV. §. 13. lit. d. pag. 1181. oſtendi. *Ducatus totius Franconiæ* adhuc penes ipſum erat Imperatorem, poſtea demùm in dictum *Conradum* translatus; quo anno? non liquet; minimùm antè obitum Principis. Spectant huc Verba *Halberſtadenſis* Chronici, apud Dn. de *Leibnitz* T. 2. *Rer. Brunſuic.* pag. 134. *Henricus, hujus vocabuli Quintus Imperator, ſentiens, imminere ſibi diem mortis ſuæ, advocatis conſobrinis, Conrado, Duce Francorum, & Friderico, Duce Sueviæ, de ſtatu Regni, cum eis, prout potuit, tractavit, communicansque (ſacro) viatico defunctus eſt, anno Regni XX. Imperii verò XIV. 10. Kal Junii, Domini Ottonis, Halberſtadenſis Epiſcopi, anno ordinationis ſecundo, & ſepultus eſt Spiræ. Cum igitur Electores Regni, in ſubſtituendo Rege, operam darent, diſceſſione orta inter eos, alii Lotharium, Ducem Saxoniæ, alii verò Ducem Conradum Francorum Orientalium, elegerunt &c.* adeoque, jam ante obitum avunculi, *Dux Franconiæ* inclaruit. Reliqua, de eo notanda, in Vita ipſius, inter Imperatores, præced Tit. V. p. 568. &c. occurrunt.

(41) FRIDERICUS I.

Parenti *Conrado*, in *Franconiæ Ducatu* ſucceſſit Princeps hic, à ſede, *Rotenburg*, *Fridericus de Rotenburg* nuncupatus, cujus vitam, præced. Tit. V. in vita *Conradi III.* imp. v. 3. pag. 568. &c. inſpeximus. Deceſſit in Expeditione Italica, an. 1167. vel, ut aliis videtur, 1168. vid. l. c.

(42) FRIDERICUS II.

Inter Imperatores audit *Fridericus Barbaroſſa*, mortuo *Conrado III.* Patruo, electus Cæſar, cujus hiſtoriam præced. Tit. V. pag. 572. & ſeqq. expendi. Fratruelis, *Friderici Rotenburgici*, hereditatem & poſſeſſiones Eum adiiſſe, ex quo Iſte obierat, dictum ibid. ad ann. 1167. pag. 585.

(43) CONRADUS VI.

Imperatoris *Friderici Barbaroſſæ* filius. *Franconiæ Ducatum* nactus eſt à Parente, ann. 1167. Vid. ſupr. l. c. pag. 585. *Sueviam* ſimiliter, ab exceſſu Fratris, *Friderici*, à fratre *Henrico VI.* Imp. in Eum translatam, l. c. pag. 574. notavi Ad plures abiit an. 1196. vid. l. c. Paria poſthac *Franconiam*, cum *Suevia*, ſubiiſſe fata, eſt in propatulo.

v. (17) VI.

BAVARIÆ DUCES.

( ) *Bojos* origine eſſe *Gallos*, in *Hercynios* poſtea ſaltus deductos, diſertè tradit *Tacitus*, de *Moribus Germanorum*, Cap. XXVIII. verb. *Validiores olim Gallorum res fuiſſe, ſummus Auctorum, Divus Julius, tradit: eoque credibile eſt, etiam Gallos in Germaniam transgreſſos. Quantulum enim amnis obſtabat, quo minus, ut quæque Gens evaluerat, occuparet, permutaretque ſedes promiſcuas adhuc, & nulla Regnorum potentia diviſas? Igitur inter Hercyniam Sylvam, Rhenumque & Mœnum amnes Helvetii; Ulteriora BOII, GALLICA UTRAQUE GENS tenuere. Manet adhuc BOIEMI nomen, ſignificatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus &c.* Innuit Librum VI. Commentariorum *Cæſaris* de *Bello Gallico*, pag. m. 242. & 243. Edit. *Arnoldi Montani*, Anno 1661. *Fuit antea tempus, quum Germanos Galli virtute ſuperarent, & ultrò bella inferrent, ac, propter hominum multitudinem, agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quæ fertiliſſima ſunt, Germaniæ loca, circum Hercyniam ſilvam, quam Eratoſtheni, & quibusdam Græcis, famâ notam eſſe video, quam illi Orciniam appellant, Volcæ Tectoſages, occuparunt, atque ibi conſederunt. Quæ Gens ad hoc tempus iis ſedibus ſe continet, ſummamque habet Juſtitiæ & bellicæ laudis opinionem: nuncque in eadem inopia, egeſtate, patientia, qua Germani, permanent, eodem victu & cultu corporis utuntur &c.* Conf. *Livius*, Tom. 3. lib. XXXII Cap. XXIX. pag. m. 100. Edit. *Joh. Friderici Gronovii*, ann. 1664. *Jam omnia cis Padum, præter GALLORUM BOIOS, Ilvates Ligurum, ſub ditione erant &c.* Tempus transmigrationis, ex eodem diſcimus *Livio*, Tom. I. lib. 5. Cap. XXXIV. pag. m. 430. *De tranſitu in Italiam Gallorum, hæc accepimus. Priſco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia eſt, penes Bituriges ſumma Imperii fuit. Ii Regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunaque quum ſua, tum publica, præpollens, quod, Imperio ejus, Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur poſſe. Hic magno natu ipſe jam, exonerare, prægravante turba, Regnum cupiens, Belloveſum ac Sigoveſum, ſororis filios, impigros Juvenes, miſſurum ſe eſſe, in quas Dii dediſſent auguriis ſedes, oſtendit. Quantum ipſi vellent, numerum hominum excirent, ne qua Gens arcere advenientes poſſet. Tum Sigoveſo ſortibus dati Hercinii ſaltus: Belloveſo haud paulo lætiorem in Italiam viam Dii dabant. Is, quod eis ex Populis abundabat, Bituriges, Arvernos, Senones, Æduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, excivit &c.* & pag 434. *Pœnino deinde BOII, Lingonesque transgreſſi &c.* Ex quo ſimul loco conſtat, verba *Cæſaris* nonnihil eſſe corrupta, legendumque, loco *Volcæ, Vulgò*; quod adverbium quoq; in vetuſtiſſimis Exemplaribus occurrit,

Digitized by Google

rit, ita ut ſenſus ſit: *Hercyniam Silvam, - - - quam illi* (Græci) *Orciniam appellant, vulgò Tectoſages occuparunt &c.* quam lectionem & *Aimoinus* lib. I. de *Geſtis Francor.* Cap. I. pag. m. 248. probat: *Intra Germaniam verò nulla inferius Nobilitate Hercinium jugum prætenditur; de quo videlicet jugo Julius Cæſar, in Hiſtoria Belli Gallici - - - ſcribit: Ea, inquiens, quæ fertiliſſima Germaniæ ſunt loca circum Herciniam Sylvam, quam Erathoſteni, & quibusdam Græcis, fama notam eſſe video, quam illi Orciniam appellant, pervolgè Tectoſages nuncupaverunt, atque ibi conſederunt. Quæ Gens, usque ad hoc tempus, bis ſedibus ſeſe continet &c.* aut plane, ut *Philippus Cluverius*, lib. 3. *German. Antiquæ*, Cap. XXX. p. 116. arbitratur, pro *Volcæ, Boji*; & pro *Tectoſages*, *Celtica Gens*; hacque ratione ſic cohærebit oratio integra: *Hercyniam Silvam - - - quam illi Orciniam adpellant, Boji, Celtica Gens, occuparunt, atque ibi conſederunt.* Prior minimùm lectio vitioſa eſt, quandoquidem *Volcæ Tectoſagæ*, ex Populis *Galliæ Braccatæ*, ſive *Narbonnenſis*, fuerant, at *Livius* apertè docet, non ex *Gallia braccata*, ſed *Celtica*, Colonos, in *Hercyniam* migraſſe ſylvam; Quo nomine *Bojos* quoque intelligendos, affirmat & *Strabo*, lib. VII. *Poſidonii*, meſmor ſcriptorum, inquiens: *Ait etiam, Bojos quondam Hercynium ſaltum incoluiſſe &c.* A colonis iſtis impoſitum *Hercynio* jugo *Bojohæmi*, ſeu *Bojemi*, nomen, vel ipſe monet *Tacitus* l. c.

(2) Commorabantur ibi *Boji*, ad *Auguſti* usque tempora, quibus à *Maroboduo*, *Marcomannorum* Rege, inde ejecti ſunt. Spectat huc *Strabonis* locus l. c. *In eadem* (Germania) *eſt & Hercinius ſaltus, & Suevorum Gentes, partim intra ſalsum habitantes, in quo eſt Bajenium, Marobodui Regia: in quam Regionem ille, cum alios plures, tum populares ſuos, Marcomannos, transtulit &c.* nec non *Tacitus*, de *Morib. German.* Cap. 42. *Præcipua Marcomannorum gloria, viresque, atque ipſa etiam ſedes, pulſis olim Bojis, virtute parta &c.* & *Vellejus Paterculus* lib. 2. *Hiſtor.* Cap. 108. *Nihil erat jam in Germania, quod vinci poſſet, præter Gentem Marcomannorum, quæ, Maroboduo Duce, excita ſedibus ſuis* (Rhenum inter Danubium & Mœnum) *atque in interiora refugiens, incinctos Herciniæ ſilvæ campos incolebat &c.* Pluribus hoc illuſtrat *Cluverius* l. c. Cap. 3. pag. 5. &c. & Cap. 30. pag. 115. & 116. & Dn. *Cellarius*, lib. 2. *Geograph. Antiquæ*, Cap. 5. pag. 308.

(3) Sedibus igitur hisce pulſi in proximos *Vindeliciæ* agros tranſierunt *Boji*, quod *Cluverius*, in *Vindelicia* ſua, & *Norico*, Cap. III. pag. 12. aſſentiente ſibi *Cellario*, l. c. lib. 2. Cap. 7. pag. 332. contra *Marci Velſeri* ſententiam, eos *non Regione, ſed Imperio duntaxat & Dominatu pulſos*, exiſtimantis, latius oſtendit, auctoritate præſertim *Strabonis* fretus, qui lib. IV. ait: *Partes vero Alpium, quæ ortum ſolis proſpiciunt, & item quæ ad Meridiem converſæ ſunt, Rhæti, ac Vindelici tenent, Helvetiis, atque BOJIS finitimi, quorum campis imminent &c.* Scripta hæc eſſe *Junio Silano* & *C. Norbano* Coſſ. adeoque ſexto, *Tiberii* Imperatoris, anno, teſtatur ipſe. Succeſſu verò temporis, relicta, *Vindelicia*, in ſedes usque *Nariſcorum*, id eſt, loca, quæ *Bavari* adhuc hodiè, circa *Nabum* fl. in Superiore Palatinatu, tenent, progreſſi noſcuntur, vel *Jornande* teſte, qui *Gothorum* res, ſub *Leone* & *Glycerio* Imperatoribus, circa annum 473. geſtas, enarrans, pag. m. 748. Edit. Genevenſ. an. 1650 mentione facta *Danubii*, *Sueviæ* terminos hisce deſcribit: *ſic ergo eum gelatum Theodemir, Gothorum Rex, cernens, pedeſtrem ducit Exercitum, emenſoque Danubio, Suevis, improviſus à tergo apparuit. Nam Regio illa Suevorum, ab Oriente, Bajobatos; ab Occidente, Francos; à Meridie, Burgundiones, à Septentrione Tharingos &c.* per *Bajobatos*, ſeu rectius *Bajobaros*, intelligendos *Bajoarios*, & per *Tharingos*, *Thuringos*, rectè judicat *Cluverius* l. c. Confundens migrationes has *Brunnerus*, Part. I. *Rer. Boic.* XVI. §. 6. apud *Vorburgium* T. V. *Demonſtrat.* ad ann. 489. pag. 449. inquit: *Anno - - - à naso Deo* 508. - - - *Boji, cum, Theodone Duce, ex Nariſcis moviſſent, trajecto Danubio, in Vindelicia pedem poſuerunt*, expeditum enim eſt, eos, non niſi relicta *Vindelicia*, *Nariſcorum* ſedes occupaſſe; quos poſtea & in *Noricum* ſeceſſiſſe, ex *Paulo Diacono*, lib. 3. de *Geſtis Langobardorum*, Cap. XIV. pag. m. 389. Edit. *Baſil.* an. 1532. cognoſcimus: *Noricum quidem Provinciam, quam Bajoariorum Populus inhabitat, habet, ab Oriente, Pannoniam, ab Occidente, Sueviam; à Meridie, Italiam; ab Aquilonis verò parte, Danubii fluenta &c.* Hinc ſimul ratio, cur *Aribo*, in Vita *Corbiniani* Cap. IX. apud *Surium*, 8. Sept. pag. 95. Auctor Vitæ *S. Udalrici* Auguſtani, Cap. X. apud eundem, 4. Julii, p. 83. *Ado Viennenſis*, in Chronico, ad ann. 866. *Otto de S. Blaſio*, Append. ad Chronicon *Ottonis Friſingenſis*, Cap. VI. pag. m. 198. aliique multi, *Bavariam*, cum *Norico* confundant; nec majori fundamento, *Theodobertus*, *Bojorum* Dux, in vita *S. Rudperti*, Cap. VIII. apud *Surium*, 27. Mart. p. 268. *Dux Noricorum*; pariterque *Thaſſilo*, apud *Ægilam*, in vita *S. Sturmionis*, Fuldenſium Abbatis, Cap. 13. ibid.

17. De

Digitized by Google

17. Decembr. pag. 289. *Norica Provinciæ Dux;* & *Ratisbona*, ab *Ottone Friſing.* lib. 2. de *Geſtis Friderici I* Cap. XXVIII. p. 469. *Norici Ducatus Metropolis*, vocantur, cum longè alii *Bavariæ*, ac *Norico*, fuerint termini, de quibus *Aventinus* lib. I. *Annal.* Cap. VI. §. 22. p. m. 20. & lib. 2. Cap. 2. §. 5. p. m. 65. *Cluverius* l. c. Cap. V. pag. 19. &c. *Cellarius* l. c. lib. 2. pag. 340. aliique.

(4) Variè nomen Gentis formatur. In diplomate *Lotharii II.* Imp. ann. 1156. Cœnobio *Malbarſtorf* dato, apud *Gewoldum*, T. 2. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 460. teſtis celebratur: *Heinricus, Dux Babariorum.* Apud *Labbeum* T. 2. *Biblioth. MS.* in *Miſcellaneis Rerum Aquitanicarum*, ad ann. 781. pag. 735. vocantur *Bavari Bacoarii*, *Otblonus*, in vita *S. Bonifacii*, lib. I. c. 27. apud *Surium*, 5. Junii, pag. 64. & Cap. 30. pag. 65. & Auctor eorundem *Miſcellaneorum Rer. Aquitann.* appellant eos *Bagoarios.* Apud *Godefridum Viterbienſem*, Part. XVII. *Chron.* in vita *Pipini*, pag. 441. occurrit *Baguaria;* *Fredegario Scholaſtico*, apud *Freberum*, T. I. *Rer. Franc.* pag. 160. dicta *Bagwaria.* Aliis audiunt *Bajoarii*, Vid. Diploma *Caroli Magni*, apud *Gewoldum*, Addit. ad. Tom. 2. *Metropolis Hundii*, pag. 10. ut & *Ludovici Germanici*, ibid. pag. 14. & apud *Tentzelium*, in *Vindiciis Conringianæ cenſuræ Diplomatis Lindavienſ.* Append. 2. §. VIII. pag. 54. *Aimoinus*, lib. 3. cap. 77. pag. 341. & lib. 4. Cap. 5. pag. 358. & Cap. 24. pag. 370. *Adelmus*, Annal. ad ann. 743. pag. 382. *Paulus Diaconus*, lib. 2. de *Geſtis Longobard.* Cap 4. pag. m. 367. & lib. 3. cap. 14. pag. 389. *Fredegarius*, l. c. pag. 160. *Annales Francorum Petleani*, an. 743. & 744. pag. 4. *Fuldenſes* an. eod. pag. 3. *Reuberiani*, pag. 15. *Lambeciani* lib. 2. *Bibliothec. Cæſar.* Cap. 5. pag 368. *Regino*, an. 517. pag. 12. & an. 743. pag. 21. *Ado Vienvenſis* ad an. 866. *Hermannus Contractus*, ann. 591. pag. 282. &c. Aliis, *Bajobari*, vid. *Jornandes, de Rebus Geticis*, p. m. 748. Aliis: *Bajojarii.* vid. *Fredegarius*, Cap. 72. pag. m. 144. Aliis, *Bajorarii*, teſte *Sigeberto Gemblacenſi*, an. 939. pag. 580. Aliis, *Bajorenſes.* Vid. *Fredegarius*, Cap. 108. p. 157. Aliis, *Bajorii*, Vid. *Theodorus*, in Vita *S. Magni*, Cap. 31. apud *Surium*, 6. Septembr. p. m. 81. *Sigebertus*, ad ann. 590. pag. m. 523. &c. *Bajovarii*, vid. Charta XXXI. apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Antiquitat. Alemann.* pag. 34. *Fredegarius*, Cap. 72. pag. m. 144. *Bojowarii;* Vid. *Annal. Franc. Fuldenſ.* ad ann. 900. Vita *Mathildis*, Reginæ, Cap. 4. apud Dn. de *Leibnitz* T. 1. *Rer. Brunſvic.* p. 201. *Bawarii;* Vid. Charta *Henrici IV.* Imp. de an. 1062. ſeq. v. 43. in vita *Ottonis II.* v. 4. ad an. 1062. *Bajaria;* vid. *Adelmus* ad ann. 792. pag. m. 399. *Bavaria & Bavari*, vid. *Regino*, ad an. 517. pag. 12. & an. 788. pag. 30. Vita *S. Rudberti* l. c. Cap. 4. p. m. 267. *Wilibaldus*, in Vita *S. Bonifacii*, Cap. 8. & 9. apud *Surium*, 5. Junii, pag. 54. *Arnulfus* Imp. in Diplomate de ann. 898. apud *Gewoldum* l. c. Tom. I. pag. 349. *Marianus Scotus*, ad ann. 744. pag. 436. *Bavarii;* vid. Vita *S. Virgilii* Salzburgenſis, Cap. 2. apud *Surium*, 27. Novembr. p. 614. *Ditmarus*, lib. 6. pag. m. 69. *Hugo Flaviniacenſis*, in *Chronico Virdunenſi*, ad annum 788. apud *Labbeum* l. c. Tom. I. pag. 118. *Baugoarii*, vid. cit. *Miſcellanea Aquitanica* ad an. 792. & 793. l. c. pag. 736. *Bavi;* Vita *S. Rudberti* l. c. *Bauvaria;* Vid. *Annal. Francor. Fuldenſes*, ann. 898. p. m. 54. *Conradus Urſpergenſis* ad. an. 749. p. m. 123. *Bauwarii;* vid. *Fredegarius* pag. m. 168. vita *Brunonis* Colonienſis, Cap. XIV. & XVI. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I pag. 278. & 279. *Bawarii;* Vid. Diploma *Luitpaldi* Ducis, ſeq. v. 31. *Conradus Urſpergenſis* ad ann. 742. pag. 121. & an. 744. pag. 122. *Baweria;* vid. *Annal. Nazariani*, ad ann. 744. apud *Freberum* l. c. Tom I. pag. 86. *Bejuverii*, vid. iidem Annales, ad ann. 787. pag. 88. & ann. 788. pag. 89. *Bewarii*, vid. *Aimoinus*, de *Miraculis S. Germani Pariſienſis*, Cap. 7. apud *Surium*, 25. Julii, pag. 305. *Beweria*, vid. *Annales Nazariani*, ad ann. 742. p. 86. & ann. 749. & 750. pag 87. *Boarii*, vid. *Marianus Scotus*, ad an. 938. pag. 447. *Bojarii*, vid. Fundatio *Cœnobii Weſſobrunnenſis* apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. pag. 485. *Boji*, vid. *Tacitus, de Moribus Germanor.* Cap. 28. *Livius* lib. 5. cap. 34. pag. m. 434. & lib. 32. Cap 29. pag. m. 100. *Bojoarii*, vid. Diploma *Thasſilonis*, apud *Meibomium* T. 3. *Rer. German.* p. 192. *Pejoarii*, vid. Charta apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 2. Part. 1. §. 7 pag. 27. & apud *Vadianum*, lib. 2. de *Collegiis & Monaſteriis Germaniæ*, pag. 54. *Wajoarii*, vid Charta *Thaſſilonis* ann. 779. ſeq. v. 23. in hujus vita, § 4 ad ann. 779. aliaque *Caroli Magni*, ann. 23. Ipſius Regni, apud *Simonem Rettenpacherum*, lib. I. *Annal. Cremifanenſium*, Cap. IX. pag. 28. aliaque *Ludovici* & *Lotharii* Imperatorum, anno Imperii VI. ib. pag. 30. aliaque *Arnolfi*, Anno 893. ibid. pag. 43. *Wawaria*, in duobus Diplomatibus *Carolomanni*, Regis, apud *Rettenpacherum* l. c. pag. 35. & 36. Cernimus hinc, quo jure *Aventinus* l. c. lib. I. Cap. 1. p 1. ſcribat: *Bavarus, nomen barbarum, obſcœnum, inaufpicatumque, ſemidocto vulgo protritum, recens eſt, nuper ab imperitis uſurpari cœptum, nec Latinum, nec Germanicum. Nuſquam apud Veteres, unſquam in vetuſtis Exemplaribus, monumentis, literis, epiſtolis, legibus, tabulis, diplomatibus, invenio, quæ omnia lingua Romana*

mana ſcripta ſunt. Demum enim poſt Friderici Secundi fata Germania ſuum ſermonem depingere literis Latinis didicit. Semper Bojoarios, aliquando & Bojarios, ſcriptum lego &c.

(5) Subfuiſſe *Bojos* ſuis Principibus, dubio caret. Quo tempore, quove pacto, *Francorum* Leges primùm exceperint? controvertitur. *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 167. inquit: *Adelgerio, vel Adelgar, vel Adalgarius, Vir fortis & prudens, à Bojis, vel Bavaris, qui etiam Avari antiquitus nominati ſunt, in Regem eligitur, Anno Chriſti 456. Valomarum, Regem Oſtrogothorum, prælio victum, interfecit. Verùm, cum Alaricus, Weſtgothorum Rex, Clodoveo, Francorum Regi, bellum inferret, Gothis ſe, contra Francos, conjungit, & vincitur ad Tolbiacum, Anno Chriſti 393. Uſus deinde deprecatore Theodorico Veronenſi, Oſtrogothorum Rege in Italia, ſe, cum tota Bojorum Gente, Francis ſubjecit, &, Ducis titulo contentus, dignitatem Regiam Francis reliquit &c.* pariterque *Gabriel Bucelinus*, in *Notitia Germaniæ Genealogica*, pag. 13. *Adelgerius, ſive Adalgarius, nonnullis Adalogerius, electus à Bojis Rex, Anno Chriſti 456. victus ad Tolbiacum, Anno Chriſti 493. Regi titulo ſe abdicat, Ducali contentus &c.* Auctore, procul dubio, *Johanne Aventino*, l. c. lib 3. Cap. I. § 6. pag. m. 215. qui, §. 7. l. c. ipſius pacti, inter *Francos Bojoſque* firmati, meminit: *Boji cum Francis fœdus ſocietatemque perpetuo faciunt, hiſce conditionibus: Boji de corpore ſuo, ubi opus fuerit, Principem legant, at Ducem, non Regem, adpellent. Reges Francorum autores fiant. In bellis, auxilio Francis ſint Boji; eosdem, pro amicis, & hoſtibus, habeant. Cæterum, ſuis inſtitutis, ac moribus, liberi vivant &c*, immediate ſubnectens: *Hoc Fœdus perſanctè à Bojis obſervatum eſt: & amicitia Bojorum bona atque honeſta Francis permanſit, adeò, ut poſthac Francorum Reges, nihil penitus quicquam præclare, ſine ope Bojorum, neque in rebus bellicis, ac domeſticis, neque in divinis atque humanis, unquam geſſerint &c.* Sed qua auctoritate hæc? quis veterum, de *Adelgarii* Regno, initove hujusmodi cum *Francis* Pacto, unquam aliquid prodidit memoriæ? evolve Auctores omnes, qui *Tolbiacenſe* prælium recenſent, præc. Tom. I. Tit. 2. §. 10. lit. i. v. 24. p. 192. & 193. adductos & vide, num quicquam horum tradant! ut adeo meritò queratur *Andr. Brunner*, Part. I. *Rer. Boicar.* lib. 4. §. 6. ſolita vanitate *Aventinum*, fortunam Gentis *Bojorum* ſemper *Alemannorum* calamitatibus admiſcere. Deceptus hinc ab eo vel ipſe *Conringius*, de *Republica*, Exerc. I. de *Civibus Imperii*, §. 22. pag. m. 13. dicti prælii memor, in idem argumentum ſcribit: *Pervenerunt autem in miſeram iſtam ſervitutem, illâ Chlodovei victoriâ, non Alemanni tantum, ſed & Bajoarii: quemadmodum ex Gregorio Turonenſi, Sigeberto, aliiſque antiquis Francicarum rerum Scriptoribus, eſt manifeſtum. Summâ rei verò totius Alemannici & Bajoarici Populi ad Francos delatâ, non illi liberi cives Regni Francici ſunt facti, ſed potius ſubditi. Qui enim illis ſunt præfecti, Magiſtratuum loco, Francicæ plerique proſapiæ videntur fuiſſe, non Alemannicæ, aut Bajoaricæ &c.* & rurſus lib. I. de *Finib. Imperii*, Cap. 2 §. 2. pag. m. 5. *Non multò poſt, ingenti clade, Anno 499. circa Tolbiacum, Clodovæo Rege, cæſis Alemannis, longè potentiſſimo tum Germaniæ Populo, Provinciam ſuam iidem (Franci) fecere, quicquid hactenus Alemannici fuerat juris, omnemque adeò Sueviam, Helvetiam, Bavariam, quædam etiam cis Rhenum magnæ Sequanorum Provinciæ, & Germaniæ Primæ &c.* verum, ne dicam, ne quidem omnes *Alemannos* tunc debellatos, multò minus *Gregorius Turonenſis, Sigebertus*, aut ullus Veterum, de *Bojis* id affirmant. *Voluntaria deditione* Eos victricium Franciæ armorum admiratione, vel metu, poſt *Theodorici*, Oſtrogothorum Regis, exceſſum, rebus ſuis conſultum iviſſe, *Brunneri* conjectura eſt. Mihi videtur ſubjectio *Bojorum*, primi *Auſtraſiorum* Regis, *Theoderici*, laudati *Chlodovæi* filiorum natu maximi, Gloriæ vindicanda; quod ex *Bajoaricæ Legis*, ab Eo præſcriptæ, prologo conjiciendum, cujus præc. Tom. I. Tit. 2. § 7. lit. a. p. 42. memini, ubi ſimul nonnulli teſtes, de eadem Lege evolvendi, quibus *Vorburgium* l. c. Tom. V. ad ann. 489. p. 452. *Brunneri* referentem verba: Dn. *Schatenum*, lib. V. *Hiſtor. Weſtphal.* p. 299. & Illuſt. Dn. *Obrechtum*, Exercit. I. ad *Monzamb.* Cap. I. §. 5. p. 6. addas.

(6) Non obſtante vero Lege hac, magnam Genti libertatem fuiſſe relictam, hereditaria *Agilolfingicæ* Familiæ *Ducum* ſucceſſio documento eſt, de qua Clar. *Schurzfleiſchius*, in Notis ad *Michaëlis Bojemi* Hiſtoriam *Alberti III. Ducis Saxoniæ*, pag. m. 108. *Quid verò cauſæ ſit, quod Duces Agilolfingici, adjectione Bajoariæ, jam tum in Annalibus Carolingicis deſcribantur, neque id perinde fiat, cum deſcribuntur Primores Saxonum; id facile equidem intelligi, ac expedita ratione judicari poteſt. Etenim Familia Agilolfingorum, ipſa etiam Carolingica antiquior, diu ante Carolingicum Imperium, hereditario, ac nemini obnoxio jure, Bavariam poſſedit: cui ſucceſſit Familia Taſſilonica, oriunda quidem æquè ac ipſa Carolingica,*

gica, ex *Agilolſingis, ſed non tam alto dignitatis gradu, ut nulla ſupremi domini Lege teneretur &c.* Nemini prorſus obnoxios fuiſſe Duces, equidem non affirmaverim, ob ea, quæ bono fundamento *Meibomius* in Notis in diploma *Taſſilonis*, T. 3. *Rer. German.* pag. 193. in medium profert: *Inter omnes & Nobiliſſimas Bojariorum familias nulla nobilior fuit, quam Agilolſingorum, ex qua etiam Duces Gentis eligi ſoliti fuere, quod teſtatur* Dagobertus, *Rex Galliæ, &, in Legibus Bajoaricis, Agilolſingos nominat Principes Regionis, ex quibus Dux Regionis ſemper electus fuerit, & eligi porrò debeat, ex conceſſione Regum, Anteceſſorum ſuorum, qui, id ita fieri, ſanciverint.* Eademque eſt *B. Rhenani* ſententia, cujus verba præced. §. I. lit. a. p. 2. exhibui. Facit inſuper hanc in rem dictæ *Legis Bojaricæ* Cap. 2. Tit. X. *Si quis Dux de Provincia illa, quem Rex ordinaverit, tam audax, aut contumax, aut levitate ſtimulatus, ſeu protervus & elatus, vel ſuperbus atque rebellis fuerit, qui Decretum Regis contemſerit, donato ipſius dignitatis Ducatu careat, etiam & inſuper, ſpe ſupernæ contemplationis, ſciat, ſe eſſe condemnatum, & vitam ſalutis amittat &c.* Unde colligendum, Principes iſtos non penitus liberos fuiſſe, & independentes, ſed dignitatis ſuæ Majeſtatem Francorum Regibus tuliſſe acceptam; licet non ſemper pari devotione, cum ſubinde, occaſione data, faventibus ſibi bellis civilibus in Francia obortis, Regumque ignavia, & morum pravitate, fœdera cum aliis Potentibus pangendo, vel fortia connubia contrahendo, priſtinam libertatem anhelaverint.

(7) Primus horum Principum vocatur *Aventino*, lib. 3. Cap. I. §. 8. pag. m. 215. & *Simoni Rettenpachero*, lib. I. *Annalium Cremiſanenſium*, Cap. II. pag. 2.

THEODO I.

præfati, quamvis ficti, Regis, *Adelgarii* filius, de quo, *Aventinus*, l. c. *Tolbiacenſis* prælii memor, ait: *Boji Theodonem, filium Adalogerionis ſuperioris, Rectorem faciunt, atque jubent, in ejusque verba jurant.* Sequentibus §§. 14. 15. 16. &c. pag. 216. addit, *Chlodovæum*, Francorum Regem, *Theodonem* hunc, ad occupandas Romanorum Provincias, concitaſſe, *Theodonem* quoque Regiis annuendo monitis, anno Chriſti 508. ſuperato flumine *Altmul*, alas in Romanos duxiſſe, ereptaque iis, ſoloque ſimul æquata *Tiberii Auguſta*, Danubii oram firmaſſe præſidiis, reſtaurata, non multò poſt, *Tiberii Auguſta*, cui, à Victoris conjuge, *Reginobirga*, novum nomen *Reginoburgi* inditum. Cap. II. §. 1. p. 221. pergit: *Theodo, dum expeditionem in Noricum meditatur, & Caſtra Romana invadere in animo habet, naturæ concedit, quarto anno poſteaquam Vindeliciam invaſit: is fuit annus Orbis ſervati Quingenteſimus undecimus.* Eadem ſuppeditat *Brunnerus*, Part. I. *Rer. Boicar.* verba referente *Vorburgio* Tom. V. *Demonſtrationis*, ad ann. 489. p. 449. &c. *Hemmingeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 167. *Bucelinus*, *Notit. Germaniæ Genealog.* pag. 13. Enimverò, tacente (1) geſta hujusmodi Hiſtoria Veteri, cum (2) apertè falſum ſit, quod de *Reginoburgo* hic narratur, *Regino*, ſive *Caſtris Reginis*, diu ante hæc tempora cognitis: Vid. præced. Tom. I. Tit. XV. §. 13. lit. ii. pag. 1231. & (3) ex ſuperius dictis v. 3. conſtet, *Bojos*, jam *Auguſti* ætate, à *Marcomannis*, ſedibus ejectos, *Vindeliciæ* agros occupaſſe: (4) nullus Veterum *Theodonis* meminerit; (5) comprehendi nequeat, unde tantæ Populo vires, ad *Tolbiacum*, ut ipſi volunt, debellato? tota hæc narratio, pariter ac illa de *Adelgario*, mihi videtur fabuloſa. Vindicat nihilominus *Theodoni*, *Aventinus* duos Principes, alterum ipſius nomine inſignitum, alterumque *Utilonem* vocatum.

(8) THEODO II. vulgò *Magnus*.

Aventinus l. c. lib. III. Cap. 2. §. 1. pag. 221. facta *Theodonis I.* mentione, inquit: *Bojus duos reliquit filios, Theodonem, cui cognomen Magni, à rebus geſtis poſtea inditum eſt, & Utilonem &c.* de ſucceſſione annectit l. c. §. 4. pag. 222. *Ad Bojos redeo, qui Theodonem filium, defuncto Patre, rebus imponunt &c.* Ita & *Hemmingeſius* l. c. & *Bucelinus* l. c. p. 14. *Simon Rettenpacherus* contra l. c. Cap. 3. pag. 3. *Utilonem* Parenti ſurrogatum docet: *Theodoni I. rebus humanis exempto, Anno Chriſti 538. filius Utilo ſucceſſit, quem 565. extinctum ferunt &c.* & mox: *Utilonis Theodonem II. fratrem fuiſſe, & una, vel poſt eum, Rempublicam adminiſtraſſe, aut duos ordine Theodones ſibi, in Bojorum Principatu ſucceſſiſſe, ex eo fit probabile, quod, quem paulo poſt eodem nomine faſtigio admotum ſpectabimus, a plerisque Scriptoribus, Tertius appelletur &c.* Geſta *Theodonis II.* recenſendo *Aventinus*, tradit l. c. & ſeqq. *Anaſtaſium* Imp. & *Theodoricum*, Italiæ Regem, per Legatos, Ei, ſub conditione annui tributi, pacem obtuliſſe, Eumque invitaſſe Romam, ipſum verò magnanima reſponſione: *Germanos aliis tributa imperare, non pendere, inſueviſſe: Anaſtaſium ſe ignorare; nec, niſi cum Exercitu, Italiam ſe viſurum;* re infecta Legatos dimiſiſſe. Protracto deinde bello in obitum usque *Anaſtaſii*, *Theodonem*, Romanos tandem ad *Oenum*, ann. 520. aggreſſum, ad internecionem recens electi Imperatoris, *Juſtini Thracis*, copias, in loco, inde *Mordfeld* dicto, profligaſſe, iisque cæſis, evertiſſe *Auguſtam Vindelicorum*, & ad *Piſonium*, ſeu *Bozzenum* usque in Comitatu Tyrolenſi, victricia circumtuliſſe arma, donec ibi,

apud

apud *fontes aſinorum*, vulgò *Eſelbrunn*, in ora *Atheſis*, terminum Bojos inter Italosque deſignaſſet, conſtituto tutandis *Norici* finibus Marchione &c. cui poſtea tres alii juncti. Ipſum denique, ann. 537. Ethnicum abiiſſe ad plures. Conf. *Henningeſius* l. c. Uxorem Ejus *Lucillam, Vauberti*, Alſatiæ Dynaſtæ, filiam vocans, quæ tres Ei pepererit filios: *Theodonem III. Utonem & Theobaldum.* De his omnibus autem altum quoque apud coævos Scriptores ſilentium.

(9) THEODO III.

(1) *Theodo III. Uto, qui & Oto; Theodovalda, Fratres Germani, poſteaquam Parentis funeri, ritu Patrio, juſto fecerunt, Bojariam in treis parteis diviſerunt. Theodo, qui maximus natu erat, Nariſcos, Regionoburgium, ea loco, quæ Inferiorem Bojariam vocamus, inter Oenum & Danubium, poſſedit. Theodovalda, Piſonium, Atheſinos, montes Oeno continuos, finitima Italiæ, occepit. Uto, Laureacum Noricum Ripenſe, quicquid inter Taurum & Alpes, inter Auaſſum, Danubium, & Oenum amnes clauditur, & Vindeliciam ſubditam Alpibus, ſortitus eſt. Pontes Oeni reſtauravit; à ſuo vocabulo, Utinum adpellavit, Otingam vulgò vocant. Ibi Regiam conſtituit Uto, atque habitavit &c.* Hæc *Aventinus* lib. 3. Cap. 3. §. 1. pag. 228. pergens l. c. §. 2. *Ea tempeſtate Francis imperitabat Theodopertus, Rex pientiſſimus, filius Theoderici ſuperioris; qui - - - filiam ſuam, Reginodrudam, Theodoni III. Bojorum Duci, deſpondet, & in matrimonium dat. Jubet deinde ad Bojos proficiſci Divum Rupertum, cum duodecim Myſtis, divinæ Sapientiæ conſultiſſimis - - - Rupertus, cum ſociis, à Theodone, Reginoburgii benignè receptus eſt: privatim, & publicè in concionibus, hortari, monere ad ſapientiam cœleſtem non deſtitit Populum Bojorum &c.* *Simon Rettenpacherus* l. c. lib. I. Cap. 4. pag. 6. dubitat, num *Reginotrudis* (ut eam appellat) filia *Theodoberti*, an *Childeberti*, fuerit? vindicat inſuper eam *Theodoni*, qui poſt *Garibaldum II*, Bavariam rexit, adeoque *Quarto* nominis, qui ei *Tertius* eſt, & quidem rectè; ſed pergit *Aventinus* l. c. §. 4. pag. 229. *Divus Rupertus Bojorum Populo perſuadet, ut, deſerta avita ſuperſtitione, exploſo atque expilato gentili Numinum cultu, ſapientiam Chriſtianam reciperent, & unius Dei cultum amplecterentur. Primum Theodo, cum filio Theodoperto, Reginoburgii aqua cœleſti luſtratus eſt; deinde Rupertus in Danubio navibus delatus, ubique confluentibus certatim Bojis, myſteria Philoſophiæ noſtræ edidit: atque ita Laureacum devenit: inde, per Noricum, Utinum perrexit, ibi Utonem Ducem ſacro lavacro, Theovaldum Piſonii, abluit &c.* Chronologiam hic vim pati, ex Vita *S. Rudberti*, apud *Caniſium*, Tom. VI. *Antiquæ lectionis*, ut & *Surium*, 27. *Mart.* pag. m. 267. judicandum, cujus Cap. 2. dicitur: *Tempore Hildeberti, Regis Francorum, anno ſcilicet Regni Ejus ſecundo, Sanctus Confeſſor Chriſti, Rudbertus, in Wormaria habebatur Epiſcopus, qui ex Regali Proſapia Francorum Nobilitate ortus, Nobilior fide & pietate fuit. Erat enim manſuetus, & caſtus, ſimplex & prudens, in laude Dei devotus, plenus Spiritu Sancto; providus in conſilio, juſtus in judicio &c.* & Cap. IV. l. c. *Igitur, eodem tempore, Theodo, Dux Bavarorum, audiens B. Viri ſanctitatem, & miraculo, quæ faciebat, deſideravit illum videre, &, miſſis Optimatibus ſuis, obnixè eum poſtulabat, quatenus Regiones Bavarorum viſitare dignaretur, & eis ſalutiferæ credulitatis viam inſinuaret. Sanctus vero Epiſcopus, ubi tantæ Legationis poſtulationem percepit - - - cum eisdem Legatis, ſacerdotes ſuas, quaſi radios fidei, ad eundem Ducem præmiſit, & ipſe, non longo temporis ſpatio interpoſita, poſt eos, in Bavariam ire aggreditur. Quod dum præfatus Dux audiſſet, magno perfuſus gaudio, ſibi, cum procinctu Procerum ſuarum, obviam properavit, & in Urbe Ratiſpona, cum ſummo alacritate, illum excepit &c.* & Cap. V. *Tunc idem S. Rudpertus, indicto jejunio, cœleſtibus myſteriis Ducem informavit, & in fide vero roboravit, & idolorum cultibus abrenunciare fecit, &, in nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis baptizavit. Baptizati ſunt cum eo Optimates ſui, & Papulus non modicus Nobilium & Ignobilium &c.* Hinc ſua Auctor *Hiſtoriæ Converſionis Bojoariorum & Carentanorum ad fidem Chriſtianam*, apud *Freberum*, de *Scriptoribus rerum Bohemicarum*, pag. 15. & *Bruſchius de Monaſteriis Germaniæ*, voc *S. Petri Saliſburgi*, pag m. 475. Ecce, *Rudbertus* duxit Bojos ad Chriſtianorum Caſtra tempore *Hildeberti*, Regis Francorum; conſtat autem, ex præced. Tit. V. pag. 438. *Tab. Geneal. B. Childeberti* Patrem, *Sigebertum*, non niſi vigeſimo nono anno, ab exceſſu *Theodeberti*, Auſtraſiæ Regis, exuvias mortales depoſuiſſe, hoc eſt, circa Annum Chriſti 576. *Theodeberto* jam ann. 547. vel ineunte 548. extincto; quomodo ergò vera ſunt, quæ de *Theodoberto*, *Aventinus* narrat? ex altera parte, converſionem Bojorum, *Andreas, Ratisbonenſis* Presbyter, in *Chronico Bavarico*, pag. m. 6. non minus falsò, in annum 612. rejicit: *Circa annum Domini DCXII. Heraclio LV. ab Auguſto, Romanorum Imperatore regnante, tempore Hildeberti, Regis Francorum, S. Rupertus, Wormatienſis Epiſcopus, venit in Bavariam, ubi Theodonem, Gentis ejusdem Ducem, in Civitate Ratiſpona baptiſavit; & po-*

& poſtea Sedem Salzburgenſem fundavit &c. quandoquidem *Hildebertus*, juxta præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 5. pag. 210. & Tit. 5. pag. 438. *Tab. Geneal.* B. jam ann. 597. vivere deſiit. Pari modò ſe res habet, cum matrimonio *Reginodrudae*, ejusdem *Theodorici* Regis filiæ, atque *Theodonis* noſtri, Veteri Hiſtoria non niſi unicæ Ejus gnatæ, *Hermegiſclo*, Varnorum Regi, nuptæ, mentionem faciente; vid. *Procopius*, de *Bello Gothico*, lib. IV. cap. 20. Nec aliter comparatum eſt tempori obitus *Theodonis*, de quo *Aventinus* l. c. §. 34. pag. 234. *Theodo, Dux Bojorum, anno ab humano genere ſervato Quingenteſimo ſexageſimo quinto deceſſit*; cum, hoc anno, *Rudbertus* Bavariam nondum fuerit ingreſſus.

(3) *Weltenburgum*, Bavariæ Cœnobium, eum condidiſſe, docet *Gewoldus*, Addit. ad T. 3. *Hundii Metropolis*, pag. 480. *Ad Monaſterium Weltenburgum quod attinet, monumentum illud, poſt ſe reliquiſſe Theſſalonum I. Divi Ruperti tempore, anno Chriſti* 575. *tradit Appianus, in Chorographia Bavariæ. Hundius, veriora, certioraque ſecutus, Theodoni III. Duci, qui, cum filio Theodoperto, & Provincialibus, à D. Ruperto, Ratisbonæ, aqua cœleſti inſtratus eſt, fundationem hujus aſceterii tranſcribit &c.* Non ſatis accuratè itaque vindicatur hæc fundatio *Thaſſiloni III.* de quo ſeq. v. 23. §. 4.

(4) In Regimine, fratrem *Theodobaldum*, Eum excepiſſe, *Aventinus*, docet l. c. §. 34. pag. 234. *Theodovalda, minimus natu, cæteris fratribus ſuperſtes, totâ potitur Bojaria &c.* & l. c. Cap. IV. §. 1. pag. 235. *Theodovalda Urbes Italiæ cis Padum ſibi proximas invadit, ac in obſequium redigit: idcirco à plerisque Regem Italiæ vocari invenio. Poſt paucos tamen dies, rebus humanis exceſſit, anno Chriſtianæ ſalutis Quingenteſimo Sexageſimo ſeptimo. Regnavit annos unum & triginta. Ejus Filius, Theſſalonus, & Theodopertus, filius, Theodonis III. Patrueles, Bojariam æquis legibus partiuntur. Ea pars Bojariae, quæ ab Oeno ad Lycum, inde ad Francos veteres, Bojemiamque porrigitur, THESSALONI, reliquum trans Oeni fluenta, inde usque ad Hunnos, Venetos, Italos, THEODOPERTO, evenit &c.* Ita & *Henningeſius* l. c. p. 169. Tacet autem ſucceſſionem hujusmodi vetus hiſtoria, *Theodoni* noſtro filium, *Theodobertum* ſurrogans.

(10) THEODOBERTUS I.

Auctor vitæ *S. Rudberti*, Cap. VIII. apud *Surium*, 27. Mart. p. 268. ait: *THEODO adverſam incidit valetudinem, cumque vitae terminum ſibi appropinquare ſentiret, vocavit ad ſe Theodobertum, filium ſuum, & Ducem Noricorum illum conſtituit, præcipiens ei, obedire S. Rudberto, ad Chriſtianitatem ſuam, & ad opus divinum diligenter illum adjuvare, ſanctumque locum Juvavenſis Eccleſiae amare, & honoribus & dignitatibus jugiter ſublimare. Cumque hujuscemodi mandatis, & omnibus, quibus voluerat, filium inſtruxiſſet, ultimum diem clauſit, migrans ad Dominum. Poſt hæc verò Theodobertus, cum Optimatibus ſuis, ad S. Rudbertum viſendi gratia perrexit, & veniens ad illum, in dicta Eremo, & illum & locum pio venerabatur affectu, dans ad Eccleſiam, quam S. RUDBERTUS ibi conſtruxit, ac, ipſo DUCE præſente, in honore S. MAXIMILIANI, dedicavit, tria milliaria undique de eadem ſylva, & villam Albinam, cum cæteris donariis, in alimoniam Monachorum. — Tunc in ſuperiori Caſtro ejusdem Civitatis* (Juvaviæ) *conſtruxit in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſuæ Sanctæ Genitricis, perpetuæ Virginis, MARIÆ, Monaſterium, & ibidem cum congregatione Monialium, poſuit Sanctam Erndrudem, ad ſervitium cœleſtis Regis, atque cum Theodoberti Ducis aſtipulatione, qui poſſeſſiones ad illud cœnobium tradidit infinitas, earum converſationem per omnia rationabiliter diſpoſuit &c.* Conf. *Andreas*, Presbyter *Ratisbonenſis* l. c. *Hic THEODO, dum terminum vitæ ſibi appropinquare ſentiret, vocavit ad ſe Theodebertum, filium ſuum, & Ducem Noricorum illum conſtituit, præcipiens ei obedire S. RUPERTO, & ad opus divinum illum diligenter adjuvare. Cumque hujusmodi mandatis, & omnibus, quibus voluerat, filium inſtruxiſſet, ultimum diem clauſit, migrans ad dominum &c.* Nihil hic de *Theodobaldo*; multo minus de diviſa inter ipſius filium, *Theſſalonum*, & *Theodobertum* noſtrum, *Bavaria.* Quæ de *Erndruda* traduntur, confirmat Auctor *Vitæ S. Erndrudis*, Cap. XIII. apud *Caniſium* Tom. VI. *Antiquarum Lectionum*, & *Surium*, 30. Junii, pag. m. 362. *Accidit quoque non longo temporis intervallo interpoſito, ut Monaſterium Nunbergenſe, cum clauſtro adhærente, quod B. Rudbertus, una cum Duce Theodoberto, fundavit — per ignem penitus deſtrueretur &c.* Mortuum *Theodobertum*, tempore quo *Tiberius Conſtantinus* à *Juſtino* Imperatore adoptatus, adeoque circa annum 578. perhibet *Aventinus* l. c. lib. 3. Cap. 4. §. 6. pag. m. 237. aſt æquè falſo, *Bavaria* tunc nondum ad fidem converſa.

(11) GARIBALDUS, ſeu CHARIBALDUS, it. GARIOVALDA I.

(1) *Paulus Diaconus*, lib. 3. *Geſtor. Longobard.* C. XIV. pag. 388. & *Sigebertus Gemblac.* ad ann. 590. p. m. 523. legunt, *Garibaldus*; *Aimoinus*, lib. 3. de *Geſtis Francor.* Cap. LXXVII. p. 341. habet *Charibaldus*; *Aventino* l. c. lib. 3. c. 4. §. 7. pag. 237. vocatur *Gariovalda.* Hunc bellum geſſiſſe reperio cum

Childeberto Francorum Rege, à quo exauctoratum, circa annum 588. qui anno Regni *Guntramni*, XXVIII. reſpondet, quo exauctoratiò facta, ſurrogato in ipſius locum *Thaſſilone*, tradit *Aimoinus* l. c. *Apud Bajoariam, poſt Charibaldum, Thaſſilo, à Childeberto, Rex ordinatus eſt: qui mox, cum Exercitu, Sclavorum Provinciam introiens, parta victoria ad ſolum proprium, cum maxima remeavit præda &c.* ut & *Paulus Diaconus* l. c. lib. IV. Cap. 2. pag. m. 394. *His quoque diebus Thaſſilo, à Childeberto, Rege Francorum, apud Bojoariam Rex creatus eſt. Qui mox, cum Exercitu, Sclavorum Provinciam introiens, parta victoria, ad ſolum proprium, cum magna præda, remeavit &c.* & *Regino*, perperam licet ad ann. 517. pag. m. 12. *Taſſilo ſuper Bavariam, à Childeberto, Dux conſtituitur &c. Simon Rettenpacherus*, lib. 1. *Annal. Cremiſanenſium*, Cap. 3. pag. 5. habet, an. 590. *Cæſusne in acie Garibaldus, an ad Generum ſit fuga elapſus, ambiguum; in ejus locum Thaſſilo, Rex Bojorum, à Childeberto, conſtitutus eſt, Anno* 590. Hiſtoriam recenſet *Aventinus* l. c. §. 5. pag. 237. *Hylpericus, Rex Francorum, Regnum fratris ſui, Segiberti, invadit, Urbes in Aquitania vaſtat, evertit, templa incendit, Sacerdotes interficit, Cœnobia diripit, virgines ſtuprat, cum fratre, Gutoramo, conſpirat. Segibertus, accitis Germanis Transrhenanis, Theſſalone, Duce Bojorum, vim vi pulſurus, adverſus fratrem, Hylpericum, arma movet. Theodopertum, filium Hylperici, prælio occidit; Sueſſonum Auguſtam, Pariſiorum Luteciam, aliasque Hylperici Urbes, occupat. --- Deinde, præmiſſis copiis, ad obſidendum Tornaci Hylpericum, fratrem, contendit. Huc omnes, qui prius Hylperico parebant, ad Sigibertum conveniunt, in ejusque verba jurant. Sed, fraude Fredegunda, Uxoris Hylperici, à duobus perfugis, Segibertus, nihil minus metuens, quippe ab eisdem fratris conſilia explorans, confoditur &c.* & l. c. §. 6. *Dum hæc in Gallis geruntur, Theodopertus, Regulus Bojorum, ex hac vita migrat. Quo tempore & Imperator Juſtinus, cum Tiberium Conſtantinum Thracem adoptaſſet, obiit &c.* adeoque circa annum 578. Et l. c. §. 7. *Porrò, Theodoperti* (recens defuncti) *filius, Gariovalda, Segiberti mortem divulgat, Theſſalonum ſimul periiſſe dictitans. Deinde Ducatum Bojariæ intercipit, Bojos in ſua verba jurare cogit, &, quo auguſtior foret, (contempta Hyldeberti pueritia, Hylperici, Gutorami, Regum Franciæ, ignavia, quod ſtupris luxuque perditi, mutuis ſe ipſos vulneribus conficerent) Regem ſe adpellat &c.* & l. c. §. 8. *Theſſalonus Domo apud Hyldebertum exulavit; Qui* (Hildebertus) *ubi adolevit, Argentorati copias cogit, cum Exercitu in Sueviam venit, ubi Landofredum rebus deturbat, Uncilenumque Suevis imponit. Inde in Bojariam proficiſcitur, Gariovaldam ſuperat, Theſſalonum reſtituit, Bojariæque præficit, qui ſe Ducem, non Regem nuncuparet &c.* Conf. *Cruſii Annal. Suev.* Part. I. lib. IX. Cap. XII. *Brunner*, *Annal. Boic.* Part. I. lib. 4. §. 8. &c. *Simon Rettenpacherus* cit. lib. I. *Annal. Cremiſanenſium*, Cap. 3. pag. 4. &c. Quæ de auxiliis, à *Thaſſilone*, Auſtraſiorum Regi *Sigeberto*, arma fratri inferenti, latis, hic dicuntur, rurſus documento ſunt, *Aventinum* tempora confundere, cum S. *Rudbertus*, ut v. 9. probavi, demum ſub *Childeberto*, *Sigeberti* filio, Bavariam ingreſſus ſit, & hæc, quaſi longe prius acta, producantur. Tacet minimùm ea Francorum hiſtoria; vera licet ſint, quæ de Civili bello Francico narrantur. Vid. præced. Tit. V, *Tabb. Geneal. B. & C.* pag. 438.

(2) Liberos tres genuiſſe fertur:

(1) N. Uxorem *Eovini*, Tridentinorum Ducis, de qua *Aventinus* l. c. §. 7. pag. 237 Principis noſtri memor: *Ut opes firmaret ſuas, Longobardorum Proceres affinitate ſibi jungit: Dat in matrimonium EVINO, duci Tridentino, filiam &c.* Conf. *Brunner*, l. c. §. 7. 8. & 10. *Vorburgius*, Tom. VII. *Continuat.* ad an. 577. pag. 257. & ad ann. 594. pag. 484 Mendum eſt *Pauli Diaconi*, lib. 3. *Geſtor. Longobard.* Cap. 4. p. m. 381. quod Ducis hujus ſocero, *Gundobaldi* nomen imponat: *Hoc tempore, Sigibertus,* Rex *Francorum, occiſus eſt, fraude Chilperici, germani ſui, cum quo bellum inierat --- Eoinus quidem, Dux Tridentinorum, accepit uxorem, filiam Gundobaldi, Bajoariorum Regis &c.*

(2) *Theodolindam* (1) *Autharii*, qui & *Autharis*, & *Utharius*, Longobardorum Regis, Conjugem: an. 599. ut *Sigeberto Gemblacenſi* ad h. a. pag. m. 523. videtur, nuptam; *Rex Longobardorum, Aucthari, Uxorem ducit Theudelindam, filiam Garibaldi, Regis Bajoriorum, &c.* vel ſequenti 591. cum *Hermannus Contractus* ad h. a. pag. 282. *Edit. Urſtiſ.* arbitratur: *Rex Longobardorum, Theodelindam, Regis Bajoariorum filiam, pulchram & piam, duxit uxorem.* De facto teſtatur *Aimoinus*, lib. 3. cap. 77. pag. m. 341. *Fuit autem Charibaldus, cujus nunc mentionem fecimus, ſocer Autharis, Regis Longobardorum, ex Theudelinda, filia ſua, quam memoratus Autharis, per ſemet ipſum, ſub ſpecie Legatarii* (Legati) *profectus*

Digitized by Google

ctus, in domo paterna contemplatus eſt, eamque adamavit, & poſtmodum ſibi in matrimonium junxit &c. Hæc omnia fuſius *Paulus Diaconus* l. c. cap. 14. p. 388 & 389. Conf. *Regino*, perperam licet ad annum 515. pag. m. 12. *Flavius Rex Otharius, Theodelindam, Garibaldi, Bajoariorum Ducis, filiam, in conjugium accepit &c.* Andreas, Presbyter *Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, ad an. 591. pag. m. 5. *Sigonius, de Regno Italiæ*, lib. 1 ad an. 589. pag. m. 24. *Aventinus*, l. c. lib. 3. C. 4. §. 7. & 8. p. 237. *Baronius* Tom. VIII. *Annal.* ad an. 591. §. 41. p. m. 36. *Vorburgius*, l. c. an. eod. pag m. 416. & ad an. 592. p. 448 & 449. (2) Mortuo eodem anno 591. *Authario*, ſecundis nuptiis *Agilulpho*, *Taurinorum* Duci, & per ipſam, facto Longobardorum Regi, obvenit. Vid. *Paulus* l. c. *Aimoinus*, lib. 3. cap. 80. p. 342. & 343. *Defuncto Authari, Theudelinda Regina, quæ ſatis placebat Langobardis, permiſſu eorundem, Agilulfum, qui & Ago dictus eſt, Ducem Taurinacium, Virum ſtrenuum ac bellicoſum, & ſibi Maritum, & Longobardorum Genti Regem elegit &c.* add. *Regino* l. c. *Rex Otharius moritur & Agilulfus, Dux Taurinatius, accepta Theodelinda Regina in conjugium, ſuper Langobardos in Regem elevatur, quibus Gregorius Papa de pace inter Langobardos & Romanos conſervanda, multa ſcribit. Prædictæ etiam Reginae quatuor Libros, quos, de vita Sanctorum, compoſuit, transmiſit, quem Codicem Dialogum, id eſt, duorum locutionem, quia eum, colloquens cum ſuo Diacono, Petro, ediderat, appellavit &c.* Andreas Presbyter l. c. *Sigonius* l. c. ad an. 590 pag. m. 29. &c. *Aventinus* l. c. §. 10. p 238. *Vorburgius* l. c. ad an. 591. pag. 413. & ad an. 595. p 505. *Baronius* l. c. Quæ de *Gregorii* Dialogo heic dicta, confirmant *Aimoinus* l. c. & *Paulus Diaconus* lib. 4. c. 2. pag m. 393. & 394. Extant & aliæ Epiſtolæ ejusdem Pontificis ad eandem Reginam, veluti: de *Sancta fide Chalcedonenſis Synodi*, part. IV. Ep. IV. f. m. 34. item de *Sancta fide quatuor priorum Conciliorum Oecumenicorum*, l. c. Epiſt. 33. fol. 39. It. de nativitate ipſius filii, ex *Agilulphi* toro nati, *Adulovaldi*, (ſeu, ut *Paulo* l. c. lib. 4. c. 8. pag. 399. & cap. 10. pag. 400. & cap. 15. pag. 405. vocatur, *Adalvaldi*, aut juxta lectionem *Aimoini*, lib. 3. cap. 89. pag. 347. & lib. 4. cap. 10. pag. 360. *Adoaldi*,) part. 13. Epiſt. 7. fol. 139. Obiit tandem, an. 627. Vid. *Sigonius* l. c. lib. 2. ad h. a pag. 58.

(3) *Gundoaldum, al. Guntholdum*, ab affine, *Agilulpho*, Longobardorum Rege, Ducatu *Aſtenſi* auctum poſteaque ſagitta occiſum; de quo *Paulus Diaconus* l. c. lib. 4. c. 14. pag. 405. *Gundoaldus etiam Germanus Theodelindæ Reginæ, qui erat Dux in Civitate Haſtenſi, nemine ſciente, auctorem mortis ipſius, --- ſagittae ictu interiit &c.* Conf. *Aventinus* lib. 3. cap. 4. §. 11. pag. 238. Filium Ejus, *Aribertum*, al. *Heribertum*, Longobardorum Regem evaſiſſe, ex *Paulo* l. c. cap. 17. pag. 408. diſcimus. De cujus poſteris ſeq. *Tab. Geneal. II.* evolvas.

(12) THASSILO, ſeu THESSALONUS. I.

(1) Filius fuit *Theobaldi, Theodonis III.* Bojorum Ducis, Germani, cujus præced. v. 9. memini. Vid. *Aventinus* lib. 3. cap. 4. §. 1. pag. 235. *Henningeſ.* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 169. *Bucelinus, Notit. Geneal. German.* pag. 14.

(2) Pulſo *Garibaldo*, obtinuit à *Childeberto*, Francorum Rege, *Bavariæ Ducatum.* Vid. præced. v. 11. vita *Garibaldi.* Eundem de Slavis inſignem reportaſſe victoriam, commemoravi ibidem. De tempore, diſceptatio eſt. *Aimoinus* lib. 3. cap. 77. p. 341. & *Paulus Diaconus* l. c. lib 4. c. 2. pag. m. 394. referunt expeditionem iſtam in annum, quo Dux noſter *Bavariam* conſecutus, hoc eſt, vigeſimum octavum Regiminis *Gunteramni*, Francorum Regis, adeoque, juxta calculum præced. Tit. V. *Tab. Geneal. B.* pag. 438. an 588. *Sigebertus Gemblacenſis*, habet an. 595. ſcribens h. a. p. m. 524. *Thaſſilo, à Childeberto ordinatus Rex Bajoariorum, devictis Sclavis obtinuit triumphum &c.* *Vorburgius* Tom. VII. *Continuationis*, ad ann. 594. pag. 483. & 484. dubius eſt, num ea anno 593. an 594. ſit vindicanda? Dn. *Werlhof, Notit. Imper. enucl.* lib. 1. Cap. 2. §. 129. pag. 136. ſuſceptam eam putat ann. 592. *Browerus* contra, lib. VI. *Annal. Trevir.* cap. 95. p. 337. rejicit eam in annum 597. Conf. *Schateni Hiſt. Weſtphal.* lib. 5. p. 332. Verſa tamen vice illatam non multò poſt *Bojis* cladem, teſtatur *Paulus*, l. c. lib. 4. c. 4. p. m. 395. *Iisdem temporibus* (quibus mortuo *Eoino*, *Gaudoaldus* Dux Tridentinus evaſit) *Bajoarii, usque ad duo millia virorum, dum ſuper Sclavos irruunt, ſuperveniente Cacano, omnes interficiuntur &c.* add. *Aventinus* l. c. §. 12. pag. 238. *Sed Venedis rurſus, ubi Theſſalonus domum rediit, Bojorum ac Francorum jugum detrectantibus, duo millia Bojorum in Regionem Venedorum armati proficiſcuntur. Intervenit Cacanus, Rex Venedorum, Boji circumventi omnes trucidati ſunt, ne nuncio quidem cladis ſuperſtite.*

(3) *Paucis poſt diebus, Theſſalonus moritur, Anno, ab Orbe reſtituto, Quingenteſimo Nonageſimo Octavo &c.* Hæc *Aventinus* l. c. Conſentiunt *Henningeſius* l. c. & *Bucelinus* l. c. Aſt *Vorburgius* l. c. ad ann. 600. pag. 559. hoc ipſo anno 600. cum defunctum arbitratur; & *Simon Rettenpacherus*, cit. *Annal.*

 Cre-

Cremiſanenſium lib. I. Cap. 3. pag. 5. poſt annum decimum Seculi ſeptimi.

(13) GARIBALDUS, ſeu GARIOVALDA II.

(1) Parenti in Ducatu ſucceſſit, *Paulo Diacono* teſte, l. c. lib. 4. c. 14. pag. 405. *Mortuo Thaſſilone, Bajoariorum Duce, filius ejus, Garibaldus, Magunti, à Sclavis devictus eſt, & Bajoariorum termini à praedantibus invaduntur. Bajoarii tamen, viribus reſumptis, & prædas ab hoſtibus excuſſerunt, & hoſtes de ſuis finibus repPulerunt &c.* Loco *Magunti*, legit *Aventinus* lib. 3. c. 5. §. 4. pag. 239. *in Agunto*, ibi: *Venedi fines Bojorum incurſant, Gariovaldam, filium Theſſaloni, in Agunto ſuperant, terga vertere cogunt, inde Noricum, praeda, ferro, flamma, depopulantur. Gariovalda, collectis rurſus viribus, Venedos, præda onuſtos, abire contendentes, adgreditur. Praedam omnem recuperat. Venedos Norico exterminat. Ipſi Hiſtriam, occiſis Romanis militibus, occupant. De Agunto plura ſuperius — Urbs eſt Norici. &c.* Conf. *Welſerius*, in *Vindelica ſua & Norico*; Cap. V. pag. 31. *Conſpicitur* (in Norico) *Oppidum Doblach, quod Plinii, Ptolemæi atque Antonini, interpretor Aguntum &c. Cellario* lib. 2. *Geograph. Antiquæ*, Cap. VII. pag. 337. *Rhætiæ* oppidum eſt. *Verburgius*, Tom. VII. *Continuat.* ad ann. 600 p. 560. ad præfata *Pauli* verba provocans, ſcribit planè *Carnuntum*: *Mortuo Thaſſilone, Duce Bajoariorum, filius ejus, Garibaldus, in Carnunto, à Slavis, devictus eſt &c.*

(2) Uxor ejus vocatur *Gaila*, al. *Giela*, *Giſulfi*, vel *Gilulphi*, Forojulienſium Ducis, filia; ex qua Pater factus *Theodonis IV.* de quo mox. Vid. *Paulus* l. c. lib. 4. Cap. 12. pag. 401. 402. & 403. *Aventinus* lib. 3. Cap. 6. §. 1. pag. 241. *Hemmingeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 169. *Simon Rettenpacherus* cit. *Annal. Cremifanenſ.* lib. I. Cap. 3. pag. 5.

(3) Obiiſſe fertur an. 612. Vid. *Hemmingeſius* l. c. *Bucelinus* l. c. pag. 14.

(14) THEODO IV. THEODOBERTUS II. & HUCHBERTUS.

(1) *Aventinus* lib. 3. Cap. 6. §. 1. pag. 241. conſtituit eum *Garibaldi II.* filium. Ita quoque *Hemmingeſius* l. c. addens: *Theodo IV. Dux Bavariæ, ſub quo Slavi Carinthiam, magna ex parte, occuparunt. Mortuus eſt Anno Chriſti 630. &c.* & *Bucelinus*, *Notit. German. Geneal.* pag. 14. *Theodo IV. Dux Bavariæ, Anno Chriſti 630.*

(2) Ejus *Conjunx ex Regum Francorum ſanguine, vel Childeberti, vel Theodeberti, (nam variant Annales) Filia, Reginotrudis, fuit, quæ Chriſtianam pietatem à teneris edocta, ejus amplectendæ, qua ſuadendo, qua rogando, ut credibile, marito curam injecit; ad id enim usque tempus, inanium Deorum cultui addicti Boji, diverſis erroribus, ac Gentili ſuperſtitione tenebantur &c.* Ita *Simon Rettenpacherus*, lib. I. *Annal. Cremiſanenſium*, Cap. 4. pag. 6. quæ *Aventinus*, lib. 3. Cap. 3. §. 2. p. 228. *Theodoni III.* vindicat; vid. præced. v. 9. ſub quo *D. Rupertum Bavaros* Chriſtianorum fide imbuiſſe contendit.

(3) *Theodone* (hoc) *procreati ſunt: Secundi Theodopertus & Theſſalonus: Hic Noricos; Ille Vindeliciam & Nariſcos, poſſedit.* Sunt verba *Aventini* l. c. De quo *Theodoberto II.* plura *Hemmingeſius* l. c. *Theodebertus II. Dux Bavariæ, Vindeliciam & Nariſcos, in diviſione cum fratre, accepit. Henetos, auxilio Fratris, bello vicit, eosque ſub jugum Chriſtianæ Religionis miſit, quos contra Hunnos etiam defendit &c.*

Hac ætate, *in Avarorum, cognomento Chunorum, Regno in Spania* (Pannonia) *ſurrexit vehemens intentio, eo quod de Regno certarent, cui deberetur ad ſuccedendum. Unus ex Acaris* (Avaris) *& alius ex Bulgaris, collecta multitudine uterque in invicem impugnarunt. Tandem Avari Bulgaros ſuperant. Bulgaris ſuperatis, Octo millia virorum cum Uxoribus & liberis, de Pannonia expulſi, ad Dagobertum expetunt, petentes, ut eos in terra Francorum manendum reciperet. Dagobertus jubet eos hiemandum Bajovarios recipere, dum modo pertractabat cum Francis, quid exinde fieret. Cumque diſperſi per domos Bajojariorum ad hiemandum fuiſſent, conſilio Francorum, Dagobertus Bajojarios jubet, ut Bulgaros illos, cum Uxoribus & liberis, unusquisque in domo ſua, in una nocte, Bajojarii interficerent. Quod protinus à Bajojariis eſt impletum: nec quisquam ex illis remanſit Bulgaris, niſi tantum Altiaus* (Alticeus) *cum ſeptingentis Viris, & Uxores cum liberis, qui in Marca Winidorum ſalvatus eſt &c.* Hæc ex *Chronica Fredegarii*, Cap. LXXII. ap. *Freherum*, T. 1. *Rer. Franc.* pag. 144. conſentientibus *Aimoino* lib. IV. Cap. XXIV. pag. 370. & *Reginone*, perperam licet ad annum 605. pag. m. 15.

(4) Fuiſſe *Theodoberto II.* filium, *Hugbertum*, ex *Arnonis* Epiſcopi Annotationibus, Tom. 2. *Antiquar. Lectionum Henrici Caniſii*, docet *Rettenpacherus* l. c. *Arnonem*, ita ſcribentem inducens, facta prius *Theodeberti* mentione: *Succeſſor namque Filius ejus, Huchbertus Dux tradidit &c.* ſequentibus addit, hoc Duce imperante *Dagobertum*, Francorum Regem, ultimam *Bojorum* Legibus impoſuiſſe manum.

(15) THASSILO, THESSALO, ſeu THESSALONUS II. THEODOBERTUS III. & GRIMOLDUS I.

(1) *Thaſſilo II.* laudati modò *Theodonis IV.* filiorum natu minor, in judicio familiæ heriſcundæ, *Noricum* nactus eſt, *Aventino* teſte l. c. qui lib. 3. Cap. 6. §. 13. pag. m. 242. addit: *Ejus* (Euſtaſii, Luxovienſis Epiſcopi) *monitu, Theſſalonus, in lacu Chimino, Noricorum maximo, duo templa ſacratis Viris & fæminis condidit: quinque millibus paſſuum diſtant &c.* vocantur duo hæc Cœnobia: *Herren-Wœrd,* ol. etiam *Pfaffen-Wœrd,* & *Frawenwœrd;* ſeu *Nunnenwœrd;* de quibus plura *Hundius,* T. 2. *Metropol.* pag. 234. &c. & 240. &c. Meminit etiam fundationis hujus, *Henricus IV.* Imp. in Dipl. an 1077. apud *Hundium* l. c. p. 241. *Ad ſolam Dei Gloriam & laudem, ob ſalutem animæ, ob remedium peccatorum ſuorum, Theſſalo Rex Cuienenſem ſubſtituit & fundavit Eccleſiam. Subſtituit, inquam, prædiis his dotavit: Evenhauſen, Leuchtental, Schonſteten, Tegingen, Sapientzmünſter, Puec, Fraunhofen, Hofnaim, Fridlſingen, Fraundorff, Paleningen — & ut hæc perfectiſſima Regalis libertas, quam ab Authore ſuo, Theſſalone Rege, accepit, firma & inconvulſa omni ævo permaneat &c.* De obitu ejus, annectit *Aventinus* l. c. Cap. 7. §. 1. p. 245. *Theſſalonus II. fato concedit Anno Chriſti* 650. *&c.* Conf. *Hemingeſius* l. c. p. 169. *Taſſilo II. Dux Bavariæ, & Limitis Orientalis in Norico Ripenſi Præfectus, ubi nunc eſt Auſtraſia. Obiit Anno Chriſti* 650. *cum duo Monaſteria ad Lacum Chiminum, condidiſſet &c.* *Bucelinus* l. c. *Thaſſilo II. Bojorum Regulus, obiit Anno Chriſti* 650.

(2) De Filiis inquit *Aventinus* l. c. *Tres Ejus filii: Theodo V. Grimoldus & Theodopertus III. Bojariam in tres partes dividunt. Theodo, Reginoburgium, Nariſcos, Vindeliciam, ſortitus eſt. Grimoldus, Bathaviam, Laureacum, Juvaviam, Utinum, Noricum Ripenſe, & contigua loca, accepit. Ea pars Norici, quae, inter Oenum & Athesin amnes, in montibus cubat, Theodoperto evenit &c.* Conf. *Hemingeſius* l. c. pag. 168. & 169.

(3) Genuit *Grimoldus, Theodonem VI.* de quo ſeq. v. 18. & *Plectrudim,* aliis *Pluthrudam, Pipini Senioris,* Majoris Domus in Francia, Conjugem, de qua præced. Tit. V. pag. 438. *Tab. Geneal. E.* Conf. *Aventinus,* lib. 3. Cap. 8. §. 6. pag. 249.

(4) Mortuus fertur ann. 695. Vid. *Aventinus* l. c. §. 1. *Grimoldus, Regulus Bojorum, ſocer Pipini, ex hoc vita migrat, Anno, ab orbe ſervato, Sexcenteſimo Nonageſimo Quinto.*

(16) THEODO V.

(1) Ab obitu Patris, *Thaſſilonis II.* Nariſcorum & Vindeliciæ Dux factus, *Reginoburgi* ſedem fixit.

(2) Liberos habuit:

(1) *Lambertum,* ſeu *Landobertum,* qui *S. Emeramum,* Ratisbonenſium Antiſtitem, ex falſa ſuſpicione illati Germanæ ſuæ, *Utæ,* ſtupri, an. 652. *Helfendorfii,* in partes diſſecari juſſit, propterea, à Patre, in exilium actus, in quo etiam apud Hungaros periiſſe ſcribitur, ſobole ipſius, (*Theobaldo & Grimoaldo,*) à ſucceſſione penitus excluſa, & ad privatorum conditionem redacta. Vid. *Andreas Ratisbonenſis,* in *Chronico Bavarico,* p. m. 7. *Conſtantino III. ab Auguſto LVII. regnante, B. Emmeranus, Pictavienſis Epiſcopus, in Civitate Ratiſpona virtutibus & ſignis claruit. Cum autem ibidem Oyta, filia Theodonis, Ducis Bavarorum, propriæ libidini ſuccumbens, à cujusdam Judicis filio, nomine Sigibaldo, devicta concepiſſet, Landebertus, frater ejusdem puellæ, ob hoc, S. Emmeranum perſequens, in Villa Helffendorff, Anno Domini* 652. *Martino I. à Beato Petro LXXIV. Apoſtolicæ ſedi præſidente, Dei Martyrem fecit &c.* Plura vid. præced. Tit. XV. §. 16. lit. i. pag. 1290. ubi ſimul monui, expianda *Emmerani* cæde, in honorem ejus, conditum, à *Theodone* noſtro, Ratisbonæ Monaſterium. Conf. *Brunner,* Part. I. *Rer. Boicar.* lib. 5. §. 5. cujus verba *Vorburgius,* Tom. VIII. *Continuat.* ad ann. 652. p. 291. & 292. repetit; *Baronius* Tom. VIII *Annal.* ad an. 702. §. 3. & ſeqq. pag. m. 718. & 719. perperam tamen necem *Emmerani* ad hoc tempus referens; aliique.

(2) *Utam* (al. *Huto, Ota, Oyto*) à dicto *Sigebaldo,* compreſſam, cujus facinus *S. Emeranus,* ut notavi, ſanguine luit; in pœnam licet *Uta* exilium apud Italos ſubierit. Vid. ſupr. l. c.

(3) *Theodobertum IV.* de quo mox.

(17) THEODOBERTUS IV.

(1) Princeps hic, *Theodonis V.* filiorum natu minor, *ex Præfecto Athesino, factus eſt Dux Bavariæ, Exules Longobardorum Reges, Landobrandum Patrem, ejusque filium, Lytobertum, in Bavariam fugientes, hoſpitio excepit.* Ita *Hemingeſius,* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarto Monarchia,* pag. 168. Conf. *Aventinus,* lib. 3. Cap. 7. §. 12. pag. 246.

(2) Liberos ejus hoc ordine recenſet *Aventinus* l. c. Cap. 8. §. 21. pag. 251.

Landofridus, Eblandus, Valdomarus, Fratres, filii Theodoperti &c. & *Hemingeſius* l. c. tali;

Landofridus, Dux Bavariæ, cui, cum fratribus

Carolus Martellus agrum ad Loyſam amnem deſignavit, ſuntque Comites ab Antorff & Loyſa dicti.

Elilandus ædificavit, cum Fratribus, Monaſteria: Benedictbeuren, Schlechdorff, Swerſtad, Sandaw, Weſſenbrunnen, Pollingen, Staffelſehe & Cochelſehe.

Valdoranus.

Gutruda, aliis Huntrada, nupta Lytoberto, filio Landobrandi, Regis Longobardorum in Italia.

Gelovynda, Abbatiſſa, præfecta Cœnobiis Pollingo, Stapfolſee & Cochelſehe &c.

(3) *Huntradæ* meminit *Paulus Diaconus*, de *Geſtis Longobard.* lib. 6. cap. 13. pag. 438. *Eo tempore Liuthprandus Rex donationem Patrimonii Alpium Cottiarum, Romanæ Eccleſiæ confirmavit. Nec multo poſt, Huntrudam, filiam Theodeberti, Bajoariorum Ducis, apud quem exulaverat, in matrimonium duxit, de qua ſolummodo unam filiam genuit &c.* Conf. de hac donatione, *Anaſtaſius* Biblioth. in vita *Georgii II.* P. R. p. m. 96. & *Baronius* Tom. IX. *Annal.* eod. ann. 715. pag. m. 7. & quos præced. Tit. IV. §. 5. lit. a. v. 19. & 20. p. 341. adduxi alios. Cernimus ſimul hinc, per *Lytobertum*, intelligendum eſſe *Liuthprandum* Regem, non tamen *Landobrandi*, ſed *Aſprandi*, filium, ſi vel *Paulo* l. c. Cap. 7. p. 432. *Sigonio*, lib. 2. de *Regno Italiæ*, ad an. 712. p. 93. aliisque, fides adhibenda. Fugam ipſam Principum hiſce deſcribit *Paulus* l. c. cap. 6. pag 431. *Aribertus, Rex factus, iterum bellum parans, pugnavit cum Liuthberto Rege*, (Chuniberti filio) *apud Ticinum, cumque Aſprando*, (Liuthberti Tutore) *& Totone, ſeu Zotone, & Tatzone, nec non & Rhotaro, ac Pharone. Sed omnes poſt bello exſuperans, Liuthbertum Infantulum vivum in bello comprehendit. Aſprandus autem, fugiens ad Inſulam Comacinam, ſe in ea communivit. At verò Rotarithus Dux, Bergomum, in Civitatem ſuam, rediens, Regnum arripuit. Contra quem Rex Aribertus, una cum Exercitu, proficiſcens, expugnata Laude Pompeja, Bergomum obſedit, eamque arietibus, & diverſis belli machinis, ſine aliqua difficultate, expugnans, mox cepit, comprehenſumque Rotharithum, & Freodonem Regem, ejus caput barbamque radens, Taurinis in exilium retruſit, ubi, poſt aliquos dies, peremptus eſt. Liuthbertum quoque, quem ceperat, pari modo in balneo vita privavit. Miſit quoque Rex Exercitum adverſus Aſprandum, in Inſulam Comacinam. Ille verò per Coriam, Retorum Civitatem, venit ad Theodebertum, Bajoariorum Ducem, & fuit cum eo per annos novem. Exercitus verò Ariberthi Regis Inſulam, in qua Aſprandus fuerat, invadens, ejus Oppidum diruit &c.* & cap. 7. p. 432. *Rex igitur Aribertus, confirmatus in Regno, Sigiprandum, Aſprandi filium, oculis privavit; omnes, qui ei conſanguinitate conjuncti erant, diverſis modis afflixit. Minorem quoque Aſprandi filium, nomine Liuthprandum, in cuſtodia tenuit; quem quia vilem ſibi perſonam habuit, & adhuc adoleſcentulum eſſe conſpexit, non ſolum in corpus ejus non ſævit, ſed eum etiam ad Patrem ſuum abire permiſit &c. ---- Igitur Liuthprandus, ad Patrem ſuum in Bajoariam profectus, ei, de ſuo adventu, inæſtimabile gaudium fecit. Uxorem verò Aſprandi, Theoderatam nomine, Rex Aribertus comprehendi fecit, quæ, eum ſe, voluntate fœminea, Reginam futuram eſſe jactaret, naſo atque auribus abſciſſis, amiſſo decore faciei ſuæ, deturpata eſt. Pari etiam modo & Germana Liuthprandi, nomine Aurona, deformis effecta eſt &c.* Facta hæc omnia anno 705. docet *Sigonius*, l. c. ad h. a. pag. 88.

(4) De exitu Belli hujus, pergit *Paulus*, lib. 6. cap. 12. pag. 435. *Aſprandus, cum apud Bajoariam, jam novem expletis annis, exulaſſet, promoto tandem Theodeberto, decimo anno, Bajoariorum Ductor Exercitus, venit in Italiam, pugnavitque cum Ariberto, & facta eſt, ex utraque parte, multa ſtrages populorum: ſed quamvis ad extremum nox prælium diremiſſet, certum tamen Bajoarios terga dediſſe, & Ariberti Exercitum victorem ad Caſtra remeaſſe. Sed dum Aribertus in Caſtris ſuis manere noluiſſet, & potius Ticinum intraſſet, ipſe & ſuis hoc facto deſperationem, & adverſariis audaciam, præbuit. Qui poſtquam ingreſſus eſt Civitatem, & ſenſit, quantum, pro hoc facto, ſuum Exercitum offenſum haberet, mox, arrepto conſilio, in Franciam fugere conſtituit, &, quantum ſibi utile duxit, aurum è Palatio ſuſtulit. Qui dum Ticinum flumen, gravatus auro, tranſnare voluiſſet, ibi corruens, ſuffocantibus aquis extinctus eſt &c.* Conf. *Regino*, falſo licet ad ann. 632. pag. m. 17. aliique, præced. Tit. IV. §. 5. lit. a. v. 19. pag. 341. citati teſtes. Geſta hæc ann. 712. ibidem probavi.

(18) THEODO VI.

(1) Patrem habuit *Grimoldum I. Thaſſilonis II.* filium, cujus præced. v. 15. pag. 387. memini: non verò *Thaſſilonem* ipſum, ut *Ottoni Friſingenſi*, lib. V. *Chronic.* cap. XXIV. pag. m. 112. videtur.

(2) *Ariboni*, Friſingenſium Epiſcopo, in vita *S. Corbini-*

Digitized by Google

biniani, itidem Friſingenſium Antiſtitis, cap. 10. ap. *Surium* 8. Septembr. pag. m 95. audit Princeps Religioſiſſimus: *Erat ibi* (in Norico) *devotiſſimus Theodo Dux, inſignis potentia, & virilis virtute, filiis ornatus, & Nobilium Virorum alacritate praecipuus. Cujus cum longè latèque felix fama increviſſet, Provinciam ipſam, ſibi & liberis in quatuor partes diviſit, charique ibi habebantur Sacerdotes &c.* Conf. *Aventinus*, lib. 3. cap 8. §. 1. pag. 249. memor *Grimoldi I.* obitus: *Theodo VI. filius ejus, pietatis fama, prudentia, domi militiæque, longè latèque inſignis, Regnum Bojariae obtinet, Uxor ipſius, Gliſonotha; Filii: Theodo VII Grimoldus II. & Hugobertus, fuerunt. Atque hi quatuor,* (Pater & tres filii) *Bojariam in quatuor diviſere partes. Theodo* (VI) *Pater, Reginoburgium, Bojariam Inferiorom, Nariſcos, ſibi retinuit. Bathaviæ, Juvaviæ, Urino, & finitimis locis Hugobertum præfecit. Superiori Bojariæ Alpibus ſubditæ, Grimoaldum impoſuit. Hic in Fruxinenſi arce habitavit, ubi villa & veſtigium Regiae, quam Grimolthuſium, id eſt, Grimoldi Domum, etiam nunc vocant. Theodo filius (VII) Atheſinam Vallem ſupra Tridentum, quam Venuſticam nominant, & conterminos fines, partem Theodoperti Patrui, qui jam obierat, adminiſtravit &c.*

(3) Obiit Dux noſter, juxta *Aventinum* l. c. §. 4. p. 249. anno 708. Regiminis 13. *Anno Chriſti Septingenteſimo ſuper Octavum, THEODO Pater, Regulus Bojorum, ex hac vita migravit.*

(19) THEODO VII. al. THEODOBALDUS, it. THEODIBALDUS.

(1) *Theodonis VI.* ut modò vidimus, Filiorum natu maximus, ejusdem cognominis, *Atheſinæ* Vallis ſupra Tridentum, quam *Venuſticam* nominant, finiumque conterminorum, ut & patrui magni, *Theodoberti III.* portionis, Dux, Religioſus erat Princeps, de quo *Paulus Diaconus*, lib. VI. *Rer. Longobard.* Cap. 13. p. 438. *His diebus*, (quibus *Traſimundus Pharoaldum* Patrem *Spoletano* Ducatu pepulit, quod ann. 718. factum, *Sigonius*, de *Regno Italiae*, lib. 3. ad h. a. p. 98. opinatur,) *Theodo, Bojoariorum Dux, orationis gratia, Romam, ad Beatorum Apoſtolorum veſtibula, venit &c.* Conf. *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in vita *Gregorii II.* P. R. p. m. 96. *Teudo, Dux Gentis Bajoariorum, occurrit, orationis voto &c.* & *Aventinus*, lib. 3. C. 8. §. 15. pag. 250. *Bojariæ Dux, Theodo VII. Romam, reus voti, proficiſcitur &c.* de ſuo addens: *condemnatusque à Gregorio II. Pontifice Maximo, domum in Bojariam revertitur, ex hac vita migrat &c.* ſusceptum hoc iter ann. 715. docet *Baronius*, Tom. IX. *Annal.* ad h. a. pag. 7.

(2) Uxorem habuit *Piltrudim*, ipſo mortuo, fratri ejus, *Grimoaldo II.* nuptam. Vid. *Aventinus* l. c. *Frater ejus, Grimoldus, partem ejus, ſimul cum uxore, Viludruda, uſurpat &c.* In vita *S. Corbiniani* ab *Aribone* edita, nominantur Princeps noſter, ejusque Conjux *Theodoaldus & Pildrud Welſero* lib. 4. *Rer. Boic.* in vita ejusdem Sancti, dicti *Theodibaldus & Pilidrudis.* Vid. mox, ſub *Grimoldo II.*

(3) Quo anno animam efflaverit, non ſatis liquet. *Aribo*, in vita *Corbiniani*, Cap. XIX. apud *Surium*, 8. *Septembr.* pag. 97. mortuum eum tradit, tempore quo *Corbinianus* Romam ivit, hoc eſt, juxta *Baronii* computationem, Tom. IX. *Annal.* ad ann. 724. cap. 18. p. 47. anno 724. verbis ſub *Grimoldo II.* producendis. Auctor vero vitæ ejusdem Sancti, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. I. *Metropoleos Hundii* pag. 120. ſentit aliter: *Domeſtici Annales Grimoaldi mortem in annum Septingenteſimum octavum, ſive nonum, referunt &c.* Ecce, *Grimoldus*, an 708. vel 709. deceſſiſſe fertur, quem tamen *Theodoni* noſtro defuncto ſucceſſiſſe conſtat, ut adeo hujus obitum prius adhuc eveniſſe, inde ſequatur. Aſt verior *Aribonis* ſententia.

(20) GRIMOLDUS, ſeu GRIMOALDUS II.

(1) Diviſa hereditate Paterna, *Superioris Bavariae* Dux, non ſolùm denati Patris, *Theodonis VI.* portionem, quam, ad vitæ dies, ſibi reſervaverat, anno 708. ad ſe rapuit, *Aventino*, teſte, lib. 3. cap. 8. §. 4. p. 249. *Grimoldus ejus* (mortui Theodonis VI.) *partem occupavit &c.* ſed & ab extincto fratre, *Theodone VII.* relictas pariter terras, & viduam, *Pildrudim*, uſurpavit, quod, ſub *Theodone VII.* ejusdem *Aventini* teſtimonio firmavi. Amplius id patet ex *Aribone* l. c. Cap. 10. pag. m. 95. *Illo autem* (Theodone VI *relicto, in partes filii ejus, nomine Grimoaldi, venit,* (Corbinianus) *qui eum* (Grimoaldus Corbinianum) *honorificè recepit, & de tanti Pontificis gratulabatur adventu, nec tantum ipſe, ſed etiam univerſa turba, quae erat in Ditione ejus. Cum autem guſtaſſet dulcedinem doctrinae illius: cœpit multis blanditiis ei ſupplicare, & nimiis inſiſtere precibus, ut eum nequaquam deſereret; polliſebatur enim eum comparticipem facere filiorum ſuorum. Sed Vir Dei, ad ejus promiſſionem, ab ſtatu ſuæ mentis minimè declinavit, ſed immobilis, ad explendum iter* (Romam verſus) *arreptum, permanſit, & ſe nequaquam recedere ab hujus tramitis perfectione profeſſus eſt. Idem verò Grimoaldus munera illi non modica largitus, fecit ei copiam abeundi, direxitque Miniſtros, qui eum, cum ſummo honore, de-*

dəce-

ducerent, à finibus Noricenſibus, usque in Italiæ partes &c. & Cap. XIX. pag. 97. reditus *Corbiniani* memor: *Cum ad palatium prædicti Principis* (Griſholdi) *pervenit, per quendam dilectum ejus Cubicularium, eidem Principi demandavit, nequaquam ſe faciem illius videre velle, antequam laſcivam Conjugem à ſe expelleret; quam ſibi tunc copulaverat, poſt obitum fratris ſui, Theodoaldi, viduam. Quæ quidem, ſecundum hujus carnis putredinem, pulchra videbatur & decora, nomine Pildrud, & Genere præclara, ex Galliæ partibus genetricem ſecuta, iſtas pervenerat in partes --- tandemque, Dei Omnipotentis conſolante Clementia, perduxit eos ad promiſſionem ſeparationis ſuæ. Tunc Vir Sanctus, in Domini Chriſti Jeſu confiſus gratia, eos fecit ad ſuam venire præſentiam; qui venientes humi ſe proſtraverunt ambo, &, extenſis ad pedes ejus brachiis, ſe graviter peccaſſe, ſe nimium reos eſſe, confeſſi ſunt, & ita, pura confeſſione, ad pœnitentiæ confugerunt remedia. Quorum capitibus Vir Dei manus imponens, ſigno æternæ ſalutis eos munire curavit, ex humo eos erigens, tam graviter lapſis pœnitentiam deſignavit &c.* Similia occurrunt ap. *Welſerum*, lib. IV. *Rer. Boicar.* in vita *Corbiniani*, & *Gewoldum*, Addit. ad *Hundii Metropolin*, Tom. I. pag. 117. &c. cujus verba, de nefando *Grimoldi* connubio, p. 118. hæc ſunt: *Theodibaldus, Corbiniano Romam profecto, fato concesſerat, Pilidrude Uxore, quam Grimoaldus adamatam, ſpreta fama, & calcata fraterni thori reverentia, juſtæ conjugis loco, domi habebat &c.* Conf. *Baronius* Tom. IX. *Annal.* ad ann. 724. §. 22. & ſeqq. pag. 48. *Centuriatores Magdeburgici* Centur. VIII. Cap. X. pag. m. 787.

(2) Inceſtuoſo hoc coitu natum filium docet *Aribo* l. c. Cap. XXVII *Filius Ejus* (Grimoldi) *quem nefando carmine, machinis diaboli, mulier incantaverat, rebus exceſſit humanis, eoque mortuo, Grimoaldus ab inſidiatoribus interfectus eſt &c.* Viduam *Grimoaldi*, poſt multas, quas *Corbiniano*, eodem teſte l. c. C. XXVI. ſtruxerat inſidias, à privigno, *Carolo Martello*, repudiatam, miſeram tandem duxiſſe vitam, idem Auctor eſt, l. c. *Ad ultimum verò Pildrud, Carolum in Gallias ſequens, pro meritis ſuis, ab eo repudiata, omnem honorem & gloriam perdidit, propriisque exuta ſubſtantiis, noviſſimè nil niſi unum aſellum, ad ſubvectionem, poſſidens, in Italia vitam finivit &c.* Conf. *Welſeri Vita Corbiniani*, l. c. &, ex eo, *Gewoldus* l. c. pag. 119. & 120. *Aventinus* lib. 3. c. 8. §. 18. p. 251. *Baronius* l. c. §. 25. p. 48. *Centuriatores* l. c. Sine fundamento itaque vindicat ei *Hemingeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 169. tres filios, *Albertum, Otgerionem* & *Utonem*, inquiens: *Albertus, fundator Cœnobii S. Hippolyti, in Auſtria. Odgerio, Monaſterium Tegrenſee, in Bojaria condidit, UTO Cœnobium Ilmünſter ædificavit &c.* Hauſit ſine dubio hæc, ex *Aventino*. lib. 3. c. 8. §. 21. pag. 251. ſcribente: *Alberto, Otmgerioni, & Utoni, quos quidam filios Grimoldi fuiſſe ſuſpicantur, Bargiones & Tigurini, inter Iſaram & Oenum ſubditi Alpibus traduntur &c.* ut & *Hundio*, Tom. 3. *Metropol. Salisb.* voc. *Tegernſee*, pag. 389. *Albertus & Ottogerion, Illuſtres Bojariæ Comites --- in Superiori Vindelicia, intra Iſaram & Oenum, in faucibus Alpium, prope Lacum Tigurinum, contubernium Monachis fundarunt - - - fuerunt iſti Fundatores Comites de Warngaw & Tegernſee. Quidam ſuſpicantur, fuiſſe filios Grimoldi, Ducis Superioris Bavariæ, ex Familia priorum Ducum & Regum Bavariæ, occiſi in tumultu. Diploma Henrici VI. aſtipulatur, in quo, hos Fundatores Regali proſapia ortos, dicitur &c.* & pag. 390. *Qui, unà cum fratre, Uttone, etiam alias Ditiones in Bavaria, & in Auſtria, tenuerunt. UTO enim, ad Ilmum fluvium, Monaſterium Illmünſter inſtituit - .. ſuperiores duo fratres infra Anaſſum inſtituerunt Monaſterium S. Hypoliti, vulgò S. Pelten &c.* Verba Diplomatis *Henrici VI.* cujus hic mentio ſit, an. 1193. *Wurtzburgi* dati, apud *Hundium* l. c. pag. 397. ſic tonant: *Compertum habemus, quòd duo Comites, Otkarius & Albertus, Regali proſapia exorti, in Pago Bavariæ, qui Sundergaw dicitur, quoddam Monaſterium, Tegernſee nomine, magnis atque copioſis expenſis, laudabiliter condiderunt &c.* Conf. *Ottonis II.* Imp: confirmatio ejusdem Cœnobii, de an. 979. præced. Catal. *Ducum Alemanniæ*, v. 32. in vita *Ottonis I.* ad ann. 979. pag. 320. Enimverò, quale argumentum: *Otkarius* & *Albertus* regali proſapia exorti fuere; ergò Patre nati *Grimoldo* noſtro? nec major vis ineſt *Aventini* & *Hundii* verbis; *quidam ſuſpicantur*; num & *Aribo*? aut Veterum alius quidam? neutiquam, ſed recentiores duntaxat. Ecce, quæ de Comitibus his, *Andreas*, Presbyter *Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, pag. m. 9. *In partibus Noricorum, id eſt, Bavariæ, erant duo Fratres, Albertus & Otkarius, ex Patre, Burgundi, &, ex Matre, Bavari, divitiis præpollentes, Deumque timentes, conſanguinitatis affinitate proximi Pippino Regi, Patri Karoli Magni. Horum primus, ſcil, Albertus, novem Comitatus poſſedit in Bavaria; alter verò, videlicet Otkarius, qui & ætate provectior; Ducatum tenuit in Burgundia. &c.* Idem dicit Auctor de *Fundatione Monaſteriorum quorundam Bavariæ*; *Andreæ* huic annexus, voc. *Tegernſee*, pag. 79.

(3) Interveniente ſumma nongentorum auri ſolidorum, à *Pipino*, Majore domus, dudum in eleemoſy-

Digitized by Google

nam ſibi erogatorum, comparaſſe *Corbinianum* Terram *Chories*, à Matrona quadam, *Fauſta*, hereditario jure Duci *Grimoaldo* relictam, ex *Aribone* diſcimus l. c. Cap. XXI. pag. 98. Conf. præced. Tit. XV. §. 13. lit. mm. pag. 1239.

(21) HUGOBERTUS, HUGIBERTUS ſeu HUBERTUS.

(1) Extinctis fratribus, obvenit Bavaria Ducatus *Hugoberto, Theodonis VI.* Filiorum natu minimo; de quo *Marcus Velſerus*, lib. IV. *Rer. Boicar.* in vita laudati *Corbiniani*; & ex eo, *Gewoldus* l. c. pag. 120. mentione facta *Grimoldi* obitus: *Ex Theodonis filiis, Hugibertus ſupererat, ſolus jam Boicæ potens. Cui benignè & humaniter revocanti, Corbinianus non difficulter paruit, ſummo, quo merebatur, honore, ab eo habetur. Sacri lavacri fœdere conjunctos fuiſſe, Aribo prodidit &c.* Verba *Aribonis*, in vita *Corbiniani*, Cap. XXVIII. l. c. pag. 98. hæc ſunt: *Hubertus autem, cum regnare cœpiſſet, humaniſſimè, & ſummo cum honore, Virum Dei* (Corbinianum, qui Plidrudis inſidias vitaturus, in Italiam ſeceſſerat) *ad ſe revocavit, eumque tanto venerabatur ſtudio, ut ſanctis ejus meritis dignum erat, atque etiam ſacro fontis lavacro eum ſibi ſociavit &c.* Conf. *Aventinus*, lib. 3. Cap. 8. §. 22. pag. m. 251. *Hugobertus, Regulus Bojorum declaratus, quem etiam Fruxini habitaſſe ajunt, continuò D. Corbinianum, divinæ ſapientiæ Profeſſorem, ex Italia, miſſis Legatis, accivit, Fruxinique, in arce ſua, collocavit, ab ipſo aqua ſacra expiatus eſt &c.*

(2) *Hemmingeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 170. adſcribit ei tres filios:

(1) *Odilonem*, de quo ſeq. v. 22.

(2) *Theodonem*, cujus filiam ſuſpicatur fuiſſe *Swanhildim*, quæ, *Conrado Urſpergenſi* ad ann. 742. pag. m. 121. *neptis Udilonis, Bawariorum Ducis*, ſcil. ex fratre, dicta *Carolo Martello Grifonem* peperit, propterea *Adelmo*, ad ann. 741. apud *Freherum* T. 2. *Rer. Franc.* p. 381. & *Annalibus Francorum Reuberianis*, ann eod. pag. 15. *Odilonis Ducis Nepotem* vocatum;

(3) *Grimoaldum.*

(3) Hac ætate univerſa turbis agitata Bavaria. *Grimoldi Uxor, Viledruda, cum filiis, ad Carolum* (Martellum) *Ducem aufugit, orbitatem ſuam, & indignam Viri cædem, deplorat. Conſcii ſceleris, cum ſociis, authoritatem Caroli floccifaciunt. Litoprandus, Rex Longobardorum, cujus Uxor ex Bojaria oriunda erat, dum Boji ſe diſcordia debilitant, & civilibus armis diſſentiunt, Majas, & cætera Bojariæ caſtella, quæ Athefis præterfluit, invadit, atque in deditionem cogit &c.* Hæc *Aventinus* lib. 3. Cap. VIII. §. 19. p. 251. Incenſo itaque bello, *Carolus, cum Exercitu, in Sueviam proficiſcitur, Theodovaldam, Ducem Sueviæ, Ducatu depellit - - - perdomitis Suevis, Bojariam petit. Hyldolphum, fratrem Arionardi, qui ex Nobiliſſima Bojorum familia orti, literis operam Reginoburgii dederant, ibique educati fuerant, Treverenſi donat Templo; Novercaque recepta, Hugobertum Bojariæ toti præfecit. Ejus neptem, Sueinhyldam, Uxorem ducit - - - - Lutherovium Vicum, & Regiam Angiloſtadium, Oppidum Nariſcorum, Regibus Francorum addicit Martellus, quo pateat in Bojariam liberè, & nemine prohibente tranſitus &c.* idem l. c. §. 20. Quæ de *Theodobaldo* hic traduntur, de ejus Prædeceſſore, *Lantfrido*, accipienda eſſe, ex præced. *Catal. Ducum Alemanniæ*, v. 16. pag. 299. in vita *Lantfridi*, dictis, conſtat. *Hugobertus* ſanè Ducatum Bavariæ diu ſatis adminiſtraverat, priusquam *Theodobaldus Carolo* negotium faceſſerit. Cæterum, prima vice, injecit *Bavaris* frænum *Martellus* ann. 722. teſtibus Annalibus coævis, præced. *Catalog. Ducum Alemanniæ*, l. c. Anno ſequenti, rediiſſe victos ad vomitum, dictum ibidem. De exitu, inquit *Sigebertus Gemblacenſis*, ad ann. 724. pag. m. 545. *Carolus Bajoarios armis ſubjugat &c.* & *Albericus, Monachus trium fontium*, ann. eod. pag. 77. *Karolus Bajoarios armis ſubjugat, victis Alamannis & Suevis usque ad Danubium; inde fines Bawariæ occupavit, & cum Theſauris multis, & Matrona Belletrude, & nepte ſua, Sunihilde, reverſus eſt &c.* Ad Annum 727. pergit *Sigebertus*: *Carolus Suevos & Bajoarios debellat*: reſtauratæ rebellionis indicio.

(4) Non tamen idcirco neglecta omnis divini cultus promovendi cura. De ſtudio noſtri Principis in *Corbinianum*, in Italia latitantem, modò dixi. Spectant inſuper huc, quæ *Wilibaldus*, Aichſtadienſium Præſul, in vita *S. Bonifacii*, Cap. IX. apud *Surium*, 5. Junii, pag. m. 54. tradit: *His omnibus ritè confectis, Bavarorum, temporibus Hugoberti Ducis, adiit terras* (Bonifacius) *prædicationisque ſtudium apud eos diligentiſſimè exercuit &c.*

(5) Tandem *moritur Hugobertus, Regulus Bojorum, anno Chriſtianæ ſalutis Septingenteſimo ſuper quintum & triceſimum.* Hæc *Aventinus* lib. 3. Cap. IX. §. 1. pag. 256. Conf. *Hemmingeſius* l. c. *Bucelinus, Notit. Germaniæ Genealog.* pag. 14. *Simon Rettenpacherus*, lib. I. *Annal. Cremiſfanenſ.* cap. 6. pag. 14. habet ann. 739.

(22) OTILO, al. ODILO, UTILO, HODILO, ETILO, UDULIO, OGDILO, DODILO.

(1) Fuiſſe Principem hunc Patre *Hugoberto* prognatum,

tum, docet *Aventinus*, lib. 3. *Annal.* Cap. IX. §. 1. pag. m. 256. *Poſt hunc* (Hugobertum) *Regnum Bojariæ obtinet* **Hugoberti filius**, *Utilo, qui, educatus in Aula Ducis Francorum*, **Hyldrudam**, *filiam Caroli* **Martelli**, *& ſororem* **Carolomanni & Pipini**, *adamavit, rapuit, Uxoremque duxit, progenuit Theſſalonum III. &c.* Conf. *Henningeſius* l. c. pag. 170. *Bucelinus* l. c. pag. 14. Hæret hic *Rettenpacherus*, *Annal. Cremiſan.* lib. I c 6. pag. 14.

(2) Nuptias itaque celebravit cum *Hiltrudi*, filia *Caroli Martelli*, Majoris domus Franciæ; vid. præced. Tit. V. *Tab. Geneal. E.* pag. 438. ubi teſtes, quibus jungantur *Fredegarii Chronicon*, apud *Freberum*, T. I. *Rer. Franc.* pag. 160. *Chiltrudis quoque filia ejus*, (Caroli Martelli) *faciente conſilio neſario novercæ ſuæ fraudulenter per manus ſodalium ſuorum, Rhenum tranſiit, & ad Dodilonem, Ducem Bagwariæ, pervenit. Ille verò eam ad conjugium copulavit, contra voluntatem, vel conſilium, fratrum ſuorum &c.* ut & *Fundatio* Monaſterii *Weſſobrunnenſis*, ex veteri quodam Codice, ad verbum translata, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tomum 3. *Metropolis Hundii*, pag. m. 485. *Anno Domini* 753. *Taſſilo, filius Otilonis, & Hildrudæ, ſororis Pipini, Patris Caroli Magni, ſub Imperio ejusdem Caroli Magni, Dux Bavarorum, in Marchia Ducatus, tunc Regni Bojariorum, in ſaltu foreſti, quæ Rotwalt dicitur, inter duo flumina Apariam & Licum, venationi operam dabat aprorum &c.* Conf. *Henningeſius* l. c.

(3) De filio ejus *Thaſſilone III.* ſuo loco verba faciam. Fratres huic Principi fuiſſe, modo prolata *Fredegarii* verba oſtendunt, quorum nomina ignoro.

(4) Inſignem propagandæ Chriſtianorum fidei operam navavit Princeps noſter, *Arnolfo* Imperatori, in Diplomate ann. 898. 5. Id. Septembr. in favorem *Patavienſis* Eccleſiæ, *Reganeſpurck* (Ratisbonæ) dato, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. I. p. 349. propterea *Strenuus Bavarorum Dux* vocatus; facientia huc verba, reliquaque, quibus patet, quantum laudata ei debeat Eccleſia, habentur præc Tom. I Tit. XV. §. 13. lit kk. p. 1235 Eodem annitente, diviſiſſe *S. Bonifacium* totam Bavariam in quatuor EpiſcopalesParochias, *Saltzburgenſem* ſcil. *Friſingenſem*, *Ratisbonenſem* & *Patavienſem*, ex *Othlono*, in vita *S. Bonifacii* lib. I. c. 31. apud *Surium*, 5. *Junii*, pag. m. 65. diſcimus, verbis ſupr. l. c. §. 13. litt. ii. pag. 1232. occurrentibus; ut & ex *Wilibaldo* Aichſtadenſi, in vita ejusdem Sancti, cap. IX apud *Surium* l. c. pag. 54. præced. Tit. XV. §. 12. lit. c. p. 1165. Summo etiam cum honore ſuſcepiſſe legitur commendatum ſibi à *Pipino*, Majore domus, *Virgilium*, Saltzburgenſi Eccleſiæ prælatum Antiſtitem; teſte *Vita S. Virgilii*, Cap. 2. apud *Surium* 27. Novembr. pag. 614. cujus verba præced. Tit XV. §. 2. lit. a. p. 1349. adduxi, quibus ſimul patet, *Bavariam* tunc *Francorum Regibus* omninò fuiſſe ſubjectam. Hic eſt *Virgilius* ille, quem *Zacharias*, Pontifex Romanus, in Reſcripto ad *Bonifacium*, hæreſeos damnaverat, quod *Antipodes* eſſe docuerit, verb. *De perverſa & iniqua doctrina, quæ contra dominum, & animam ſuam, locutus eſt, ſi clarificatum fuerit, ita eum confiteri, quod alius mundus, & alii homines ſub terra ſint, ſeu ſol & luna; hunc, habito Concilio, ab Eccleſia pelle, ſacerdotii honore privatum &c.* Vid. Epiſt. *Zachar.* X. ad *Bonifacium*, Tom. 3. Concil. *Aventinus* lib. 3. Annal. Cap. IX. §. 23. &c. pag. m. 262. *Joh. Bedæus*, de *Jure Regum* Cap. VI haud procul ab initio, apud *Goldaſtum* T. 3 *Monarchiæ*, pag. 818. Reſponſum *Calixtinum*, Vindiciis Moguntinenſium, *circa Infallibilitatem P. R.* oppoſitum, Part. 2. §. 50. p. 80. *Otto de Guerike*, *Experimenta Magdeburgica*, lib. I. Cap. I. pag. 3. &c. Quanta benignitate inſuper Sanctum foverit *Wunebaldum* Abbbatem, docet Sanctimonialis *Hildesheimenſis*, in ipſius vita, cap. 6. apud *Surium*, 18 Decembr. pag. m. 294. *Tunc ille ſacer Dei famulus* (Wunebaldus) *ſub Otilone Duce, in illa Regione, quæ vocatur Nordfiſule, proprium habitationis habebat locum, & ab illo tempore, quo illic veniebat, magno mentis conamine, diurnaliter deſudans, ut illos, quos ſub ſua habebat poteſtate, & ſermonem ejus audire voluerunt, & capere poterant, ad meliora provexit &c.* Eundem *Altahæ Inferioris* Cœnobii, (aliarumque Eccleſiarum Bavariæ,) Fundatorem celebrant *Andreas Ratisbonenſis* Presbyter, in *Chronico Bavarico*, Edit. *Schilter*, ann. 1702. pag. m. 11. *Otilo, primum Rex, poſtea vero, Bavaria in Provinciam redacta, Dux, fundavit Monaſterium Inferioris Altaich &c.* & *Hundius*, Tom. 2. *Metropol. Salisburg.* voc. *Altaich Inferius*, pag. m 1. *Fundatum eſt hoc Monaſterium, ſicut & Altaich Superius, ac pleraque alia, conſilio S. Pirminii, Epiſcopi Metenſis, ab Utilone Duce Bavariæ, in honorem S. Mauritii, anno* 741 *ſub Zacharia, Pont. Max & ſubinde licet, ab eodem Duce Utilone, multis prædiis & poſſeſſionibus ditatum, bellis tamen & incendiis vaſtatum & attenuatum fuit &c.* de Monaſterio *Pfaffenmünſter*, pergit *Hundius* l c. T. 3. pag. 101. *Collegiata Eccleſia Canonicorum ſupra Straubingam fundatur, cum ſeptem aliis Monaſteriis, per Utilonem, Ducem Bavariæ, inſtinctu S. Pirminii, Metenſis Epiſcopi, qui eam dedicavit in honorem S. Tiburtii &c.* Non ſine nævis itaque verſus ſunt, quos ſub *Thaſſilone III.* ſeq. v. 23. § 4. recitabo.

(5) Defuncto ann. 741. ut præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 9. p. 213. & Tit. 4. §. 5. lit. a. v. 22 p. 344. & Tit.

Tit. XI. §. 1. lit. a. v. 5. pag. 933. & 934. probavi, *Carolo Martello*, ejusque filiis, *Carolomanno* & *Pipino*, æquis partibus Principatum inter ſe dividentibus, ceu ibidem dictum, motus concitant *Bavari* civiles, quibus comprimendis, conſugiunt ad arma Principes, rebellesque domant. *Carlmannus & Pipinus Odilonem, Ducem Bajoariorum, rebellare conantem, prælio ſuperant &c.* ita *Annales Francorum Pithœani*, ad ann. 743. pag. 4. m. idem dicunt *Annales Francorum Fuldenſes*, ann. eod. apud *Freherum* T. 1. *Rer. German.* pag. 3. nec non *Reuberiani*, ann. eod. pag. 15. *Carolomannus & Pipinus, junctis copiis, contra Odilonem, Ducem Bajoariorum, profecti ſunt, prælioque commiſſo, Exercitum ejus fuderunt &c.* (totidem verba repetente *Adelmo, Annal. Franc.* an. eod. apud *Freherum* T. 2. *Rer. Franc.* pag. 382.) & *Lambeciani*, lib. 2. *Comment. Biblioth. Cæſar.* Cap. 5. pag. 368. *Carlmannus & Pippinus in Bajoariam Exercitum ducunt, adverſus Huodilonem &c.* Nec aliter *Regino*, an. eod. pag. m. 21. *Carolomannus & Pipinus contra Odilonem, Ducem Bajoariorum, duxerunt, Exercitum, & inierunt pugnam, & victores effecti &c.* & *Marianus Scotus*, an. eod. pag. m. 436. *Pipinus & Carlomannus Udilonem, Ducem Bavarorum, rebellare conantem, bello ſuperant &c.* & *Sigebertus Gemblacenſis*, ann. eod. pag. 548. *Ogdilo, Dux Bajoariæ, rapta ſorore Pipini, contra eum rebellat, quem Pipinus pugna, quamvis damnoſa, ſuperat &c.* quæ *Albericus, Monachus trium fontium*, ad ann. 744. pag. 83. ad verbum, exſcribit. Conf. *Ademar*, Monachus *S. Eparchii Engoliſmenſis*, apud *Labbeum* Tom. 2. *Biblioth. MS.* p. 155. *Chronographus Saxo*, ad eundem an. 744. p. 113. *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Pipini*, ann. eod. pag. m. 122. Alii. Locum prælii indicat *Fredegarius* Scholaſticus, in *Chronico*, apud *Freherum* T. 1. *Rer. Franc.* pag. 160. *Anno ſecundo Regni*, (Carolomanni & Pipini) *eorum cognatus, Hodilo, Dux Bajoariæ, contra ipſum, bellum excitat: compulſi ſunt generalem cum Francis in Bajoaria admovere exercitum, venientesque ſuper fluvium, qui dicitur Lech, ſederunt ſuper ripam fluminis uterque Exercitus, hinc inde ſe mutuo videntes, usque ad dies quindecim; qui tantundem, provocati irriſionibus Gentis illius, indignatione commoti, periculo ſe dederunt, per loca deſerta & paluſtria, ubi pons transeundo nullatenus aderat, nocteque irruentes, diviſis Exercitibus, eos improviſos occupaverunt, commiſſoque prælio, prædictus Dux Hodilo, cæſo Exercitu ſuo, vix, cum paucis turpiter ultra Igne fluvium fugiendo, evaſit. His triumphis peractis, non ſine diſpendio multorum, tamen feliciter, Victores ad propria remeaverunt &c.* Anno vero ſequenti, 744. reſtauratam inter belligerantes pacem, docent *Annales Pithœani* h. a. pag. 4. *Carlmannus cum Odilone, Duce Bajoariorum, pacem fecit &c.* ut & *Fuldenſes*, l. c. an eod. idem planè dicentes; & *Marianus Scotus*, an. eod. pag. 436. *Carlomannus cum Udilone, Bavarorum Duce, pacem fecit &c.* & *Miſcellanea Rerum Aquitanicarum* ann. eod. apud *Labbeum*, T. 2. *Bibliothecæ MS.* pag. 734. *Pax inter Carolomannum, & Odilonem &c.*

(6) Quo tempore deceſſerit, non ſatis liquet; minimum ann. 749. filium ejus, *Thaſſilonem*, à *Pipino*, jam creatum *Ducem*, in vita ejus, mox probabo. Ut adeoque non ſatis accuratè *Aventinus*, lib. 3. Cap. 9. §. 44. pag. m. 265. ſcribat: *Qui* (Utilo) *ubi triginta annos potitus eſt Bojaria, obiit mortem 15. Cal. Februar. Anno Orbis ſervati 765. Sepultus eſt in Auſtravia,* (Oſterhofen) *ubi & Regiam Prætoriumque principale fuiſſe reperio: oſtenduntur ibi conditoria duo, albo marmore extructa; alterum eſſe ajunt (ſitus & antiquiſſima literarum monumenta Veſſobrunnæ oſtendunt) Hyldrudæ uxoris: alterum Utilonis, mariti Hyldrudæ &c.* Hinc ſua *Hemingeſius*, Part. 1. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 170. *Obiit* (Utilo) *Anno Chriſti 765. 15. Cal. Febr. ſepultus in Oſterhoven, cum Uxore, quæ fuit Hiltrudis, filia Caroli Martelli, quam prius rapuit, & poſtea ſibi matrimonio junxit &c.* & *Bucelinus, Notit. Germaniæ Geneal.* pag. 14. *Utilo, Dux Bavariæ, obiit A.C. 765.* & *Simon Rettenpacherus* cit. *Annal. Cremiſanenſ.* lib. 1. c. 6. pag. 17. *quamvis Annales Bojorum domeſtici* (Utilonem hunc) *ad annum usque 765. vixiſſe velint &c.* Adhuc minus rectè *Theodorus*, Campidunenſis Abbas, in vita *S. Magni*, ſeu *Magnoaldi* Cap. 31. apud *Surium*, 6. *Septembr.* pag. 81. *poſt obitum Glorioſi Regis Pippini, filiis ſuis litigantibus, erectus eſt Utilo in Ducatu Bajoriorum &c.* cum *Pipinus* anno demum 768. juxta præced. Tit. 2. §. 10 lit. d. ad h. a pag. 76. ad plures abierit, *Odilone* dudum jam mortuo.

(23) THASSILO III. DESSILO, THESSALONUS, TASSALIO.

(1) Filius fuit *Odilonis* modò laudati. Genealogiam probant, *Arnolfus* Imp. Diplomate, an. 898. 5. Id. Sept. *Reganeſpurck* (Ratisbonæ) in Patavinæ Eccleſiæ favorem, dato, apud *Gewoldum*, Addit. ad T. I. *Metropolis Hundii*, litt. ff. pag. 349. ubi, facta mentione *Wichingi*, Præſulis Patavini: *Cartulas Traditionum, quas prædictus Otilo, & Filius Ejus Taſſilo, Duces Bavariorum, ob ejusdem Sanctæ Patavienſis Eccleſiæ reſtaurationem, vel amplificationem, fecerant, obtutibus Serenitatis noſtræ præferens idem præſcriptus Pontifex &c.* & Fundatio Cœnobii *Weſſobrunnenſis*, præced. vita

Digitized by Google

Odilonis v. 2. *Annales Francorum Pithœani*, ad ann. 749. pag. 5. verbis, infra v. 4. occurrentibus; *Andreas* Presbyter Ratisbonenſis, in *Chronico Bavarico* Edit. Schilter. an. 1702. p. m 11. *Otilo, primum Rex, poſtea vero, Bavaria in provinciam redacta, Dux - - - - ex Hiltrude, quæ fuit ſoror Pippini Regis, qui fuit Pater Karoli Magni, genuit Taſſilonem &c.* Auctor *Fundationum Monaſteriorum quorundam Bavariæ, Andreæ* Ratisbonenſi annexus, Tit. de *Inſtitutione Monaſterii Altahenſis Inferioris*, pag. m. 76. *Taſſilo etiam Dux, Utilonis Ducis, & Hiltrudæ, Sororis Pipini Regis ſupra dicti, Filius, & ſui Barones, plura Prædia huic ſtructuræ illis temporibus contulerunt &c.* & *Hundius* Tom. 2. *Metropol.* voc. *Altaich Inferius* pag. 1. *Taſſilo, Filius Utilonis, plurima prædia huic Monaſterio dedit &c. Aventinus* lib. 3. Cap. X. §. 1. pag. m. 267. annum nativitatis exprimit. *Horum* (Utilonis & Hildrudæ) *Filius, Theſſalonus, natus eſt anno reſtitutæ ſalutis, Septingenteſimo Quadrageſimo prima &c.* ita & *Hemingeſius* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 170. *Taſſilo III. vel Theſſalonius, Dux Bavariæ, poſtremus in hac familia, natus Veſſabrunnæ, Anno Christi 741. &c.*

(2) Thalamum conſcendit cum *Liutberga*, ultimi Longobardorum Regis, *Deſiderii*, filia, de qua *Adelmus*, ad an. 788. apud *Freherum* T. 2. *Rer. Franc.* pag. 397. Comitiorum *Ingelheimenſium* memor, in quibus *Thaſſilo* criminis Læſæ Majeſtatis à Bojoariis accuſatur; *Objicientibus, ei, quod, poſtquam filium ſuum obſidem Regi* (Carolo M.) *dederat, ſuadente Conjuge ſua, Liutberga, quæ filia Deſiderii, Regis Langobardorum, fuit, &, poſt Patris exilium, Francis inimiciſſima ſemper extitit, in adverſitatem Regis, &, ut bellum contra Francos ſuſciperent, Hunarum Gentem concitarat &c.* Quæ, totidem verbis, in *Annalibus Francorum Reuberianis*, an. eod. pag. 27. reperiuntur, vid. ſeq. v. 4. ad an. 788. Conſ. Vita *Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 253. *Dixeruntque fideles Bajoarii, quod Taſſilo fidem ſuam ſalvam non haberet, ſed poſtea fraudulentus apparuit, ſuadente Uxore ſua, Liutberga &c.* ut & *Regino*, an. eod pag m. 30. *Cœperunt autem eum* (Thaſſilonem) *Bavari accuſare, quod fidem promiſſam violaſſet, ſuadente Uxore, Liutburga &c. &, paucis interjectis: Hæc omnia ſupra dictus Thaſſilo, & Uxor ejus, Luitburga, terminaverunt &c.* Poëta *Saxo, Arnolpho* Imp. coævus, ad ann. 788. apud Illuſt. Dn. *Leibnitz* T. 1. *Rer. Brunſvic.* pag. m. 137. & Dn. *Schilterum*, de *Scriptoribus Rer. German.* pag. m. 15.

Cum Rex in Villa (Ingelheim) *fieri juſſiſſet eadem,*
Conventum Procerum, ſolenni more, ſuorum,
Cum reliquis etiam fuit illic Taſſilo præſens.
Quem proprius quondam Populus, cui præfuit ipſe,
Criminibus magnis Majeſtatisque reatu
Accuſans, Regis meritò commoverat iram;
Objiciens primò, quod fœdere deditionis
Neglecto, quo ſubjectum, ſeu pectore fidum,
Se fore, juravit, donis, crebroque rogatu,
Inſtigans Hunos Francis ita fecerat hoſtes,
Ut vellent ſiontis vaſtare ferociter armis
Illorum fines, Carolumque laceſſere bello.
Ejus, ut hoc faceret, Leutberga, ſuaſerat Uxor:
Quæ Deſiderii fuerat quin filia Regis,
Poſt Patris exilium, Francis inimica manebat &c.

Eam in exilium actam, ex *Annalibus Nazarianis*, ad an. 788. apud *Freherum* l. c. Tom. I. p. 89. diſcimus: *Et Uxor jam præfati Ducis* (Taſſilonis) *nomine Liutburga, exiliata eſſe comprobatur &c.* Auctor vero *Appendicis* ad *Chronicon Nibelungi Comitis*, ann. eod. ſacrarum Virginum cœtui adſcriptam eam teſtatur: *Ipſius* (Thaſſilonis) *Uxor velamen ſibi impoſuit &c.* Ejusdem ſententiæ eſt *Aventinus*, lib. 3. Cap X. §. 32. pag. m. 273. *Uxor, Lytopirga, in ſacrarum fœminarum cœtu degere juſſa eſt*, lata ſcil. in *Ingelheimenſibus* Comitiis, in *Thaſſilonem* ſententia; ut & *Hemingeſius* l. c. *Uxor* (Thaſſilonis) *Lytopirga, vel Limburgis, quæ & Sualiberga nominatur, filia Deſiderii, Longobardorum Regis, quæ etiam inter Veſtales degere coacta eſt &c.* Non fine fundamento itaque carpit Clar. Dn. *Eccardus*, in *Genuino Stemmate Deſideriano*, §. 6. pag. 25. *Paulum Æmilium*, lib. 2. *Geſtorum Francorum*, Principem hanc, adhuc ante mariti interitum, deceſſiſſe tradentem.

(3) Liberi ei adſcribuntur:

(1) *Güntherus*, de quo *Hemingeſius* l. c. *Güntherus, occiſus ab apro, dum venationi ſtudet, in Norico Ripenſi, in cujus memoriam Pater Chremsmünſter cœnobium ædificaſſe ſcribitur &c.* Hauſit hæc ex *Wolfgangi Lazii* Comment. de *Republica Romana*, lib. 22. conſentiunt *Marc. Velſerus*, lib. 5. *Rer. Boicar*, *Andr. Brunnerus* lib. 9. *Annal.* § 13. *Rettenpacherus, Annal. Cremifan.* lib. I. Cap. 8. pag. 21. *Joh. Adlzreiter*, Part. I. *Annal.* lib. 7. §. 43. ait rectè *Aventinus* l. c. §. 6. pag. m. 268. *Chremiſſæ Monaſterium*, (condidit Thaſſilo) *ubi Güntherus, filius ejus, ab apro in venatione percuſſus periit, diuque quæſitus à cane proditur. Qui fame coactus, relicto cadavere, in Aulam prorupit, latratu præter ſolitum crebro, quaſi queſtubus dominum deplorans, ſimilisque hortanti ſua veſtigia ſubſequi Patrem, ad interfectum filium deduxit. Qui ad hujusce rei monumentum, eodem in loco, contubernium Monachis conſtruxit. Ita quidam prodidere, mihi ve-*

Digitized by Google

bi verò non ſit veriſimile. Nam in oratione, quam Theſſalonus, in ejusdem Templi dedicatione, habuit, Theodonis quidem, Filii ſui, mentionem facit, de Günthero, & hujusmodi fabula, ne verbum quidem offendes: profectò tantam rem ille non taciturus, ſi ita fuiſſet. Deprehendi ego, Monachos, ut originem principiaque templorum ſuorum auguſtiora vili plebeculæ faciant, animos vulgi imperiti hujuscemodi fabellis, ad quæſtum confictis, allicere, & oblectare ſolere &c.

(2) *Theodo*, cujus ipſe Pater in Diplomate, quo, anno Regiminis XXX. adeoque A. C. 779. Monaſterium *Krembs*, in Auſtria, multis bonis ditavit, apud *Lazium*, lib. 7. de *Migratione Gentium*, & *Meibomium*, Tom. 3. *Rer. German.* pag. 192. & *Simonem Rettenpacherum*, lib. 1. *Annalium Cremiſanenſium*, Cap. 9. pag. 25. &c. meminit: *Ego igitur Thaſſilo, Vir Illuſtris, Dux, ut ſupra adnotatum eſt*, (Bojoariorum) *anno triceſimo Ducatus mei, ſimulque Dilectiſſimus filius meus, Theodo, anno etiam Ducatus ejus primo, tradimus & confirmamus ad prædictum Monaſterium S. Salvatoris &c.* Conf. ad ſeq. an. 779. Ab *Hadriano* P. R. ſacro eum lavacro an. 774. luſtratum docet *Aventinus* l. c. §. 18. pag. m. 270. *Carolus* (Magnus) *in Italiam arma movet, Deſiderium, Regem,* (Longobardorum) *cum uxore Anſa, Ticini obſidet, & capit, Romam it, ubi Theodo, filius Theſſaloni, ab Hadriano, Epiſcopo Romano, lavacra cœleſti luſtratus eſt &c.* Ultimam expeditionem adverſus *Deſiderium* ſuſceptam fuiſſe an. 773. finitamque an. 774. præced. Tit. IV. §. 5. lit. a. v. 28. p. 353. & Tit. VIII §. 5. lit. g. p. 907. dicta declarant. Natum putat Principem *Adlzreiterus*, an 772. ſcribens l. c. *Huic* (Thaſſiloni) *ex Luitpurga, natus eſt Guntherus filius, incertum, qua anno? Theodo deinde, anno 772 primam lucem adſpexit, prognatus ex eadem thora. Illum Hadrianus Pontifex ſalutaribus undis abluit, cum parens uterque Romam, Religionis an alia cauſa? acceſſiſſent &c.* His immediatè annectit: *Thaſſilo, rediens ex Italia, magnum agri modum Attoni, Abbati S. Petri Bauzani, donavit, quod teſtantur Friſingenſes Tabulæ, aſſerentes, id anno XXII. initi à Taſſilone, Principatus, contigiſſe &c.* Fata ejus depingunt *Annales Nazariani* l. c. ad an. 787. aliique, an. eod. docentes, datum eum hoc anno, *Carolo* Regi, à Parente, obſidem, ſequenti tonſum, & exilio mulctatum. Verba mox proferam. Conf. ſeq. v. 4. ad an. 787. & 788.

(3) *Theotbertus*, de quo *Annales Nazariani* l. c. ad an 788. pag. m. 89. *duo quoque filii ejus*, (Thaſſilonis) *bis nominibus, Theoto, & Theotbertus, utrique tonſurati atque exilati ſunt &c.* Tacitè mentio quoque ejus fit Cap. 3. *Francofurtenſis* Synodi, an. 794. celebratæ, verbis, ad an. 794. infra producendis.

(4) *Filiorum* ejus meminerunt, idem Canon laudatæ Synodi; & Auctor *Appendicis ad Chronicon Nibellungi Comitis*, ad an. 788. *Filias Ejus* (Thaſſilonis) *unam ex illis tranſmiſit ad Cala Monaſterio, & aliam ad Lauduno Monaſterio &c.* Quæ de *Simabildi*, unica ejus filia, *Valteri III.* Hannoniæ Comitis, conjuge, *Henningeſius* l. c. & pag. 63. narrat, incerta ſunt.

(4) Liberalitatem erga Eccleſias celebrat *Andreas Presbyter Ratisbonenſis*, l. c. pag. m. 13. obitus ejus memor, inquiens: *Hic eſt Taſſilo Dux, qui, in ſervitio & officio Divina devotiſſimus exiſtens, inter cætera Monaſteria celebria, Pollingen Canonicorum Regularium conſtruxit. Item, Weſpebrunne, ſic dictum à quodam ſuo venatore, dicto Weſſo, qui fontem ibidem è terra bullientem, à ſe repertum, oſtendit. Vidit quoque Taſſilo, dum ex venatione aprorum quadam vice pernoctaſſet ibidem, ſcalam ad Cœlos porrectam, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes per illam: S. Petrum autem, Apoſtolorum Principem, innixum ſcalæ, & canentem ea, quæ in Officio Dedicationis ſolent decantari. Idem fundavit Monaſterium S. Nicolai Pataviæ. Item, Monaſterio Inferioris Altaich* (rectius, *Altaha*, de quo *Ludovicus Germanicus*, in Diplomate, an. 25. Regni ſui, huic Cœnobio dato, apud *Gewoldum*, T. 2. Addit. ad *Hundii Metropolin*, pag. 14. *ſed & Taſſilonis quondam Ducis in Ducatu Bojoarico, ſuper eodem re, literas oſtendit &c.*) *plura prædia dedit. Item Pataviam, Civitatem Bavariæ, inſtaurans & renovans, Epiſcopatus Sedem, quæ apud Lauriacum,* (*priusquam ab Hunnis everteretur,*) *erat, inibi conſtituit. Denique, in choro Monaſterii in Waltenburg, verſus ſubſcripti habentur;*

Taſſilo, Dux Bavariæ, Fundator hujus Eccleſiæ;
Sex ſtruxit in Bavaria Taſſilo Dux Monaſteria:
Weltenburch; Chremsmünſter; Lorch; Welzesbrunn; Pfaffenmünſter.
Taſſilo Dux primum; poſtea Rex; ſed Monachus ad imum.

Eosdem verſus recitat *Meibomius*, in Notis in Diploma *Thaſſilonis*, Tom. 3. *Rer. German.* pag. 197. in *Hiſtoria* vero *fundationum Cœnobiorum quorundam Bavariæ*, Chronico *Andreæ* Presbyteri annexa, voc. *Weſſelprun.* pag m. 79. correctius recenſentur;

Taſſilo, Dux Bavariæ, Fundator hujus Eccleſiæ;
Sex ſtruxit in Bavaria Taſſilo Monaſteria:

Digitized by Google

Weltenburg; Chremsmünſter; Lorch; Weſſelprun; Pfaffenmünſter.

Taſſilo, Rex primum, poſt Dux, Monachus ſed ad imum.

Conf. *Gewoldus*, Addit. ad T. 3. *Metropolis Hundii*, voc. *Pfaffenmünſter*, pag. 102. *Hujus* (Utilonis) *filius, Taſſilo, ex Hildrude, quæ fuit ſoror Pipini Regis, qui fuit Pater Caroli Magni, devotiſſimus extitit in ſervitio & divino cultu; fundator enim fuit multorum Monaſteriorum, ſcil, Polling; Wezeſprun; S. Nicolai Patavia; Weltenburg; Chrembsmünſter; Lorch; & Pfaffenmünſter; idem, Monaſterio Inferioris Altach plura dedit &c. Idem Taſſilo Pataviani, Civitatem Bavariæ, inſtaurans & renovans, Epiſcopatus Sedem, quæ apud Laureacum erat, priusquam transferebatur, inibi conſtituit &c.* Quamvis non omnia hæc probari queant, vel *Weltenpurgo*, à *Theodone III.* & *Pfaffenmünſtor*, ab *Otilone*, Principis noſtri Parente, jam fundatis; niſi de dotatione accipiantur. Cæterum, orta, poſt *Caroli Martelli* fata, inter filios ejus, *Carolomannum, Pipinum* & *Grifonem*, gravi ſimultate, ob Paternum Principatum, quem duo priores, excluſo *Grifone*, ann. 741. ut præced. T. 2. §. 10. lit. q. v. 9. pag. 213. habetur, inter ſe ſolos diviſerant, res in acerbum prorupit bellum, ex quo maximè, ceu Tit. XI. pag. 934. dictum, *Carolomannus*, an. 747. ſeculo valedicens, clericalem ſtolam induit, ſolo *Pipino* herede ſcripto; hac enim rerum facie, defunctoque, idem circa tempus, *Odilone*, Bojorum Duce, *Gripho, de Saxonia egreſſus, in Bajoariam pervenit, ipſumque Ducatum ſibi ſubjugavit; Giltrudem cum Thaſſilone* (viduam filiumque Odilonis) *cepit, & ſuæ Ditioni ſubjecit Suigder, in ſolatium ſupra dicti Griphonis. Hæc audiens Pipinus, cum Exercitu illuc venit, omnesque ſupra nominatos ſibi ſubjugavit, Griphonem & Lantfridum ſecum duxit in Franciam, Thaſſilonem Ducem Bajoariorum conſtituit &c.* Hæc *Regino* ad ann. 748. p. 22. Conf. *Annales Francorum Reuberiani* ann. eod. pag. 16. *Grifo, Saxonum fidei diffidens, Bajoariam petiit, & copiis, quæ ad eum de Francia confluebant, ipſum Ducatum in ſuam redegit poteſtatem; Taſſilonem & Hiltbrudim in deditionem accepit; Swithgerum, ſibi in auxilium venientem, ſuſcepit. Hæc cum ad Pipinum perlata fuiſſent, cum maximo Exercitu in Bajoariam profectus eſt, fratremque ſuum, Grifonem, cum omnibus, qui cum eo, vel ad ipſum, eò venerant, cepit: Taſſilonem in Ducatum reſtituit; Dominumque reverſus, Grifonem, Ducum more, duodecim Comitatibus donavit. Sed ille tali Beneficio contentus non erat &c.* & *Adelmus*, an. eod. apud *Freberum* T. 2. *Rer. Franc.* pag. 382. & 383. & *Sigebertus Gemblac.* ann. eod. pag. 548. perperam tamen *Thaſſilonem* inter *Grifonis* complices referens: *Pipinus, Grifonem in Saxonia, & ejus complices, Thaſſilonem, Lanfridum, & Siudiger, bello victos capit, & Thaſſilonem quidem Bajoariæ Ducem facit, Grifoni verò in Neuſtria XII. Comitatus concedit, quod illi non ſufficit, ſed ad Waiferum in Aquitaniam fugit &c.* Alii. Diſtinctius autem tribus hæc vindicantur annis; rebellio quidem *Grifonis*, ann. 748. ejectio ejus, una cum *Thaſſilonis* inſtitutione, an. 749. & *Grifonis* Inveſtitura, ann. 750. ita ſanè *Annales Francorum Pithœani*, ad ann. 748. pag. 5. *Gripho, frater Carlmanni & Pipini, poteſtatem quandam affectans, ad Saxones ſe contulit. Pipino verò, per Thuringiam, ingreſſo Saxoniam, ſuper fluvium Obacra, in loco, qui dicitur Horoheim, Saxones occurrunt, Gryphonem cum eo pacificare cupientes. Grypho autem, nec Saxonibus nec Francis ſe credens, in Bajoariam fugit &c.* & ad an. 749. *Pipinus in Bajoariam pergens, Taſſilonem, nepotem ſuum, natum ex Hiltbrude, ſorore ſua, Ducem ibi conſtituit, Gryphone & Lanfrido inde eductis &c.* & ad ann. 750. *Pipinus Gryphoni, in partibus Neuſtriæ, XII. Comitatus dedit. Sed ille nec ubi ſecurum ſe eſſe ratus, ad Warfarium, Ducem Aquitaniæ, ſeceſſit &c.* Totidem verbis repetuntur hæc in *Annalibus Francorum Fuldenſibus*, ad Annos 748. 749. & 750. p. m. 3. Conf. *Annal. Francor. Lambeciani*, lib. 2. *Comment. Biblioth. Vindob.* Cap. 5. pag. 369. *Hermannus Contractus*, ad an. 749. p. m. 297. *Pipinum, Taſſilonem, ſororis ſuæ filium, Bajoariæ Ducem, poſt Odilonem, fecit &c.* & ad ann. 750. *Pipinus Gryphoni XII. Comitatus in partibus Neuſtriæ dedit &c. Ademarus* Monachus *S. Eparchii Engoliſmenſis*, in Chronico, apud *Labbeum* T. 2. *Biblioth. MS.* pag. 155. & 156. *Otto Friſingenſ.* lib. 5. *Chronic.* Cap. 20. p. m. 111. *Conradus Urſpergenſ.* ad ann. 749. p. m. 123. *Chronographus Saxo*, an. 748. & 749. pag. 114. *Albericus Monachus trium fontium* ad an. 748. & 749. pag. 85. quamvis, loco priori, perperam, *Griffonis* conjugem *Suanhildim* conſtituat, quæ fuit ejus mater; & poſteriori, *Sigebertum* ſecutus, *Taſſilonem*, quem *Taſſalionem* vocat, *Griffonis* complicibus annumeret. *Albertus Stadenſis* ann. 749. pag. 67. *Miſcellanea Aquitanica* ad ann. 748. & 749. apud *Labbeum* l. c. pag. 734. Leges novo Principi, Veteri conſuetudine, præſcriptas, exhibet *Aventinus*, lib. 3. Cap. 10. p. m. 267.

An.

Digitized by Google

An. 753. inſtauravit Monaſterium *Weſſobrunnenſe*, de quo *Hundius* Tom. 3. *Metropolis Salisburg.* voc. *Weſſesbrunnen*, pag. 484. *Monaſterium Ordinis S. Benedicti fundatur primò, cum ſeptem aliis Monaſteriis, per Landfridum, Elilandum, & Waldramum, Fratres, Comites ab Antorff & Loiſa; ampliatur & inſtauratur poſtea, ut habent Chronica hujus Monaſterii, anno 753. per Taſſilonem, filium Utilonis, Ducem Bojorum &c.* Conf. praeced. v. 22. §. 2. in vita *Odilonis* Ducis, ex Hiſtoria Fundationis ejusdem Cœnobii, allata.

An. 754. *Venit Deſſilo ad Martis campum.* Ita *Annales Francorum Nazariani*, ad h. a. apud *Freberum* T. 1. *Rer. Franc.* pag. 87.

An. 755. *Pipinum*, adverſus *Aiſtulphum*, Longobardorum Regem, copias in Italiam ducentem, comitatur. *Aiſtulfus, Rex Langobardorum, fidem ſuam, quam Regi Pipino promiſerat,* (an. 744.) *peccatis facientibus, feſellit. Iterum ad Romam, cum Exercitu ſuo, veniens, fines Romanorum peragrans, atque Regionem illam vaſtans, ad Eccleſiam S. Petri proveniens, & domos, quas ibidem reperit, maximè igne concremavit. Hæc Pipinus Rex, cum per nuncios audiſſet, nimio furore, & ira motus, commoto iterum omni Exercitu Francorum per Burgundiam, per Cavolonnam Urbem, & inde per Januam, usque ad Mauriennam veniens. Rex Aiſtulfus cum hoc reperiſſet, iterum ad Cluſas Exercitum Longobardorum mittens, qui Regi Pipino, & Francis, reſiſterent, & partes Italiæ intrare non ſinerent. Rex Pipinus cum Exercitu ſuo, monte Ciniſio tranſacto, usque ad Cluſas, ubi Longobardi reſiſtere nitebantur, perveniens, & ſtatim Franci ſolito more, ut edocti erant, per montes & rupes, erumpentes in Regnum Aiſtulfi, cum multa ira & furore, intrant, Longobardos, quos ibi repererunt, interficiunt. Reliqui, qui remanſerant, vix fuga lapſi evaſerunt. Rex Pipinus, cum nepote ſuo, Taſſilone, Bajoariorum Duce, partes Italiæ, usque ad Ticinum, iterum acceſſit, & totam Regionem illam fortiter devaſtans, & circa muros Ticini utraque parte fixit tentoria, itaut nullus exinde evadere poſſet. Hæc Aiſtulfus, Rex Longobardorum, cernens, etiam nullam ſpem ſe evadendi ſperaret, iterum, per ſupplicationem Sacerdotum & Optimatum Francorum, veniam & pacem prædicto ſupplicans, & ſacramenta, quæ præfato Regi dudum dederat, ut, quæ contra ſedem Apoſtolicam, rem nefariam, fecerat, omnia judicio Francorum & Sacerdotum, pleniſſima ſolutione, emendaret. Igitur Rex Pipinus, ſolito more, iterum miſericordia motus, ad petitionem Optimatum ſuorum, vitam & Regnum iteratò conceſſit. Aiſtulfus Rex, judicio Francorum & Sacerdotum, theſaurum, qui in Ticino erat, id eſt, tertiam partem, prædicto Regi tradidit, & alia multa munera majora, quam antea dederat, partibus Regis Pipini dedit, ſacramenta & obſides donat, ut amplius nunquam contra Regem Pipinum, & Proceres Francorum, rebellis & contumax eſſe debeat, & tributa, quæ Longobardi Regi Francorum, à longo tempore, dederant, annis ſingulis, per Miſſos ſuos, deſolvere deberent. Præcelſus Rex Pipinus victor cum magnis theſauris, & multis muneribus, abſque belli eventu, cum omni Exercitu ſuo illæſo, ad propriam ſedem Regni ſui remeavit incolumis &c.* Hæc omnia *Fredegarius*, in Chronico, apud *Freberum*, T. I. *Rer. Franc.* pag. 162. contigiſſe autem anno 755. diſcimus ex *Annalibus Francorum Reuberianis*, h. a. p. 17. Conf. *Annal. Fuldenſ.* ann. 754. & 755. pag. 4. *Pithœani* an. 754 & 755. pag 6. *Regino* ann. 755. p. 24. *Adelmus*, ann. 755. & 756. pag. m 384. *Hermannus Contractus* ann. 754 pag. m 297. & ann. 755. & 756. pag. 298. *Marianus Scotus*, an. 754. pag. 437. *Sigebertus Gembiac.* an. eod. pag. 549. *Ademarus* l. c. pag. 156. *Otto Friſingenſ.* lib. V. *Chron.* Cap. XXV. ann. 755. & 756. pag. 113. *Gotfridus Viterbienſ.* Part. XVII. *Chronic.* in vita *Pipini*, pag. m. 441. *Chronographus Saxo*, ann. 754 & 755. & 756. p. 118. *Albericus, Monachus trium Fontium*, an. 754. p. 93. & 756. pag. 95. &c. *Conradus Urſperg.* an. 755. pag. 124. *Albertus Stadenſis* an. 755. & 756. pag. 68. & 69.

An. 757. interfuit Comitiis *Compendienſibus*, ibique homagium præſtitit *Pipino*. *Conſtantinus Imperator miſit Pipino Regi multa munera, inter quæ & Organum, quæ ad eum Compendium perlata ſunt, ubi tunc Populi ſui Generalem Conventum habuit. Illuc & Taſſilo, Dux Bojoariorum, cum Primoribus Gentis ſuæ, venit, &, more Francorum, in manus Regis in Vaſſaticum, manibus ſuis ſemetipſum commendavit: fidelitatemque tam ipſi Regi Pipino, quam Filiis Ejus, Carolo & Carlomanno, jurejurando ſupra corpus S. Dionyſii promiſit: & non ſolum ibi, ſed & ſuper corpus S. Martini, & S. Germani, ſimili ſacramento, fidem ſe prædictis Dominis, diebus vitæ ſuæ, ſervaturum eſt pollicitus. Similiter & omnes Primores ac Majores natu Bajoarii, qui cum eo in præſentiam Regis pervenerunt, fidem ſe Regi, & Filiis Ejus, ſervaturos, in prædictis venerabilibus locis, promiſerunt &c.* Sunt verba *Adelmi*, ad h. a. p. 385. Confirmant ea *Annales Reuberiani*, ann. eod. pag. 17. *Regino*, ad ann. 756. pag. 24. *Ademarus* l. c. pag. 156. *Sigebertus Gembiac.* ann 756. p. 550. *Otto Friſin-*

Digitized by Google

Friſingenſ. l. c. ad ann. 757. pag. 113. *Chronographus Saxo*, ann. 757. pag. 119. *Albericus*, an. eod pag. 96. *Conradus Urſpergenſ.* ann. eod. pag. 124. *Albertus Stadenſ.* ann. eod. pag. 69.

An. 763. *Conventu in Nivernis habito, & contractis undique copiis, Rex Pipinus Aquitaniam repetit, & omnia, quæ extra muniſiones erant, ferro & igne depopulatus, usque ad Cadurciam Oppidum acceſſit. Inde cum Exercitu integro in Franciam ſe recepturus, per Limovicam regreditur. De qua Expeditione Taſſilo, Bajoariæ Dux, ægritudine per dolum ſimulata, in Patriam reverſus eſt, firmatoque ad defectionem animo, ad Regis conſpectum ſe ulterius venturum abjuravit &c.* Hæc *Annales Francorum Reuberiani*, h. a. pag. 18. Eadem profert *Adelmus* l. c. an. eod pag. 386. *Regino* ann. eod. pag. 24. ait: *Rex Pipinus habuit Placitum ſuum in Nivernis, & quarto ingreſſus eſt Aquitaniam,, ibique Thaſſilo, Dux Bajoariorum, poſtpoſitis ſacramentis, fraudulenter ſe inde ſubduxit, omnia Beneficia oblitus, quæ Rex, avunculus ejus, ei fecerat, & Bajoariam ingreſſus, ſupra dicti Regis faciem amplius videre noluit &c.* In *Annalibus Pithœanis* ann. eod. pag. 8. & *Fuldenſibus*, an. eod. pag. 5. legitur ſaltem: *Taſſilo, nepos Pipini, de Exercitu Regis ſe ſubducens, ad Bajoarios ſeceſſit &c.* Add. *Annales Lambeciani*, lib. 2. *Comment. Biblioth. Vindobon.* Cap. 5. pag. m. 371. *Taſſilo, de Exercitu Regis ſe ſubducens, Bajoariam petit &c. Chronographus Saxo*, ann. eod. pag. 120. *Albericus*, ann. eod. pag. 99. & 100. *Conradus Urſpergenſ.* ann. eod. pag. 124. Errant itaque *Sigebertus Gemblac.* ad ann. 762. pag. 551. & *Albertus Stadenſ.* ann. eod. pag 69. hoc anno 762. eveniſſe arbitrantes: *Marianus Scotus* contrà, pag. m. 437. non minus falsò in annum 765. excurrit. Rem comprobant *Ademarus* l. c. pag. 157. & *Otto Friſingenſ.* l. c. p. 113.

An. 764. Cauſa ejus examinatur in Comitiis *Wormatienſibus*, teſte *Adelmo* ad h. a. p 386. *Rex Pipinus, diſtracto in diverſa animo, propter duo bella, videlicet Aquitanicum, jam olim ſuſceptum, & Bajoaricum, propter Taſſilonis Ducis defectionem, ſuſcipiendum, Populi ſui Generalem Conventum habuit in Wormatia Civitate, dilataque in futurum expeditione, illo anno in Francia domi ſe continuit &c.* Eadem offendis in *Annalibus Francorum Reuberianis* h. a. pag. 18. Conf. *Regino*, an. eod. pag. 24. & 25. *Rex Pipinus habuit Placitum ſuum in Wormatia, & cauſam diligenter pertractavit inter Vaifarium, & Taſſilonem &c. & Ademarus* l. c. *Pipinus habuit Placitum ſuum ad Warmatiam, & ipſo anno in Francia reſedit, pertractans, quid faceret, contra Waiferium & Taſſilonem &c.* & *Chronogr. Saxo* an. eod. pag. 120. *Conradus Urſpergenſ.* an. eod. pag. 124.

An. 770. *vel* 771. ſub dato *Bauzano*, Ducatus ejus anno XXII. *Taſſilo, Dux Bavarorum, Vir Illuſter, compunctus de divina miſericordia, atque de æterna beatitudine, valente cum conſenſu Optimatum Bavarorum, donat atque transfundit locum, nuncupatum Intica, quod vulgò Campo Gelaw vocatur, Attoni Abbati, ad Eccleſiam S. Petri Apoſtolorum Principis &c.* vid. *Gewoldus*, Addit. ad T. 1. *Metropolis Hundii*, pag. 125.

An. 772. Synodum celebrat *Dingolfingæ*, cujus acta apud *Gewoldum* l. c. pag. 342. edit. nov. pag. 311. &c. sic inchoantur: *Regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, in anno verò XXII. Regni Religioſiſſimi Ducis Thaſſilonis Gentis Bajoariorum, ſub die* (forte Caliſti) *Conſulem, quod erat 2. Id. Octobr. atque anno, ab Incarnatione Dominica DCCLXXII. Indict. X. Divina præſtatus inſpiratione, ut omne Regni ſui prænotatus Princeps Collegium Procerum coadunaret, in Villam publicam, Dingolvingam nuncupatam, ut ibidem tam regulare moderares in ſancto habitu Cœnobium Virorum & Puellarum, quam Epiſcopales moderaretur obſequias; inſuper Gentis ſuæ Inſtitutiones Legum, per primatos impertitos,* (& peritos) *univerſa conſentiense multitudine, quæ reperit diuturna* (diuturnitate) *vitiata, & quæ videbantur abſtrahendo evellere, &, quæ decretis placerent componenda, inſtituerentur &c.* paucis interjectis: *Hæc ſunt Decreta, quæ conſtituit Sancta Synodus, in loco, qui dicitur Dingolvingen, Domino Thaſſilo mediante. De die dominico ita conſtitutum eſt, ut tali honore habeatur, ſicut in Lege ſcriptum eſt, & in decretis Canonum - - - de eo, ut nullus hereditate ſua privetur, niſi per tres cauſas, quae in pacto ſcribuntur: (1) propter Homicidium, hoc eſt, ut quisquis hominem Principis ſibi dilectum occiderit, ob injuriam Principis, & ad calumniam, hominem componet ſecundum Legem, tunc privetur hæreditate ſua. (2) De eo, quisquis mulierem Nobilem acceperit in conjugium, & non præſcivit, ita conſtituit, ut iterum libera eſſet, dimittat ſervum, & poſtea non redigatur in ſervitium, ſed eſſet libera. (3) De eo, quod & ſi quis, de quocunque reatu, accuſatus ab aliquo, poteſtatem accipiat, cum accuſatore ſuo pacificare, ſi voluerit; antequam pugnam, quæ Wehadinc vocatur, permittat. (4) De eo, quisquis de Nobili Genere deprehenſus fuerit, de illis quatuor cauſis, de quibus ſupra diximus, ſi ille hæreditate ſua portionem, pro illius criminis reatu, perdat, Uxor autem illius, ſuo Jure non privetur, ita conſtituit &c. De Popularibus Legibus - - - De pugna duorum, quod Wehadinc vocatur, ut prius inſortiantur, quam parati ſunt, ne fortè carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus, inſidiantur. Qui ſupra prædicta pugna, quod Champfwic diximus, peracto judicio.*

Digitized by Google

eio, ſe, ſimul vindicta, erigere contra querentem præſumpſerit, ſacramentum, quod ante id dicitur, jure & in Eccleſia, cum tribus nominatis ſacramentalibus. De eo, quod Bajoarii Stapſaken *dicunt, in verbis, quibus, ex vetuſta conſuetudine paganorum idololatriam reperimus, ut deinceps non aliter, niſi indicat, qui querit debitum :* Hac mihi injuſtè abſtuliſti, quæ *reddere debet. Reus verò contra dicat :* Nec hoc abſtuli, nec componore debeo. *Iterata voce requiſito debito, dicat :* Extendamus dexteras noſtras ad juſtum judicium Dei ; *& tunc manus dexteras uterque ad Cœlum extendat. &c. &c.*

Anno 778. Auxilia mittit *Carolo* Francorum Regi, Hiſpaniæ obducenti milites : *Carolus cum Exercitu Hiſpaniam ingreſſus eſt. Venit enim primò ad Pampilonam Civitatem ; deinde ad Caſar - Auguſtanam Urbem perrexit, ubi innumerabilis multitudo de partibus Burgundiæ, & Auſtraſiæ, vel* Bajoaria, *ſeu Provinciæ & Septimaniæ, pars etiam Langobardorum, in auxilium Francorum convenerunt. Obſidione itaque Civitatis territi Sarraceni obſides dederunt, & immenſum pondus auri. Ejectis itaque Sarracenis de Pampilona, murisque ejusdem Civitatis dirutis, Vaſconibusque ſubjugatis, in Franciam revertitur &c.* Ita *Regino* h. a. pag. 27. Conf. *Annales Francorum Monachi Egolismenſis S Eparchii,* apud *Schilserum,* de *Scriptorib. Rer. German.* pag. m. 50. Bellum comprobant *Annales Francorum Pithœani* ann. eod. pag. 10. ubi Sarracenorum Principes, quos ad dandos obſides *Carolus* adegerat, *Ainalarabis & Habitaurus* vocantur ; nec aliter *Annales Reuberiani* ann. eod. pag. 22. *Fuldenſes*, an. eod. pag. 6. *Adelmus* an. eod. pag. 391. &c.

An. 779. variè dotat Cœnobium *Cremsminſter*, tabulas ejus, poſt *Lazium* Lib. VII. de *Migrat. Gentium,* & *Meibomium* T. 3. *Rer. German.* pag. 192. ſiſtente *Simone Rettenpachero*, lib. I. *Cremiſanenſium*, Cap. 9. pag. 25. &c. ubi, inter alia : *Ego* Thasſilo, *Vir Illuſter,* Dux Wajoariorum, *anno Ducatus mei triceſimo. Indictione prima, mente tractavi, ut de hoc, quod mihi Dominus dignatus eſt concedere, pro memet ipſo, aliquid Deo offerrem. Nam b. m. Anteceſſores mei, in quantum potuerunt, res ſuas Deo devoverunt ; Eccleſias Dei conſtruxerunt : easque ſuis opibus ditaverunt ; Monaſteria quoque ſtuduerunt conſtruere, & non modicas ad eadem pecunias tradere. Qua de re ſtatui quoque & Ego, in animo meo, ut, cum ſumma opitulatione Jeſu Chriſti Domini, in Ipſius nomine Monaſterium ædificarem, quod, ipſo adjuvante, ita factum eſt. Nam monaſterium conſtruxi, juxta fluenta, nuncupata Chremiſa, in honore S. Salvatoris, quod & Deo dicavi, &, in dedicatione, tradidi, quod potui --- Nunc ergo ea, quæ tradidimus, intimabo. Ego igitur, Taſſilo, Vir illuſter, Dux ut ſupra annotatum eſt, An. XXX. Ducatus mei, ſimulque dilectiſſimus Filius meus, Theodo, anno etiam Ducatus ejus primo, tradimus atque confirmamus ad prædictum Monaſterium S. Salvatoris, inprimis namque eos homines, qui in ipſo loco habitant, & ea cuncta, quæ ibidem culta videbantur &c.*

An. 780. *Thaſſilo, Dux Bajoariæ, contra Carolum Regem rebellat, hortatu uxoris ſuæ, quæ filia erat Deſyderii Regis* (Longobardorum) *& exilium Patris ſui, per maritum ſuum, vindicare tentabat &c.* Ita *Sigebertus Gemblac.* h. a. pag. 554. Conf. *Albericus*, ad an. 781. pag. 116.

An. 781. *Cum Romæ eſſet,* (Carolus Magnus, Rex Francorum) *convenit inter Ipſum, atque Adrianum Pontificem, ut ſimul Legatos mitterent ad Taſſilonem, Ducem Bajoariæ, qui eum commonerent de Sacramento, quod Pipino Regi, & filiis ejus, ac Francis, juraverat, ſcilicet, ut ſubjectus eis ac obediens eſſet. Electi ac directi ſunt in hanc Legationem, de parte Pontificis, Formoſus ac Damaſus Epiſcopi, & de parte Regis, Richolfus Diaconus, atque Eberhartus, Magiſter Pincernarum ; qui cum, ut juſſi erant, commemorato Duci locuti fuiſſent, in tantum cor ejus emollitum eſt, ut diceret, Se ſtatim velle ad Regis properare præſentiam, ſi ſibi tales dentur obſides, ſub quibus de ſua ſalute dubitare nulla ſit neceſſitas. Quibus datis, ſine cunctatione, apud Wormatiam, ad Regem venit, Sacramentum, quod jubebatur, juravit ; obſides duodecim, qui imperabantur, ſine mora dedit, quos Sindbertus, Reginenſis Epiſcopus de Bajoaria, in Cariſiaco, in conſpectum Regis adduxit. Sed idem Dux, domum reverſus, non diu in ea, quam promiſerat, fide permanſit &c.* Hæc *Annales Francorum Reuberiani*, h. a. p. 23. Conſentiunt : *Fuldenſes*, ann. eod. pag. 6 *Pithœani*, ann. eod. pag. 10. & *Lambeciani*, Lib. 2. *Commentar. Biblioth. Vindobon.* Cap. 5. pag. 373. *Karlus Rex Daſſilonem Ducem ad ſe accerſit Wormaciam ; Taſſilo promittit fidem ſervare Regi, cum jurejurando ; quem dimittit Rex honorificè, & imperat ſibi obſides mitti, quod ita & fecit &c.* nec non *Monachus Egolismenſis* l. c. pag. 50. & 51. *Adelmus*, an. eod. pag. 393. *Regino*, ann. eod. pag. 28. *Sigebertus Gemblac.* ann. eod. pag. 555. *Otto Friſingenſ.* lib. V. *Chronic.* C. XXXII. pag. m. 1114. *Annales Hildesbemenſes* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſuic* pag. 713. *Albertus Stadenſis*, ann. eod. pag. 80. *Miſcellanea rerum Aquitanicarum*, ann. eod. apud *Labbeum* T. 2. *Biblioth. MS.* pag. 735. Perperam vindicat hæc *Albericus*, pag. 117. anno 782.

An. 787. Clementiæ *Caroli Magni* ad incitas redactum ſe committit. *Cum autem Rex* (Carolus) *R...e*

eſſet, Taſſilo, Dux Bajoariorum, miſit Legatos ſuos, Arnum videlicet Epiſcopum, & Hunricum Abbatem, ad Adrianum Papam, petens, ut inter Regem & illum Mediator pacis fieri dignaretur. Nec Pontifex precibus ejus cenſuit abnuendum, ſed, ſedula admodum inſtantia, apud Regem intercedere curavit, ut inter eos pax & concordia, ex ſuæ Apoſtolicæ autoritatis admonitione atque interventione, proveniret. Cui cum Rex idem ſe magnopere velle reſpondiſſet, ſimulque à Legatis memorati Ducis inquireret: Quam hujus pacis firmitatem facere deberent? reſponderunt: ſibi de hac re nihil eſſe commiſſum, nec ſe de hoc negotio aliud facturos, quam ut reſponſa Regis atque Pontificis Domino ſuo reportarent. Quorum verbis Papa commotus, velut fallaces ac fraudulentos anathematis gladio ſtatuit feriendos, ſi ab olim Regi promiſſa fide diſcederent. Atque ita, infecto pacis negotio, reverſi ſunt. Rex autem adoratis SS. Apoſtolorum liminibus, votisque ſolutis, Apoſtolica benedictione accepta, in Franciam reverſus eſt. Et cum Uxorem ſuam, Faſtradam, filiosque ac filias, & omnem comitatum, quem apud eos dimiſerat, Wormatiæ inveniſſet, Generalem Populi ſui Conventum ibi habere ſtatuit. In quo cum omnia, quæ in Italia geſſerat, coram Optimatibus ſuis, narrando commemoraſſet, &, ad extremum, de Legatis Taſſilonis, qui ad ſe Romæ venerant, mentio facta fuiſſet, initit conſilium, ut experiretur, quid Taſſilo de promiſſa fide præſtare vellet: congregatoque ingenti Exercitu, atque in tres partes diviſo, Bajoariam, atque ipſum Taſſilonem petere conſtituit. Cumque Pipinum Filium, cum Italicis copiis, in Tridentinam Vallem venire juſſiſſet, Orientales quoque Franci, ac Saxones, ut juſſi fuerant, ad Danubium, in loco, qui Pferinga vocatur, acceſſiſſent, Ipſe, cum Exercitu, quem ſecum duxerat, ſuper Lechum fluvium, qui Alemannos & Bajoarios dividit, in Auguſtæ Civitatis ſuburbano conſedit, inde Bajoariam, cum tam valida manu procul dubio petiturus, niſi Taſſilo, ſibi ac Populo ſuo, ad Regem veniendo, conſuleret. Nam videns, ſe undique circumſeſſum, venit ſupplex, ac veniam de ante geſtis ſibi dari precatus eſt. Sed & Rex, ſicut erat natura mitiſſimus, ſupplici ac deprecanti pepercit, acceptisque ab eo, præter filium Ejus, Theodonem, aliis duodecim obſidibus, & Populo Terræ per ſacramenta firmato, in Franciam reverſus eſt &c. Ita Annales Francorum Reuberiani, h. a. pag. 26. & 27. Add. Eginhartus, in vita Caroli Magni, apud Freherum T. 2. p. m. 437. Qui (Thaſſilo) hortatu uxoris, quæ filia Deſyderii Regis erat, ac Patris exilium, per maritum ulciſci poſſe putabat, juncto fœdere cum Hunis, qui Bajoariis ſunt ab oriente contermini, non ſolum imperata non facere, ſed bello Regem provocare tentabat. Cujus contumaciam, quia nimia videbatur, animoſitas Regis ferre nequiverat, ac proinde, copiis undique contractis, Bajoariam petiturus ipſe ad Lechum amnem, cum maximo venit exercitu. .... priusquam Provinciam intraret, animum Ducis, per Legatos, ſtatuit experiri. Sed nec ille pertinaciter agere, vel ſibi, vel Genti, utile ratus, ſupplex ſe Regi permiſit: obſides, qui imperabantur, dedit, inter quos & Filium ſuum, Theodonem: data inſuper fide, cum juramento, quod ab illius poteſtate nemini, defectionem ſuadenti, aſſentire deberet. Sicque bello .... celerrimus eſt finis impoſitus &c. & Annales Lambeciani, l. c. pag. 373. Karlus, Romam remeans, Taſſilonis Legati poſtulant Adrianum, ut pacem inter illum & Regem faceret. Quod Rex libenter annuit, ſi hoc faceret, quod Pipino Regi cum juramento Patri ſuo promiſerat; & denuò ipſi, & filiis ſuis ſub jurejurando firmaverat; quod renuentes Legati Taſſilonis, Adrianus Papa eum ſub anathematis vinculo conſtringit, ſi aliter facere vellet. Taſſilo promiſit, & poſtea fefellit, & ad Regem venire contemnit. Karlus pergit Bajoariam, Taſſilonem ex omni parte cum Exercitu concludit; Qui coactus venit ad Regem; renovat ſacramenta; dedit obſides. & Theodonem, filium ſuum; permittitur ei habere Ducatus &c. In Annalibus Loiſelianis, an. eod. facta mentione expeditionis adverſus Thaſſilonem ſuſceptæ, legitur: Tunc proſpiciens ſe Thaſſilo, ex omni parte eſſe circumdatum & videns, quod omnes Bajoarii plus eſſent fideles Domino Regi, Carolo, quam ei, & cognoviſſent juſtitiam jam dicti Domini Regis, ut magis voluiſſent juſtitiam conſentire, quam contrarii eſſe; undique contriſtatus Thaſſilo venit per ſemet ipſum, tradens ſe manibus Domini Regis Caroli in Vaſſaticum, & reddens Ducatum, ſibi commiſſum à Domino Pipino Rege, & cognovit, ſe peccaſſe in omnibus, & malè egiſſe. Tunc denuò renovans ſacramenta, & dedit obſides electos duodecim & decimum tertium, filium ſuum, Theodonem &c. Conf. Annales Nazariani, an. eod. ap. Freherum T. 1. Rer. Franc. pag. 88. Carolus, Rex Francorum, de Roma revertens, .. commoto Exercitu Francorum perrexit in fines Alamannorum & Bejuveriorum, ad flumen, quod appellatur Lech. Illucque veniens Daſſilo, Dux Bejuveriorum, ad eum, & reddidit ei cum baculo ipſam Patriam, in cujus capite ſimilitudo hominis erat: & effectus eſt vaſſus ejus, & Theodonem, filium ſuum, dedit ei obſidem &c. Adelmus an. eod. p. 397. Auctor vitæ Caroli Magni, apud Pithœum p. 251. & 252 Monachus Egoliſmenſis, apud Schilterum l. c. p. 53. Regino an. eod. pag. 29. & 30. Poëta Saxo, an. eod. ap. Schilterum l. c. p. 14. & Ill. Dn. Leibnitium T. 1. Rer. Brunſvicenſ. pag. 135. & 136. Conradus Urſpergenſ. in vita

Ca-

Caroli Magni, pag. 127. & in vita *Conſtantini*, ann. 786. pag. m. 134. *Albertus Stadenſis*, an. eod. pag. 81. *Miſcellanea Rerum Aquitanicarum*, an. eod apud *Labbeum* l. c. p. 736. *Sigonius*, lib. 4. de *Regno Italiae*, an. eod. p. 153. *Aventinus*, L. 3. c. 10. §. 20. & c. p. 271. & 272.

An. 788. Rebellionis toties recoctæ intuitu, damnatur tandem *Ingelheimii*, juxta *Legem Bavaricam*, cap. 2. Tit. 10. (cujus hic tenor: *Siquis Dux de Provincia illa, quam Rex ordinaverit, tam audax, aut contumax, aut levitate ſtimulatus, ſeu protervus & elatus, vel ſuperbus atque rebellis, fuerit, qui decretum Regis contemſerit, donato ipſius dignitatis Ducatu careat, etiam & inſuper, ſpe ſupernæ contemplationis, ſciat ſe eſſe condemnatum, & viam ſalutis amittas &c.*) capitis, à *Carolo* tamen Rege vita donatus, & in Cœnobium *Laurisbamenſe*, à *S. Nazario* celebre, detruſus. *Cum ut eadem Villa* (Ingelheim) *Generalem Populi ſui Rex fieri decreviſſet Conventum, ac Taſſilonem Ducem, ſicut & cæteros Vaſſos ſuos, in eodem adeſſe juſſiſſet, atque ille, ut ei fuerat imperatum, ad Regis præſentiam perveniſſet, crimine Læſæ Majeſtatis à Bajoariis accuſatus eſt. Objiciebant ei, quod, poſtquam Filium ſuum obſidem Regi dederat, ſuadente Conjuge ſua, Luitburga, quæ filia Deſiderii, Regis Langobardorum, fuit, & poſt Patris exilitum, Francis inimiciſſima ſemper extitit, in adverſitatem Regis, & ut bellum contra Francos ſuſciperent, Hunorum Gentem concitaret: quod verum fuiſſe, rerum in eodem anno geſtarum probavit eventus. Objiciebantur ei & alia complura, & dicta & facta, quæ, non niſi ab inimico & irato, vel fieri, vel proferri poterant, quorum ne unum quidem inficiari cœpit. Sed noxæ convictus, una omnium aſſenſu, Læſæ Majeſtatis reus, capitali ſententia damnatus eſt. Sed Clementia Regis, licet morti addictum, liberare curavit. Nam, mutato habitu, in Monaſterium miſſus eſt, ubi tam religioſè vixit, quam libens intravit. Similiter & Theodo, filius ejus, tonſus, & Monaſticæ converſationi mancipatus eſt. Bajoarii quoque, qui perfidiæ ac fraudis eorum conſcii & conſentanei fuiſſe reperti ſunt, exilio, per diverſa loca, relegabantur. Huni verò, ſicut Taſſiloni promiſerant, duobus Exercitibus comparatis, uno Marchiam Forajulienſem, altero Bajoariam, aggreſſi ſunt, ſed fruſtra, nam in utroque loco victi fugatique ſunt, &, multis ſuorum amiſſis, cum magno damno ad loca ſua ſe receperunt ---- Rex autem in Bajoariam profectus, eandem Provinciam, cum ſuis terminis, ordinavit atque diſpoſuit, atque inde regreſſus, in Aquisgrano Palatio ſuo, ubi hyemaverat, & Diem Domini Natalitium, ſanctumque Paſcha, more ſolemni, celebravit &c.* Hæc ex citatis *Annalibus Reuberianis*, h. a. pag. 27. conſentiunt *Annales Nazariani*, an. eod. apud *Freberum* Tom. I. *Rer. Franc.* pag. m. 89. *Deſſilo autem, Dux Bejuveriorum, venit in Franciam, ad Regem Francorum, Carolum, ad Villam, quæ appellatur Ingolumheim. Poſt hæc ergò tranſmiſit jam præfatus Rex Legatos ſuos in Bejuveriam, poſt Uxorem ac liberos jam præfati Ducis, qui, ſtudioſè atque efficaciter juſſionem Regis implentes, adduxerunt hæc omnia, una cum theſauris, ac familia eorum copioſa valdè ad dictum Regem. Cumque hæc ita agerentur, comprehenſus eſt jam præfatus Dux à Francis, &, ablatis armis ejus, ductus eſt ante Regem. Igitur cumque ſimul ſermocinarentur, interrogavit eum, de inſidiis, atque doloſis conſiliis, quod, cum multis Gentibus, jam olim ei præparare conatus fuerat. Quod cum ille negare nequaquam praevalere videbatur, invitus juſſus eſt comam capitis ſui deponere. Ille autem magnis precibus poſtulabat Regem, ut non ibidem in Palatio tonderetur, propter confuſionem videlicet atque opprobrium, quod à Francis habere videbatur. Rex enim precibus ejus acquieſcens, ad S. Gunnarium* (Nazarium) *qui juxta Rheno flumine in corpore requieſcere cognoſcitur, eum tranſmiſit, & ibidem Clericus effectus eſt, & exinde exiliatus eſt ad Cœnobium, quod appellatur Gemedium. Duo quoque Filii ejus, his nominibus, Theoto, & Theotbertus, utrique tonſurati atque exiliati ſunt. Nam & Uxor jam præfati Ducis, nomine Lintburga, exiliata eſſe comprobatur &c.* nec non *Regino*, ann. eod. pag. 30. *Rex congregavit Synodum, in præfata Villa,* (Ingelnheym) *ibique venit Thaſſilo. Cœperunt autem Eum Bavari accuſare, quod fidem promiſſam violaſſet, ſuadente Uxore Luitburga. Objecta verò Thaſſilo denegare non potuit, ſed convictus eſt, ad Avaros tranſmiſiſſe, & in vitam fidelium Regis conciliatum fuiſſe. Ad ultimum tamen confeſſus eſt, ſe dixiſſe: ſi decem Filios haberet, omnes mallet amittere, quam ita manere, ſicut juraverat. Ex iis, & aliis multis, ab omnibus dijudicatus eſt ad mortem. Et cum omnes capitalem ſententiam proclamarent, Rex miſericordia motus, eò quod Conſanguineus Ejus eſſet, obtinuit ab ipſis Dei & ſuis fidelibus, ne moreretur. Interrogatus ergò à Rege, quid agere vellet? terræ proſtratus, licentiam in monaſterium intrandi expetiit, ut ibi peccata ſua deplorare potuiſſet. Similiter & filius ejus, Theodo, fecit. Igitur attonſi ſunt, & in Monaſterium miſſi. &c.* & *Annales Fuldenſes*, ann. eod. p. 7. *Loiſeliani*, ann. eod. *Pithœani* malè licet, ad ann. 787. pag. m. 12. *Paulus Warnefridus*, in *Supplemento Longobardicorum*, ann. eod. apud *Freberum*, l. c. pag. 180. *Eginhartus*, in vita *Caroli Magni*, ibid. T. 2. p. m. 437. Vita *Caroli Magni* apud *Pithœum*, pag. m. 253. &c. *Annales Lambeciani* l. c. p. 373. Monachus *Egoliſmenſis*, apud *Schilterum*, l. c. p. 54. *Adelmus* an. eod. pag. 397. & 398. *Poeta Saxo* ann. eod. apud Dn. *Schil-*

Schilterum l. c. pag. 15. & Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, l. c. pag. 136. & 137. Auctor *Appendicis ad Chronicon Nibelungi Comitis*, ann. eod. de loco tonſuræ, ajens: *Ipſe Daſſilo, ad S. Goare, pridie Nonas Julias, tonſuratus eſt & filius ejus, Tendo, ad B. Maximinum comam capitis ſui depoſuit &c.* adeoque in vicinia *Treviris*. Reliquique præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 77. adducti teſtes, quibus *Otto Friſing.* lib. 5. *Chron.* C. 29. p. m. 114. *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Caroli Magni*, pag. 127. annectens: *Taſſilo, poſtea evocatus ad Regem, neque redire permiſſus eſt, neque Provincia, quam tenebat, ulterius Duci, ſed Comitibus, eſt commiſſa. Nam cum Taſſilo Dux, reus Majeſtatis judicatus, capite damnaretur, Clementia Regis vita ſibi conceſſa, mutato habitu, in Monaſterium miſſus eſt; filius quoque ejus, Theodo, tonſus Monaſticæ converſationi deputatus eſt &c.* *Albertus Stadenſis*, ann. eod. pag. 81. *Miſcellanea rerum Aquitanic.* ann. eod. apud *Labbeum* l. c. pag. 736. *Sigismundus* Monachus, in vita S. *Simperti*, Epiſcopi Auguſtani, apud *Surium*, 13. Octobr. pag. m. 209. ex *Chronico Eccleſiaſtico Auguſtano*, Cap. 9. *Johannes Aventinus* l. c. §. 26. ad 35. pag. m. 272. ad 274. *Sigonius* l. c. ann. 788. pag. 153. *Browerus*, *Ann. Trevirenſ.* lib. VII. § 228. ann. eod. pag. 385. *Meibomius* T. 3. *Rer. German.* pag. 900. Dn. *Werlhof Notit. Imperii enucl.* lib. I. cap. 2. §. 214. pag. 184. Dn. *Schurtzfleiſch*, in Not. ad *Michaelis Bojemi vitam Alberti III. Ducis Saxoniæ*, pag. m. 108. Dn. *Eccardus*, in *Gemino Stemmate Deſideriano*, pag. m. 35. aliique multi, addantur. Diſcrepantes à ſe invicem ſententias conciliare curans *Carolus, de Cointe*, in *Annalibus Eccleſiaſticis Francorum*, quos, ab anno 235. usque ad annum 845. deduxit, Tom. VI. ad ann. 788. §. XII. ad ann. 794. tandem infit: *Manſerunt* (Thaſſilo, cum filiis, in diverſa truſi Cœnobia) *ad Synodum usque Franccfordienſem, Thaſſilo, in Cella primùm S. Goaris, ad lævam Rheni ripam, Diœceſeos Trevirenſis; deinde, trans Rhenum, in Cœnobio Laureshamenſi, Diœceſeos Wormatienſis; Theodo, filius natu major, in Monaſterio S. Maximini prope Treverim; Theotbertus, alter filius, in eadem Regione, nec à Patre, nec à fratre procul diſſitus. Poſt Synodum autem Francofordienſem in Cœnobium Gemeticenſe, Diœceſeos Rotomagenſis, relegati ſunt. Quot annos ibi vixerint, manet incompertum &c.*

Ann. 794. In Concilio *Francofurtenſi*, hoc anno, adverſus *Felicis* Urgelitani, & *Eliphandi* Toletani, Præſulum, Salvatorem noſtrum, quoad humanam naturam, *adoptivum* duntaxat *filium* eſſe Dei Patris, fingentium, hæreſin, à *Carolo Magno* celebrato, cauſa *Thaſſilonis* penitus eſt tranſacta. Spectant huc verba Canonis III. *His peractis*, (ſcil. conditis duobus Canonibus prioribus) *de Thaſſilone definitum eſt Capitulum, qui dudum Bajoariæ Dux fuerat, ſobrinus videlicet Domini Caroli Regis. In medio Sanctiſſimi adſtitit Concilii, veniam rogans, pro commiſſis culpis, tam quas tempore Domini Pipini, adverſus eum & Regnum Francorum, commiſerat, quam & quas poſtea, ſub tempore Domini noſtri, piiſſimi Caroli Regis, in quibus fraudator fidei ſuae extiterat, indulgentiam, ut ab eo mereretur accipere, humili petitione viſus eſt poſtulaſſe, dimittens videlicet, puro animo, iram, atque omne ſcandalum, de parte ſua, quæque in eo perpetrata fuiſſent, & ſciebat; nec non omnem Juſtitiam, & res proprietatis, quantum illi, aut filiis, vel filiabus ſuis, in Ducatu Bajoariorum, legitime pertinere debuerat, gurpivit, atque projecit, in poſtmodum omni lite calcanda, ſine ulla repetitione, induiſit, & filios, ac filias ſuas, in illius miſericordia commendavit. Et idcirco Dominus noſter, miſericordia motus, praefato Thaſſiloni, gratuito animo, & culpas perpetratas indulſit, & gratiam ſuam pleniter conceſſit, & in ſua eleemoſyna eum, in amore dilectionis, viſus eſt ſuſcepiſſe, ut ſecurus de Dei miſericordia exiſteret in antea. Unde tres Breves, ex hoc Capitulo, uno tempore conſcriptos, fieri præcepit; Unum in Palatio retinendum; alterum præfato Thaſſiloni, ut ſecum haberet in Monaſterio, dandum; tertium verò in ſacri Palatii Capella recondendum, fieri juſſit &c.* Vid. *Baluzius*, Tom. I. *Capitul. Reg. Franc.* pag. 263. &c. Conf. *Codex Vindobonenſis*, teſte *Lambecio* lib. 2 *Biblioth. Caeſar.* Cap. 5. p. 377. *Annales Francorum* ab ann. 794. usque ad 803. continens: *In ipſa Synodo* (Francofurtana) *advenit Thaſſilo, & pacificavit ibi cum Domno Rege, abnegans omnem poteſtatem, quam in Bajoaria habuit, tradens eam Domno Regi &c.* Add. & Dn. *Eccardus* l. c. p. 36. & 37.

(5) Quo tempore deceſſerit, ignoro. *Henningeſius* quidem, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 170. profert, hoc titulo, annum 787. & *Hundius*. T. 3. *Metropolis*, deſcribendo Cœnobium *Pollingen*, pag. 113. Annum 788. uterque autem errant, cum anno 794 ceu vidimus, adhuc vixerit. Epitaphium ejus, ſerius licet, otioſo quodam Monacho Auctore, erectum, extat in Cœnobio *Laurishamenſi*, teſte *Frebero* T. I. *Originum Palatinarum*, Cap. VI. pag. m. 64. ſic ſe habens:

CONDITUR. HAC. FOVEA. QUEM. PIE. CHRISTE. BEA.
TESSILO. DUX. PRIMUM. POST. REX. MONACHUS. SED. AD. IMUM.
IDIBUS. IN. TERNIS. DECESSERAT. ISTE DECEMBRIS.

Idem exhibet *Meibomius*, Not. in diploma *Taſſilonis*, T. 3. *Rer. German.* pag. 193. *Simon Rettenpacherus*, lib. 1. *Annalium Cremifanenſium* Cap. XI. pag. 56. ut & *Hen-*

Hemingeſius l.c. quamvis omiſſo priori verſu; & Dn. *Eccardus* l.c. pag 23. De loco ſepulturæ, aliter *Gerwoldus*, Addit. ad Tom. 3. *Metropolis Hundii*, pag. 102. *Hic Taſſilo ſepultus eſt, cum progenitoribus, & Uxore, in Oſterhoven.* Inter cœli Proceres poſt obitum relatus occurrit in *Faſtis Benedictinis*; tum in ſupplemento *Martyrologii Gallicani*, Idibus Decembris; pariter apud *Raderum* T. I. *Bavariæ Sanctæ* pag. 85. ipſe *Mabillonius*, in vitis *Sanctorum ordinis Benedicti*, Sec. III.. part. 2. p 443. Pii nomen ei vindicat. Fabulas, quas de eo vulgus circumfert, ridet *Aventinus*, lib. 3. Cap. 10. §. 35. p.m. 274. *De Theſſalono complura fabuloſa conficta reperio, quæ magis ſomniis, viſisque mente captorum, quam rebus geſtis decora ſunt. Neſcio, qua ratione vulgus imperitum & plerique Sapientum etiam, plus fabulis, quam veritate, capiantur &c.* Refer huc, quæ *Hundius* l. c. pag. 115. & 116. narrat: *Devictus precibus* (Thaſſilo) *jam dicti Caroli Imperatoris Avunculi ſui, ad debellandum Longobardum, proficiſcens, cunctiſque inibi proſpere ſuccedentibus, Genti jam ſupra nominatæ ab Imperatore in Regem praeficitur. Qui etiam, heu poſtmodum conſilio incolarum illius Terrae depravatus, Avunculo ſuo, Carolo Imp. ſe oppoſuit, à quo non poſt multum temporis elapſum, in praelio publicè cum ſuis devincitur, vinculis mancipatur, &, per duarum pelvium ignitarum inſpectionem, excaecatur. Qui, pœnitentia ductus, ad petitionem Principum, abſolvitur, & liberè, quocunque divertere vellet, ire permittitur. Jam verò bonæ memoriæ dictus Teſſilo, ob ſpem futurorum, proſpera cuncta mundi deſpiciens, Lawriſſam devenit, ibique, ſub ſpecie pauperis, habituque Religioſo, & ab omnibus ignotus, usque ad extremum vitae ſuae terminum, permanſit. Poſt multorum vero annorum curricula, jam ſæpe ſupra dictus Carolus Imp. Avunculus ejusdem Teſſilonis, ad Eccleſiam Lauriſenſem pervenit, ibique una noctium, more ſolito, orationi vacans, Teſſilonem, lumine carentem, per manus Angeli, de ara ad aram, cum ſumma reverentia,* (vidit) *deduci. Imperator, ſummo diluculo ſurgens, Patrem Eccleſiae advocat, diligenterque ſciſcitatur: Quisnam ſit, cui tanta beneficia ab Angelo impenſa fuiſſent? qui, ſe ignorare, reſpondit. Sequenti nocte, Abbas, una cum Rege, beneficia jam prælibato Teſſiloni ab Angelo impenſa providere promeruit. Cum verò Dominus creator, reformator, & remunerator omnium, hunc famulum ſuum, poſt longam carnis macerationem, voluntariam paupertatem, nec non laudabiliter vitam de hoc ſeculo eripere decreviſſet, febre corripitur, & à Viris Religioſis, corpore & ſanguine domini noſtri Jeſu Chriſti procuratur, ſanctoque oleo inunctus, conteſtatus vitæ ſuæ originem illis innoteſcere, qui graviter ſuſpirans, ſingula per ordinem eisdem enarravit. Hic vero ſuetis ordinationibus* (orationibus) *inſiſtendo, feliciter migravit ad dominum, ad cujus tumbam Dominus, per merita famuli ſui, cunctis ejus auxilium implorantibus, quam plurima beneficia, usque in præſens, impertiri non dedignatur &c.* Hic erat finis nobiliſſimæ *Agilolfingorum* Genti. Dicta hactenus ſequens illuſtrat *Tab. Geneal.* H.

(24) GEROLDUS.

Abrogata dignitate *Ducali*, regenda committitur *Bavaria Comitibus*. *Eginhartus*, in vita *Caroli Magni*, apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Franc.* pag. 437. ait: *Taſſilo tamen poſtmodum ad Regem evocatus, neque redire permiſſus, neque Provincia, quam tenebat, ulterius Duci, ſed Comitibus, ad regendum, commiſſa eſt &c.* Conf. *Annal. Francorum*, *Reuberiani*, ad an. 788. mentione facta *Thaſſilonis* exauctorationis: *Rex autem in Bajoariam profectus, eandem Provinciam, cum ſuis terminis, ordinavit atque diſpoſuit &c.* nec non *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Caroli Magni*, pag.m. 127. *Neque Provincia, quam* (Thaſſilo) *tenebat, ulterius Duci, ſed Comitibus, eſt commiſſa &c.* & *Browerus*, *Annal. Trevirenſ.* lib. VII. Cap. 228. ad an. 788. p. 385. *Taſſilo, Bojariæ Dux, malè quietus, rerum ſumma ac dominatu exutus, ſub jugum miſſus eſt, factaque tum Bojaria, Comitibus tradita gubernatione, Caroli inſtituto, Provincia, atque ad Francici Regni amplitudinem adjuncta &c.* Hoſce inter Comites eminuiſſe GEROLDUM, *Cameræ* fortè *Præfectum*, rectè monet *Aventinus* lib. 3. *Annal. Boicor.* Cap. ult. §. 34. p. m. 274. *Carolus, ubi hæc accepit,* (Hungaros Bavariam invaſiſſe) *in Bojariam pergit, Reginoburgium ad ſe venire, & in verba ſua jurare jubet Bojos. Nemo imperata detrectat, omnes parere ſtudent. Carolus Bojariam, contra Hunnos & Avares, firmis præſidiis munit: Præſidem Boiis dat Virum bonum, bellicoſum, ſapientem, GEROLDUM nomine, Hyldegardæ, Uxoris ſuæ, Fratrem, Hyldebrandi, Ducis Suevorum, & Rugardæ, ex Bojaria oriundæ, filium. Facta ſunt hæc Anno Chriſti 788. &c.* quamvis Genealogia hæc veterum auctoritate nequeat probari, excepto, quod Auctor vitæ *S. Meinwerci* Paderbornenſis, Cap. 48. apud *Surium* 5. *Junii*, pag. m. 94. & Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſ.* pag. 545. eum, *Conſanguineum Caroli*, appellet. *Juxta principale quoque Monaſterium, capellam quandam, Capellæ, exſtructæ in honore S. Mariæ, perpetuæ Virginis, à Geroldo, Caroli Magni Imp. Conſanguineo, & Signifero, contiguam, per Græcos operarios, conſtruxit, eamque in honore S. Bartholomæi Apoſtoli dedicavit &c.* Unde ſua *Gobelinus*

Perſona, ætat. 6. Coſmodromii, Cap. 52. apud Meibomium T. I. Rer. German. pag. 257. Conf. Reſtenpacherus, lib. 1. Annal. Cremiſanenſium, Cap. 13. pag. 60. Strenuus Princeps fuit Geroldus, in bello tandem Hungarico, ann. 799. interfectus; vid. Eginhartus l. c. Maximum omnium, quæ ab Illo (Carolo Magno) geſta ſunt bellorum, præter Saxonicum, huic bello ſucceſſit, illud videlicet, quod contra Avares, ſive Hunos, ſuſceptum eſt: quod ille & animoſius quam cætera, & longè majori apparatu, adminiſtravit. Unam tamen per ſe in Pannoniam (nam hanc Provinciam ea Gens tum incolebat) Expeditionem fecit: cæteras filio ſuo, Pipino, ac Præfectis Provinciarum, Comitibus etiam atque Legatis, perficiendas commiſit. Quod cum ab iis ſtrenuiſſimè fuiſſet adminiſtratum, octavo tandem anno completum eſt … Neque ullum bellum, contra Francos exortum, humana poteſt memoria recordari, quò illi magis ditati, & opibus aucti ſunt: quippe cum usque in id temporis penè pauperes viderentur, tantum auri & argenti in Regia compertum, tot ſpolia precioſa in prælis ſublata, ut meritò credi poſſet, hoc Francos Hunis juſte eripuiſſe, quod Huni prius aliis Gentibus injuſtè eripuerunt. Duo tantum ex Proceribus Francorum eo bello perierunt: Ericus, Dux Forojulianus, in Liburnia, juxta Tarſaticam, maritimam Civitatem, inſidiis Oppidanorum interceptus, & GEROLTUS, BAJOARIÆ PRÆFECTUS, in Pannonia, cum contra Hunos præliaturus, aciem inſtrueret, incertum à quo, cum duobus tantum, qui Eum obequitantem, ac ſingulos hortantem, comitabantur, interfectus eſt &c. Conf. Annal. Francorum Reuberiani, ann. 799. pag. m. 32. Accepit etiam triſte nuncium de Gerholti & Erici interitu, quorum alter, GERHOLTUS videlicet, BAJOARIÆ PRÆFECTUS, commiſſo cum Hunis prælio, cecidit: alter verò, id eſt, Ericus, poſt multa prælia, & inſignes victorias, apud Tarſaticam, Liburniæ Civitatem, inſidiis Oppidanorum, intereeptus atque interfectus eſt &c. nec aliter Adelmus, ann. eod. apud Freberum l. c. p. 404. add. Annales Fuldenſes, an. eod. pag. 9. Geroldus, Bajoariæ Præfectus, cum Hunis dimicans, interfectus eſt &c. & Pithœani, ann. eod. pag. 15. eadem continentes verba. Monachus Egoliſmenſis, in vita Caroli Magni, apud Pithœum, pag. 260. & Schilterum, de Scriptorib. Franc. pag. m. 57. Geraldus Comes, Bajoariæ Præfectus, commiſſo prælio cum Avaris, occidit &c. ſic Regino, an. eod. pag. 33. Geroldus, cum eſſet Bajoariæ Præfectus, commiſſo cum Avaribus prælio, interficitur, & in Augia ſepelitur, de quo in viſione Wetini legitur, quod inter Martyres ſit adnumeratus &c. & Poëta Saxo ann. eod. apud Dn. de Leibnitz T. I. Rer. Brunſuic. pag. 149. & Dn. Schilterum l. c. pag. 25.

> Nuncius interitum Procerum mortemque duorum
> Detulit, inſignes quos fecit maxima virtus,
> Unus erat Bajoariæ Comes, isque vocatus
> Geroldus, qui, cum Populum defendere Chriſti
> Conatus, bello ſævis obſiſteret Hunis,
> Finivit vitam fragilem, ſumſitque perennem &c.

Hermannus Contractus an. eod. apud Urſtiſium, pag. m. 301. Geroldus, Præfectus Bajoariæ, Signifer & Conſiliarius Caroli, pius & Religioſus, contra Hunnos pugnans, occubuit, Augiæque, quam multis auxerat donis & prædiis, ſepultus eſt &c. Chronographus Saxo ann. eod. pag. 129. Huni à fide defecerunt, & Geroldus, Bavariorum Præfectus, pugnans contra eos, in prælio occiſus eſt, de quo in Viſione Wetini legitur, quod inter Martyres annumeratus ſit &c. cujus Viſionis idem, ad ann. 828. pag. 136. hiſce meminit: Wetinus, Augiæ Monachus, in Spiritu raptus, mirabilem vidit viſionem &c. Conradus Urſpergenſis, in Hiſtoria Conſtantini, ann. 799. pag. m. 136. Alii. Sigeberto Gemblacenſi, ad ann. 800. p. m. 557. vocatur Gerardus & Dux, hocque ipſo anno occiſus: GERARDUS, DUX BAJOARIÆ, in Pannonia Avaris congreſſus, perimitur, de quo in Viſione Wethini legitur, quod inter Martyres annumeratus ſit &c. Hinc Albericus, Monachus trium fontium, ann. eod. pag. 130. GEROLDUS, DUX BAJOARIÆ, in Pannonia Avaribus congreſſus, perimitur, de quo in Viſione Withini legitur, quod inter Martyres annumeratus ſit &c. In Chronico Quedlinburgenſi, ad ann. 799. apud Ill. Dn. Leibnitium l. c. Tom. 2. pag. 276. audit Marchio, ibi: GHERALD, BAJOARIÆ MARCHIO, Clarus, & Ericus, Dux Forojulenſis, ab Hunnis interfecti ſunt &c. De facto teſtantur Nauclerus Vol. 2. Generat. 27. pag. 676. &c. Bruſchius, de Monaſteriis Germaniae, voc. Augia Dives, in vita Waldonis Abbatis, pag. m. 34. alii multi. Cæterum, mentio ejus ſit in diplomate quodam, ultimo Regiminis anno, ab Imperatore Carolo Magno, dato, apud Gewoldum Addit. ad Tom. 2. Metropolis Hundii, p. m. 10. verbis præced. Tit. XV. §. 5. lit. a. p. 1125. & hoc ipſo Tit. XVI §. 11. lit. a. pag. 86. v. 4. jam occurrentibus: Quoniam Nos in Eleemoſyna noſtra, ad deprecationem GEROLDI COMITIS, Fidelis Noſtri, concedimus, atque confirmamus, ad Monaſterium S. Mauritii, quod eſt ſitum in Ducatu Bajoariorum, in loco, nuncupante Altaha, ubi Orulſus Rector præeſſe vide-

Digitized by Google

B. H. AD LIBR. I. TIT. XVI.
Post Vitam THASSILONIS III.
DUCIS BOJORUM. Pag. 403.
CLAVIS GENEALOGIÆ

MOINI Annales Francorum, apud *Freherum* T. 2. *Rer. Franc.*
RONII Annales Eccleſiaſtici.
GREGORII Magni Epiſtolæ.
OHANNIS AVENTINI Annales Boici.
ULI DIACONI Res Longobardicæ.
GINO, apud Piſtorium.
ONIUS de Regno Italiæ.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III - NAPOLI

joariorum &c. & aliud, sub dato Regniparti principi, apud ...
Non. Octobr. anno XVII. Regalis Imperii Dn. Ludovici pag. 3.

Digitized by Google

A.

THEODO III

THEOVALDA, †. 567. I. A. lib. 3. c. 4. §. 1. p. 235.

THEODOBE cul in Francia. ope & gratia HILDEBERTI Regis, recuperat

GARIBALD LDO, ſibi ablatum. †. an. 598. vid. præced. v. 12. ejus vita.

ſe erigit, exau-
an. 588. vid. p S. GARIOVALDA) II. †. an. 612. Ux. GAILA, fil. GISULFI, Du-
l. v. 13. ejus vita.

Uxor EOINI,
Tridentini. præced. v. 14. ejus vita.
l. c.

lelicorum. THASSILO (THESSALONUS) II. Dux Noricorum. †. an. 650. vid. præced. v. 15. ejus vita.

Uxor GODESCHALCI Parmenſis. P. lib. 4. c. 7. p. 397. S. lib. I. an. 601. p. 41.

O V. Dux Nariſcorum, vid. Ejus vita 6.

GRIMOLDUS, Dux *Norici Ripenſis*. †. 695. Vid. præc. v. 15.

THEODOBERTUS III. Dux *Oenum* inter & *Atheſin. l. c.*

UTA a *Sigeboto* compreſſa. vid. l. c.

THEODO VI. Dux *Bavariæ Infer.* & *Nariſcorum.* †. 708. Ux. GLISONOTHA. Vid. præced. v. ...

PLECTRUDIS, ſeu PLITHRUDA. Ux.

bus prælio, interf... in viſione Weti... numeratus &c.

...*litur, de quo ... Martyres ſit ad-* apud Dn. de

deprecationem GEROLDI COMITIS, *Fidelis Noſtri, concedimus, atque confirmamus, ad Monaſterium S. Mauritii, quod eſt ſitum in Ducatu Bajoariorum, in loco, nuncupante* Altaha, *ubi Orulfus Rector præeſſe vide-*

videtur, locum quendam in Avaria, ubi Bieloha fluvius Danubium ingreditur &c. Quo ſimul teſtimonio docemur, *Ducatum Bavariæ* manſiſſe integrum, licet *Duces* fuerint abrogati. Diploma Germanicum, quo *Carolus Magnus* ann. 802. *Friſiorum.* Privilegia deſcripſiſſe fertur, & in quo, teſtes inter, *Barnardus, Hertoch van Bayern,* occurrit, eſſe fœtum otioſi Monachi, præced. *Catal. Ducum Saxoniæ,* v. 12. jam monui.

(25) Defuncto *Carolo Magno,* an. 814. nactus *Bavariam* Filius ejus, *Ludovicus Pius* Imp. adminiſtrandam eam commiſit filio, *Lothario, Annalib. Francorum Reuberianis* ad h. a. pag. 41. teſtibus: *Duos ex filiis ſuis, Lotharium in Bajoariam, Pipinum in Aquitaniam, miſit &c.* Conf. *Adelmus,* an. eod. pag m. 415. eadem proferens. Meliorem cuncta in ordinem redacturus, conſtituit, anno 817. in ſolenni Conventu *Aquisgranenſi,* filium ſuum, *Ludovicum, Bavariæ Regem;* de quo *Nithardus,* lib. 1. pag. m. 435. evolvendus, cujus verba præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad annum 817. pag. 80. unà cum teſtibus aliis, habetur. Ab exceſſu *Ludovici Pii,* ſurgente inter filios Civili bello, cum controverſia non niſi mediante *Verodunenſi* Transactione, anno 843. componeretur, retinuit *Ludovicus Bavariam,* declaratus reliquæ quoque *Germaniae* Rex, vel inde *Germanici* cognomine clarus. Vid. l. c. § 8. lit. a. pag. 56. Haud raro *Bajoariæ* Regem Eum appellatum, teſtantur Chartæ, quarum præced. Tit. 4. §. 3. lit. i. pag. 304 & 305. memini. Conf. Diploma *Ludovici Pii & Lotharii* Imperatorum Cœnobio *Chrembsmunſter* datum, apud *Simonem Rettenpacherum,* lib. I. *Annal. Cremifanenſium,* Cap. IX. pag 30. ubi: *Notum eſſe volumus cunctis fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & Noſtris --- quia, ad deprecationem Dilecti Filii Noſtri, Ludwici, Regis Bajoariorum, & Geroldi Comitis, conceſſimus cuidam Monaſterio noſtro, cujus vocabulum eſt Chremiſa -- quoddam Territorium, quod eſt in Pago Gruuzwiti, juxta montem Sumerberch &c.* nec non ipſius Diploma, ſub dato *Heiliconbrunno,* 15. Cal. Septembr, anno Regni Ipſius VII. Indict. IV. quo bona quædam in Villa *Ingolſtat,* in *Gotbaldum, Altahenſem* Abbatem, transfert, apud *Gewoldum,* Addit. ad T. 2. *Hundii Metropol.* pag. 11. cui tale initium: *Ludovicus divina favente Gratia, Rex Bajoariorum &c.* & aliud, ſub dato *Regenſpurch prid. Non. Octobr. anno XVII. Regalit Imperii Dn. Ludovici* Eidem Cœnobio conceſſum, ibid. pag. 12. *In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Dei Omnipotentis, Ludovicus, divina favente gratia, Rex Bajoariorum &c.* Add. Charta 31. apud *Goldaſtum* Tom. 2. *Rer. Alamann.* pag. 34. &c.

(26) Floruit hac ætate WELFUS, *Ludovici Pii* Imp. Socer, quem Auctor Vitæ *S. Friderici,* Ultrajectenſis Epiſcopi, Cap. IX. apud *Surium,* 18. Julii, pag. 217. *Bojorum Ducem* appellat, præfatum Præſulem ita *Ludovicum* Cæſarem alloquentem inducens: *Habes Conjugis loco Juditham, tibi ſanguine propinquam, GUELPHI, BAVARORUM DUCIS, filiam, quam ſi non repudiaveris, & dignam Deo egeris pœnitentiam, jam antè prædico tibi, imminere Regno Tuo immane excidium &c.* Sic & *Theganus,* de *Geſtis Ludovici Pii,* apud *Pithœum,* pag. m. 308. *Accepit* (Ludovicus Pius) *filiam WELFI DUCIS, qui erat de Nobiliſſima ſtirpe BAVARORUM, & nomen Virginis Judith &c.* & *Marianus Scotus,* ad ann. 821. pag. m. 440. *Ludovicus Imp. Judith, filiam VELPHI, DUCIS BAJOARIÆ, Reginam ſibi ſociavit &c.* Vid. præced. Tit. V. Vita *Ludovici Pii,* v. 2. pag. 446. Per *Ducem* autem, non niſi *Cameræ Nuncium per Bavariam,* hic intelligendum, momenta rerum oſtendunt. Rectè hinc Auctor Vitæ *Ludovici Pii,* apud *Pithœum,* pag. 373. *Judith. filiam WELFONIS, Nobiliſſimi COMITIS, in matrimonium junxit &c.* Aliique *Annales,* ad annum 819. apud eundem pag. 26. *Imperator, inſpectis plerisque Nobilium filiabus, Judith, filiam HUELPI COMITIS duxit Uxorem &c.* ut & *Fuldenſes* ann. eod. pag. 13. totidem verba referentes; & *Reuberiani,* ann. eod. pag. 44. *Imperator, inſpectis plerisque Nobilium filiabus, WELPI COMITIS filiam, nomine Judith, duxit Uxorem &c.* & *Adelmus,* ann. eod. pag. m. 420. aliique l. c. pag. 447. adducti. Fuit autem *Welfus, Altorffenſium Comes,* de quo *Weingartenſis Monachus, in Chronico de Gwelfis Principibus,* apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium* Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 782. *WELFO genuit filium, ETICHONEM nomine, Filiam Judith; quam Judith Ludewicus Imperator, cognomento Pius, Caroli Magni filius --- duxit Uxorem &c.* Conjugem ejus notam facit Auctor *Familiæ S. Conradi,* Conſtantienſis Epiſcopi, apud Illuſt. Dn. *Leibnitium* l. c. Tom. 2. pag. 3.

Iſen-

Digitized by Google

Iſenbertus, Warinus, *Princeps Altorſii, Ann.* 780.

WELFO, *ſuccedit Patri*, *Ann.* 820. *Irmentruda*, (Uxor) *inchoat primo fundationem Monaſterii Altorfenſis.*

Juditha, Ux. Ludovici I. Pii, Imp. filii Caroli Magni.

ETICHO, ex Familia Superioris Welfonis, neſcio, an Filius, an Nepos, Fundator Cœnobii Amergovienſis, ubi ſepelitur.

Ludgarda.

Henricus, *Fundator Monaſterii Sanctimonialium Altorfii, & alterius Altenmünſter, in Bavaria.* (Ux.) *Beata de Hohewart, in Bavaria, prope Ingolſtadium &c.*

Barbo, à Danis in Mari ſuffocatus, anno 880.

(27) ETICHO hic, Patris ſucceſſor, Princeps fuiſſe fertur nemini ſubjectus, cujus *Weingartenſis* Monachus l. c. pag. 782. hiſce meminit: *ETICHO hujus Juditæ frater, Patri defuncto pius hæres ſucceſſit. Qui genuit Filium, HEINRICUM* (cum Aureo Plauſtro) *nomine. Hic itaque Heinricus, cum ad Militares annos perveniſſet, & ſuæ voluntatis compos fieret, ignorante Patre, ad Imperatorem ſe contulit*; (Ludovicum) *cumque Illi ſumma familiaritate ſociaretur, & totius Imperii Vires, terminos ejus circumeundo, & pertranseundo, cognoſceret, tandem conſilio Principum, & maximè ipſius Imperatoris inſtinctu, homagium Ei & ſubjectionem fecit, & in Beneficio quatuor milia manſuum, in ſuperioribus partibus Bavariæ, ab Eo ſuſcepit. Quod cum Pater ejus percepiſſet, iratus, Nobilitatem ſuam & libertatem nimis eſſe declinatam, ultrà quam credi poſſit, conſternatus animo, dolorem ſuum omnibus ſuis caris expoſuit; & aſſumptis duodecim ex illis, infra montana, ad Villam, quae dicitur Ambirgo, Regalibus ædificiis, & poſſeſſionibus ditiſſimis, relictis, ſeceſſit, & ibi, non à modo viſurus filium ſuum, conſenuit, cœpit & ibidem, collectis Monachis, Cellam conſtruere, in qua etiam poſtmodum, cum duodecim ſuis, humatus requieſcit. Heinricus autem, volens, omnimodis dolorem Patris mitigare, Provinciam ejus fugit; nec tamen ſolatium neceſſitudinis ei ſubtraxit; omnia enim ſua, illi confinia, ex integro ad miniſtrandum ei ſubjecit &c.* Eadem docet *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Lotharii Saxonis*, pag. m. 209. Villam tamen *Ambirgo, Amergou* vocans. Conf. *Chronicon Brunſuicenſe* apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* pag. 14. *Temporibus Karoli erat quidam ETHICO, Princeps Magnus, qui, pro Generis ſui Excellentia, nulli hominum, pro Pheodo, humiliare ſe volebat: cujus filiam Lodewicus Rex, filius Karoli, duxit in uxorem. Hæc perſuaſit HINRICO, Ethiconis filio, Fratri ſuo, ut Vaſallus fieret Mariti ſui, Lodewici. Quo renuente, tandem de hoc facto à Rege conventus eſt. Cui & à Rege promiſſum eſt, quod, præter alia Beneficia, tantum de Prædiis ſuis in proprietatem ei daret, quantum, in die æſtatis longiſſima, cum curru aureo circuiret. Quo promiſſo illectus, de auro curriculum fabricans, & eum in ſinu reponens, ſocios & equos veloces ſibi adhibuit, & in die æſtiva, montem, qui Mersborch dicitur, circuivit; deinde ad Regem rediit, & Rex Ei montem, cum Ducatu Bavariæ, dereliquit. Ethico, de facto Filii indignatus, in ſolitudine vitam agens privatam, moritur, nec ulli eſſe ſubditus dignabatur, unde, cum curru aureo dicebatur &c.* nec non Vetus *Chronicon Rhythmicum Principum Brunſuicenſium*, Cap. XXVII. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 47.

Et was, bi Koning Karles Dagen,
Eyn Gewaldich Fœrſte, hœrde ek ſagen,
Det was geheiten alſo,
Mit deme Güldene Wagen, Etiko.
He wolde dorch Ghave, noch dorch Lov,
Neynen Mynſchen Manheit don.
Ok deme Keiſer, ſo men ſeit,
Dorch ſine grote Edelicheit.
He hadde eynen Sone, Heynrich,
Den gaf de Keiſer Lodewich,
De ſin Schwager was genant,
Dat Hertogdom an Beygerlant &c.

& *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad annum 810. apud eundem l. c. pag. 292. præſertim ad ann. 814. pag. 296. ubi: *By duſſes milden Keyſers Tyden Lodewicus ſo was Ethico, effte Welpy, ſyner Keyſerinne, Vader. Duſſe Here Ethico, effte Welpy, was eyn Here van Raversbarge, ſyne Elderen heten de van Altorppe; unde was ſo fry, dat he van Nymande ſyn Forſtendom to Lene entfengk.*

Unde

Digitized by Google

Unde ſo hadde he eynen Sonen, de heyt Hinrick, deme hot he dat ock to holden. Do kam de Kayſerinne Judit, ſyn Suſter, und bedachten eyn behende Clockheyt, ſo dat unſſe Her Hinrick des Keyſers Man wart, dat kam ſus to. Her Hinrick bad den Keyſer, dat he æm wolde geven ſo vele Vorwarck in dem Lande to Beyeren, ſo verne alſe he in dem rechten Middage, mit einem Gulden Wagen, bevaren konde. De Keyſer de ſede æme Ja darto, alſo wart he des Keyſers Behende Man. Item, do dit ſyne Vader horde, he wart ſer tornich, wente he eyn unſedich Man wos ---- De Sone achtede des nicht, unde leyt maken eynen cleynen gulden Wagen ---- Unde hadde beſtalt jo varſche Perde, van Stunden, to Stunden, ſo ſatte he ſick up eynen Kulwagen, unde nam den cleynen Gulden Wagen in den Schot, unde leyt ſick bevoren de Vorwarcke, alſe he beſtalt hadde, dat he de Perde wuſte, in des rechtes Middages Tyt, dewile dat Keyſer Lodewicus ſleyp, unde vore ſo haſtliken umme, wan eyn Pert mode was, ſo nam he eyn varſch, dat warde, went upp dat leſte, dat he der Perde nicht mer en hadde: do ſteych he van dem Wagen, unde krech ein Moder Pert uppet leſte, und wolde darmidde beryden eynen Barch, alſe he an den Barch kam, do wart dat Moder Pert mode, unde konden boven uppe den Barch nicht komen, und bleyff blat beſtan, darvan krech de Barch den Namen, und heyt, nach hute in den Dach, de Merenbarch. Unde darvan kam eyn Zede, dat neyne Here van Ravensbarch unde Beyeren upp Moder Perde, dorch Not, to ryden ſoll. Her Hinrick kerde to an dem Barge, und vore wedder na des Koniges Hove --- de Keyſer de ſach dat he beloket was, unde gaff æm de Vorwarcke to Erven egben, unde beſtedigede æn to eynen Hertogen to Beyeren, unde dat he dat Lans van dem Keyſer to Lenen entfangen ſolde &c. add. idem, ad an. 1108. pag. 333. & 334. & *Ladislaus Sundheimius*, Canonicus Viennenſis, de *Familia Velphonum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 1. pag. 801. *Aventinus*, lib. IX. *Annal.* Cap. XVIII. § 16. pag. in. 416. alii, ad quos Dn. D. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, Cap. 3. §. 13. pag. 131. provocat; enimvero, ficta eſſe, quæ, de collato in *Henricum Bavariæ Ducatu*, hic narrantur, apud Eruditos expeditum eſt; quorum neminem latet, rerum ſummam adminiſtrante *Carolingorum* Familia, *Bavariam Regibus* fuiſſe ſubjectam, de quo mox plura.

Cæterùm, *Henrici* Conjux audit *Conrado Urſpergenſi* l. c. *Beata: Item Heinricus uxorem duxit de Bawaria, Beatam nomine, ex qua tres filios progenuit; videlicet* (1) *S. Chunradum, qui poſtmodum Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopus fuit, & eam multis prædiis ſuæ proprietatis ampliavit. Et* (2) *Etichonem, qui legitimo matrimonio carens, ex quadam de Miniſterialibus ſuis, unam filiam progenuit. Tertium quoque Filium, videlicet Rudolphum, habuit ſæpe dictus Heinricus, qui Rudolphus accepit Uxorem de Vuingin, Itham nomine, cujus Pater, Cuno, Nobiliſſimus Comes fuit, Mater ejus extitit filia Ottonis Magni Imp. Richilint nomine.* De poſteris, pergit: *Rudolphus, de præfata Itha, Uxore ſua, duos filios progenuit, videlicet Welphonem, qui primus hoc nomen accepit; & Heinricum, qui, apud Villam Lunum, in venatione ſaxo percuſſus interiit. Genuit & filiam, Richardam nomine, quæ poſtmodum moriens in Monaſterio Eberſperck ſepulta eſt. Maritus namque ejus, ditiſſimus Comes Bavariorum, cum non haberet hæredem, tres Abbatias conſtruxit, videlicet Eberſberck, Giſenvelt, & Chubach. Welpho verò, filius præfati Rudolphi, duxit Uxorem de Gente Salica, de caſtro Glitzberck, Imiza nomine. Hic eſt ille Welpho Comes, qui aliquando Imperatori Cunrado II. auxiliante ſibi Duce Ernuſto, rebellavit &c.* & pag. 210. *de præfata Uxore ſua, Imiza, genuit filium, cui nomen ſuum impoſuit Welpho; genuit & filiam, Chunzam nomine, quam Azzoni, ditiſſimo Marchioni Italiæ, dedit in Uxorem &c.* Eadem habentur in *Arbore Genealogica* Codici membranaceo *Hiſtoriae de Guelfis Principibus*, præfixa, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 1. pag. 800. conſentiente *Sundheimio* l. c. pag. 801. &c. Fatendum interim omninò, Gentem *Guelficam* inter Bavaricarum præcipuas non fuiſſe poſtremam.

(28) Mortuo *Ludovico Germanico, Bavariæ* Rege, anno 876. diviſaque, adhuc eodem anno, *Salfeldiæ*, inter Filios ejus, *Carolomannum*, *Ludovicum Juniorem & Carolum Craſſum*, hæreditate paterna, *Bavariam* ſortitum natu majorem, *Carolomannum*, Tabulæ, quarum præced. Tit. 2. §. 8. lit. a. pag. 60. facta mentio, teſtantur. Rem illuſtrant Diplomata Ejus, Cœnobio *Crembsmünſter* data, apud *Simonem Rettenpacherum*, lib. 1. *Annal. Cremifanenſium*, Cap. IX. p. 32. &c. quorum alterius ſubſcriptio, pag. 35. ſic ſe habet: *Datum 3. Non. Decemb. anno Chriſti propitio, ſecundo Regni Domini, KARLOMANNI, Invictiſſimi REGIS IN WAWARIA. Et primo in Italia Indict. X Actum ad Oetingas &c.* & alterius, p. 36. ita: *Datum 4 Id. Febr. Anno tertio Regni KARLOMANNI, Sereniſſimi REGIS IN WAWARIA; in Italia Secundo Indict. XI Actum ad Oeting &c.* Conf. Ejuſdem donationis tabulas Cœnobio *Oetingenſi*, an. 876. factæ, apud *Gewoldum* T. 3. Addit. ad *Hundii Metropolim*, p. 61. ibi: *Data ſexto Cal. Martii, Anno Chriſti propitio, primo Regni Domini CAROLOMANNI, Sereniſſimi REGIS BOJORUM, Indict. IX Actum Matachove,*

Curte Regia, in Dei nomine fœliciter Amen; Anno Chriſti 876. *&c.* Aliasque ann. 878. ibid. verb. *Data* 5. *Id. Septembris, Anno Chriſti propitio tertio Regni Domini* CAROLOMANNI, *Piiſſimi* REGIS IN BOJARIA, *& primo in Italia, Indict. XI. Actum Rantersdorf, Curte Regia, in Dei nomine feliciter Amen.* D. CCC. LXXVIII. *&c.*

(29) Poſt fata *Carolomanni*, legitima prole carentis, ſubjecit ſibi *Bavariam*, an. 880. defuncti frater, *Ludovicus Secundus*, vel *Reginone* teſte ad h. a. p 59. *Ludovicus, comperto, quod frater* (Carolomannus) *obiiſſet, Bajoariam ingreſſus Ratisbonam venit, ubi omnes Optimates Regni, ad Eum confluentes, Ejus Ditioni ſe ſubdiderunt &c.* Idem docent: *Marianus Scotus*, perperam licet ad annum 881. p. m 444. *Otto Friſingenſis* lib. 6. *Chronic.* Cap. 7. pag. m. 122. *Godefridus Viterbienſ.* in vita *Caroli Calvi* pag. m. 467. *Chronographus Saxo*, ad an. 880. pag. m. 145. *Albericus*, Monachus trium Fontium, an. eod. pag 211. alii. *Hermannus Contractus* verò, ad an. 880. pag. m. 308. occupationem hanc vivente adhuc *Carolomanno* contigiſſe, ſtatuere videtur, ſcribens: *Ludovicus, vivente Fratre ſuo Carlmanno, Bajoariam ingreditur &c* & clarius adhuc *Godefridus Viterbienſ.* l. c. pag. 466. *Carlomannus, Primogenitus Ludovici, Bavarorum & Germanorum Regis, defuncti, Italiam ingreditur, & tentat tollere Imperium. Veruntamen Frater Ejus, Ludovicus, apud Germanos & Bavaros cœperat jam regnare &c.* Aſſentiuntur: *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Caroli Calvi* an 880. pag. 141. *Albertus Stadenſis*, an. eod. pag 95 *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boic.* Cap. XVIII. §. 8. pag. m. 414. &c. Conciliandi fortè ratio, ut ſtatuamus, *Hermannum* & ſequaces loqui duntaxat de *Ludovico*, qua aſpirante ad Provinciam; reliquos verò, qua eam occupante, ſuisque legibus ſubjiciente.

(30) Anno 882. *Ludovico Secundo* itidem ad plures abeunte, obvenit *Bavaria* natu minimo Fratrum, *Carolo Craſſo*, teſtibus *Annal. Francorum Pithœanis* h. a. p. 106. præced. Tit. V. in Ipſius vita, pag. 467. Quo an. 887. exauctorato, Annoque 888. extincto, ceu ibid. pag. 469. & 470. ut & Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 897. pag. 87. dictum, ut totius *Germaniæ*, ita quoque *Bavariæ* Imperium ſuſcepit laudati *Carolomanni* Filius naturalis, *Arnolphus* Imp. vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. an. 887. pag. 86. & §. 12. lit. h. v. 3. p. 234. A cujus exceſſu, an. 899. ad Ejus Filium, *Ludovicum IV.* Germanorum Regem tranſiit.

(31) Summam rerum in *Germania* moderante *Ludovico* hoc, frequens mentio fit *Luitpoldi Ducis*, de quo pauca hic diſſeram.

LUITBALDUS, ſeu LEOPOLDUS.

(1) Genealogiam hujus Principis, à *Carolo Magno*, per *Pipinum & Bernhardum*, Italiæ Reges, deductam, exhibet *Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, p. m. 382. conſtituens Eum Filium *Arnulphi*, Cæſarei Exercitus Ducis, qui glorioſè contra hoſtes pugnando occubuerit. Deficiunt autem Veterum teſtimonia. Diploma *Luitpoldi, Bavariorum Ducis, Luitpoldi filii, Reicherſpergenſi* Cœnobio datum, quod *Gewoldus*, Addit. Tom. 3. *Metropol. Hundii*, pag. 219. ſuppeditat, non hunc, ſed *Leopoldum*, filium *Leopoldi Pii*, & *Agnetis, Henrici IV.* Imp. gnatæ, de quo ſeq. v. 48. plura, reſpicit.

(2) De *Conjuge* Ejus inquit *Gewoldus* l. c. Tom. 2. pag. 147. *Luitbaldus, Bavariæ Dux, ex Conjuge Adelhaide, Othonis, Saxoniæ Ducis* (filia) *Cæſaris Henrici Aucupis Sorore, binam ſuſcepit ſobolem; Arnolphum & Berchtoldum &c.* Rectius verò à Dn. *Tolnero*, Cap. 5. *Hiſtor. Palat.* Tab. Geneal. III. pag. 162. vocatur *Cunigundis, Erchangeri* Comitis filia, & *Erchangeri*, Cameræ Nuncii, capite plexi, ſoror, quorum præced. Tit. V. in vita *Conradi I.* pag. 478. ut & præced. *Catal. Ducum Sueviæ*, v. 20. 21. 25. 26. & 27. memini, quamvis Principi noſtro nomen *Luitolfi* imponat. Nititur Genealogia hæc auctoritate *Chronici brevis S. Galli*, ap. *Du Chêne*, T. 3. ad an 913. *Diſcordia cœpta inter Regem* (Conradum) *& Erchangerum. Ipſo anno Erchanger cum Rege pacificatus eſt, cujus Sororem, Liupuldi relictam, Rex, quaſi pacis obſidem, in matrimonium accepit &c.* De nomine teſtatur *Chronicon Laurishamenſe*, ap. *Freherum*, p. m. 69. ubi: *Hujus Regis* (Conradi) *Uxor, Chunegunda, locum proprietatis ſuæ, Gingæ appellatum, cum omni jure, Regalique præcepto, S. Nazario tradidit, atque ibidem in Eccleſia, quæ dicitur Varia, ſe tumulari præcepit &c.* Ex quibus ſimul diſcimus, *Cunigundam* hanc, *Luitbaldo* mortuo, nuptam fuiſſe *Conrado I.* Regi Germaniæ. Mecum ſentiunt: *Blondellus, Geneal. Franc. Aſſert. plenior;* pag. 206. Ampliſſ. Dn. *Ludewig*, in *Germania Principe ſub Conrado I.* Cap. I. §. 4. lit x. p. 12. & Cap 2. §. 7. lit. y. pag. 27. Dn. *ImHoff Tabb. IV. Regum Europ.* Alii. Conſtat inſuper hinc, quo jure *Arnolphus*, Bojorum, Dux, *Hepidanno* ad ann. 913. cujus verba præced. Tit. V. in Vita *Conradi I.* pag. 480. extant, dicti *Erchangeri* L. M. damnati, *Nepos* audiat? ſcil. ex Sorore; non minus, *Bœclerum*, in Hiſtoria Seculorum IX. & X. in vita *Conradi I.* p. 227. *Matthiam*, in

Thea-

Digitized by Google

Theatro Hiſtorico, in ejusdem vita, pag. m. 860. & aſſeclas, hallucinari, *Conradi* Regis Conjugem *Placentiam* appellando.

(3) *Liberi* fuere: *Arnolphus Malus & Bertholdus*, Bojorum Duces, de quibus ſeqq. v. 32. & 33. plura.

(4) Variis titulis effertur. In Tabulis donationis, ann. 900. *Richario* Præſuli & Eccleſiæ Pataveuſi factæ, hiſce ejus meminit *Ludovicus IV.* Rex, apud *Gewoldum* l. c. Tom. I. pag. 351. *Vir Venerabilis, nomine Richarius, Pataveuſis ſcilicet Præſul, per quorundam Procerum Noſtrorum; Adalberonis quoque Reverendi Antiſtitis, ac Studioſiſſ.mi Nutritoris Noſtri; & Waltonis, Friſingenſis Epiſcopi; nec non LUTWALDI, ILLUSTRIS COMITIS, ET DILECTI PROPINQUI NOSTRI, interventum, Regalitatis Noſtræ eminentiam --- interpellans &c.* Sic in alio Diplomate an. 902. Eccleſiæ *Friſingenſi* dato, ibid. pag 130. *Interceſſione Fidelium Noſtrorum Dietmari ArchiEpiſcopi Zacharie Epiſcopi, Tittonis Epiſcopi, LUITPOLDI, ILLUSTRIS COMITIS, ET CARI PROPINQUI NOSTRI -- Curtem quandam, Veringa nuncupatam ... ad ſatam Eccleſiam ... tradimus atque firmamus &c.* Et in alio, quo ann. 903. Eccleſiæ *Ratisbonenſi* bene fecit, ibid. pag. 249. *Quasdam res Noſtri proprii juris, in jus & proprietatem D. Emmerammi Martyris, per interventum ac conſilium --- LUITPOLDI ſcilicet DILECTI PROPINQUI NOSTRI -- poſſidenda conceſſimus &c.* Conf. *Annales Francorum Fuldenſes* ad an. 898. pag. m. 54. in quibus promiſcuè *Marchio & Comes* celebratur, verbis præced. Tit. V. in vita *Arnolphi* Imp. v. 4. ad h. a. p. 473. & 474. occurrentibus, quibus, paucis interjectis, addantur: *Deinceps autem quidam, qui erat quondam Princeps, cum cæteris Primoribus Gentis Bawariorum, nomine Erimbertus, qui poſtea Regi ſuisque rebellis extitit, à Prizuolano, quodam Sclavo Duce, qui & ipſe Imperatori fidus probatur, comprehenſus dignoſcitur, & à LUITBALDO, STRENUO COMITE, aliisque, vinculis illigatus, Regi à Dranteſdorf eſt praeſentatus, Chriſti Domini Natale anni inſtantis ſuiente.* De Expeditione hac, pergunt l. c. Annales: *Iterum autem expeditione ordinata, tempore hyemali, Bawariorum Principes cum ſuis fines Marahabitarum fortiter atque hoſtiliter invaſerunt ---- denique, non poſt multum temporis, Bawarii termines Maraborum confidenter iteratq intrantes, & quæcunque poterant diripiendo populati ſunt &c.* & ad ann. 900. pag. m. 55. Imperante *Ludovico IV. Bajowarii* per *Boemanniam, ipſis ſecum aſſumptis, Regnum Marahavorum cunctis* (cuncta) *per tres hebdomadas devaſtantes, irruperunt. Tandem cum omni proſperitate domum reverſi ſunt. Interim vero Avari, qui dicuntur Ungari, tota devaſtata Italia, ita, ut occiſis Epiſcopis quam plurimis Italicis contra eos depellere molientes, in uno prælio, uno die ceciderint viginti millia. Ipſi namque, eadem via, qua intraverant Pannoniam, & maxima parte devaſtantes regreſſi ſunt, miſſos illorum ſub dolo ad Bajoarios pacem optando, Regionem videlicet ad explorandum, transmiſerunt. Quod, proh dolor! primum malum, & cunctis retro transactis diebus inviſum damnum Bajowarici Regni contulit. Igitur ex improviſo, cum manu valida, maximo Exercitu, ultra Anſeum fluvium, Regnum Bajowaricum hoſtiliter invaſerunt, ita, ut, per quinquaginta milliaria, in longum & in transverſum, igne & gladio, cuncta cædendo & devaſtando, jam una die proſtraverint. Quod verò perientes ulteriores Bajowarii dolore compulſi, econtra feſtinare diſponunt. Sed hoc Ungari præcognoſcentes, cum his, quæ deprædaverunt, redierunt, unde venerunt, ad ſua in Pannoniam. Interim verò quædam pars de Exercitu illorum, de Aquilonari parte Danubii fluminis, partem illam devaſtando procupere. Quod ut LUITPOLDO COMITI compertum foret, moleſtè hoc patiendum ferens, contra exiſſe cum quibusdam Primoribus Bajowariorum, uno tantùm Eachario, Patavienſis Sedis Epiſcopo, comitante, ultra Danubium eos inſequendum ſe tranſpoſuit; conſertoque illicò cum illis prælio, nobiliter dimicatum eſt, ſed nobilius triumphatum. Nam in prima congreſſione belli, tanta Dei gratia Chriſtianis occurrit, ut mille ducenti gentilium inter occiſos, & qui ſe in Danubio merſerunt, perempti inveniantur. Vix tantum unum de Chriſtianis occiſum in apparatu belli invenimt &c.* Conf. *Aventinus* lib. IV. *Annal.* Cap. XXI. §. 11. pag m. 447 §. 19. &c. p. 449. &c. Egiſſe itaque *Luitpoldum* noſtrum ſub *Arnolphi* Imperio, & principio Regiminis *Ludovici IV. Marchionem Bavariæ*, Belliique Ducem fortiſſimum, pro certo habeo, idque verba prolati Diplomatis ſatis comprobant. Ingruente vero indies bello Hungarico, ipſum *Ducatum* Ejus curæ commiſſum fuiſſe, ex Auctoribus judicandum, qui obitus ejus meminerunt.

(5) Interfectus tandem eſt in bello Hungarico, teſte *Reginone*, ad ann. 907. pag. 73. *Bavari, cum Hungaris congreſſi, multa cæde proſtrati ſunt, in qua congreſſione LUITBALDUS DUX occiſus eſt, cui filius ſuus, ARNOLPHUS, IN DUCATU ſucceſſit &c.* Conf. *Otto Friſingenſis*, lib. 6. *Chronic.* Cap. XV. pag. m. 125. *Non multò poſt, Ungari, commiſſo cum Bajoariis bello, DUCEM eorum, LEOPOLDUM, Arnolfi*

nolſi Ducis Patrem, occidunt, ac inde, per totum Regnum diffuſi, Alemanniam, Franciam, Saxoniam, Thuringiam, percurrunt &c. Hermannus Contractus, ad ann. 907. pag. 310. nudè ait : *Bajoarii ab Hungaris interficiuntur.* Et ad an. 908. *Hungari Saxoniam & Thuringiam vaſtant. Luidpaldus occiditur &c.* Eadem, ad ann. 907. & 908. pag. m. 446. repetente *Mariano Scoto.* Hinc deceptus *Lambertus Aſchaffenburg.* ann. 908. pag. m. 155. conſtituit eum *Ducem Thuringorum,* verb. *Luitboldus, Dux Thuringorum, occiſus eſt ab Ungaris &c.* Monachus *Herveldenſis,* in *Chronico,* an. 908. apud *Schardium* Tom. I. *Rer. German.* pag 374. non niſi hæc: *Luitboldus Dux occiſus eſt ab Ungariis &c.* ita quoque *Annales Hildesheimenſes,* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 717. *Liudboldus Dux, cum aliis multis, interfectus eſt ab Ungaris &c.* Clarius loquitur *Albericus,* perperàm licet ad ann. 905. p. m. 244. *Ungari, commiſſo cum Bajoariis bello, Ducem eorum Leopaldum, Arnoldi Ducis Patrem, occidunt, ac inde, per totum Regnum diffuſi, Alemanniam, Franciam, Saxoniam, Thoringiam, percurrunt &c.* Add. *Aventinus* l. c. §. 21. pag. 450. *Tres dies continenter irato cœlo* (cum Ungaris) *pugnatum. Maxima pars Nobilitatis Bojariae perit; vulgus promiſcuum ſine numero occiſum. Luitpoldus, Dux Orientalis Bojariæ, Author Generis Regulorum Bojariæ, Præfectorumque Prætorio Rheni, cum undeviginti Bojorum Dynaſtis --- cæſus eſt &c.* & *Simon Rettenpacherus,* lib. I. *Annal. Cremiſanenſ.* Cap. 21. ad ann. 907. p. m. 110. & *Sagittarii* Epiſtola ad *Schilterum*, de *Antiquo Statu Thuringiae*, pag. m. 43. & 44. nec non Dn. *Tolnerus*, Cap. VIII. *Hiſtor. Palat.* pag. 200 Nec ſimplicem *Belli Ducem* tum fuiſſe, argumento inſuper eſt præfatum ipſius Diploma apud *Gewoldum* l. c. pag. 130. ubi: *Ipſa quoque duo Beneficia præſignata ita decernimus permanere libera in Fratrum propria poteſtate, ſicut erat in Noſtra : ne vel Camerarii, vel Marſcalci, ſeu alii Servitores noſtri, ac poſterorum noſtrorum, in ullo ſint moleſti cultoribus eorum, vel de rebus Curiae traducendis, vel de annona equorum perſolvenda, vel de aliis Miniſtris bujusmodi exequendis &c.* Hæc ſanè Characterem nudi *Ducis Belli* ſuperant. Contrariatur verò mihi Ampliſſ. Dn. *Gundlingius,* Diſſ. de *Statu Reipublicæ Germanicæ, ſub Conrado I.* §. VII. lit. d. pag. 41.

(32) ARNOLPHUS, ſeu ARNOLDUS, vulgò MALUS.

(1) Parentem habuit *Luitbaldum,* anno 907. vel 908. in bello Hungarico occiſum, de quo verba modò feci; Matremque, ceu ibidem monui, *Cunigundam, Erchangeri* Cameræ Nuncii in Alemannia, ſororem; quare *Hepidanno,* ad an. 913. apud *Goldaſtum* T. 1. *Rer. Alaman.* rectè *Erchangeri nepos* vocatur; verbis præced. Tit. V. in vita *Conradi I.* v. 4. ad an. 913. pag. 480. occurrentibus. Errant in contrarium *Andreas,* Ratisbonenſis Presbyter, in *Chronico Bavarico* pag. m. 16. *Henningeſius,* part. 1. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia,* pag. 30. & 191. & 257. aliique, filium *Arnolphi* Imp. eum fingentes; quem errorem jam præced. Tit. V. in vita *Arnolphi* v. 3. p. 472. notavi; ne dicam, diplomata adhuc *Ludovici IV. Arnolphi* filii, de an. 900. & 903. quorum, in vita *Luitpoldi,* v. 4. modò memini, reluctari, in quibus *Luitpoldus* hic, Principis noſtri Genitor, laudati *Ludovici IV. Propinquus* appellatur.

(2) Nuptias celebraſſe fertur (1) cum *Agnete,* fil. *Toxi,* ſororeque *Geyſæ,* Hungarorum Regum. Vid. *Andreas Ratisbonenſ.* l. c. pag. 17. *Henningeſius* l. c. pag. 191. Dn. *Tolnerus, Hiſtor. Palat.* Cap. 8. p. 197. (2) *Gerbirga,* fil. *Rudolfi,* Franconiæ &c. Comitis. Vid. *Bucelinus, Hiſtor. Agilolfing.* pag. 382. Dn. *Tolnerus* loc. cit.

(3) Liberorum, hæc nomenclatura:

(1) *Eberhardus,* qui, annitentibus fratribus, *Arnolpho II.* atque *Hermanno,* ab exceſſu Parentis, inconſulto Rege, *Ottone Magno,* ſpretoque Patrui, *Bertholdi,* conſenſum Regis auctoritatemque omnino prius efflagitandam, ſuadentis, conſilio, *Principatum* occupavit, nihil juris Saxonibus, ne quidem novo Regi, à Veterum Regum Imperatorumque Genere alieno, in *Bojos* eſſe contendens; ſed hactenus à Majoribus obſervatum, filios Parentibus ſemper in Ducatu ſucceſſiſſe; propterea verò ab *Ottone,* utut civili bello jam implicito, proſcriptus, atque, an. 954. ad deditionem compulſa *Ratisbona,* captus, & in Sueviam relegatus, ubi, Dynaſtam *Eberſpergenſem* agens, tandem deceſſit. Vid. *Wittichindus,* lib. 2. Annal. apud *Meibomium* T. 1. *Rer. German.* p. 644. *Contin. Reginonis,* an. 938. p. 76. *Sigebertus Gemblac.* an. 939 pag. 580 *Marianus Scotus,* an. 938. pag. 447. *Conradus Urſperg.* in vita *Ottonis I.* pag. m. 156. *Cuſpinianus* in ejusdem vita pag. m. 298. *Crantzius,* L. 4 *Saxon.* c. 4. *Aventinus,* lib. 4. *Annal.* c. 23. §. 2. &c p. 459. &c, *Gewoldus,* Addit. ad T. 2. *Metrop. Hundii,* p. 147. *Henningeſ.* l. c. p. 191. *Meibomius* ad cit. locum *Wittichindi,* p. 687. *Bucelinus* l. c. *Tolnerus* l. c p. 203. add. ſeq. vita *Berchtholdi,* v. 4. Ab hujus *Eberhardi,* Filio *Leopoldo Illuſtri,* deſcendere *Marchiones Auſtriæ,* docent *Henningeſius* l. c. p. 257. *Bucelinus* l. c. *Spenerus op. Herald.* lib. 1. Cap. IX. §. 31. pag. 53. Alii.

(2) *Arnolfus Junior,* qui paria cum fratre, *Eber-*

Eberhardo, ſubiens fata, partes *Ludolfi* Alamannorum Ducis, adverſus Patrem, *Ottonem* Imp. amplectebatur, qua de re Vita *S. Udalrici*, Auguſtani Præſulis, Cap. X. apud *Surium*, 4. Julii pag. m. 83. evolvenda, ubi: *Cum autem filius Ejus*, (Ludolfus) *cum univerſis, quos congregare potuerat, ei reſiſtere niteretur, atque extorrem Regalis potentiæ agere moliretur, Heinricus, præfatus* Dux (Bajorum, vulgò Rixoſus, Ottonis Imp. frater) *commendata Civitate Ratisbona, totaque Regione Noricorum, Arnolfo, Palatino Comiti, & ceteris inſuper ſuis fidelibus, perrexit ad Regem. Moram autem illo ibi faciente, præfatus Arnolfus, cum multitudine Populi, fraudulenter Ratisponam, cum ceteris Urbibus, & cum frequentia Populorum, & cum omnibus, quibus potuit, Luitolfi poteſtate ſubegit. Quibus compertis, Rex, cum fratre ſuo, Heinrico, Bajoariam hoſtiliter invaſit, ad reſtituendum eum in honorem prioris poteſtatis &c.* paucis interjectis, annectitur: *Præfatus Arnolfus, filius Arnolfi Ducis, congregata multitudine eorum infauſtorum, qui antea Auguſtan. Civitatem deprædati ſunt, & aliorum, in quorum tunc confidebat adjutorium, voluit obſeſſo caſtello,* (Menchingen) *Venerandum Epiſcopum*, (Udalricum,) *vi coactum, cum ſuis, ditioni ſubdere Luitolfi &c.* An. 953. machinatione *Arnolfi* hujus, *Henricum* Ducem malè Bavaris oluiſſe, teſtantur verba *Reginonis Continuatoris*, h. a. præced. *Catal. Ducum Alamann.* in vita *Ludolfi*, v. 9. ad h. a. p. 314. — An. 954. *Ottone* Rege *Ratisbonam* militari corona cingente, *Ludolfus*, ejus filius rebellis, *ingreſſus Urbem, Geronem Comitem, Portam Orientalem obſidentem, armis temptat, cumque, ab hora tertia usque in horam nonam, acriter pugnaretur, Arnolfus Junior, Arnolfi Ducis filius; ante Portam Urbis, equo, cui inſederat, cadente, armis exutus, teloque perfoſſus, occubuit &c.* ita *Chronographus Saxo* ad an. 954. pag. 165. Dignitatem ejus *Comitis Palatini Bavariæ* innuit quoque *Rotgerus* in *Vita Brunonis Colonienſis*, Cap. XVI. apud *Surium*, 11. Octobr. p. 167. & Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 279: verb. *Ne quid penitus ſine fraude fieret, cum Arnoldo, ſtrenuo imprimis Viro, cui ſumma rerum, per idem tempus* (durante civili bello inter Ottonem I Imp. ipſiusque filium, Ludolfum,) *in Bauwariorum terra commiſſa fuit, ſecretius — egerunt &c.* rectè ibi in notis Dn. de *Leibnitz*: *An Palatinus Comes Bavariæ fuit, atque ita proximus à Duce &c.* Principem nunc modernorum Bavariæ Ducum, Comitumque Rheni Palatinorum, ſatorem eſſe, *Henningeſius* l. c. p. 191. & 192. &c. *Bucelinus* l. c. *Stemmatographi* reliqui, demonſtrant. *Gerbergam, Henrici Aucupis* filiam, conjugem ei dat *Aventinus*, lib. 4. Cap. 22. §. 13. pag. m. 456. aſt nihil de hoc matrimonio vetuſtæ tabulæ.

(3) *Hermannus* cogn. *Puſillus*, quem, à proſcriptione *Eberhardi*, magna Palatinatus parte, ad utramque Rheni ripam, ab *Ottone I.* Rege, anno 939. auctum, præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. pag. 940. & 943. monui, quo poſteriori ſimul loco vitam ejus, Conjugem & Liberos, offendis. *Moſellanicæ Lotharingiæ Ducem* eum vocat Dn. *Tolnerus* l. c. p. 197. Conf. tamen præced. *Catalog. Ducum Lotharingiæ*, v. 14. Vita *Conradi I.* pag. 258. ann. 953. Fratre ejus, *Arnolfo* circumponente Caſtro *Menchingen*, in quo *S. Udalricus* Auguſtanus latitabat, *obſeſſio ut comperta fuiſſet Adalberto Comiti, & Theodpaldo, fratri Epiſcopi, congregata phalange Populi, prima die Quadrageſimalis temporis, quod eſt dies Lunæ, manè diluculo caſtra inimicorum invaſerunt. Sed illi hæc antea poſſe fieri non putantes, imparati ad bellum inventi ſunt, & repentino timore perculſi, relictis ſpoliis fuga inimicos evadere ſtuduerunt. Illi autem eos ſequentes, Hermannum, Fratrem Arnolfi, apprehenderunt, quosdam in caſtris ceciderunt, quosdam verò ulterius ſubſequentes interfecerunt &c.* Hæc ex Vita *S. Udalrici* l. c. pag. 83. & 84.

(4) *Juditta*, Ux. *Henrici Rixoſi*, Bojorum Ducis. Vid. *Hroſwitha* Monialis, in *Hiſtoria Ottonum*, ap. *Meibomium* T. I. *Rer. Germanic.* pag. 714.

At Dux Henricus, Frater Regis, Venerandus
Princeps, in Regno fuerat tum nempe quieto,
Poſt Regem plebi merito venerabilis omni.
Qui ſibi condigne legali junxit amore
Arnulphi natam Ducis Egregii Generoſam,
Nomine Juditham, vultus ſplendore coruſcam,
At fulgore magis cunctæ nitidam bonitatis &c.

Conf. *Witichindus*, lib. 2. Annal. l. c. pag. 649. *Erat autem ipſe Dominus Henricus copulatus matrimonio filiæ Ducis Arnulfi, Fœminæ egregiæ formæ, mirabilisque prudentiæ &c.* (eadem verba repetente *Conrado Urſpergenſi*, in vita *Ottonis I.* pag. m. 158.) nec non *Reginonis Continuator*, ad ann. 953. verbis præced. *Catalog. Ducum Alaman.* v. 30. in vita *Ludolfi*, §. 9. ad ann 953. pag. 314. occurrentibus; *Ditmarus* lib. 2. pag. m. 16. *Hoc cum juvenis* (Ludolfus Dux) *facere non poſſet, nec voluiſſet, à Patruo convitiatus Henrico,* (Rixoſo) *Urbem* (Moguntiam) *rebellaturus ingreditur, Ekbertumque Comitem, cum multis Patrui militibus, ſibi aſſociavit, & clam, noctis ſilentio, cum ſuis omnibus, exiens, Ratisbonam, quæ Reinesburg dicitur, Bavarii caput Regni, cum Urbibus munitiſſimis cepit, Ductricem Juditham ſolam, cum filiis, ab his expellens finibus &c.* & pag. 25. *De præfato autem Duco* Hen-

Henrico, quædam dico, quae impiè fecit in ſuimet Regno &c. interjectaque ejus pœnitentia: *Hujus Conjunx, Juditta nomine, dum præſens adeſſet, hanc confeſſionem audivit, & mox Viro ſuimet moriente, corpus ejusdem --- cum magno mœrore depoſuit &c.* Auctor Vitæ *B. Mathildis*, Reginæ, juſſu *Henrici S.* Imp. ſcriptæ, Cap. IV. apud Dn. de *Leibnitz* Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 201. *Henricus, Dux Bajowariorum præclarus*, (Mathildis Reginæ filius) --- *in Regionem Bajowariorum perrexit, & ibi quam plurimos dies ægrotando laboravit, usque dum, Deo jubente, anima de corpore exivit, &, ut ſperatur, Paradiſi januam introivit. His ita peractis, in Urbe Ratisbona ſepelierunt corpus Inclyti Ducis. Tunc Venerabilis Domina Judith, Illuſtri Viro legali vinculo conjuncta, miſit nuntios, grave nuntium piæ Matri indicaturos &c.* Add. *Henricus Bodo, Syntagm. Eccleſ. Gandesheim.* apud *Meibomium* l. c. Tom. 3. pag. 492. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 711. qui, memor *Garburgis*, Ducis *Henrici* filiæ, ait: *Illam, ut conjecto, filiam, ex prima Uxore, Juditta, Arnolfi, Noricorum Ducis, filia, habuit &c.* *Cuſpinianus*, in vita *Ottonis Magni* pag. m. 298. *Aventinus*, lib. V. *Annal.* Cap. 1. pag. m. 469. *Henningeſius* l. c. pag. 191. & part. 2. pag. 6. *Bucelinus* l. c. *Meibomius* ad lib. 2. *Witichindi*, pag. m. 692. *Hundius Metropol.* T. 2. voc. *Nieder Münſter*, p. 589. ibique *Gewoldus*, pag. 593. Dn. *Tolnerus* l. c. p. 221. reliqui. Perperam hinc *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad an. 943. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 309. eam *Luckam* appellat. *Hertoghe Hinrick to Beyeren und Saſſen, Keyſer Hinrikes Sone, de nam to Wive, Lucka, des Hertogen Dochter Arnolt van Noricorum &c.* Fundaſſe fertur Cœnobium *Nider Münſter, Ratisbonæ*, vid. præced. Tit XV. §. 18. lit. g. v. 8. p. 1323. innimum, donationum ejus, dictæ Eccleſiæ factarum, mentio fit in diplomatibus *Ottonis II.* Imp. de an. 974. & *Henrici Sancti*, de an. 1002. in quo poſteriori *Avia* hujus *Henrici II.* Imp. audit, ap. *Hundium*, T. 2. *Metropol.* p. 590. Delendæ ſuſpicionis gratia familiaris contubernii cum *Abrahamo*, Friſingenſi Epiſcopo, paulo ante obitum, non ſine execratione ſui, rea ſi eſſet, ſumpta Domini cœna, ſeſe purgavit, omnibusque ſatisfecit Vid. *Meibomius* l. c. p. 692. *Albertus Crantzius*, lib. III. *Saxon.* c. XXII. vindicat ei adhuc filium, *Rodulphum*, *Henrici Aucupis* generum; aſt ſine fundamento; pariterque lib. IV. *Saxon.* Cap. 3. filiam, *Bertam*, Burgundiæ Regi, *Rudolpho*, nuptam; quod itidem falſum. Vid. præced. *Catal. Ducum Alaman.* v. 28 Vita *Burchardi I* §. 3. pag. 308. Quoad reliquos Filios, Filiasque, quarum *Henningeſius* l. c. pag. 190. & 191. meminit, ſit itidem fides penes auctorem.

(4) Vulgus *Malum* eum appellat, qui rectius *Hepidanno* ad annum 913. *Optimus Dux* eſt, vid. præced. Tit V. vita *Conradi I.* v. 4. ad an. 913. pag. 480. Ecce quid *Gewoldus*, Addit. ad T. 2 *Metropol. Hundii*, p. 593: in deſcriptione Cœnobii *Nieder Münſter* Ratisbonæ? *Fundatricem agnoſcimus hujus Monaſterii Dominam Juditam, filiam Bojorum Ducis, Arnulphi, non Mali, ut vulgò, ſed falſo, indigitatur, ſed Principis, jure merito, inter optimos reponendi &c.* & *Aventinus*, lib. IV. *Annal.* Cap. XXII. §. 1. p. 453. *Fuit is* (Arnolphus) *filius Luitpoldi, quem ab Ugris prælio cæſum diximus, Vir prudens, pacis ac belli artibus juxta præclarus, qui fortiter Bojariæ Regnum tutatus eſt, primusque Ugros, quos invictos crediderant, vinci poſſe, docuit: atque non ſolum Populum Chriſtianum, ab incurſatione eorum, defendit, atque liberavit, verum etiam hoſtes Religionis, ad fœdus & ſocietatem, quoad vixit, armis coëgit &c.* & *Meibomius*, ad lib. I. *Witichindi*, pag. 676. *Mali cognomento à Monachis, & ſacrificulis, Annalium Scriptoribus, dehoneſtatur, fortè quod eorum avaritiam, petulantiam & libidinem, nonnihil repreſſerit &c.* & Dn. *Tolnerus* l. c pag. 179. memor *Hermanni Puſilli*, ejus filii: *Arnulphi, Bavariæ Ducis, filius, cui Monachi cognomentum Mali perperam dedere, cum alias optimus fuerit Princeps &c.* Add. Ampliſſ. Dn. *Ludewig de Germania Principe*, ſub *Conrado I.* Cap. 2. §. 7. lit. X. pag 27. add. *Franc. A.C. Arnolphus male Malus cognominatus*, Monachii 1735. 4.

Anno 907. vel 908. ſuccedit in *Ducatum* defuncto Patri, *Luitpaldo*. Vid præced. vita *Luitpaldi*, v. 5. pag. 408. Prævia Ordinum Provincialium electione id factum, *Henrici Sancti* verba præced. Tit. 2. ad an. 1002. pag. 96. docent.

Ann 914. cum aliis Regni Proceribus inſurgit in *Conradum* Regem, cujus vindictam timens, ad Hungaros aufugit. Vid præced. Tit. V. vita *Conradi*, v. 4. ad h. a. pag. 479 & 480. Hinc non ſatis accuratè *Conradus Bodo, Chron. Picturat. Brunſuic.* ad an. 916. apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom. 3. pag. 303. *Duſſe Konigh Conradus de begunte to krigen mit Hertoch Arnoldo to Beygeren, unde vordreyff dene ut dem Lande, mit Wive unde Kinder, in Ungeren &c.* Meminit cæterum rebellionis hujus Ipſe Cæſar *Fridericus I.* in Diplomate an. 1163. apud *Gewoldum* T. 3. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 407. verbis mox proferendis, ad an. 920.

Ann. 919. defuncto, ut præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 89. & 90. probavi, *Conrado* Rege, *Witichin-*

Digitized by Google

chindus lib. I. *Annal.* pag. m. 636. ante obitum, in prælio, ab *Arnolfo* vulneratum arbitratur, ſcribens: *Rex autem profectus in Bajoariam, dimicavit cum Arnulfo, & ibi, ut quidem tradunt, vulneratus revertitur in Patriam ſuam, cumque ſe morbo ſenſiſſet laborare pariter, cum defectione primae fortunæ, vocat fratrem, qui eum viſitandi gratia adierat, quem ita alloquitur.* &c. in ejusque locum electo *Henrico Aucupe*, ad reditum in Patriam ſe præparat noſter Princeps, quam cum ingrederetur, nec novi Regis ſuſciperet mandata, ipſemet ad Imperium aſpirans, recruduit Civile bellum.

Ann. 920. Copias in *Bavariam* ducendo *Henricus* Rex, lenifica oratione, abſtraxit tandem *Arnolfum* à bello, voluntati Regiæ in omnibus ſe ſubmittentem, viceque verſa *Privilegio inveſtiendi Epiſcopos per Bavariam* auctum. Vid. teſtes præced. Tit. V. Vita *Henrici I.* v. 4. p. 488. Facit huc etiam cit. Diploma *Friderici I.* Imp. ſub dato *Auguſtae*, ann. 1163. *Tegernſi enſi* Cœnobio ſcriptum, apud *Gewoldum*, Addit. ad T. 3. *Metropolis Hundii*, p. 407. verb. *Cumque in eadem eccleſia, à primae fundationis tempore, Monachialis Ordinis diſciplina, per dies multos, plurimum profeciſſet, ab Arnoldo, Duce Noricorum, affectante eo* (in confirmatione Henrici VI. ſub dato Wirtzburgk, 15. Cal. Jul. 1193. apud Hundium l. c. p. 397. pro eo, habetur: *Romanum*) *Imperium, & diſcordante cum Rege Heinrico, primò redditibus deſpoliatum, & pene univerſa, quibus ditata & dotata fuerat, per beneficium tranſierunt in uſus Laicorum, in hac diſcordia ſibi famulantium* &c. Add. *Conradus Botho* ad ann. 921. pag. 304. *Hertoge Arnold de egelde, dat Hertoch Hinrick to Saſſen was to Keyſer gekoren, de beſtockelde dat by den Ungeren, unde and ren Forſten, dat he wolde hebben Romiſche Konigh wurden. Do quam Hertoch Hinrick to Saſſen, unde beleyde Regensborch in Beyeren, do wart de Krige geſtils, in der Wiſe: Dat de Hertoch Arnolt de Biſchoppdom in Beygeren van æme mochten to Leneghan, dat wert æme to ghegheven. Alſo bleyff Hertoge Hinrick Romiſche Keyſer* &c. & *Aventinus*, lib. IV. C. XXII. §. 13. & 14. p. 456.

Ann. eod. Synodum convocat *Dingolfingenſem*, de qua *Hundius* in *Catalogo Epiſcoporum Brixinenſium*, in vita *Nithardi* Tom. I. *Metropolis*, pag. m. 442. *Nithardus, Epiſcopus Sabionenſis, interfuit alteri Synodo, ſive Conventui Dingolfingii, ad Iſaram, per Arnoldum, Ducem Bavariæ, habito, atque indicto, circa Annum Domini 920. Qui Epiſcopi huic Conventui interfuerint, & quid ibi actum ſit, refert Aventinus, lib. IV. fol.* 487. &c. Verba Aventini lib. 4. c. XXI. §. 15. pag. m. 457. ſunt: *Ad Dingelfing, Oppidum Inferioris Bojariæ, in ripa Iſaræ ſitum, Concilium Bojorum convocat* (Arnolphus) *Interfuere quinque Bojariæ primarii Sacerdotes: Hyldebertus, Archimyſta Juvavenſis; Iſengrinus, Epiſcopus Reginoburgenſis; Gerardus, Bathavenſis; Wolframus Fruxinenſis; Nithardus Sabonenſis, & Sarçolochus & Godbertus ſacrificuli, quos Chor-Epiſcopos vocant, Nuncii Udalfridi, Aichſtatenſis tum ægroti. Hoc Concilio Arnulphus prædiorum Eccleſiaſticorum, quæ Ugri depopulati fuerant, ab aliisque occupabantur, uſusfructus Sacerdotibus Monachis reſtituit: Templa, ſacras ædes, refici, inſtaurari juſſit. Majas & Caninas, item Vicos, vineas, aliaque prædia prope Tyrolios, in Venionum, Atheſisque valle, quae adhuc ibi Myſtæ Fruxinenſes poſſident, Wulframo, reddidit. Epiſcopos, Monachos, Sacerdotes, quorum quidam, excuſſo ſeverioris Religionis jugo, populariter vivere cœperant, ſub arctioris diſciplinæ jugum miſit* &c. Hinc illæ lachrymæ, & *Mali* cognominis ratio. Nec video, quo fundamento *Otto Friſingenſ.* lib. VI. *Chron.* Cap. XVIII. pag. m. 127. indiſtinctè ſcribat: *Hic eſt Arnolfus, qui Eccleſias, & Monaſteria Bajoariae crudeliter deſtruxit, ac poſſeſſiones earum Militibus diſtribuit. Is dum primò regnare moliretur, B. Udairico, Auguſtenſi Epiſcopo, duo gladii, quorum alter capulo carebat, in viſu monſtrati ſunt; audivitque, gladium cum capulo Regem Henricum; Arnolfum autem gladium ſine capulo, tanquam ſine capite & juſtitia eſſe* &c. Unde ſua *Conradus Urſperg.* in vita *Henrici I.* pag. m. 151. *Andreas Ratisbonenſis*, in *Chron. Bavar.* pag. m. 17.

An. 932. à *Ratherio*, Veronenſium Epiſcopo, aliisque in Italiam, contra *Hugonem* Regem, evocatus eo deſcendit, Veronamque occupat, brevi autem poſt, infelicius ab *Hugonis* equitatu exceptus, perfidiam Gentis metuens, in *Bavariam* revertitur, *Verona Hugoni* reddita. Vid. *Sigebertus Gemblac.* h. a. p. m. 579. *Arnoldus, Dux Bajoariorum, in Italiam, contra Hugonem Regem, veniens, à Veronenſibus ſuſcipitur, & cum Hugone confligens vincitur. Ratherius Epiſcopus, à Rege Hugone Epiſcopatu pulſus, quia Bajoariis faverat, Papiæ exiliatur* &c. & *Albericus*, an. eod. p. 269. *Arnoldus, Dux Bawariorum, & Carentinorum, Milonis Comitis, & Ratherii Epiſcopi, hortatu, in Italiam properat, cui & Rex Hugo feſtinus obviat* &c. *Aventinus* l. c. §. 21. pag. 457. & 458.

An. 936. cum *Otto Magnus* Germaniæ Rex inaugurareiur, *Arnulfus Equeſtri Ordini, & eligendis locandisque Caſtris præerat.* Ita *Witichindus*, lib. 2. *Annal.* pag. m. 643. Conf. præc. Tit. XIII. procem. lit. b. pag. 1019. & 1020.

(5) Mo-

Digitized by Google

(5) Moritur tandem an. 937. pridie Idus Junii, Vid. *Witichindus*, in fine libr. III. *Annal.* pag. m. 663. ad h. a. *Rudolphus, Rex Burgundiæ, & Arnoldus, Dux Noricorum, obierunt.* Quæ totidem verbis, *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Henrici I.* pag. m. 162. repetit. Add. *Necrologium Fuldenſe*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 763. *Arnolf Dux. Rudolf Rex*; ſcil. obierunt. *Reginonis Contin.* h. a. pag. 75. *Rudolphus, Rex Burgundiorum, & Arnolphus, Dux Bavarorum, obierunt &c.* & *Hermannus Contractus*, an. eod. p. m. 313. *Arnolphus, Noricorum Dux, & Rodolphus Rex, obierunt &c.* & in Codice Novo: *Arnolfus, Dux Bajoariæ, obiit, Ducatumque ejus accepit Bertolfus &c.* & *Hepidannus*, an. eod. apud *Goldaſtum* T. 1. part. 1. *Rer. Aleman. Arnolfus, Dux Bavariorum, defunctus eſt &c.* & *Albertus Stadenſis* an. eod. pag. m. 104. *Rodulfus, Rex Burgundiæ, & Arnolfus, Dux Noricorum, obierunt &c.* Conf. *Brunnerus*, lib. 7. *Rer. Boicarum*, pag. 438. *Adelzreiter, Annal. Boic.* lib. 13. in fine, & lib. 14. pag. 339. *Simon Rettenpacherus*, lib. 2. *Annalium Cremifanenſium*, C. 2 ad an. 937 pag. 120 *Gewoldus*, Tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim*, pag. 147. Diem obitus, ſcil. 14. Julii, exprimunt *Aventinus* l. c. §. 24. p. m. 458. *Henningeſius* part. 1. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 191. *Meibomius*, ad librum 2. *Witichindi* pag. 687. Dn. *Tolnerus* l. c Cap. 8. pag. 203. alii. Errat hinc *Chronographus Saxo* ad an. 939. pag. m. 157. Principem noſtrum hoc ipſo anno 939. defunctum narrans Tragicam ejus mortem inculcat *Andreas Ratisbonenſis* l. c. *Hic Arnoldus à S. Udalrico de Baptiſmo levatus, cujus tamen monitionibus acquieſcere noluit. Unde ipſe Ratiſponæ moritur & à diabolo in harundinetum ſecus Scheyrn projicitur. Habet hoc antiquorum relatio, quod dum ipſe Arnoldus ſæpius à Sancto Pontifice admoneretur, nec ipſe curaret, tandem certum tempus, in quo pœnitentiam ageret, quod ſibi à Deo impetravit, præfixit. Dum autem ultima die nihil infirmitatis in ſe ſentiret, pro nihilo duxit verba Pontificis; ſicque fit, ut ipſa die, in Monaſterio S. Emmerani Ratisbonæ exiſtens, ſubiitò, coram ſuis, à Diabolo eſt interemptus. Dum autem primum extra Eccleſiaſticam ſepulturam eſſet tumulatus, effoſſus in præfata Eccleſia S. Emmerani Ratiſponæ eſt ſepultus. Diabolus autem, non ferens ejus Eccleſiaſticam ſepulturam, ejulatu magno juſſit ſibi dari corpus ejus, cujus animam poſſideret. Sicque ipſum è ſepulchro, quod hodie in præfato Monaſterio monſtratur, ablatum, in lacum prope Schyram projecit &c.* Quæ nugæ? Addunt ſimiles alii, inter horrendas vociferationes, quas ediderit, cum in dictum arundinetum projiceretur, etiam has fuiſſe, narrando:

Vivens pollebam, faciens quæcunque volebam:
Nunc nihilor ſub humo, ſic perit omnis homo.

Vid. *Henningeſius* l. c. Conſtare hoc diſticho ejus Epitaphium, ex *Mezelli*, Tegerſeenſis Monachi, *Bajoariæ Quirinalibus*, notat *Meibomius*, ad lib. I. *Witichindi*, pag. 676.

(6) Neſcio, quem florentem hac ætate *Ottonem*, Bajoariorum Regem, ſibi fingat, *Ademar, Monachus S. Eparchii*, in Chronico, ad ann. 917 apud *Labbeum* T. 2. *Biblioth. MS.* pag. 164. *His diebus, Otto, Rex Bajoariorum, ſubegit ſibi Regnum Langobardorum, defunctis Regibus Adalberto & Arduino &c.* Si *Ottonem Magnum* Imp. intelligat, falſa eſt Chronologia; falſoque *Bajoariorum* Rex vocatur *Otto*, anno 917. *Germaniæ* tunc adhuc imperante *Conrado*, & ſpecialiter *Bavariam* adminiſtrante *Arnolfo* noſtro.

(33) BERTHOLDUS, al. BERTALDUS, BERTHOLPHUS, BERTOLFUS.

(1) Germanus frater erat laudati modò *Arnulfi*; teſte *Witichindo* lib. 2. *Annal.* apud *Meibomium* T. 1. *Rer. German.* pag. 649. *Illis diebus Bertholdus, frater Arnulfi, procurabat Bajoariam &c.* Conf. Monachus *Hamerslebienſis, de rebus praeclarè geſtis Imperatorum, ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V.* apud Dn. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſuic.* pag. 708. & *Maderum, Antiquit. Brunſuic* pag. m. 138. & *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. m. 138. vero, *defuncto Bertolfo Duce, qui frater fuit Arnulfi Ducis &c.* *Conradus Urſperg.* cujus verba ſeq. v. 4. mox proferam; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 944. pag. 280. *Hundius*, Tom. 2. *Metropol* in deſcriptione Cœnobii *Bergen*, pag. 147. ibique *Gewoldus* in Additionibus; *Aventinus* lib. IV. *Annal.* C. XXIII. §. 1. pag. 459. *Henningeſius*, part. 1. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 30. *Meibomius*, ad lib. 2. *Witichindi* pag. 687.

(2) An. 943. celebrat ſponſalia cum *Wiltrude* filia *Giſelberti*, Lotharingorum Ducis. Vid. præced. *Catalog. Ducum Lotharing.* vita *Giſelberti* v. 12 §. 4. pag. 245.

(3) Quatuor Filios Ei quidam vindicant, ſcil. (1) *Henricum*, Charinorum limitis Ducem, an. 989. defunctum; (2) *Berchtoldum*, Carnorum Præſidem, (3) *Bernhardum*, Carnorum Ducem, an. 944. in bello Hungarico occiſum, & (4) *Gotfridum*, Meraniæ Ducem, in eodem bello interfectum, vid. *Henningeſius* loc. cit. Altum verò de his apud Veteres ſilentium.

(4) Mor-

Digitized by Google

(4) Mortuo, anno 937. *Arnolpho*, filiisque ejus, *Eberhardo*, *Arnolfo & Hermanno*, Principatum, inconſulto Rege *Ottone*, ambientibus, ortum civile bellum, quo filii *Arnolphi* proſcripti, Ducatusque in defuncti fratrem, *Bertholdum* noſtrum, translatus. Vid. *Witichindus Corbejenſis*, l. c. pag. 644. *Defunctus eſt Arnulfus, Bajoariorum Dux, & filii ejus, in ſuperbiam elati, Regis juſſu contemſerunt ire in comitatum &c.* & *Hermannus Contractus*, ad an. 937. pag. m. 313. *Arnolfus, Dux Bajoariæ, obiit, Ducatumque ejus accepit Bertolfus. Bajoarii, cum multis aliis, Regi Ottoni rebellant &c.* & ad ann. 938. *Otto Rex contra Bajoarios procinctum movit, pene que omnes ſibi ſubjugavit &c.* & *Contin. Reginonis*, ad An 938. pag. m. 76. *Filii Ducis Arnolphi, ambitione Ducatus, Regi rebellarunt, quos ipſe debellaturus in Bavariam ibat, ſed non ut voluit, eos pacificare valens, revertitur ---- iterumque Rex in Bavariam revertens, omnes ſibi ſubdidit, & Eberhardum, Arnolphi filium, plus aliis rebellem, in exilium miſit &c.* & *Marianus Scotus*, eod. ann. 938. pag. m. 447. *Otto ſibi de Boariis reſiſtentibus redit. Frater ejus, Henricus, comprehenſus eſt ab Eberhardo. Illo autem liberato, Eberhardum miſit in exilium, atque iterum Boarios invaſit cum exercitu, omnesque ſibi ſubdidit, niſi tantum unum Arnolphi filium &c.* nec non *Sigebertus Gemblac.* an. 939. pag. 580. *Otto Imp. à Bojorariis, ſibi reſiſtentibus, rediens, Everardum exiliat, iterumque Bajoarios aggreſſus, omnes ſibi ſubditi, præter unum filium Arnoldi &c.* add. *Conradus Urſpergenſis*, in vita Ottonis I. pag. m. 156. *Mortuus eſt quippe Arnoldus, Dux Bajoariæ, & filii ejus, ſuperbia elati, juſſu Regis contempſerunt ire in comitatum, cujus Ducatum Rex dedit Fratri ejus, Bertholdo &c.* pag. 158. de eodem pergit: *Bertholdus, Bajoariorum Dux, Arnoldi Ducis frater, Vir Strenuus, toto conamine favebat Regis partibus &c. Albertus Crantzius*, lib. 3. *Saxon.* Cap. XXII. aliique, præced. v. 32. in vita *Arnolfi*, §. 3. ſub *Eberhardo*, ejus filio, producti teſtes; Quibus *Simonis Rettenpacheri*, *Annales Cremifanenſes*, lib. 2. Cap. 2. pag. 120. addas. Hinc etiam laudato Imperatori auuli *Ducctus Dux*, in diplomate, quo, ſub dato *Salzæ*, an. 940. donationes *Arnolfi* Imp. ejusque filii *Ludovici IV.* Eccleſiæ Friſingenſi factas, confirmat, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. 1. *Metropol. Hundii*, in *Catalogo Epiſcoporum Friſingenſium*, in vita *Lamperti*, ibi: *Per interventum Dilecti Ducis Noſtri, Bercholdi, atque aliorum Fidelium Noſtrorum Bavaricæ Regionis Principum, Epiſcoporum, & Comitum &c.* Conf. Ejusd. Diploma, an. eod. *in Civitate Salz*, datum, quo Cœnobio *S. Emerani* Ratisbonenſi, quædam dona confert, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2. pag. 372 Per interventum --- *Berchtoldi, Dilecti Fidelisque Noſtri Ducis &c.*

(5) Quo anno deceſſerit, diſcors Auctorum ſententia. Errat minimum *Albertus Stadenſis*, ſcribens ad an. 940. pag. 104. *Defuncto Duce Bawariorum, Bertoldo, monitu & interceſſione Sanctæ Matris ſuæ, præfecit eum* (Ottò Rex, fratrem Henricum, hactenus rebellem) *Regno eidem, faciens cum eo miſericordiam & pacem, in qua etiam fideliter permanſit, in pacem &c.* Continuator *Reginonis*, profert hoc titulo, annum 945. inquiens h. a. p. 77. *Bertaldus, Dux Bavarienſis, obiit, cui Heinrichus, frater Regis, in Ducatu ſucceſſit &c.* ſequitur eum *Chronographus Saxo*, an. eod. p. 159. *Bertholdus, Dux Bawariæ, obit, cui Heinricus, frater Regis, in Ducatu ſucceſſit &c.* & *Meibomius* Not. ad librum 2. *Witichindi*, T. 1 *Rer. German.* pag. 692. Annum ſequentem mavult *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. 949. p. 581. *Mortuo Bertaldo Duce, Rex Otto fratri ſuo, Honorico* (Henrico) *dat Ducatum Bajoariæ, & ſic eum reprimit à rebellione &c.* ut & *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. p. 283 *Mortua interea Bertholdo Duce, Rex Otto dat Henrico, fratri ſuo, Ducatum Bawariæ, & ſic eum reprimit à rebellione &c.* In annum 947. progrediuntur: *Hermannus Contractus* h. a. pag. m. 313. *Bertolphus, Bajoariorum Dux, obiit, cui Henricus, Othonis frater, ſucceſſit &c.* & in Codice Novo: *Bertolfus, Dux Bajoariæ, obiit, cui Heinricus, frater Ottonis Regis, in Ducatum ſucceſſit &c.* Monachus *Hamerslebienſis* l. c. *Ducatus autem Bajoariæ, anno Domini 947. defuncto Bertolfo Duce, qui frater fuit Arnolfi Ducis, datur Hinrico, fratri Ottonis, per ipſum &c.* & *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Ottonis I.* ann. eod. pag. m. 162. *Bertholdus, Dux Bajoariorum, frater Arnoldi Ducis, moritur, & Heinrico, fratri Regis, Ducatus committitur &c.* Sequentem 948. ponit *Aventinus*, lib. IV. cap. ult. §. 22. pag. m. 464. *Bercitoldus, Bojorum Rector, ex hac vita migrat, nono Calendas Decembris, anno, ab Orbe aſſerto, Nongenteſimo duodequinquageſimo, in Collegio Monachorum apud Altaich, Inferius ſepelitur &c.* & *Hemingeſius* l. c. *Moritur* (Bertholdus) *Anno Chriſti 948. ſepultus in Collegio Inferiori Monachorum ab Altanchio, & Ducatus Bavariæ transfertur ab Ottone I. Imp. in Henricum Rixoſum, fratrem ipſius &c.* *Gewoldus*, Addit. ad Tom 2. *Metropolis Hundii*, voc. *Bergen*, pag. 147. habet annum 949. *Bertholdus, cum Ducatui Bavariæ præ-*

Digitized by Google

fuiſſet, duodecim annis, ſine hæredibus obiit, anno Domini 949. Bona ejus in Regium Fiſcum redacta ſunt; Ducatum Bavaricum dono dedit Imperator, Otto Magnus, Henrico, fratri ſuo &c. Diem exceſſus, ſcil. 23. Novembr. ſolus exprimit *Aventinus* l. c.

(34) HENRICUS I. cogn. RIXOSUS.

(1) Patrem habuiſſe *Henricum Aucupem*, Germaniæ Regem, præced. Tit. V. in vita hujus Regis, v. 2. &3. pag. 483. &484. teſtimoniis fide dignis probavi; quibus addas *Witichindum*, lib. 2. *Annal.* apud *Meibomium*, T. 1. *Rer. German.* pag. 650. *Henricus vero* (Henrici Aucupis filius) *morum gravitate pollebat, & ob id ab ignotis minus clemens jocundusque prædicabatur, conſtanti admodum animo: fidelis & ipſe amicis, ita, ut mediocris ſubſtantiæ militem conjugii ſuæ Sororis matrimonio honoraret, ſocium ſibi amicumque faceret. Erat corpore præſtanti, & qui, in adoleſcentia, omnem hominem egregia forma ad ſe inclinaret &c.* nec non breve *Chronicon Regum Francorum*, apud *Lambecium*, lib. 2. *Biblioth. Vindobon.* Cap. V. pag. 394. ubi, mentione facta dicti *Henrici Aucupis*, recens electi Regis: *Henricus duos filios habuit, Ottonem Primum Imperatorem, & Iuricum, Ducem Bajovariæ &c.* ut & Vita *S. Udalrici* Auguſtani, ſeq. v. 35. in vita *Henrici II.* §. 1. nec non ſeqq. §. 4. & 5.

(2) Uxor erat *Judita*, filia *Arnolphi Mali*, Bojorum Ducis; vid. præced. v. 32. Vita *Arnolphi*, §. 3 pag. 410.

(3) Liberi ſunt:

(1) *Henricus II.* vulgò *Hezelo*, de quo ſeq. v. 35.

(2) *Gerbirga*, Abbatiſſa *Gandesheimenſis*, cujus *Ditmarus*, lib. IV. *Chron.* pag. m. 39 & apud Dn. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſvic.* pag. m. 351. mentione facta finiti Colloquii *Ottonis III.* Imp. cum Regni Principibus, *Magdeburgi* inſtituti, hiſce meminit: *Inde pergens* (Henricus II.) *ad Gandersheim, ubi Domina Gerberg, ſuimet ſoror, erat Abbatiſſa &c.* Conf. *Annales Hildesheimenſ.* ad an. 995. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 721. *Henricus*, (ſecundus) *Potentiſſimus Dux Bajoariorum, cum Germanam ſuam, Dominam Gerbirgam, diuturno labore probatam, viſitaret Gandesheim &c.* & *Everhardus* Canonicus, in Chronico Metrico, de *Fundatione Gandesheimenſi*, an. 1216. ex Latino, in Germanicum Idioma tranſlato, Cap. XXXVI. apud Dn. *Leuckfeldum*, de *Antiquit. Gandesheim.* Cap. XXIX. pag. 400.

De Ebdiſchen Broder, Hertoghe Hinrick ghenant,
Sadde ſeck wedder den Koenig, ſinen Neven,
De Konig helt ſeck na ſinen boeſen Radgheven,
To Ebdiſcken Gerborche beghunde he riden &c.

Conradus Botho, *Chron. Picturat. Brunſvic.* ad an. 943. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 309. *Hertoghe Hinrich to Beyeren und Saſſen, Keyſer Hinrikes Sone, de nam to Wive Lucka,* (Jutta, ſeu Juditha) *des Hertogen Dochter Arnolt van Noricorum, de telde om dre Kender: Eyne Dochter, de het Garborch, de wart eyn Ebbetymme to Ganderſſem; Und eynen Sone, de het Bruno, de wart eyn Marggreve to Saſſen; Und eynen Sone, de het Hinrick, de bleyff eyn Hertoghe to Beyeren &c.* Conſecrata legitur, circa annum 959. ab *Othwino* Hildesheimenſium Epiſcopo; Vid. *Catalogus Epiſcoporum Hildesheimenſium*, de Chronicis *Eggebardi*, Vragienſis Abbatis, ad *Egbertum*, Corbejenſium Abbatem, ſumtus, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 1. p. 773. *Henrico Bodo*, Syntagm. de *Conſtructione Gandesheimenſis* Cœnobii, in vita *Garburgis*, apud *Meibomium* T. 2. *Rer. German.* pag. 493. *Jacobus Reutelius*, in *Hillesheimia*, §. XII. apud Dn *Paullini*, Syntagm. *Rer. German.* pag. 78. *Henningeſius* Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag 6. præſertim Dn. *Leuckfeld* l. c. Cap. XXII. in vita laudatæ *Gerburgis*, pag. 220 &c. corrigens ſimul Dn. *Schatenum*, lib. 4. *Annal. Paderborn.* ad an. 1000. pag. 352. eam cum *Gerberga*, *Ottonis Magni*, Imp ſorore, confundentem. Inſcripſit huic Principi *Rhoſwitha* Monialis carmen ſuum de *Geſtis Ottonum*, apud *Reuberum*, de *Scriptoribus Rer. German.* pag. 161. & *Meibomium* l. c. Tom. 1. pag. 709. Juxta cit. *Annales Hildesheimenſes*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 721. obiit anno 1001. ibi, ad h. a. *Gerberga, Gandesheimenſis Abbatiſſa, Idus Novembris obiit &c.* Dn. *Leuckfeld* l. c. pag. 223. ponit an. 1002.

(3 *Hadawiga*, ſeu *Hedwig*, Conjux *Burchardi II* Ducis Alamanniæ. Vid. vita hujus *Burchardi* præced. *Catalog. Ducum Alaman.* v. 31 p. 317..

(4) *Bruno*, Marchio Saxoniæ, cujus *Conradus Botho*, l. c. meminit. Conf. *Chronicon Brunſvicenſe* apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſvic.* pag. 7. verbis præced *Catalogo Ducum Saxoniæ*, v. 9. in vita *Hermanni Billingi*, §. 1. pag. 104. occurrentibus. *Ubbo Emmius*, *Append. Genealog. Familiæ Witichindi*, pag. 151. &c. *Maderus*, Præf. *ad Chronicon Montis Seren*, pag. 51. & 52. *Henningeſius* l. c. eum mortuum tradens an. 1006. relicto, ex *Hildeſvinda*, Comitiſſa, *Brunone II.* an. 1014. defuncto Marchione Saxoniæ, de quo *Ludolfus* Marchio deſcendit, præced. Tit. V. *Tab. Geneal. G.* pag. 516. facta mentio. Conf. ibidem Vita *Conradi Salici*, v. 2. pag. 517.

(5) *Sigfridus*, Northeimenſium Comes. Vid. cit. *Geneal. G.* pag. 516. Quamvis non extra omnem aleam poſita ſit hæc conſanguinitas, deficientibus veterum teſtimoniis. Ill. Dn. *Imhoff*, *Tabb. Geneal.*

Lipp.

Digitized by Google

Impp. & Regum, §. VI. appellat ejus Patrem, *Hermannum*, Northeimenſium Comitem.

Alia nomina liberis ejus impertit *Aventinus*, lib. V. *Annal.* Cap 1. §. 29. pag. m. 474. *Sepultus eſt* (Henricus noſter) *in Templo D. Haimerani. Tulit, ex Juditha, Ludovicum; Hainricum; Luitgardam; Helicam, Virginem ſacratam, quæ Batbaviæ ſepulta eſt &c.* Aliam ſeriem conſtruit *Henningeſius* l. c. p. 6. ibi: (1) *Bruno I. Marchio Saxoniæ &c.* (2) *Luitgarda, Uxor Burchardi, Ducis Suevorum, qui in prælio, contra Ungaros geſto, anno 955. occubuit &c.* Falſum autem eſſe *Luitgardæ* nomen, ex *præced. Catal. Ducum Alamanniæ* v. 31. in Vita *Burchardi II* §. 11. pateſcit; (3) *Helica, Veſtalis, ſepulta Pataviæ*; (4) *Gebirga, Abbat: Gandersheimenſis*; (5) *Adelheidis, Ux. Burchardi, Com. à Geiſenhauſen*; (6) *Henricus Minor, ſeu Hetzelo, Dux Bavariæ &c.*

(4) A contentionibus & rixis, quibus Fratrem, *Ottonem Magnum*, ab initio vexabat, *Rixoſi*, cognomen Ei datum. Conſiliis maternis captus, ab obitu Patris, proximam ſpem obtinendi Germaniæ Regni ſibi, tanquam Patre *jam Rege* nato, eſſe arbitrabatur, *Ottone* lucem aſpiciente, Patre adhuc Duce. Hinc diſſidii fomes, magna fumentis incrementa, ex quo *Otto*, à Patre nominatus Rex, poſt ipſius fata, Regni quoque Procerum conſenſum meruit. Vid. Auctor Vitæ *B. Mathildis, Henrici Aucupis* Conjugis, Cap. 2. §. 7. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 195. ſermone facto liberorum *Henrici Aucupis*: *Otto præclarus, ante Regalem dignitatem procreatus, natu fuerat maximus, forma inſignis, & moribus Illuſtris. Henricus autem, in Regali ſolio natus, junior fuit annis, ſed haud inferior Excellentia probitatis. Huic nimirum tanta inerat pulchritudo, ut tunc temporis vix poſſet alicui comparari Viro. In fiducia armis Patri fuerat conſimilis; in omni autem tolerantia adverſitatis, cautè obſervabat veſtigia Inclytæ Genitricis, & propter hæc ſpecialiter dilectus fuit Matri, quæ, quaſi eſſet unicus illius, confovens cum omnibus deliciis, ceteris in amore præpoſuit filiis, atque deſideravit ipſum Regno potiri, poſt obitum Inclyti Regis Henrici, ſi permiſſu Dei voluntas illius poſſet adimpleri. Hinc & venit puero prima labes mali, & ob hoc Otto Egregius contra fratrem parumper eſt commotus, talique modo inter ipſos creſcebat invidia, & lis aſſidua &c.* & §. 11. pag. 197. *Poſt exceſſum Inclyti Regis Henrici, Ductores primi conveniebant, & de ſtatu Regni, conſilium habebant. Perplures dijudicabant: Henricum Regno potiri, quia natus eſſet in Aula Regali; alii vero deſiderabant Ottonem poſſidere Principatus honorem, quia ætate eſſet major, & conſilio providentior. Quid plura? Diſponente providentia Dei, ſceptrum Regiminis ceſſit Ottoni. Indè magis ac magis inter Fratres convaleſcebat diſcordia, quæ inter ipſos verſabatur ab infantia, aſſidue litigantes, nil pacificum mutuò loquebantur &c.* Plura de his, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 936. pag 90. ad 92. & Tit. 5. in Vita *Henrici Aucupis*, v. 5. pag. 491.

Ann. 937. arma infert *Eberhardo* C. P. R. & Orientalis Franciæ Duci, à quo tamen, anno 938. in Caſtro *Badalikki*, capitur. Vid. *Reginonis Contin.* ad ann. 937. & 938. pag. m. 75. aliique, præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. in Vita *Eberhardi* C. P. R. pag. 941 adducti teſtes.

Ann. 939. tempore, quo *Otto* Rex, armata manu, in libertatem Eum vindicare meditabatur, tranſigit cum *Eberhardo*, apud quem cuſtodiam ſubiit, eique juncto fœdere *Giſelberto*, Lotharingorum Duce. Conventionis capita erant: Reddatur captivo libertas; ſpondeantque *Eberhardus* & *Giſelbertus* Ei obſequium, ſi Fratrem ſolio deturbaret, quaſi ſibi debito. Ille viciſſim pactis annuit, Fratremque petit armis. *Eberhardus & Giſalbertus cum Heinrico, Fratre Regis, adverſus Regem conjurant; ſed quidam Eccleſiaſtici Viri nequam, & Deo odibiles, cum illis factione concordant, omniaque paſſim pacis & concordiæ jura turbabant &c.* Hæc *Reginonis Contin.* h. a. pag. 76. Exitus fuit; *Eberhardus in* bello occiditur, & *Giſelbertus* in Rheno ſubmergitur; quibus è medio ſublatis, *Otto* Victor *Fratrem ſuum* (Henricum noſtrum) *projectis armis ad ſe venientem, ſolita ſibi ſuſcepit miſericordia; nam omnia, quæ in Eum deliquit, indulſit, & fraterno ſecum amore detinuit &c.* Sunt ejuſdem verba l. c. quibus *Luithprandum*, *Witichindum*, alioſque teſtes, præc. Tit XI. §. 1 lit. b. in vita *Eberhardi*, C. P. R. pag. 941. & 942. adductos, jungas.

Ann. 940. Conſtituitur à Fratre, *Ottone* Rege, *Dux Lotharingiæ*; hoc ipſo autem anno à Lotharingis iterum pulſus. Vid. Ejus vita, præced. *Catal. Ducum Lotharingiæ*, v. 13. pag. 257.

Ann. 943. *Heinricus, Frater Regis, cum quibusdam Saxonibus, in Paſchali Feſtivitate celebrante Rege eandem in Quidelingeburg, contra Ipſum conſpirat, quorum qui Majores videbantur, Rex decollari fecit; quoſdam vero exilio relegavit; Fratrem verò ſuum Inglinheim cuſtodiæ mancipavit. Fridericus Archi-Epiſcopus* (Moguntinus) *quia conſpirationis hujus particeps videbatur, publica ſe examinatione, perceptione corporis & ſanguinis Domini, coram Populo, in Eccleſia purgavit &c.* Ita *Chronographus Saxo* h. a pag. 158. De Facto reſtatur etiam *Hroſvitha*, in Carmine

de *Ge-*

Digitized by Google

de *Geſtis Ottonum*, apud *Reuberum*, de *Scriptorib.* Rer. *German.* p. 169. & *Meibomium* l. c. T. 1. p. 717.

Ann. 944. Redit in gratiam Fratris. *Rex Natalem Domini* **Frankenvord** *celebravit, ubi Frater Ejus, per* **Rodbertum**, *Moguntinæ Eccleſiæ Diaconum, è cuſtodia noctu clam aufugiens, antelucano tempore, Regis, ad Eccleſiam euntis, pedibus ſe proſtravit, & miſericordiam, cum pacis oſculo, obtinuit &c.* Hæc *Chronographus Saxo* h. a. pag. 158. & 159. Pœnitentiam Ducis celebrat *Hroſvitha* l. c. apud *Reuberum* l. c. pag. 170. & *Meibomium* l. c.

Ann. 945. Ad ſaniora rediens conſilia præficitur, à Fratre Rege, *Bavariæ Ducatui*, penituſque turbis valedicit. Vid. *Witichindus*, lib. 2. *Annal.* p. m. 649. *Cum omnia Regna coram Eo* (Ottone) *ſilerent, & poteſtati Ipſius omnes hoſtes cederent, monitu & interceſſione Sanctæ Matris Ejus, recordatus eſt multis laboribus fatigati Fratris, præfecitque eum Regno Bajoariorum,* **Bertholdo** *jam defuncto, pacem & concordiam cum eo faciens, qua, uſque in finem, fideliter permanſit &c.* & *Hroſvitha* l. c. apud *Reuberum* p. 171. & *Meibomium* l. c. pag. 718.

Nec non poſt aliquot ſpacii tempuſcula parvi,
Ipſius Juri Proceres ſubjunxerat omnes
Famoſæ nimium **Gentis Bajoariorum,**
Ipſum (Henricum) *nempe* **Ducem meritò faciendo potentem:**
Et poſt hæc ultra fuerat diſcordia nulla
Inter eos, animis fraterno fœdere junctis &c.

Add. vita *Mathildis* l. c. Cap. 2. §. 11. p. 197. *Tandem, Mediator Chriſtus Jeſus, nolens Fratres inter ſe diutius diſcordare, per Sanctæ matris meritum, illos concordavit in unum. Poſt hæc Rex* **Otto præfecit Fratrem ſuum, Henricum, Ducem ſuper Bajowariorum Gentem &c.** Factum comprobant omnes, quos præced. v. 33. teſtes obitus *Bertholdi* Ducis produxi, nec non *Crantzius*, lib. 3. *Saxon.* Cap. XXII. *Cuſpinianus* in vita *Ottonis I.* p. m. 298. *Simon Rettenpacherus*, lib. 2. *Annalium Cremifanenſium*, Cap. 3. pag. 121. aliique ibi citati. Errat itaque *Arnoldus* in vita *Godehardi*, Hildeshemenſium Epiſcopi, lib. I. Cap. I. apud *Surium*, 4. Maji p. m. 56. Ducem noſtrum in rixis cum Fratre ſemper perſtitiſſe tradens: *Otto, Pius Rex, filius Regis* **Henrici Saxonici**, *ſæpius decrevit, in aliquibus locis* (Bavariæ, diſciplinam Eccleſiaſticam collapſam) *redintegrare; ſed, plurali infortunio obſtante, maximè tamen* **Fratris ſui, Henrici, Ducis Bajoarici**, *machinatione præpediente, non potuit perficere. Qui certè ſibi, in prima Regali Ordinatione; in præſentia Principum ac Patris; quaſi, jocularia indignatione, ſe Nobiliorem jactans, reſtitit, & in eadem vana voluntate ſemper* **contra Fratrem Regem privatim**, *& ſubdolè, contra Filium Regis, Ludolphum, ut Bajoaria adhuc teſtatur, publicè, perſtitit &c.* Quoad Fratrem enim, rem aliter ſe habere, laudati teſtes probant. Nec falſo indulgendum rumori, de quo Rotbgerus, in vita *Brunonis* Colonienſis, Cap. 14. apud *Surium*, 11. Octobr. pag. 166. *In Henricum, Fratrem ejus*, (Ottonis Regis) **Bavariorum Ducem, & Marchionem Inclytum**, *Barbaris, & omnibus id eorum Gentibus, ipſis etiam Græcis formidabilem, crudelitatis inchoatæ culpam omnem & malitiam retorquebant. Re vera autem, quo quis melior, & ad conſervandam Imperatori, & Regno Ejus, fidem promptior erat, hunc magis exoſum habebant &c.*

Ann. 948. Hungaros, Bavariam incurſantes, duplici prælio vicit fuditque. Vid. *Rettenpacheri Annal. Cremifanenſes*, l. c. pag. 121.

Circa idem tempus, fatetur *Otto I.* Imp. ſolenni Diplomate, ſe, *per interventum dulciſſimi Fratris ſui,* **Henrici, Ducis Bojariorum**, in Synodali Concilio, Privilegia *S. Emmerani* Ratisbonenſis, confirmaſſe; Vid. *Hundii* T. I. *Metropolis*, pag. 226.

Ann. 950. Laudatus Cæſar, *interventionibus Henrici Dilecti ſui Germani, obtemperans*, donat Eccleſiam Ratisbonenſem Curte Regali, in Villa *Nuichinga*. Vid. *Hundius* l. c. pag. 227.

Ann. 951. Inſidias ſtruit Gloriæ Nepotis ex Fratre, *Ludolphi*, Alamannorum Ducis, à Patre Rege *Ottone*, cum Exercitu in Italiam miſſi. Vid. *Reginonis Contin.* h. a. pag 78. præced. *Catal. Ducum Alaman.* in vita *Ludolphi*, v. 7. ad h. a. pag. 313.

Ann. 952. Committitur Ei *Marchia Veronenſis & Aquilejenſis*; Vid. *Reginonis Contin.* h. a. pag. 78. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 952. pag. 92 *Sigonius*, lib. 6. de *Regno Italiæ*, ann. eod. pag. 268.

Ann. 953. Diſcordia inter ipſum, & laudatum *Ludolphum*, in apertum bellum prorumpit, *Ottone* Rege partibus Fratris accedente. Vid. præced. *Catal. Ducum Alaman.* Vita *Ludolphi*, v. 9. ad h. a. pag. 314.

Ann. 954 *Ducatu Bavariæ* ejicitur, à dicto *Ludolpho*. Vid. ibid. v. 10. ad h. a. pag. 315.

Ann. 955. Recuperat, ope Fratris, Regis *Ottonis*, *Ducatum* ſuum. Vid. *Reginonis Contin.* h. a. p. 79. Conf. ſupra l. c. & Dn. *Tolnerus Hiſtor. Palat.* Cap. VIII. pag. 216.

(5) Moritur tandem ann. 955. Vid. *Reginonis Contin.* h. a. pag. 79. **Henrichus, Frater Regis**, *deſperatis rebus recuperatis, recepto Bavariæ Ducatu, obiit; cujus Filio,* **Henrico**, *Pius Rex Ducatum* (Bavariæ) *& Marcam* (Veronenſem) *dedit &c.* Add. *Hermannus Contractus* ann. eod p. m. 314. *Quarto Idus Auguſti,* **Henricus, Dux Bajoariæ**, *obiit &c.* &

Digitized by Google

Lambertus Aſchaffenburg. an. eod. p. m. 156. *Heinricus, quoque Dux Bajoariorum, obiit &c.* & *Necrologium Fuldenſe*, ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 764. *Henrichus Dux, Kal. Novemb.* ſcil. deceſſit. *Annales Hildesheimenſes*, an. eod. apud eundem, Tom. I. p. 718. *Heinricus, Dux Bajowariorum, Frater Regis Ottonis, obiit &c.* Quæ totidem verbis repetuntur in *Chronico Quedlinburgenſi*, an. eod. apud eundem, Tom. 2. p. 280. *Hepidannus*, ann. eod. apud *Goldaſtum*, Tom. I. Part. I. *Antiquitatum Alamannicarum*: *Heinricus, Dux Bajoariorum, defunctus eſt &c.* Monachus *Herveldenſis*, in *Chronico Germaniæ*, ann. eod. apud *Schardium* T. I. *Rer. German.* pag. 374. *Henricus quoque Dux Bajoariorum, obiit &c.* *Chronographus Saxo* ann. eod. pag. 167. memor aciei Regiæ Hungaris oppoſitæ: *Primam, & Secundam, & Tertiam, Legionem direxerunt Bawarii, quibus præfuerunt Præfecti Ducis Heinrici; nam ipſe bello interim aberat, infirmitate detentus, qua & mortuus eſt &c.* Ex Recentioribus, *Aventinus*, lib. 5. *Annal.* c. 1. §. 29. p. 474. *Anno Chriſtianæ ſalutis 955. obiit Reginoburgii, Hainricus I. Calendis Novembribus, Hainricum filium hæredem Bojariæ reliquit. Sepultus eſt in Templo D. Haimerani &c.* *Rettenpacherus* l. c. an. eod. pag. 125. & 126. *Boica .. Henricum, ſummi animi Principem, ac dignum Imperio, niſi illud impotentius olim Fratri extorquere conatus eſſet, anniſit, cui Henricus filius, Othonis Patrui voluntate, ſuffectus eſt &c.* Errat *Sigebertus Gemblacenſis*, obitum ejus anno 957. vindicando, ſcribens h. a. p. 583. *Henricus, Dux Bajoariæ, Frater Regis Ottonis, moritur. Henricus, filius ejus, ei ſuccedit &c.* Quæ perperam *Albericus* anno eod. p. 291. repetit. Sepultus jacet *Ratisbonæ*, teſte Vita *S. Mathildis* l. c. cap. 4. §. 19. pag. 201. *Henricus in Regionem Bajowariorum pervexit, & ibi quamplurimos dies ægrotando laboravit, usque dum, Deo jubente, anima de corpore exivit, &, ut ſperatur, Paradiſi januam introivit. His ita peractis, in Urbe Ratisbona ſepelierunt corpus Inclyti Ducis &c.*

(35) HENRICUS II. al. HEZELO.

(1) Genitorem habuit *Henricum I.* de quo hactenus locutus ſum. Vid. *Reginonis Contin.* ad an. 955. p. 79. *Sigebertus Gemblac.* ad ann. 957. pag. 583. & *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. p. 291. quorum verba in vita laudati *Henrici I.* v. 5. modò produxi. Jungas Vitam *B. Mathildis* Reginæ, Cap. V. apud Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſuic.* p. 203. *Regalis progenies, quodam tempore, in Froſa* (ad Albim in Saxonia) *conveniens, pariter venerunt Regales Pueri, Filiorum ſcilicet Filii. Otto Puer, filius Ottonis Imperatoris; & Henricus, natus Henrici, Ducis Bajowariorum &c.* Add. Vita *S. Meinwerci.* Paderborn. Epiſcopi, Cap. IV. apud *Surium*, 5. Junii, pag. m. 85. & Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 519. *Meinwercus, liberalibus ſtudiis, & ſpiritualibus imbuendus diſciplinis, in præfata Halverſtadenſi Eccleſia, tenerioris ætatis rudimenta; provectioris verò in Eccleſia Hildenesheimenſi, peregit, ubi Heinricus, filius Ducis Bajoariæ, Heinrici, cum aliis plurimis, honori & decori Eccleſiæ Chriſti, ſuo tempore profuturis, ſecum theoriæ ſtudiis communem operam dedit &c.* nec non *Breve Chronicon Regum Francorum* apud *Lambecium* lib. 2. *Biblioth. Vindobon.* Cap. 5. pag. 394. *Quo* (Ottone III. Imp.) *evocato de Valle lacrymarum, ad Siderea Regna, Heinricus, Dux Bajovariæ, pronepos Heinrici, Patris Ottonis I. & Ducis Heinrici, Deo opitulante, indeptus eſt Imperium.* Sermonem hic eſſe de *Henrico Sancto*, Ducis noſtri filio, palàm eſt. Auctor Vitæ *S. Udalrici*, Epiſcopi Auguſtani, Cap. XXVIII. apud *Surium*, 4. *Julii*, pag. 92. ait: *His vero temporibus, Otto, filius Luittolfi, filii Ottonis Imperatoris, Dux fuit Alamannorum, & Heinricus, filius Heinrici, Fratris ejusdem Imperatoris, Dux Bawariorum erat &c.* Conf. *Hermannus Contractus*, ad an. 995. pag. m. 317. *Henricus, Dux Bajoariæ, Filius Henrici, Ducis, obiit &c.* *Sigebertus* ad an. 1002. verbis præced. Tit. V. in vita *Henrici Sancti*, v. 1. p. 510. occurrentibus; *Chronographus Saxo*, ad an. 983. p. 197. *Facta eſt autem inter Primates de ſubſtituendo Imperatore diſſenſio, aliis, odio Imperatricis Theophanu. quod ſibi illa per levitatem ſuam conſciverat, Imperium, à Filio Ejus Ottone, transferre volentibus ad Heinricum Ducem, filium Heinrici, qui frater fuit Primi Ottonis &c.* *Chronicon Halberſtadenſe*, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. T. 2. p. 136. *Henrico, Ottonis Ducis* (Saxoniæ) *filio, tres fuerant filii: Primogenitus, Otto Magnus; Secundus, Henricus; Tertius Bruno. Sed Ottoni Magno, ut diximus, Regnum ceſſit; Brunoni, Archi Epiſcopatus Moguntinæ* (Colonienſis) *Sedis; Henrico, Ducatus Bavariæ. Henrico Duci ſucceſſit filius ſuus, Henricus &c.* *Gobelinus Perſona*, ætat. 6. *Cosmodromii*, c. 48. p. 250. *Albertus Crantzius*, lib. IV. *Saxon.* Cap XXVII. *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato, Brunſuicenſi*, ad an. 987. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 315. Alii. *Johannes Schiphower*, in *Chronico Archi Comitum Oldenburgenſium*, Cap. 3. apud *Meibomium* T. 2. *Rer. German.* p. 130. perperam eum omittit; *Henricus*

Dux Bavariæ, (Rixoſus) *filius Henrici Ducis Saxoniæ & Thuringiæ, ac Regis Almaniæ, genuit Henricum Sanctum &c*, Anno 951. lucem cum aſpexiſſe, diſcimus ex *Chronico Quedlinburgenſi*, ad h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag 279. *Heinricus, filius Heinrici Ducis, natus eſt &c.*

(2) Uxor ejus fuit *Giſela*, *Conradi*, Burgundiæ Regis, filia. Vid. *Ditmarus* in prologo lib. V. pag. m. 51. cujus verba præced. Tit. V. in vita *Henrici Sancti*, v. 1. p. 510. extant; & *Adelboldus*, in vita *Henrici Sancti*, ibid. Perperàm *Conrado Boiboni* audit *Bartke*, l. c. ſcribenti: *Hinricke, Hertoghe to Saſſen, unde Her to Beyeren, Hertogen Hinrikes Sone, de nam Bartke des Hertogen Dochter to Lotringhe, de telde œm viff Kinder: twey Hinriken; eyn Bruno; unde eyn Dochter, de het Giſela, de nam Konig Steffen to Ungeren. De ander Dochter het Hedewig, de nam Borggreven Ludert to Meideborch. Hinrick de œldeſte Sone, de wart na Keyſer. Bruno, de wart ein Biſchopp to Augsborch &c.*

(3) Liberorum hæc ſeries:

(1) *Henricus Sanctus* Imperator, cujus vitam præced. Tit. V. pag. 509. &c. delineavi.

(2) *Bruno*, Epiſcopus Auguſtanus; de quo *Ditmarus*, lib V. *Henrici Sancti* Imp. memor, pag. m. 55. *Comperit etiam ad hoc, quod Erneſtus, ab eo nuper honoratus, & Dominus Bruno, frater ſuus, cum eo, injuſtè conſpiraverant &c.* Conf. *Adelboldus*, in Vita *Henrici Sancti*, c. 24. apud *Gretſerum* de *Divis Bambergenſ.* pag. 443. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 436. *Interea & Erneſto* (Erneſtus) *eidem rebellioni adjungitur --- Dominus Bruno etiam, frater Regis, Heinrici, & Epiſcopus, aſſociatur, ætate juvenis, &, per juventutem, ad ſeducendum facilis &c.* Hic eſt ille, qui Bambergenſem Epiſcopatum in nihilum redigere meditabatur; teſte Authore Vitæ *S. Henrici* Imp. Cap. XX. apud *Gretſerum*, l. c. p. 31. & *Surium*, 24. *Julii*, pag. 196. *Regis autem Frater erat Bruno, Auguſtenſis Sedis Epiſcopus, qui, felicibus Fratris actibus invidens, multas ei adverſitatum injurias, in quantum potuit, inferebat, &, ubi per ſe non poterat, inferentibus ſe adjungebat, vel alios, ad inferendas exhortando, ſtimulos eis pravæ incitationis ſubdebat &c.* & Cap. XXXI. pag. 45. *Sublimatus autem* (Conradus Salicus, an. 1025.) *in Regni Sede, conſilio, Brunonis Auguſtenſis Epiſcopi, Fratris Heinrici Imperatoris, qui ſemper, ut ſupra dictum eſt, felicibus Ejus invidebat actibus, Babenbergenſem Epiſcopatum meditabatur deſtruere. Quia idem Bruno Epiſcopus promiſit Reginæ Giſilæ, omnia prædia, hereditario jure ad ſe pertinentia, filio ejus, Heinrico,* (*III*) *contrahere &c.* Sic Monachus *Hamerslebienſis*, de *Geſtis Imperatorum ab Henrico Aucupe, ad Henricum V. usque*, in vita *Conradi Salici*, apud Illuſtr. Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 709. & *Maderum, Antiquit. Brunſuic.* pag. 142. *Bruno, Epiſcopus Auguſtenſis, laborat deſtruere Epiſcopatum Bambergenſem, quèm Frater fundaverat Hinricus; Conrado placuit, Uxorique Giſlæ, cui Reginæ permiſit Bruno omnia prædia Bambergæ filio ejus, Hinrico, tradere, deſtructo illo Epiſcopatu &c.* Add. *Conradus Urſpergenſis*, in Vita *Conradi Salici*, pag. m. 164. Cauſam diſcordiæ inter fratres fatæ, detegit Auctor vitæ *S. Meinwerci Paderbornenſis* Cap. XIV. apud *Surium*, 5. Junii, p. 86. & 87. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 522. ad ann. 1003. *Ducatum autem Bajoariæ dans* (Henricus Imp.) *Henrico, Fratri Dominæ Chunigundæ, contectalis ſuæ, incurrit offenſam fratris ſui, Brunonis, qui inde plus juſto commotus cum Heinrico, filio Bertoldi Comitis, cum ambobus Bolizlavenibus, Polianico ſcilicet & Boëmico, à Rege infideliter defecit &c.* Corrigendus hinc *Johannes Schiphower*, in *Chronico ArchiComitum Oldenburgenſium*, Cap. 3. apud *Meibomium* T. 2. *Rer. German.* pag 130. cum Nepotem conſtituens *Henrici Aucupis*, qui ejus fuit *pronepos*.

Moritur tandem anno 1029. teſte *Wippone*, in Vita *Conradi Salici*, h. a. pag. 436. *Imperator in Bajoaria, Ratiſponæ, Paſchæ celebravit: ibi Bruno, Epiſcopus Auguſtenſis, defunctus eſt, cujus corpus Imperatrix proſequuta, cum filio, Heinrico Rege, ad Auguſtam, ſedem ſuam, honorificè ſepeliri fecerunt. Nobilis enim valdè fuit ipſe Epiſcopus Bruno. Nam dum eſſet frater Heinrici Imperatoris, filius erat materteræ Giſelæ Imperatricis, ſoror vero ejusdem Epiſcopi, nupta Stephano, Regi Ungarorum, cauſa fuit Chriſtianitatis primum in Gente Pannonica &c.* Conf. *Chronicon Stederburgenſe*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 1. pag. 852. *Bruno, Auguſtenſis Epiſcopus, obiit &c.* *Annales Hildesheimenſes*, ann eod. ibid. p. 725. *Brun. Auguſtæ Civitatis* (Epiſcopus) *Frater Heinrici Imperatoris, obiit &c.* *Arnoldus*, in Vita *S. Godehardi* Hildesheimenſis, lib. 2. Cap. 10. apud *Surium*, 4. Maji, pag. m. 62. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Cap. 4. pag 493. *Bruno, Auguſtæ Civitatis Epiſcopus, obiit &c.* *Necrologium Fuldenſe* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom. 3. pag. 767. *Brun Epiſcopus*; ſcil. obiit. Conſentiunt: *Hermannus Contractus*, an. eod. pag m. 321. *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. p. m. 159. *Conradus Urſperg.* an. eod. l. c. p. 165. Alii.

(3) *Ar-*

(3) *Arnolphus*, Ravennatenſis Antiſtes; cujus *Dimarus* meminit, lib. VII. pag. m. 85. *Arnulphum, Fratrem ſuum, quem Ravennati antea præfecit Eccleſiæ Cæſar*, (Henricus Sanctus) *denuo inthronizatum, ab Apoſtolico ibidem conſecrari præcepit &c.* & p. 102. ubi ita de *Altmanno, S. Johannis* Magdeburgenſis Monacho: *Arnulpho, Regis Germano, & nunc Epiſcopo Ravennatis Eccleſiæ, ad ſervitium, ab ea* (Adelheida Abbatiſſa) *datus eſt &c.* Conf. Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 400. & 416.

(4) *Giſela*, Uxor *Stephani*, Regis Hungariæ, qua impellente, Hungarorum Gens ad fidem Chriſtianam converſa. Vid. Auctores præced. Tit. V. in Vita *Henrici Sancti*, v. 3. pag. 512. hoc nomine producti. Conf. *Wippo* l. c. Perperàm *Schiphowerus* eam ex *Henrici Aucupis* filio, *Henrico*, natam cenſet.

(5) *Adelheida*, Abbatiſſa, cujus mentio fit in Diplomate *Henrici Sancti*, de ann. 1012. apud *Meibomium* T. 2. pag. 376. *Interventu contboralis noſtræ, Chunigundæ, Reginæ, ac Sororum Noſtrarum, Adelheide, Abbatiſſæ, atque Sophiæ, Abbatiſſæ &c.*

(6) *Sophia* Abbatiſſa, vid. l. c. Paderbornenſem Abbatiſſam eam fuiſſe, putat *Hemingeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia* pag 7. Qui *Hedwigem* addit, *Lutberto*, Magdeburgenſi Burggravio, nuptam; & *Gerbirgam*, Chiemenſem Abbatiſſam. Qua auctoritate? neſcio; excepto quod *Aventinus*, lib. V. c. 2. §. 1. pag. 474. ultimam hanc quoque agnoſcat.

(4) *Ditmaro*, lib. IV. *Chron.* p. m. 39. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 351. audit *Dux Pius*, ibi: *Poſt hæc, Rex* (Otto III.) *in Magdeburg, cum ſuis Principibus Colloquium habuit, ad quod Henricus, Bavarorum Dux Inclitus, venit, & cum inter hunc, & Ratisbonenſem, Gebehardum, longa haberetur contentio, cum bono ibidem finitur conſilio, & pius Ille Dux, qui omne ſuimet delictum continuis mundavit eleemoſynis, inde pergens ad Gandersheim, ubi Domina Gerberg, ſuimet ſoror, erat Abbatiſſa, ægritudine premitur ſubitanea &c.* Auctor *Quedlinburgenſis Chronici*, ad annum 995. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 282. eandem vocat *Pacificum: Regi humiliter ſubjectus, Bawarico honorifice donatus eſt Regno. In quo, pro componenda pace, ita ultra priores effloruit, ut, ab illius incolis Regni, Henricus Pacificus, & Pater Patriæ appellaretur &c.* Eadem ſuppeditat *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 204. Ob rebellionem tamen contra *Ottonem II.* Imp. excitatam, à nonnullis *Rixoſus* appellatur; Vid. *Aventinus*, lib. V. *Annal.* Cap. 2. p. m 474 & 475. *Ob Clementiam, primò Pius; deinde, cum Ottoni II. Auguſto dicto audiens non eſſet, Rixoſus cognominatus eſt &c.*

Ann. 955. defuncto Patre, *Ducatum Bavariæ*, nactus eſt. Vid. *Reginonis Contin.* h. a. pag. 79. *Sigebertus Gemblac.* perperàm licet ad annum 957. pag. 583. *Albericus*, ann. eod. pag. 291. *Aventinus* lib. V. Cap. I. §. 29. pag. m. 474. *Reiteupacherus*, lib. 2. *Annal. Cremifanenſium*, cap. 3. pag. 125. &c. Quorum verba præced. Vita *Henrici I.* v. 5. pag. 416. habentur.

Ann. 973. Interventu *dilectæ Matris ſuæ, Adelhaidis, & Nepotis ſui, Ducis Henrici*, confirmat *Otto II.* Imp. donationes, ab Anteceſſoribus ſuis, Eccleſiæ Friſingenſi factas, diplomate, quod *Gewoldus*, Addit. ad T. I. *Hundii Metropolis Salisburgenſis*, Catal. *Epiſcoporum Friſingenſium*, in vita *Abrahami*, pag. m. 134. exhibet.

Ann. 974. Per interventum laudatæ *dilectæ Matris ſuæ, Adilhaid, & Fidelis ſui, Henrici Ducis*, dat eidem Eccleſiæ *quaſdam partes proprietatis ſuæ, ſitas in Ducatu præfati Ducis in Comitatu Popunis Comitis &c.* Vid. *Gewoldis* l. c. pag. 135.

An. eod. Res novas molitur Princeps noſter, adverſus dictum Imperatorem, pravis *Berchtoldi*, Schierenſium, Principis, & *Henrici*, Auguſtani Epiſcopi, aliorumque, conſiliis ſeductus, Regium uſurpans nomen, & à præfato *Abrahamo*, Friſingenſium Præſule, Ratisbonæ munctus. Vid. *Aventinus*, lib. V Cap. 2. *Annal.* §. 14. pag. m. 477. *Gewoldus* l. c. pag. 133. *Simon Rettenpacherus*, l. c. lib. 2. c. 4. p. 128. Conſpiratione detecta, mittebantur *Henricum* ad Placitum invitantes, brevi poſt in ordinem redactum, penitusque Ducatu exutum, ann. 976. in *Ottonem*, Alamannorum Ducem, *Ludolfi* filium, tranſlato; vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 974. p. 93. & 94. & Tit 5. in vita *Ottonis II.* Imp. v. 4. an. eod. p. 503. & præc. *Catal. Ducum Alamān.* v. 32. in vita *Ottonis I.* Ducis, §. 3. ad an. 976. pag. 319. Meminit harum turbarum ipſe *Otto II.* Imp. in Diplomate, an. 976. *Pataavienſi* Eccleſiæ dato, apud *Gewoldum* l. c. pag. 359. in Catalogo Epiſcoporum Pataavienſium; nec non Tom. I. p 588. *Peligrinus, Sanctæ Pataavienſis Eccleſiæ Præſul Venerandus, partibus Noſtris favens pro viribus, fide inconcuſſa, in perturbatione atque vacillatione Regni Bajoariorum, ab adverſariorum perniciosiſſima perſecutione, tam in incendiis, quam interfectione familiæ, ac devaſtatione non parva, Epiſcopatus ſui perpeſſus eſt jacturam, cujus fidem atque conſtantiam æquum duximus remunerare, & Eccleſiaſticæ deſolationi, Regiâ munificentiâ, ſolamen aliquod impendere, unde etiam ejus non ſolùm moti querelis, ſed & allubeſcentes precibus Dilectiſſimi Fratruelis noſtri, Ottonis, Ducis videlicet Bajoariorum atque Wiligiſi Archi Epiſcopi, quandam Juris Noſtri*

Digitized by Google

ſtri Abbatiam, infra Territorium Patavienſis ſitam Civitatis, quæ eſt in honore Sanctæ Dei Genitricis, Mariæ, conſtructa & dedicata, cum Walaſtunesdorf, cæterisque omnibus, - - - - donamus, tradimus, atque transfundimus &c. Conf. *Ditmarus*, lib. 3. p m. 29 & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 343. *Temporibus his ego natus ſum, 8. Cal. Auguſti, menſe Julio, anno verò dominicæ Incarnationis 976, Henricus, Dux Bavariorum, honore & communione privatus, Bojemiam fugit, quem Imperator ibidem valido petens Exercitu, cum Duce Bolizlao manentem, nil ibi prorſus in neutrorum profecit, ſed magnam Bavariorum catervam, ſibi ad auxilium huc venientem, & juxta Piliſini Urbem caſtra metatam, dolo cujusdam militis Bolizlai, ſic perdidit: Veſpere facto Bavarii, ſe lavantes, nulla cuſtodum ſecuritate fruuntur: & ecce hoſtis loricatus adveniens, nudos eosdem in tentoriis, & in virentibus pratis occurrentes, proſtravit, & cum omni præda lætus & incolumis revertitur. Imperator autem, audita tantorum ſtrage virorum, & quod nulla ſibi via redeundi patuit, recto itinere ad Civitatem ſuam, quæ Cromena dicitur, venit, &, in proximo anno, præfatum Ducem, ad Pataviam confugientem, ſubegit &c.* Conf. *Rettenpacherus* l. c. pag. 128.

Ann. 977. *Heinricus, quondam Dux, cum conſilio Minoris Heinrici, Pataviam Civitatem invaſit, ſed ibidem continuò ab Imperatore obſeſſus, illius ſe ſubdidit poteſtati coactus.* Ita *Chronographus Saxo* h. a. p. 189. Conf. *Lambertus Aſchaffenburg.* ann. eod. pag. 157. *Heinricus, cum altero Heinrico, invaſerant Bazowam, quod Imperator ut audivit, feſtinatò Exercitum illo movit, urbemque obſedit, & Heinricum Ducem ad ſuam gratiam recepit, atque in Franciam perrexit &c.* & *Annales Hildesheimenſes*, ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 719. *Idem Heinricus, cum conſilio Minoris Heinrici, Pataviam Civitatem invaſit, ibique ab Imperatore obſeſſus, & coactus, ſeſe ſubdidit Imperatori &c.* Add. *Rettenpacherus* l. c. pag. 128.

Ann. 983. *Imperator* (Otto II.) *Veronæ Placitum habuit, & Heinricus Minor, exilio ſolutus, Dux Bavariorum; & in hoc anno Slavi unanimiter reſtiterunt Cæſari &c.* Hæc *Ditmarus* lib. 3. pag. m. 34. & apud Dn. de *Leibnitz* T. I. pag. 347 errore licet Typographi, loco DCCCCLXXXIII. hic DCCCCLXXVIII. habeatur. Conf. *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 196. *Otto Imperator Veronæ Placitum habuit, ibique Heinricus Minor de exilio reductus, Dux Bawariorum eſt conſtitutus.* Eadem dicunt *Annales Hildesheimenſes*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 719. *Baronius*, Tom. X. *Annal.* an. eod. §. 16. pag. m. 836. *Rettenpacherus* l. c. lib. 2. Cap. 4. p. 130.

Ann. eod. Mortuo *Ottone II.* Imperatore, denuo rebellare audet, *Ottoni III.* ſub agnationis ſpecie, & quaſi tutorem agendo, Imperium aufferri curans, variis hanc in rem machinis, anno 984. adhibitis, irrito licet conatu. Vid. præced, Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 983. pag. 94. & 95. & *Arnoldus*, in vita *Godehardi* Hildesheimenſis, lib. I. cap. 4. verbis præced. *Catalog. Ducum Saxoniæ*, v. 10. in vita *Bernhardi I.* v. 5. pag. 114. occurrentibus: & *Chronographus Saxo*, ad ann. 983. pag. 197. præced, v. 35. in vita *Henrici II.*

Ann. 985. Submittens ſe Imperatori, factorum veniam, ſimulque avitum. auctoritate publica, recuperat Ducatum. Vid. *Chronographus Saxo*, h. a. p. 198, & 199. *Supra memoratus ille Heinricus, divino inſtinctu ad ſe reverſus, quid egerit, in quantum ſe plus æquo & honeſto extulerit, & ex quanto deciderit, anxiè ſecum non ſemel pertractans, juxta Evangelicam ſententiam, ſua ſe exaltatione humiliatum conſpiciens, dedecoris conſcientia pungitur, culpæ pœnitentia cruciatur. Veniente igitur in Francanford Rege infante, Tertio Ottone, ibidem ipſe adveniens humiliavit ſe juſte, quo pœnam evaderet damnationis injuſtæ, Regique puerulo, quem orbatum captivaverat, cujus Regnum tyrannicè invaſerat, præſentibus dominis Imperialibus, quas Regni cura penes erat, Avia, Matre, & Amita ejusdem Regis, humilis habitu, humilis & actu, totius in aſpectu Populi, ambabus in unum complicatis manibus, Militem ſe, & vera ulterius fide militaturum, tradere non erubuit, nil paciſcendo, niſi vitam, nil orando, niſi gratiam. At Dominæ, quarum, ut diximus, cura Regnum Regisque regebatur infantia, tanti Viri ſummiſſa deditione, admodum gratulabundæ, quia piorum moris eſt, non ſolum pro malis mala non reddere, ſed etiam, pro malis bona rependere, digno Eum honore ſuſceptum, gratia fideli donatum, Ductoria itidem dignitate ſublimatum, deinde non tantum inter amicos, ſed etiam inter amiciſſimos, uti jus propinquitatis exigebat, debito dilectionis venerantur affectu &c.* & ad ann. 995. pag. 204. *Mortuo Imperatore, Secundo Ottone, aliena potius, quam propria voluntate, ad invadendum Imperium, eatenus illectus eſt, ut, comprehenſo Imperatore juvenculo, Rex eligeretur, ſed, ante conſecrationem, pœnitentia ductus, Regnum reſpuit, & Regi humiliter ſubjectus, Bawarico honorificè donatus eſt Regno &c.* Idem profert Chronicon *Quedlinburgenſe*, ad an. 995. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag 282. *Hic* (Henricus noſter) *mortuo Imperatore, Ottone II. aliena potius, quam propria voluntate, ad invadendum Regnum, eatenus illectus eſt, ut comprehenſo Imperatoris Filio, ipſe Rex eligeretur; ſed, ante conſecrationem, pœnitentia abductus, Regnum reſpuit, & Regi humiliter ſubjectus, Bawarico honorifice donatus eſt*

Regno

Digitized by Google

Regno. Plura teſtimonia collegi præced. Tit. 2. l. c. pag. 94. & 95. add. *Arnoldus* l. c.

An. eod. Laudato Imperatore Paſchatos feſtum *Quedlinburgi* celebrante, *Archidapiferi* munere fungitur. Vid. *Ditmarus*, lib. IV. p. m. 36. cujus verba præced. Tit. XIII. Proœm. lit. b. p. 1020. extant.

An. 992. Otto Rex, cum valida ſuorum manu, iterum Brannanburg adiit, venitque ad eum Heinricus, Dux Bajowariorum, & Polizlavo, Boemanorum Princeps, cum ingenti multitudine, in auxilium Regi &c. Ita *Annales Hildesheimenſes* h. a apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 720. Vid. ſeq. *Catal. Ducum Venedic.* §. 16. ad an. 992.

An. 993. notum fecit omnibus idem Rex, quod, *ob petitionem & interventum Dilecti ac Fidelis ſui, Hainrici, Bajoariorum & Karentanorum Ducis, Saxoni cuidam, de ſua proprietate dederit tres manſos Regales, in loco, ubi Gluzo Sclavus habitare & diruere cœpit.* Vid. *Gewoldus*, Addit. ad T. I. *Hundii Metropolis*, in *Catal. Epiſcopor. Friſing.* in Vita *Abrahami* Præſulis, pag. 137. unde ſimul conſtat, duplicem Ducatum Eum adminiſtraſſe.

An. 995. 16. Aug. Idem Cæſar ſcribit, apud *Gewoldum* l. c. p. 138. *Omnium Fidelium Noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum, noverit induſtria, qualiter Goteſcalcus, Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quoddam prædiolum ſuae Eccleſiae, jacens in confinio Noſtræ proprietatis Criemalis Urbis Cremiſa, cum omnibus utenſilibus, ad idem pertinentibus, conſiliante Duce Henrico, in jus noſtræ proprietatis, manu ſua, ſuique Advocati, Anzonis, perpetuo conſiſtendum tradidit &c.*

(35) Exuvias tandem mortales depoſuit Anno 995. 5. Cal. *Sept.* ſeu 28. *Auguſti.* Vid. *Ditmarus*, lib. IV. p. m. 39. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. pag. 351. memor adventus ejus *Gandersheimii*, contractæque ibidem, apud Sororem *Gerbirgam*, quæ Cœnobio tunc præerat, ægritudinis: *Vocans ad ſe æquivocum ejus, talibus inſtruit: Vade celeriter ad Patriam, ac diſpone Regnum, ac nunquam Regi ac Domino reſiſtas tuo; multum enim me pœnitet, hoc unquam feciſſe. Patris memor ſis tui, quia* (Eum) *nunquam in hoc ſeculo videbis. Filioque mox abeunte, Dux Præclarus, in infirmitate ſua, ſemper Kyrie eleiſon ex corde clamans, migravit ad Chriſtum, 5. Cal. Septemb. ſepultus ibidem, in medio Eccleſiæ, coram Sanctæ Crucis altari &c. Hermannus Contractus* h. a. p. 317. *Henricus, Dux Bajoariæ, filius Henrici Ducis, obiit &c. Necrologium Fuldenſe*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 3. p. 765. *Heinrich Dux, VI. Kal. Septemb.* ſcil. obiit. *Annales Hildesheimenſes*, an. eod. apud eundem l. c. Tom. I. pag. 721. *Henricus, Potentiſſimus Dux Bajoariorum, cum Germanam ſuam, Dominam Gerbirgam, diuturno languore probatam, viſitaret Gandesheim, 5 Kal. Septemb. cum magno dolore omnium, obiit &c.* Chronicon *Quedlinburgicum*, an. eod. apud eundem l. c. Tom. 2. pag. 282. *Bajoariæ Regionis Dux, Henricus Secundus, immatura morte obiit &c. Chronographus Saxo*, ann. eod. p. 204. *Bawaricæ Regionis Dux, Heinricus II. immatura morte obiit &c.* confirmans cæterùm ex *Ditmaro* modò producta. Ex Recentioribus, *Gobelinus Perſona*, ætat. 6. *Coſmodromii*, Cap. 50. p. 252. *Aventinus*, lib. V. Cap. IV. § 8. pag. m. 481. obitum licet ejus ad 3. *Non. Octobr.* referat. *Simon Rettenpacherus*, l. c. lib. 2. Cap. V. pag. 131. Errat *Henningeſius* part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 7 eum anno 994. defunctum exiſtimans; adhuc magis à vero ſecedit *Hepidannus*, ſcribens ad annum 1001. apud *Goldaſtum* Tom. 1. Part. I. *Rerum Alamannicarum*: *Heinricus, Dux Bajoariorum, filius Heinrici, defunctus eſt &c. Gandersheimii* Eum terræ mandatum, docet ipſe *Heinricus Sanctus* Imp. Ejus filius, in Diplomate ann. 1021. apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus Gandersheimenſibus*, Cap. XIV. §. 9. lit. d. p. 116. verb. *Pro amore atque petitione nominatenus Sororis reſp. ac Conſanguineæ noſtræ, Dominæ Sophiæ, Gandtheresheimenſis Monaſterii Matris ac Dominæ, nec non pro recordatione atque requie Patris Noſtri, Heinrici, Magni Bavariorum Ducis, animæ, cujus oſſa in eodem requieſcunt Monaſterio &c.* Extat idem, paucis duntaxat mutatis, apud *Schatenum* lib. V. *Annal. Paderbornenſ.* ad h. a. pag. 444. Epitaphium ejus, quod ibidem eſt, exhibet Dn. *Leuckfeldus*, in *Antiquitatibus Gandersheimenſibus*, Cap. XXII. in Vita *Gernburgis* Abbatiſſæ, pag. m. 223.

Alta ſtirpe ſatus, Henricus, Bavariæ Dux,
Ottonis Magni Saxoniæque Ducis.
Res re conſigna, confert ſub Sole benigna
Bavenberg noſtrae vir pius Eccleſiae.

(36) OTTO I.

Filius fuit *Ludolfi*, Alamannorum Ducis, & ex eo, *Ottonis Magni* Imp. nepos; cujus vitam præced. *Catal. Ducum Alamanniæ*, v. 32. pag. 319. exhibui. Perperam inter *Bavariæ Duces* nullam ejus rationem habet *Chronicon Halberſtadenſe*, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2. *Rer. Brunſvic.* pag. 136.

(37) HENRICUS III. vulgò SANCTUS.

Vitam hujus Principis, cum præced. Tit V. inter Imperatores, inter quos *Sancti* nomen meruit, pag. 509. &c. jam delineaverim, monebo ſaltem hic, Eum, ann. 995. ad plures abeunti Parenti, *Henrico II.* in *Ducatu Bavariæ* ſucceſſiſſe; teſtes ſunt, præter adductos

Digitized by Google

ctos præc. Tit. 2. §. 10. lit. d, ad annum 1002. p. 95. & 96. *Otto III.* Imp. in Diplomate, an. 996. Eccleſiæ Friſingenſi dato, apud *Gewoldum*, Addit. T. I. *Metropolis Hundii*, p. m. 139. *Nos, dignis petitionibus Dilectiſſimi Nepotis Noſtri, Bajoariorum Ducis, Heinrici, annuentes, quasdam Noſtri Juris res, in Regione, vulgari nomine, Oſtirrichi, in Waccha, & in Comitatu Hainrici Comitis, filii, Luitpaldi Marchionis, in loco Nuivanhova dicto --- ſuper gremium Friſingenſis Eccleſiæ, ad ſervicium S Martyris, ſanctiq; Chriſti confeſſoris, Corbiniani --- in proprium atque perpetuum uſum, conceſſimus &c.* & in alio, ann. 999. Eccleſiæ Patavinæ conceſſo, ibid. p. 363. *Propter ſtrenuam petitionem Heinrici Ducis, Noſtri Fidelis, imò Chriſtiani, S. Patavienſis Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi, eidem SS. Sedi --- largiti ſi mus ejusdem Civitatis Mercatum, Monetam, Bannum, Theoloneum &c.* In alio an. eod. Cœnobio *Sewe* dato ibid. Tom. 3. pag. 344. *ob interventum Heinrici, noſtri Conſanguinei Dilecti, Ducis Bojoariorum &c. Ditmarus*, lib. IV. p. m. 39. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. p. 351. ubi mentione facta obitus laudati Ducis: *Quod cum Filius ejusdem comperiret, electione & auxilio Bavariorum, Patris Bona apud Regem obtinuit &c.* Auctor Vitæ *S. Godehardi*, Hildesheimenſium Epiſcopi, Cap. 5. apud *Surium*, 4 Maji, p. m. 57. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag 486. Cap. 2. *His etiam diebus præmemoratus Bajoriæ* (Bajoariæ) *Dux obiit, cujus loco, Pius Henricus, Filius ejus, ſurrexit; non Patris inſolentiam, ſed initium ſapientiæ, timorem Domini, pleniter ſecutus, quia erat omni literarum ſtudio principaliter imbutus, & totus ſanè fide & actu Catholicus &c.* add *Rupertus* Tuitienſis, in vita *S. Heriberti* Colonienſis, Cap. X. apud *Surium*, 16. Mart. p. m. 188. *Electioni non interfuit novi Principis, Henrici, tunc Bajoariorum Ducis &c. Hermannus Contractus*, ad ann. 995. p. m. 317. *Cujus* (Heinrici II.) *Ducatum Filius ejus, ejusdem nominis, obtinuit &c.* Sic *Chronographus Saxo*, ann eod. p. 204. *Quo* (Henrico II.) *mortuo, filius ſuus, Heinricus, Rex futurus, Bavaricum Ducatum, Rege præfato Ottone donante, ſuſcepit &c.* & *Chronicon Quedlinburgenſe*, an. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. p. 282. *Quo* (Henrico II.) *mortuo, filius ſuus, Henricus, Rex futurus, Bajoaricum Ducatum, Rege Ottone III. donante, ſuſcepit &c.* & *Halberſtadenſe*, ibid. p. 136. *Iſti Henrico* (*II.*) *filius ſuus, Henricus III. in Bavarico Principatu;* ſcil. ſucceſſit. *Otto Friſingenſ.* lib. VI. *Chronic.* Cap. XXVII. p. m. 131. ad an. 1001. *Mortuo ſine hærede, Ottone, Henrico, Patre Hezilone, Natione Noricus, Ejusdemque Gentis Dux, ab omnibus Regni Primoribus electus, LXXXVII. ab Auguſto Rex creatur &c.* De Conjuge ejus, rebusque geſtis, & obitu, vid. cit. præced. Tit. V. vita *Henrici Sancti*, pag. 509. &c.

(38) HENRICUS IV. al. HEZELO.

(1) Eundem, cum D. *Cunigunda*, *Henrici Sancti* Imp. Conjuge, Parentem habuit, *Sigfridum*, Luxenburgenſium Comitem; (aliis, Comitem Palatinum Rheni.) Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 1004. pag. 97. & præced. Tit. V. Vita laudati Imperatoris, v. 2. pag. 510. & 511. nec non præced. *Catal. Ducum Lotharingiæ*, v. 21. in Vita *Friderici III. & Gerhardi* Ducum, v. 1. pag. 277. Conf. *Simonis Rettenpacheri Annales Cremſanenſes*, lib. 2. Cap. 6. pag. 136. & Cap. 10 pag. 151.

(2) Uxor ejus vocatur *Maria.* Vid. *Aventinus*, lib. V. Cap. V. §. 26. p. 489. *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 29.

(3) Liberi ei vindicantur:

(1) *Eliſabetha, Conrado*, Duci Suevorum, nupta. Vid. *Henningeſius* l. c. ſed, qua auctoritate?

(2) *Henricus V.* de quo ſeq. v. 39.

(3) *Hermannus*, Colonienſis ArchiEpiſcopus, an. 1037. electus, annoque 1056. defunctus. *Henningeſius* l. c.

(4) *Anno* 1004. obtinuit ab Affine, *Henrico Sancto* Imp. *Bavariæ Ducatum*; anno ſequenti, ſolemniter de eo inveſtitus. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 1004. pag. 97.

Ann. 1009. laudato Affini infert arma, propterea Ducatu, per novem ferè annos, mulctatus, tandemque, anno 1017. in integrum reſtitutus. Vid. *Ditmarus* Lib. VI. *Chron.* verbis præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 1009. p. 98. occurrentibus, & Lib. VII. ad an. 1017. p. m. 102. & apud Dn. de *Leibnitz* Tom. I. *Rer. Brunſvic.* p. 416. *Dilectum ſibi locum Bavenberg viſitat*: (Imperator,) *ibi, tunc Menſe Decembri, Henricum etiam, quondam Bavariorum Ducem, & tunc octo annos, & penè tot menſes, ſua depoſitum culpa, priſtinis Imperator reſtituit honoribus, die Dominica &c.*

Ann. 1018. in realem mittitur Ducatus poſſeſſionem. Vid. *Ditmarus*, lib. ult. ad h. a pag. 110. *Imperatrix, ad dilectam ſibi Capungam veniens, Monachicam ibi vitam ordinavit, indeque per Orientalem Franciam profecta, Bavariam petiit, Fratremque ſuum, Ducem Henricum, Ratisponæ inthronizavit &c.*

Ann. 1024. Interfuit Electioni *Conradi Salici*, Imp. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 100.

Ann. eod. confirmat novus Rex *Engelberto*, Friſingenſi Epiſcopo, partem veteris alicujus Palatii deſtructa

Digitized by Google

cti Ratiſbonae, ab *Henrico Sancto* Imp. *conſentiente Duce Bajoariorum, Heinrico, Imperiali praecepto*, ei conceſſam. Vid. *Gewoldus*, Addit. ad Tom. I. *Metropolis Hundii*, pag. 146.

(5) *Anno* 1027, ſolvit naturæ debitum. Vid. *Arnoldus*, in vita *Godehardi* Hildesheimenſis, lib. 2. C. VIII, apud *Surium*, 4. Maji, pag. m. 62, & Illuſtr. Dn. *Leibnitium* l. c. p. 493, Cap. IV. *Nativitatem S. Joannis Baptiſtae Imprepoli* (Imbripoli) *Novus Imperator celebravit*, *ubi & defuncto*, *in bona ſenectute*, *Heinrico, Duce Bajoariæ, Filio ſuo, Domino Henrico, eundem Ducatum, Principum delectu, commendavit &c.* Exiſtimat *Surius*, in Notis ad hunc locum, *Imbripolim* eſſe Saxoniæ Civitatem; rectius autem intelligit, hoc titulo, Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, in Notis ad eundem locum, *Ratisbonam*, vulgo *Regensburg*; adeoque malè ſcribitur *Impriboli*, pro *Imbripoli*, quæ poſterior quoque lectio in vita *S. Meinwerci* Paderbornenſ. Cap. 97, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 558, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d. ad h. a. p. 102. occurrit; quamvis *Surianus* Codex, 5. Junii, p. 102. pro *Impriboli*, habeat; *in Werle*; in margine tamen emendante *Surio*: *MS. Impriboli*. Conf. *Chronographus Saxo*, ann. eod. p. 240. *Nativitatem Beatiſſimi Johannis Baptiſtae, Imbripoli, regaliter celebravit*, (Conradus Rex) *ubi*, *defuncto in bona ſenectute Heinrico, Duce Bawariorum, filio ſuo, Heinrico, eundem Ducatum, Principum delectu, commendavit &c.* Annum comprobant *Annales Hildesheimenſes*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 725, cujus verba, ſub *Henrico V*, mox proferam. Corrigendus *Aventinus*, lib. V. Cap. V, §. 36, p. m. 489, obitum ejus Anno 1026, inſcribens: *Iodem* (Otternofen) *& hic Hainricus, cum Uxore, Maria, ſitus eſt. Obiit Anno ſalutis M. XXVI, poteſtatis XXIV, Calendas Septembris &c.* Hinc ſua *Henningeſius* l. c. *Moritur* A. C. 1026, *ſepultus in Oſterhoſen, apud Auguſtanos &c.* An. 1028. mavult *Rettenpacherus* l. c. lib. 2, Cap. 10, p. 151, ad h. a. inquiens: *Bajoariae, poſt mortem Henric. Moſellani, D. Cunegundis Fratris, Rectore vacuae, Henricum filium impoſuit &c. Quem, anno proximo, in frequenti Procerum Conventu, Aquisgrani Regem dixit, atque Pilegrinus, Colonienſium Antiſtes, Paſchali ſolemnitate, ſacris cerimoniis inauguravit, puerum paulo decenni majorem &c.*

(39) HENRICUS V.

(1) Fuiſſe Principem hunc, Anteceſſoris *Henrici IV.* filium, adducta modò *Arnoldi* verba teſtantur. Idem docet Auctor Vitæ *S. Meinwerci Paderbornenſis*, Cap. 97. apud *Surium*, 5. Junii, pag. 102. & Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſ.* pag. 558. verbis præced. Tit. 2. §. 10, lit. d. ad ann. 1027, pag. 102, prolatis; nec aliter *Chronographus Saxo*, ann. eod. pag. m. 249. Vid. Vita laudati *Henrici IV.* v. 5. *Annales contra Hildesheimenſes*, ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 725, Parentem ejus ipſum *Conradum* Imperatorem conſtituunt: *Chuoradus Rex, in Paſcha, Romae Imperator factus eſt*; *& Filius ejus, Heinricus Rex, Dux Bajoariæ eſſe cœpit &c.* & rurſus, ad an. 1031. pag. 726. *Chuonradus Imperator Natalem Domini Patherbrunnen, & Paſcha Niwimago feriavit. Eodem anno Imperatoris filius, Heinrichus Rex*, *& ipſe Dux Bajoariæ, & Stephanus, Rex Ungaricus, cum juramento invicem firmaverunt pacem &c.* Ita quoque *Aventinus*, lib. 5, cap. VI, §. 1, p. 490. *Succeſſit illi* (Henrico IV.) *Imperator, Hainricus III. Cæſar Auguſtus*, *qui decimum agens annum, ab Imperatore, Conrado, Patre ſuo, mortuo Hainrico IV. Bojoariae Principe primario, Rex Bajorum conſtituitur &c.* & *Rettenpacherus*, cujus verba præced. v. 38, in fine *Henrici IV.* habentur.

(2) Quam duxerit Conjugem, ignoro.

(3) Filiam ei adſcribit *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 29. *Irmgardim*, *Conrado*, ſucceſſori, nuptam.

(4) De Geſtis ejus parum mihi conſtat; excepto, quod anno 1047. rebus mundanis valedixerit. Vid. *Necrologium Fuldenſe* h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 768. *Heinrichus Dux*, ſcil. obiit. Conf. *Hermannus Contractus*, ann eod. pag. m. 329. *In ipſis quoque diebus, Heuricus, Bajoariæ Dux, defunctus, Treviris ſepelitur &c.* *Henningeſius* l. c. refert ejus exitum in annum 1048. *Henricus Dux Bawariae — obiit in bello contra Gothofredum, Lotharingiae Ducem, geſto, A. C. 1048. &c.*

(40) CONRADUS I. ſeu CUNO, al. CUONO.

(1) Ortum debet hic Princeps *Ludolpho*, C. P. R. *Ezonis*, & *Mathildæ*, quorum præced. Tit. XI, p. 944. & 945, memini, filio, atque *Mathildæ*, Zutphaniæ Comiti. Vid. l. c. pag. 945, ubi teſtimonium *Brunwillerenſis* Monachi, de *Venerabilibus Comitibus Palatinis Rheni, Erenfrido, ſeu Ezone*, *& Mathilda, eorumque filia*, *Richeza, Polonarum Regina*, Cap. I. quod Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, in *Introductione*, in *Tom. I. Rerum Brunſuicenſium*, §. XXVII, nominatim, in Narrationem de dictis *Comitibus Palatinis Rheni*; & rurſus, in Opere ipſo, pag. 316, meritò magni facit, utpote varia dubia ſolvens, quibus vexata hactenus hiſtoria. Conf. Dn. *Tolneri Hiſtoria Palatina*, Cap. IX. pag. 252. &c.

 (2) Jux.

Digitized by Google

(2) Juxta *Henningeſium*, l. c. Part. I. pag. 29. in toro habuit *Irmgardin*, Anteceſſoris ſui, *Henrici V.* gnatam.

(3) Ducatum obtinuiſſe legitur anno 1049. Vid. *Hermannus Contractus*, h. a. pag. 330. *Imperator Natalem Domini Friſingæ, & Purificationem S. Mariae, Ratiſponæ agens, Bajoariæ Ducem Conradum conſtituit &c. Vitus* Arenpeck, *Chron. Bajoar.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 660. *Conradus, qui & Chuno, Ducatum Bavariæ ab Imperatore Hainrico III. Anno Domini M.XLIX. recepit &c. Adelzreiter, Annal. Bavar.* an. eod. Dn. *Tolnerus* l. c.

Ann. 1050. *Gebehardus, Ratiſponenſis Epiſcopus, cum Conrado, Duce Bajoariæ, & Adelberto Marchione, aliisque quibusdam Epiſcopis & Principibus Bajoariæ, Heimenburgum reædificans, & magnam Hungarorum copiam ſe invadentem proſternunt, & usque ad innumerabilis Exercitus praeſentiam eorum, refugientem perſequuntur, cunctisque agminibus Hungarorum devictis, immiſſo terrore terga vertentibus, ad Caſtra, Deo gratias reddentes revertuntur &c.* Hæc *Hermannus Contractus* ad h. a. pag. m. 331. Quæ *Aventinus*, lib. V. Cap. VIII. §. 4. & 5. illuſtrat.

Anno 1052, Rixæ inter Ducem noſtrum, & dictam *Gebhardum* Ratisbonenſem oriuntur; Miniſtris Ducis, contra divinas humanasque Leges, venalia quæque habentibus, parumque vel nihil viduarum, pupillorum, civium, agricolarum, pauperum, querelas curantibus; Epiſcopus Ducem officii admonet, boni Præſidis virtutes eſſe aſſerens: *Patriam & Parentes armis tegere: Vitæ pericula propellere: Sapientia Reipublicae conſulere: augere: conſervare juſticiam, libertatem Civium: Inopes ab injuria Potentum vindicare: pauperibus auxilium portare: hos à ſervituse divitum in libertatem aſſerere: aliter Dominationem eſſe ſuperbam &c.* Quæ ægrè ferens Dux *Parckſtein*, Epiſcopi Urbem, invadit, capit, diripit, incendit. Re ad Cæſarem, ex Hungaria, una cum *Leone IX.* P. R. Octobri menſe, *Ratisbonam* reverſum, delata, jubentur ſtatim deponi arma, diesque litigantibus præfigitur, *Mersburgi*, ubi Jure diſceptent. Vid. *Aventinus* l. c. §. 15. & 16, pag. 511. & 512 Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 153.

Anno 1053, Imperatore, & Romano Pontifice prædicto, *Mersburgi* Conventum agentibus, eodem & *Gebhardus*, (Ratisbonenſis) & *Conradus* (Dux noſter) *Boji, in jus vocati, ſe conferunt. Ibi, frequenti Senatu Pontificum, Principum, Conradus multa avare ſuperbèque feciſſe convictus fuit. Ducatu Bajoariæ etiam, ob ſuperiora facinora, movetur, privatamque vitam degere jubetur. Sed domum reverſus, res novas molitur. Quoscunque poteſt, pollicitis & auro, ſibi conciliat &c.* Hæc *Aventinus* l. c. §. 17. p. 512. & nititur auctoritate *Hermanni Contracti* ad h. a. cujus verba præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 105. habentur. Add. Dn. *Tolnerus* l. c.

Anno eod. Denuò Princeps noſter *Triburias*, in judicium vocatus, cum ſe non ſiſteret, ſed clam cum Hungaris conſpiraret, ſolemniter ab Imperatore proſcriptus eſt, Ducatuque exutus; Vid. *Hermannus Contractus* l. c. verbis ſupra l. c. occurrentibus. Conf. *Tolnerus* l. c.

Anno eod. Aufugit ad Hungaros, eorumque efflagitans auxilia, *Hengſtburgum* occupat, firmoque munit præſidio. *Per idem tempus, Conradus, dudum Dux, ab Andrea, Rege Hungarorum, gratanter ſusceptus, et, ne allegatum cum Imperatore fœdus* (Tribarienſe) *perficeret, diſſuaſit, &, auxilio ejus, quandam Carentani partem, quorundam etiam Primatum, qui eam poſſidebant, machinatione, aliis expulſis Primoribus, invaſam, capit &c.* Ita *Hermannus Contractus* l. c. Conf. *Aventinus* l. c. § 24. pag. 513. *Tolnerus* l. c. *Vitus Arenpeck.* l. c. refert hoc ad annum 1054. ibi: *Anno 1054. dictus Chuno, Dux Noricorum, fœderatis ſibi Hungaris, graviter rebellat &c.*

Anno eod. Imperator, in Bojoariam veniens, Ducatum ejusdem Provinciæ (Duci noſtro ablatum) *Filio ſuo æquivoco tradidit &c.* Hæc *Hermannus Contractus* l. c. Add. *Aventinus* l. c. §. 25. pag. m. 513. Dn. *Tolnerus* l. c.

Anno 1054. Clandeſtina cum *Bajoariæ* Proceribus agens conſilia, ſalutatur ab eis *Bajoariæ Rex*; Imperatori ultima minantibus. Vid. *Aventinus*, lib. V. Cap IX. §. 7. pag. 515.

(4) Animam tandem efflavit anno 1054. Vid. *Marianus Scotus* h. a. pag. 451. *Conradus Dux ab Imperatore Henrico expulſus, in Pannonia exul veneno ſublatus eſt &c.* Add. *Annales Hildesheimenſes*, ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz*, T. I. pag. 751. *Conradus, Dux antea Noricus, ab Imperatore expulſus, in Pannonia exul male moritur &c.* Quamvis alii ejus obitum in annum 1055. referant, veluti Auctor *Necrologii Fuldenſis* h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 768. *Cuono Dux*, ſcil. obiit. *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 254. *Cono, Dux antea Noricorum, ab Imperatore, perfidiæ ſuæ culpa, pulſus in Pannoniam, exul obiit &c. Conradus Urſpergenſis*, an. eod. in *Hiſtoria Henrici III.* p. m. 167. *Cuno, Dux antea Noricorum, ab Imperatore, propter perfidiæ ſuæ culpam expulſus, in Pannonia malè exul obiit &c.* Ex recentioribus, *Aventinus* l. c. §. 12. p. 516. Dn. *Tolnerus* an. eod. l. c. pag. 254. Peſte correptum eum deceſſiſſe, tradit *Aventinus* l. c. §. 8. pag 515. Errat minimùm *Vitus Arenpeck* l. c. ſcribens: *Conradus* ---

ob per-

Digitized by Google

ob perfidiæ ſuæ culpam, à Bavaria expulſus, anno Domini 1060. *in Pannonia exul, malè moritur &c.*

(4) CONRADUS II.

(1) Filius fuit *Henrici III.* Imp. anno 1052. natus Vid. præced. Tit. V. Vita *Henrici III.* v. 3 pag. 525.

(2) *Anno* 1053. Ducatui Bavariæ, *Conrado I.* ablato, præficitur. Vid. *Hermannus Contractus* h. a. verbis modò allatis.

(3) *Anno* 1056. ad Superos migrat. Vid. *Monachus Herveldenſis* h. a. apud *Schardium* T. I. p. 379. *Conradus, filius Imperatoris, Dux Bajoariæ, obiit &c.* Conf. cit. Vita *Henrici III.* præced. Tit. V. pag. 525. v. 3.

(42) AGNES.

(1) Extincto Filio, *Conrado II.* beneficio Mariti, *Henrici III.* Imp. nacta eſt *Bavariæ Ducatum* Imperatrix Agnes. Vid. *Lambertus Aſchaffenb.* ad ann. 1056. pag. 263. *Ducatum ejus* (Conradi) *Imperator Imperatrici dedit, privato Jure, quoad vellet, poſſidendum &c.* Eadem profert Monachus *Herveldenſis* loc. cit. Conf. *Vitus Arenpeck, Chron. Bavar.* apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 660. *Imperator, auctoritate Imperiali, Uxori ſuæ, Agneti Imperatrici, Nobiliſſimi Galliarum Principis, Guillhelmi, Pictaviæ & Aquitaniæ Ducis, Sorori, Ducatum Noricum donavit &c.* Alii Ducatum hunc ab *Henrico IV.* Imp. in Matrem demum translatum docent, veluti: *Marianus Scotus* ad ann. 1057 p. 451. *Henricus, admodum puer, cœpit regnare. Agnes Imperatrix, Ejus Mater, Ducatum ſuſcepit Boariæ &c.* Et *Annales Hildesheimenſes* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 731. *Heinricus filius Heinrici Imperatoris, admodum puer, cœpit regnare. Agnes Imperatrix, Mater Ipſius Henrici, Ducatum ſuſcepit Bajoariæ &c.* & *Chronographus Saxo* ann. eod. pag. 254. *Heinricus IV. Heinrici Imperatoris Filius, admodum puerilis Patri ſuccedens, regnare cœpit ---- Agnes Imperatrix, Mater Ipſius, Ducatum Bavariæ ſuſcepit &c.* & *Conradus Urſpergenſis* in Vita *Henrici IV.* ann. eod. pag. 167. *Albertus Stadenſis* ann. eod. pag. 126. *Aventinus* lib. V. *Annal.* Cap. X. §. 1. pag. m. 518. &c. Alii, Annum 1058. hoc titulo proferunt: *Chronicon Stederburgenſe*, ad h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 852. & Dn. *Meibomium*, T. I. *Rer. German.* pag. 451. *Agnes Imperatrix Ducatum Bavariæ ſuſcepit &c.* & *Andreas Ratisbonenſis, Chron. Bavar.* ann. eod. pag. 21. *Agnes Imperatrix, Mater Heinrici IV. Romanorum Imperatoris, Ducatum Bavariæ ſuſcepit &c.*

(2) *Anno* 1061. ceſſit Ducatu hoc *Ottoni II.* de quo mox plura. Conf. *Simon Rettenpacherus*, lib. 2. *Annal. Cremifanenſium*, Cap. IX. pag. 155.

(43) OTTO II.

(1) Parentem ejus vocant *Sigfridum*, *Northeimenſium* Comitem, quare & *Chronographo Saxoni*, ad ann. 1111. p. 282. audit *Dux de Northeim*; verb. *Oda, Marchioniſſa, obiit. Hæc fuit filiaſtra* (privigna) *OTTONIS, DUCIS DE NORTHEIM &c.* Imò *Dux Saxoniæ*; teſte *Chronico Brunſuicenſi* ap. *Maderum, Antiquit. Brunſuicenſ.* pag. 5. cujus verba mox proferam, add. *Johannes Stadtwegen*, in Chronico apud Dn. de *Leibnitz*, T. 3, *Rer. Brunſuic.* pag. 269. *OTTEN Sone van NORTHEIME, de geweſen hadde HERTOGHE TO SASSEN &c.* vid. præced. *Catalog. Ducum Saxon.* v. 14. in Vita *Lotharii* §. 2. pag. 131. & *Henricus Bodo*, in *Syntagmate de Conſtructione Cœnobii Gandesheimenſis*, apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. German.* pag. 503. & Illuſtr. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 721. *Maxime autem Saxonum animos amaricavit, eo quod OTTONEM, DUCEM SAXONIÆ, ſive BRUNSUICENSEM, DUCATU BAVARIÆ privaſſet, & Welphoni Suevo contuliſſet &c.* Nec non *Theodoricus Engelhuſius*, in Chronico, in Vita *Henrici IV.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. pag. 1088. *Irritabat enim* (Cæſar) *multos Nobiles, & ſingulariter Saxones, eò quod OTTONEM, DUCEM SAXONIÆ, ſive de BRUNSWICK, DUCATU BAVARIÆ privavit, & Welfoni Suevo contulit &c.*

(2) *Uxor* ejus vocatur *Richeza*, de qua *Chronographus Saxo* l. c. *Qui* (Otto noſter) *ut prædictum eſt, ex Matre ipſius* (*Odæ* Marchioniſſæ, privignæ ſuæ) *Richeza, nomine, tres filios procreavit, & filias tres.*

(3) *Liberorum* hæc nomenclatura.

(1) HENRICUS *Pinguis*, ſeu *Craſſus*, cujus mentio fit in Diplomate *Ruothardi*, Archiepiſcopi Moguntini, ann. 1093. apud *Schatenum*, Lib. VII. *Annal. Paderbornenſ.* pag. 635. *Glorioſus COMES HEINRICUS, FILIUS OTTONIS DUCIS, Ejusque Inclyta Conjux, Gerdrudis, Filia Ekkeberti Marchionis, pro anima ſuæ remedio, heredum ſuorum conſenſu, fundaverunt Monaſterium in ripa Wirræ fluminis, in Villa, quæ Mimende vocatur, in prædio videlicet, quod Ipſe Heinricus adquiſierat à quodam Nobili Viro, qui agnominabatur Albertus de Inſula &c.* Conf. *Conradus Urſpergenſ.* ad an. 1103. pag. m. 185. *Ante triennium quippe HEINRICUS Craſſus, ejuſdem Cunonis* (filii Ottonis Ducis) *germanus, & natu ſenior, dum in Freſia Marcham, cui præerat, res acturus proficiſcitur, à Vulgaribus Freſoni-*

bus, quibus Dominationis ſuæ jugum grave fuit, obſequium ſpectans, inſidiis vallatur; re quoque cognita, fugiens ad mare, vulneratur à nautis ſimul & ſuffocatur. Hujus tanti Viri, qui nimirum totius Saxoniæ Principatum ſecundus à Rege regebat, interitus ab univerſo Regno Teutonico graviter ferebatur &c. Nec non Albertus Stadenſis, ad ann. 1105, pag. 148. Hic (Otto noſter) ſepultus eſt Northem, & habuit tres Filios: HEINRICUM Craſſum, qui fuit Landgravius, Pater Rikencen Imperatricis, (Conjugis Lotharii Saxonis, vid. præced. Tit. V, in Vita Lotharii, v. 2, p. 561.) qui occiſus eſt Norden, in Freſia; & CONONEM, Comitem de Bichelinc, qui etiam occiſus eſt; & SIFRIDUM de Bomeneburgh, Patrem Junioris Sifridi. Habuit etiam quatuor Filias: quarum una Mater fuit Conradi de Witin, Marchionis; Secunda, Mater Friderici Comitis de Arnesberch, (cujus unam filiam duxit Godefridus de Cuc, Pater Comitum Heinrici & Friderici de Arnesberch; ſecundam duxit Otto de Cappenberch ----) Tertia, Uxor fuit Hermanni de Calvera, quæ genuit Ottonem & Heinricum, Comites de Ravenesberch. Quartam deduxit quidam ſervus &c. Ut & Translatio Reliquiarum S. Autoris, ArchiEpiſcopi Treviren ſis, in Regionem Brunſuicenſium, apud Dn. de Leibnitz l. c. Tom. I; pag. 701. Veteri Patrum traditione cognoſcimus, quod Gertrudis, Filia Ecberti, Marchionis Saxoniæ, Relicta Comitis HINRICI de Nordheim, qui & Pinguis dicebatur, Mater Nobilis Ottonis, & Rixæ, Uxoris Lotharii Imperatoris, & Gertrudis, Palatinæ Comitiſſae &c. & Chronicon Brunſuicenſe, apud Maderum l. c. pag. 5 Gertrudis (Ecberti, Marchionis Saxoniæ, filia) nupſit Comiti HINRICO, qui Pinguis dicebatur, qui fuit Filius OTTONIS de Northeym, DUCIS quondam SAXONIÆ, & erat de progenie Sifridi, Comitis de Berneborch, cujus Filii Ekkehardum Marchionem in Polede occiderunt &c. & Auctor Chronici Rhythmici Brunſuicenſis, Cap. XXI, apud Dn de Leibnitz l. c. Tom. 3. pag. 36.

De Mark-Grevere Gerdrut,
De werde Jungfrowe gut,
Alſo we finden beſcreven,
De was t ok to Manne gheven,
Eynen Færſten herliche,
Van Northem Greven HENRICHE,
Der Vette was genant,
He heit ok an Saſſenlant
Eyn Here uterkoren;
OTTE, ſin Vader, was geboren
Van Greven Legefrides (Segefrides) Kunne
Van Bomeneborch; men ſecht dat he gewonne,
Bi ſiner Frowen, Greve HENRICH,
Dre Kint vil herlich,
Eynen Otten, unde twe Jungfrowelin,
Ritſe unde Gertrude, Megede ſin &c.

Et Henricus Bodo l. c. Huic (Ottoni) erant Filii, SIFRIDUS, HENRICUS & CONO, quos, ubi DUCATU BAVARIÆ privati fuerant, primum Ducatus honore & nomine privari contigit, & Comites de Homborg, de Daſſel, & de Everſtein vocati fuerunt, unusquisque à loco, quem ſortitus, Patre diſtribuente, fuerat &c. In eandem ſententiam ſcribit Theodericus Engelhuſius l. c. Otto conſtruxit Monaſterium S. Baſilii in Northeim, cujus Filii: SIFRIDUS, HENRICUS & CONO, non Duces, ſed Comites in Bomborg (Bomborg, ſeu Bomeneborch) amplius dicebantur &c. Add. Conradus Botho, in Chronico Picturato Brunſuicenſi. ad an. 1046. apud Illuſtr. Dn. de Leibnitz l. c. Tom. 3, pag. 325 Die ander Dochter (Marchionis Ecberti) heyt Gerdrud, de nam Greven HINRICK to Northem; unde na deme nam ſe Greven Dideriken van Kattelenborch &c. & ad an. 1099, pag. 331. Marggrevinne Gerdrudis, Marggreven Eggebrechtes Dochter to Brunſwick, de nam den Greven HINRICK to Northem, den Vetten, Hertoghen Otten Sone van der Weſer, van dem telde ſe dre Kinder: eyne Sone, de heyt Otto, de ſtarff in der Joget; unde twey Dochter, de eyne heyt Gerdrut, de nam Paltzgreven Corde (Sigfrid, vid. præced. Tit. XI, p. 950.) by dem Rine; unde de ander het Rixſa, de nam Greven Luder van Suppelinborch &c. & ad ann. 1126. p. 337. & Crantzius, lib. 4. Saxon. Cap. 44. Egbertus --- genuit reliquitque Egbertum Filium, & Gertrudim Filiam, quæ nupſit HENRICO Comiti de Northem &c.

De obitu Ejus inquit Albertus Stadenſis, ad an. 1101. p. m. 146. Heinricus Craſſus, Filius Ottonis Ducis, occiditur in Freſia, cum multis aliis &c. Conf. Annal. Hildesheim. an. eod. apud Dn. de Leibnitz l. c. T. I, p. 733. Comes Heinricus gratiam Imperatoris acquiſivit, & ipſe Imperator Marchiam Freſonum ſibi tradidit. Qui ſtatim illuc pergens cum uxore ſua, ipſe interfectus eſt, & illa vix evaſit &c. & Conradus Urſpergenſis, ad an 1103. verbis modo allatis. Chronographus Saxo refert ejus exceſſum in annum ſequentem, ſcribens ad ann. 1102. p. 279. Comes Heinricus gratiam Imperatoris acquiſivit, & Ipſe Imperator Marchiam Freſonum ſibi tradidit, qui ſtatim illuc pergens cum Uxore ſua, ibi interfectus

Digitized by Google

fectus eſt, & illa vix evaſit &c. In ſequentem 1103. progreditur *Conradus Botho* l. c. ad h. a. p. 332. *In duſſem Jare ſtarff Greve Hinrick to Northem, unde wart begraven in dat Cloſter to Burſevelde upp der Warre ; do nam Gerdrudis* (Ejus vidua) *den Greven wedder to Kattelenborch &c.* & ad an. 1105. pag. 332. *Hinrick de was eyn Here der Freſen, de wart dar van den Freſen geſchlagen &c.* Idem docent : *Engelbuſius* l. c. addens : Eum à militibus Trajectenſis Epiſcopi necatum : *Henricus, etiam Filius iſtius Ottonis, occiſus eſt à militibus Epiſcopi Trajectenſis &c.* *Crantzius* lib. V. *Metropol.* Cap. 32. p. m. 139 *Henningeſius*, part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 8. Liberis annectendo *Hermannum*, Colonienſem ArchiEpiſcopum.

(2) CHONO (al. CANO, CONO, CUNO, CONRADUS) Comes *Beichlingenſis*, de quo *Albertus Stadenſis* ad an. 1105. verbis ſub *Henrico* modò adductis, quibus ſimul conſtat, Eum ſecundum natu Fratrum fuiſſe; quamvis in cit. charta *Ruothardi* Moguntini, in confirmationem fundationis Cœnobii *Burſveldenſis* an. 1093. edita, apud *Schatenum* l. c. p. 635. Princeps hic Fratri *Sigfrido* poſtponatur, ibi: *Ludolfus* (Canonicus Magdeburgenſis) *divino quodam nutu impulſus, ſed & Epiſcopi Hartwigi, qui gratia conſecrandi Altaris, noſtra voluntate invitatus, advenerat, Fratrumque* (Henrici laudati) *Sifridi & Cunonis Comitum oratione permotus, ſtatuit voluntarius, pro ſalute firmaque requie, Comitis* (Henrici) *Votum propria oblatione confirmare &c.* & paucis interjectis: *Hanc oblationem ſolenniter factam Epiſcopus Hartwigus banno confirmare, tam à Ludolfo, quam à Comitibus, Heinrico, Sifrido, Cunone, rogatus eſt &c.* & p. 636. *Quæ conteſtatio, bannique interminatio, à Comitibus Heinrico, Sifrido, Cunone, cæterisque omnibus audita, comprobata, laudata eſt &c.* Qui ordo p. 637. adhuc bis ſervatur. Honorificè ejus meminit *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 1103. pag. m. 185. *CUNO, FILIUS OTTONIS DUCIS, de magnis Principibus unus, & cui nihil in omni rerum humanarum dignitate deerat, ſupernatu ſcilicet; literarum etiam ſcientia, Fortitudine atque divitiis ſatis præpollens ; elegantia atque facundia Bonis omnibus amabilis & affabilis : quorundam funeſtorum hominum conſpiratione, noctu, dum iter ageret, invaditur & interimitur, ingentem relinquens Nobilibus Regni luctum ſimul, & ſuſpiciones, dum ab infimis in Summos tanta ſcelera praeſumuntur &c.* Quæ de obitu Ejus hic dicuntur, confirmat *Albertus Stadenſis*, eod. ann. 1103. pag. 146. *Chono, Filius Ottonis Ducis, Frater Heinrici Craſſi, noctu à quibusdam funeſtis interimitur &c.* nec non *Theodoricus Engelbuſius* l. c. *Cuno, Frater Ejus* (Henrici) *à funeſtis hominibus, nocte quadam interemptus eſt, & hoc Anno 1103. &c. Henricus Bodo* l. c. *Albertus Crantz* l. c. Alii. *Conradus Botho* l. c. ad an. 1105. pag. 332; perperam Eum *Ducem Luneburgenſem* vocat: *Darna ward HERTOGHE CONTZE, effte CORD, dot geſlagen, van LUNENBORCH, Hertoghen Otten Sone &c.* Palatinum Saxoniæ Eum conſtituit, *Henningeſius* l. c. *Cuno vel Conradus, Palatinus Saxoniæ, & Comes Beichlingenſis, interfuit ſeditioni Goslariæ excitatæ, Anno Chriſti* 1088. *Interfectus ad Albim, in itinere publico, Anno Chriſti* 1103. *&c.* De *Conjuge* ejus ſubjiciens : *Uxor Cunegundis, quae poſtea nupſit Wigberto II, &c.* (Marchioni Miſniæ.)

Liberos Ei tribuit *Henningeſius* l. c. (1) *Ottonem*, Comitem Beichlingenſem, (2) *Sigfridum*, Com. Pal. Saxoniæ, ab *Hojero* Mansfeldenſi interfectum; (3) *Cunigundam, Wigberti III.* Marchionis Miſniæ conjugem. Quibus alii annumerant: (4) *Adelam & (5) Mechtildim.*

(3) SIGFRIDUS, Comes *Bomeneburgicus*, de quo cit. Charta *Ruothardi* Moguntini de an. 1093. productis modo verbis, & *Albertus Stadenſis*, ad an. 1105, pag. 148, verbis ſub *Henrico*, Fratrum natu primo, itidem jam allatis, teſtantur. Conf. *Henricus Bodo* l. c. *Albertus Crantz*; l. c.

Filios habuit (1) *Bennonem & (2) Sigfridum* Juniorem, cujus *Albertus Stadenſis* l. c. meminit : quemque ann. 1144. defunctum *Chronographus Saxo*, ad h. a. pag. 296, affirmat : *Sigifridus, Comes de Bouminiburg, etiam obiit &c.* Conf. *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. pag. 18. *Sifridus, Comes de Homburg, obiit; quidam libri habent de Bomeneburg &c.* & *Engelbuſius* l. c. *Sigfridi Filius, æque Sifridus, Fundator eſt Monaſterii in Amelungsborn ; & iſte ultimus Sigfridus obiit ſine liberis, in Northem, in Capella S. Nicolai, cum ſuis Patribus, in Chriſto ſepultus &c.* *Henningeſius* l. c.

(4) ETHILINDA, uxor (1) *Welfi*, Ducis Bavariæ, (2) *Hermanni de Calverla*, ſeu *Calvela*, in Thuringia. Vid. *Chronographus Saxo*, ad annum 1111. p. 282. *Ex quibus* (Ottonis noſtri Filiabus) *unam, nomine Ethilindam, accepit Welfus, Dux Bavariæ; & poſtquam illam repudiavit, duxit eam Hermannus de Calverla; genuit illa Hermannum Comitem &c.* Conf. *Lambertus Aſchaffenburg.* ad ann. 1071. pag. m. 181, cujus verba, (ab *Herveldenſi* quoque Monacho an. eod apud *Schardium* T. I *Rer. German.* pag. 391. repetita) ſeq. v. 4. ad h. a. referam : *Al-*

bertus

bertus Stadenſis, ad ann. 1105. verbis ſub *Henrico* Fratre jam productis; *Conradus Botho*, ad an. 1063. pag. m. 327. ſeq. v. 44. in vita *Welfi I.* §. 2. *Crantzius* l. c. *Hemingeſius* l. c.

(5) ODA, ſeu IDA, nupta *Timoni, Wettinenſium* Comiti, Mater *Conradi* Marchionis. Vid. *Chronographus Saxo* l. c. *Secunda* (Filiarum Ottonis Noſtri) *nomine Ida, nupſit Thiemoni, Comiti de Witin, peperitque illi duos filios: Dedum Comitem, & Cunradum Marchionem &c.* Add. *Chronicon Montis Sereni*, pag. m. 203. *Thiemo Comes duxit Uxorem, Idam, Filiam Ottonis, Ducis de Northeim; genuit ex ea: Dedonem Comitem, & Conradum, & Filiam, nomine Machtildam, quam Gero, Comes de Bavaria, accepit Uxorem &c.* nec non *Albertus Stadenſis* l. c. *Crantzius* l. c. *Hemingeſius* l. c. addens, ſecundis nuptiis eam obveniſſe *Gebbardo*, Querfurtenſium & Arnsbergenſium Comiti.

(6) N. Uxor *Conradi*, Comitis *Arnsbergenſis*; vid. *Chronographus Saxo* l. c. *Tertiam vero* (Filiarum Ottonis) *ſumpſit Cunradus, Comes de ..rnesberch, quæ dicta eſt N. genuitque ex ea Fridericum Comitem &c.* Conf. *Albertus Stadenſis* l. c. *Crantzius* l. c.

(7) N. Uxor ſervi cujusdam. Vid. *Albertus Stadenſis* l. c. & *Crantzius* l. c.

Hemingeſius l. c. intrudit quoque (8) *Gertrudim, Godefridi Barbati*, Lotharingiæ Ducis, Conjugem, & (9) *Tuncam*, cum qua *Gothelo*, itidem Lotharingiæ Dux, torum conſcenderit; & (10) N. ab *Ottone de Cappenberg* domum ductam.

(4) Magna *Ottonem* noſtrum in Imperio polluiſſe auctoritate, monet *Vitus Arenpeck, Chron. Bajoar.* apud Ill. Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 660. *Otto, Dux Bavariæ, ab Agnete Imperatrice, conſtituitur. Hic itaque Saxo Genere, Vir Ampliſſimæ Nobilitatis, prudentia, rebusque bellicis perpaucis erat comparabilis; & in tanta apud univerſos Primates Excellentia habitus, ut Rex Hainricus, qui jam Saxonibus omnino ſuſpectus & inviſus erat, Ipſum, contra ſe, in Regni faſtigium elevari poſſe formidaret, ſi res ſua ſecus cederet &c.* Cæterum

An. 1061. ab Imperatrice Vidua, *Agnete, Henrici IV.* Imperatoris Matre, nactus eſt *Ducatum Bavariæ*: teſte *Lamberto Aſchaffenburgenſi*, h. a. p. 166. *Imperatrix Ducatum Bajoariæ, quem, poſt mortem Cunradi, Filii ſui, usque ad id tempus, per ſe ipſam adminiſtraverat, OTTONI dedit, videns, Eum Virum Induſtrium, & juvandis Regni negotiis ſatis opportunum &c.* Quæ Monachus *Herveldenſis*, an. eod. apud *Schardium* l. c. pag. 381. totidem verbis repetit. Rejicit commiſſionem hanc *Chronographus Saxo* in annum 1069. ſcribens ad h. a. pag. 258. & 259. *Agnes Imperatrix, Mater Regis Heinrici, tædio affecta, vel potius divinitus compuncta, Ducatum Bawariæ depoſuit, & Regni gubernacula penitus ſpernens pro Chriſto, Romam ſe contulit &c.* Quæ & apud *Conradum Urſpergenſem*, an. eod. in Vita *Henrici IV.* pag. m. 168, occurrunt. Verum, erroneam hanc ſententiam, vel ex Ipſius Imperatoris, *Henrici IV.* Diplomate, quo Foreſtum quoddam & bannum *Heziloni*, Hildesheimenſium Epiſcopo, 7. Id. Martii, 1062. dono dat, apud *Schatenum*, lib. VI. *Annal. Paderbornenſ.* an. eod. pag. 555. diſcimus, ibi: *Conſentiente & conſavente OTTONE, BAWARIORUM DUCE — quoddam Foreſtum & bannum eidem Eccleſiæ Hildenesheimenſi — perpetualiter poſſidendum conceſſimus &c.* Conf. Ejusdem Diploma, quo, ſub dato *Ratisbonæ*, IX. Kal. Novemb. ann. 1062. notum facit omnibus, quod *Adalberto*, Hamburgenſi ArchiEpiſcopo, *Comitatum Bernhardi Comitis, in proprium dederit*, ad explendam petitionem *OTTONIS DUCIS, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis &c.* apud *Lindenbrogium*, §. XXVI. *Privilegiorum Hamburgenſium*, pag. m. 141. & *Maderum* in Appendice ad *Adamum Bremenſem*, §. XX.I. pag. 227. Intelligendum autem hoc titulo Ducem noſtrum, docet alia charta, qua idem Imperator, ſub eodem dato, Comitatum *Udonis* Marchionis in laudatum *Adalbertum* Præſulem transtuliſſe ſe fatetur, apud *Lindenbrogium* l. c. §. XXVII, pag. 142, & *Maderum* l. c. §. XXIII, p. 229. & 230, ibi: *Notum eſſe volumus, qualiter Dominus Adalbertus, Sanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ ArchiEpiſcopus, Patronus & Fidelis Noſter, Clementiae Noſtrae Serenitatem adiit, ſupplicando, quatenus eidem Eccleſiae, quae eſt in honore Dei Salvatoris, Ejusque Intemeratae Genitricis, Perpetuaeque Virginis, Mariæ, & B. Jacobi, Apoſtoli, conſecrata, Comitatum Udonis Marchionis, quem Pater ſuus habebat, antequam acciperet, daremus in proprium; unde, ad promerenda cœleſtis Patriae gaudia, & ad prolongaunda, ſub divina ſemper devotione, noſtrae temporalis vitae curricula, & expleudam noſtrorum petitionem Fidelium, videlicet Dilecti Magiſtri Noſtri, Annonis, ArchiEpiſcopi Colonienſis, Sigfridi, ArchiEpiſcopi Moguntini; Burchardi Halverſtadenſis, Gunthari Bavenburgenſis, Adalberonis Wirziburgenſis Epiſcoporum; OTTONIS, BAIVARIORUM DUCIS, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis, Fritherici Com. Pal. Ekkiberti Comitis, decernentes conſentire &c.* Ecce, jam an. 1062. Princeps noſter *Dux* audit *Bajoariorum*; adeoque *Agnetem*, diu ante an. 1069. Regimini Bavarico valedixiſſe oportet; quod vel ipſe *Chronographus Saxo* ad ann. 1063. pag. 256. innuit, ajens: *Agnes Imperatrix ſacrum velamen accepit &c.*

An.

An. eodem 1062. *Henricum* puerum *Agnetæ* Matri, juxta voluntatem *Henrici*, Auguſtani Præſulis, Regni negotia diſponenti, in tantum, ut nec ſuſpicionem inceſti amoris effugere potuerit, ſurripi curat, *Coloniam* deducendum; *nam ea res* (familiaritas nimia Imperatricis cum Epiſcopo) *Principes graviter offendebat, videntes ſcilicet, quod, propter unius privatum amorem, ſua, quæ potiſſimum Reipublicæ valere debuerat, authoritas penè obliterata fuiſſet. Itaque indignitatem rei non ferentes, crebra Conventicula facere, circa publicas functiones remiſſius agere, adverſus Imperatricem popularium animos ſolicitare, poſtremò, omnibus modis uti, ut à Matre Puerum diſtraherent, & Regni adminiſtrationem in ſe transferrent. Ad ultimum Colonienſis Epiſcopus, communicatis cum* Ecberto *Comite, & cum* OTTONE, DUCE BAVARIORUM, *conſiliis, navigio per Rhenum, ad locum, qui dicitur* S. Suitberti *Inſula, venit. Ibi tum Rex erat, qui dum quadam die, poſt ſolemnes epulas, factus fuiſſet hilarior, hortari Eum Epiſcopus cœpit, ut navim quandam ſuam, quam ad hoc ipſum miro opere inſtruxerat, ſpectatum procederet. Facilè hoc perſuaſit Puero ſimplici, & nihil minus quam inſidias ſuſpicanti. Cumque navim ingreſſus fuiſſet, ſtipantibus Eum his, quos Epiſcopus Factionis ſuæ ſocios ac miniſtros paraverat, repentè remiges inſurgunt, remis incumbunt, navim dicto citius in medium fluminis impellunt. Rex, nova rerum facie confuſus, incertusque animi, nec aliud quam vim & necem ſibi paratam arbitratus, in flumen ſe præcipitem dedit, citiusque Eum aqua violentior ſuffocaſſet, niſi* Ecbertus *Comes, dato poſt Eum ſaltu, periclitantem, ipſe quoque non minimùm periclitatus, vix & ægrè morti eriperet, & navi reſtitueret. Exin blanditiis, quibus poterant, delinitum Coloniam perducunt &c.* Hæc *Lambertus Aſchaffenb.* h. a. p. 166. & 167. totidemque verbis *Monachus Herveldenſis* l. c. ann. eod. pag. 381. conſentientibus reliquis, præc. Tit. V. in vita *Henrici IV.* v. 4. ad h. a. pag. 535. hoc nomine adductis.

An. 1063. Controverſiam, inter Camerarios Hildesheimenſis Epiſcopi, & Fuldenſium Abbatis, circa priorem locum, *Goslariæ* obortam, amicè componit. Vid. præced. Tit. XV. §. 16. lit. b. pag. 1278.

An. eod. Adelberto, Hamburgenſium & Bremenſium Epiſcopo, variis artibus *Corbejenſem* Abbatiam ad ſe rapere conante, inter alia quoque, *Ottoni* noſtro Abbatiam *Altabenſem* à Rege Puero dari curante, nihilominus *Ottonis Ducis fide & inſtantia, cunctisque Epiſcopi conatibus exploſis, tam Abbati, quam Monaſterio Corbejenſi, ſua libertas, ſua dignitas incolumis conſervata eſt &c.* Ita *Chronicon Lauriſhamenſe*, apud *Freherum* T. I. *Rer. German.* pag. 77. Conf. præc. *Catalog. Ducum Alamann.* v. 42. vita *Rudolphi*, v. 4. pag. 332. Quanta tunc temporis Duci noſtro fuerit in Imperio auctoritas, innuit *Lambertus* h. a. p. 169. iisdemque verbis, *Monachus Herveldenſis*, an. eod. l. c. pag. 383. *Tum Rex conſilio uſus Colonienſis ArchiEpiſcopi, & Ottonis, Ducis Bajoariorum, quorum tunc arbitrio Reſpublica adminiſtrabatur &c.* & rurſus *Lambertus*, ad an. 1070. pag. 179 ſimulque *Herveldenſis Monachus* an. eod. pag. 390. *Clarus eo tempore in Palatio, & magnæ in Republica auctoritatis erat,* Otto, Dux Bajoariorum.

Ann. 1070. Accuſatus à quodam *Eginone*, homine maledico, ac ſi ipſum in Regis necem conduxiſſet, inauditus privatur, *Goslariæ, Ducatu Bavarico.* Ex quo enim *Egino* gladium oſtenderat, quo *Ottonis* inſidiis, Regem interimeret, vocabatur ſtatim Dux Moguntiam; comparenti dictatur ſubeundum *Goslariæ* privati certaminis cum *Eginone*, probandâ innocentiâ, ineundi periculum. Petit Dux ſalvum conductum, licet adverſarium, ex minorum Gentium Diis cretum, nec ullatenus ſibi comparandum, haberet, quo denegato, nec hoſtium malitiæ frivolè ſe expoſuit. Celebratur itaque Curia. Confluunt, qui in eum nefariam peſtem machinabantur. Proponit Cæſar crimen. *Egino* inde redditus ferocior, ſemel delata iterum atq; iterum confirmat. Deteſtantur facinus Principes, quaſi confeſſum. Una omnium ſententia, Ducem Læſæ Majeſtatis reum, *Bavaria* pariter capiteque mulctandum. Vid. præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 107. & 108. Conf. *Viti Arenpeck Chron. Bavar.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 660. *Andreæ Ratisbonenſis Chron. Bavar.* ad an. 1071. apud *Schilterum*, pag. m. 22.

An. 1071. *Rex Natalem Domini Goslariæ celebravit. Ibi, per interventum Rudolphi, Ducis Suevorum,* WELF, *filius Azzonis, Marchionis Italorum, Ducatum Bajoariæ ſuſcepit. Is filiam Ottonis, Ducis Bajoariorum, Uxorem duxerat, &, per jusjurandum, altera jam vice, matrimonio fidem dixerat.* Hæc *Lambertus Aſchaffenburg.* h. a. pag. 181. & totidem verbis, *Monachus Herveldenſis*, an. eod. pag. 391. add. *Bertoldus Conſtantienſis*, Append. ad *Hermannum Contractum*, an. eod. pag. m. 344. *Welf; Dux Bajoariæ efficitur &c. Vitus Arenpeck* l. c. & 661. *Crantzii Metropol.* lib. 5. c. 32 pag. 139. & lib. 3. *Vandal.* c. 10. *Aventinus* lib. VI. *Annal.* Cap. I. §. 9. pag. 579.

An. eod. Subjicit ſe Dux noſter *Henrico* Regi. *In Pentecoſte, Otto jampridem Dux Bajoariæ, cum ſociis ſuis, Regi Heinrico ad deditionem venit ſua ſponte --- 18. Calend. Julii &c.* Hæc *Bertoldus Conſtantienſis* l. c. Conf. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 108. ubi teſtes alii, quibus addas *Adami Bremenſis Hiſtor. Eccleſ.* lib. IV. Cap. XXV. pag. m. 124. & 125. *Dux Otto & Magnus, devaſtata per annum*

Saxonia, tandem, conſilio ArchiEpiſcopi (Hamburgenſis) *in poteſtatem ſe Regis dederunt. Rex Ducatum Ottonis, VVelpo dedit &c. Vitum Arenpeck* l. c. pag. 660. *Conradi Bothonis Chronicon Picturatum*, ad an. 1063. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 327. *Andreæ Ratisbon. Chronicon. Bavaricum*, ad an. 1071. pag. m. 22.

An. 1073. Innocentia laudati Ducis quodammodo patefacta; nam, ut verbis *Lamberti* ad h. a. p. 201. & *Monachi Herveldenſis*, an. eod. p. 405. utar, *Famoſiſſimus ille Egen, qui Duci Bajoariæ, Ottoni, capitale illud crimen intenderat, comprehenſus in quodam latrocinio, à populatribus cæcatus eſt, & ad tantam egeſtatem redactus, ut deinceps, oſtiatim circumeundo, ſtipem publicam peteret. Giſo quoque Comes, & Adelbertus, cum quatuor filiis ſuis, quibus incentoribus idem perditus tragicam hanc fabulam confinxerat, ab hoſtibus ſuis, ob privatas quasdam inimicitias, occiſi ſunt, in Caſtello ipſius Giſonis, Hollenden, Deo vindicante innocentiam Ducis Ottonis &c.* Ducatum tamen recuperare non valuit, etiamſi *VVelfus*, hoc ipſo anno, adverſus Cæſarem rebellaſſet, *Bertoldo* teſte ad h. a. p. 345. Vid. præced. Tit. V. Vita *Henrici IV.* v. 4. ad h. p. 536. & præced. *Catal. Ducum Alamanniæ*, v. 42. in Vita *Rudolphi*, v. 4. an. eod. pag. 333.

An. 1074. Cauſa ejus publicè agi cœpit. Cæſare namque agrum *Hirſſeldenſem* copiis occupante, Abbatemque *Hirſſeldenſem* ad Saxones ablegante, perquiſiturum, num ſpes aliqua recuperandæ pacis ſupereſſet? reverſo inde Abbate, & Cæſarem reddente certiorem, malle Saxones pacem quam bellum, gladios libenter in vaginam remiſſuros, quamprimum poſtulatis ipſorum fieret ſatis; *Tunc miſſi ſunt quatuor ex Epiſcopis, agere cum eis de pace, & promittere, ex nomine Regis, quod omnibus, quæ rationabiliter poſtulaſſent, & quae electi ex utraque parte Judices æqua cenſuiſſent, promptiſſimè annueret, dum ipſi quoque viciſſim juſtis conditionibus acquieſcerent, & manſuetudinem ejus, quam manum militarem, experiri mallent. Ad hæc illi reſponderunt: Nihil aliud ſe poſtulare, quam quod, multis jam ſæpe Legationibus, poſtulaſſent, ſcilicet: Ut Caſtella, quae, ad oppreſſionem eorum, per Saxoniam & Thuringiam exſtruxerint, ſine dilatione dirui jubeat: Ut ſua ſingulis patrimonia, per vim, ſeu per calumniam, erepta reſtituat: Ut DUCI OTTONI, AD QUEM EXTINGUENDUM, FALSA CRIMINATIONE, ET PESSIMO NEFARII HOMINIS ARTIFICIO, IMPUDENTER ABUSUS SIT, DUCATUM BAJOARIÆ REDDAT: Ut Epiſcopo Moguntino, Epiſcopo Colonienſi, Duci Rudolpho, poſtremò omnibus, qui in hac diſſenſione ab eo defeciſſent, aut aliquid, quod Eum læderet, aliarum partium ſtudio, admiſiſſent, impunitatem tribuat &c.* Ita *Lambertus* h. a. p. 203. & Monachus *Herveldenſis*, an. eod. pag. 406. ambo pergentes, ille pag. 205. & hic p. 407. *Tandem ancipiti periculo permotus* (Cæſar) *conſenſit, ut Duci Ottoni, Ducatum Bajoariæ repoſcenti, intra anni ſpatium, juxta Principum jurisdictionem, ſatisfaceret &c.* Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 109.

An. 1076. Redit in gratiam, imò arctam familiaritatem, Regis. Vid. ſupr. l. c. ad h. a. pag. 100.

An 1077. Una cum aliis Principibus, eligit *Rudolphum*, Ducem *Sueviæ*, in AntiCæſarem. Vid. præç. Tit. V. Vita *Henrici IV.* v. 4. ad h. a. p. 342.

An. 1081. cum cæteris *Henrico IV.* adverſantibus, novum ſtatuit AntiCæſarem, *Hermannum Luzelburgicum*, cujus etiam Militiæ Princeps, ceu mox *Bertoldi* teſtimonio probabo, declaratur. Ab initio quidem dubius hæſerat, quid faciendum eſſet? poſtea vero eligentium votis annuit. *Bruno*, ſub finem *Hiſtoriae Belli Saxonici*, ad an 1081. apud *Freherum* T. I. *Rer. German.* p. 152. & 153. hæc ita recenſet: *Principes verò Saxoniae cunctis Gentibus Teutonicae Linguae, non minus inimicis, quam amicis, Legatos miſerunt, ut, Heinrico, Filioque ejus, excepto, quemlibet alium Rectorem eligerent, ſe ei, quicunque eſſet, fideliter ſervituros, pollicentes: quatenus omnia Regni membra, ſicut olim fuerant, in unum, ſub uno Rege convenirent. Menſe autem Junio, Exercitu collecto perrexerunt in Orientalem Franciam, & prædis & incendiis eam vaſtando, multas, quas ſibi fecerant, injurias vindicaverunt; nam flamma latum faciente iter, venerunt non longè ab Avenberch, ibique Suevos, veteres amicos, habentes obvios, de communi negotio Regis conſtituendi, communi conſilio tractaverunt, & poſt multos Tractatus, ut Hermannum Regem eligerent, unanimiter omnes conſenſerunt. Sed dum Saxones læti glorioſique rediſſent, nullumque dubium, de recipiendo Rege, retinerent, Principes adverſæ partis, artis antiquae non obliti, quod electum Regem valde timebant, electionem ejus, ne perficeretur, modis omnibus diſturbare quærebant. OTTONEM ergò DUCEM ſolum ſibi loqui rogabant, multisque pollicitationibus, ei, ut in electione vacillaret, perſuadebant: non tamen, ut certum quid eis promitteret, efficere poterant. Sic eo dubitante, magnaque parte ejus dubitationi conſentiente, tota præterit æſtas, & penè totam Saxoniam commoverat ejus inſtabilitas. In Novembri vero Menſe iterum vocatus ad ſoliloquium, cum jam totus eſſet inclinatus ad noſtrorum partes hoſtium, Dei miſericordia faciente, ne tot ſuos labores, quos pro Patria toleraverat, in ultimis temporibus perderet; equus, cui ſedebat, in plano campo cecidit, ipſique ſeſſori crus unum ita contrivit, ut ferè integro menſe, niſi portatus, ire non poſſet. Igitur ad ſe, gratia Dei monente, reverſus, ſe peccaſſe, & divina*

Digitized by Google

vina Pietate correptum eſſe, intellexit. Miſſis itaque Legationibus diverſis, & hoſtibus renunciavit, & civibus ſuis, ſe ſemper fore fidelem & concordem, fideliter repromiſit. Unde Principes Saxoniæ valdè lætati, Regem ſuum, Herimannum, cum magno tripudio, Goslariæ ſuſceperunt, paucis diebus ante Natalem Domini &c.

(5) Deceſſit tandem anno 1083. *Bertoldo Conſtantienſi* teſte, ad hunc annum, pag. 351. *Hermannus Rex Nativitatem Domini in Suevia cum Principibus Regni, ſatis honorificè celebravit. Inde cum Exercitum in Longobardiam movere vellet, moleſta ſibi Legatio de Saxonia venit, quippe quod Otto Dux, Prudentiſſimus Miles, obierit, quem in Saxonia, pro Capitaneo omnium ſuorum, reliquit &c. Albertus Stadenſis* verò Eum anno demùm 1105. ad plures abiiſſe arbitratur, ſcribens h. a. pag. 148 *Otto, Saxo Genere, quem, ſicut prædictum eſt, Cæſar Ducatu privaverat Bawariæ, & Welponi Suevo dederat, obiit &c.* Verior autem prior ſententia, quia (1) *Bertoldus Alberto* antiquior, (2) *Bruno*, verbis modò adductis, annum 1081. *ultimum Ottonis tempus* vocat; (3) ab anno 1083. usque ad annum 1105. nihil de Ejus rebus geſtis annotatum reperitur.

(44) WELFUS I. ſeu Senior.

(1) Filius *Azonis*, Marchionis Eſtenſis, & *Cunizæ, Welfonis* Carinthiæ Ducis Comitisque Altorfenſis gnatæ. Vid. *Bertoldus Conſtantienſis*, Append. ad *Hermannum Contractum*, ad ann. 1097. pag. m. 376. *Azzo, Marchio de Longobardia, Pater Welphonis, Ducis de Bajoaria, jam major centenario, ut ajunt, viam univerſæ Terræ arripuit &c.* & *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, ad annum 1071. p. m. 181. *Welf, filius Azzonis, Marchionis Italorum, Ducatum Bajoariæ ſuſcepit &c.* Quæ *Monachus Herveldenſis*, ann. eod. apud *Schardium* T. I. *Rer. Germ.* pag. 391. repetit; clarius adhuc *Chronicon Monachi Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, apud Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer-Brunſuic.* pag. 797. *Welf, Dux Carinthiæ, filius Welfonis, frater Chouniha* (Chounizæ) *quam duxit Azzo, Marchio Italiæ &c.* &, paucis interjectis: *Welf, Dux Noricorum, filius Chonihæ & Azzonis &c.* Conf. *Ladislaus Sundheimius*, Canonicus *Viennenſis*, de *Familia Welphonum*, ibid. pag. 803. *Cunitza, vel Contza, filia Welphonis, ſecundi ejus nominis, & ſoror Welphonis, Tertii ejus nominis, Ducis Carinthiae, Comitis Altdorfenſis, Domini Marchiae Veronenſis, Azoni, Marchioni Eſtenſi opulentiſſimo, matrimonio jungitur, ex quo Welphonem filium, Quartum ejus nominis, genuit &c.* nec non *Vitus Arenpeck, Chron. Bavar.* ibid. Tom. 3. pag. 661. *Guelfo, Vir Illuſtris*, (natus) *Patre Azzone, ditiſſimo Marchione Eſtenſi, Matre Chunza, Guelfonis Secundi filia, & Tertii ſorore. Aventinus*, lib. VI. *Annal.* Cap. I. §. 9. pag. m. 579. aliique plures. Perperam igitur Patris Matrisque nomina confundit *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad ann. 987. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 316. illum *Kountz*, hancque *Atzem* vocans: *Greve Kountz van Beyeren, nam des Marggreven Dochter van dem Berghe Calym, unde ſynd des Geſlechtes der Marggbreven to Montaw* (Mantua) *de het Atzem, de telde æm drey Sone; de erſte heyt Wolpy, de krech wedder van dem Keyſer dat Hertochdom to Beyeren. De ander Son, de het Borkart, de wart eyn Biſchop to Halberſtad. De Dridde Son het Symon, de wart eyn Biſchopp to Bremen &c.* Ad quem locum Illuſtris Dn. de *Leibnitz*, in Introductione in hunc Tomum Tertium, pag. m. 11. rectè: *Corrigendus eſt jocularis error Autoris, qui nomina Mariti & Uxoris permutavit. Azo erat Maritus, & Cuniza, id eſt, Cunigundis, erat Uxor, filia Principis Bavarici: ex quo matrimonio natus Welfo, ab Imperatore Ducatum Bavariæ non quidem recepit, (nam maternus Avus & Avunculus, Principes quidem in Bavaria, ſed non Bavariæ Duces, fuerunt,) ſed accepit, Ottoni Saxoni, Gente Northenio, ipſius Welfonis Socero, ademtum. Illud vero egregium eſt, in alio edito tunc Autore aut noto non extans, Patrem Welfi Ducis fuiſſe de Monte Calim. Eſt autem Calaonis arx proxima Oppido Ateſtino, & fuit de antiquo Eſtenſium Patrimonio. Itaque Annaliſta antiquus, nondum editus, habet, Azonem fuiſſe* (*Dynaſtam*) *de Caſtris Eſtim & Calim. Cæterum, quæ de fratribus Welfonis, Burcardo, Halberſtadenſi Epiſcopo, & Simone Bremenſi, habet Autor noſter, falſa ſunt, &, neſcio quo errore, nata.* Errat inſuper *Hundius*, Tom. 3. *Metropolis*, pag. m. 143. *Welfi* noſtri Parentem eodem nomine compellando, verb. *Fundatum eſt hoc Monaſterium* (Raitenburch) *ann. 1185. à Guelphone IV. hujus nominis, & Primo Duce Bavariæ, cujus Pater, ejusdem nominis, Guelpho III, Monaſterium in Altorff, quod nunc Weingarten dicitur, in Suevia, ac S. Martino, omne ſuum Patrimonium in perpetuum donavit &c.* Quandoquidem *Welfus III.* noſtri *Welfi* Avunculus fuit, non Pater.

(2) Nuptias celebravit

(1) Cum *Ethelinda*, fil. Anteceſſoris ſui, *Otto-*

nis Ducis, cui repudii libellum dedit. Vid. præc. Vita *Ottonis*, v. 3.

(2) *Juditta, Balduini*, Flandrorum Comitis, gnata, Anglorum Regis vidua, de qua *Conradus Urſpergenſ.* in Vita *Lotharii Saxonis*, pag. *m.* 210. *Accepit autem* (Welfus) *Reginam Angliæ, tunc viduam, filiam ſcil. Balduvini, Nobiliſſimi Comitis Flandriæ, Juditham, in Uxorem &c.* & *Weingartenſis Monachus* l. c. in vita noſtri Principis, p. 784. *Accepit autem Reginam Angliæ, tunc viduam, filiam ſcilicet Baldubini, Nobiliſſimi Comitis Flandriæ, Juditam, in Uxorem &c.* Add. *Ladislaus Sundhemius* l. c. pag. 803, laudati Ducis noſtri memor: *Cui Juditha Uxor erat, Balduini, Comitis Flandriæ, filia, & Regis Angliæ relicta &c.* & *Vitus Arenpeck* l. c. pag. 661. *Accepit autem* (Dux noſter) *Reginam Angliae, tunc viduam, filiam ſcil. Balduwini, Nobiliſſimi Comitis Flandriæ, Juditham, in Uxorem &c.* & *Hundius* l. c *Guelpho prædictus fuit Vir Strenuus, armorum periтiſſimus, & ſapientia tam forenſi, quam civili, præditus --- Uxorem duxit Reginam Angliæ, Juditham nomine, viduam, filiam Nobiliſſimi Comitis Flandriæ &c.* Meminit ejus *Urbanus*, P. R. in Bulla ann. 1090. apud *Gewoldum* Tom. 3, Addit. *Hundii Metropolis* pag. 143. ibi: *Welfo, Dux Bavariorum, & conjux ejus Judita &c.* De ejusdem obitu, inquit *Bertoldus Conſtantienſis* ad an. 1094, p. m. 370. *Judinta, Uxor Ducis Welphonis Bajoariæ, jam diu infirmata, & ea caſtigatione non parum meliorata, diem clauſit extremum, quarto Non. Martii, & apud Monaſterium, quod maritus ejus, in honorem S. Martini, in proprio allodio conſtruxit, à Gebehardo, Conſtantienſi Epiſcopo, honorificè ſepelitur &c. Conradus Botho* l. c. ad ann 1063. pag. m. 327. perperam ei *Wichgandae* nomen tribuit: *De Hertoghe Wolpy, des olden Greven Kuntzen* (conjugem, *Cunigundam*, iterum confundit cum marito, *Azone*,) *Sone, dem was gelovet duſſes Hertoghen Otten, unde Greven van Northem Dochter, de het Ethelina, de vorleyt he, do he eyn Hertoghe wart to Beyeren, in eres Vaders ſtidde, umme den Willen, dat he do moſte by vall don den Keyſer, unde ſynem Swager affvallen. Do nam ſe wedder Greve Herman van Weſtvalen. Unde Hertoghe Wolpy nam wedder Wichgandam, Konigh Herodes Weddeven in Engelant &c.* Henningeſio, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 114, vocatur hic Rex Angliæ, *Toſto*, qui ſimul *tertiam* Duci noſtro *Uxorem* vindicat, ſcil. *Agnet. m. Henrici III.* Imp. viduam. Hanc vero ſacrum velum, ab Imperatoris mariti exceſſu, ſumſiſſe, in vita laudati Cæſaris, præced. Tit. V. v. 2. p. 524 notavi.

(3) Liberorum hæc nomina:

(1) *Welfus Junior*, de quo ſeq. v. 45.

(2) *Henricus Niger*, de quo ſeq. v. 46.

(3) *Segebardus*, cujus mentio fit in *Chronico Picturato Conradi Bothonis* l. c. *De* (Uxor ſecunda Welfonis) *telde eme drey Sone, unde eyne Dochter. De erſte Sone de het Hinrick de Swarte; De ander het Wolpy; De dridde, Zegebart &c.* De quo etiam *Ladislaus Sundhemius*, l. c. p. 803. *Sigebertus, Comes Bavariæ, filius Welfonis IV, & frater Welfonis V. ac Hainrici Nigri, Ducum Bavariæ. Ada, ejus Uxore, filia Gebhardi, Comitis de Suppleiburg in Saxonia, & ſoror Lotharii Cæſaris, Ducis Saxoniæ &c.* add. *Henningeſius*, l. c. p. 115. *Zegebardus, ſubitanea morte periit, Anno Chriſti* 1070. *Uxor Oda, Comitiſſa Flandriæ.*

(4) *Adelheid*, de qua *Conradus Botho* loc. cit. pergit: *De Dochter heyt Alheyt, unde nam Borggreven Cord to Meydeborch &c.* Ita & *Ladislaus Sundhemius* l. c. p. 803. *Adalhaide, filia Welphonis IV. Ducis Bavariæ, ſoror Welphonis V. Hainrici Nigri, & Sigeberti, Comitis Bavariae; Uxor Conradi, Burggravii Magdeburgenſis &c.* In *Arbore Genealogica Guelfonum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 669, hæc, de eadem, occurrunt: *Adelhait, Uxor Friderici de Rotenberg, ſuper Neccare &c. Henningeſius* eam bis nuptam perhibet, ſcribens loc. cit. *Adelheidis, nupta* (1) *Sighardo, Burggravio Ratisbonenſi*, (2) *Conrado, Marchioni Landsbergenſi &c.* Hinc ſua Dn. *Hubnerus Tabb. Geneal.* §. 151.

(4) Vitam ejus compendio exhibet Monachus *Weingardenſis*, de *Guelfis Principibus* l. c. pag. 784. *Hic eſt ille Gwelf, qui primus ex noſtris Ducatum Bavariorum adeptus, magnifica multa in eo, ſicut & in aliis Regni partibus, peregit. Erat enim Vir armis ſtrenuus, conſilio providus, ſapientia, tam forenſi, quam civili, præditus. Unde & omnes tempeſtates bellorum contra ſe, & contra alios, in invicem in finibus ſuis exortas, magna vel moderatione, vel ſeveritate, compeſcuit. Imperatori, antequam machinationes in mortem ſuam patraſſet, & antequam Eccleſiam Dei manifeſtè impugnaſſet, fideliſſime adhærebat; Eique, cum contra Saxones dimicaret, in tribus funeſtiſſimis congreſſionibus, ſtrenuiſſimè muniebat. At, ubi multa inhoneſta de Eo in medium proferebantur, & , quod majus eſt, Dominum Apoſtolicum, Gregorium VII. Gwiperto, Ravennenſi ArchiEpiſcopo, intruſo, de ſede*

ſua

Digitized by Google

ſua expulit, ipſe cum aliis Catholicis Principibus, ab Eo declinavit, & à modo Eum multis modis inquietavit. Unde & cum Sigefrido, Auguſtenſi Epiſcopo, qui parti, imo inhumanitati Ejus, favebat, diu & acerrimè dimicavit; quem tandem, cum multis, in Civitate ſua comprehenſum, in vincula jecit, & in Caſtro Ravenſpurg catenatum multo tempore conſervavit. Civitatem quoque eandem præda & incendio devaſtavit .... Hic eſt ille, qui primus ex noſtris, eò quod fautoribus ſuis, in tot commotionibus bellorum, prædia ſua diſtribuendo, paternos reditus, comminuit, manus ſuas Epiſcopis & Abbatibus præbuit, & beneficia non modica ab eis recepit. Omnes poſſeſſiones Luitoldi Comitis, quas in partibus iſtis habuit, præter illas, quas in Zwifalten S. Mariæ contradidit, cum duobus caſtris, Achalin (Achalm) *& Wulfelingen, ipſo donante, poſſedit. Patrimonium quoque Comitis Ottonis de Buchorn, eo vivente, & bona voluntate tradente, recepit & obtinuit. Denique, cum ad ſenilem ætatem veniſſet, & Ratenburchenſem Eccleſiam conſtruere cœpiſſet, & ſatis copioſe dotaſſet, Altorfenſe quoque Monaſterium prædiis, decimis, & mancipiis, nec non Eccleſiaſticis ornamentis abundantiſſimè ditavit, alias etiam Eccleſias, ad ſe pertinentes, aliquo modo melioraſſet; volens, de exceſſibus ſuis, difficiliorem ſatisfactionem exhibere, Jeroſolymitanum iter arripuit; quod & in maximis perſecutionibus & periculis, Ungariam & Græciam tranſiens, perſolvit; ſepulchrum enim Domini, & alia loca ſancta, omnibus ſuis pene amiſſis, viſitavit. Deinde, ad reverſionem ſe parans, Cyprum adiit, ubi, de hac vita decedens, ſepultus eſt; oſſa tamen Ejus poſtea inde ſublata, ad Altorfenſe Monaſterium tranſlata & repoſita ſunt &c.* Hinc ſua *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Lotharii Saxonis*, pag. m. 210. & *Ladislaus Sundhemius* l. c. pag. 803. *Hundius* l. c.

Anno 1071. proſcripto Socero, *Ottone*, Ducatum *Bavariæ* ab Imperatore, *Henrico IV.* obtinuit. Vid. præced. Vita *Ottonis*, v 4. ad h. a.

An. 1073. una cum *Rudolpho*, Duce Sueviæ, & *Bertolfo*, Duce Carinthiæ, arma ſumit adverſus Cæſarem. Vid. præced. Tit. V. Vita *Henrici IV.* Imp v 4. ad h. a. pag. 536. & præced. *Catal. Ducum Alamann.* v. 42. in Vita *Rudolphi*, v. 4. an. eod. pag. 333.

Ann. 1074. redit in gratiam Imperatoris. Vid. *Bertoldus Conſtantienſis*, Append. ad *Hermannum Contractum* h. a. p. 345. *Rudolfus Dux, & cæteri,* (Bertolfus, Carinthiæ, & Welph Bajoariæ Duces, quos ad an. 1073. nominat) *reconciliantur Regi &c.*

Ann. eod. XI Kal. Decembr. *Ratiſponæ*, notum facit *Heinricus, divina favente Clementia Rex, omnibus Chriſtofidelibus, qualiter, in præſentia Principum ſuorum, Gebhardi, Salzburgenſis ArchiEpiſcopi, Ottonis, Ratiſponenſis Epiſcopi, Welph Ducis Bavariæ, cæterorumque Fidelium ſuorum, ex prædio, quod Salomon, Rex Ungarorum, poteſtati ſuæ ſubjugavit, Sanctæ Dei Genitrici, Virgini Mariæ, in Eccleſia Friſingenſi, ubi corpus S. Corbiniani requieſcit, centum manſos, in locis Scheiriches - Burgge, Chuniuglsprunnen, Newndorf, Haſilowe &c. cum omnibus appendiciis, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, vineis, terris, cultis & incultis, viis & inviis, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, exceptis venationibus ex Wiltwamo in Lathaberge, aliis autem omnibus utilitatibus, in proprium tradendo firmaverit &c.* apud *Gewoldum*, Addit ad Tom. I. *Metropolis Hundii*, pag. m. 153. & edit. nov. pag. 103.

Circa idem tempus, *rogatu Welfonis Ducis*, reſtituit Imperator *Henricus* Abbati *Beurenſi*, loca quædam, ipſius Eccleſiæ donata. Vid. *Gewoldus*, Tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim*, pag. 145.

Ann. 1077. intereſt Conventui *Ulmenſi*, denuò à Cæſare, diris expoſito, deficiens. Vid. præced. Tit. 2. § 10, lit. d, ad h. a. pag. 111.

Ann. 1078. *Rudolfo* (recens electo Anti-Cæſare) *in Saxoniam reverſo, Heinricus, derepente recollectis viribus, Alamanniam præda, ferro, & igne, circa Feſtum omnium Sanctorum, devaſtavit, Terram videlicet Catholicorum Ducum, Bertoldi* (Carinthiæ) *atque Welfonis*, (Bavariæ) *& aliorum* S. *Petri fidelium, penitus diſſipare aggreſſus eſt &c.* Hæc *Bertoldus Conſtantienſis* h. a. pag 349. Conf. *Sigebertus Gemblac.* ann. eod. pag. 603 *Albericus*, ann. eod. pag. 122. *Conradus Urſperg.* an. eod. pag. m. 170.

Ann 1084. *Welpho, Dux Bajoariæ, Civitatem Auguſtam, à quodam Sigefrido, nec nominando Epiſcopo, cum Bajoariis invaſam, viriliter eripuit, eamque legitimo Paſtori, Wigoldo, ſubjugavit &c.* Ita *Bertoldus* h. a. pag. 353. Conf. *Monachus Weingartenſis* l. c. *Otto Friſingenſ.* lib. VII. *Chronic.* Cap. VII. pag. 143. *Conradus Urſperg.* in Vita *Lotharii Saxonis*; p. m. 210. *Aventinus*, Lib. V. *Annal.* Cap. 16. §. 8. p. m. 562. *Sundhemius* l. c. Quamvis, adhuc ipſo hoc anno, Cæſar *Auguſtam* recuperaverit, teſte *Chronographo Saxone* h. a. pag. 264. *Heinricus Imperator, de Italia reverſus, Auguſtam, ab Alamannis invaſam, obſedit & cepit &c.* Conſentiunt: *Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, h. a. pag. 457. *Annales Hildesheimenſ.* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 732. *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Henrici IV.* an. eod. p. 172. *Albertus Stadenſis*, an. eod. pag. 140.

Ann. 1085. *Cum ad ſenilem ætatem perveniſſet* (Dux

noſter) *Monaſterium Raytenbuech conſtruere cœpit, & ſatis copioſè dotavit &c.* Ita *Vitus Arenpeck Chron. Bavar.* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. III. p. 661. Hinc ſua *Hundius*, Tom. 3. *Metropolit*, pag. 143.

Ann. 1086. *Principes Bajoariorum Duci ſuo Welphoni, in Paſcha reconciliati, ab Henrico* (Rege) *diſceſſerunt, Eumque, cum eodem Duce, & reliquis Alemannorum Principibus, armata manu Ratisponæ invaſerunt, &, ne diſcedere poſſet, multo tempore Eum ibi detinuerunt &c.* Sunt verba *Bertoldi Conſtantienſis* h. a. pag. 358.

Ann. 1088. *Dux Welph* Civitatem *Auguſtam recuperavit, capto ejusdem Epiſcopatus invaſore, Sigefrido &c.* Ita *Bertoldus* h. a. pag. 360. Confer. *Chronographus Saxo*, ann. eod. p. 270. *Conradus Urſpergenſ.* l. c. an. eod. pag. 173. *Albertus Stadenſ.* an. eod. pag. 140. *Aventinus* l. c.

Ann. 1090. Cal. Febr. Dat. *Anagine*, *Urbanus* Pontifex in tutelam ſuſcipit Monaſterium Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, in *Raitenbuech*, à Duce noſtro fundatum, verb. *Quia igitur fideliſſimi Romanæ Eccleſiæ filii, Welfo, Dux Bavariorum, & Conjunx ejus, Judita, pro animarum ſuarum ſalute, Canonicam Fratrum, ſecundum Regulam B. Auguſtini viventium, in loco, qui Rettenbach dicitur, conſtituentes, eandem domum B. Petro, devotione debita, obtulere. Nos --- præfatam Canonicam --- in jus perpetuum ac tutelam Apoſtolicæ Sedis ſpecialiter ſuſcipimus.* Vid. *Gewold.* ad *Hundii* Metrop. Sal. Tom. 3. pag. m. 99. edit. nov.

Ann. 1091. *Welph, Dux Bajoariæ, in Auguſto menſe, Longobardiam ingreditur, ut Heinrico Regi reconciliaretur, ſi ipſe vellet permittere, ut Apoſtolica Sedes à Guiberto hæreſiarcha invaſa, canonicè diſponeretur; nec non ſi eidem Duci, filioque ejus, Welphoni, cæterisque eorum fautoribus, bona eorum reddere vellet, quæ eis injuſtè ablata forent. Quam conditionem ille noluit adimplere. Unde & Dux in Alamanniam non tardavit redire. Multi tamen ex Alemannis Heinrico Regi reconciliati ſunt, & excommunicationem Sedis Apoſtolicæ communem ſibi cum Heinrico fecere. Dux autem iterum multos contra Heinricum, ejusque fautores, incitavit, ut etiam novum Regem eligere decernerent, ſi quorundam pigritia, ſive malevolentia, eos non impediret &c.* Hæc rurſus ex *Bertoldo* h. a. pag. 365.

Ann. 1092. *Heinricus quoque, impius Imperator, in Longobardia jam biennio morabatur, ibique circumquaque Terram Welphonis, Italici Ducis, præda, ferro, & incendio, devaſtare non ceſſavit, ut eundem Ducem, & prudentiſſimam ejus Uxorem, à fidelitate S. Petri diſcedere, ſibique adhærere compelleret, ſed fruſtra. Nam Dux in ſua ſententia perſtitit, ipſique ſatis viriliter reſtitit. Sed & Pater ejusdem Ducis, Welpho, Dux Bajoariæ, eundem Heinricum, ante proximam Nativitatem Domini, mirabiliter confudit, quem ad colloquium pervenire prohibuit, quod idem Heinricus, & Rex Ungariæ, condixerant, ad quod etiam penè jam convenerant &c.* Ita *Bertoldus* h. a. pag. 366.

Ann. 1093. *Dux Welpho, & Comes Udalricus de Brigantio, & alii quamplures, omnimodis ſe invicem incendiis devaſtare aggreſſi ſunt &c.* Sic *Bertoldus* h. a. pag. 368.

Ann. eod. Conrado, filio Imperatoris *Henrici IV.* in ipſum Patrem inſurgente, Regiosque honores uſurpante, *Welpho, Dux Bajoariæ, non multo poſt, ad eundem noviter coronatum Regem, in Longobardiam venit, Eique, cum filio ſuo, fideliter adhærere ſategit &c.* Hæc idem l. c. pag. 369. Conf. plura præced. Tit. V. Vita *Henrici IV.* v. 3. ſub *Conrado* hoc pag. 530. & 532.

Ann. eod. Gebehardus, Conſtantienſis Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Welphonem, Ducem Bajoariæ, per manus, in Militem accepit; ſicut & proprium fratrem, Bertoldum, Ducem Alemanniæ, jam dudum fecit. Cum quibus, & reliquis Alemanniæ Principibus, magnum Conventum apud Ulmam habuit &c. Ita *Bertoldus* l. c.

Ann. 1094. firmiſſimam pacem facit, cum *Bertoldo* Duce, reliquisque Alemanniæ Principibus. Vid. præced. *Catal. Ducum Alamann.* v. 44. Vita *Bertoldi II.* v. 4. ad an. 1094. pag. 337.

Ann. 1095. *Welpho, filius Welphonis, Ducis Bajoariæ, à conjugio Dominæ Mathildis ſe penitus ſequeſtravit, aſſerens, illam à ſe omnino immunem permanſiſſe: quod ipſa in perpetuum reticuiſſet, ſi non ipſe prior illud ſatis inconſideratè publicaſſet. Unde Pater ipſius in Longobardiam nimis irato animo pervenit, & fruſtrà diu multumque, pro hujusmodi reconciliatione laboravit. Ipſum etiam Heinricum ſibi in adjutorium aſcivit, contra Dominam Machtildam, ut ipſam, bona ſua filio ejus dare, compelleret, quamvis nondum illum in maritali opere cognoſceret &c.* Hæc *Bertoldus* h. a. pag. 373.

Ann. eod. Welpho, Dux Bajoariæ, cum filio ſuo, Welphone, tandem de Longobardia in Alemanniam rediit, multumque, de reſtitutione Heinrici in Regnum, quamvis de anathemate non abſolutum, cum Principibus Regni, fruſtra laboravit: nam & Fautores Heinrici non facilè ejus perſuaſioni crediderunt: Catholici autem excommunicationem & perjurium incurrere timuerunt, ſi reciperent Henricum, quem, ſub excommuni-

municatione, communiter abjuraverunt &c. Hæc idem, l. c. pag. 374.

An. 1096. *Welf, Dux antea Noricus, qui ab Heinrico jam dudum abjuraverat, &, ob id, Ducatum perdiderat, in gratiam Ejus redit, Ducatumque recipit.* Ita *Chronographus Saxo* h. a. pag. 272. Quæ *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Heinrici IV.* an. eod. p. m. 174 repetit; Conf. *Vitus Arenpeck, Chron. Bavar.* apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. pag. 661. *Anno Chriſti* 1096. *Guelfo, Dux ante Noricus, qui ab Imperatore jam dudum abjuraverat, & ob id Ducatum perdiderat, in gratiam ejus rediit, Ducatumque recepit; atque, ut ſenior filius ſuus, Guelfo, ſibi in Ducatu ſuccederet, ab Imperatore obtinuit &c.* nec non *Andreæ Ratisbonenſis Chronicon Bavaricum*, Edit. *Schilter.* pag. m, 22. *Hic jam dictus Welfo, poſtea perdens Ducatum Bavariae, iterum ad Imperatoris gratiam rediit; & denuò factus Dux Bavarorum, uni è duobus filiis ſuis, ut, poſt ſe, ſibi committeretur Ducatus Bavariae, obtinuit &c. Aventinus* lib. V. Cap. XVI. §. 10. p. m. 502. & §. 13. p. 563. & Lib. VI. Cap. I. §. 10. pag. m. 579. ubi: *Viginti annos exulavit. Tandem, deſerta Urbani & Hildebrandi ſecta, ab Imperatore reſtituitur, Ducatum Bajoariæ non ſolum ſibi, ſed & filiis ſuis, Welphoni & Hainrico, quos ex Juditha, filia Baldovini Flandri, tulit, impetravit &c.*

An. 1097. Defuncto *Azone*, Marchione Italiæ, *Welpho Dux omnia Patris ſui bona, utpote Matri ſuæ donata, obtinere voluit: ſed fratres ejus, de alia matre procreati, noluerunt ſe penitus exhæredari; unde & aditum ei in Longobardiam prohibuerunt, cum iret ad poſſidendum.* Ita *Bertoldus* h. a. pag. 376. interjectis paucis, addens: *Dux Welpho Bajoariæ Longobardiam profectus eſt, ad poſſidendam hæreditatem Patris ſui, Azzonis Marchionis, qui nuper defunctus eſt. Sed filii ejusdem Marchionis, de alia Conjuge, prædicto Duci totis viribus reſtitere. Unde idem Dux adjutorium Heinrici, Ducis Carentani, & Fratris ejus, Aquilejenſis Patriarchæ, coactus adſciſcere, fratres ſuos hoſtiliter invaſit, ſicque hæreditatem Patris de manibus eorum, ex magna parte, ſibi vendicavit &c.* Illuſtrat locum hunc Illuſtris Dn. de *Leibnitz*, ſub initium *Introductionis* in Tomum I. *Scriptorum Rerum Brunſ.* ſcribens: *Duxerat Azo primis nuptiis Cunigundem, ex ſtirpe veterum Guelforum, quæ mox, defuncto ſine liberis fratre, Duce Carinthiæ, terrarum patrimonialium hæres fuit --- Ex Cunigunde, Azo, Guelfum, novorum Guelforum auctorem, ſuſcepit, qui, ultra Majores maternos paternosque magnitudine provectus, obtinuit Bavariæ Ducatum. ---- Azo, defuncta Cunigunde, rurſus inſignium Terrarum hæredem, ſecundis nuptiis, duxit ex Gallia, Garſendim, Comitiſſam Cenomannorum; unde Viri prudentiam & exiſtimationem intelligas. Ex eo matrimonio, Hugo & Fulco nati, quorum ille Comitatum maternum obtinuit; ſed Fulco ſtirpem in Italia propagavit, & Marchiones Eſtenſes ſevit, qui mox Ferrariam, Mutinam, Regium, ex veteri Mathildis Ditione, acquiſiverunt, & tandem Ducatus axioma obtinuerunt &c.* Eadem profert in Epiſtola *Sur la connexion des Maiſons de Brunſvic & d' Eſte*, anno 1695. Hanoveræ edita, pag. 4. *Azon eut des Enfants de deux femmes, dont la premiere fut Cunigonde, heritiere des anciens Guelfes de la Haute Allemagne, qui avoient leurs Terres en Baviere & en Suabe, jusques au Lac de Conſtance &c.* & pag. 5. *Azon eut de Cunigonde un Fils, nommé auſſi Guelfe, qui obtint les Etats échus par la mort de ſon oncle maternel, & depuis fut fait Duc de Baviere, par l' Empereur Henry IV. &c.* & p. 7. *Azon, après la mort de Cunigonde, epouſa la fille du Comte du Maine, en France, & en eut Hugues & Fulques. L' Hiſtoire rapporte, que le Prince Hugues obtint la Succeſſion du Maine, par les droits de ſa Mere, mais qu' il les transporta depuis ſur un autre, parcequ'il étoit trop incommodé par la puiſſance du Duc de Normandie, connu ſous le nom de Guillaume le Conquerant, Roy d' Angleterre. Fulques fut le propagateur de la Branche Italienne, & c' eſt de Lui, que tous les Princes d' Eſte d' Italie ſont deſcendus &c.*

An. 1101. Proficiſcitur in Terram Sanctam. Vid. *Otto Friſingenſ.* lib. VII. *Chron.* Cap. VII. ad h. a. p. 143. *Guilhelmus, Comes Pictavienſis, & Dux Aquitanniæ, Themo, Juvavienſis ArchiEpiſcopus; Guelfo, Noricorum Dux, qui, in guerra cum Imperatore, Friſingenſem & Auguſtenſem deſtruxit Urbes, Itha Marchioniſſa, Leopoldi Marchionis Orientalis Mater ---- Hieroſolymam, per Ungariam & Græciam, pergunt, quos Alexius Imperator, in arctis locis fraudulenter expoſitos, penè omnes crudeliter extinxit &c. Chronica Auguſtenſis*, an. eod. apud *Freherum* T. I. *Rer. Germ.* p. 357. *Welpho Dux, cum multis, Jeroſolimam proficiſcitur &c.* & *Monachus Weingartenſis*, de *Guelphis Principibus*, ann. eod. apud Ill. Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. p. 792. *Guelfo, Dux Senior, iter Hieroſolymitanum aggreſſus eſt, tertio Calendas Aprilis.* Conf. *Albertus Aquenſis*, lib. VIII. *Expeditionis Hieroſolymitanae*, Cap. 34. Tom. I. *Geſtorum Dei per Francos*, pag. m. 324. *Willehelmus Comes & Princeps Pictavienſium, de ſanguine Henrici III. Imperatoris Romani, pacificè tranſito Regno Ungarorum,*

rum, cum Duce Bawariorum, Welſone, & cum Co*mitiſſa Nobili, nomine Ida, de Marchia Oiſterrich, in ingenti manu Equitum & Peditum, & fœminei Sexus, ſupra centum & ſexaginta millia, in apparatu copioſo, Terram Bulgarorum eſt ingreſſus &c.* De Geſtis ejus in TerraSancta,legas ib. C. 37, 38. 39, 41, & 42, p. 325.

(5) Finivit tandem vitam, in *Cypri* Inſ. cum domum reverteretur, anno 1101. ut *Albertus Aquenſis* l. c. Cap. 43, ad h. a. p. 326. verb. *Welſo autem Dux obſidionem hanc* (Urbis Tortoſæ) *devitans, Jeruſalem, ad adorandum, deſcendit, unà cum Reinoldo, Duce Burgundiæ, ---. Jeruſalem perveniens, adorato Jeſu Domino, & ejus ſepulcro, poſt aliquot dies, navigio, usque ad Inſulam Cyprum, reverſus eſt, ubi & ipſe infirmitate detentus, mortuus & ſepultus eſt &c.* Conf. *Otto Friſingenſ.* l. c. *Vitus Arenpeck, Chron. Bavar.* apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom. 3. pag. 661, Ducis noſtri memor: *Volens itaque Deo, pro ſuis exceſſibus, ſatisfacere, Hieroſolymam verſus, iter arripuit, ſepulchrumque Domini, & alia ſancta loca, devotè viſitavit, Anno Chriſti* 1101. *deinde, ad reverſionem ſe præparans, Cyprum adiit, ubi vitam clauſit extremam. Oſſa tamen ejus, inde ſublata, ad Altorffenſe Monaſterium translata & repoſita ſunt &c.* & Aventinus, lib. VI. *Annal.* Cap. I, §. 11, pag. m. 580. *Hieroſolyma penetravit,* (Welfus) *viam ferro ſibi aperuit. Tandem, omnibus amiſſis, dum reverti parat, in Cypro, Paphi, decedit, ibique humatur, Anno Æræ noſtræ milleſimo, centeſimo ſuper primum &c. Henningeſius,* Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia,* pag. 114. aliique volunt: vel an. 1102. ceu *Fulcherius Carnotenſis,* de *Geſtis peregrinantium Francorum in Terram Sanctam,* quibus ipſe præſens fuit, in vita *Balduini* Regis, Tom. I. *Geſtorum Dei per Francos*, p. 413, obſidium *Tortoſæ* anno 1102. vindicando, pariter ac Auctor *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ*, Part. 2, ibid. p. 603. & 604, cenſent, cujus etiam ſententiæ eſſe videtur *Albericus, Monachus trium fontium,* an. eod. p. 191, præfata *Ottonis Friſingenſis* verba repetens. Factum comprobant *Monachus Weingartenſis*, cujus teſtimonium præced. v. 4. jam exhibui, & ad illud provocans *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Lotharii Saxonis*, p. 219. *Andreas Ratisbonenſis, Chron. Bavar.* pag. m. 22. multique alii. Errat omninò Auctor *Arboris Genealogicæ Guelfonum,* apud Ill. Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3, pag. 669, ſcribens: *Guelfo IV. Dux Bavariæ, ducavit annis octodecim, obiit* 1119. *&c.* quod aſſertum nec tempori Ejus Regiminis, nec anno obitus, reſpondet;

(45) WELFUS II, ſeu Junior.

(1) Eum fuiſſe filium *Welfi I.* modò laudati, & *Juditæ* Flandrenſis, palam eſt. *Monachus Weingartenſis,* de *Guelfis Principibus,* in vita *Welfonis IV.* (qui nobis primus eſt, ſcil. inter Bojorum Duces, adeoque Principis noſtri Parens,) apud Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 784, ait: *Ex qua* (Judita) *duos filios, Gwelfonem ſcilicet, & Heinricum, quorum uterque Ducatum Bavariæ, alter poſt alterum, poſſederat, progenuit &c.* & pag. 785. in vita ipſius noſtri Ducis: *Igitur, poſt mortem Patris, Gwelfo, major natu, paternum Ducatum recepit &c.* Conf. *Bertoldus Conſtantienſis*, Append. ad *Hermannum Contractum*, an. 1091, 1092, 1093, 1095. &c. verbis præced. vita *Welfi I*, v. 4, ad h. a. occurrentibus; *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Lotharii Saxonis*, p. m. 210. præfata *Weingartenſis* Monachi verba repetens; *Arbor Genealogica Guelfonum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I, p. 800. *Vitus Arenpeck, Chron. Bavar.* ibid. Tom. 3, pag. 661. *Ex qua* (Juditha) *duos filios, Guelfonem & Heinricum, quorum uterque Ducatum Bavariæ, alter poſt alterum, poſſedit, progenuit, & multa magnifica peregit &c.* & pag. 662. *Hic Dux Guelfo, moriens, duos filios, Guelfonem & Heinricum, reliquit &c.* & in *Arbore Genealogica Guelfonum* l. c. pag. 669. *Ladislaus Sundheimius*, de *Guelfis Principibus*, ibid. T. I pag. 803. *Welſo V. ejus nominis, Comes Altdorfenſis, & Dux Bavariæ, filius Welfonis IV. Ducis Bavariæ, & Judithæ, ejus Uxoris, Comitiſſæ Flandriae Natione, major natu &c.* Reliqui. Adeoque minus rectè *Conradus Botho* in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad an. 1063. *Henricum* fratrem, natu majorem, & Ducem noſtrum, natu minorem fuiſſe arbitratur; vid. præced. vita *Welfonis IV.* v. 3. voce *Segebardus*, pag. 434.

(2) Torum conſcendit, an. 1089. cum *Mechtilde*, ſeu *Mathilde*, ditiſſima Italiæ Principe, *Bonifacii*, Spoletani Ducis, Tuſciæque Marchionis, filia, *Godefrido Gibboſo*, Lotharingiæ Duci, eoque interfecto, *Azoni V.* Marchioni Eſtenſi, à quo tamen iterum diſceſſiſſe fertur, prius nupta. Vid. præced. *Catal. Ducum Lotharing.* v. 22, Vita *Godefridi Gibboſi*, pag. 277. Conf. *Weingartenſis Monachus* l. c. p. 785, §. 9, cujus verba præced. Tit. IV, §. 3, lit. o, p. 323. habentur; *Bertoldus Conſtantienſis*, ad an. 1089, pag. m. 362. & 363. *In Italia, Nobiliſſima Dux, Machtildis, filia Bonifacii Marchionis, ſed vidua Godefridi Ducis, Welphoni Duci, filio Welphonis Ducis, conjugio copulatur; & hoc utique non tam pro incontinentia, quàm pro Romani Pontificis obedientia, videlicet, ut tanto virilius S. Rom. Eccleſiæ, contra Schismaticos, poſſet ſubvenire &c.* add. idem, ad an. 1093, p. 368, & an. 1094. pag.

Digitized by Google

pag. 370. *Chronographus Saxo*, eod. ann. 1089. pag. m. 270. *Welf Junior, habitu peregrini, Italiam ingrediens, Mathildam accepit Uxorem; hanc prius habuit Godofridus, Dux gibboſus &c.* & *Conradus Urſpergenſis*, l. c. *Welfo V. ejus nominis, ſenior inter filios præfati Welfonis, mortuo Patre, accepit Ducatum Bawariorum - - - accepit autem Mathildam, Nobiliſſimi ac ditiſſimi Italici Marchionis, Bonifacii, filiam, in uxorem, fœminam virilis animi, quæ, ad inſtar fortiſſimi Principis, totâm Terram illam dominio ſuo ſubjugavit &c.* & *Arbor Genealogica Guelfonum*, l. c. *Welfo V. Dux Noricorum, - - - - Uxor Mathilda, quam dotale reliquit &c.* & *Ladislaus Sundhemius* l. c. *Habuit in Uxorem, Dominam Mechtildem, Mantuæ, Ferrariæ, ac Lucæ Dominam, ſimul ac aliarum Civitatum & Oppidorum Lombardiæ, Bonifacii, Marchionis Lucenſis, filiam, neptem, ex ſorore, Dominæ Beatricis, Hainrici III. ejus nominis, & Nigri, Romanorum Imperatoris &c.* *Albertus Stadenſis* ad ann. 1090. pag. 141. *Welp Junior, habitu peregrini Italiam ingrediens, Matthildam Uxorem accepit &c.* & *Vitus Arenpeck* l. c. pag. 662. *Accepit autem Mathildam, Nobiliſſimi ac ditiſſimi Italici Marchionis, Bonifacii, & Beatricis, ſororis Hainrici III. Cæſaris, filiam, relictam Gotifridi, Potentiſſimi Palatini de Chalte, in uxorem, fœminam virilis animi, quæ, ad inſtar fortiſſimi Principis, totam Terram illam dominio ſuo ſubjugavit &c.* . *Carolus Sigonius*, lib. IX. *Italiæ*, ad ann. 1088. pag. 379. *Aventinus*, lib. VI. *Annal.* Cap. 2. §. 1. p. m. 581. *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 115. Anno tamen 1095. matrimonium hoc rurſus fuiſſe ſciſſum, diſcimus ex *Bertoldo* ad h. a. cujus verba præced. vita *Welfonis* I. v. 4. ad h. a. pag. 436. occurrunt. De facto teſtantur: *Monachus Weingartenſis* l. c. pag. 785. *Quam tamen* (Mathildam) *poſtea, neſcio quo interveniente divortio, repudiavit &c.* idemque docentes, *Conradus Urſpergenſis* l. c. pag. 210. *Arbor Genealogica Guelfonum* l. c. *Uladislaus Sundhemius* l. c. pag. 803. cauſam quandam proferens: *Poſtea tamen divortium inter ipſum* (Welfonem noſtrum) *& Mechtildem uxorem factum, cauſa quidem dubia, impotentiæ tamen accuſabatur, ſi Bohemiæ Annalibus creditur, & hæc anno domini* 1074. *acta ſunt &c.* Quæ Chronologia minimùm falſa, nuptiis demum an. 1089. celebratis. *Vitus Arenpeck* l. c. aliam ſubminiſtrans rationem, ait: *Quam tamen* (Mechtildem) *poſtea, conſilio Gregorii VII. eò quod in quarto gradu ejus mariti conſanguineus ejus erat, interveniente divortio, repudiavit &c.* Deceſſiſſe *Mathildem*, ann. 1115. dictum præced. Tit. IV. §. 3. lit. o. pag. 321.

(3) Liberos non procreavit. Vid. *Arbor Genealogica Welfonum*, l. c. pag. 800. in ejus vita: *Deceſſit ſine liberis &c.* *Conradus Botho* l. c. ad ann. 1108. p. 333. *Hertoghe Welpi de Junghe, Hertoghe Wolpes Sone des Olden, de gaff ſynem Broder, Hertoghen Hinrick, upp dat Hertochdom to Beyeren, unde toch na Rome, unde leyt ſick greven Mettildam, der Hertoghen Dochter van Melan, in Lumberdye; over ſe bleven ane Arven &c.* *Aventinus* lib. VI. *Annal.* Cap. 2. §. 32. pag. m. 588. *Welpho II. Dux Bojorum, abſque liberis, Caupheringii; vicus eſt Lycatiorum, obiit &c.* *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 115. *Obiit ἄπαις.* Illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, Præfat. in Collectionem T. I. *Scriptorum Rerum Brunſuicenſium* pag. 3. *Guelfus* (*IV.*) *filium cognominem Celeberrimæ illi Mathildi deſpondit, & licet matrimonium infœcundum fuiſſet, tamen, ex pactis dotalibus, Terras poſtea Mathildis ſibi vindicarunt poſteri Guelfigenæ, & aliquamdiu etiam tenuerunt &c.* nec non, *dans la Lettre ſur la connexion des Maiſons de Brunſuic & d'Eſte*, edit. 1695. pag. 5. *Guelfe, ſon fils aîné, êtant mort ſans enfans &c.* Reliqui.

(4) De animi ejus dotibus, inquit *Monachus Weingartenſis* l. c. pag. 785. Cap. IX. *Vir moderatiſſimus, qui magis liberalitate & facilitate, quam crudelitate, omnia ſibi reſiſtentia, ſubjecit. Domum ſuam ordinatiſſimè diſpoſuit. Unde & Nobiliſſimi quique & utriuſque Provinciæ, filios ſuos ejus magiſterio educandos, certatim commendaverunt. In Italia tamen cum his, qui Patrimonium ſuum injuſtè uſurpaverant, & ſuos peſſimis circumventionibus moleſtaverant, ſæpiſſime duriſſimos conflictus habuit &c.* Conf. *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Lotharii Saxonis*, pag. m. 210. *Mortuo Patre* (Welfone IV.) *accepit Ducatum Bawariorum, & tam Curiæ ſuæ largitate, & honeſtate, quam finitimarum Gentium, maximèque Italiæ, bellis & honeſtatibus, multa magnificè peregit &c.* nec non *Ladislaus Sundhemius* l. c. pag. 803. *Qui Welpho fuit moderatiſſimus, & plura ei proſpera ſucceſſere, unde & ab omnibus amabatur; optimum vitæ inſtitutorem dicebant, & ei filios ſuos ex Nobilioribus erudiendos tradebant. Militaris diſciplinæ peritiſſimus, brevi tempore Italiæ Provincias ſubegit &c.* & *Vitus Arenpeck* l. c. pag. 662. *Conradi Urſpergenſis* verba reddens. Cæterùm,

Ann. 1090. *Welpho, Dux Italiæ, multa incendia & damnationes, à Henrico Rege, hoc in Anno Longobardi.*

bardiam ingreſſo, patitur; ſed adhortante Dominæ Machtildis, ſuæ cariſſimæ Conjugis, eidem Heinrico reſiſtere, & in fidelitate S. Petri perſiſtere, viriliter contendit. Ita *Bertoldus Conſtantienſis* h. a. pag. 363. & 364. Conf. *Sigonius*, lib. IX. Ital. h. a. pag. 380.

Ann. eod. largitur *Mantuanis* Privilegia quædam, quorum tenor, apud *Sigonium* l. c. ad an. 1091. p. 380. *Velfo, D. G. Dux & Marchio, & Mathilda, D. G. ſi quid eſt. Cum Mantuani à nobis petierint, ut oneribus aliquot levarentur, & ut beneficiis afficerentur, quibus à Majoribus noſtris fuerant ſpoliati, ob eam rem Nos, Civitatis fide perſpecta, omnia tributa eis remittimus; hoſpitia condonamus; utramque ripam Mincii, Olii & Tanari damus: per ditionem noſtram, tutos ire, vectigalium & ripatici immunes, jubemus. Mantuæ, 5. Kalend. Julias, Indict. XII. anno M. XC. &c.*

An. 1091. *Mantuani, diuturna obſidione, à Heinrico Rege, jam per annum conſtricti, à domino ſuo, Welphone Duce, diſceſſerunt, & ſe, ac Civitatem ſuam, ſuo devaſtatori tradiderunt &c.* Hæc *Bertoldus*, ad h. a. p. 364. add. *Sigonius* l. c.

An. 1092. Ab eodem Imperatore multa mala perpeti cogitur. Vid. vita *Welfi I.* ejus Patris, v. 4. ad h. a. pag. 436.

An. 1093. Communi conſilio agit cum *Conrado*, Imperatoris filio, contra ipſius Patrem. Vid. *Bertoldus*, h. a. præced. Tit. V. Vita *Henrici IV.* v. 4. ad h. a. p. 330. ubi teſtes plures.

Ann. eod. Duce noſtro annuente, imponitur dicto *Conrado* Italici Regni corona. Vid. l. c.

Ann. 1094. *Uxor Imperatoris, jam diu multis injuriis laceſſita, multisque annis, ne aufugeret, cuſtodita, tandem ad Welphonem, Ducem Italiæ, aufugit --- Dux, & Uxor ejus, Machtildis, gratanter eam ſuſceperunt, & tractaverunt &c.* Hæc *Bertoldus* h. a. pag. 370. Conf. præced. Tit. V. l. c. v 2. pag. 530.

Ann. 1095. Mittit Dux noſter Conjugi ſuæ repudii libellum. Vid. præced. v. 2. nec non vita *Welfonis I.* Ducis noſtri Parentis, v. 4. ad h. a. pag. 436.

An. eod. Una cum Patre ſuo, vehementer ſolicitus eſt de reſtituendo in integrum Imperatore. Vid. *Bertoldus* h. a præced. Vita *Welfonis I.* v. 4. l. c.

Ann. 1096. Declaratur hæres Patris. Vid. Vita ejus Patris, v. 4. ad h. a. pag. 437.

An. 1101. Defuncto Parenti ſuccedit in *Bavariæ Ducatu*, vigore dicti Pacti de an. 1096. Vid. *Monachus Weingartenſis* l. c. Cap. IX. pag. 785. *Poſt mortem Patris* (Welfi I.) *Gwelfo, major natu, paternum Ducatum recepit &c. Conradus Urſpergenſis*, in vita *Lotharii Saxonis*, pag. 210. *Mortuo Patre, accepit* (Dux noſter) *Ducatum Bavariorum &c. Vitus Arenpeck* l. c. pag. 661. & pag. 662. ubi: *Guelfo*, (noſter) *filius ejus, defuncto Patre, Ducatum Bavariorum accepit &c.* Errat tamen Auctor *Arboris Genealogicæ Guelfonum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 800. ſcribendo: *Welfo V. Dux Noricorum, primus in Familia hunc Ducatum obtinuit &c.* cum nemo ignoret, Parentis Eum *in Ducatu* fuiſſe ſucceſſorem.

Ann. 1111. *Romæ, cum Imperatore, Heinrico V. fuit, cum Papam Paſchalem captivavit &c.* Ita *Monachus Weingartenſis* l. c. Conf. *Ladislaus Suntheimius* l. c. pag. 803. *Cum Hainrico, Quinto ejus nominis, Romanorum Imperatore - - - quando Paſchalem Papam ceperat, erat &c.* nec non *Vitus Arenpeck* l. c. pag. 662. *Romæ, cum Imperatore, Hainrico V. fuit, anno Chriſti* 1116. *cum Paſchalem Papam captivavit &c.* Chronologia licet malè ſe habeat, quandoquidem captivitas hæc anno 1111. contigit. Vid. præced. Tit. V. Vita *Henrici V.* v. 4. ad h. a. p. 553.

(5) Exuvias mortales depoſuit in Villa *Chufringen, & Altorfii* terræ mandatus; vid. *Monachus Weingartenſis*, l. c. *Omnibus ſuis bene compoſitis, morbo correptus* (Welfus noſter) *in Villa Chufringen diem clauſit extremum, & in Altorf deportatus, juxta Patrem & Matrem, ſepultus eſt &c.* Quæ *Conradus Urſpergenſis*, l. c. pag. 210. repetit; De anno, diſcors doctorum ſententia. Minimùm errat *Ladislaus Suntheimius*, l. c. ſcribens: *Anno Domini* 1088. *in Villa Kauffringen, moritur*, (Dux noſter) *ac in Monaſterio Weingarden ſepelitur &c.* Rectius *Aventinus* lib. VI. *Annal.* Cap. 2. §. 32. pag. m. 588. *Welpho II. Dux Bojorum, absque liberis, Caupheringii* (*Vicus eſt Lycatiorum*) *obiit, anno poteſtatis duodevice ſimo, Æræ Chriſtianæ Milleſimo, Centeſimo, Undeviceſimo. Corpus ad Altorff deportatum eſt. Tum quoque Uxor ejus, Machtilda, in Italia vita defuncta eſt &c.* Quam is *Mechtildis*, ut v. 2. monui, anno 1115. jam mundo valedixerit. Ejusdem ſententiæ eſt *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 115. Principis noſtri memor: *Obiit ἄπαις in Kauffringen, Anno Chriſti* 1119. *ſepultus in Altorff &c.* In *Chronico Bigaugienſi*, apud *Maderum* Chronico *Montis Sereni* annexo, pag. m. 255. refertur ejus obitus in annum ſequentem 1120. ibi: *Anno Domini* 1120 - - - *Welpho, Dux Bavariæ. obiit &c.* Quem etiam *Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, Cap. XX. pag. 394. in ipſius vita, propugnat: *Ab hac Aula haud multo minus feliciter atque è Cella Monaſtica, in cœlum evolavit Sereniſſimi Principis animus, 8. Cal. Octobr. Ann.* 1120. *ſive, ut alii conſtituunt*, 1118. *cujus funus, inſigni pompa, ex Kauffringenſi ad Lycum Oppido,*

Digitized by Google

pido, ubi deceſſit, ad Monaſterium vinearum (Weingarten) *delatum eſt, ibique juxta Parentes, in quo cum luctu conditum, in Sacello S. Oſwaldi &c. Quem proin meritiſſimo Elogio ſic honarat R. P. Brunnerus:*

Æneam potius, Te Welfo, an Atlanta, vocemus?
Patrem & Cœlum humeri ſuſtinere tui.
Schiſmate diſſiſſæ Cœli tremuere columnæ,
Sed ſuffulta tua eſt fœda ruina Fide.
Exarſit face perfidiæ non Troja, ſed Orbis
Communem ambuſſit noxia flamma Patrem.
Ambuſſit tantum? captum luxere Quirites,
Sed quis opem, præter Te, pie Welphe! tulit?
Sic laus ſumma Ducum, quas dicit Patria Patres;
Tu Patris & Patriæ diceris eſſe Pater.

(46) HENRICUS VI. cogn. NIGER, ejusque filius WELFUS VI. (III.)

(1) Filius fuit *Welfi I.* Ducis, & *Juditta*, Com. Flandriæ, Vid. præc. v. 45. vita ejus fratris, *Welfi II.* v. 1.

(2) In Uxorem duxit *Wulfildim*, filiam *Magni*, Ducis Saxoniæ, ſtirpis Billingicæ ultimi. Vid. præc. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 13. Vita *Magni*.

(3) Liberorum hæc ſeries:

(1) *Cunradus*, de quo *Weingartenſis Monachus*, de *Guelfis Principibus*, in Vita *Henrici Nigri*, Cap. X. apud Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 786. *Heinricus igitur Dux, ex Wulfilde, præter illos, quos infra annos ſuus cœleſtis Patriæ ſuſcepit, tres filios habuit: Cunradum, Heinricum, Gwelfonem, & quatuor filias: Juditam, Sophiam, Mathildem, Wulfildem. - - - Conradus in Clericum ordinatus, enim, ſub puerilibus annis, domi literarum ſtudiis informaretur, tempore matura, Colonienſi Archi-Epiſcopo, altiori ſtudio & diſciplina clauſtrarum educandus, committitur. Ibi in utroque tantum profecit, ſed & aliis virtutibus, vitia declinans, tantum ſe exornavit, ut ab omni Clera & Populo amaretur: ab omnibus ſummo honore dignus judicaretur: Ipſe vero honores, divitias, laudem humanam fugiens, quibusdam ſe Monachis ſociavit, cum quibus, omnibus ſuis ignorantibus, Claravallenſe Monaſterium adiit, ibique Monachum ſe fecit. Deinde, procedente tempore, Jeroſolymam petiit, ubi cuidam ſervo Dei, in heremo manenti, adhæſit. Tandem, ſentiens ſe quadam infirmitate tactum, de reverſiane cogitavit, & ingreſſus navem, Bairam, Civitatem S. Nicolai, pervenit, ibi, beato fine, diem ultimum clauſit, honorificeque ſepultus ibidem requieſcit.* Contigiſſe ejus obitum eodem tempore, quo ipſius Parentes mortui, innuit idem Monachus l. c. *Circa idem tempus, Pater quoque ejus, & Mater - - - obierunt &c.* Genealogiam probant omnes, quorum præced. *Catal. Ducum Alanum.* v. 44. vita *Bertoldi II.* §. 2. facta mentio.

(2) *Henricus Magnanimus*, al. *Superbus*, item *Leo*; de quo præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*; v. 15.

(3) VVELFUS VI. cujus nativitatem omnes confirmant, quorum cit. *Catal. Ducum Alamann.* l. c. memini.

Uxorem habuit hic WELFUS *Outam*, fil. *Gotfridi*, Com. Palat. Sueviæ, vulgò de *Calbe*; Vid. *Monachus Weingartenſis*, l. c. Cap. XII. pag. 787. *Gwelfo, ſub annis adoleſcentiæ ſuæ, mediante Fratre ſuo, Heinrico Duce, filiam Gatefridi, Ditiſſimi Palatini de Caluve* (Calwe) *Outam, nomine, accepit Uxorem. Unde & omnia, quæ illius erant, tam Beneficia, quam Patrimonia, obtinuit &c.* Conf. *Arbor Genealogica*, Codici membranaceo Hiſtoriæ *de Guelfis Principibus*, præfixa, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 800. *Welfo VI. Uxor Utha &c.* & *Ladislaus Suntheimius, de Guelfis Principibus* ibid. pag 804. *Welpho VI. ejus nominis, Dux Bavariæ & Comes Aldorfenſis, filius Hainrici Nigri, Ducis Bavariæ, & frater Hainrici Senioris Superbi, Ducis Saxoniæ & Bavariæ, Vutam, filiam Gotfridi Palatini de Calvo, opulentiſſimi Viri, duxit Uxarem, qui omnia bona ſoceri ſui, Gotfridi, acquiſiverat, atque poſſedit &c. Aventinus* lib. VI. *Annal* Cap. 3. §. 15. pag. m. 592.

Liberi ejus ſunt:

(1) *Welfus VII.* quem Pater Terris ſuis Italicis præfecit, qui, ut *Monachi Weingartenſis* l. c. Cap. 13. pag. m. 791. verbis utar, *conſtantia animi, diſtrictione judicii, largitate & affabilitate inæſtimabili, omnibus ſe acceptabilem præbuit; militibus Imperatoris, qui eo tempore civitatibus Italiæ præerant, quotiescunque fines ſuos injuſta oppreſſione invadere tentaverant, omnimodis ſe oppoſuit, & ob hoc Imperatoris offenſam nonnunquam incurrit; popularem autem favorem eo magis ſibi accumulans, omnium Civitatum in ſe provocavit affectum.* Conf. *Conradus Urſpergenſ.* ad ann. 1160. in vita *Friderici I.* pag. m. 221. Obiit ante Patrem, Imperatorem in Italiam comitando, una cum *Friderico, Conradi III.* Imp. filio, aliisque Principibus, peſtifera lue conſumptus, ann. 1167. Vid. præced. Tit. V. vita *Conradi III.* v. 3. pag. 569. Conf *Monachus Weingartenſis*, an. eod. l. c. pag. 792. *Fridericus Dux, filius Conradi Regis; Gwelfio Dux, filius Gwelfonis Ducis, Berengarius* Com. de *Sulzbach - - - occubuerunt &c.* & *Conradus Urſperg.* ann. eod. l. c. pag. m. 224. *Fridericus Dux, filius*

Digitized by Google

Cunradi Regis, Welpho Dux, Filius Welphonis Ducis, Berengarius, Com. de Saltzbach (Sultzbach) *Heinricus, Comes de Toingen, cum pluribus Regni hujus majoribus, occubuerunt &c.* Eadem profert *Otto de S. Blaſio*, Cap. XX pag. m. 206. quamvis ad ann. 1166. Errat minimùm *Arbor Genealogica Guelforum*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. p. 669. ubi: *Guelfo Junior obiit* 1161. *&c.* Ex altera parte corrigendus *Hundius*, obitum hunc Tom. 3. *Metropolis*, pag. 351. ad annum 1169. referens, verbis mox ſecuturis, nec non *Ladislaus Sundhemius* l. c. pag. 804. ſcribens: *Welpho Junior, & Septimus ejus nominis, Filius Welphonis Senioris, VI. ejus nominis, & Dominæ Vota, Palatinæ de Calwo, anno* 1177. *adhuc adoleſcens, forma conſpicuus atque martialis, cum Fridericus I. Cæſar Romam obſideret, obiit in eadem obſidione, & oſſa Ejus ad Monaſterium Steingaden, Præmonſtratenſis Ordinis, Patris ſui fundationem, delata fuerunt. Sed antequam moreretur, magnum conflictum cum Hugone. Palatino Comite de Tubingen, habebat, & amiſit Nongentos Viros, vix tribus ſecum fugientibus, ad arcem Achalm venit &c.* Cæſar ſanè nec anno 1169. nec 1177. ſed 1167 Romam expugnavit. Vid. præced Tit. V. vita *Friderici I.* Imp. v. 4. ad an. 1167. pag. 584. Diploma ipſius Parentis, quo *Campidonenſi* Cœnobio Allodium ſuum in *Amergau* contulit, ut *Dilecti filii ſui, Welfonis Ducis, anniverſarius, ſingulis annis ibi celebretur, & lumen, quod ſine intermiſſione ardeat, ibidem habeatur*, reperitur apud *Gewoldum* T. 3. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 159. De pugna *Tubingenſi* legas *Monachum Weingartenſem*, Cap. 14. pag. m. 791. &c.

(2) *Adalhaidis*, cujus *Sundhemius* l. c. pag. 805. meminit: *Adalhaidis, filia Welphonis VI. Senioris, & Pii, & ſoror Welphonis Junioris, VII. ejus nominis, Uxor Friderici, Comitis de Roteburg ſuper Tubero, in Franconia, mulier prudentialis, & optima domeſtica, quæ, in Patris ſui abſentia, Patriam ſæpiſſimè gubernavit &c.* Tacent hanc Principem reliqui Stemmatum conditores.

Vitam ejus, dotesque animi, & liberalitatem erga Eccleſias, compendio ſiſtit *Monachus Weingartenſis*, in Chronico, l. c. pag. 798, *Anno M.C.XCI. 18. Cal. Januarii, Guelfo, Nobilis Altorfenſis, Principum noſtrorum Illuſtriſſimus, Heinrici Ducis videlicet & Wolfhildis filius, carne ſolutus migravit à ſeculo; in quo Nobilitas Altorfenſium non mediocriter completa deſiit. Innatam ſiquidem Nobilitatem virtutum ampliavit moribus: ſæculari etiam dignitate pleniſſimè præditus: circa ſtatum ſpiritualis vitæ ſumma vigilare ſtuduit diligentia. Quid plura? Quotidiè pauperum comminavit expenſas, atque donis munificentiæ ſuæ Monaſteriorum vel Eccleſiarum diſcretè ſupplevit indigentiam; Monaſterio etenim Weingartenſi, principaliter à Parentibus ſuis fundato, ſpeciali condeſcendit benevolentia; & Fratribus, Deo, & S. Martino ibidem ſervientibus, inter alia Beneficia tradidit Berge & Willare, cum non modica familia, & ſuis appenditiis. Fratribus etiam in Augea, pro remedia animæ ſuæ, contulit Prædium in Fidanshoven. In montanis etiam Clauſtrum Steingadin, à primaria fundatione, conſtituit, quod ſuæ providit ſepulturæ, quod & conſecratione, & multa dote ditavit &c.* Conf. *Radevicus*, de *Geſtis Friderici I.* lib. 2. Cap. 38. pag. m. 529. memor *Henrici Leonis*, noſtrique Ducis: *Duo Viri, ſanguine conjunctiſſimi, utpote unus eorum alterius Fratris filius, diverſis inter ſe virtutibus certabant, Guelfo, dando, ſublevando, ignoſcendo; Dux Henricus ſeveritate, & malorum pernicie, gloriam adeptus eſt. Illius facilitas, Hujus conſtantia laudabatur: Guelfo, negotiis amicorum intentus, ſua negligere, nihil denegare, quod dono dignum eſſet; magnas potentias affectabat, Exercitum, novum bellum exoptabat, ubi virtus eniteſcere poſſet. At Dux Henricus, ſtudium modeſtiæ decoris prætendens, non divitiis cum divite, neque factione cum factioſo, ſed, pro pacis negotiis, abſens ſimul præſensque pugnabat. Ita memoria noſtra, ingenti virtute, diverſis moribus fuere hi viri duo, Dux Henricus, & Dux Guelfo &c.* Eadem profert *Vitus Arenpeck*, de *Guelfis*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 671. & 672. Cæterum,

Duce noſtro nuptias celebrante cùm *Outa, Godefridi*, Palatini de *Calbe*, filia, omniaque, quæ illius erant, tam beneficia, quàm patrimonia, obtinente, *Albertus Comes, fratruelis ejusdem Palatini, videns omnem ſuam ſpem, quam in morte Patrui poſuerat, fruſtrari, de injuſta eum diviſione calumnians hæreditatis, ac medietatem omnium ad ſe hæreditario jure ſpectare proclamans, Caſtrum Caluvé dolo ſubripuit, & milites in eo locavit. Deinde, in brevi poſt, milites Gwelfonis in Villa Gindelvingen, quadam nocte ex improviſo ſupervenıens, aliis ex eis captis, aliis in fugam converſis, omnibus pene, tam in armis, quam in equitaturis, penitus deſtitutus, Villam ſuccendit, ac prædam ad Caſtrum ſuum Wartinberg adduxit. Dux ergò, collecto milite, ſine mora idem caſtrum obſedit, & machinas nihilominus adduci & præparari præcepit. Albertus verò Fridericum & Conradum Duces, auxilii gratia, adiit, eisque de allodio ſuo Villam, cum Miniſterialibus, ac aliis appenditiis ejus, ut Gwelfonem de obſidione propellerent, contradidit. Illi autem, dum ad redimendum Caſtrum, collecta manu militum,* pro-

Digitized by Google

properarent, Gwelf, impetum eorum præveniens, Caſtrum armata manu, machinis quoque adhibitis, circumquaque impugnat, ac ſic laborioſè captum præda ſui recepta, & militibus, ibidem repertis, captivis abductis, igne Caſtrum ſuccendit. Eadem quoque tempeſtate, Cunradus Dux de Zaringen, avunculus Uxoris, Stouweburch, Caſtrum Gwelfonis, obſedit, ſed, adjutorio Lotharii Imperatoris, infecto negotio receſſit. Poſtea & aliud Caſtrum, Lewſtein, præfati Comitis ſcilicet, quod inexpugnabile cunctis videbatur, artificioſa congreſſione, Gwelfo expugnat. Poſt, procedente tempore, cum etiam Caluwe Caſtrum, quod idem Comes ei doloſè ſurripuerat, collecta multitudine, obſidere voluit. Ille ſe in extremo diſcrimine poſitum, nullumque refugium, nullum ſolatium, ſe ulterius habere compenſans, ad deditionem venit, ac ſe ad pedes Ducis humilians, gratiam, quam non meruit, invenit. Dux enim, pro ſolita manſuetudine ac Clementia, illum eodem Caſtro, aliis quibusdam Villis, inbeneficiavit, omnibusque ſuis reſtitutis, honorificè dimiſit, ac ſic compoſita pace, cunctisque Terræ illius Optimatibus ad ſe confluentibus, Provincia tota Ditioni ſuæ ſubjecta, quievit &c. Hæc Monachus Weingartenſis, l. c. Cap. XII. pag. m. 787. & 788. Conf. Aventinus, lib. VI. Annal. Cap. III. §. 15. 16. & 17. pag. m. 592. loco Caſtri Wartinberg, legens Wirtenberg.

Ann. 1130. Auxilia fert Henrico Fratri, Ottonem, Com. de Wolfratenhanſen, impugnanti. Vid. præced. Catal. Ducum Saxoniæ, v. 15. in vita Henrici Superbi, ad ann. 1128. pag. 140.

Ann. eod. Subjicit Cellam de Buchhorn, Cœnobio Weingartenſi; teſte Diplomate apud Bruſchium, de Monaſteriis Germaniæ, voc. Vinearum, pag. 577. & Dn. Lucæ, Fürſten-Saal, pag. 364. ibi: Guelpho, D. G. Dux Noricorum ---- Monaſterii in Wingarten beneficia, ex præclaris noſtrum Parentibus à primaria fundatione collata, cupientes accumulare, Cellam de Buchhorn, in honorem S. Pantaleonis fabricatam, cum Eccleſia S. Andreæ, in noſtram Juriſdictionem, à Viro Illuſtri, Othone, Comite ſancti loci, cum omni patrimonio ſuo, juſtè ac legaliter devolutam, proviſioni vel regimini Cunonis, Abbatis memorati Monaſterii, ac omnibus ſuis ſucceſſoribus, committimus, ac devotè ſubjicimus &c. Datæ & ordinatæ apud Altorff, in Epiphania, Anno Dominicæ Incarnationis 1139. Regnante Lothario Imperatore. Aſtiterunt huic commiſſioni, Heinricus, frater noſter; Rodolphus, Bregantium Comes &c.

Ann. 1139. Mortuo Henrico Superbo, ejusque filiolo, Henrico Leone, Ducatu Bavariæ, in Leopaldum Auſtriacum translato, adhuc exuto, Gwelfus noſter Ducatum ad ſe ſpectare contendit. Mentione facta laudati Henrici Superbi obitus, inquit Monachus Weingartenſis l. c. Cap. XIII. pag. m. 889. Leopaldus Ducatum Noricum ex hinc ſe potenter habere confidens, dum in obſidione Caſtri Valeja duorum fratrum, qui in parte Ducis Heinrici ſteterant, incautè moraretur, Gwelfo, Ducis ejusdem frater, collecto milite superveniens, fortiſſimè dimicando, cæſis ex utraque parte pluribus, multis captis, Leopaldum ignominioſè fugere coëgit. Ipſe vero Gwelfo, privatum Ducatum, jure hæreditatis, ad ſe ſpectare perclamans, dum Juſticiam apud Regem impetrare non poſſet, ad rebellionem ſe parat. Ob hoc Rex, circa idem tempus, Caſtrum ejus Vinſperch (Winsberg obſedit, Quem Gwelfo, collecto milite, in proxima hebdomada Nativitatis Domini, dum incaute pugna aggredi tentat, amiſſis aliquot, multis captis, cum paucis fugit è prælio &c. Conf. Otto Friſingenſ. lib. VII. Chronic. Cap. XXV. pag. m. 153. cujus verba ſeq. v. 48. in vita Leopoldi II. v. 3. proferam. Conradus Urſpergenſ. in Vita Conradi III. pag. m. 214. Albericus, Monachus trium fontium, ad an. 1141. pag. 291. Vitus Arenpeck, Chron. Bavarico, in Vita Leopoldi, apud Dn. de Leibnitz l. c. Tom. 3. pag. 664. Aventinus lib. VI. Cap. IV. §. 1. pag. m. 598.

Ann. 1140. Caſtri Winsbergenſis jacturam patitur Dux noſter. Vid. præced. Tit. V. Vita Conradi III. Imp. v. 4. ad h. a. pag. 570.

Ann. eod. vel 1141. Defuncto Leopoldo Auſtriaco, ejusque fratre, Henrico, vulgò Jaſamer-Gott, ipſi in Bavaria ſurrogato, mortuique ſimul Henrici Superbi viduam, Gertrudim, in Uxorem ducente, maxima inde nata diſcordia. Gwelfo enim (frater Henrici Superbi) ut dictum eſt, eundem Ducatum impetens, exemplò armata manu, ſub oculis ejusdem Heinrici, partes illas ingreditur, cunctisque circumquaque vaſtatis, regreditur. Ob hocque Heinricus ille inflammatus, coadunato milite, fines illorum qui Gwelfonis fautores erant ingreſſus, munitiones illorum & villas deſtruxit. Qui, dum Gwelf, reſtaurato milite, occurrere parat, audito, quod Rex ſuperventurus eſt, ceſſit. Porrò Heinricus ille, ſimiliter cum Rege, Caſtrum Cathouwe (Calouwe, ſeu Calwe) ſcilicet Comitis Cunradi, quod ex parte Gwelfonis erat, obſidione clauſit, vaſtatisque in circuitu univerſis, adjutorio Regis, ad deditionem coëgit, ac igne ſuccendit. Sic tota illa Provincia in maximo bellorum diſcrimine laborabat. Ita Monachus Weingartenſis, Cap. XXIII. l. c. pag. 790. & totidem verbis, Conradus Urſperg l. c.

kkk 3 pag.

Digitized by Google

pag. 214. Conf. *Albericus* l. c. *Vitus Arenpeck*, de *Guelfis*, l. c. in vita *Henrici* Marchionis & Ducis; *Aventinus*, lib. VI. Cap. IV. §. IV. pag. 599.

Eodem tempore, *Rogerius, Rex Siciliæ*, *audiens hujusmodi conflictationes inter Gwelfum & Regem, timens, ne forte, ceſſante geberra* (guerra) *Conradus Rex quandoque Italiam intraret, ac eadem, quæ à Lothario, ab Eo quoque, perpeſſus eſſet, Gwelfonem, adverſus eundem muneribus illectum, incitat, ſingulisque annis mille marcas ſe ad hoc daturum, juramento confirmat. Item quoque Rex Ungariæ, eundem Cunradum metuens, Gwelf ad ſe accerſivit, dataque pecunia non modica, ac deinceps omni anno dandam pollicens, ad rebellandum nihilominus inſtigat. Gwelfo itaque, ſtrenui militis officium exercens, modo in Bavaria, modo in transalpinis partibus Sueviæ, modo circa Rhenum, modo tot tempeſtates bellorum movit, ut Regem, potius ad defenſionem ſui, quam ad exterarum Nationum invaſiones, excitaret &c.* Idem *Monachus Weingartenſis* l. c. Conf. *Conradus Urſpergenſ.* l. c. *Aventinus*, lib. VI. Cap. IV. §. 12. 13. & ſeqq. p. m. 600. & 601. *Vitus Arenpeck*, l. c. pag. 665.

Ann. 1147. comitatur Cæſarem, (cum quo interea ſibi convenerat) Dux noſter in Terram Sanctam; Vid. *Monachus Weingartenſis* l. c. pag. 790. *Gens Francorum, cum Rege ſuo, Ludewico, Gens quoque Teutonicorum cum Rege ſuo, Conrado, aliisque Principibus, Friderico, Duce Sueviæ, poſtea Imperatore, Epiſcopis, Comitibus, ſeu aliis cujuscunque conditionis hominibus, pro querimonia Transmarinæ Eccleſiæ, Hieroſolymitanum iter aggrediuntur: quo & Gwelfum Ducem, licet nondum ſedata gwerra, ire compulit. Egreſſi itaque anno Dominicæ Incarnationis* 1147. *per Ungariam & Græciam, innumerabilem Exercitum ducunt, qui totus pæne, exceptis Principibus, ſeu aliis plus cautis, vel media, vel aëris intemperantia, vel ciborum inſolentia, vel Sarracenorum invaſione, infecto negotio, interierunt. In hoc ergò laborioſo itinere, Conradus Rex, commilitoni ſuo, Gwelfoni, ſic enim Eum nominare ſolebat, ſæpiſſimè in neceſſitate ſubveniebat, ac de omnibus, quæ à Regio iſto in Conſtantinopolitani Imperatoris,* (in Regno iſto Conſtantinopolitani Imperatoris) *ſibi offerebantur, partem illi tradebat. Denique Hieroſolymam venientes, cum alii procinctum, ſub Rege Conrado, contra Damaſcum moverent, Gwelf, in infirmitate captus, ac in deſperatione poſitus, ad reverſionem ſe parat &c.* Conf. *Wilhelmus Tyrenſis* Præſul, lib. XVII. *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ*, in Vita *Balduini III.* Regis, T. I. *Geſtorum Dei per Francos*, pag. m. 910. memor Generalis Curiæ *Acconenſis*, inquiens: *Principes prædictæ interfuerunt Curiæ --- Dn. Conradus, inclytæ recordationis Theutonicorum Rex, & Romanorum Imperator --- Henricus, Dux Auſtriæ, ejusdem Imperatoris frater; Dn. Dux Guelpho, Vir Illuſtris & potens; Fredericus, Inclytus Suevorum & Vindelicorum Dux, ejusdem Dn. Imperatoris, ex fratre primogenito, nepos &c. Chronographus Saxo*, ann. eod. pag. 298. *Otto de S. Blaſio*, Cap. 2. ann. eod. pag. m. 197. *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. pag. 20. *Albertus Stadenſis*, an. eod. pag. 165. *Conradus Urſpergenſ.* l. c. *Vitus Arenpeck* l. c. pag. 666. & 667.

Ann. eod. Welpho Dux Spoleti, Lycatiorum & Ambronum, Tetrarcha ſeu Comes, frater Hainrici Bavariæ & Saxoniæ Ducis, Monaſterium Staingaden, Ordinis Præmonſtratenſis, juxta Lycum, pro Præmonſtratenſibus Monachis, conſtruxit, ann. 1147. *ubi Ipſius, nec non filii ſui, Welphonis, qui ante Patrem ann.* 1169. *obiit, Mauſolea oſtenduntur &c.* Hæc *Hundius*, T. 3. *Metropolis*, p 351. Meminit fundationis hujus *Philippus* Imp. in Diplomate confirmationis. ann. 1201. ibid. pag 351. & 352. *Animadvertentes divinæ Religionis cultum, & honeſtam Fratrum converſationem Monaſterii Staingadenſis, quod fundavit prædilectus Avunculus Noſter, Inclytus Dux Welpho, & propriis curavit prædiis ditare &c.* Conf. idem, in Diplomate ejusdem anni, apud *Gewoldum*, T. 3 *Addit. Metropolis Hundii*, pag. 361. aliaque Diplomata multa l. c. pag. 362. &c.

Ann. 1148. impellente *Rogerio* Siculo, domum reverſus *Guelfo*, redit ad arma contra Cæſarem: *Tranſito mari*, (pergit Monachus *Weingartenſis* l. c.) *convaleſcens Siciliam attingit. Ibi Rogerius eum, cum magno Domus ſuæ tripudio, ſuſcipiens, ac honorificè dimittens, iterum, ad rebellandum Regi, maximis muneribus illectum incitat. Igitur reverſus in proxima hyeme, circa Purificationem S. Mariæ, collecto milite, fines Regis invadit, ac Caſtrum ejus, Floperch, forti impugnatione ſollicitans, dum, in reverſione, militem nimis incaute duceret, à militibus Regis circumventus, ac, aggreſſionibus initis, cum paucis aliis circumquaque diffuſis, plus ex infortunio, quam ex inſtantia belli, noſtri fugam arripiunt, plurimisque captis, nullo occiſo, ignominioſè revertuntur. Ac ſic gwerra, diu anxie inter ipſum & Regem agitata, finita eſt. Nam Fridericus, fratruelis Regis, ſororius ejusdem Gwelfonis, medium ſe, ad compoſitionem faciendam, interpoſuit, captivosque Duci reddi, ac Regem de cætero ſecurum penes illum eſſe, provida deliberatione, confirmavit &c.* Eadem profert *Conradus Urſpergenſ.* l. c. pag. 214.

Ann. circiter 1151. *Rex accepto conſilio, Gwelfoni aliquos reditus de Fiſco Regni, cum Villa Maidingen, conceſſit, ac ſic firmata pace, ipſe, in brevi poſt vita decedens, Friderico, fratrueli ſuo, ſedem Regni reliquit*

quis &c. Hæc *Monachus Weingartenſis* l. c. & *Conradus Urſpergenſis* l. c. Conf. *Aventinus*, lib. VI. Cap. IV. §. 28. pag. m. 603.

An. 1152. à Nepote ex ſorore *Judiſta*, *Friderico I.* Imp. inveſtitur de Ducatu *Spoletano*, Marchia *Tuſciæ*, Principatu *Sardiniæ*, & Domo Comitiſſæ *Mathildis*, quas Terras omnes filio, *Welfoni* Jun. committit. Vid. præced. Tit. IV. §. 3. lit. a. pag. 322. Conf. *Vitus Arenpeck* l. c. pag. m. 671. *Fridericus Imp. Welfoni, avunculo ſuo, ut ejus favorem plenè obtineret, contulit in beneficium Marchiam Tuſciæ, Ducatum Spoleti, & totam Mathildis Comitiſſæ Terram &c.*

Ann. 1156. In Diplomate *Friderici I.* quo Ducatus Auſtriæ erigitur, inter teſtes occurrit; præced. §. IX. lit. b. pag. 17.

An. 1159. Suppetias fert Imperatori, Mediolanenſibus inferenti arma; Vid. *Radevicus*, lib. 2. de *Geſtis Friderici I.* Cap. XXXVIII. pag. m. 529. memor *Henrici Leonis* virtutum: *Non multò poſt, Avunculus Imperatoris, Guelfo, Princeps Sardiniæ, Dux Spoleti, Marchio Thuſciæ, & ipſe novum adducens Exercitum, cum multo apparatu, advenit; ſuoque adventu noſtris ſpem triumphi, adverſariis fiduciam paciſcendi donavit &c.* Conf. *Vitus Arenpeck* l. c.

Ann. 1160. Imperatorem ſequitur *Cremam*, ſeu *Cremonam*, obſidentem. Vid. *Conradus Urſpergenſ.* l. c. pag. 220. *In obſidione Cremæ, plures de Principibus Alemanniæ remanere permiſit; præfatum videlicet Conradum fratrem ſuum, & Welfum, avunculum ſuum, qui præter alias divitiarum & militum opulentias, ex poſſeſſione Comitiſſæ Mathildæ, habebat militum duo millia &c.* & pag. 221. *Appulſis machinis, & diris habitis conflictibus, miſeri cives deſperare cœperunt, & ad deditionem ſe offerre, ut tantum perſonas ſalvarent. Quibus Imperator mitis effectus, utpote Vir timens Deum, miſericorditer permiſit, ut de Caſtro & de Terra, cum mulieribus & parvulis exirent; nec de rebus, vel facultatibus ſuis, quicquam aſportarent, niſi quanta quivis eorum una vice, in humeris ſuis, aut ſcapulis, deportare potuiſſet. Mediolanenſes quoque & Brixienſes abire permiſit, ut equos & arma ibi relinquerent. Nec dubium eſt, Imperatorem Chriſtianiſſimum, ob hoc talia permiſiſſe, ne maximam ſtragem in cæde hominum judicaretur feciſſe. Perpendat jam quilibet prudens lector, quanta miſeria ibi fuerit; ubi mulier parvulos ſuos, greſſu uti non valentes, potius quam res, exportavit: Vir quoque mulierem febricitantem, aut mulier virum, pro fide conjugii, exportarunt; pregnans quoque jam parturiens ſemivivum puerum eduxit. O quanta miſeria! caſtrum & præda hoſtibus relinquitur, quia perfidiſſimi cives hoc meruerunt. Præda itaque militibus diſtribuitur, & caſtrum funditus diruitur, Anno Domini* 1160. *&c.* Obſidionem hanc cum obſidione Caſtri *Winsbergenſis*, an. 1140. in ordinem redacti, confundentes, procul dubio auctores fabulæ ſunt, cujus præced. Tit. V. in vita *Conradi III.* v. 4. ad an. 1140. pag. 570. memini.

Ann. eod. Expugnata *Crema*, *Welfus totam militiam ſuam in Tuſciam movens, maximum Conventum apud S. Geneſium habuit; ubi Baronibus Terræ ſeptem Comitatus, cum tot vexillis, conceſſit. Cæteris quoque de Civitatibus, ſeu Caſtellis, ad ſe confluentibus, unicuique, quod ſuum erat, tribuit; ſed & ipſe ſua, quæ ſingulæ Civitates ad ſe injuſtè contraxerant, recepit. Denique, Conventu ſoluto, à Piſanis & Lucenſibus, & aliis Civitatibus, ad quaſcunque declinaverat, honeſtiſſimè ſuſcipitur. Sicque Terra illa, & Spoletana, plena poteſtate potitus, & ſuos ibidem collocans, Filio ſuo, Welfoni Juniori, commiſit eandem, Strenuiſſimos de ſuis militibus & optimos apud Ipſum relinquens, Ipſe, per Vallem Tridentinam rediit ad propria.* Hæc *Conradus Urſpergenſ.* l. c. pag. 221. Conf. *Monachus Weingartenſis* l. c. Cap. XIII. pag. 791. *Vitus Arenpeck* l. c. pag. 672. *Aventinus*, lib. VI. Cap. V. §. 17. pag. 609.

Ann. 1162. Denuo Imperatori *Friderico*, nova *Mediolanum* cingenti obſidione, auxilio eſt. Vid. *Otto de S. Blaſio*, Cap. XVI. ad h. a. pag. 203. *Imperatrix, comitante eam Cunrado, Augſtenſi Epiſcopo; nec non & Welfo Dux, multique noſtrarum partium Nobiliores, cum militia tranſalpinantes* (transalpizantes) *Imperatori conjunguntur, coactoque in unum corpus Exercitu, ad centum millia pugnatorum computato, Mediolanum denuo obſidione cingitur, ac diverſis magnis* (machinis) *tota induſtria impugnatur &c.* Oppidum tunc fuiſſe exciſum, teſtatur ipſe Cæſar in literis ad *Eberhardum*, Salzburgenſem Archi Epiſcopum, apud *Gewoldum.* Tom. 3. *Addit. Metropol. Hundii*, p. 242. ubi: *Tuæ ergò Dilectioni, quæ omnem honorem Noſtrum ſitibundo pectore anhelare luce clarius conſtat, ſignificandum duximus: quia, in virtute Dei, per quem Reges regnant, & Potentes faciunt Juſtitiam, felicem & glorioſam de Mediolano victoriam, cum plenitudine honoris, adepti ſumus; in Calendis enim Martii, prima videlicet die menſis, hoſtis Imperii Mediolanum, ſubnota omni ſimulatione, fraudis, qua in prima deditione doloſè Nos circumvenit, ſumma neceſſitate famis & inediæ coacti ad Curiam Noſtram apud Laudam venerunt, & nudos gladios in cervicibus ſuis deferentes, & Majeſtati Noſtræ reos ſe eſſe profitentes, perſonas, res, ipſamque Civitatem, abſque omni tenore, & ſine aliqua conditione interpoſita, in Noſtram poteſtatem, cum plena deditione reddidere: præterea, 4. Nonas ejuſdem Menſis, Mediolanenſes cum omni Militia, & Viribus Civitatis, ad Nos redeuntes, Vexilla, & univerſa ſigna bellica, claveſque Civitatis, & Conſulatus digni-*

tates

tates, Majeſtati Noſtræ reſignaverunt, refutantes omnia genera armorum, omnem poteſtatem, niſi quam cum gratia & permiſſione noſtra poſſent obtinere; juraverunt inſuper, quæcunque eos jurare fecimus, ſcilicet: quod univerſa mandata Noſtra, ſicut de perſonis, & rebus, & de ipſa Civitate ordinaremus, bona fide, & ſine fraude, obſervarent; & de his omnibus obſervandis CCCC. obſides, meliores & majores de Civitate, Nobis dederunt. Ex ſententia ergò divina, cujus judicia abyſſus multa, qui frangit omnem ſuperbum, ne de cætero prædictis hoſtibus occaſio malignandi, & facultas rebellandi, præſtetur, foſſata complanamus, muros convertimus, turres omnes deſtruimus, ipſamque Civitatem in ruinam & deſolationem, ſicque, ad promovenda alia negotia, & ad plenariam Imperii reformationem, Exercitum noſtrum, & victrices Aquilas, feliciter convertemus &c. Teſtimonia alia præced. Tit. V. in Vita *Friderici I.* Imp. v. 4. ad h. a. pag. 583. produxi.

Ann. 1163. *Hugo, Comes Palatinus de Toingen* (Tubingen) *in comitatu, quem à Duce Welfone habuit, quosdam milites Welfonis, pro ſuis exceſſibus captivatos, ſuſpendit, & caſtrum eorum Moringen deſtruxit. Pro quo Dux Welſo, querimonia eum impetens, pro ſatisfactione, debile reſponſum accepit; cumque patienter ſuſtinuiſſet, nec à querimonia ceſſaret, procedente tempore, Pater Dux filium de Italia revocavit. Ipſe illo ituros, & negotia terræ per ſe tractaturus, filio omne Patrimonium, & poſſeſſiones, quas ex parte Matris habiturus erat, ex integro tradit.* Ita *Conradus Urſpergenſ.* h. a. p. 224. Hinc ſua *Vitus Arenpeck* l. c. ann. eod. pag. 672. *Otto S. Blaſianus*, Cap. XVIII. pag. m. 250. refert hæc ad annum 1164. Factum comprobat *Monachus Weingartenſis* l. c. Cap. XIV. pag. 791. & *Aventinus*, lib. VI. Cap. V. §. 25. p. m. 610. & 611.

Ann. 1164. *Factum eſt, ut Welſo junior, propter præfatam diſcordiam* (de qua ad ann. 1163.) *cum multis Principibus & Baronibus Terræ, Exercitum deduceret ad Caſtrum Toingen,* (Tubingen) *in quo Exercitu fertur habuiſſe militum, ſive armatorum, duo millia ducentos vel amplius. Hi omnes, 8. Id. Sept. circa veſperam Sabbathi, non longè a Toingen, caſtra poſuerunt, & diem dominicum, in quiete & otio deducere ſtatuerunt. Cumque die dominico multi de Nobilibus & Principibus, de facienda concordia & pace, plus laborarunt & orarent, quidam protervi, & minus cauti, de caſtris VVelſi eruperunt, & Caſtro Toingen appropinquare cœperunt: quibus alii de Caſtro obviam proceſſerunt. Sicque inito conflictu, ortus eſt tumultus in caſtris utrinque, & veloces advolarunt, quod factum eſt, circa horam nonam diei. Comes quoque Heinricus de Veringen Vexillifer fuit Welphonis, & in Comitatu ſuo fuerunt, cum præfata turma militum, tres Epiſcopi; Auguſtenſis, Spirenſis, Wormacienſis; Bertholfus, Dux de Zaringen, & alii Marchiones, & Comites quamplurimi. In auxilio vero Palatini erat, Fridericus, Cunradi Regis filius, & Zolrenſes, & alii quamplurimi, multum tamen impares tantæ adverſariorum multitudini. Inito itaque conflictu, de Caſtro ſuper adverſarios acclamatum eſt, &, ex firmioribus locis, contra eos pugnatum eſt, ita, ut in fugam tanta multitudo verteretur; ſed neque fugere potuerint, nam diſperſi ſunt, & confuſi, ita ut ex eis nongenti ferè in captivitatem traherentur, & alii nemoribus vel ſpeluncis aufugerent. Ipſe quoque VVelſo ad Caſtrum Achalm, duobus vel tribus comitatus, aufugit &c.* Hæc *Conradus Urſpergenſ.* l. c. ad h. a. pag. 224. Conf. *Monachus Weingartenſis* l. c. *Vitus Arenpeck*, l. c. ann. eod. pag. 672. *Aventinus* l. c. §. 25. & 26. pag. m. 611.

Ann. 1165. *VVelpho Senior, audito tali infortunio filii ſui, de Italia redit, & cum Imperatore hoc egit, ut captivi remitterentur. Facta eſt pax, quæ tamen uno tantum anno duravit &c.* Ita *Conradus Urſpergenſis* l. c. ad h. a. *Otto S. Blaſianus*, Cap. XIX. pag. 205. ait eodem hoc anno, laudatum *Hugonem*, Palatinum Tubingenſem, apud *Ulmam VVelſoni* noſtro factum ſupplicem, ad Caſtrum *Nuinburch*, in Rhetiam fuiſſe deportatum, verbis præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 135. occurrentibus; *Conradus Urſpergenſis* contra l. c. id ann. 1166. factum arbitratur.

Ann. 1067. *VVelpho Senior, circa Epiphaniam, ſecundò iter Hieroſolymitanum aggreditur, & in Italia Imperatorem reperiens, ac filium ſuum, cum omnibus ad ſe ſpectantibus, gratiæ ejus commendans, Paſcha ſanctum apud ſepulchrum domini peregit. Interea Imperator VVelphum Juniorem, multis illectum promiſſionibus, ad ſe in Italiam revocat, cum aliis Principibus, qui poſt eum remanſerant, qui, ſtipendiis acceptis, ad ipſum pervenerunt, non longè à Roma --- & exinde cœpit Imperator Romam obſidere, & terras inimicorum ſuorum vaſtare; multi ſiquidem Romanorum, propter exortum ſchiſma, in parte Ipſius fuerunt. Cumque, menſe Julio, circa Romam, magnam vaſtationem, & ſtragem Populorum faceret, & VVelpho Senior reverſus eſſet ad Ipſum hæc, tanquam deteſtabilia aſpicere non potuit; ſed ad propria redit, filium ſuum relinquens ibidem. Mox ultio divina ſubſecuta eſt; maxima enim pars Exercitus Imperatoris mortalitate interiit &c.* Hæc *Conradus Urſpergenſ.* h. a. pag. 224. Conf. præced. Tit. V. Vita *Friderici I.* v. 4. ann. eod. pag. 584. & *Vitus Arenpeck* l. c. pag. 673.

Ann. eod. Cedit Imperatori Ducatu *Spoletano*, Marchia *Tuſciæ*, Principatu *Sardiniæ* &c. Vid. præced. Tit. IV. §. 3. lit. o. pag. 324.

Anno

Digitized by Google

Anno 1180. *Welfo, Dux Illuſtriſſimus, Wingartenſi Cœnobio duas Curias, hereditario à ſe jure poſſeſſas, contradidit, Berge videlicet & Willare, cum omnibus appendititiis ſuis, & omni utilitatis proventu, qui exinde provenerit &c.* Monachus *Weingartenſis* l. c. pag 793. & 794.

An. 1183. confirmat fundationem Præpoſituræ *Staingadenſis*, verb. *Gwelpho, D. G. Dux — donationes prædiorum, in quibus fundamenta Staingadenſis Eccleſiæ primum jeci lapidem, per me, vel per meos, legitimè illuc contuli, ratas & inconvulſas permanere volens, - - - traditione legitima, manuque poteſtativa, fundum ipſum, in quo Eccleſia Staingadenſis ſita eſt, S. Joanni Baptiſtæ, Deoque illic militantibus, cum conſenſu heredum noſtrorum, dedimus, totamque Terram, Clauſtro adjacentem, ab amne, qui dicitur Rotinbach, usque ad amnem, qui dicitur Marckbach, & à fluvio Lyco, usque ad fluvium, qui dicitur Hylabe — ex integro, in uſum Fratrum praenominatae Eccleſiæ, donavimus; praedium quoque Dornowe; prædium Celle; Curiam Schongowe, Germaringen, Ingenriet, VVatzinriedt, Franckinowe, Seon. Purinchowe, Ellchinbach, Muttur ſhova, Adillinderiedt, Erftingen, Tegirpah, Nobigowe, Erigisrieth, Urpach, cum aliis quocunque juſto titulo acquiſitis; prædium etiam in Sybenaich, & praedium in Igilingen; praedium in Villa montana, quae dicitur Ardis, Curiam Horne, & Curiam Witergeltingen &c.* Vid. *Gewoldus*, Not. ad Tom. 3. *Metropolis Hundii*, pag. m. 355. & 356.

An. 1189. *Henricus VI.* Romanorum Rex confirmat donationes, ab *Illuſtri Viro Guelphone* Duce, ejusve Miniſterialibus, aliisque, Cœnobio *Staingaden* factas. Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 358. & 359.

An. 1191. tandem exuvias depoſuit mortales, teſte *Chronico Weingartenſi* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 798. *Anno* 1191. 18. *Cal. Januarii, Gwelfo, Nobilis Altorfenſis, Principum noſtrorum Illuſtriſſimus, Heinrici Ducis videlicet, & Woulſhildis, filius, carne ſolutus, migravit à Seculo, cum quo Nobilitas Altorfenſium non mediocriter completa deſiit &c.* & paucis interjectis:

Diffuſa latè Welfonum Nobilitate,
Nomine poſtremus obit, & virtute ſupremus:
Sublato fatis hoc Principe, Nobilitatis
Gloria multorum ruit, & lux aurea morum:
Plangant orbati vitam Ducis incinerati;
Mortis in Edicto, qui vivimus ordine ficto,
Labimur ut fœnum, cum florem perdit amœnum.

Juxta *Ottonem S. Blaſianum*, Cap. 41. pag. m. 220. deceſſit demùm an. 1175. ſcribentem hoc anno: *Welf Dux obiit &c. Vitus Arenpeck* contra l. c. pag. 669. Eum jam an. 1177. ad plures abiiſſe tradit, ibi: *Guelfo Senior* (filius Henrici Nigri) *obiit* 1177. *&c. Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. m. 115. *Weingartenſe Chronicon*, nec non *Aventinum*, lib. VI. Cap. VI. §. 5. pag. m. 614. & *Hundium*, Tom. 3. *Metropolis*, pag. 351. ſecutus, Eum an. 1191. cœcitate correptum, in ſumma ſenectute, *Memmingæ* mortuum, & *Staingadæ* terræ mandatum docet.

(4) *Juditta, Friderico Coclito*, Duci Sueviæ, nupta. Vid. præced. *Catalog. Ducum Sueviæ*, v. 44. in *Vita Bertholdi II.* v. 2. pag. 336. & v. 46. *Vita Friderici Coclitis*, v. 2. pag. 342.

(5) *Sophia*, Conjux (1) *Bertholdi*, Ducis Zæringiæ; (2) *Leopoldi*, Marchionis Styriæ. Vid. præced. *Catal. Ducum Sueviæ*, v. 44. Vita *Bertholdi* II. v. 2. pag. 336.

(6) *Mathilda, Theobaldi*, Marchionis Vorburgici; eoque mortuo, *Gebhardi de Sultzbach*, Uxor. Vid. *Monachus Weingartenſis* l. c. Cap. X. in vita *Henrici Nigri*, pag. 786. *Mathildis, primò Theapoldo* (Theopaldo) *filio Theapoldi, Marchionis Cambienſis de Voheburck; poſtea, eo mortuo, Gebehardo de Sultzbach, copulata eſt &c.* Conſentiunt: *Arbor Genealogica*, membranaceo Codici MS. de *Guelfis Principibus*, præfixa, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. I. pag. 800. *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Lotharii Saxonis*, pag. 211. *Conradus Botho*, *Chron. Picturat. Brunſuic.* ad an. 1108. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. T. 3. pag. 334. *Vitus Arenpeck* l. c. pag. 669. *Ladislaus Sundhemius*, de *Guelfis Principibus*, ibid. Tom. I. pag. 805.

(7) *Wulfildis*, Uxor *Rudolfi*, Comitis Bregantini. Vid. *Monachus Weingartenſis* l. c. *Wulfildem Rudolphus, Bregantinus Comes, duxit &c.* ita & citata *Arbor Genealogica* l. c. *Conradus Urſpergenſ.* loc. cit. *Sundhemius* l. c. eam *Wifildem* vocans; *Botho* l. c. *Arenpeck* l. c.

Bucelinus, in *Hiſtoria Agilolfingica*, pag. 397. addit *Helenam* quandam, *Wratislai*, Pomeraniæ Ducis, Conjugem; ſed propria auctoritate. Nec huc trahendus *Adalbero* ille, ſeu *Albertus*, cujus *Chronographus Saxo*, ad an. 1138. pag. m. 294. & 295. meminit: *Folcmarus, Abbas Corbejenſis, obiit, cui ſucceſſit Adalbero, frater Heinrici Ducis, electus de eadem Congregatione &c.* pariterque *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. pag. 16. *Volcmarus, Abbas Corbejenſis, obiit, cui ſucceſſit Albero, frater Ducis Henrici &c.* & *Annales Corbejenſes*, an. eod. apud Dn.

de Leibnitz l. c. Tom. 2. pag. 307. *Obiit Volkmarus, Abba noſter. Quieſcat in pace. Succeſſit Albero, Ducis Henrici frater &c.* de cujus obitu, hæc apud *Chronographum Saxonem*, ad an. 1143. pag. m. 269. *Obiit Adalbero, Corbienſis Abbas &c.* & *Annales Corbejenſes*, ad an. 1144. *Obiit Albero, Abba noſter &c.* quia non fuit frater *Henrici Superbi*, adeoque nec filius *Henrici Nigri*; ſed frater *Henrici* Auſtriaci, cognom. *Jaſamer-Gott*, à *Conrado III.* Imp. creati Ducis Bavariæ.

(4) Mortuo an. 1119. vel 1120. fratri, *Welfoni*, ſucceſſit *Henricus* noſter in Ducatu Bavariæ. Vid. *Monachus Weingartenſis* l. c. Cap. X. in ipſius vita, pag. 785. *Heinricus, Frater ejus,* (Welfonis) *Ducatum, & omnia quæ illius erant, obtinuit, & potenter* (potenter) *ditioni ſuae ſubjugavit &c.* Conſ. præced. v. 45. vita laudati *Welfi II*, v. 1. p. 438.

(5) Ante Obitum, Monaſticam amplexus vitam, ſepulchra Patrum ingreditur. Vid. *Monachus Weingartenſis* l. c. pag. 786. *Circa idem tempus*, (quo Conradus, ipſius filius, deceſſit) *Pater quoque ejus, & mater; Pater, Monachum profeſſus in extremis ſuis, in Caſtro Ravenſpurg; Mater in Altorff, decimo ſexto die poſt mortem mariti, obierunt; & in Monaſterio S. Martini ſepulti ſunt &c.* Quæ *Conradus Urſpergenſis* l. c. pag. 211. repetit; Conſ. *Sundhemius* l. c. pag. 804. *Cum mors ſibi appropinquaret, Monachum ſe profitebatur, & obiit in Caſtro Ravenſpurg. Welfildis verò, ejus uxor, ſexto decimo die poſt virum, deceſſit in Monaſterio Weingarden, uno tumulo ſepulti &c.* Quo Anno? controverſia eſt. *Aventinus*, lib. VI. *Annal.* Cap. 3. §. 1. pag. m. 590. ejus memor, ait: *Ravenſpurgii deceſſit, anno ab Orbe ſervato, M. C. XXV. Fatum Mariti ſubſequitur Uxor, die deinceps ſexto decimo. Amborum corpora ad Altdorf delata ſunt &c.* Ita & *Martinus Cruſius* lib. I. *Annal. Suev.* Part. 2. c. 16. pag. 28. *Henningeſius* l. c. Part. 2. pag. 114. *Dn. Lucæ, Fürſten-Saal*, pag. 365. Alii multi. Annum ſequentem 1126. mavult *Chronographus Saxo* h. a. p. 286. *Heinricus, Dux Bawariorum, obiit &c.* ut & *Albertus Stadenſis*, an eod. p. m. 156. *Heinricus, Dux Bawariæ, obiit &c.* In annum 1127. decurrit *Monachus Weingartenſis*, l. c. Cap. XIV. pag. m. 792. verb. *Anno M. C. XXVII. Heinricus, Dux Senior, cum Conjuge ſua Wulfildi, quae ſedecim tantum dies ſupervixit, obiit &c.* pariter ac *Vitus Arenpeck* l. c. pag. 662. *Anno Domini M. C. XXVII. Pater quoque ejus* (Conradi, Ducis noſtri filii) *Hainricus Dux, ſeptimo Ducatus ſui Anno; & Mater, Pater, in Caſtro Ravenſpurch; & Mater, in Altorff, decimo ſexto die poſt mortem mariti, obierunt, & in Monaſterio S. Martini ſepulti ſunt &c* Certi quid definire nequeo, deficientibus documentis publicis.

(47) HENRICUS VII. vulgò SUPERBUS.

(1) Parentes hujus Principis, *Henricum Nigrum* ſcil. & *Wulfildem*, *Magni*, Saxonum Ducis, filiam, præced. *Catal. Ducum Saxoniae*, v. 15. *in ipſius Vita*, v. 1. pag. 125. laudavi.

(2) De Ejus Uxore, *Gertrudi*, *Lotharii* Imp. gnata, vid. l. c. v. 2. & præced. Tit. V. Vita *Lotharii* Imp. v. 3. pag. 561.

(3) Filii eorum, *Henrici Leonis*, vitam, exhibui præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 16. p. 145. ſqu.

(4) Ab obitu Parentis, quem, ceu in ipſius vita, v. 5. modò dictum, alii anno 1125. alii anno 1126. aliique anno 1127. contigiſſe tradunt, *Ducatum Bavariae* Eum fuiſſe nactum, teſtantur, cit. *Catal. Ducum Saxoniae* l. c. v. 3. pag. 139. hoc titulo nominati. Geſta ejus, ab hoc anno, uſque ad annum 1137. quo *Lotharius* Imp. obiit, habentur ibidem, v. 4. & 5. pag. 139. & 140. pariter ac fraudes & injuriæ, quibus, ab Imperatoris exceſſu, *Saxonia* pariter & *Bavaria*, à *Conrado III.* clandeſtinis artibus electo interea Imperatore, ei fuerint ablatæ. *Bavariam* inde, ann. 1139. in *Leopoldum* Auſtriacum, novi Cæſaris uterinum fratrem, fuiſſe tranſlatam, documento ſunt, quos præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad an. 1138. pag. 124. produxi teſtes; quibus Hiſtoriam *Fundationis Mellicenſis Cœnobii* Bibliothecæ Cæſareæ, ex *Lambecio*, L. 2. *Commentar.* Cap. VIII. pag. 632. verbis, ſeq. v. 48. in vita *Leopoldi*, exhibendis, jungas.

(5) Tandem an. 1139. cum *Bavariam* in priſtinum ſtatum reponere meditaretur, mortuus eſt. Vid. cit. ejus vita, v. 8. pag. 144.

(48) LEOPOLDUS II.

(1) Ortum hujus Principis illuſtrat Hiſtoria *Fundationis Mellicenſis Cœnobii*, in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, apud *Lambecium* lib. 2. *Comment.* C. VIII. p. 631. *Iſte Leopoldus Pius, Illuſtris & Nobilis Marchio* (Auſtriæ) *duxit Uxorem, nomine Agnetem, filiam Hainrici Imperatoris,* (Quarti) *de qua genuit octodecim pueros & puellas, quorum ſeptem tempore infantiae de medio ſublati ſunt; undecim verò, qui ſupervixerunt, ſcil. ſex filii, & quinque filiae, ad honores rerum temporalium non modicos promoti ſunt omnes. Primogenitus Albertus, qui factus eſt Advocatus omnium Monaſteriorum iſtius Terrae noſtrae Auſtriae. Secundus, Hainricus, qui & diutius omnibus vixit, et à Patre minus diligebatur. Hic Hainricus factus fuerat Dux Bavariæ &c:* & pag. 632. *Tertius filius Leopoldi*

Digitized by Google

poldi Pii, Fundatoris Neuburgenſis, dictus eſt Leopoldus, qui tertio anno poſt mortem Patris, ejecto præfato Hainrico, (Superbo) *Ducatum Bavariæ accepit, ſed brevi, heu! duravit, quia, poſt auctum honorem anno ſecundo, vita præſenti minutus eſt, ſuperſtitem & ſucceſſorem relinquens præfatum Hainricum, fratrem ſuum &c.* Quibus docemur, Ducem noſtrum fuiſſe *Leopoldi Pii,* Marchionis Auſtriæ, & *Agnetis, Henrici IV.* Imp. filiæ, prius *Friderico* Hohenſtauffio, Suevorum Duci, nuptæ, gnatum, & quidem ordine *tertium,* licet *Radevicus,* lib. 2. de *Geſtis Friderici I.* C. XI pag. 513. *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Friderici I.* pag. m. 216. *Mutius,* lib. XV. pag. m. 122. *Nauclerus,* Vol. 2. Generat. 37. pag. 786. aliique, *Leopoldum Heinrico* ætate majorem fuiſſe arbitrentur. De Generatione hac teſtatur ipſemet *Leopoldus* noſter, in Diplomate donationis Cœnobio *Richerſpergenſi* factæ apud *Gewoldum,* Tom. 3. Addit. *Metropolis Hundii,* pag. 229. verb. *Ego Luitpoldus, Dux Bawariorum D. G. ---egenorum & pauperum Chriſti, in Cœnobio Richerſpergenſi Deo militantium intellexi paupertatem, ſimulque animadverti, quædam eorum prædia vaſtata, dum Exercitus vel Patre meo, Luitpoldo, vel me ipſo ducente, per terras eorum ires ac redires &c.* De *Agnete* hac, Conf. præced. Tit. V. Vita *Henrici IV.* pag. 531.

(2) Proſcripto, ann. 1138. *Goslariæ, Henrico Superbo,* obtinuiſſe Ducem noſtrum, ab uterino fratre, *Conrado* Rege, *Bavariæ Ducatum,* præter citata modò ex *Lambecio, Melicenſis Cœnobii fundationis* verba, affirmant omnes, quorum præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 1138. pag. 124. memini. Initia Regiminis ejus depingit *Otto Friſingenſis,* ejusdem uterinus frater, lib. VII. *Chronic.* C. XXV. p. m. 153. *Leopaldus Marchio, ſuſcepto à Rege Ducatu Norico, omnibus penè Baronibus ad eum pertinentibus, amoreque ſeu terrore ultrò ad eum confluentibus, primò Metropolim, ac ſedem Ducatus, Ratisponam, Ditioni ſuæ ſubdidit; poſt, collecto Milite copioſo, totam Bajoariam pertranſiens, in ipſo ejus termino, juxto Licum fluvium, contra Urbem Auguſtenſem, negotia terræ per triduum tractans, ſtrenui Judicis officium exercuit &c.* Eadem ſuppeditat *Vitus Arenpeck,* in *Chronico Bavarico,* apud Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 664. addendo tamen: *ſed, amiſſis aliquot de ſuis, feſtinanter revertitur &c.* Quæ & *Andreas Ratisbonenſis,* in ipſius vita, pag. m. 25. recenſet; propria verò auctoritate ſubnectens: *Heinricum quoque,* (Superbum) *Uxorem ejus, & liberos, auxilio Regis, fugavit, & depauperavit; quæ peditendo* (quæ nugæ?) *in Saxoniam venerunt ad filium Lotharii, Ducem Saxoniæ,* (annon ipſe Henricus, Gener Lotharii, tunc Dux Saxoniæ fuit?) *qui ipſis neceſſaria victus miniſtravit &c.*

(3) Poſt fata *Henrici Superbi* ann. 1139. *Leopaldus Ducatum exhinc Noricum potenter ſe habere confidens, dum in obſidione Caſtri Phaleja duorum Fratrum, qui ſoli ex Noricis Baronibus, in parte Ducis Henrici ſteterant, incautè moraretur, Guelfo, Ducis Henrici frater, ex improviſo collecto milite ſuperveniens, fortiſſimè pugnando cæſis ex utraque parte pluribus, multis captivatis, Ducem cedere coëgit ---. Non multò poſt, Duce Leopaldo, in Urbe Ratispona, civilia jura diſponente, ex Palatini Comitis, Ottonis, importunitate, ſeditio oritur. Dux cum ſuis, populo circumquaque concurrente, arma arripuit, ſuccenſisque aliquibus Urbis vicis, Civibus tam armorum, quam incendii metu, diſcurrentibus, periculum evadens, Urbe receſſit, ac vaſtatis in circuitu agris, ad tempus inde divertens, collecto milite, non longè à Civitate caſtra poſuit, tandemque terrore perculſos, pecuniæ pactione in deditionem accepit. Debinc dedecus, à Guelfone ſibi apud Phaleja illatum, ulciſci ſtatuens, armata manu, ad Licum usque progreditur, ibique deſtructis quorundam inimicorum ſuorum munitionibus, cunctisque circumquaque vaſtatis, per fines noſtros, cum multo Eccleſiæ noſtræ detrimento, revertitur. Ipſe verò, non multo poſt, Ratiſponæ infirmatus, in Territorio Pataviensi, diem obiit, & in Monaſterio S. Crucis, quod à Patre ſuo fundatum, ipſe plurimum ditaverat humatur, eique in Marchia ſucceſſit frater ſuus, Henricus &c.* Hæc omnia *Otto Friſingenſ.* l. c. Conf. *Monachus Weingartenſis,* de *Guelfis Principibus,* Cap. XIII. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. p. 789. verbis præced. v. 46. in vita *Henrici Nigri,* ejusque fratris, *Welfi VI.* ad an. 1139. jam prolatis; *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Conradi III.* pag. m. 214. *Andreas Ratisbonenſis* l. c. pag. 26. *Arenpeck* l. c.

Ann. 1141. In diplomate *Conradi III.* Imp. Cœnobio *Münſterienſi* dato, apud *Gewoldum* Tom. 2. Addit. *Hundii Metropolis,* pag. 521. teſtis occurrit: *Luipaldus, Dux Bavariorum.*

(4) *Aventino* judice, l. c. lib. VI. Cap. 4. §. 1. &c. pag. m. 598. & 599. verb. *Cum ad Altaichium Inferius perveniſſet, abſque liberis decedit 12. Cal. Novemb. Anno æræ Chriſtianæ, Milleſimo, Centeſimo, Quadrageſimo primo. Corpus inde ad ædem Ciſtertienſem, viginti millia paſſuum à Vienna Noricorum, quam Parens SS. Cruci dicarat, tranſfertur &c.* ἄλλως tandem fragilitatis humanæ ſarcinam depoſuit, 21. Octobr. eodem an. 1141. quem etiam terminum *Alberi-*

bericus l. c. verba *Ottonis Friſingenſis* recitans, confirmat; in eandem ſententiam ire videtur laudata *Hiſtoria Fundationis Cœnobii Melicenſis* loc. cit. pag. 632. verb. *poſt auctum Honorem*, (i. e. ex quo Dux Bavariæ creatus) *anno ſecundo*, *vita præſenti minutus eſt &c.* nec non *Monachus Weingartenſis*, loc. cit. Cap. 13. p. 789. docens, *Leopoldum* noſtrum, commiſſo prius ad *Winsbergam* prælio, quod ann. 1140. factum præc. Tit. V. in vita *Conradi III.* v. 4. ad h. a. pag. 570. probavi, ad plures abiiſſe. Verba præced. v. 46. in vita *Henrici Nigri*, & *Welfi VI.* ad ann. 1139. occurrunt. *Henningeſius* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag 258. circa ſepulturam quid præceperit? diſcimus ex citata *Fundatione Melicenſis Cœnobii* loc. cit *Cum* (Leopoldus noſter) *cognoviſſet ſe moriturum, Nobiles ſecum manentes adjuravit, ut ipſum mortuum in Auſtriam deportarent ad S. Crucem, ibique eum ſepelirent, quod & factum eſt &c.*

(49) HENRICUS VIII. cogn. JOCHSAMERGOTT.

(1) Eosdem, quos *Leopoldus* anteceſſor, Princeps hic Parentes habuit. Vid. præced. v. 48: §. 1. p. 448.

(2) Circa Annum 1142. nuptias priores celebraſſe legitur, cum *Gertrude, Lotharii* Imperatoris filia, & *Henrici Superbi*, Bojorum Saxonumque Ducis, vidua. Teſtes ſunt: *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slav.* Cap. LVI. §. 11. pag. m. 135. *Poſtquam autem eadem Domina* (Gertrudis, Henrici Superbi vidua) *nupſit Principi Henrico, fratri Conradi Regis &c.* quæ *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1139. pag. m. 162. repetit; *Dodechinus* Append. *ad Marianum Scotum*, ad ann. 1142. verbis præced Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 124. occurrentibus; *Otto Friſingenſis*, & ipſe frater ejus uterinus, lib. VII *Chron.* c. 26. pag. m. 154. *Saxoniam ingreſſus* (Conradus Rex) *data in Uxorem vidua Ducis Henrici, Lotharii Imp. filia, fratri ſuo, Henrico Marchioni, pacem cum Saxonibus fecit, eidemque Marchioni Noricum Ducatum, quem, conſilio Matris, Ducis Henrici filius* (Henricus Leo) *jam abdicaverat, conceſſit: Quæ res in terra noſtra maximæ diſcordiæ ſeminarium fuit &c* cujus verba *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad ann. 1141. pag m. 290. & 291. exſcribit; *Monachus Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, Cap. XIII. apud Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rer. Brunſuic* pag. 789. & 790. *Leopoldus moritur, eique in Marchiam Frater ſuus, Heinricus de Auſtria, ſucceſſit, cui Rex, Saxoniam ingreſſus, pacemque cum Saxonibus faciens, viduam Heinrici* (Superbi) *Ducis, in Uxorem dedit, eique Ducatum Noricum conceſſit. Quae res maximæ diſcordiæ ſeminarium fuit &c.* Eadem profert *Conradus Urſpergenſ.* in Vita *Conradi III.* pag. m. 214 ſcribens inſuper, in vita *Friderici I.* pag. 216. *Heinricus, natu major, recepit Gertrudim, filiam Lotharii II. Imp. Relictam Heinrici, Ducis Bajoariæ &c.* Fragmentum *Chronici Brandenburgici*, de *Genealogia Ducum Brunſuicenſium*, apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* pag. 271. & Illuſt. Dn. *de Leibnitz* l. c. Tom. 2. p. 18. *Mortuo Henrico, Duce Bawariæ & Saxoniæ, Gertrudis, filia Lotharii, Uxor Ejus, duxit Henricum, fratrem* (uterinum) *Conradi Regis, & ille Ducatum Bawariæ, qui jure hæreditario debebatur Henrico Leoni, filio Gertrudis, cum Matre Pueri obtinuit &c.* Sic *Andreas Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico* p. m. 26. *Defuncto Leopoldo, Duce Bavariæ, Conradus Rex Saxoniam ingreſſus, viduam Ducis Heinrici, Lotharii Imp. filiam, fratri ſuo, Heinrico Marchioni, in Uxorem dedit, & pacem cum Saxonibus fecit; eidemque Marchioni Noricum Ducatum conceſſit &c.* & *Conradus Botho, Chronic. Picturat. Brunſuic.* ad ann. 1126. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3. pag. 337. memor *Gertrudis*: *Do de* (Henricus Superbus) *ſtarff, do nam ſe wedder eynen Hertoghen to Swaven* (falſum hoc aſſertum) *genant Hinrick, unde was de erſte Hertoghe van Oſterick, dat æm ſyn Broder, Keyſer Cord de Dridde* (novus error) *belende &c.* & ad ann. 1142. pag. 342. *Keyſer Cord de gaff Keyſer Luders Dochter, Hertoghen Hinrikes Moder des Lauwen, ſynem Broder, Greven Hinrick, unde makede ut æm eynen Hertoghen van Oſterich &c. Henricus* ſanè non à *Conrado III.* ſed à *Friderico I.* Dux Auſtriæ creatus. *Vitus Arenpeck, Chron. Bavar.* ap. eundem Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 664 *Huic* (Henrico noſtro) *Rex Conradus, frater eorum uterinus, Saxoniam ingreſſus, pacemque cum Saxonibus faciens, Gerdrudim, viduam Ducis Hainrici Superbi, in Uxorem dedit, eique Ducatum Noricum, quem, conſilio Matris, Ducis Hainrici filio jam abdicaveras, conceſſit anno Chriſti* 1142. *&c. Aventinus* lib. VI. *Annal.* Cap. IV. pag. 599. *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia* pag. 259. & Part 2. pag. 103. Alii.

Extincta *Gertrude*, duxiſſe fertur *Theodoram*, *Emanuelis*, Græcorum Imp. filiam. Vid. *Henningeſius*, Part. I. pag. 259.

(3) Liberi ejus, ex poſteriori toro ſuſcepti, ſunt:

(1) *Leopoldus Victorioſus*, conditor *Neoſtadii*, quique *Ptolemaidem* expugnavit, ann. 1194. defunctus. Vid. *Henningeſius*, Part. I. pag. 258.

(2) *Henricus Senior*, *Medlingæ* ſedens; Vid. loc. cit.

(3) *Agnes*

Digitized by Google

(3) *Agnes*, nupta (1) *Stephano III.* R. Hungariæ; (2) *Hermanno*, D. Carinthiæ. Vid. l. c.

Filiorum mentio fit, in Hiſtoria *Fundationis Melicenſis Cœnobii*, in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, apud *Lambecium*, lib. 2. *Biblioth. Cæſar.* Cap. VIII p. 632. *Iſte Hainricus, dictus Jochſamergott, factus eſt primus Dux Auſtriæ, cum antea Marchiones tantùm eſſent, & cuncta ſibi ſubjugavit, Patrui ſui, praefati Imperatoris Friderici, potentia coadjutus. Hic Hainricus fundavit Monaſterium S. Mariæ Virginis, aliàs Scotorum, Wiennæ, ubi & ſepultus eſt, genuitque duos Filios, ſcilicet Leopoldum, qui ei ſucceſſit in Ducatu, & Hainricum, fratrem ejus, qui dictus eſt Dux Henricus de Medlico &c.* Conf. de *Leopoldo*, *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Friderici I. Imp.* pag. m. 216

(4) A mala conſuetudine cuncta juramento quaſi aſſeverandi: *Ita me Deus adjuvet*; quod contractè *Ja ſo mir Gott*, pro: *Sawahr mir Gott belffe*, pronunciaverat, cognomento *Jaſamergott*, vel *Jaſamergott*, dictus, rei ſacræ multum curæ impendit. De fundatione *Monaſterii Scotorum Viennæ*, ei adſcribenda, modo dictum. Conf. *Conradus Urſpergenſ.* l. c. *Heinricus* (noſter) *fuit creatus primus Dux Auſtriæ, à Friderico I. & Monaſterium Viennæ erexit, quod vocatur Scotorum &c.* Sic *Andreas Ratisbonenſis* l. c. *Hic Heinricus, primus Dux Auſtriæ, in Metenſi Monaſterio, Ratisponenſis Diœceſis, Monachos inſtituit, & Clericos, qui ibi erant, in Munſter locavit &c.*

Ann. 1141. defuncto fratre *Leopoldo*, ab eodem Imperatore, *Conrado III.* uterino fratre ſuo, conſtituitur *Dux Bavariæ*; quem Ducatum ut quietè teneret, non ſolum injuſtè proſcripti *Henrici Superbi* viduam, *Gertrudim*, in Uxorem ducit, ſed &, maternis, an novercalibus? artibus ſeductus, legitimus heres, *Henricus Leo*, duodecim annorum puer, invalidè licet, & citra conſenſum *Welfi*, Patrui, juribus ſuis in iſtum Ducatum renunciat Teſtes v. 2. p. 450. modò produxi. Cruentum inde ſurrexiſſe bellum, vel ipſe *Otto Friſingenſis*, lib. VII. *Chron.* c. 26. p. m. 154. teſtatur, verb *Quæ res in terra noſtra maximæ diſcordiæ ſeminarium fuit &c* idem docentibus *Monacho Weingartenſi* l. c. pag. 790. *Alberico*, ad ann. 1141. pag. 291. *Conrado Urſpergenſi*. in vita *Conradi III.* pag. 214. aliisque multis; quandoquidem laudatus *Welfo* Ducatum hac ratione ad ſe, proximum veluti agnatum, utpote *Henrici Superbi* germanum Fratrem, *Leonisque*, pueri abdicantis, Patruum, devolutum, meritò clamaverat. Qua de re præced. v. 46. in vita *Henrici Nigri*, & *Welfi VI.* ad an. 1141. pag. 443. jam egi.

Ann. 1147. Comitatus eſt Cæſarem in Terram Sanctam. Vid. præc. v. 46. l. c. ad h. a. pag. 444.

Ann. 1150. bello petitur à privigno, *Henrico Leone*, *Ducatum Bavariæ* repetitum eunte. Vid. præc. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 16. in vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad h. a. pag. 160.

Ann. 1152. vocatus ad Comitia *Herbipolenſia*, decidenda ibi lite cum privigno quoad *Bavariam*, ſe non ſiſtit. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 127.

Ann. 1153. denuo negotium hoc re infecta ventilatum. Vid. ibidem, ad h. a. p. 127. & 128. & *Vitus Arenpeck, Chron. Bavar.* l. c. pag. 670.

Ann. 1154. in *Goslarienſi Curia*, ad reſtituendum Privigno, *Henrico Leoni*, *Bavariæ Ducatum*, damnatur. Vid. ſupra l. c. ad h. a. pag. 128.

Ann. 1155. Privigno dicto Ducatu cedere tergiverſatur. Vid. ibid. ad h. a. pag. 128.

Ann. 1156. reſtituit tandem Privigno *Bavariam*. Vid. *Hiſtoria Fundationis Melicenſis Cœnobii*, apud *Lambecium* l. c. pag. 631. *Hic Hainricus factus fuerat Dux Bavariæ, ſed per Fridericum Imperatorem, ab eodem Ducatu remotus fuit; & quia ipſius erat magna Nobilitas & honeſtas, quae exigebat, ut nomen Ducis non perderet, utque Duces Bavariæ minus deinceps valerent contra eum ſuperbire, præfatus Imperator Fridericus, collecta Curia in Ratiſpona, de conſenſu & voluntate Principum, Marchionatum Auſtriæ à Jurisdictione Ducis Bavariae exemit, &, quosdam ei Comitatus de Bavaria adjungenda, in Ducatum vertit. Judiciariam poteſtatem praefato Principi, Hainrico, & ſuis ſucceſſoribus, ab Anaſo, usque ad ſylvam prope Pataviam, quæ dicitur Rotenſaal, protendendo. Sic igitur iſte Hainricus, dictus Jochſamergott, factus eſt primus Dux Auſtriæ, cum antea Marchiones tantum eſſent &c.* Ipſum Diploma cæſareum, deſuper confectum, habetur præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 129. (ubi ſimul teſtes alii, rem confirmantes, quibus *Vitum Arenpeck* l. c. pag. 670. jungas,) & plenius adhuc, præced. §. 9. lit. h. voc. AUSTRIACI, pag. 17. Neſcio itaque, quid intendat *Hermannus*, Verdenſis Eccleſiæ Epiſcopus, in calce diplomatis, quo duas tertias redituum *Bardevicenſis* Capituli, ad *Canonicos* ſpectantes, à reſidua tertia, *Præpoſito* competente, ſeparat, inſuperque *Canonicis* facultatem tribuit eligendi è gremio ſuo *Decani*, cui ab Epiſcopo confirmato & inveſtito, *obedientiam* promittant, ſcribens: *Data Verdiæ*, 12. *Cal. Junii, Anno Incarnationis Domini Chriſti M. C. LVIII. Indictione VI Domino Adriano S. Romanae Sedis Beatiſſimo Antiſtite; Imperatore Friderico Romani Imperii habenas flectente; Hinrico Juniore jam Saxoniæ, quondam Ba-*

Digitized by Google

variæ Ducatum tenente, feliciter &c. apud Dn. *Schlœpken,* Part. I. *Chron. Bardevicenſ.* Cap. XIII. § 24. pag. 187. cum nullibi appareat, *Henricum Jaſamergott* diutius manſiſſe contumacem, Ducemque *Henricum Leonem,* in hoc uſque tempus, extorrem.

An. 1159. *Hainrico dominante, dicto Jochſamergott, inventum eſt Lignum dominicum Wiennæ, quod aureæ Cruci, cum aliis Sanctiſſimis Reliquiis, incluſum quidam Clericus, miniſter Sathanae, nomine Rupertus, auri cupidine illectus, furtivè abſtulerat. De quo furto, propter communem Eccleſiæ ad Deum clamorem, publicatus, & comprehenſus, ex judiciali ſententia ſuſpendio vitam finivit. Inventa autem eſt glorioſa ac Venerabilis Crux Wiennæ, apud Scotos &c.* Hæc ex citata *Hiſtoria Fundationis Melicenſis Cœnobii* l. c. pag. 633.

(5) De obitu ejus, inquit *Henningeſius* l. c. pag. 259. *Adverſus Fridericum Bohemiæ Regem, vel Conradum, Znoymæ Marchionem, arma ſumens, fugatur, &, per pontem malè concinnatum, decidens, crus frangit, ac triduo poſt, ex dolore, animam efflat, circa annum Chriſti* 1177. *ſepultus in Scotenſi Monaſterio.*

(50(HENRICUS IX. cogn. LEO.

Hujus Hiſtoriam in *Catalogo Ducum Saxoniæ,* v. 16. p. 145. ſq. jam texui. Sufficit hic dixiſſe, eo, ab Imperatore *Friderico I.* proſcripto, Ducatum Bavariæ translatum fuiſſe in *Ottonem Wittelſpachium,* ex antiquis *Bojorum Ducibus* oriundum, quorum Stemma *Henningeſius* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia,* pag. 191. & *ſeqq.* ſuppeditat.

Recentiora huc non pertinent.

v. (18) VII.

DUCES VENEDI, ſeu SLAVI.

(1) Celebre jam *Taciti* ævo VENEDORUM nomen; qui Cap. XLVI. de *Germanorum moribus,* §. 1. ait: *Peucinorum, VENEDORUMQUE, & Fennorum, Nationes, Germanis an Sarmatis aſcribam, neſcio &c.* & §. 2. *VENEDI multum ex moribus traxerunt. Nam quicquid inter Peucinos Fennosque ſilvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. Hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia & domos figunt, & ſcuta geſtant, & pedum uſu ac pernicitate gaudent, quæ omnia diverſa Sarmatis ſunt, in plauſtro equoque viventibus &c.* Sic *Plinius,* lib. IV. *Hiſt. Natural.* Cap. XIII. p. m. 231. *Quidam hæc habitari ad Viſtulam usque fluvium, à Sarmatis, VENETIS,* (rectius *Cellarius* lib. 2. *Geographiae Antiquæ,* Cap. V. p. m. 310. VENEDIS) *Scyris, Hirris, tradunt &c. Jornandi, de Rebus Geticis,* Cap. XVII. pag. m. 709 vocantur WINIDÆ, ibi: *Ab ortu Viſtulae fluminis, per immenſa ſpacia, venit, WINIDARUM Natio populoſa conſedit. Quorum nomina licet nunc per varias familias & loca, mutentur; principaliter tamen Sclavini, & Antes nominantur; Helmoldus* lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. 2. §. 1. 4. & ſeqq. pag. 5. legit WINITHI; *Paulo Diacono,* lib. IV. de *Geſtis Longobard.* Cap. 2 pag. m. 394. *Aimoino,* lib. 3. de *Geſtis Francorum,* Cap. LXXVII. pag, 341. & lib. 4. c. 9. pag. 360. paſſimque alibi; *Fredegario Scholaſtico,* Cap. XLVIII. apud *Freherum,* Tom. I. *Rer. Franc.* pag. 135. & Cap. LXXVII. pag. 146. &c. audiunt WINIDI; & generali vocabulo SCLAVI, Moderna appellatio eſt *Wenden,*

(2) Non penitus *Sarmatis* vindicandam eorum originem, vel *Æſtii,* eorum pars, documento ſunt, quos *Germanos* fuiſſe *Cellarius* loc. cit. probat. Ceteri tamen fere *Sarmatæ,* qui Seculo IV. & ſequentibus, univerſam Sinus Codani, & Balthici maris, oram, à Viſtula, ad Albim uſque, & deinde remotiores quoque, antiquas veluti vacue factas *Vandalorum* Sedes, occuparunt. Hinc error *Venedos* à *Vandalis* non diverſos exiſtimantium, quem dudum Viri Eruditi proſcripſerunt; Egregiè de his *Bangertus,* ad *Helmoldum,* lib. I. Cap. 2. pag. 9. *Colebat tunc* (Taciti ævo) *inter cæteras Gentes Sarmaticas, ampliſſima Venedorum Natio, per Livoniam, Ruſſiam, & finitimas Terras, immenſis ſpatiis diffuſa. Quod vel inde liquet, cum à Septentrionibus Finnos, à meridie Baſtarnas, longè latèque inter ſe diſſitos, Tacito teſte, attigerint. --- Quas ſedes ergò Vandali potiſſimum, & alii nonnulli, ad ſinum Codanum, & mare Balticum Populi, colonis maximam partem evacuarunt, has vicini Sarmatæ & horum prima & maxima pars, teſte Ptolomæo, lib.* 3. *C.* 5. *Venedi ex Livonia, & Ruſſia, & vicinis terris, progreſſi, cupidè intraverunt, & omnem hanc oram Maris Balthici, à Viſtula ad Albim, primum complevere, ſeque cum ſuperſtitibus Wandalis, quorum multitudinem non contemnendam in multis locis relictam eſſe, dubitari non poteſt, ita permiſcuerunt, ut facile in habitu & moribus Gens Genti conformaretur. Et quia Vandalorum ſedes occupaverant, nomen quoque illorum in eosdem, ut vulgo Wandali dicerentur, tranſiiſſe deprehendimus: ſicut alios etiam populos illarum Gentium nominibus appellatos legimus, in quarum ſedes ipſi ſucceſſere &c.* ſubjungit his pag. 10. farraginem teſtium, *Venedorum* ſucceſſionem in *Vandalorum* ſedes, calculo ſua adſtruentium; & pag. 11. concludit tandem: *Non igitur Venedi cum Wandalis confundendi, quod nonnulli perperam fecere. Illi enim Sarmatæ; Hi, Germani fuerunt, Na-*

tione,

Digitized by Google

tione, loco, lingua & moribus ab illis diſcreti. Cum vero Venedi non uno tempore, ſed.paulatim, nec cum impetu & magnis Exercitibus, ſed parte una Populi poſt alteram introducta, in Wandalorum ſedes ſubintraverint, ideò nec tempus adventus illorum definiri certo poteſt. Imperante Valentiniano III. (Seculo, à Nato Salvatore, Quinto) *poſt Wandalorum diſceſſum, immigrationis hujus initium factum, veriſimile eſt. Progreſſi in Germaniam, in primis in Pomeraniam & Mechlenburgum effuſi, longè lateque dominari cœperunt. Tum verò nova plane rerum facies in Wandalia orta eſt, omniaque, abolitis prioribus vocabulis, novis vocari cœperunt. Hæc nova locorum & Populorum nomina, tanquam in Tabella, adjicere hic placuit:*

	Hodie:
I. *Pomerani* - - - -	*Pomerani.*
II. *Lebuſii, Stoderani, & Wilini.* - -	*Berlinenſes; Brandenburgenſes.*
III. *Brizani* { Duplex hujus nominis adhuc reſtat. 1. Brizen in confiniis Saxoniæ. 2. Brizen ad Oderam ſita }	*Prignitzenſes; Perlebergenſes.*
IV. *Havelani, (Helveldi & Hevelli) ad Havelum fl.* -	*Havelbergenſes.*
V. *Sidini* - - - - -	*Stetinenſes.*
WILSI, qui & LUTITII, & VELATABI, quatuor generum ſunt:	
VI. *Circipani, qui cis Penim fl.* - - -	*Wolgaſtenſes: Sundenſes: Deminenſes: Wilsnacenſes.*
VII. *Kiſſini* - - - - - -	*Gützovienſes: Gryphiswaldenſes.*
VIII. *Rhedarii, Ridarii, Riaduri* - -	*Stolpenſes: Anclamenſes.*
IX. *Tollenſi, qui ad Tollen See,* - - -	*Neubrandenburgenſes.*
X. *Warnavi, Varini, Heruli, VVerli, &* καθ' ἐξοχὴν, *VVendi* - - - -	*Roſtochienſes: Butzovienſes: Guſtrovienſes.*
XI. *Obotriti* - - - - -	*Mechlenburgenſes: Suerinenſes.*
XII. *Polabi. Polavi.* - - - - -	*Raceburgenſes.*
XIII. *VVagrii* - - - -	*Lubecenſes: Aldenburgenſes.*
XIV. *Rani* - - - - -	*Rugiani.*
XV. *Lingones. Lini.* - - - -	*Luneburgenſes.*
XVI. *Sorabi. Serbi* - - - -	*Serveſtani: Luſati: Miſnenſes: Lipſienſes.*
Huc referendi:	
XVII. *Uchri. Ucri* - - - -	*Incolæ Marchiæ Ucranæ.*
XVIII. *Daleminci.* - - - - -	*Pars Miſnenſium.*

Hos omnes Helmoldus, ſua ætate, circa annum Chriſti 1148. *& Adamus Bremenſis, annis centum ipſo ſuperior, VVinulos & VVinithos, i.e. VVendos, item, Slavos, appellant &c.* Hæc *Bangertus. Adami* verba ſeq. v. 14. producam. Conf. Illuſtr. Dn. *Coccejus, Prudent. Juris Publici*, C. 3. Sect. IV. §. 50. pag. 58. & 59. *Slavi, ſeu Venedi, Sarmatiæ Populi, duas deſertas propè Germaniae Provincias occuparunt,* (1) *Regnum Moraviæ, in quo: Moravia, Bohemia, Sileſia, Polonia &c.* (2) *Vandaliam: cum Luſatia, quæ Vandaliæ, ſeu Suevia Veteris, & Miſniæ, quæ Saxoniæ magis portio videtur. Illi, Orientales: Hi, Boreales &c.* Dn. *Schurtzfleiſchius*, Differt. de *Rebus Slavicis*, §. 7. & 8. pag. 5. & ſeqq. Dn. *Werlhof. Notit. Imper. enucleata*, lib. I. Cap. 2. §. XVI. pag. 32. 33. &c.

(3) Nunquam uni ſoli univerſam Gentem paruiſſe, certum eſt. Singulis Populis Reges erant, vel Duces; tributarii ſubinde Imperatoribus Romanis, & priſtinis Francorum Regibus. Rectè *Helmoldus*, lib. I. C. 1. §. 8. & ſeqq. pag. 2. *Boëmia habet Regem, & Viros bellicoſos, plena eſt Eccleſiis, et Religione Divina* . . . . *Polonia, magna Slavorum Provincia, cujus terminum in Ruziæ Regnum dicunt connecti. Et dividitur in Octo Epiſcopatus. Quondam habuit Regem,* nunc

nunc autem Ducibus gubernatur. Servit & ipſa, ſicut Boëmia, ſub tributo, Imperatoriæ Majeſtati &c. Hinc ſua *Crantzius*, lib. 2. *Vandaliae*, Cap. XIX. Quandoque & aliis dominis eos fuiſſe obnoxios, præced. *Catal. Ducum Saxoniae* v. 10. & ſeqq. & *Ducum Bavariae*, v. 11. & 12. &c. monui. Attamen ſuis ſemper vixerant Legibus, licet à Germanis vincerentur; nec unquam Germanicæ Civitatis jure donatos lego.

(4) Seculo VI. à Nativitate Salvatoris, *Thaſſilonem*, Bojorum Regulum, inſignem de *Venedis* reportaſſe victoriam, cit. *Catalogo Ducum Bavariae* v. 11. & 12. probavi.

(5) Seculo VII. *Anno Quadrageſimo Principatus Clotharii* (Francorum Regis) *Homo quidam, nomine SAMO, Natione Francus, de Paga Senanica, multos negatiatarum, mercandi cauſa, in Sclavorum Patriam* (*qui etiam Winidi dicuntur,*) *ſecum deduxit. Sclavi, jam dudum Hunis, qui & Avares dicuntur, ſubjecti, Dominationis eorum jugum detrectare tentabant. Siquidem, cum primum vectigalia eis, uti Dominis, dependerent, prælantium Caſtra tutarentur, fugientibus auxilia ad reſiſtendum ſubminiſtrarent, tantas ab ipſis ſibi illatas tolerabant contumelias, ut non homines hominibus, ſed feras crederes quibuslibet vilibus imperitare jumentis. Nam inter cætera, quae crudeliter, dictu quoque horrendum, in eas exercebant, unum illud nefandum, cunctisque antea Seculis inauditum erat ſcelus, quod, quaſi hiematuri, eorum adeuntes domicilia, uxores ipſarum ſuis aſſumebant ſocias ſtratis. Verum illi, qui de conjugibus Sclavorum & Hunis erant geniti, hoc malum, quod vitrici eorum diu fuerant perpeſſi, nolentes perpeti, immane contra dominos, & Patres ſuos, excitavere bellum. Ad quos SAMO cum ſociis, adjumenta Winidis futurus, fortè profectus eſt: factaque congreſſione, Winidi Hunnos ſuperant. In hoc certamine SAMO, cum ſuis, præclarum militiae documentum dedit; praerupta namque ſeſe periculo dans, plurimos hoſtium deſtruxit. Hoc ſucceſſu SAMO à Sclavis ad regnandum expetitus, eò quod egregia ejus delectarentur fortitudine, de negotiatore, Rex conſtitutus, per triginta ſex annos, ſtrenuè Regnum gubernavit, adverſum innumeras bellorum tumultus, quæ cum Avaris geſſit, in quibus ſemper, prudenti aſtutia uſus, victor extitit. Habuit quoque duodecim ex genere Winidarum Uxares, ex quibus duodecim filios, ac quindecim genuit filias &c.* Hæc *Amoinus*, lib. IV. Cap. IX. pag. m. 360. Conf. *Fredegarius*, Cap. XLVIII. pag. 135. De bellis, quæ *Samo* hic cum *Dagoberto Magno*, Francorum Rege, geſſit, victoriaque *Radulphi*, Thuringorum Ducis, de *Vinedis* parta, legas præc. *Catalogum Ducum Thuringiæ* v. 12. & 13.

(6) Seculo VIII. & quidem ann. 789. bellicoſiſſimam *Slavorum* Gentem, *Wilſos*, ita domuit CAROLUS MAGNUS, Francorum Rex, ut Reguli ipſorum, in primis, WILZAN, datis obſidibus, præſtitoque homagio, Francorum Imperio ſe ſubderent. Vid. præced. Tit. V. in vita *Caroli Magni*, v. 6. ad h. a. pag. 444. & 445. Ætate hac *Obodritis*, *Wilſorum* hoſtibus, ſuos quoque fuiſſe Reges, in fœdus & amicitiam cum Francis coëuntes, expeditum eſt. Teſtis *Donatus Acciajolus*, de *Vita Caroli Magni*, apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Franc.* pag. 554. *Sub idem prope tempus*, (quo debellati Bavari) *Abodriti, veteres Francorum Socii, Legatos ad Carolum mittunt, qui, pro antiqua amicitia, ſocietateque olim cum Francis inita, adverſus Velatabos auxilium petunt. Eſt ſinus Oceani maris, in extremis Germaniæ finibus, qui ab Occaſu in Orientem verſus, centum, ut ajunt, prope milia paſſuum extenditur. Circa hunc Sinum ea tempeſtate Abodriti, Velatabi, Nortomanni, aliæque Barbarae Gentes, incolebant. Inſulas præterea, propinqua Mari frequenter ſparſas, tenebant: bella inter ſe, ſicut inter finitimos Populos plerumque fit, continenter gerebant. Quum igitur Velatabi perpetuis excurſionibus, cædibus, incendiis, Abodritos invaderent, nec ullis praeſidiis removeri ab injuria poſſent; Abodritorum Legati in Galliam venerunt: opem adverſus ſuos, Francorumque hoſtes, pro jure ſocietatis, petentes, benignè hoſpitaliterque ſuſcepti, auxilio impetrata, grata reſponſa domum retulerunt. Profectus deinde cum Exercitu Carolus, citius omnium apinione bellum confecit, Barbaras ex ſociorum finibus expulit, expulſos ad deditionem compulit, ac jurejurando adegit, ne impoſterum Francis, Francorumque ſociis, aliisve finitimis Gentibus, injuſſu ſuo, bellum inferrent &c.* Nituntur hæc auctoritate *Eginharti*, apud *Freherum* l. c. p. 437. reliquorumque præced. Tit. V. l. c. teſtium productorum. Ejusdem fœderis virtute, THRASCONEM, (al. *Draſconem, Thaſconem, Traſiconem,*) *Obodritorum Ducem*, memorabilem intuliſſe *Saxonibus Transalbinis*, Regi *Carolo* contrariis, ann. 798. cladem, præced. Tit. 2. §. 10. lit. q. v. 20. pag. 223. & 224. commemoravi. Anno 804. traditi quoque *Obotritis* deportatorum in Franciam *Transalbinorum Saxonum* agri; vid. l. c. v. 14. pag. 219. &c. & v. 20. pag. 224.

Ann. 805. devictum *Bohemorum* Regem, LETHONEM, occidit; vid. præced. Tit. V. in vita ipſius, l. c. ad ann 805. pag. 445. Anno ſequenti 806.

Sora-

Digitized by Google

Soraborum Principem, *MILIDUOCHUM*, domuiſſe legitur; vid. ibid. ad h. a. pag. 445.

Peculiare erat bellum, propter eosdem *Obotritos*, Danis illatum, cujus *Adelmus*, ad an. 808. pag. m. 409. & 410. meminit: *Quia nunciabatur*, (Carolo) *Godefridum, Regem Danorum, in Abodritos cum Exercitu trajeciſſe, Carolum, filium ſuum, Albiam, cum valida Francorum & Saxonum manu, miſit, jubens veſano Regi reſiſtere, ſi Saxoniae terminos aggredi tentaret. Sed ille, ſtativis per aliquos dies in littore habitis, expugnatis etiam, et manu captis, aliquot Sclavorum caſtellis, cum magno copiarum ſuarum detrimento, reverſus eſt. Nam licet DRASCONEM, Ducem Abodritorum, popularium fidei diffidentem, loco depuliſſet, Godelaibum, alium Ducem, dolo captum, patibulo ſuſpendiſſet, Abodritorum duas partes ſibi vectigales feciſſet; optimos tamen militum ſuorum, et manu promptiſſimos, amiſit; et cum eis filium fratris ſui, nomine Reginoldum, qui in oppugnatione cujusdam Oppidi, cum plurimis Danorum primoribus, interfectus eſt. Filius autem Imperatoris, Carolus, Albiam ponte junxit: et Exercitum, cui præerat, in Livones* (Linones) *& Smeldingos, qui et & ipſi ad Godefridum Regem defecerant, quanta potuit celeritate, tranſpoſuit, populatisque circumquaque eorum agris, tranſito iterum flumine, cum incolumi Exercitu, in Saxoniam ſe recepit. Erant cum Godefrido, in expeditione praedicta, Slavi, qui dicuntur Wultzi, qui, propter antiquas inimicitias, quas cum Abodritis habere ſolebant, ſponte ſe copiis ejus conjunxerant; Ipſoque in Regnum ſuum convertente, cum præda, quam ab Abodritis capere potuerunt, & ipſi domum regreſſi ſunt &c.* Conf. *Vita Caroli Magni* apud *Pithœum* pag. 271. &c. *Annal. Francorum Pithœani*, an. 808. pag. 20. *Reuberiani* an. eod. pag. 36. *Fuldenſes* an. eod. pag. 10. *Poëta Saxo* an. eod. lib. 3. apud Dn. de *Leibnitz* T. I. *Rerum Brunſuicenſ.* pag. 156. *Regino*, an. eod. p. 36. & 37. *Adamus Bremenſis*, Libr. I. Cap. 13. pag. 16. *Helmoldus*, Libr. I. *Chron. Slavorum* Cap. 3. pag. 15. *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 132. *AlbertusStadenſis* ann. eod. pag. 86. *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Caroli Magni*, ann. eod pag. 138. *Joh. Iſaacus Pontanus* Libr. 4. *Rer. Danicar.* in Vita *Godefridi* Regis, ann. eod. *Crantzius*, libr. 2. *Saxon.* Cap. XVIII. & Libr. I. *Metropol.* Cap. XII.

Anno eodem, *Imperator Carolus ædificatis, per Legatos ſuos, ſuper Albim fluvium, duobus Caſtellis, præſidioque in eis, contra Sclavorum incurſiones, diſpoſito, Aquiſgrani hyemavit &c.* Ita *Eginbartus* ad h. a. Conf. *Adelmus* ann. eod. pag. 410. *Annal. Francor. Reuberiani* ann. eod pag. 36. *Vita Caroli Magni* apud *Pithœum*, ann. eod. pag. 272. *Regino* ann. eod. pag. 37.

An. 809. TRASCO, *Dux Abodritorum, poſtquam filium ſuum poſtulanti Godefrido* (Regi Danorum) *obſidem dederat, collecta popularium manu, & auxilio à Saxonibus accepto, vicinos ſuos Vultzos aggreſſus, agros eorum ferro & igni vaſtat; regreſſusque domum cum ingenti, præda, accepto iterum à Saxonibus validiori auxilio, Smeldingorum maximam Civitatem expugnat: atque his ſucceſſibus omnes, qui ab eo defecerant, ad ſuam ſocietatem redire coëgit. - - - Imperator autem, quum ei multa, de jactantia & ſuperbia Regis Danorum, nunciarentur, ſtatuit, trans Albim fluvium, Civitatem ædificare, Francorumque in ea ponere præſidium. Cumque ad hoc, per Galliam atque Germaniam, homines congregaſſet, armisque ac cæteris ad uſum neceſſariis rebus, inſtructos, per Friſiam, ad locum deſtinatum pergere juſſiſſet, Traſco, Dux Abodritorum, in emporio Reric, ab hominibus Godefridi, per dolum interfectus eſt. Sed Imperator, poſtquam locum Civitati conſtruendæ fuerat exploratus, Egbertum Comitem huic negotio exequendo praeficiens, Albim trajicere, & locum juſſit occupare. Eſt autem locus ſuper ripam Sturiæ fluminis, vocabulo Eſelsfelth, & occupatus eſt ab Egberto, & Comitibus Saxonicis, circa Idus Martias, & muniri cœptus.* Sunt verba *Adelmi*, ad h. a. pag. 411. Conf. *Annal. Francor. Reuber.* an. eod. pag. 37. *Vita Caroli Magni* apud *Pithœum*, pag. 274. & *Regino* an. eod. pag 37. & 38.

An. 810. *Caſtellum, nomine Hochbuchi, Albi flumini contiguum, in quo Odo, Legatus Imperatoris, & Orientalium Saxonum erat praeſidium, à Wilſis captum eſt &c.* Ita *Eginbartus* h. a. nec non *Annales Francor. Reuberiani*, an. eod. pag. 38. *Vita Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag 276. licet Caſtellum ibi vocetur: *Obuoki*, & ad an. 811. pag. 278 *Heobuoki*; *Adelmus*, an eod. 810. pag. 412. legens: *Hohbuoki*; *Annales Fuldenſes*, an. eod. pag. 11. idem nominantes: *Hobuochi*; *Regino*, an. eod. pag. 38. habens *Huobbuocki*; *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, an. eod pag. m. 153. vocans illud: *Hohenburg*; & *AlbertusStadenſis*, ann. eod. pag. m. 86. *Hochburi*, ſcribens: *Hochburi, quod nunc Hamburg dicitur, Albiæ appoſitum, in quo Vico Legatus Imperatoris erat, à Wiltzis captum &c.* quibus ſimul docemur, *Hochbuch*; Civitati *Hamburgenſi* dediſſe initia. Conf. *Lambecius*, *Orig. Hemburg.* lib. I. ad an. 811. §. 3. & 4 pag. m. 2.

Anno 811. laudati Cæſaris mandato, *tres Exercitus in totidem partes Regni Francorum miſſi, unus in Linones, qui, eorum Terra vaſtata, Hohbuochi ca-*

ſtellum, priore anno (à Wiltzis) *deſtructum, reparavit: alter in Pannonias, ad controverſias Hunorum & Sclavorum finiendas: tertius in Britones, ad eorum perfidiam puniendam. Qui omnes, rebus proſperè geſtis, reverſi ſunt incolumes &c.* Ita *Annales Francor. Fuldenſes*, h. a. pag. 11. & 12. Conf. *Eginhartus*, an. eod. *Unum Exercitum Imperator trans Albim in Hilinones miſit, qui & ipſos vaſtavit, & Caſtellum Hochbuchi, ſuperiore anno à Wilſis deſtructum, in ripa Albis fluminis reſtauravit &c.* *Pithœani* an. eod. pag. 22. & 23. *Reuberiani*, ann. eod. pag. 39. *Adelmus*, ann. eod. pag. 413. Auctor *Vitae Caroli Magni*, loc. cit. pag. 278. *Regino*, ann. eod. pag. 39. *Chronographus Saxo* ann. eod. pag. 132. *Albertus Stadenſis*, an. eod pag. 86. *Conradus Urſperg.* an. eod. pag. 138. &c.

Anno 812. nova *Expeditio facta in Wilſos, & ab eis obſides accepit &c.* Hæc *Annales Francorum Reuberiani* h. a. pag. 39 Conf. *Vita Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 280. *Adelmus*, an. eod. pag. 414. *Regino*, an. eod. pag. 39. Rectè hinc *Eginhartus*, in ipſius Vita, pag. m. 438. *Omnes barbaras ac feras Nationes, quae inter Rhenum ac Viſtulam fluvios, Oceanumque & Danubium poſitae, lingua quidem pene ſimiles, moribus verò atque habitu valde diſſimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effecerit; inter quas ferè præcipui ſunt: Welatabi, Sorabi, Abotriti, Bœmanni, cum iis namque conflixit, caeteras, quarum multo major eſt numerus, in deditionem ſuſcepit &c.* Excipiendos hic *Polonos*, eorumque tunc partem, *Sileſios*, utpote ſerius Germaniæ colla ſubdentes, bene monet *Curingius*, de *Finibus Imperii*, lib. I Cap. 2. §. 8. pag. m. 6. & Cap. 4 §. 6. pag. 18. add. Dn. *Werlhof* loc. cit. lib. I. Cap. 2. §. 254. pag. 192. Hic erat *Slavorum* ſtatus ſub *Carolo Magno*.

(7) Imperante LUDOVICO PIO quæ fata ſubierint, docet *Theganus*, in vita Ejus, apud *Pithœum*, §. VIII. pag. 299. & 300. *Poſt obitum Glorioſiſſimi Imperatoris Karoli, pervenit Ludewicus, de partibus Aquitaniæ, & venit Aquisgrani Palatium, & ſuſcepit omnia Regna, quæ Deus tradidit Patri ſuo, ſine ulla contradictione --- Hoc facto, Legati venerunt ad Eum ex omnibus* (adeoque & ex Slavia) *Regnis & Provinciis, & ex ceteris Nationibus, & omnes, qui ſub ditione erant Patris ſui, nunciantes pacem & fidem erga Eum obſervare, & ſpontaneum obſequium non coacti obtulerunt &c.* Non multo poſt tamen deficiebant *Obotriti*, occaſione controverſiæ, quæ inter *Harioldum & Reginfridum*, Danorum Reges, & defuncti *Godefridi (al. Gotrici,)* Regis filios, ob Regnum Danorum vertebatur; poſterioribus enim his majorem Regni partem ad ſe rapientibus, confugit *Harioldus* ad *Ludovicum Pium*, efflagitans auxilia; quæ laturus Cæſar, *Tranſalbinos Saxones*, in gratiam receptos, & *Obotritos*, eò ire jubet, quorum hi, reſtitutis in integrum *Saxonibus* irritati, obedire tandem detrectant, imò arma in Cæſarem ſumunt. *Eodem tempore Herioldus, ad quem ſumma Regni Danorum pertinere videbatur, & qui pridem à filiis Godefridi Regno pulſus fuerat, ad Imperatorem Ludovicum confugium fecit, &, juxta morem Francorum, manibus illius ſe tradidit. Quem Rex ſuſceptum in Saxoniam ire juſſit, & tempus, quo ei auxilium ferre poſſet, ad recuperationem ſui Principatus, ibidem operiri. Quo etiam tempore Saxonibus atque Friſonibus jus Paternæ hæreditatis, quod ſub Patre, ob perfidiam legaliter perdiderant, Imperatoria Clementia reſtituit. Quod alii liberalitati, alii improvidentiae aſſignabant; eò quod hæ Gentes naturali feritati aſſuefactae, talibus habenis deberent coerceri, ne ſcil. effrœnes in perduellionis procacitatem ferrentur. Imperator autem eo ſibi arctius eos vinciri ratus, quo eis beneficia potiora largiretur, non eſt ſpe ſua deceptus. Nam poſt hæc easdem Gentes ſemper ſibi devotiſſimas habuit &c.* Sunt verba Auctoris *Vitae Ludovici Pii*, ad an. 814 apud *Pithœum*, pag. 362. & 363. Conf. *Adelmus*, ann. eod. pag. 415. & 416. *Annales Reuberiani*, ann. eod. pag. 41. *Aimoinus*, Libr. V. Cap. X. apud *Freherum* Tom. 2. *Rer. Franc.* pag. 457. verbis præced. §. 6. lit. a. ſub *Ludovico Pio* occurrentibus; *Adamus Bremenſis*, Libr. I. Cap. 15. pag. m. 17.

Hac rerum facie, *juſſerat Imperator* (An. 815.) *ut Herioldo ſuppeditarentur Saxonici Comites, & Abotriti, olim Domino Carolo ſubjecti, quatenus Regno proprio reſtitueretur, miſſo in hoc ipſum Baldrico Legato. Qui cum Egidoram fluvium tranſiiſſent, devenerunt in Terram Nortmannorum, in locum, cujus vocabulum eſt Sinlendi. Sed Filii Godefridi, licet magnis abundantibus copiis & navibus ducentis, nolentibus cominus venire, & pugnæ ſe credere, ab invicem feceſſum eſt, direptis incenſiſque omnibus, quae occurrere potuerunt, inſuper & obſidibus quadraginta ab eodem Populo ſuſceptis. His geſtis, ad Imperatorem, in locum, qui dicitur Patrisbrunna, redierunt; Quo omnis Populus ad Ejus Generalem Conventum convenerat. Quo in loco Principes Sclavorum Orientalium omnes, Primoresque, venerunt &c.* Ita cit. *Auctor vitæ Ludovici* loc. cit. ad an. 815. pag. 363. & 364. conſentientibus aliis *præced. Catalog. Ducum Saxoniæ*, v. I. in vita *Ecberti*, pag. 91. adductis teſtibus.

An 816. allato Imperatori nuncio, *Sorabos* Ipſius mandatis reluctari, decernitur in eos Expeditio; de qua idem *Auctor Ipſius vitæ*, ad h. a. pag. 364. *Poſtquam*

quam Imperator hyemis inclementiam ſerena valetudine, & tranquilla ſucceſſu, tranſegit, ſuccedente æſtivi temporis gratiſſima blanditie, miſſi ſunt ab Ea, qui dicuntur Orientales Franci, ſed & Saxonici Generis Comites, contra Sorabos Sclavos, qui ab Ejus Imperio dicebantur defeciſſe; quorum conatus quam breviſſimè ac facillimè, Chriſto donante, compreſſus eſt &c. Conf. reliqui, cit. Catal. Ducum Saxoniae loc. cit. ad h. a. pag. 91. laudati teſtes.

An. 817. diſponente Imperatore, in Generali Conventu Aquiſgranenſi, Regni negotia, Lotharium, filiorum natu maximum, Co-Imperatorem declarando; Pipinum, in Aquitaniam, & Ludovicum, in Bajoariam, Regio honore decoratos, mittendo, ſtatim Ei Abodritorum defectia nunciatur, qui cum filiis Godefridi (Danorum Regis defuncti) amicitias jungentes, Saxoniam Tranſalbianam vexabant; contra quos Imperator ſufficienter copias dirigens, eorum motus, Deo favente, compreſſit &c. Hæc idem Auctor ipſius vitæ, ad h. a. pag. 369. & 370. Cauſam rebellionis ſuppeditat Adelmus, ann. eod. pag. 418. Cauſa defectionis erat, quod Regiam poteſtatem, quam SCLAOMIRUS eatenus, poſt mortem THRASCONIS, ſolus ſuper Abodritos tenebat, cum CEADRAGO, filio Thraſconis, partiri videbatur. Quæ res illum tam graviter exacerbavit, ut affirmaret, ſe nunquam poſthac Albim fluvium tranſiturum, neque ad Palatium venturum: immediate pergens: Statim miſſa trans Mare Legatione, junxit amicitias cum filiis Godefrid.: &, ut Exercitus in Saxoniam Tranſalbianam mitteretur, impetravit. Nam & Claſſis eorum, per Albiam, uſque ad Eſesfelden Caſtellum, venit, quæ totam Sturiae fluminis ripam devaſtavit: & Gluomus, Cuſtos Normannici Limitis, pedeſtres copias ducens, ſimul cum Abodritis, terreſtri itinere, ad ipſum Caſtellum acceſſit. Quibuscum noſtri fortiter reſtitiſſent, omiſſa Caſtelli oppugnatione, diſceſſerunt &c. Eadem habent Annales Pithœani, h. a. pag. 25. & Reuberiani, ann. eod. pag 43. & Fuldenſes, ann. eod. pag. 13.

Ann. 819. capto Sclaomiro, Ceadragus in Regno confirmatus. Auctor vitae Ludovici Pii l. c. ad ann. 819. pag. 372. memor Heriſtallii Palatii, in quo Cæſar Sigonis, Beneventani Ducis, pariterque Abodritorum, Timatianorum & Caduſcanorum Legatos audivit, ait: Ubi cum moratur, exhibitus eſt Ei SCLAOMIRUS, Abodritorum Rex, à Ducibus Saxonum. Qui cum inſimularetur defectionis, nec objectis obviare quiviſſet, exilio eſt deportatus, Regnumque Ejus CEADRAGO, Filio Traſconis, traditum &c. Confer. varii Annales, quorum præced. Catalogo Ducum Saxoniæ loc. cit. ad h. a. pag. 91. facta mentio.

Ann. 821. hæc omnia immutata. Harioldus à filiis Godefridi in ſocietatem Regni receptus. Quae res tranquillum inter eos hujus temporis ſtatum feciſſe putatur. Sed quia CEADRAGUS, Abodritorum Princeps, perfidiae, & cujusdam cum filiis Godefridi factae ſocietatis, notabatur, SCLAOMIR, æmulus ejus, in Patriam remittitur. Qui cum in Saxoniam veniſſet, ægritudine decubuit, perceptoque baptiſmatis ſacramento, defunctus eſt &c. Hæc Adelmus, ad h. a. pap. 422 Confer. Annales Pithœani, ann. eod. p. 28. Reuberiani, ann. eod. pag. 46. Fuldenſes, ann. eod. pag. 14.

Ann. 822. in Comitiis Francofurtenſibus, omnium Orientalium Sclavorum, veluti: Abodritorum, Soraborum, Vultzorum, Bohemorum, Moravorum & Prædeneſcentorum, Legatos admiſit, ad exponenda ſibi commiſſa. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 80.

Ann. 832. Menſe Majo, Conventus in eodem loco (Francofurti) habitus, in quo non univerſi Franciae Primores, ſed de Orientali Francia, atque Saxonia, Bajoaria, Alemannia, atque Alemanniae contermina Burgundia, & Rheno adjacentibus Regionibus, adeſſe juſſi ſunt. In quo, inter caeteras Barbarorum Legationes, quae vel juſſae, vel ſua ſponte, venerunt, duo fratres, Reges videlicet Vultzorum, controverſias inter ſe de Regno habentes, ad praeſentiam Imperatoris venerunt, quorum nomina ſunt: MILEGASTUS & CELEADRAGUS; erant iidem Filii LIUBI, Regis Vultzorum, qui, licet cum Fratribus ſuis Regnum diviſum tenerent, tamen, propterea quod major natu erat, ad eum totius Regni ſumma pertinebat. Qui cum commiſſa cum Orientalibus Abodritis praelio interiſſet, Populus Vultzorum filium Ejus, MILEGASTUM, quia major natu erat, Regem ſibi conſtituit. Sed cum is, ſecundum ritum Gentis, commiſſum ſibi Regnum parum digne adminiſtraret, illo abjecto, minori fratri Regium honorem deferunt. Quam ob cauſam ambo ad praeſentiam Imperatoris venerunt: Quos quum audiſſet, & Gentis voluntatem proniorem in Junioris Fratris honorem agnoviſſet, ſtatuit, ut is delatam ſibi à Populo ſua poteſtatem haberet: ambos tamen muneribus donatos, Sacramenta firmatos, in Patriam remiſit. Accuſatus eſt in eodem Placito, apud Imperatorem, CEADRAGUS, Abodritorum Princeps, quod ſe erga partem Francorum parum fideliter ageret, & ad Imperatoris praeſentiam jam diu venire diſſimulaſſet. Propter quod ad Eum Legati directi ſunt: cum quibus ille iterum quosdam ex Primoribus Gentis ſuae ad Imperatorem miſit, perque illorum verba promiſit: Se, ad proximum hyemis tempus, ad illius praeſentiam eſſe venturum. Hæc omnia Adelmus, ad h. a. pag. 424. pergens

pag. 425. CEADRAGUS, *Abodritorum Princeps, pollicitationibus ſuis adhibens fidem, cum quibusdam Primoribus Populi ſui, Compendium venit, dilatique per tot annos adventus ſui rationem, coram Imperatore, non improbabiliter reddidit. Qui, licet in quibusdam cauſis culpabilis appareret, tamen, propter merita Parentum ſuorum, non ſolum impunitus, verum muneribus donatus, ad Regnum redire permiſſus eſt &c.* Confirmat eadem Auctor *Vitae Ludovici Pii* l. c. apud *Pithœum*, pag. 379. nec non *Annales Francorum Reuberiani*, ann. eod pag. 47. & 48. *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii.* in Chronico, apud *Labbeum*, T. 2. *Bibliotheca* MS. ann. eod. pag. 159. *Albertus Stadenſis*, ann. eod. pag. 88. *Conradus Urſpergenſis*, ann. eod. pag. 140. *Crantzius*, Libr. 2. *Vandal.* C. XXIV. *Vorburgius*, Vol. XI. *Hiſtor.* ann. eod. p. 111. & 112. Dn. *Ludwig*, de *Jure adlegandi Ordinum Imperii*, Cap. 1. §. 14. pag. 34.

Ann. 824. *Legatos Abodritorum, qui vulgò Prædenecenti vocantur, & contermini Bulgaris, Daciam, Danubio adjacentem, incolunt, qui et ipſi adventare nuntiabantur, illico venire permiſit.* (Imperator) *Qui cum de Bulgarorum iniqua infeſtatione quererentur, & contra eos auxilium ſibi ferri depoſcerent, domum ire, atque iterum, ad tempus Bulgarorum Legatis conſtitutum, redire juſſi ſunt &c.* Ita *Adelmus* h. a. pag. 426. & 4.7. Confer. *Annales Reuberiani*, ann. eod. pag. 49. ubi Bulgarorum Rex, *Omortag* vocatur; pariter ac in *Annalibus Francorum Pithœanis* ann. eod. pag. 29.

Ann. 826. ſolennem Conventum *Ingelhemii* celebrante Imperatore, *Legati quoque Filiorum Godefridi, Regis Danorum*, (dudum jam defuncti) *pacis ac fœderis cauſa, directi, & de Sclavorum Regionibus, quidam Abodritorum Primores*, CEADRAGUM, *Ducem ſuum, accuſantes. Accuſabatur et* TUNGO, *unus de Soraborum Primoribus, quod et ipſe dicto audiens non eſſet. Quorum utrique denunciatum eſt, quod ſi medio Octobrio ad Imperatoris Generalem Conventum venire diſtuliſſent, condignas perfidiae ſuæ pœnas eſſe daturos &c.* Idem *Adelmus* h. a. pag. 428. annectens, pag. 429. *Ad Ingilinheim, medio Octobrio, veniens, Generalem ibi, ut condictum erat*, Populi *ſui Conventum habuit: in quo &* CEADRAGUM, *Abodritorum Ducem, nec non et* TUNGLONEM, *qui apud Eum perfidiæ accuſabantur, audivit; & Tunglonem quidem, accepto ab eo filio ejus obſide, domum redire permiſit;* CEADRAGUM *verò, cæteris Abodritis dimiſſis, ſecum retinuit, miſſisque ad Populum Abodritorum Legatis, ſi eum vulgus regnare vellet? perquirere juſſit. Ipſe autem Aquasgrani, ubi hyemare conſtituerat, profectus eſt. Cumque Legati, quos ad Abodritos miſerat, reverſi nunciaſſent variam Gentis illius, ſuper Rege ſuo recipiendo, ſententiam, meliores tamen ac præſtantiores quosque, de illius receptione, concordare; acceptis ab eo, quos imperavit, obſidibus, in Regnum ſuum eum fecit reſtitui &c.* Conf. *Annales Reuberiani*, an. eod. pag. 51. *Vita Ludovici Pii* loc. cit. pag. 384. *Vorburgius* loc. cit. ann. eod. pag. 158. &c.

Ann. 834. erigendo Cæſar *Hamburgenſem* Archi-Epiſcopatum, *Anſcharii*, conſtituti Præſulis, curæ *Slavos* quoque commendat. Vid. præced. Tit. XV. §. 12. lit. d. pag. 1166. & 1167. & ſeqq.

Ann. 839. *poſt Paſcha, Imperator, collecto Exercitu, filium* (Ludovicum) *per Thuringiam, usque ad terminos Barbarorum, perſequitur, excluſumque à finibus* Regni, *per Sclavorum Terram, cum magno labore, Bajoariam redire compellit &c.* Ita *Annales Pithœani* ad h. a. pag. 36. *Fuldenſes* ad an. 840. pag. 17. & *Reuberiani* ad an. 842. pag. 64.

(8) Ab obitu Imperatoris *Ludovici Pii*, diviſo, ann. 843. inter Ipſius filios, Regno, *Slavos*, minimùm magna ex parte, in portionem ſecundo loco nati, LUDOVICI ſcilicet *Germaniarum* Regis, ceſſiſſe, valde probabile eſt. Sic enim *Annales Francorum Fuldenſes*, ad an. 844. pag. 19. *Hludowicus Abodritos, defectionem molientes, bello perdomuit, occiſo Rege eorum, GOZZOMUIL, Terramque illorum, & Populum, ſibi divinitus ſubjugatum, per Duces ordinavit.* Locus inſignis. Idem dicunt *Annales Pithœani*, h. a. pag. 40. *Sigebertus Gemblacenſ.* ad ann. 845. pag. 564. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. pag. 182. Alii.

Ann. 845. Idem *Hludowicus, quatuordecim ex Ducibus Boëmanorum, cum hominibus ſuis, Chriſtianam Religionem deſiderantes, ſuſcepit, & in Octavis Theophaniæ, baptizari juſſit.* Hæc *Annales Pithœani* h. a. pag. 41. & *Fuldenſes*, ann. eod. pag 19. Conf. *Sigebertus*, ad an. 846. pag. 564 & *Albericus* an. eod. pag. 182. *Chronographus Saxo* ann. eod. pag. 138. dicit ſaltem: *Ludovicus Rex, filius Ludovici, Pannoniam ſubegit, indeque reverſus, Boëmos vaſtavit &c.* Add. *Simon Rettenpacherus*, lib. 1. *Annal. Cremifanenſ.* Cap. XVII. an. eod. pag. 87.

Ann. 846. Idem, *circa medium Menſem Auguſtum, cum Exercitu ad Sclavos Margenſes, defectionem molientes, profectus eſt; ubi ordinatis, & juxta libitum ſuum compoſitis, Ducem eis conſtituit* RASTICEM, *nepotem* MOIMARI. *Inde, per Boimanos, cum grandi difficultate, & magno damno Exercitus ſui, reverſus eſt.* Hæc *Annales Pithœani* h. a. p. 41. & 42.

& *Ful-*

Digitized by Google

& Fuldenſes, ann. eod. pag. 20. Confer. Rettenpacherus l. c. ad h. a. pag. 87.

Ann. 848. Hludowicus, memor pacti, quod cum Karlo, (fratre) dudum, cum adteſtatione Divini nominis, inierat, ſuaſoria machinamenta ingenioſè declinans, finito colloquio, ad ſuos reverſus, quaſi mediante menſe Auguſto, Boëmanos, eruptionem molientes, per Hludowicum, filium ſuum, miſſa adverſus eos expeditione, contrivit, Legatosque, pacis gratia, mittere, & obſides dare coëgit. Circa Kal. autem Octobr. Generale Placitum habuit apud Mogontiacum, in quo Legatos Fratrum ſuorum, & Nordmannorum, Sclavorumque, ſuſcepit, audivit & abſolvit. Hæc Annales Fuldenſes h. a. pag. 20. Conf. Pithœani ann. eod. pag. 43.

Ann. 849. Boëmani, more ſolito, fidem mentientes, contra Francos rebellare moliuntur. Ad quorum perfidos motus comprimendos, Hernuſtus, Dux partium illarum, & inter amicos Regis primus, Comitesque non pauci, atque Abbates, cum Exercitu copioſo mittuntur. Barbari verò, pro pace & ſecuritate ſua obſides ſe daturos, & imperata facturos, per Legatos, ad Thachulfum directos, promittunt, cui prae caeteris credebant, quaſi ſcienti Leges & Conſuetudines Sclavicæ Gentis; Erat quippe Dux Sorabici Limitis, ſed in illa Expeditione jam tunc graviter vulneratus. Nam pridiè cum Exercitus vallum hoſtium vi magna inrumperet, &, reſiſtentibus adverſariis, ex utraque parte, multi ſine diſcretione ſauciarentur, ipſe in ſiniſtro genu ſagitta percuſſus eſt. Cum Legatis verò, qui miſſi fuerant, quo minus ab eis debilitas ejus deprehenderetur, equo ſedens ſimulata ſanitate locutus eſt: cumque quibusdam ex Primatibus, per Miſſos ſuos, Legatorum verba nuntiaſſet, indignati ſunt aliqui eorum adverſus eum, quaſi cæteris præferri cupiens, ſummam rerum gerendarum in ſe vellet inclinare, & citato impetu, inconſultis caeteris, bellum hoſtibus, paci ſtudentibus, intulerunt, ſtatimque experti ſunt, quid, ſine timore Dei, propria diſcordium poſſit virtus & audacia; hoſtes enim, effecti ſuperiores, cædendo perſecuti ſunt eos, usque in Caſtra, occiſorumque ſpolia, in conſpectu eorum, ſecuri detrahentes, tantis eos terroribus affecerunt, ut evadendi ſpe penitus privarentur. Unde coacti obſides dabant eis, à quibus ſuſcipere dedignati ſunt, ut illæſi ab hoſtibus, & via tantum publica pergentes, in Patriam reverti potuiſſent. Et ut major confuſio ſuperbientibus, & de ſua virtute praeſumentibus fieret, contigit eodem anno, poſt non multi temporis ſpatium, in Villa Hohſtedi, quae in Territorio Moguntiaco, ſpiritum nequam, per os cujusdam arreptitii, proteſtari, bello ſe Bohemico præfuiſſe, ſociosque ſuos, ſpiritum ſuperbiae atque diſcordiae fuiſſe, quorum doloſis machinationibus Franci Boëmanis terga vertiſſent &c. Hæc omnia Annales Pithœani h. a. pag. 44. totidemque verbis, Fuldenſes ann. eod. pag. 20. & 21. Conf. Sigebertus ad annum 850. pag. 565. Albericus, ann. eod. p. 182.

Ann. 851. Sorabi Francorum fines, crebris incurſionibus atque incendiis, infeſtant. Unde Rex commotus, cum Exercitu per Thuringiam iter faciens, terram eorum ingreſſus, gravi eos obſidione fatigavit, perditisque frugibus, & omni ſpe adempta, magis eos fame, quam ferro perdomuit &c. Ita Annales Pithœani h. a. pag. 47 & Fuldenſes, ann. eod. pag. 22. Conf. Rettenpacheri Annales Cremifanenſes, lib. 1. Cap. 17. pag. 88.

Ann. 852. celebrata Synodo Moguntina, poſtquam (Ludovicus Rex) Synodalia decreta ſua judicio comprobavit, & Legationes Bulgarorum, Sclavorumque, audivit, & abſolvit, Bajoariam reverſus eſt &c. Hæc Annales Pithœani h. a. pag. 48. & Fuldenſes, ann. eod. pag. 22.

Ann. 855. Rex Ludowicus in Sclavos Margentes, (Margenſes) contra RATICEN, Ducem eorum, ſibi rebellantem, parum proſperè ducto Exercitu, ſine victoria redit, malens adverſarium firmiſſimo, ut fertur, vallo munitum ad tempus dimittere, quam militum ſuorum, periculoſè pugnando, damna ſuſtinere. Magnam tamen Provinciæ partem prædis & incendiis vaſtavit Exercitus, nec parvam multitudinem hoſtium, Caſtra Regis invadere cupientium, usque ad internecionem delevit, ſed non impunè: quia, poſt reditum Regis, RASTICES, cum ſuis inſecutus, plurima trans Danuvium finitimorum loca praedando vaſtavit &c. Hæc Annales Pithœani h. a pag. 51. & Fuldenſes, ann. eod. pag. 23.

Ann. 856. Menſe Auguſto, Hludowicus Rex, collecto Exercitu, per Sorabos iter faciens, Ducibus eorum ſibi conjunctis, Dalmatas prælio ſuperat, acceptisque obſidibus tributarios facit. Inde per Boëmanos tranſiens, nonnullos ex eorum Ducibus in deditionem accepit, In qua expeditione perierunt Comites Bardo & Erpf, cum aliis quam pluribus &c. Iidem Annales Pithœani h. a. pag. 52. & Fuldenſes, an. eod. pag. 24.

Ann. 857. Otgarius Epiſcopus & Hruodoltus, Comes Palatii, & Hernuſtus, filius Hernuſti Ducis, cum hominibus ſuis, & Boëmanis, miſſi, Civitatem WIZTRACHI Ducis, ab annis multis rebellem, occupaverunt, expulſo ab ea SCALAJUGATO (al. Sclavitago) filio Ducis WIZTRACHI, qui tyrannidem tunc in ea exercebat; quo per fugam lapſo, & ad RASTICEN ſe conferente, frater ejus, qui ab eo Patria pulſus, apud CZIZTIBORUM Sorabum exulabat, ad Regem fideliter veniens, loco fratris,

Dux conſtituitur &c. Iidem *Annal.* apud *Pithœum* h. a. pag. 52. & 53. & *Fuldenſes*, ann. eod. pag. 24. *Rettenpacherus*, Lib. I. *Annal. Cremifanenſium*, C. 18. pag. 89.

Ann. 858. Decernit, in Conventu Francofurtenſi, tres Exercitus, adverſus *Slavos*, educendos, unum cui præeſſet *Carolomannus*, Filiorum natu major, contra *Raſticen Sclavosque Margentes*; alterum, ſub auſpiciis *Ludovici*, filiorum natu minoris, in *Obodritos & Linones*; tertium, ductu *Tracholfi*, Thuringiæ Marchionis, adverſus *Sorabos*, Vid. *Annales Fuldenſ.* h. a. pag. 24. &c. præced. *Catal. Ducum Thuring.* v. 20. ut & *Pithœani*, ann. eod. pag. 54. Vera tamen non videntur, quæ *Sigebertus*, ad ann. 859. pag. 566. ſcribit: *Ludovicus, Rex Germaniæ, plurima praelia contra Sclavos ſtrenuè geſſit, &, capto Principe eorum, RASTRIX nomine, propter violatam fidem, oculos ei eruere juſſit &c.* licet à *Chronographo Saxone*, ad an. 860. p. m. 140. confirmentur. Pergunt *Annales Pithœani* loc. cit. pag. 57. *Nuntiatum eſt Ei, in Oriente, Rempublicam Sorabici limitis eſſe turbatam, eò quod Sorabi, Duce Ejus EZISTIBORO nomine, ſibi fideliſſimo, inſidiosè perempto, defectionem meditarentur. Ac per hoc, Ille quidem, ad comprimendam ſeditionem exortam, in Regnum ſuum, quanta potuit celeritate, regreſſus eſt &c.* Confer. *Annal. Fuldenſes*, ann. eod. pag. 24. & 25.

Ann. 862. *Rex* (Ludovicus) *ducto in Obodritos Exercitu, Ducem eorum, TABAMUIZILEM, rebellantem dicto obedire, & filium ſuum, cum aliis obſidibus, dare coëgit &c.* Hæc *Annales Pithœani* h. a. p. 61. & *Fuldenſes*, an. eod. pag. 27.

Ann. 865. *Rex collecto Exercitu, ſpecie quidem quaſi RASTICEN, Margenſium Sclavorum Ducem, cum auxilio Bulgarorum, ab oriente venientium, ut fama fuit, domaturus, re autem vera ad Carantanos, filium* (Carolomannum) *expugnaturus, acceſſit &c.* Ita *Annales Pithœani* h. a. pag. 62. & *Fuldenſes*, ann. eod. pag. 27. & 28.

Ann. 864. *Hludowicus Rex, in menſe Auguſto, ultra Danubium, cum manu valida profectus; RASTICEN, in quadam Civitate, quæ, lingua Gentis illius, Dowina, a puella, dicitur, obſedit; at ille, cum regiis copiis congredi non auderet, atque loca ſibi effugiendi denegata cerneret, obſides, quales & quantos Rex praecepit, neceſſitate coactus dedit; inſuper, cum univerſis Optimatibus ſuis, fidem ſe cunctis diebus Regi ſervaturum eſſe, juramento firmavit, licet illud minimè ſervaverit &c.* Hæc *Annales Pithœani* h. a. pag. 69 & *Fuldenſes*, an. eod. pag. 30. Conf. *Rettenpacherus* loc. cit. ad h. a. pag. 91.

An. 869. *Sclavi, qui vocantur Behemi, terminos Bajoariorum crebris incurſionibus infeſtant, & quaſdam villas incendio tradentes, mulieres inde duxere captivas. Contra quos Hludowicus Rex tutores partium illarum interim miſit, donec ipſe, oportuno tempore, ſuorum vindicaturus injurias, in deſertores arma corriperet. – Karlmannus* (filius ejus) *Exercitibus RASTICI bis numero congreſſus, victor extitit, praedam inde capiens non modicam, ſicut ipſe literis, ad Patrem ſuum deſtinatis, retulit. Sorabi & Siusli, junctis ſibi Behemis, & caeteris circumcirca viciniis antiquos terminos Thuringiorum transgredientes, plurima loca devaſtant, & quosdam ſibi incautè congredientes interficiunt. --- Menſe Auguſto, Rex Hludowicus, collectis copiis, in tres partes dimiſit Exercitum. Æquivocum ſuum, cum Thuringis & Saxonibus, ad comprimendam Soraborum audaciam, deſtinavit. Bajoarios vero Karlmanno in adjutorium fore præcepit, contra ZUENTIBALDUM, nepotem RASTIZI, dimicare volentem. Ipſe autem Francos & Alamannos ſecum retinuit, adverſus RASTIZEN pugnaturus; cumque jam proficiſcendum eſſet, ægrotare cœpit; unde neceſſitate compulſus, Karolum, Filiorum ſuorum ultimum, eidem Exercitui praefecit, Domino exitum rei commendans. Qui dum, cum Exercitu ſibi commiſſo, in illam ineffabilem RASTICI Munitionem, & omnibus antiquiſſimis diſſimilem, veniſſet; divino auxilio fretus, omnia mœnia Regionis illius cremavit incendio, & abſcondita quæque in ſilvis, vel defoſſa in agris, reperiens, cum ſuis diripuit, omnesque ſibi congredientes fugere compulit, vel interfecit. Nec minus Carlmannus Regnum ZUENTIBALDI, nepotis RASTIZI, igne & gladio depopulatur, vaſtataque omni Regione, Karlus & Karlmannus fratres convenerunt, de victoria ſibi cœlitus data gratulantes. Interea Hludowicus, frater illorum, cum Sorabis manum conſerens, primò quidem, quibusdam occiſis, hoſtes terga vertere coëgit; deinde vero, non modica ex eis multitudine proſtrata, & Behemis, qui à Sorabis mercede conducti fuerant, partim occiſis, partim turpiter ad ſua redeuntibus, cæteros in deditionem accepit. --- Behemi dextras ſibi à Karlmanno dari petunt & accipiunt &c.* Hæc *Annales Fuldenſes* h. a. pag. 32 & 33. & *Pithœani* ann. eod. pag. 74. 75. & 76. Conf. *Rettenpacheri Annales* l. c. ad h. a. pag. 92. &c. & præced. *Catal. Ducum Thuringiae* v. 20. p. 212.

An. 870. *ZUENTIBALD, Nepos RASTICI, propriis utilitatibus conſulens, ſe KARLMANNO, una cum Regno, quod tenebat, tradidit. Unde RASTIZ vehementer iratus, nepoti occultè poſuit inſidias, & eum in convivio, nihil mali ſuſpicantem, jugulare diſponit; ſed, gratia Dei, à periculo mortis liberatus eſt. Nam antequam illi, qui eum necaturi erant, domum intrarent,*

rent, ſurrexit de loco convivii, annuente ſibi quodam ejuſdem fraudis conſcio; & quaſi cum falconibus ludum exercens, praeparatas devitavit inſidias. RASTIZ *autem, videns denudatum conſilium ſuum, nepotem cum militibus quaſi comprehenſurus inſequitur; ſed, juſto judicio Dei, captus eſt laqueo, quem tetendit. Nam, ab eodem Nepote ſuo, comprehenditur, ligatur, & Karlmanno praeſentatur, à quo ſub militibus, illum, ne elaberetur, obſervantibus, in Bajoariam miſſus, usque ad praeſentiam Regis, ſervandus, in ergaſtulum retruditur. Karlmannus verò Regnum illius, nullo reſiſtente, ingreſſus, cunctas Civitates & Caſtella in deditionem accepit, &, ordinato Regno, atque per ſuos diſpoſito, ditatusque Gaza Regia, revertitur &c.* Ita *Annales Fuldenſes* h. à. pag. 33. & *Pithœani*, ann. eod. pag. 77. Conf. *Reſſenpacher* l. c. ad h. a pag. 93 &c.

An. 871. ZUENTIBALD, *nepos* RASTIZI, *apud Karlmannum, infidelitatis crimine inſimulatus, in cuſtodiam miſſus eſt. Sclavi autem Marahenſes, Ducem ſuum periiſſe putantes, quendam Presbyterum, ejus Ducis propinquum, nomine* SCLAGAMARUM, *ſibi in Principem conſtituunt, ei minantes interitum, niſi Ducatum ſuper eos ſuſciperet. Qui eisdem, neceſſitate coactus, aſſenſum praebens, contra Engilſcalcum, & Willihelmum, Duces Karlmanni, praelio movere, & eos ex obſeſſis Civitatibus expellere nititur. Illi verò adverſus hoſtem, pari intentione, dimicantes, & nonnullos de Exercitu ejus proſternentes, eum fugere compulerunt.* Hæc *Annales Fuldenſes* h. a. pag. 34. qui pag. 35. pergunt: ZUENTIBALD, *cum nullus crimina, quae ei objecta fuerant, probare potuiſſet, à Karolomanno dimiſſus, & muneribus Regiis honoratus, in Regnum ſuum redit; ducens ſecum Karlmanni Exercitum, quaſi* SCLAGAMARUM *expugnaturus. Sic enim per dolum Karlomanno promiſerat, ſi ei ad Patriam reditus concederetur. Sed, ſicut ſolet incautos, & de ſe praeſumentes, ſequi ignominia, ſic illi contigit Exercitui. Nam* ZUENTIBALD *cæteris caſtra metantibus, urbem antiquam* RASTRIZI *ingreſſus eſt, ſtatimque, ſclavisco more, fidem mentitus, & juramenti ſui oblitus, non ad expugnandum* SCLAGAMARUM, *ſed ad ulciſcendam contumelium, à Karlmanno ſibi illatam, vires ſtudiumque convertit. Denique Bajoarios, nihil mali ſuſpicantes, & minus ſe obſervantes, cum magno Exercitu, in caſtris aggreſſus eſt, & multos ex eis vivos comprehendit, cæteris pene omnibus occiſis, exceptis his, qui prius ſe prudenter de Caſtris ſubtraxerant, omnisque Noricorum laetitia, de multis retro victoriis, converſa eſt in luctum & lamentationem. Quibus auditis, Karlmannus de Exercitus ſui interitu nimium conſternatus eſt, & neceſſitate compulſus, omnes obſides, qui in ſuo Regno erant, juſſit colligi, & ZUENTIBALDO reddi; vixque unum virum, nomine Ratbodonem, inde ſeminecem recepit &c.* & paulo poſt: *Rex* (Ludovicus) *Menſe Octob. cum ſuis Colloquium habuit in Franconofurt. Inde in Bajoariam profectus, contra Behemos, irruptionem in Regnum ſuum molientes, tutores partium ſuarum miſit, Arnum videlicet Epiſcopum, & Ruodoldum Comitem, aliosque cum eis. Adverſarii autem quendam locum vallo firmiſſimum circumdederunt, iter anguſtum in ipſo aditu facientes, ad inſidias ſcil. illorum, qui terminos obſervabant; ut, ſi fortè aliquis ex illis illuc veniret, in ipſo anguſto itinere, nusquam declinare valens, occideretur. Interea Sclavi Marahenſes nuptias faciunt, ducentes cujusdam Ducis filiam de Bohemis. Quod cum ſupra dicti Viri, id eſt, Arni, & alii qui cum eo erant, comperiſſent, illicò armati adverſarios ſequebantur. Illi autem fugientes, ad vallum memoratum ignavi venerunt, ibique, propter loci anguſtiam, equis & armis derelictis, vix nudi evaſerunt. Noſtrates verò ſupervenientes* DCXLIV. *equos cum frænis & ſellis, atque ejuſdem numeri ſcuta, quae fugientes dimiſerant, invenerunt, & hæc, nullo reſiſtente, tollentes ad caſtra læti reverſi ſunt &c.* Hæc omnia etiam *Annal. Pithœani*, ann. eod. pag. 80. ad 82.

An. 872. *Menſe Majo, miſit* Ludovicus Rex) *Thuringos & Saxones, contra Sclavos Marahenſes, qui, quoniam Regem ſecum non habebant, & inter ſe concordes eſſe nolebant, idcirco hoſtibus terga verterunt, &, plurimis ſuorum amiſſis, turpiter redierunt, ita, ut quidam Comites, in illa expeditione fugientes, à mulierculis illius Regionis, verberati, & de equis in terram fuſtibus dejecti referantur. Iterum quidam de Francia mittuntur Karlmanno in auxilium, contra Sclavos ſupra dictos; alii deſtinantur contra Behemos, qui, Dei adjutorio freti, Duces quinque, quorum iſta ſunt nomina:* ZWENTISLAN, WITISLAN, HERIMAN, SPOITIMAN, MOYSLAN, *cum maxima multitudine, ſibi rebellare nitentes, in fugam verterunt: & alios quidem occiderunt, alios in fluvio Fludaha ſubmerſerunt. Qui autem evadere potuerunt, in Civitate defecerunt. --- Cum Karlmannus cædes & incendia in Marahenſibus exercuiſſet,* ZUENTIBALD, *miſſo clam Exercitu copioſo, Bajoarios, qui ad tuendas naves in littore Hiſtri fluminis relicti fuerant, occupavit, & alios occidit, alios necavit in flumine, alios verò duxit captivos &c.* Ita *Annal. Fuldenſ.* h. a. pag. 36. & *Pithœani*, ann. eod. pag. 83.

Ann. 873. *Quidam etiam de Alemannia, nomine Berthrammus, qui, ſuperiori Anno, in Marahenſibus Sclavis fuerat comprehenſus, à* ZUENTIBALDO *dimiſſus, venit ad Regem,* (Ludovicum) Placitum in

Villa

Digitized by Google

Villa Biſeſtat, prope Wormatiam, habentem) *& legationem, ſibi ab eodem Duce injunctam, retulit, ſicut prius juramento conſtrictus, ſe facturum eſſe pollicitus eſt &c.* Hæc Annales Fuldenſ. h. a. pag. 37. & Pithæani, an. eod. pag. 85.

An. 874. *Sorabi & Siusli, eorumque vicini, Thaculfo* (Comite & Duce Sorabici limitis, menſe Auguſto Anni 873.) *defuncto, defecerunt; quorum audaciam Luitbertus, ArchiEpiſcopus, & Ratolfus, Thaculfi ſucceſſor, ultra Salam fluvium, menſe Januario profecti, praedis & incendiis ſine bello compreſſerunt, & eos ſub priſtinum ſervitium redegerunt. --- Rex autem Hludowicus ---- cum Karlmanno & Hludowico, filiis ſuis, in Villa Forahheim, locutus eſt, ibique Legatos* ZUENTIBALDI, *pacem petentes, & fidelitatem promittentes, ſuſcepit. Cujus Legationis Princeps erat, Johannes, Presbyter de Venetiis, qui etiam, ut ei Rex, omni ambiguitate remota, crederet, quicquid verbis dicebat, ſacramento firmabat, videlicet: ut* ZUENTIBALDO *Regi fidelis permaneret, cunctis diebus vitæ ſuæ; & cenſum, à Rege conſtitutum, per annos ſingulos ſolveret, ſi ei tantummodo quietè & pacificè, à Rege vivere concederetur. Bohemorum quoque nuntios Rex audivit, & abſolvit, & poſthæc in Bajoariam ſe recepit &c.* Hæc Annal. Fuldenſ. h. a. pag. 38. & 39. & Pithæani, an. eod. p. 89. 90. & 91. Confer. *Reitenpacherus* loc. cit. ann. eod. pag. 94. & præced. *Catal. Ducum Thuring.* v. 20.

(9) Mortuo, an. 876. *Ludovico Germanico*, diviſoque inter tres ejus filios Regno, *Slavos*, partim CAROLOMANNO, partimque LUDOVICO JUNIORI, paruiſſe, præced. Tit. 2. §. 8. lit. a. p. 60. dictis conſtat. Quomodo *Ludovicus* Rex rebellantes *Linones & Siuslos* Ann. 877. compreſſerit; annoque 880. Slavis *Daleminciis*, *Bohemis & Sorabis*, Sorabici Limitis Ducem, *Popponem*, objecerit, præced. *Catal. Ducum Thuring.* v. 21. pag. 213. dictum. Extinctis his Principibus, ceſſit *Germania* ipſorum Fratri Juniori, ſcil.

(10) CAROLO CRASSO, Imperatori, ſub quo, *Zuentiboldo*, *Moravorum* Duce, ferro & flammis *Hungariam* infeſtante, bellum recruduit. Hiſtoriam continent *Annales Fuldenſes*, ad ann. 884. pag. 46. & 47. ſcil. *Quum duo fratres, Willihalmus & Engilſchalchus, terminum Regni Bajowariorum in Oriente, à Rege, id eſt, Seniore Hludowico, conceſſum, contra Maravonos tenuerunt, multaque, pro Patria tuenda, confligando ſudaſſe feruntur. Tandem, diem ultimum hujus aëris, in eadem voluntate finivere permanentes. Cum verò non eſſet honor illorum Filiis redditus, Arbo in Comitatum, Domno Rege concedente, ſucceſſit, quod prædictorum Virorum pueruli, illorumque propinqui, in contrarium accipientes, & vertentes, dixerunt alterutrum fieri & Arbonem Comitem, ſi non recederet de Comitatu Parentum ſuorum, & ſe ipſos ante faciem gladii morituros. Hoc experimento Arbo concuſſus, amicitiam iniit cum* ZUENTIBALDO, *Duce Maravorum Gentis, firmatoque inter illos fœdere, filium ſuum obſidem fieri non tardavit. Nec minus ipſi prædicti pueri conſulunt quosdam Primores Bajowaricæ Gentis, collatiſque propinquis, ac undique copiis, fortior manus in id tempus illis adſtabitur. Comitem, à Rege conſtitutum, inhonorificè expellebant, Comitatumque illis in uſum uſurpaverunt; hoc ergò factum eſt: poſt obitum Hludowici Regis, natorumque ejus, Carlmanni & Hludowici, quorum ſucceſſor, frater illorum minimus,* (Carolus Craſſus) *in Regno extitit, qui mox, prout antea tenuit, Arboni prædictum Comitatum reddidit. --- Eodem anno, quo illi pueri prædictum Comitem Arbonem, à Rege commendatorum exortem* (extorrem) *honorum impetraverunt,* ZUENTIBALDUS, *Dux Maravorum, plenum doli & aſtutiæ cerebrum, non immemor utriusque, quanta ab Anteceſſoribus iſtorum puerorum cum Gente ſua, usque dum ad illos terminum Bajowariorum prætenderunt, paſſus ſit mala; inſuper etiam amicitiæ ac juramenti, quæ cum Arbone tunc pepigitque, ad hoc vindicare proficiſcitur & perficit. Nam de Septentrionali parte Hiſtri fluminis apprehenſo Werinhario, de pueris Engilſchalchi, qui tres habuit mediocri* (hic quædam omiſſa) *Vezziloni, quoque Comiti, qui illorum propinquus erat, dextram manum, cum lingua, & (monſtri ſimile) verenda & genitalia, ut nec ſignaculo deſiſtente, abſciderunt; homines verò illorum quosdam ſine dextra levaque reverſi ſunt. Exercitus ſcil. juſſu Ducis, igne devaſtas omnia; inſuper ultra Danubium miſſis ſpeculatoribus, ubicunque proprietas & ſubſtantia prædictorum ſit puerorum, igni tradita ſine mora eſt. Hoc ſcandalum antefactis puerulis ſpacio unius anni ſentitur: hinc equidem non confidentibus à Rege pueris aliquid boni, propter delictum, quod in Arbone commiſere, receſſerunt, ſtatueruntque fieri homines Arnolfi, Carlmanni Regis filii, qui tunc Pannoniam tenuit. Quo audito,* ZUENTIBALDUS DUX *miſit nuncios ad Eum, & ait illi: Inimicos meos ſuſtentas, ſi eos non dimiſeris, nec me tecum pacificatum habebis. Alteram etiam occaſionem adverſus eum protulit: Tui homines in vitam meam, nec minus in Regnum meum, doloſè cum Bulgaris conſiliaverunt, qui priore anno ſuum Regnum vaſtavere: hoc volo mihi*

cum

cum juramento, verum non eſſe, conteſtari; quorum neutrum unquam ſe facturum Arnolfus renunciavit. Itaque Dux non diu, collectis ex omni parte Sclavanorum copiis, cum Exercitu invadit Pannoniam immaniter, ac, cruenti more lupi, mactat, igne & ferro maximam partem devaſtat, deterit, & conſcindit --- Inſtanti anno, quo iſta computamus, iterum Dux, coagulata multitudine, hoſtiliter Pannoniam hoſtilem Exercitum infert, ut, ſi quid antea remaneret, nunc, quaſi ore lupi, per totum devoraſſet. --- Imperator, per Bajowariam, ad Orientem proficiſcitur, veniensque prope flumen Tullinam, monte Comiano colloquium habuit, ibi inter alia veniens ZUENTIBALDUS Dux, cum Principalibus ſuis, homo, ſicut mos eſt, per manus Imperatoris efficitur, conteſtatus illi fidelitatem juramento, &, usque dum Karolus vixiſſet, nunquam in Regnum ſuum hoſtili Exercitu eſſet venturus &c.

An. 885. *Pax in Oriente, inter Arnolfum, & ZUENTIBALDUM* (Ducem Moraviæ) *praeſentibus ſcil. Bajowariorum Principibus, jusjurando conſtare firmatur &c.* Ita *Annales Fuldenſes* h. a. pag. 48.

(II) *An.* 887. lugubrem admodum metamorphoſin paſſo Imperatore *Carolo Craſſo*, de qua præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 86. &c. *Germaniam* ſortitus eſt Nepos ejus, ex *Carolomanno* fratre, laudatus ARNOLFUS, vid. l. c. Quem Anno 888. *cum magna parte Sclavanorum*, non ſolùm Natalem Domini, ſed & Paſchatos feſtum, *Ratisbonae* celebraſſe, præced. *Catal. Ducum Thuringiae* v. 22. pag. 214. probavi.

Ann. 889. mentione facta Comitiorum *Forcheimenſium*, pergunt dicti *Annales Fuldenſes* h. a. pag. 50. *Advenientibus etiam ibidem undique Nationum Legatis, Nordmannorum ſcil. ab Aquilone Sclavanorum, pacifica optantes, quos Rex audivit, et ſine mora abſolvit. Inde itaque edictum eſt, in Exercitum ire ad Obodritos, ſed antea Placitum Curte Regia Franconofurt habere cum Francis, Regi complacuit. Perventum igitur eſt, ſicuti antea diſpoſitum erat, ad Obodritos, cum maximo Exercitu. Sed tamen ibi parumper rebus proſpere geſtis, Rex, data Exercitui licentia, ad Franconofurt, celeri feſtinatione reverſus eſt &c.*

An. 890. *Arnolphus Rex conceſſit* ZUNDEBOLCH, *Maravenſium Slavorum Regi, Ducatum Bohemenſium, qui hactenus Principem ſuae Cognationis, ac Gentis, ſuper ſe habuerant, Francorumque Regibus fidelitatem promiſſam, inviolato fœdere conſervaverant &c.* Hæc *Regino* h. a. pag. 66. Conf. præced. Tit. V. §. 8. lit. c. pag. 428. & §. 11. in vita *Arnolphi*, v. 4. ad h. a. pag. 47. & *Rettenpacheri Annales Cremifanenſes*, Lib. I. Cap. 20. pag. 104.

An. 892. *Rex*, (Arnolfus) *de Francia, cum victoria, in Alamannia, Curte Regia, Ulma, honorifice Natalem Domini celebravit; inde Orientem proficiſcitur, ſperans, ſibi ZUENTIBALDUM* (Moraviæ) *Ducem obvium habere; ſed ille, more ſolito, ad Regem venire renuis, fidem, & omnia ante promiſſa, mentitus eſt. Inde Rex, irato animo, in Hengiſtfeldono, cum BRAZLAVONE Duce, Colloquium habuit; ibi, inter alia, quaerens tempus, et locum, quomodo poſſit Terram Maravorum intrare? Conſultum eſt enim, ut tribus Exercitibus armatis Regnum illud invaderet. Rex equidem aſſumptis ſecum Francis, Bajoariis, Alamannis, menſe Julio, Maravam venit, ibi, per IV. hebdomadas, cum tanta multitudine, Ungaris etiam ibidem ad ſe, cum expeditione, venientibus, omnem illam Regionem incendio devaſtandam verſabatur &c.* Hæc *Annales Fuldenſes* h. a. pag. 51. Conf. *Conradus Urſpergenſ.* poſt vitam *Conradi I.* pag. m. 149. *Crantzius* lib. 2. *Saxon.* Cap. 32. *Rettenpacherus* l. c. p. 105.

An. 893. *Arrepto itaque Rex itinere, iterum Regnum ZWENTIBALDI Ducis ingreditur, cum Exercitu, maxima parte illius Regionis exſpoliata, propter inſidias poſitas, magna cum difficultate itineris in Bajoaria ad Regiam Curtem Otingam reverſus eſt &c.* *Annal. Fuldenſ.* h. a. pag. 51.

Ann. 894. *BORIVOY* (Dux Bohemiæ) *baptizatus eſt primus Dux Sanctae fidei Catholicus. Eodem anno* ZUATOPLICK, (Zwentipoldus) *Rex Moraviæ, ſicut vulgò dicitur, in medio Exercitus ſuorum delituit, & nusquam comparuit. Sed re vera dum in ſe ipſum reverſus, cum recognoviſſet, quod contra Dominum ſuum, Imperatorem, & Compatrem, Arnulphum, injuſtè, & quaſi immemor beneficii, arma moviſſet, qui ſibi non ſolum Boëmiam, verum etiam alias Regiones, hinc usque ad flumen Odram, & inde verſus Ungariam, usque ad flumen Gron, ſubjugarat; pœnitentia ductus, mediae noctis per opaca, nemine ſciente, aſcendit equum, & tranſiens ſua caſtra, fugit ad locum, in latere montis Zober ſitum, ubi olim tres Heremitae, inter magnam & inacceſſibilem hominibus ſilvam, ejus ope & auxilio ædificaverant Eccleſiam. Quo ubi pervenit, ipſius ſilvae abdito in loco equum interficit, & gladium ſuum humi condidit, et ut luceſcente die ad Heremitas acceſſit, quis ſit, illis ignorantibus, eſt tonſuratus, et heremitico habitu indutus, &, quamdiu vixit, omnibus incognitus manſit; niſi cum jam mori cognoviſſet, Monachis ſemet ipſum quis ſit, innotuit, et ſtatim obiit. Cujus Regnum Filii ejus parvo tempore, ſed minus feliciter, tenuerunt, partim Ungaris illud diripientibus, partim Teutonicis Orientalibus, partim Polonienſibus ſolotenus hoſtiliter depopulantibus &c.* Sunt verba *Coſmæ Pragenſis*, in *Chronico Bohemico*, pag. m. 10. Edit. *Hanov.* curante *Frehero*, ann. 1602. Conf. *Æneas Sylvius*, *Hi-*

Hiſtor. Böhem. Cap. XII. p. 128. malè tamen *Borivoy* converſionem anno 995. vindicans: *NOSTIRICO, Borſivoius filius ſucceſſit, ultimus Paganorum Ducum, qui tamen & ipſe Imperante Arnulfo Caeſare, à B. Methodio, Moravorum ArchiEpiſcopo, cum Ludmilla Conjuge, ad baptiſmi gratiam perductus eſt, DCCCCXCV. anno, poſt Chriſti, Salvatoris noſtri, ortum &c. Arnolfo* dudum jam tunc defuncto. Rem confirmat *Dubravius,* lib. IV. *Hiſtor. Bohem.* in vita *Borivorii,* pag. m. 22. & 23. De obitu *Zuentibaldi,* evolvendus quoque *Regino,* ad an. 894. pag. 69. *Circa hæc tempora, ZUNDIBOLCH, Rex Marahenſium Sclavorum, Vir inter ſuos prudentiſſimus, & ingenio callidiſſimus, diem clauſit extremum, cujus Regnum filii ejus pauco tempore infeliciter tenuerunt, Ungaris omnia, usque ad ſolum, depopulantibus &c.*

An. 897. *Caeſar cum Curte Regia Otinga Natalem Domini celebravit, advenientibus ibidem ad Eum Moravorum miſſis, qui, pro pace cuſtodienda, ne exules eorum profugi reciperentur ab Imperatore, flagitant; quos Rex, ut audivit, abſolvit, & ſine mora abire juſſit --- Quo peracto, ad Curten, quæ dicitur Saltz, pervenit, advenientibus ibi ad Eum, cum muneribus, Soraborum Miſſis, quos ut audivit, abſolvit, & abire permiſit.* Ita *Annales Fuldenſes,* h. a. pag. 53. & 54. ubi ſimul mentio Legatorum *Bohemicorum,* auxilia contra *Moravos,* ab Imperatore efflagitantium, verbis, præced. Tit. V. in vita *Arnolfi,* v. 4. ann. 897. pag. 473. occurrentibus.

An. 898. Orta, duos inter fratres, *Moravorum* Gentis Principes, MOYMIRUM & ZENTEBOLCHUM, gravi diſſenſione, *Arnolfus* Imperator, *Luitbaldum* Marchionem, & *Arbonem* Comitem, quibus Bavariæ finium demandata erat cura, eò mittit, ſpontè Imperio ſe ſubmiſſuræ parti laturos auxilia. Vid. præced. Tit. V. loc. cit. ad h. a. pag. 473. & præced. *Catal. Ducum Bavariae,* pag. 409.

(12) *Germaniæ* ſceptra tenente LUDOVICO IV. *Arnolfi,* ann. 899. defuncti, filio, continuatum *Bojos* inter *Moravosque* bellum, de quo præced. *Catal Ducum Bavar.* l. c.

(13) HENRICUS AUCEPS, variis præliis, & artibus, *Slavos* fere cunctos, ad tributum adegit. *Ditmarus,* lib. I. apud Dn. de *Leibnitz,* T. I. *Rer. Brunſvic.* pag. 326. ejus memor, ait: *Has Regiones ſibi fecit tributarias, Bojemiam, Deleminciam, Obetritos, Wilci, Hevellos, & Redarios, qui ſtatim rebelles, aliosque ad hæc concitantes, Urbem Wallisleve oppugnant, deſtruunt, & incendunt &c.* Sic Auctor Vitæ *Mathildis,* Reginæ Germaniæ, Cap 2. apud laudatum Virum Illuſtrem l. c. pag. 195. *Succeſſit* (Conrado) *Henricus Regali ſolio --- cum autem mirum in modum proficeret Princeps laudabilis, Chriſtus Illi plus auxit honorem dignitatis, perplurimas Nationes ſuo ſubjugans dominatui, Danos, Sclavos, Boëmones, Bajowarios, cæteraque quamplurima Regna, quæ ſuis Anteceſſoribus non fuerant ſubdita &c.* & *Adamus Bremenſis,* lib. I. *Hiſtor. Ecclеſ.* Cap. 48. pag. m. 38. verbis ſeqq. Tit. XVII. §. 13. lit. e. voc. *Slesvicenſis,* producendis; & *Witichindus Corbejenſis,* lib. 2. *Annal.* apud *Meibomium* Tom. I. *Rer. German.* p. 647. *Fuit quidam Sclavus, à Rege Henrico relictus, qui, jure Gentis, paterna ſucceſſione dominus eſſet eorum, qui dicuntur Heveldi, dictus TUGUMIR. Hic, pecunia multa captus, & majori promiſſione perſuaſus, profeſſus eſt, ſe prodere Regionem. Unde quaſi occultè elapſus, venit in Urbem, quæ dicitur Brennaburg, à Populo agnitus, &, ut dominus ſuſceptus, in brevi, quae promiſit, implevit. Nam nepotem ſuum, qui ex omnibus Principibus Gentis ſupererat, ad ſe invitans, dolo captum interfecit, Urbemque, cum Regione, ditioni Regis tradidit. Quo facto omnes Barbarae Nationes, usque in Oderam fluvium, ſimili modo, tributis Regalibus ſe ſubjugarunt &c.* Eveniſſe hoc anno 925. dictum præced. Tit. V. in vita *Henrici Aucupis* v. 4. ad h. a. pag. 489. Conf. ſeq. v. 14. verba *Helmoldi Chronographi Saxonis,* reliquorum.

An. 927. vel 928. Profligatis *Henetis, Sorabisque,* conſtituit Marchiones, affinem *Sigfridum,* Conjugis ſuæ fratrem, *Brandenburgicum,* & *Geronem, Luſacenſem;* Vid. præced. Tit. V. loc. cit. ad h. a. p. 489. & ſeq. Tit. XVII. §. 13. lit. b. &c.

An. 928. (al. 930.) debellavit *Bohemos,* eorum Regem, WENZESLAUM, in deditionem accipiens. vid loc. cit. ad hunc annum.

An. 930. & 931. *Obodritorum* Regem ad Chriſtianam fidem, & obſequia, perduxit, pariter ac *Danorum;* Vid. l c. ad hos annos, pag. 489. & 490. Conf. ſeqq. Tit XVII. §. 13. lit. e, voc. *Slesvicenſis.*

An. eod. Condita Urbe *Miſnenſi, Milzenos, ſuæ ſubactos ditioni, cenſum perſolvere coëgit &c. Ditmarus,* lib. I. Edit. Reineccii, pag. 11.

An. 934. *Uncranos Slavos* itidem ſibi reddidit vectigales, vid. loc. cit. ad h. a. pag. 490.

(14) Sub OTTONE MAGNO, occaſione belli civilis, inter ipſum, & *Henricum* fratrem, in Saxonia exorti, iterum rebellant Slavi, de quibus *Witichindus* l. c. *Barbari, labore noſtro elati, nusquam ab incendio, cæde, ac depopulatione, vacabant, Geronemque.*

quem

Digitized by Google

quem ſibi Rex (Henricus) *præfecerat, cum dolo perimere cogitant. Ipſe, dolum dolo praeoccupans, convivio claro delibatos, ac vino ſepultos, ad triginta ferè Principum Barbarorum una nocte extinxit. Sed cum non ſufficeret contra omnes Nationes Barbarorum, eo quippe tempore Abotriti rebellaverunt, &, cæſo Exercitu noſtro, Ducem ipſum, nomine HAICAM, extinxerunt, ab ipſo Rege ſæpius ductus Exercitus eos læſit, & in multis afflixit, & in ultimam penè calamitatem perduxit. Illi verò nihilominus bellum, quam pacem, elegerunt, omnem miſeriam caræ libertati poſtponentes. Eſt namque hujuſcemodi genus hominum durum, & laboris patiens, victui leviſſimo aſſuetum, &, quod noſtris gravi oneri eſſe ſolet, Sclavi pro quadam voluptate ducunt. Tranſeunt ſanè dies plurimi, his pro gloria, & pro magno lat oque Imperio; illis, pro libertate, ac ultima ſervitute, variè certantibus. Multos quippe illis diebus Saxones partiebantur hoſtes, Sclavos, ab oriente: Francos, à Meridie: Lotharios* (Lotharingos) *ab Occidente: ab Aquilone, Danos, itemque Sclavos, propterea que Barbari longum trahebant certamen &c.* Quibus ſimul docemur, *Sclavos* quamlibet nactos occaſionem, Germaniæ Regum jurisdictioni ſubducere ſe fuiſſe auſos, priſtinamque in libertatem ſe iterum vindicare. *Ottonem* autem noſtrum eos omnes in ordinem redegiſſe, teſtimoniis conſtat fide dignis. *Adamus Bremenſis*, lib. 2. *Hiſt. Eccleſ.* Cap. 3. pag. m. 43. ait: *Fortiſſimus Rex, Otto, Univerſos Slavorum Populos ſuo ſubjicit Imperio. Et quos Pater ejus, uno grandi bello, domuerat, ipſe Otto deinceps tanta, Dei adjutorio, potentia conſtrinxit, ut tributum & Chriſtianitatem, pro vita ſimul & Patria, libenter offerrent Victori; ſicque baptizatur Gentilium Populus univerſus; & Eccleſiae tunc primum in Slavania ſunt conſtructae &c.* & C. 7. pag. 47. *Magnus Otto, ſubjugatis, Chriſtianaeque fidei copulatis Slavorum Gentibus, inclytam Urbem Magdeburg, ſuper ripas Albiae fluminis, condidit, quam Slavis Metropolim ſtatuens, Adalbertum, ſummae ſanctitatis Virum, ibidem conſecrari fecit ArchiEpiſcopum &c.* & Cap. 8. pag. 47. *Magdaburgenſi ArchiEpiſcopatui ſubjecta eſt tota Slavonia, usque ad Penem fluvium &c.* ſequentibus recenſens Epiſcopos Suffraganeos, Magdeburgenſi ſubjectos, ſcil. *Merſeburgenſem, Cizenſem, Miſinenſem, Brandenburgenſem* & *Havelbergenſem*; de ſexto addens: *Sextus Epiſcopatus Slavoniæ eſt Aldinburg, quem, quia nobis vicinior eſt, Imperator Hammaburgenſi ArchiEpiſcopatui ſubjecit &c.* Vid. præced. Tit. V. vita *Ottonis Magni*, v. 4. ad ann. 960. pag. 498. & Tit. XV. §. 13. lit. bb. pag. 1218. &c. Nomina quorundam Regulorum tunc debellatorum ſuppeditat *Ditmarus*, lib. 2. pag. m. 18. *Gero, Orientalium Marchio, Luſizi & Selpuli, MISECONEM quoque,* (Polonum) *cum ſibi ſubjectis, Imperiali ſubdidit Ditioni. Herimannus Dux* (Saxoniæ) *SELIBUREM & MISTUI;* (Obodritorum Duces) *cum ſuis, Imperatori tributarios facit &c. Witichindo*, lib. 3. p. m. 658. Dux, à *Gerone* victus vocatur STOINEF, à Viro Militari, *Hoſed* nominato, tandem trucidatus; qui l. c. pag. 660. pergit: *Gero igitur Comes --- longius degentes Barbaros crebris praeliis contrivit. Miſcam Regem, cujus poteſtatis erant Sclavi, qui dicuntur Licicaviki, duabus vicibus ſuperavit, fratremque ipſius interfecit, prædam magnam ab eo extorſit. Eo quoque tempore, Gero Præſes Sclavos, qui dicuntur Luſiki, potentiſſime vicit, & ad ultimam ſervitutem coëgit, non ſine ſui tamen gravi vulnere, nepotisque, optimi Viri, caſu, cæterorum quoque quam plurium Nobilium Virorum. Erant duo Sub-Reguli, Herimanno Duci inimicitiæ à Patribus vicariæ relicti, alter vocabatur SELIBUR, alter MISTAW; SELIBUR præerat Waaris; MISTAU, Abodritis. Dum invicem quum ſaepe accuſantur, victus tandem ratione Selibur condemnatus eſt quindecim talentis à Duce &c.* Inſignis hujus victoriæ meminit ipſe Cæſar, in Epiſtola ad *Wigbertum* Marchionem, *Wiggerum & Güntherum*, Saxonum Proceres, apud *Sagittarium*, in *Antiquit. Magdeburgicis*, §. CXI. pag. m. 83. *Igitur, in Magdeburg* Civitate *Fratrum omnium Noſtrorum noverit caritas, ArchiEpiſcopalem ſedem fieri deſiderantes, opportunum verò & jam temporis ad hoc peragendum tempus invenientes, conſilio Venerabilis ArchiEpiſcopi* (Moguntini) *Hattonis, & Hildewardi Epiſcopi,* (Halberſtadenſis) *cæterorumque fidelium noſtrorum, Virum Venerabilem, Adalbertum Epiſcopum, olim Rugis prædicatorem deſtinatum & miſſum, ArchiEpiſcopum & Metropolitanum totius ultra Albiam & Salam Sclavorum Gentis, modò ad Deum converſæ, vel convertendæ, fieri decrevimus, pariter & eligimus, quem & Romam, pro Pallio, à Domino Papa ſuſcipiendo, direximus &c.* ut & *Johannes XIII.* P. R. in Reſcripto, de *Erectione Magdeburgenſis ArchiEpiſcopatus*, & *Epiſcopatus Merſeburgenſis*, ad Clerum Populumque *Saxoniae, Galliae, Germaniae* & *Bavariae*, apud eundem l. c. §. XCVIII. p. m. 69. *Dei operante clementia, Chariſſimus, & Chriſtianiſſimus Filius Noſter, Rex Otto, devictis Barbaris Gentibus, Avaribus ſcilicet, cæterisque quam pluribus, ut ad defenſionem Sanctae*

Dei Eccleſiae triumphalem victorem, in Imperii culmen, per Nos, à B. Petro, Apoſtolorum Principe, ſuſciperet coronam, ſummam & univerſalem, cui, Deo Auctore, praeſidemus, adiit Sedem &c. &, paucis interjectis: *Praefatus Piiſſimus Imperator Otto, qualiter Sclavos, quos Ipſe devicit, in Catholica fide noviter fundaverat, Noſtrae Paternitati innotuit &c.* nec non in Bulla, qua an. 968. *Adelberto* Magdeburgenſi prærogativam *Pallii* confert, ibidem, §. CVIII. pag. 79. *Quia Glorioſiſſimus Spiritualis Otto, Imperator Auguſtus, Civitatem, quam Magdeburg dicunt, in confinio Saxonum & Sclavorum, in ripa fluminis Albiæ, in parochia ſcilicet Halberſtadenſis Epiſcopi, fundavit, & Eccleſiam inibi conſtruxit, Canonicosque conſtituit, ad quorum ſubſidium ſatis contulit, & innumeram multitudinem Sclavorum ad divinæ Religionis cultum conduxit &c. Confratres, Hatto, S. Maguncienſis Eccleſiae ArchiEpiſcopus, & Hildiwardus, Halberſtadenſis Eccleſiae Epiſcopus, & Comprovinciales Epiſcopi ... in praedicta Magdeburgenſi Civitate, ArchiEpiſcopalem Sedem, privilegio Apoſtolicae Sedis, ſtatui ordinaverunt, quae ultra Albiam & Salam, in congruentibus locis, ſubjectos Epiſcopos, qui non ordinati ſunt, & ordinandi futuris poſt temporibus erunt, habeat, noſtro, poſt Deum, judicio, qualiter eadem ArchiEpiſcopalis Sedes ordinari debeat, deliberandum precantes, ne, per invidiam fidei, tanta Sclavorum plebs, Deo noviter acquiſita, callidi hoſtis, quod abſit, rapiatur inſidiis &c.* & in alia, qua dicto *Adelberto* poteſtatem ordinandi Suffraganeos ſuos indulget, ibid. §. CIX. pag. 81. *Quia tanta Sclavorum plebs, ultra fluvios Albiam & Salam ſcilicet, Deo noviter acquiſita, paucis Paſtoribus minimè tueri poteſt &c.* Clarius adhuc, *Helmoldus* lib. I *Chron. Slavor.* C. IX. §. 8. pag. m. 27. *Fortiſſimus Otto Rex convertit* (ordinata Dania) *Exercitum, ad ſubjugandos Slavorum rebelles. Quos Pater Ejus, uno grandi bello, domuerat, Ipſe tanta deinceps virtute conſtrinxit, ut tributum & Chriſtianitatem, pro vita ſimul & Patria, libenter offerrent Victori, baptizatusque eſt totus Gentilium Populus. Eccleſiae in Slavonia tunc primum conſtructae &c.* & Cap. XI. §. 1. &c. pag. 30. *Subactis autem, Chriſtianaque fidei copulatis Slavorum Gentibus, Magnus Otto Inclytam Urbem Magdeburg, ſuper ripas Albiae fluminis, condidit, quam Slavis Metropolin ſtatuens, Adelbertum, Summae Sanctitatis Virum, ibidem conſecrari fecit ArchiEpiſcopum &c.* & §. 2. *Magdeburgenſi autem Epiſcopatui ſubjecta eſt tota Slavia, usque ad Panem fluvium &c.* Add. *Chronographus Saxo,* ad an. 960. pag. 170. *Subjiciens ſuo Imperio Univerſos Slavorum Populos, quos Pater ſuus uno grandi domuerat bello, ipſe deinceps tanta conſtrinxit virtute, ut tributum & Chriſtianitatem, pro vita pariter et Patria, Victori libenter offerrent. Baptizatusque eſt in Sclavonia totus Gentilium Populus: aedificatae Eccleſiae: Monaſteria etiam, Virorum ac Mulierum, Deo ibidem ſervientium, plurima conſtructa ſunt.* De vaſtitate *Sclavoniae,* immediatè annectens: *Tunc Sclavonia, in duodeviginti Pagos diſpertita, ad Chriſtianam fidem fertur omnes fuiſſe converſos, absque tribus. Pax fuit continua, Slavi ſub tributo ſervierunt &c.* *Otto Friſingenſis* lib. VI. *Chronicorum*, Cap. XX. pag. 128. & XXI. pag. 129. *Albertus Stadenſis* ad an. 971. pag. 108. *Helmoldi* verba repetens; *Albericus, Monachus trium fontium,* Part. I. ad ann. 958. pag. 292. & Part. 2. ad ann. 967. pag. 2. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium,* Cap. XII. in Vita *Adaldagi,* apud *Lindenbrogium,* pag. 74. *Chronica Sclavica,* Cap. VIII. apud eundem, p. 191. & C. IX. p. 192. *Albertus Crantzius,* lib. 2. *Vandaliæ,* C. 30. 31. & ſeqq. & lib. 3. *Saxon.* C. 25. & 26. *Baronius* Tom. *X. Annal.* ad an. 971. §. 11. p. m. 807.

BOLESLAUM *Bohemum* ab Eodem redactum in ordinem, teſtantur *Albericus* ad ann. 951. pag. 287. *Conradus Urſperg.* in Vita *Ottonis I.* pag. 155. *Crantzius,* lib. 3. *Saxon.* Cap. XIV. Confer. præced. Tit. V. §. 8. lit. c. pag. 428.

Quam latè patuerint tunc temporis *Sclavorum* limites, ex *Adamo Bremenſi* lib. 2. Cap. X. p. m. 49. &c. diſcimus, ubi: *Slavania igitur ampliſſima Germaniae Provincia, à Winulis incolitur, qui olim dicti ſunt Wandali, decies major eſſe dicitur, quam noſtra Saxonia; præſertim, ſi Bohemiam, & eos, qui trans Oderam ſunt, Polanos, quia nec habitu, nec lingua, diſcrepant, in partem adjeceris Slavaniæ. Haec autem Regio, cum ſit armis, viris & frugibus opulentiſſima, firmis undique ſaltuum & fluminum terminis clauditur. Ejus latitudo, eſt à Meridie, in Boream, hoc eſt, ab Albia fluvio, usque ad mare Scythicum. Longitudo autem illa videtur, quae initium habet ab noſtra Hammaburgenſi Parochia, & porrigitur in Orientem, infinitis aucta ſpatiis, usque in Bulgariam, Ungriam, & Graeciam. Populi igitur Slavorum ſunt multi, quorum primi ab Occidente, confines Tranſalbianis, ſunt WAIGRI,* (Wagiri) *quorum Civitas Aldenburg maritima. Deinde ſequuntur OBODRITI, qui altero nomine REREGI vocantur, et Civitas eorum Magnopolis. Item, verſus nos, POLABINGI* (Polabi) *quorum Civitas Raciſburg. Ultra quos LINGONES.*

NES.

Digitized by Google

NES ſunt, et WARNAHI. Mox habitant CHIZZINI et CIRCIPANI, quos à THOLOSANTIBUS et RETHARIS, fluvius Panis ſeparat, et Civitas Dimine. Ibi eſt terminus Hammaburgenſis Eccleſiæ &c. Confer. *Helmoldus*, lib. 1. Cap. XII. pag. m. 33. & 34. ubi ſimul tributum recenſet, quo *Slavi* Aldenburgenſi Præſuli tenebantur, ſcribens §. 13. *Fuerunt Aldenburgenſes Pontifices admodum honorabiles erga Regulos Slavorum, eò quod, munificentia Magni Principis Ottonis, cumulati eſſent temporalium rerum affluentia, unde poſſent copioſè largiri, et favorem ſibi Populi conſciſcere. Dabatur autem Pontifici annuum, de omni Wagirorum, ſive Obotritorum, Terra, tributum, quod ſcilicet pro Decima imputabatur, de quolibet aratro menſura grani, et quadraginta reſticuli lini, et duodecim nummi puri argenti. Ad haec, unus nummus precium colligentis. Slavicum verò aratrum, par boum, aut unus conficit equus &c.*

Laudatus Imperator *Bohemis* tributum remiſiſſe, eorumque Principi, *Wenceslao*, præfati *Bolislai* fratri, Regios conceſſiſſe legitur honores. Vid. *Dubravius*, lib. V. *Hiſtor. Bohem.* pag. 42. mentione facta Conventus *Wormatienſis*, à Cæſare noſtro celebrati: *Quo ubi WENCESLAUS quoque evocatus, ſine ulla dilatione, veniſſet - - - Caeſar hunc tam liberalem hoſpiti habuit honorem, ut poteſtatem ei petendi concederet, quicquid petendum ſibi à Caeſare putaret. Exiſtimabat autem Caeſar, glorioſa Eum et ambitioſa petiturum. At is brachium Divi Viti, ex Gallia, ſub Ludovico Pio Corbejam in Saxoniam translati, magnaque Religione in Bojemia culti --- ſibi dari poſtulavit. Ad quae poſtulata Caeſar ſubridens, feres Tu, inquit, primo quoque, à reditu Noſtro in Saxoniam, tempore, quas habere cupis, Reliquias. Interim dona Caeſare digna à Nobis accipe: Regium in primis Decus, quo Te, ex dignitate Tua, meritò decoramus; Deinde, tributo abſolvimus, quod Carolus quondam ſolvendum Caeſaribus inſtituerat. Juſſit, poſtremò, et Inſigna ſua VENCESLAUM ferre, Fuſcam Aquilam, in clipeo candido &c.* reliqua habentur præced. Tit. V. §. 8. lit. c. pag. 428.

Ann. 973. adeoque ad obitum uſque *Ottonis Magni*, quietos ſe tenuiſſe *Slavos*, *Ditmarus* auctor eſt, lib 2. pag. m. 23. *Dehinc ivit* (Imperator) *ad Quidilingeburg, proximam Paſcha divinis laudibus humaniſque peragens gaudiis. Huc confluebant, Imperatoris Edictu, MISECO* (Polonorum) *atque BOLISLAUS* (Bohemorum) *Duces, cum omnibus Regni totius Primariis: conſummatiſque pacificè cunctis, ditati muneribus magnis, reverſi ſunt ad ſua lætantes, Calendis Aprilis &c.* In Editione Dn. de *Leibnitz* Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 337. poſt vocem, *Duces*, parentheſi includuntur verba: *Et Legati Graecorum, Beneventanorum, Ungarorum, Bulgariorum, Danorum, & Sclavorum &c.* Conf. *Chronogr. Saxo.* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* loc. cit. pag. 719.

(15) Imperante OTTONE II. hæc immutata. Cernentes ſanè *Slavi*, civile bellum Cæſareo-Bavaricum indies dilatari, conferunt conſilia, &, in libertatem priſtinam ſe vindicandi animo, denegant novo Principi obſequia & tributum, verſa vice *Henrico* Bavaro adhærentes. Hinc *Lambertus Aſchaffenb.* ad ann. 974 pag. m. 157. *Heinricus, Dux Bajoariorum, & Abraham, Epiſcopus* (Friſingenſis) *cum BOLISCLAJONE* (Bolislao Bohemo) *& MISICHONE* (Polono) *ineruns, contra Imperatorem, pravum, conſilium &c.* Eadem profert *Monachus Herveldenſis*, an. eod. apud *Schardium* Tom. I. *Rer. German.* p 375. Otto inde bello, *Imperator Boemos vaſtavit et concremavit*; ita *Lambertus* ad Annum 975. pag. 157.

Ann. 976. arma intulit *Slavis* reliquis, cum dicto *Henrico* Bavaro, jam proſcripto, conſpirantibus. Vid. *Sigebertus Gemblac.* h. a. pag. 587. *Otto Imperator contra Sclavos proficiſcitur &c.* Confer. *Chronographus Saxo*, ann. eod. pag. 189. *Heinricus, Dux Bawariorum, ſua poteſtate privatus, & excommunicatus, cum Slavis degebat, vagus et profugus &c.* Quæ *Annal. Hildesheim.* ann eod. loc. cit. pag. 719. confirmant. Add. præced. *Catal. Ducum Bavariae*, Vita *Henrici II.* v. 4. ad an. 974. pag. 421. ubi in primis teſtimonium *Ditmari* ponderandum.

Ann. 977. *Imperator, cum magno Exercitu, perrexit ad Bohemos, & maximam partem terrae illius incendio concremavit.* Hæc *Lambertus* h. a. pag. 157. totidemque verbis, *Monachus Herveldenſis*, loc. cit. an. eod. pag. 375. Conf. *Albericus*, ann. eod. p. 22. *Otto Imper. proficiſcitur contra Sclavos.*

Ann. eod. Gens Leuticiorum ad idololatriam revolvitur. Ita *Sigebertus* h. a. pag. 587.

Ann. 978. *Ad Imperatorem Ottonem venit in Paſcha BOLISLAWO* (Bohemus) *qui honorificè ſuſceptus, magniſque muneribus ab Imperatore oneratus, rediit domum* Hæc *Lambertus* h. a. pag. 157. & *Monachus Herveldenſis* an. eod. pag. 375.

Ann. 982. *Slavorum conſpirata manus Brandeburgenſem Epiſcopatum, triginta annos ante Magdeburgenſem conſtitutum, cum jam primis ſonares, invaſit, fugiente prius tertio Antiſtite ejusdem, Volcmero, & defenſore ejus, Thiedrico, ac militibus ipſa die*

vix evadentibus. Clerus ibidem capitur ---- Temporibus his, Eccleſia Cicenſis, à Bojemorum Exercitu Dedi Duce, capta eſt & depraedata, Hugone primo, tunc Epiſcopo, hinc effugato. Poſteaque monaſterium S. Laurentii Martyris, in Urbe, quoe Calve dicitur, ſitum, deſolantes, noſtros, ſicuti fugaces cervos, inſequebantur ---- MISTUI, Abdritorum (Abodritorum, ſeu Obotritorum) *Dux, Homanburg, ubi Sedes Epiſcopalis quondam fuit, incendit atque vaſtavit &c.* Hæc *Ditmarus*, lib. IV. pag. m. 32 & apud Dn. de *Leibnitz* loc. cit. Tom. I. pag. 345. Hinc ſua *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 195. & 196. Interjectis paucis, pergit *Ditmarus*, l. c. *Convenerunt è Slavis peditum ac equitum plus quam triginta Legiones, quae, ſine aliqua læſione, reſidua quæque, ſuorum auxilio Deorum, tunc devaſtare non dubitarent, tubicinibus praecedentibus. Non latuit hoc noſtros. Conveniunt Epiſcopi Giſilerus, & Hillibardus, cum Marchione Thiederico, cæterisque Comitibus, Redago, Hudone, & Binizone, Friderico, Dudone, ac Patre meo, Sigisfrido, aliisque compluribus, qui, ut dies Sabbathi primò illuxit, Miſſam omnes audiunt, corpus animomque cœleſti ſacramento muniunt, hoſtesque obvios fiducialiter irrumpentes, paucis in unum collem effugientibus, proſternunt &c.* Innuit victoriam hanc dictus *Chronographus*, ad ann. 983. pag. 196. *Sclavi Saxonibus rebelles facti ſunt, quos Saxonici Principes poſtmodum, collectis viribus, ſine Rege, ſine homine Duce, divinitus adjuti, glorioſiſſimè vicerunt, triginta millia una die perimentes, pauciſſima parte in latibula quaedam paludium ſilvarumque, fuga turpi, transacta &c.* idem docentibus *Annalibus Hildesheimenſibus* l. c. ann. eod. p. 719. Documento ſimul hæc ſunt, *Slavos* hoſce *Saxonum* fuiſſe ſubditos, quia *Rebellio* non niſi à *Victis*, ſeu *ſubditis*, fit; *Caeſare* teſte, lib. 3. de *Bello Gallico*, C. 10. p. m. 70. *Rebellio facta poſt deditionem.*

An. 983. Slavi unanimiter reſtiterunt Caeſari, & Thiedrico Marchioni. Ita *Ditmarus* loc. cit. ad h. a. pag. 34. & apud Dn. de *Leibnitz* loc. cit. pag. 347.

(16) Summam rerum moderante OTTONE III. *Henricus* (Bavariæ Dux, an. 984.) *proximum Paſcha Quidilingeburg feſtivis peregit gaudiis. Quo magnus Regni Primatus colligitur, à quibusdam venire illò nolentibus, ad omnia diligenter inquirenda, nuntius mittitur. Hac in feſtivitate, idem à ſuis publicè Rex appellatur, laudibus Divinis attollitur. Huc MISECO* (Polonorum) *& MISTUI*, (Obodritorum) *et BOLISLAUS* (Bohemorum) *Duces, cum cæteris ineffabilibus, confluebant, auxilium ſibi deinceps, ut Regi & Domino, cum juramentis, affirmantes. - - - Poſthac Henricus, BOZLAVUM, Ducem Bojemorum, in cunctis ſuimet neceſſitatibus ſemper paratum, cum ſuis adiit, honorificeque ab Eo ſuſceptus, cum Exercitu ejusdem, à finibus ſuis, per Niſen & Delemenci Pagos, usque ad Mogelini ducitur. Deindeque cum noſtris, obviam ſibi pergentibus, ad Medeburum proficiſcitur. Wagio verò, Miles BOLISLAI, Ducis Bojemorum, qui Henricum cum Exercitu comitabatur, cum ad Miſni redeundo perveniret, cum habitatoribus ejusdem pauca loquutus, Fridericum, Rigdagi Marchionis, tunc in Merſeburg commorantis, amicum & ſatellitem, ad Eccleſiam extra Urbem poſitam venire, ac cum eo loqui, per internuntium poſtulat. Hic ut egreditur, porta poſt eum clauditur, & Rigdagus, ejusdem Civitatis Cuſtos, et Inclytus Miles, juxta fluvium, qui Tribiſa dicitur, ab his doloſè occiditur. Urbe autem praedicta BOLIZLAVI mox praeſidio munita, eundem citò Dominum et habitatorem ſuſcepit.* Hæc *Ditmarus*, ad h. a. lib. 4. pag. m. 35. & 36. & apud Dn. de *Leibnitz* loc. cit. pag. 348.

Ann 985. Saxones Sclaviam invaſerunt, quibus, ad ſupplementum, MISACHO (Dux Polonorum) *cum magno Exercitu venit, qui totam Terram illam incendiis & cædibus devaſtaverunt &c.* Ita *Chronographus Saxo*, h. a pag. 198.

Ann. 986. Otto, Rex puer, Boëmiam vaſtavit. Sed MISCHONEM (Polonum) *cum muneribus obvium ſuſcepit.* Ita *Lambertus Aſchaffenburg.* h. a. pag. 157. & *Monachus Herveldenſ.* ann. eod. pag. 375. Conf. *Chronographus Saxo*, ann. eod. pag. 199. cujus verba, in *Annalibus* quoque *Hildesheimenſibus*, ann. eod. pag. 720. occurrentia, præced. Tit. V. in Vita *Ottonis III.* v. 4. ad h. a. pag. 506. habentur.

Ann. 987. Iterum Rex Bœmiam intravit, & eam ad deditionem coëgit &c. Hæc *Lambertus* h. a. loc. cit. & *Monachus Herveldenſ.* loc. cit. an. eod.

An. eod. Saxones iterum Sclaviam invaſerunt, & ad ultimum ipſi Sclavi Regis ditioni ſubduntur, & caſtella, juxta Albiam fluvium, denuo reſtaurata ſunt &c. Ita *Chronographus Saxo* h. a. pag. 199. Add. *Annales Hildesh.* l. c. an. eod. *Iterum Saxones Sclaviam vaſtant, unde illi compulſi, Regis ditioni ſe ſubdunt, & Caſtella juxta Albiam reſtaurantur &c.*

An. 990. Saxones Abodritos bis grandi irruptione vaſtabant. Multi quoque illorum, & penitus nominatiſſimi, interempti ſunt: alii in flumine necati. Saxones, Dei Gratia, cum pace & victoria redierunt. MISACHO & BOLIZLAUVO, Duces Sclavorum, (ille Polonorum, hic Bohemorum) *gravibus inimicitiis inter ſe conflixerant &c.* Hæc *Annales Hildesheimenſ.* l. c. ad h. a. Conf. *Ditmarus*, lib. 4. pag. m. 37. & apud

apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 349. *MISECO & BOLITZLAUS, inter ſe diſſonantes, multum ſibi invicem nocuerunt. BOLESLAUS Luiticios, ſuis Parentibus, & Sibi, ſemper fideles, in auxilium ſuum vocat: MISECO autem praedictae Imperatricis* (Theophaniæ, Ottonis II. viduæ) *adjutorium poſtulat. Quae cum tunc in Magdeburg fuiſſet, Giſilerum, ejuſdem Archi-Epiſcopum, Comitesque hos: Ekkihardum, & Eſiconem, Binizonem, cum Patre meo, & ejus æquivoco, Brunone, Deudone, cæterisque compluribus, eò miſit. Qui proficiſcentes, vix cum quatuor Legionibus ad Pagum, Selpuli dictum, venerunt, ac juxta unam paludem, ſupra quam pons longus porrigitur, conſederunt &c.* longo deſcribens ſermone, quæ invicem tunc geſta.

An. 991. *Theophanu, Imperatrix Auguſta, cum filio ſuo Imperatore Tertio Ottone, Paſchale feſtum, Imperiali gloria, apud Quidlinburgenſem peregit Civitatem, ubi etiam Marchio Thuſcbanorum, Hugo, & Dux Sclavonicus, MISECO, cum cæteris Europæ Primis, ibidem confluentibus, affuere, ad obſequium Imperatorii honoris, quæ quilibet pretioſiſſima poſſederat, proxeniis deferendo, è quibus MISECO, aliique quamplurimi, honorificè donati, in Patriam redierunt &c.* Hæc *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 200.

An. eod. Otto Rex, cum magno Exercitu Saxonum, ac ſupplemento MISACON, (Principis Polonorum) *Brannanburg obſedit & vicit. Illo autem inde digrediente, Saxonicus quidam, KIZO, eandem Urbem Liutizorum auxilio, audacter ſatis, contra Regis Imperium, invaſit, atque prædictorum Sclavorum pertinacia, adverſum jus fasque omne, injuſtæ ditioni ſuae ſubegit. Crebras latrociniorum irruptiones in Saxoniam, juxta Albiam flumen, molitus eſt, à quibus, Dei gratia, non victor, ſed veluti fugitivus prædo, latitando aufugit &c.* Iidem *Annales Hildesheim* h. a. pag. 710. Rationem addit *Ditmarus*, lib. IV. pag. m. 40. & apud Dn. de *Leibnitz* loc. cit. pag. 352. *Fuit in noſtra vicinitate quidam Miles inclytus, Kiza nomine, qui à Marchione Thiedrico, aliter, quam ſibi placeret, habitus eſt. Ob hoc, & quia facultas ſuæ nequaquam impietati ſuppeteret, ad hoſtes perrexit noſtros, qui eundem in omnibus ſibi nimis fidelem cognoſcentes, ſupra memoratam Urbem* (Brandenburg) *nobis ſatius ad nocendum, eidem commiſerunt. Hic poſtea* (an. 993.) *noſtris delinitus blanditiis, eam Regiæ poteſtati, cum ſemetipſo, tradidit. Unde Luitici, nimio furore ſuccenſi, eum, cum omnibus, quas habebant catervas, illicò petebant &c.*

An. 992. *Otto Rex Brandenburgam obſedit.* Hæc *Lambertus* l. c. ad h. a. & *Monachus Herveldenſis* l. c. an. eod. Conf. dicti *Annales Hildesheimenſ.* an. eod. l. c. *Otto Rex, cum valida ſuorum manu, iterum Brannanburg adiit, venitque ad Eum Heinricus, Dux Bajowariorum, & BOLIZLAVCO, Boëmanorum Princeps, cum ingenti multitudine, in auxilium Regi BOLIZLAO verò, MISACHONIS* (Poloni) *filius, per ſe ipſum ad Dominum Regem venire nequaquam valens, (imminebat quippe illi grande contra Ruſcianos bellum) ſuos ſatis fideliter milites, in miniſterium Regis direxerat. Verùm Dominus Rex, bonis Sclavorum promiſſionibus confidens, ſuisque Principibus reſiſtere nolens, pacem illis iterum conceſſit, & inde in Patriam remeavit. Sed illi, more ſolito, mentiti ſunt per omnia --- MISACO obiit, ſucceſſitque ei filius illius, BOLIZLAVO &c.* Quæ de MISACONIS obitu hic dicuntur, confirmat *Ditmarus*, lib 4. pag. m. 46. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 360. commemorans ſimul, duas ei fuiſſe conjuges, (1) *Dobrawam, Bolislai Senioris*, Bohemorum Principis, ſororem, & (2) *Odam, Theoderici*, Marchionis Miſniæ, filiam; quatuorque Principes, ſcil. *Bolislaum* cogn. *Chrobry*, id eſt, *Acrem*, ex priori; & *Miſeconem, Suentepoltum & Bolislaum* ex poſteriori, natos; addensque, *Bolislaum Chrobry*, novercâ, & fratribus, expulſis, excœcatisque familiaribus ſuis, *Odilieno & Pribuvojo*, totum Regnum ad ſe rapuiſſe; cujus Conjuges & Liberi ibidem recenſentur.

An. 993. *Kizo, qui antea rebellis extiterat, & refuga, fidem, Sclavis jam pridem promiſſam, evacuans, ſe ipſum, cum ſuis, & cum prædicta Urbe Brannanburg, Regis Ditioni ſubdidit ---- Saxones tribus vicibus expeditionem paraverunt in Sclavos, & nihil profecerunt. E contra Sclavi crebris latrociniis Saxoniam fatigabant.* Hæc iidem *Annales* h. a. pag. 720. Confer. *Ditmarus* loc. cit. pag. 40. Add. ſeq. Tit. XVII. §. 13. lit. f. voc. *Stadenſis.*

Ann. 994. *Sclavi omnes, exceptis Sorabis, à Saxonibus defecerunt.* Ita *Chronographus Saxo* h. a. pag. 203.

Ann. 995. *Imperator Otto cum magno Exercitu, Abodritos & quaedam Wlotaborum terras invadens incendiis & deprædationibus plurimis vaſtavit, licet motum eorum nullo modo compreſſerit.* Hæc idem *Chronographus* loc. cit. ad h. a. Confer. *Annales Hildesheimenſ.* an. eod. verbis præced. Tit. V. in vita *Ottonis III.* v. 4. ad h. a. pag. 506 expreſſis; nec non *Ditmarus* lib. 4. pag. m. 39. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 351. *Rex Abodritos petit, & Wiltios vaſtavit.*

An. 996. Tyrannidem *Creſcentii* ſuppreſſurus, *Otto Rex, compacta inter Saxones & Sclavos pace, Italiam*

tiom perrexit. Hæc idem *Chronographus* h. a. pag. 205. Confer. præced. Tit. V. loc. cit. ad h. a. pag. 506 & 507.

Ann. 997. *Sclavi, innata ſibi perfidio tacti, Provinciae fregerunt pactum, terminosque Saxonicos latrociniis contriverunt furtivis. Quos contra commotus Imperator Ztodoraniam, quam vulgò Heveldum vocant, egregiam inter Sclavonicas Terras, magno invaſit Exercitu, vicit, prædavit, victorque in Magdeburch, præcipuam Saxoniae Urbem, glorioſè ſubintravit. Interim autem, dum Imperator Heveldun devaſtaret, Wlotabi, Bardangao Provinciam improviſi, rapinis multis, aggreſſi ſunt et incendiis. Quod videntes Weſtfali, quos praefatus Imperator, in Expeditionem pergens, ad cuſtodiendam reliquerat Provinciam, celeriter Luiticos fortiterque excipiunt, ipſique, cum pauci eſſent, illam innumeram Paganorum multitudinem tanta cæde proſternunt, tantamque ab eis praedam diripiunt, ut nec cædis illius, nec praedae numerus ullo modo poſſit humano explicari ſermone.* Ita *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 206.

Ann 999. *Otto* Imp. fundat ArchiEpiſcopatum *Gnesnenſem in Polonia.* Vid *Ditmarus*, Libr. IV. *Chron.* pag. m. 43 & apud Dn. de *Leibnitz* Tom I. *Rer. Brunſvic.* pag. 357. *Papa Gregorius*, (Quintus) *benè diſpoſitis Romæ omnibus*, 2. *Non. Februarii, obiit &c.* (An. 999. teſte præced. Tit. V. Vita Ottonis III. v. 4. ad h. a. pag. 507. & Tit. XV. § 22. lit. c. p. 1371.) *Poſtea Caeſar, auditis mirabilibus, quae, per dilectum ſibi martyrem, Dominus fecit, Adelbertum, orationis gratia eò pergere feſtinavit --- Huic ad Diedeſiſi Pagum primo venienti, BOLIZLAVUS, (qui Major laus, non merito, ſed more antiquo, interpretatur,) parato in loco qui Ilva dicitur, ſuimet hoſpitio multum hilaris occurrit. Qualiter autem Caeſar ab eodem tunc ſuſciperetur, et per ſua, usque ad Gnesin, deduceretur, dictu incredibile, ac ineffabile eſt. Videns à longè Urbem deſideratam, nudis pedibus ſuppliciter advenit, &, ab Epiſcopo ejusdem Ungero, venerabiliter ſuſceptus, Eccleſiam introducitur, et, ad Chriſti gratiam ſibi impetrandam, Martyris Chriſti interceſſio, profuſis lacrimis, invitatur. Nec mora, fecit ibi ArchiEpiſcopatum, ut ſpero, legitimè, ſine conſenſu tamen præfati Praeſulis, cujus diœceſi omnis hæc Regio ſubjecta eſt, committens eundem praedicti Martyris fratri, Radimo, eidemque ſubjiciens Reinbernum, S Cholbergienſis Eccleſiae Epiſcopatum; Popponem, Cracuenſem; Johannem, Wrotislavenſem; Ungero Poſnanienſe excepto, factoque ibi Altari, ſanctas in eo honorificè condidit Reliquias. Perfectis tunc omnibus, Imperator à praefato Duce magnis muneribus decoratur, &, quod maximè ſibi placuit, trecentis militibus loricatis. Hunc abeuntem BOLIZLAVUS comitatu, usque ad Magdeburg, deducit egregio, ubi Palmarum ſolemnia celebri apparatu peracta ſunt &c.* Confirmat hæc *Chronographus Saxo*; quamvis ad annum 996. pag. m. 205. & 206. ut & *Annales Hildesheimenſes*, loc. cit. pag. 721. licet ad annum 1000. confundendo inſuper *Boleslaum* Polonum, cum *Boleslao* Bohemo, & ArchiEpiſcopatum *Gnesnenſem*, cum Epiſcopatu *Pragenſi*, ibi: *Imperator Otto III. cauſa orationis, ad S. Adalbertum Epiſcopum Martyrem, Quadrageſimae tempore, Sclaviam intravit; ibique coadunata Synodo, Epiſcopia VII. diſpoſuit, & Gaudentium, fratrem B. Adalberti, in principali Urbe Sclavorum, Praga, ordinari fecit ArchiEpiſcopum, licentia Romani pontificis, cauſa petitionis BOLIZLAVONIS, Boemiorum Ducis, ob amorem potius & honorem ſui Venerandi fratris, digni Pontificis & Martyris &c.* Eccleſiam ſanè *Pragenſem*, demum ſub *Carolo IV.* evaſiſſe *Metropolitanam*, præc. Tit. XV. §. 12. lit. f. pag. 1171. monui.

Ann. 1001. Idem Princeps *Regios honores* largitus fertur BOLISLAO *Polono.* Vid. præced. Tit. V. § 8 lit. b. pag. 427. Trahenda huc *Helmoldi* verba lib. 1. *Chron. Slav.* Cap. XV. § 1. &c. pag. 46. *Eodem tempore BOLIZLAUS, Polonorum Chriſtianiſſimus Rex, confœderatus cum Ottone III.* (Imp.) *omnem Slaviam, quæ eſt ultra Oderam,* (adeoque Pomeraniam &c.) *tributis ſubjecit; ſed & Ruſſiam & Pruſſos --- Principes Slavorum, qui Winuli, ſeu Winithi, dicuntur, fuerunt eo tempore, MISIZLA, NACCON & SEDERICH, ſub quibus pax continua fuit, & hi ſub tributo ſervierunt. Nec prætereundum videtur, quod idem MISIZLAUS, Obotritorum Princeps, Chriſtum palàm confitens, ſed clam perſequens, ſororem ſuam, Deo dicatam Virginem, HODICAM, Monaſterio Virginum, quod erat Mikilinburg, ſubtraxit, eamque cuidam Bolislao, inceſtiſſimo ſociavit conjugio: cæteras Virgines, quae ibidem repertae ſunt, aut militibus ſuis nuptum tradidit, aut ad Terram Wilzorum, ſive Ranorum, tranſmiſit. Sicque Monaſterium illud deſolatio conſecuta eſt &c.* Benè hinc *Adamus Bremenſis*, lib. 2. Cap. 30. pag. m, 62. §. 24. *Fortiſſimus Otto Imperator, qui jam Danos, Slavos, itemque Francos & Italos domuerat, cum jam tertiò Romam victor intraſſet, immatura morte praeventus, occubuit in Domino &c.* idem docente *Alberto Stadenſi*, an. 1001. pag. 112. Negandum tamen nequa-

Digitized by Google

quaquam, ſubinde *Slavos*, occaſione belli, quod Cæſar in Italia geſſerat, conſuetæ Genti rebellionis contuliſſe conſilia, de quibus *Helmoldus* legatur, verbis præced. *Catal. Ducum Saxon.* v. 10. in vita *Bernhardi I.* ad ann. 1000. pag. 111. occurrentibus.

(17) Sub regimine HENRICI SANCTI Imp. deploranda iterum *Slaviæ* facies. Choream duxere BOLESLAI duo, *Polonorum & Bohemorum* Principes, quos, ab exceſſu ſtatim *Ottonis III.* perfidiæ larvam prodidiſſe, concors doctorum ſententia eſt. Occiſo namque, anno 1002. *Eccardo*, Thuringiæ Marchione; ceu præced. *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 27. p. 218. dictum, *Bolislaus Polonus* ſtatim *Misniam* infeſtat, Regnumque hac ratione motibus replet. *BOLIZLAVUS, Miſeconis filius, Patri longè inferior, de morte lætatur Comitis Ekkihardi, moxque electo Exercitu, omnem Geronis Comitis Marcham, circa Albim jacentem, deindeque, præmiſſis obſidibus, Budisſinam Civitatem, cum omnibus adpertinentiis, comprehendens, ſtatim Strelam Urbem invaſit, Miſnenſes pecunia corrumpere clam tentans &c.* Hæc *Ditmarus*, lib. V. pag. m. 53. & apud Illuſtr. Dn. de *Leibnitz* T. 1. *Rer. Brunſuic.* pag. 366. interjectis paucis, pag. 54. recenſens, *Miſniam* quoque ipſam, rebellante præſidio, ipſi traditam: *Ducem BOLIZLAVUM, per internuncios invitant, portisque eundem ſuſcipiunt apertis - - - Hac elatus proſperitate, BOLIZLAUS, omnes Regionis illius terminos, usque ad Elſtram fluvium, præoccupavit, præſidiisque ſuimet munit. Congregantibus ſe tunc unanimiter, ad hæc prohibenda, noſtris, doloſus ille Legatum obviam miſit, qui ſe proteſtaretur, cum gratia Henrici Ducis* (Bavariæ, recens electi Regis) *ac licentia, hæc incepiſſe: in nullo ſe incolis nociturum, & ſe, quando Is in Regno vigeret, voluntati ejusdem in omnibus aſſenſurum: ſin autem, quod his tum placeret, libenter facturum &c.* pauloque poſt: *Alter autem BOLIZLAVUS, Bojemorum Proviſor, cognomento Ruffus, & impietatis auctor immenſæ, antiquo more jam paululum refrenato, Duci* (Henrico) *aſpiravit &c.* Senſa animi ut celaret Polonus, in ſpeciem novi Regis, interea à Moguntino inaugurati, ac *Merſeburgum* ſecedentis, efflagitat gratiam, fœdusque pacis, mox interruptæ, promittit, *Ditmaro*, l. c. pag. 55. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 368. (præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad ann. 1002. pag 96.) & *Adelboldo*, in vita Imperatoris hujus, (præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 10. in vita *Bernhardi I.* ann. eod. pag. 111. occurrentibus verbis) teſtibus, quibus *Chronographum Saxonem*, ann. eod. pag. 214. addas, ſcribentem: *Illo* (Merſeburgi memor eſt) *Bernhardus Dux, & Saxonum Primates, cum dedecore ſuorum, convenientes, benignè ab Eo* (novo Rege) *ſuſcepti ſunt, moxque Dominum ſibi illum ac Regem elegerunt. Sed & BOLIZLAVONEM, Poloniæ Ducem, occurriſſe, & Regis gratiæ ibi ſupplicaſſe, pacis fœdere promiſſo, reperiunt. Quæ quia firma non fuit, poſtmodum patuit &c.* Cauſam rupti fœderis exponit *Ditmarus reſtitutus* Dn. *Leibnitii* l. c. pag. 369. BOLISLAUS *Miſnenſem Urbem tantummodo innumerabili pecunia acquirere ſatagebat, & quia opportunitas Regni non erat, apud Regem non valebat, vix impetrans, ut hæc Fratri ſuo GUNZELINO daretur, redditis ſibi Luidizi & Millizieni Regionibus. Hunc Henricus Comes, Nepos meus, oppido diligens, quocunque modo potuit, libenter & amicabiliter eum adjuvabat. Quem cum bene muneratum, & cum licentia Regis abeuntem comitaretur, concurrentem vidit armatam multitudinem, &, per Deum teſtor, absque Regis conſilio & conſcientia, adverſus ſe inſurgentem - - - BOLISLAUS autem hoc factum eſſe dolo mali conſilii autumans, gravi mœrore conſumitur, Regi, quod non promeruit, imputando. Salutato ergò Henrico, &, ſi unquam indigeret auxilio ſuo, firmiter promiſſo, Patriam celeriter reviſit. Cumque perveniſſet ad Strelam Urbem, protinus eam incendens, magnam multitudinem comprovincialium ſecum abduxit, nuncios quoque quosdam remittens, quoscunque potuit, Regi avertere contendit.*

Ann. eod. BLADEMARIO, *cuidam Sclavo, Ducatum Boëmicenſem largitur,* (Cæſar noſter) *&, ut cæteris acceptabilior exiſtat, illum, plus juſto, verbis & rebus honorat &c.* Ita *Adelboldus*, l. c. apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, pag. 438. & Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 434. §. 14. En rei nexum! *Mortuo BULIZLAO Seniore, Boëmienſi ſcilicet Duce, & iſtius BULIZLAI* (Miſeconis, Poloniæ Principis, filii) *de quo nunc agitur, avunculo tres Filii ſuperſtites remanſerunt, quorum Primogenitus, BULIZLAUS nomine, adepto poſt Patrem Ducatu, crudelius cœpit vivere, quam terra illa pati vel vellet, vel poſſit. Indigenis igitur illum, pro animæ crudelitate, execrantibus, timere cœpit, ne à fratrum ſuorum aliquo, Pragenſibus id inſtigantibus, extruderetur. Ex mala ergò conſcientia ſuſpicio inſtigavit eum ad ſcelus nefandiſſimum, perduxit etiam ad facinus execrandum; nam Fratrum ſuorum unum eunuchizavit, alterum in thermis ſuffocare tentavit. At illi, unus eunuchus, alter ſemivivus, in Bavariam, à Paterna hæreditate excluſi, fugerunt. Rex Henricus, hac impietate commotus, BLADEMARIO, de quo jam diximus, Ducatum Boëmienſem dedit. Illo mortuo, BULIZLAVUS, BULIZLAVI* (Bohemi) *filius, BULIZLAVO, MESECONIS* (Poloni) *filio, in ſocietatem conſpirationis adſcito, Ducatum, contra Regis voluntatem, tenere tentabat. Inter illos ergo*

duos BULIZLAVOS *fit amicitia ficta, fit ſocietas ſubdola. Sæpe alter ab altero invitatur; ſæpe alterius ſumptibus jocunde convivantur, latente tamen igni ſub cinere. Tandem* BOLIZLAUS, MESECONIS *filius, jocunditatem Pragæ, & amœnitatem Boëmiæ promiſſæ, præponit amicitiæ; &, ut nepote ſuo qualibet ratione ejecto, tantæ terræ Principatu potiri poſſit, fraudum ſuarum intima ſcrutatur. Invitat eum ad convivia, & diverſa præbet ciborum genera, amara demum propinaturus pocula. Satiatum enim illum Militibus ſuis commiſit, &, ut eductus excœcaretur, oculorum unctibus ad ſimilia edoctis, innuit. Implentur impietatis juſſa, & committuntur iniquitatis opera. Sic, qui fratrem eunuchizavit, à conſanguineo, & ſocio ſuo, deductus periit: quique fratrem in conſortio Principatus parem habere noluit, per ſupplicium paſſionis factus eſt ſuppar, & inutilior. Hoc ergò excæcato,* BULIZLAVUS, MESECONIS *filius, fraudes flexuoſas, per verſutias ſibi ſemper pediſſequas, per promiſſiones infinitas, Pragam, & totam Boëmiam, invadit, ac dominio taliter adepto, turgidus per loca, Regio Exercitui pervia, Caſtella firmiſſima munit &c.* Hæc *Adelboldus* l. c. §. 44. 45. & 46. apud *Gretſerum* l. c. pag. 452. & Dn. de *Leibnitz*, pag. 440. Conf. *Ditmarus*, lib. V. pag. m. 57.

Ann. 1003. Veſtigales ſibi reddit Cæſar *Winidos Slavos.* Vid. præced. Tit. V. in vita ejus, v. 4. h. a. pag. 513.

Ann. 1004. Redacta in ordinem *Italia*, turmas in *Boleslaum* Polonum, Regni *Bohemiæ* uſurpatorem, ducit, *Bohemiamque* reſtituit *Jaromiro, Boleslai*, à *Boleslao* Polono excœcati, Regnoque pulſi, germano; Sic *Hermannus Contractus*, h. a. pag. m. 318. *Henricus Rex Italiam, & Boëmiam, &* BOLIZLAUM *Ducem Slavorum, cum tota Gente ſua, ſubjugavit &c.* & *Marianus Scotus*, ann. eod. pag. 449. *Henricus Rex Italiam, Bohemiam, &* BOLISLAUM *Ducem, cum omni Sclavorum Gente, ſubjugavit &c.* quæ *Albertus Stadenſis, ad ann.* 1003. pag. 112. repetit. Totam Expeditionem delineat *Ditmarus*, lib. VI. ad an. 1005. pag. 60. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 376. BOLIZLAUS *ſuo furore, & Comitis Henrici inſtinctu, magnam vim Bavariis, omnibusque Concivibus ſuis, intulit. Ob hanc cauſam Rex, indicta prius Expeditione, Milzini fines hoſtiliter invaſit, & ni ſuperflua nivis effuſio celeriter reſoluta eum impediret, omnis hæc Regio habitatore vaſtata caruiſſet. Inde reverſus triſtis, Gunzelino Marchioni, cæterisque Patriæ defenſoribus poſitis, auxiliatur præſidiis &c.* Hinc recenſet, quomodo *Italiam* in ordinem redegerit; pergens, p. 62. & 63. & apud Dn. de *Leibnitz*, pag. 378. & 379. *Poſthæc, per Franciam Orientalem iter faciens, Saxoniam, ut ſæpe profeſſus eſt, ſecuritatis ac totius ubertatis quaſi florigeram paradiſi Aulam, reviſit. Ibi tunc diu reconditum zeli latitantis arcanum ſimplici corde evomuit, &, ad compeſcendam* BOLIZLAVI *arrogantis ſævitiam, omnibus in ſua ditione Chriſto ſibique fidelibus Expeditionem, Auguſto jam mediante, indixit. Statuto igitur termino, in Merſeburg Exercitus fit collectio, ac in hoſtem tandem ſecreta promotio. Aſſimulato namque in Poloniam itinere, naves glomerantur, ut ficta ſuorum benevolentia non fieret inimico circumeundi, propalatio ulla. Interim magna imbrium effuſione, in tranſeuntis fluminibus Exercitui ineffabilis fit retardatio, &, cum minime quis hoc conjicere potuit, in Bojemiam Rex celeriter perrexit. --- Adjuvit etiam Regem exulis* JAROMIRI, *(qui firma pax interpretatur,) comitatus, & adoptatus ejusdem adventus Bojemorum delinivit agmen. Horum conſultu & vocatione, Regi introitus patefit, & in ipſa Regionis iſtius janua, unum Caſtellum ſua eidem ſponte reddidit. Rex, propter Bavarios nondum advenientes, tardato paululum itinere, ad Urbem, Satzi dictam, venit, & concives hos portas ſibi illico aperientes, & Polenos, intus præſidio poſitos, occidentes, ſuimet cognovit amicos. Videns Rex tantam ſtragem, commovetur, & ſuperſtites in una præcepit Eccleſia retrudi. Adeſt etiam, qui,* BOLIZLAVUM *à comprovincialibus eſſe interemptum, pro certo referret. Lætantur in domino Familiares Regis, corruptique triſtantur Fautores adulterini Ducis --- Tunc* JAROMIRUS, *juſſu Regis, cum optimis Militibus ex noſtris, ac cum incolis ſibi adhærentibus, ad capiendum, ſeu occidendum ſerpentem venenoſum, Pragam, præmittitur. Quem præoccupantes nuncii præſcriptorum, rem ordine pandunt* BOLIZLAVO, *de tali periculo prius ſecuro --- craſtina die* JARIMIRUS *adveniens, Populi jura, veniamque commiſſi, poſcentibus, ante Portam dedit, illicoque intromiſſus, priſtinis honoribus, magna jucunditate, inthronizatur, ac tunc, depoſitis vilibus indumentis, precioſioribus ornatur. Huic ibi tum præſentatur, quicquid unusquisque Militum hoſti fugitivo, vel occiſo, ſpoliorum abſtulit. Muneribus idem delectatus plurimis, ad Wiſſigroli introducitur, indemque in dominum exclamatur, Regis indulgentia, & ſecum hucusque perſeverantibus, diu elaboratum permiſit* (promiſit) *bravium. Confluit undique ſecus tam vulgi, quam Seniorum, ineffabilis turba, ad gratiam novi ducis percipiendam, & ad præſtolandum Glorioſi Regis acceſſum. Hic tandem adveniens, ab Antiſtite Thieddago, & à Duce* JARIMIRO, *cum immenſo Cleri totiusque Populi tripudio, ſuſcipitur, & ad Eccleſiam S. Georgii deducitur. Cunctis mox dignitatibus à Rege honoratur* JARIMIRUS *paternis, convocatis*

catis

catis indigenis coram omnibus - - - Statutis ibidem tunc omnibus, Bavarios domum remiſit. Ipſe verò, cum Bojemorum Duce novo, Milzienos, qui tum ſibi fuere proximi, terminos, per ineffabilem itineris difficultatem, adiens, Budiſſinam Urbem poſſedit &c. & p. 64. *Poſt hæc, Rex cum Exercitu, itinere ac inedia jam defatigato, domum redit, Marchiones, ubicunque opus fuit, ſolitis adjuvans adminiculis &c.* Eadem confirmat *Adelboldus* l. c. Cap. 29. & 30. apud *Gretſerum*, l. c. pag. 445. & Dn. de *Leibnitz*, pag. 437. & Cap. 42. 43. &c. apud *Gretſerum*, pag. 451. & 452.; & Dn. *Leibnitium*, pag. 439. & 440. Conf. *Simonis Rettenpacheri Annales Cremſanenſes*, lib. 2. Cap. 6. ad h. a. pag. 135. Quæ de *Milzienis* allata, tradit quoque *Chronographus Saxo*, ad ann. 1003. pag. 215. *Heinricus Rex Sclavos Milzianos hiemali tempore invaſis, & cruenta cæde devaſtans ſubjugavit &c.*

Ann. 1005. Confecto bello *Bohemico, Rex, ira permanente contra BOLIZLAVONEM, reparato agmine, Polaniam accelerans, fugientem inſequitur, ſuam quaſi injuriam defenſurus, ſed, proh dolor! multos perdidimus. Bernhard, & Iſi*, (Iſi) *Thietbern & Bernhard, cum aliis multis, occiduntur. Rex cum Exercitu, ſecum deferens corpora mortuorum, revertitur &c.* Hæc *Chronographus Saxo* h. a. pag. 218. *Ditmarus* lib. VI. ann. eod. pag. m. 64. & 65. & apud Dn. de *Leibnitz*, pag. 381. prælium hoc, juxta *Sprowam* fluvium, 8. Id. Sept. commiſſum, tradit, addendo p. 66. *Boliſlaum* tandem pacem petiiſſe & impetraſſe: *Interim, per fidos interceſſores, Regis gratiam BOLIZLAVUS petiit, & exaudiri mox promeruit. Tagmo ArchiEpiſcopus*, (Magdeburgicus) *cum aliis Familiaribus Regis, ad Civitatem prædictam*, (Poſnaniam) *à BOLIZLAVO rogatus, venit, & cum juramentis, ac commendationibus condignis, firma pacis fœdera apud eundem pepigit. Læti tunc revertuntur noſtri, quia itineris longitudine, & nimia fame, cum intermixta belli aſperitate, magnum ſuſſerebant laborem &c.* & paucis interjectis: *Sæpe* (Rex) *cum Slavis in Wiribeni, juxta Albim poſitam, conventione habita; nolentibus, ſeu volentibus his, neceſſaria Regni ſuimet tractavit, atque potenter finivit. Arnaburch, prius devaſtatam, ob defenſionem Patriae, renovavit &c.*

An. 1007. Recruduit Bellum Cæſareo-Polonicum. *Regi* enim *Paſcha Ratisbonae celebranti, de Luiticis, & ab his, qui à Civitate magna, Luibui dicta, miſſi fuerant, & à JAREMIRO Duce* (Bohemorum) *BOLIZLAVUM multa ſibi contraria moliri cupientem, aſſerebant, ſeque, ad hæc perficienda, verbis ac pecunia ab eodem introduci affirmabant. Intimabant quoque Ei, ſi hunc amplius in pace & gratia ſuimet haberet, ut ſervitium eorum firmiter non teneret. Haec Rex cum ſuis Principibus caute conſiderans, diverſaque ab his conſilii reſponſo percipiens, iniquæ voluntati eorum in hoc conſenſit, quod Generum ſuimet, Herimannum, illò mittens, condicta pacis fœdera interdiceret &c.* Ita *Ditmarus* lib. VI. pag. 67. & apud Dn. de *Leibnitz*, pag. 384. annectens, *Boliſlaum* deſuper ad arma progreſſum, ibi: *Poſthæc, collecto* (Bolislaus) *Exercitu, Pagum qui Morozeni dicitur, juxta Magdaburg jacentem, populatur, & Fraternitatem, quam in Chriſto cum Parthenopolitanis prius conjunxerat, hoſtili aſperitate diſrupit. Inde ad Urbem, quæ Zerbeſta dicitur, veniens, Urbanos terrore gravi, & hortatu dulci, devictos ſecum vehebat - - - Luzici, Zara & Selpuli, deinde occupat, & non longè poſt Budiſſin Civitatem, præſidio Hermanni Comitis munitam, ſocer invidus poſſedit. Mittens autem nuncios ſuimet, Urbanos poſtulat, ut Urbem hanc, ſine utrorumque labore, ſibi redderent, & nullam à Seniore ſuo ereptionem ſperarent. - - - Qui cum aſſidua BOLIZLAVI impugnatione laborarent, viriliterque diu reſiſterent, videntes, nonnullos ex ſociis eorum mutare, Dominumque ſe ad liberandos non veniſſe, licentiam hinc exeundi, cum omnibus, quæ habebant, apud Ducem præfatum impetrantes, Urbem ei reddiderunt, triſtesque Patriam repedabant &c.* Conf. *Chronographus Saxo*, ann. eod. pag. 219.

Ann. 1010. *Henricus Rex in Expeditionem ſuas contrahens copias, BOLIZLAVUM Poloniæ quæſiturus, ſed quo velle ducebat minimè perventurus, gravi ingruente ægritudine, media revertitur via, cæteris, ut erant bello parati, plurima devaſtantibus loca, multamque prædam ſecum reportantibus.* Ita *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 221. Conf. *Ditmarus* l. c. pag. 73. & apud Dn. *Leibnitz*, pag. 389. *Rex - - - contumeliam & damnum, à BOLIZLAVO ſibi illatum, crebra meditatione revolvit, &, poſt Paſcha, expeditionem ſuam atroci juſſione indixit. Fit Conventus in Belegari, quod Pulcher mons dicitur, in Geronis prædio Marchionis. Tunc Bernhardus Dux* (Saxoniæ) *& Waltherdus Præpoſitus, gratia BOLIZLAVUM convertendi, præceſſerunt, ac in Libiz, quod ſibi placeret, invenientes, reverſi ſunt. Venit etiam huc JAROMIRUS, Bojemorum Dux inclytus, & Regi per omnia fidelis. - - - Inde ad Luzici pagum, in cujus fronte Urbs quædam, Jarina, ſtat, à Gerone dicto Marchione, qui Magnus fuit, & ſic nuncupabatur. Ibi tunc capti ſunt duo Fratres ex Provincia Hevellun, & ex Urbe Brandenburgenſi, qui ad BOLIZLAVUM, cauſa eum contra Regem vertendi, venerunt, & inde digreſſi inciderunt palàm laqueum, quem occultè tetenderunt.*

Digitized by Google

derum. Hi, de multis interrogati, & nihil de his omnibus volentes profiteri, in uno colle pariter ſuſpendio periere. Infirmabatur tunc ibidem Rex, & ſibi dilectus Tagmo. Tunc Principes anguſto verſant in pectore, quid deberet fieri de incepta expeditione? Tandem ab his inventum, quod Rex, cum Epiſcopis quibusdam, & infirmiori multitudine, rediret; Arnulphus autem, & Meinwercus Epiſcopi, cum Duce JARIMIRO, & Marchionibus Gerone, & Hermanno, cæterisque compluribus, Cilenſi & Diedeſi vaſtarent. Sicque factum eſt --- Tandem vaſtatis omnibus circumquaque jacentibus, Bojemi ad ſua, noſtri autem, per Milzienos fines, læti ad Albim remeabant, præmiſſis illicò ad Regem nunciis, qui, cum bona proſperitat ſe venturos, indicarent &c.

Ann. 1012. Nova iterum in *Beleslaum* ſuſcepta expeditio irrita. *Affuit mox Expeditionis in die tunc ſtatuta dies, id eſt, IX. Calend. Auguſti, juxta locum, qui dicitur Tribenz. Convenimus, & ſic rurſum, usque prope Belegori, aſcendimus. Tunc viſum Principibus, non eſſe bonum, perfici iter noſtrum, ſed optimis Marcham firmari præſidiis &c.* Hæc *Ditmarus*, lib. VI. pag. 76. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 392. ubi loco: *in die*; legitur: *in dieta*. Sequentibus docet: *Waltherdum*, Magdeburgenſem ArchiEpiſcopum, graviter *Wiganſtenii* decubuiſſe, à ſe, oleoſanctificato inunctum, præſente *Jarimiro, Duce Bohemorum* exule: *Ego autem peccator* (Ditmarus) *unxi eum* (Waltherdum) *oleo ſanctificato, in locis maximè dolentibus. JARIMIRUS Dux quoque adfuit, quem frater ſuimet, OTHELRICUS, & ſatelles, totius debiti immemor, in ſacro ſabbatho Dominicæ Reſurrectionis proximæ, a Regno Bohemorum expulit, & BOLIZLAVUM, quem etſi amicum ſibi conſanguinitate, tamen pro hoſte hactenus habuit, in perſecutione fuga petere coëgit &c.* annectens, pag. 78. & apud Dn. de *Leibnitz*, pag. 394. qua rabie *Bolislaus*, *à Waltherdi* exceſſu, *Lebuſium* habuerit, ibi: *BOLIZLAVUS, de nece ArchiPræſulis certus, congregato Exercitu, Libuſuam petiit, & quia ſciebat, ob effuſionem Albis, ex noſtra parte nullum urbanis poſſe ad auxilium venire, Caſtra metatus eſt ibi. Miles ejus ad bellum hortatus acceſſit, & defenſor ad modicum reſiſtit. Magnam enim hanc Urbem nil niſi mille homines tuebantur, cui vix cum totidem ſuppeterent. BOLIZLAVUS ad prandium ſedebat, & ſatellites ſuos jam Victores Urbem ingredi gaudiens, cernebat. Porta aperitur, & multorum ſanguis effunditur; capiuntur ex his optimi, Guncelinus de Wiſſo, & ejusdem infelix cuſtos, Schicia, vulneratus --- Facta eſt hæc miſerabilis cædes, 13. Cal. Septembr. diviſa tunc immani præda, ac Urbe incenſa, victrix turba cum Seniore ſuo læta redit &c.* Conf. *Chronogr. Saxo*, ann. eod. pag. 223. *Poſt ejus* (Waltherdi) *mortem, BOLIZLAVO, multis millibus ſuorum contractis, Dalamantiæ terminos occupavit, Urbem eo loci noviter inſtauratam doloſè expugnavit, & utrinque magna ſtrage peracta, cum captivis domum reverſus eſt &c.*

Ann. eod. JAREMIRUS (Bohemorum Dux) *Regis gratiam ſuppliciter petens, pro miſericordia & reſtitutione, exilium ac cuſtodiam Ethelbodi Præſulis, Ansfridi ſucceſſoris Epiſcopi, ſuſcepit, qui, in immenſa cæde Bavariorum, ad BOLIZLAVUM, ſine Regis ac ſui licentia, cum muneribus iter agentium, & trucidatione ſibi commiſſorum, & non aliqua Regis infidelitate, talem promeruit ultionem --- Poſthæc, OTHELRICUS, Frater ejus, ad Merſeburg à Rege vocatus, venit, & Regnum, quod ſibi injuſtè prius uſurpavit, gratuito munere ſuſcepit &c.* Hæc *Ditmarus* l. c. pag. 79. & apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. pag. 395.

Ann. 1013. *Rex de Alſtidi deſcendens, ubi Epiphaniam Domini celebravit, & BOLIZLAVUS* (Bolizlavi) *nuncios, pacem poſcentes; & confirmationem cum MISECONE, ejusdem filio, fieri promittentes, audivit, ad Merſeburg venit, & ibidem prædicti Antiſtitis* (Libentii, al. Lievizonis, Hamburgenſis & Bremenſis) *obitum comperit, & hunc queritur, ob præſentem fructum, gratulatur autem, propter ſubſequentem interventum ---- Interpoſitis diebus paucis, MISECO, BOLIZLAVI filius, cum magnis veniens muneribus, Regis efficitur miles, & fidem cum ſacramento firmat. Dehinc cum honore magno remittitur, &, ut iterum veniret, delectatur &c.* Ita *Dismarus* l. c. pag. 81. & apud Dn. de *Leibnitz*, pag. 397. de compoſitione ipſius *Bolislai*, addens: *Pentecoſten nobiſcum* (Merſeburgi, celebravit Rex) *in cujus vigilia BOLIZLAVUS, cum ſecuritate obſidum, apud ſe relictorum, venit, & optime ſuſcipitur, in die ſancto, manibus applicatis, Miles efficitur, &, poſt ſacramenta, Regi ad Eccleſiam ornato incedenti, Armiger habetur. In ſecunda feria Regem magnis muneribus, à ſe, & conlectali ſua oblatis, placavit. Deinde que Regia largitate his meliora, ac multo majora, cum beneficio diu deſiderato ſuſcepit, & obſides ſuos cum honore & lætitia remiſit. Poſt hæc verò Ruſſiam, noſtris ad hoc auxiliantibus, petiit, & magna Regionis illius parte vaſtata, cum commotio inter ſuos, & hoſpites Pezineigos, fieret, eosdem, quamvis ſuimet fautores, juſſit interfici omnes &c.* Omnia confirmante *Chronographo Saxone*, h. a. pag. 224 & 225.

Ann. eod. Verſa vice, omnes *Slavi Winuli*, Albiam inter Oderamque habitantes, tam ab Imperatore, quam à *Bernhardo*, Saxonum Duce, & *Theodorico* Marchione, nimia preſſi ſervitute, occaſione diſſidii inter Imperatorem & *Bernhardum* Ducem, ad arma revertuntur, &, ſpreta fidelitate jurata, jugoque excuſſo

cuſſo, in priſtinam ſe vindicant libertatem, magna crudelitate rem Chriſtianam evertentes. Vid. præced. *Catalog. Ducum Saxoniæ*, v. XI. in Vita *Bernhardi II.* §. 4. pag. 118. Reſtaurata tamen pace Cæſarem inter Ducemque, rebelles ad obſequia fuiſſe reductos, ibidem dixi, §. 5. & 6. pag. 120. Conf. ad ſeq. ann. 1018.

An. 1014. 17. Cal. Octobr. ſolenniter dedicaturus Capellam *S. Benedicti*, in Occidentali parte Paderbornenſis Civitatis, *Meinwercus Epiſcopus, ſperans, ſe ab Imperatore Ervete impetraturum, Eum dedicationi intereſſe poſtulaverat. Sed Ille Polonicum, contra BOLIZAVUM, tempore æſtatis, ingreſſus, cum valida ſuorum manu, intereſſe non poterat. Idem namque BOLZAVUS, cum UDELRICO, Duce Boëmiæ, ad Imperatorem in Meresburg venturus fuerat determinatus, ſed ipſe venire contemnens, & rebellare diſponens, ab Imperatore, Dei miſericordia, per Sanctorum patrocinia, quibus ſe, ſuumque populum, intimè commendaverat, eſt cum ſuis omnibus ſuperatus &c.* Ita Auctor Vitæ *Meinwerci*, Cap. XXXI. apud *Surium*, 5. Junii pag. m. 90. & Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I. pag. 527. & 528. Quamvis rectius hæc anno ſequenti 1015. vindices. Nam,

An. 1015. Celebrante Imperatore Paſchatos feſtum *Merſeburgi, OTHELRICUS, Bojemiorum Dux, advenit, & dies hos ſolemnes duximus admodum hilares.* Sunt verba *Ditmari*, lib. VII. pag. 87. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 402. quibus ſubdit: *Interea Herimannus Marchia Paſcha duxit eum Socera*, (Bolislao) *& inde vix ſolutus, ad Imperatorem, cum nuncia ejusdem* (Sbignevo) *diu expectatus venit. Idem Legatus, mentiri ſemper ſolitus, ad Cæſarem in Occidentali parte, plus ad perturbandum, quam, ut ſimulaverat, ad pacificandum, ab inſtabili Seniore ſuo, miſſus eſt. Quem cum conſociis ſuimet, Imperator ſuis familiaribus committens, Generos ſuos, gratiam ejusdem nudis pedibus quærentes, miſericorditer ſuſcepit, & tunc demum Sbignevum, ut hæc cerneret, præſentari juſſit, & publicè Domino ejus reſpondit. Hic, cum alia, quàm Cæſar præceperat, domi retuliſſet, cum præfato Comite, pacem firmare cupiente, juſſu Ducis infauſti, remittitur, &, in conſpectu Imperatoris & Principum Ejus, fallax, & invicem diſturbans, eſſe convincitur. Tunc iterum ſe ad excuſandum, vel in obedientiam ad emendandum, à Cæſare vocatus, in præſentiam Ejus venire noluit, ſed coram Principibus ſuis hæc fieri poſtulavit &c.* Cauſam ſimultatis hanc annectens: *Præfatus Dux, mille artium ſcientia plenus, filium ſuimet MISECONEM, ad OTHELRICUM, Bojemorum Proviſorem, miſit, ut memoret mutuæ conſanguinitatis ſe invicem pacifica rent, & cunctis hoſtibus ſuis, & maximè Cæſari, reſiſterent. Ille vero hoc omne, in detrimentum ſui, eſſe compoſitum, à veracibus accipiens, hunc* (Miſeconem) *comprehendit, ex conſociis ejus optimas quosque interficiens, ac cæteras, una cum Seniore capta, Bohemiam reduxit, ac in carcerem projecit. Quod cum Imperator comperiret, Thiedricum, nepotem meum, illuc miſit, ut ſatellitem ſuum ſibi redderet, &, ſi de gratia ſuimet aliquid curaret, hunc nullatenus proderet. Cui hoc fertur reſponſum dediſſe: Senioris mei juſſa in omnibus ſequi tam poſſe, quam velle, mihi admodum neceſſe eſt. Eripuit me nuper indignum Omnipotens Deus de ore leonis, ejusque catulum, in perniciem meam miſſum, mihi tradidit; & ſi hunc liberum abire permitto, certos hoſtes in Patre & Filio ſemper habeo. Sin autem retineo, aliquem cum eo fructum me acquiſiturum ſperabo. Videat Dominus meus in his omnibus, quid ſibi placeat, ac mihi aliquatenus proficiat, & hoc totum devotus impleb o. Sed cum Thiedricus, cum hac legatione, reverteretur, alius mox celeriter remittitur, qui eundem* (Miſeconem) *mitti rogaret, firmiterque Ei* (Othelrico) *præciperet, promittens, ex parte Cæſaris, omnem ejus excludi ſollicitudinem, & bonam firmari pacem. Tunc OTHELRICUS nolens volens captivum reddidit, & Imperatorem multum placavit. BOLIZLAUS autem, de ereptione filii ſupra modum gaviſus, per internuncios ſuimet condignas Cæſari gratias egit, poſtulans, ut eum, ſibi ad honorem, inimicis autem ſuis ad dolorem, remitteret, & futuram utriusque remunerationem ipſe veraciter agnoſceret. Quod Imperator tunc non poſſe fieri reſpondit, ſed cum ad Merſeburg veniret, & cum communi Principum conſilio ſuorum, voluntati ſuimet ſe tunc ſatisfacturum, promiſit. Hoc BOLIZLAUS ut audivit, non benè ſuſcepit, qualiterque filium in ſuam redigeret poteſtatem, ſemper tacita mente, & crebra Legatione revolvit. Ad condictum Cæſar ut venit locum, cunctos Optimates: quid ſibi de hac re eſſet faciundum? conſuluit; e quibus Gero ArchiEpiſcopus loquitur primus: Cum tempus fuit, & cum noſtro honore id fieri potuit, me iſta hortantem non exaudiſtis: nunc à vobis eſt mens BOLIZLAVI, ob longam filii retentionem & cuſtodiam, averſa, & vereor, ſi hunc ſine obſidibus, aut aliis confirmationibus, remittitis, ut in poſterum fideli ſervitio amborum careatis. Talia loquentem maxima præſentium turba conſequitur; & pars corrupta, id cum honore magno fieri non poſſe, ingeminat. Vicit pecunia conſilium, & ut hoc BOLIZLAVO charius eſſet, in fidem ſuam, cum omnibus, quæ habebat, MISECONEM recipi jubent. Et hæc à Cæſare ſuſcipiens, reduxit, & promiſſa percepit, admonens eundem,* (Bolislaum) *& filium* (Miſeconem)

nem) *ut, memores Chriſti & fidei, nullum Cæſari incommodum amplius inferrent, nec ſuos decipi paterentur amicos. Huic dulci hortatui, fiſtulae blandientis more, ab his protinus reſpondetur, quod factis poſtmodum nullatenus completur &c.* Cognita Polonorum perfidia, (pergit *Ditmarus*, pag. 89. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 404.) *usque ad Oderam Imperator profectus, ad locum, qui Croſua dicitur, Optimos ab Exercitu ad MISECONEM, ibi turmatim ſedentem, miſit, ut eum, de promiſſa ſibi fide, admonerent; &, ne propter eum ab Imperatore ſua perderet bona, cum deditione ſua praeoccupare voluiſſet, unanimiter rogarent. Quibus is talibus reſpondit: Agnoſco, me, gratia Cæſaris, ab inimici poteſtate ereptum, ac vobis fidem promiſiſſe, & eam libenter in omnibus adimplerem, ſi liber exiſterem: nunc autem, ut ipſi ſcitis, ſum mei Patris Dominio ſubditus, & quia ille hoc prohibet, & ſui milites, hic modo præſentes, talia fieri non patiuntur, invitus omitto. Patriam, quam quæritis, meam, ſi poſſum, defendere, usque ad adventum Patris, volo, & tunc eum ad gratiam Cæſaris, & ad amorem veſtrum inclinare cupio. Hoc noſtri audientes, egreſſi ſunt, & haec Imperatori reſponſa detulerunt. Interim Bernhardus* (Saxoniæ) *Dux, cum ſuis fautoribus, Epiſcopis & Comitibus, & prophanorum turba Luiticorum, ab Aquilone BOLIZLAVUM petiit, & hunc præſentem munita undique ſecus Odera habuit. Cæſar autem, in inventione Chriſti Proto-martyris, Oderam transmeans, reluctantem Poloniorum multitudinem admodum proſtravit, & nemo ex noſtris, niſi Hodo* (Otto) *inclytus juvenis, cum Ekkrico, & alio Guncelini Comitis Satellite, cecidit. Hic cum Sigefrido, Hodonis filio Marchionis, ab Imperatore accuſatus, eò quod BOLIZLAVO nimis familiaris hactenus fuiſſet, eodem die viriliter ſe expurgat, & à ſuis Hodo longè digreſſus, cum hoſtes ſolus fugientes inſequeretur, ſagitta per caput immiſſa, primo oculum, & poſt vitam perdidit iſtam* (ipſam) *Sed cum MISECO ejusdem corpus cognoſceret, qua ejus apud nos fuerat cuſtos & ſodalis, multum flevit, & id bene procuratum ad Exercitum miſit. Eorum autem, qui ex parte hoſtili oppetierunt, non minor erat numerus, quam ſexcenti, prædam relinquentes noſtris ineffabilem &c.* Victoriam proſecuturo Cæſare, *Dux Bernhardus, cum ſuis Imperatori ad auxiliam, ſicut ei prius juſſum eſt, venire cum nequiviſſet, per pedites, clam miſſos, ei eventum rei, & neceſſitatem inobedientiæ indicens, vaſtatis circumquaque jacentibus locis, domum redit. OTHELRICUS quoque* (Bohemus) *qui cum Bavariis ad Cæſarem venire debuit, ob multas cauſarum qualitates diminuit, & quamvis hi Imperatorem non comitarentur, tamen fidele ſervitium ſua vicinitate oſtendunt. Namque OTHELRICUS quandam Urbem magnam, Buſine dictam, petiit, & in ea non minus quam mille viros, absque mulieribus & liberis, capiens, incendit eandem, & victor remeavit.* Hæc rurſus l. c. *Ditmarus*, p. 89. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 404. Quamvis *Miſeco*, cæſis non multò poſt, ad *Oderam*, Cæſareis, factaque in Miſniam irruptione, damno lætis conſuluiſſe, ibidem dicatur, pag. 89. & 90. & apud Dn. de *Leibnitz* pag. 405. Conf. de hac Expeditione *Chronographus Saxo*, ann. eod. pag. 228. & 229. & *Annales Hildesheimenſ.* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 723.

Ann. 1017. Nova ſuſcipitur Expeditio adverſus *Boleslaum*, cujus hæc cauſa: *Cæſar ad Merſeburg veniens - - - - & ArchiEpiſcopi duo, Erckinbaldus, & Gero, & Arnulphus Antiſtes, cum Comitibus, Sigefrido, & Bernhardo, cæterisque Principibus, juxta Mildam fluvium quatuordecim dies ſedebant; BOLIZLAVUM, per internuncios ſuimet, ad Albim venire rogantes ad colloquium, à ſe diu deſideratum, & hic tunc erat Scitiani: & ut legationem audivit, ſe, ob timorem hoſtium ſuimet, illò venire dixit nullatenus audere. Et nuncii, quid ſi, inquiunt, Seniores noſtri ad nigram veniunt Elſtram, quid facis? & ille: nec pontem hunc, inſit, præterire volo. Talibus dictis, reverſi ſunt Dominisque hæc omnia intimabant ſuis. Imperator autem Purificationem Sanctæ Dei Genetricis nobiſcum celebrat. Poſthæc Epiſcopi & Comites, ob contemptum BOLIZLAVI, ſe fallentis, triſtes adveniebant, & Imperatoris mentem apertis legationibus incendunt. Ibi tunc de futura expeditione tractatur, & fidelis quisque ad hanc præparari monetur, & ut nullus inter nos, & publicum hoſtem, deinceps mitteretur nuncius, vel ſuſciperetur, firmiter ab Auguſto prohibetur, & qui hoc hactenus agere præſumeret, diligenter inquiritur.* Hæc *Ditmarus* lib. VII. pag 98. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 412. Quo eventu hæc ſint geſta, docet Auctor *Vitæ Meinwerci* Paderbornenſis, Cap. 43 ann eod. apud *Surium*, 5. Junii, pag. m. 93. & Dn. de *Leibnitz*, l. c pag. 543. *Imperator rurſus Polaniam cum Exercitu intravit. Dei clementia, ea ac Boëmia, Moraviaque ſubjecta, pro intuitu miſericordiae ac pietatis, conculcationem & deſtructionem Merſeburgenſis Eccleſiae miſeratus &c.* Aliter verò *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 230. *Imperator caſtra movit contra BOLIZLAVUM, ſed, mira peſtilentia & mortalitate Populi obſtante, ſine bello redit &c.* In *Annalibus Hildesheimenſibus* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* p. 724. legitur ſaltem: *Imperator - - - rurſum Polaniam cum Exercitu intravit &c.*

Ann.

Digitized by Google

An. eod. MISECO, BOLIZLAVI *filius, Bojemiam, abſentia* OTHELRICI, *Ducis ſui, minus ſolito repugnantem, cum decem Legionibus invadens, duos dies prædatur eandem, & cum innumerabili captivorum multitudine, reverſus, Patrem gaudiis implevit immenſis. Cæſar verò, cum Exercitu ſuo; & Bohemiorum, atque* Luiticiorum *comitatu, obvia quæque devaſtans, V. Id. Aug. ad Urbem* Gloguam, *ubi* BOLIZLAVUS *cum ſuis eos præſtolatur, ſolicitus venit, & provocantem inter ſagittarios latitantes hoſtem, noſtros perſequi prohibuit. Inde electas ab Exercitu valido duodecim Legiones, ad Urbem, eò quod à noſtris olim ſit condita,* Nemetzi *dictam, præmiſit, quæ habitatoribus his venturum præoccuparent auxilium. Quibus caſtra metatis, hoſtes adventare rumor indixit, & in nocte tenebroſa, ac in magna imbrium effuſione, hos lædere nequaquam valentes, quosdam effugarunt, nonnullosque Civitatem intrare inviti patiebantur. - - - Interim* Mararenſes *Bohemiam ingreſſi, Urbem quandam expugnant, & cum præda ingenti incolumes exibant. Quod cum Marchio* Henricus, *hos petere cum Exercitu conatus, audiret, feſtinus inſequitur, & occiſis ex eorum numero plus quam mille viris, fugientibus cæteris, captivitatem hanc omnem ſolutam domum remiſit. Neque tacendum eſt, quod alii milites* BOLIZLAVI *Urbem,* Belegori *dictam,* 18. *Cal. Septemb. aggreſſi, & bello eam impugnantes diutino, Deo gratia, nil proficiebant.* Luiticorum *autem magna multitudo, quae domi fuerant, quandam Civitatem præfati Ducis petierunt. Ibi plus quam centum ſocios perdentes, cum ingenti triſtitia remeabant, poſteaque ejusdem bona multum vaſtabant. - - - Interea, perfectis omnibus Inſtrumentis, cum jam ibi tres ſederet hebdomadas Cæſar, ad Urbem* (Nemetzi) *pugnare juſſit, & hæc omnia, injecto à propugnaculis igne, celeriter ardere vidit. Poſthæc* OTHELRICUS, *cum ſuis, Urbem aſcendere tentans, nil profecit. Tunc* LUITICI, *ſimilia aggreſſi, dejiciuntur. Cæſar autem, videns Exercitum infirmitate depreſſum, in Urbe capienda in vanum laborare, iter ſuum nimis arduum ad* Bohemiam *direxit, ibique, ab ejusdem* Provinciæ *juſto Duce,* OTHELRICO, *ſuſceptus, decenti munere honoratur &c.* Hæc *Dimarus* l. c. pag. 100. & 101. & apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. pag. 415. interjectis paucis, addens: BOLIZLAVUS, *in* Worcislava *Civitate eventum rei ſolicitus expectans, cum Imperatorem abiiſſe, Urbemque ſuam incolumem ſtare, audiret, lætatur, militibusque congaudet. Pedites autem illius plusquam ſexcenti,* Bohemiam *clanculum petentes, prædamque ſibi, more ſolito, inde ſperantes, quem hoſtibus laqueum extendere, paucis excedentibus, incurrere. Sed* Luitici *redeuntes irati dedecus, Deæ ſuimet illatum, queruntur. Nam hæc in vexillis formata, à quodam* Hermanni *Marchionis ſocio lapide uno trajecta eſt: & dum hoc miniſtri ejus Imperatori dolenter retuliſſent, ad emendationem, duodecim talenta perceperunt. Et cùm, juxta* Wortzin *Civitatem,* Mildam *nimis effuſam tranſire voluiſſent, Deam, cum egregio quinquaginta militum comitatu, alteram perdiderunt. Tam malo omine reſidui domum venientes, à ſervitio Cæſaris ſe, malorum inſtinctu, abalienare nituntur. Sed, habito poſt communi ſuimet placito, à Prioribus ſuis convertuntur &c.*

An. 1018. Imperatoris *juſſu, & aſſidua* BOLIZLAVI *Ducis ſupplicatione, in quadam Urbe,* Budiſſin *dicta, à* Gerone *&* Arnulpho *Epiſcopis, & a Comitibus* Herimanno, *atque* Thiederico, *&* Friderico, *ſuimet Camerario, pax ſacramentis firmata eſt,* 3. *Cal. Febr. non ut decuit, ſed ſicut tunc fieri potuit, electisque obſidibus acceptis, præfati Seniores reverſi ſunt.* Hæc *Ditmarus*, lib. VIII. pag. 105. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 419.

Ann. eod. Reliquorum *Slavorum*, quorum præced. ann. 1013. memini, malo exemplo, *Luitici* quoque, *Obodriti & Wari*, rebellant. *Luitici, malo ſemper unanimes,* MISTIZLAVUM *Seniorem, ſibi, in priori anno, ad expeditionem Imperatoriam nil auxiliantem, turmatim petunt, plurimamque Regni ſuimet partem devaſtantes, Uxorem ſuam, & nurum, effugare, ac ſemetipſum intra* Zuirinæ *Civitatis munitionem, cum militibus electis, colligere cogunt. Deindeque male ſuaſa ſuimet calliditate per indigenas, Chriſto, Seniorique proprio, rebelles, à paterna hæreditate vix evadere hunc compellunt. Hinc abominabilis præſumptio fit, menſe Februario, qui à Gentilibus, luſtratione & muneris debiti exhibitione venerandus, ab infernali domino,* Plutone, *qui* Februus *dicitur, hoc nomen accepit. Tunc omnes Eccleſiæ, ad honorem & famulatum Chriſti, in his partibus erectæ, incendiis & deſtructionibus aliis cecidere, cultus Idolorum, domino præpoſitus, erigitur, & mens Populi iſtius, qui* Abotriti, & Wari *vocantur, ut cor Pharaonis, ad hæc induratur: libertatem ſibi, more* Luiticio, *nota fraude, vendicabant, ſed cervicem ſuam, ſuavi jugo Chriſti excuſſam, oneroſo diabolicæ Dominationis ponderi ſua ſponte ſubdiderant, meliori prius parte, ac nobiliori Domino, in omnibus uſi - - -* Bernhardus, *confrater Parthenopolitanus, & à poteſtate iſtius Gentis tunc Epiſcopus, id ut primò comperit, non ſecularis ſuimet damni, ſed potius ſpiritualis immenſo dolore commotus, Imperatori noſtro id nunciare non deſiſtit. Hac Legatione audita, Cæſar graviter ſuſpirat, ſed de talibus reſpondere, ad Paſcha differt, ut, cum prudenti conſilio, hoc annulletur, quod infauſta conſpiratione conglutinatur &c.* Ita *Dimarus* lib. VIII. h. a. pag. 106. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 420.

Ann.

Ann. eod. *Boliſlaus* bello petit *Ruſſorum* Regem; expugnataque 18 Cal. Sept. *Kiovia, elatus proſperitate BOLIZLAUS, ArchiEpiſcopum* (Urbis) *ad JAREZLAVUM miſit, qui ab eo filiam ſuimet reduci peteret, & uxorem ſuam, cum noverca & ſororibus reddi promitteret. Poſt hæc dilectum Abbatem ſuum, ad noſtrum Imperatorem, cum magnis muneribus, miſit, ut ſuam amplius gratiam & auxilium acquireret, & ſe cuncta ſibi placentia facturum indicaret &c.* Hæc Ditmarus l. c. pag. 113. & 114. & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 427.

Ann. 1020. In Curia *Werbenenſi*, reducit Cæſar *Slavos* omnes, ſpontè ſe ſubjicientes, quotquot eorum *Aldenburgenſis* Eccleſiæ terminis includebantur, ad dandum cenſum, quem *Magnus Otto* Eccleſiaſticis quondam ſtipendiis deputaverat. Quamvis, finita Curia, nihil promiſſorum ſervaverint, quare & Dux Saxonum, *Bernhardus*, indies graviori jugo eos oppreſſit. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 100. & præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 11. in vita *Bernhardi II.* §. 6. pag. 120.

(18) Poſt fata *Henrici Sancti* Imp. cum, an. 1024. CONRADUS SALICUS eligeretur, *UDALRICUM, Bohemiæ Ducem*, non minus ac reliquos Imperii Proceres, ſalutem publicam procuraſſe, teſtimonio *Wipponis*, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 100. probavi.

Ann. 1025. In recens electum Imperatorem *Conradum* inſurgit *Boliſlaus Polonus*, propriaque auctoritate Regios uſurpat titulos; cujus veſtigia premens filius, *Miſeco*, fratrem *Ottonem*, quod Cæſaris partibus faveret, in *Ruſſiam* usque fugat. Vid. præced. Tit. V. § 8. lit. b. pag. 427. & §. 11. in Vita *Conradi Salici*, ad h. pag. 518. & ad ann. 1026. pag. 519.

Ann. 1026. Dictus *Boliſlaus, Polonorum Dux, qui ab Anteceſſore ſuo* (Conradi Imp.) *Henrico, noviter ſubactus fuerat, à Regno dividi, Rexque per ſe vocari molitur. Qui, non multò poſt, moriens MISICONEM, filium ſuum, Succeſſorem reliquit. Is dum Patrem imitari cogitaret, inſuperque fratrem ſuum OTTONEM expuliſſet, Rex tam profugum in Patriam reducturus, quam de contumace Regni injuriam vindicaturus, in Poloniam procinctum movet. MISICO, Regis impetum ferre non valens, fractis quibusdam Regni inſignibus, ad ULRICUM, Boemienſium Ducem, qui & ipſe tunc temporis hoſtis Regni fuerat, fugit. Quem cum ULRICUS Regi dare, & ſic ad gratiam Ejus redire vellet, ipſe, ut erat Sereniſſimus, eum hoc modo à perfido Duce recipere noluit. OTTO verò libere Ducatu potitus, diadema, quod Pater ejus, ad ignominiam Regni, illicite fecerat, Regi miſit, ſeque per omnia, Ditioni ejus ſubjecit. Ipſe verò, non multò poſt, fraude Armigeri ſui, vita privatus eſt.* Ita *Otto Friſing.* lib. VI. *Chronic.* Cap. 28. pag. m. 132. Nituntur hæc auctoritate *Wipponis*, in vita *Conradi Salici*, ad ann. 1032. pag. 438. *BOLISLAUS, Dux Belauorum, mortuus reliquit duos filios, MISICONEM & OTTONEM, MISICO dum fratrem ſuum OTTONEM perſequeretur, expulerat eum in Ruſſiam. Dum ibi aliquantum tempus miſerabiliter viveret, cœpit rogare gratiam Imperatoris Cunradi, ut, Ipſo imperante & juvante, reſtitueretur Patriæ ſuæ. Quod dum Imperator facere vellet, decrevit, ut ipſe cum copiis ex una parte, ex altera, frater OTTO, MISICONEM aggrederentur. Hunc impetum MISICO ferre non valens, fugit in Boemiam, ad UDALRICUM Ducem, cui tunc temporis Imperator iratus fuerat. Sed ille, ut placaret Imperatorem, voluit ſibi reddere MISICONEM; quod pactum ſceleratum renuit Cæſar, dicens: Se nolle inimicum emere ab inimico. OTTO, reſtitutus Patriæ, & Dux factus a Cæſare, dum, poſt aliquod tempus, minus cautè ageret, à quodam familiari ſuo, clam interfectus eſt &c.* Quæ omnia *Gotfridus Viterbienſis*, Part. XVII. *Chronicorum*, in Vita ejusdem Principis, pag. m. 485. confirmat. Fugam *Miſeconis* ad *Bohemos* vindicat *Chronographus Saxo*, ann. 1031. pag. 243. ajens h. a. *MISECO, poſt modicum tantum ſpatium* (à pace cum Luſatis contracta) *à fratre ſuo ſubita invaſione perturbatus, ad ODELRICUM, in Boemiam fugere compulſus eſt &c.* Albericus verò *Monachus trium fontium*, pag. 58 rectius ann. 1026. ſcribens l. c. ad ann. 1025. *BOLISLAUS, Polonorum Dux, qui ab Anteceſſore ſuo, Henrico, noviter ſubactus fuerat, à Regno dividi, Rexque per ſe vocari molitur, qui non multò poſt moriens, MISICONEM filium ſuum ſucceſſorem reliquit. Is dum Patrem imitari cogitaret, inſuperque fratrem ſuum OTTONEM expuliſſet, Rex tam profugum in Patriam reducturus, quam de contumacia Regni injuriam vindicaturus, in Poloniam procinctum movet.* Et ad ann. 1026. præfata modo *Ottonis Friſingenſis* verba repetens.

Ann. 1028. *MISECO, Sclavorum* (Polonorum) *Princeps, Orientales partes Saxoniæ cum Exercitu violenter invaſit, & incendiis, ac deprædationibus peractis, Virorum & Mulierum parvulorumque innumerabilem multitudinem, miſerabili & inaudita mortificatione, trucidavit &c.* Hæc Auctor *Vitæ Meinwerci Paderbornenſis*, Cap. C. ad h. a. apud *Surium*, 5. Junii, pag. m. 102. & Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. Tom. I. pag. 558. Conſentiunt *Annales Hildesheimenſes* ann. eod. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 725. & *Chronographus Saxo* quamvis ad ann. 1030. pag. m. 241.

Ann. 1029. *Legati Luticiziorum, Palabi ad Impe-*

rato-

ratorem venientes, Ejus juvamen, contra MISAKONEM *Tyrannum, petierunt, ſeque Ei fideliter ſervituros promiſerunt. Et mentita eſt iniquitas ſibi.* Ita cit. *Annal. Hildesheim.* h. a. pag. 725.

An. 1030. *Tempore autumnali, Imperator Slavos, cum parva Saxonum manu, invaſit, & MISACONEM, diu ſibi reſiſtensem, Luit z* (Regionem) *cum aliquot Urbibus, & præda, quae prioribus annis, in Saxoniae partibus, facta fuerat, reſtituere, pacemque juramento firmare coëgit &c.* Hæc cit. *Vita Meinwerci*, C. CVIII. ad h. a. apud *Surium* l. c. pag. 103. & Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 560. Conf. *Chronogr. Saxo*, ad an. 1031. pag. 242. & 243. *Imperator Conradus, cum parva manu Saxonum, Sclavos, Autumnali tempore, invaſit, & MISECONEM, diu ſibi reſiſtentem, Regionem, Luiſizi, cum aliquot Urbibus, & praeda, quæ prioribus annis, in Saxoniæ partibus facta eſt, reſtituere, pacemque juramento firmare coëgit &c.* Add. præced. Catalog. *Ducum Saxoniae*, v. 11. in vita *Bernhardi II* §. 7. pag. 121.

Ann. 1032. Interfecto OTTONE, *Polonorum Duce*, Frater ejus, *MISICO, omnibus modis quaerebat gratiam Imperatricis Giſelæ, & reliquorum Principum, ut mereretur redire ad gratiam Imperatoris. Cæſar, miſericordia motus, dedit ſibi veniam, & diviſa Provincia Bolanorum in tres partes, MISICONEM fecit* (Maſoviæ) *Tetrarcham: reliquas duas duobus aliis commendavit. Sic imminuta poteſtate minor facta eſt temeritas. Defuncto MISICONE, CASIMIRUS, filius Ejus, fideliter ſerviebat huc usque Imperatoribus noſtris &c.* Hæc *Wippo*, l. c. ad hunc annum, pag. 438. Conſentiunt reliqui, præced. Tit. V. in vita *Cunradi Salici*, v. 4. ad h. a. pag. 520. adducti teſtes. Factam hanc compoſitionem *Merſeburgi*, 7. Jul. dictum ibidem.

Ann. eod. UDALRICUS (Bohemus) *eadem Regali juſſione* (à Conrado Imp. Merſeburgum) *invitatus, venire contempſit, quem Imperator poſtea, ad ſe tandem venientem, & rationem veritate convictum in exilium miſit &c.* Hæc *Chronographus Saxo* h. a. p. 243 Conf. *Annal. Hildesheim.* ann. eod. p. 726. *UDALRICUS eodem* (Merſeburgum) *Regali juſſione invitatus, venire contempſit. Quem Imperator poſtea Wirbeni, ubi, contra Luitizios, pacificandi Regni gratia, conſedit, ad ſe venientem, & etiam ratione convictum, de inſidiis quoque, quas ipſi Imperatori fecit, ante biennium, confeſſum, in exilium tranſmiſit &c.* Add. *Wippo* l. c. ad an. 1034. pag. 439. victoriam hanc Cæſaris filio, *Henrico*, acceptam referens: *Dum hæc, quæ ſuperius dicta ſunt, Imperator in Burgundia faceret, filius ſuus, Heinricus Rex, licet in puerilibus annis, non ſegnius Reipublicae conſuluit in Bohemia, & in cæteris Regionibus Sclavorum, ubi & UDALRICUM, Ducem Bohemiæ, & reliquos quam plures, Cæſari adverſantes, ſtrenuè ſubjugavit, & redeunti Patri occurrens, de duplici victoria, duplex gaudium Populis effecerat &c.*

An. eod. Cæſar noſter *Winulos*, quorum Duces erant, GNEUS, ANATROG, & UTO, filius MISTIWOI, pari fortitudine bello domuit. Quamvis, GOTESCHALCO, UTONIS hujus, à Saxone quodam trucidati, filio, Duce, brevi poſt iterum rebellaverint. Vid. præced. Tit. V. in vita *Conradi* noſtri, v. 4. ad h. a. pag. 520. & præced. *Catal. Ducum Saxoniae*, v. 11. in vita *Bernhardi II.* §. 7. pag. 121.

Ann. 1034. *Imperator natalem Domini Mindo, Paſcha verò Reinesburch, celebravit. Ibi ODALRICUS, Boëmiorum Dux, obtentu Reginae, nec non & Procerum, de exilio rediit, & Ducatus ſui medietatem fratre ſuo, GERMIRO, alteram partem retinente, ſuſcepit. --- MISECO, Dux Polonorum, immatura morte interiit, & Chriſtianitas ibi, à ſuis Proavis bene inchoata, ſed à ſe melius roborata, flebiliter, proh dolor! diſperiit. Praedictus quoque ODALRICUS Dux, poſt reverſionem, fratre cæcato, filio fugato, iterum ſacramenta infringens, infidelitati, more conſueto, inſtitit, & tandem cibo & potu ſuffocatus interiit. Hujus* (rectius MISECONIS) *filius, KAZIMER* (Caſimirus) *cum Matre ſua, à Polanis, de Provincia expulſus, diu in Saxonia exulavit. Nam mater ipſius ſoror fuerat Colonienſis ArchiEpiſcopi; interim Polonia, à vicinis Nationibus, & maximè à Boëmiis, multum devaſtata eſt &c.* Ita *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 244. Conf. *Annales Hildesheimenſes* cit. ann. eod. pag 727. *Imperator Nativitatem Chriſti Mindo, & Paſcha Reinesburg feriavit. --- In Paſchali vero feſtivitate* UDALRICUS, *Boëmiorum Dux, obtentu Imperatricis, & Principum, in gratiam, de exilio, domum redire promeruit, & Ducatus ſui medietatem, ſuo fratre, GERMIRO* (Jaromiro) *retinente, ſuſcepit --- Plura & inſolita bella, inter Luitizos, & Noſtrates, ad Oppidum Wirbini, exorta ſunt, in quibus de noſtris quidam interfecti ſunt, & plerique ſauciati --- MISACHO, Polianorum Dux, immatura morte interiit, & Chriſtianitas ibidem, à ſuis Prioribus benè inchoata, & à ſe melius roborata, flebiliter, proh dolor! diſperiit. Prædictus quoque* UDALRICUS, *Boëmicus Dux, poſt reverſionem, Fratre cæcato, Filio fugato, item* (iterum) *ſacramenta infringens, infidelitati inſtitit, & tandem in cœna reſidens, cibo potuque ſuffocatus, extabuit &c.* De bello *Luſatico* legendus quoque *Wippo*, an. eod. p. 439. *Collectis copiis de Saxonia, ſuper eos, qui Luitizi vo-*

Digitized by Google

vantur, quique olim Semi-Chriſtiani, nunc, per Apoſtaticam nequitiam, omnino ſunt Pagani, Imperator venit, ibique conflictum implacabilem mirabiliter diremit. Inter Saxones enim & Paganos, fiebant ea tempeſtate multae diſſenſiones & incurſiones: cumque Cæſar veniret, cœpit quaerere: Ex qua parte pax, quae diu inviolata inter eos fuerat, prius corrumperetur? dicebant Pagani: à Saxonibus pacem primitus confundi; id, per duellum, ſi Cæſar præciperet, probari. E contra Saxones, ad refellendos Paganos, ſimiliter ſingulare certamen, quamvis injuſtè contenderent, Imperatori ſpondebant. Imperator, conſulentibus Principibus ſuis, licet non ſatis cautè ageret, hanc rem duello dijudicari inter eos permiſit. Statim duo pugiles congreſſi ſunt, uterque à ſuis electus. Chriſtianus, in ſola fide, quæ ſine operibus Juſtitia mortua eſt, confidens --- audacter dimicare cœpit. Paganus autem, ſolam conſcientiam veritatis, pro qua dimicabat, præ oculis habens, acriter reſiſtebat. Poſtremo, Chriſtianus, à Pagano vulneratus, cecidit. Ex qua re Pagani in tantam elationem venerunt, ut, niſi Imperator adeſſet, continuo irruerent ſuper Chriſtianos, ſed Imperator, ad compeſcendas incurſiones eorum, conſtruxit Caſtrum Wirbinam, in quo praeſidia militum locabat, & Principes Saxoniae, ut unanimiter reſiſterent Paganis, Sacramento, & Imperiali juſſione, conſtringebat &c.

Ann. 1035. Imperator --- Pentecoſten Bavenberg, celebravit, unde expeditionem ſuam in Luitizios mandavit. Otto, Comes de Swinfordi, filiam BOLIZLAVI, Polanorum Ducis, deſponſavit. Imperator cum validiſſimo Exercitu Regiones Luitiziorum intravit, quas longè latèque incendiis & populationibus devaſtavit. Hæc Chronographus Saxo h. a. pag. 244. Conf. cit. Annales Hildesheim. ann. eod. pag. 727. Tempore Quadragesimali, Urbs Wirbini a Luitiziis capitur, & praeſidium Dedi Comitis captivum diducitur --- Imperator Paſcha Paderbrunne feriavit; Aſcenſionem Domini, Seliganſtad; Pentecoſten verò Bavenberg egit. Unde Expeditionem ſuam in Luitizos ſeriò mandavit; ubi etiam --- Otto de Suinvordi Mathildem, filiam BOLEZLAVONIS, Polianorum Ducis, ſibi deſponſavit. Imperator, cum validiſſimo Exercitu, Regionem Luitiziorum intravit, quam longè latèque incendiis & populationibus devaſtavit &c. & Albertus Stadenſis, An. eod. pag. 118. Wirbina Caſtellum, in confinio Saxoniae poſitum, Pagani, qui & Luitici dicuntur, obtinent, multis ex Chriſtianis occiſis & captis, quos Imperator cum Exercitu petit &c. Expugnationem Wirbinæ, confirmat quoque Wippo l. c. pag. 440. ſcribens: Sequenti verò anno (adeoque 1035.) idem Caſtrum à Paganis dolo raptum eſt, & plures noſtrorum, qui in eo erant, ab eis occiſi ſunt &c. Conf. Crantzius, lib. IV. Saxon. Cap. 39. Simon Rettenpacherus lib. 2. Annal. Cremifanenſium, Cap. 10. ad an. 1035. pag. 151. & 152.

An. 1036. Hinc commotus Imperator iterum cum copiis, usque Albim fluvium venit; ſed cum Pagani tranſitum probiberent, Imperator, per aliud vadum fluvii, partem Exercitus latenter transmiſit, & ita fugatis hoſtibus, ipſe per ripam liberam Regionem ingrediens, immenſis devaſtationibus & incendiis, ubique, niſi in locis inexpugnabilibus, ſic humiliavit eos, ut cenſum, ab antiquis Imperatoribus propoſitum, & jam auctum, Cunrado Imperatori poſtea perſolverent &c. Hæc Wippo l. c. pag. 440. Conf. Albertus Stadenſis, an. eod. pag. 119. Luitici tributarii facti ſunt Imperatori &c. Add. Annales Hildesheimenſes, an. eod. pag. 728. Æſtivo tempore Imperator Regionem Luitiziorum cum Exercitu intravit. Sed, Dei gratia, omnibus pro ſuo velle diſpoſitis, acceptis obſidibus, & innumerabili pecunia, in pace remeavit &c.

(19) HENRICUS III. an. 1039. defuncto Patri in Imperio ſuccedens, graviter indignatus, quod Poloniam injuſſu ſuo devaſtavit, UDALRICO Bohemo, Filioque (Bretislao, ſeu Fratislao) bellum indixit. Quia Romano Imperio Ducatus ille ſubjectus erat, quotannisque boves centum & viginti, item, argenti puſtulati quinquaginta pondo pendere cogebatur &c. Hæc Bonfinius, lib. 2. Rer. Hungar. decad. 2. Meminit Expeditionis hujus, quamvis ſatis infauſtæ, Hermannus Contractus, ad an. 1040. p. m. 323. Henricus Rex Boëmiæ Ducem bello petit: ſed multis Proceribus & militibus, in præſtructione ſylvæ, citra & ultra occiſis, vel captis, nihil dignum efficere potuit. Petrus quoque Hungarorum Rex eidem Duci, contra Henricum Regem, auxilia mittit &c. Conf. Lambertus Aſchaffenburg. an. eod. pag. 159. Heinricus Rex in Boëmiam duxit Exercitum, ibique Werinherus Comes, & Reginhard, Signifer Fuldenſis, cum aliis multis, occiſi ſunt &c. Quæ, κατὰ πόδα, Monachus Herveldenſis in Chronico, ann eod. apud Schardium, T. I. Rer. German. pag. 376 relegit; & Marianus Scotus, ad an. 1041. pag. m. 450. Henricus Rex Ducem Bohemiæ FRATIZLAUM bello petit, ſed multis Proceribus & militibus, in praeſtructione ſylvae, citrà & ultrà occiſis, vel captis, nihil dignum efficere potuit. Petrus quoque Ungarorum Rex, eidem Duci, contra Henricum Regem, auxilia miſit &c. & Sigebertus Gemblacenſ. ann. 1040. pag. m. 596 Henricus Imperator vadit ad debellandum ODELRICUM Boëmanorum Ducem; ſed, Boëmanis viriliter reſiſtentibus,

ineſ-

Digitized by Google

inefficax redit &c. nec non Chronographus Saxo ann. eod. pag. m. 247. & 248. Rex Pentecoſten Leodio celebravit. Dehinc expeditionem in Boëmiorum Regionem, coadunato Exercitu, deſtinavit. Inde comitatu in eadem Regione digrediente, & Ottone Marchione, cum Bawariis, explorandi cauſa, per ſaltuoſa & invia irrumpente, quidam ex latere Regis emiſſi, ſperantes ſe fortiter facturos, obſtructionem quandam in ſaltu expugnaturi, inconſultè proceſſerunt, ibique prætenſis inſidiis à ſagittariis circumventi, Wernherus Comes, Primicerius & Signifer Regis, cum aliquot ſatellitibus, & Reinhardus Comes, cum electiſſimis ex Familia S. Bonifacii, cruenta, proh dolor! cæde, procubuere. Poſteriori verò die, ex Legione Ottonis, quæ prætergreſſa eſt, eandem obſtructionem ex alia parte aggreſſi, cum Bawaricis pluribus militibus peremti ſunt &c. immediatè licet annectens: Saxones autem, cum Metropolitano Mogontiaco, Bardone, & Ekkehardo Marchione, convenerunt, & eandem Regionem, divina eos, ut claruit, protectione comitante, cum parva admodum manu, die dominica IX. Kal Septembr. violenter introierunt, & per novem dies, poteſtative peragrantes, cæde, præda, incendioque vaſtaverunt, donec Venerabili Viro Guntario Monacho, cum Legatione Regis adveniente, pace data & accepta, Victores redierunt &c. Auctor Annalium Hildesheimenſium, ad an. 1041. apud Dn. de Leibnitz l. c. Tom. I. pag. 730. Marianum Scotum exſcribens. Otto Friſingenſ. libr. VI. Chronicor. Cap. XXXII. ad ann. 140 p. 134. Gotfridus Viterbienſis, Part. XVII. Chronicor. in vita Cæſaris noſtri, pag. m. 491. Conradus Urſpergenſis, in ejusdem vita, ad ann. 1041. pag. m. 165. Albericus, Monachus trium fontium, ad ann. 1039. pag. 71. Albertus Stadenſis, ad ann. 1041. pag. m. 120. Albertus Crantzius, lib. IV. Saxon. Cap. 41. Reitenpacherus l. c. ad h. a. pag. 152. &c. Recentiores alii; Errat Chronicon Stederburgenſe, ad ann. 1039. apud Dn. de Leibnitz l. c. pag. 852. docens: Henricus Rex Boëmiam cepit &c. quandoquidem, ut mox dicam, Bohemia altera demum Expeditione in ordinem redacta fuit.

Ann. 1041. Imperator noſter altera vice Exercitum in Bohemiam ducens, ſuperioris anni infortunium ultus, ODELRICUM Ducem Boëmiæ ſuperat. Ita Sigebertus Gemblac. h. a. pag. 596. Conf. Marianus Scotus, ad ann. 1042. p. m. 450. Henricus Rex, Bohemiam ingreſſus, igne prædaque cuncta devaſtat, & rebellem Ducem obſides dare, & ipſum poſt ſe Ratisbonam ad deditionem humilitèr venire, ſibique jurejurando fidelitatem ſervitiumque confirmare, coarctat &c. & Otto Friſingenſis l. c. Contra quos (Bohemos) cum debitæ indignationis aculeos exerceret, Gentemque præfatam multis malis attereret, tandem Ducem ejus in deditionem accepit &c. & Chronographus Saxo, ad ann. 1042. pag. 248. Imperator, in aſſumptione Sanctiſſimæ Mariæ, Boëmiam cum maximo Exercitu intravit. Eodem tempore, Ekkehardus Marchio, cum Mogontino ArchiEpiſcopo, aliisque Epiſcopis, & Primatibus, altera ex parte, expeditionem Saxonum invexit Boëmiam, ipſamque Regionem multis modis vaſtantes, caſtra metati ſunt penes Regium Exercitum. Item Rex & Marchio, inde moventes caſtra, in ſuperiori parte Pragæ, domino largiente, victores honorabiliſſime convenere, ibique, data & accepta pace, reverſi ſunt. Dux quoque Boëmicus, quantocius ſe fidei Marchionis committens, humillima ſatisfactione venit ad Regem, offerens cenſum Boëmicæ Regionis &c. Albertus Krantzius loc. cit. Reliqui, præced. Tit. V. in vita noſtri Cæſaris, v. 4. ad ann 1041. pag. 525. adducti teſtes.

Ann. 1042. Extincto Canuto III. vulgò Hardicnut, Danorum Anglorumque Rege, ſoliumque Danicum occupante Magno, Olai filio, prorumpunt Slavi ad arma, infeſtando Daniam, quamvis infauſto Marte. Adamus Bremenſis, lib. 2. Cap. 59. p. m. 80. rem ſic recenſet: Magnus Rex, pro juſtitia & fortitudine, carus erat Danis, verum Slavis terribilis, qui, poſt mortem Knut, Daniam infeſtabant. RATIBOR itaque Dux Slavorum interfectus eſt à Danis. RATIBOR iſte Chriſtianus erat, Vir magnæ inter Barbaros poteſtatis; habuit enim Octo Filios, Slavorum Principes, qui omnes occiſi ſunt à Danis, dum Patrem ulciſci quæſierunt. Ad cujus mortem ulciſcendam, jam tunc, cum toto Exercitu Winuli venientes, usque ad Ripam vaſtando progreſſi ſunt. Et fortè Magnus Rex, tunc à Nordmannia rediens, Heidibam appulit &c. pag. 81. pergens: Eodem vero tempore, GOTESCALCUS (Utonis filius, ſub quo Slavi, ut præc. v. 18. ad ann. 1032. pag. 479. monui, rebellarunt) poſt mortem Regis Knut, & filiorum, rediens ab Anglia, contra Sclavaniam venit infeſtus, omnes impugnans, magnumque Paganis terrorem incutiens &c. & lib. 3. Cap. XXI. pag. 95. Trans Albiam verò, & in Slavania, res noſtræ adhuc magna gerebantur proſperitate. GODESCALCUS enim, Vir prudentia & fortitudine prædicandus, accepta in Uxorem (Syritha) filia Regis Danorum (Suenonis Eſthritii) Slavos ita perdomuit, ut, Eum quaſi Regem timentes, tributum offerrent, & pacem cum ſubjectione peterent. Qua temporis occaſione, noſtra Hammaburg pacem habuit, & Slavania Sacerdotibus Eccleſiisque plena fuit. & pag. 96. GODESCALCUS igitur, Vir Religioſus ac

timens Deum; ArchiEpiſcopo etiam familiaris, Hammaburg, ut Matrem colebat; ad quam, ſolvendorum cauſa votorum, ſolitus erat frequenter venire. In Slavania ulteriori nemo unquam potentior ſurrexit, & tam fervidus Chriſtianae Religionis propagator. Etenim, ſi vita ei longior concederetur, omnes Paganos ad Chriſtianitatem cogere diſpoſuit, cum ferè tertiam partem converteret eorum, qui prius, ſub Avo ejus, MISTIVOI, ad Paganitatem ſunt relapſi. Igitur omnes Slavorum Populi, qui ad Hammaburgenſem reſpiciunt Diœceſim, ſub illo devoto Principe, Chriſtianam fidem coluerunt, hoc eſt: Waigri, (Wagiri) *Obodriti, vel Reregi, & Polabingi; item, Lingones, Warnabi, Chizzini, & Circipani, usque ad Penem fluvium .... Infinitus eorum erat numerus, qui quotidie convertebantur ad Dominum .... tunc etiam, per ſingulas Urbes, Cœnobia fiebant Sanctorum Virorum canonicè viventium; item Monachorum atque Sanctimonialium, ſicut hii teſtantur, qui in Lubice, Aldenburg, Leontio, Razisburg, & in aliis Civitatibus, ſingulas* (Singula) *viderunt. In Magnopoli verò, quæ eſt Civitas Obodritorum, tres Deo ſervientium dicuntur fuiſſe congregationes &c.* idem docente *Helmoldo*, Lib. I. Cap. XX. pag. 60. & 61. Conf. *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1042. pag. m. 120. & 121. & ann. 1058. pag. 128. *Hiſtor. ArchiEpiſcoporum Bremenſ.* apud *Lindenbrogium*, in vita *Alberti Magni*, pag. m. 83. *Albertus Crantz*, lib. IV. *Metropol.* Cap. 39. pag. 112. & lib. 3. *Vandaliae*, Cap. I. & præced. *Catal. Ducum Saxoniae*, v. 11. Vita *Bernhardi II.* §. 8. *Per idem tempus, in Slavonia res maximae geſtæ ſunt. ... Cum multi ſint Winulorum Populi, fortitudine celebres, ſoli quatuor ſunt, qui ab illis Wilzi, à nobis verò Leuticii, dicuntur, inter quos de Nobilitate potentiaque contenditur. Hi ſunt ſcil. Chizzini, & Circipari, qui habitant citra Panim fluvium; Tholoſantes & Rheteri, qui ultra Panim degunt. Cumque his ad bellum perveniſſet, Tholoſantes & Rheteri, quamvis auxilio Chizzinos haberent, nihilominus à Circipanis victi ſunt. Iterumque inſtauratum eſt praelium; & contriti ſunt Rheteri. Tentatum eſt tertio, & Circipani victores abierunt. Tunc, qui victi fuerant, Principem GODESCALCUM, Ducemque* (Saxoniæ) *Bernhardum, & Regem Danorum, accitos in auxilium, ſuper hoſtes duxerunt, ingentemque trium Principum Exercitum, per ſeptem hebdomadas, ſuis nutriebant ſtipendiis, Circipanis viriliter repugnantibus. Multa itaque millia Paganorum hinc inde proſtrati, plures abducti ſunt in captivitatem. Tandem Circipani, quindecim millia talenta Regibus offerentes, pacem indepti ſunt. Noſtris ergò cum triumpho redeuntibus, de Chriſtianitate nullus ſermo erat: Victoribus tantum prædæ intentis &c.* Hæc *Adamus Bremenſis*, lib. 3. Cap. XXIV. pag. 97. & 98. Idem Civile bellum deſcribit *Helmoldus*, lib. I. Cap. XXI. pag. 61. & 62. commemorans, inſuper de *Circipanis & Kyciuis* §. 4. & 5. *Ad ultimum, quindecim millibus marcarum, pacem mercati ſunt; Principes* (Rex Daniæ, Bernhardus Dux, & *Godeſchalcus*) *pecuniam inter ſe partiti ſunt &c.* immediateque ſubnectens: *De Chriſtianitate nulla fuit mentio, nec honorem dederunt Deo, qui contulit eis in bello victoriam. Unde cognoſci poteſt Saxonum inſatiabilis avaritia, qui, cum inter Gentes cæteras, Barbaris contiguas, præpolleant armis & uſu militiae, ſemper promtiores ſunt tributis augmentandis, quam animabus Domino conquirendis. Decor enim Chriſtianitatis, ſacerdotum inſtantia, jam dudum in Slavia convaluiſſet, ſi Saxonum avaritia non præpediſſet &c.* De qua avaritia *Adamus* quoque loc. cit. Cap. XXV. pag. 98. valde queritur. Confer. *Crantzius*, Libr. 3. *Vandal.* Cap. 2. Cernimus hinc, parum juris Imperatorem in *Slavos* iſtos tunc habuiſſe, utpote vel *Godeſchalco*, vel *Bernhardo*, Saxonum Duci, ſubditos, vel etiam ſibimet ipſis relictos, quos poſteriores *Bernhardum* quoque, *Godeſchalcum*, & Regem Daniæ, auxilio contra hoſtes, durante hoc Civili bello, vocaſſe, modo dicta ſatis teſtantur.

(20) Mortales exuvias deponente Anno 1056. *Henrico III.* Imp. Imperii faſces obtinuit filius Ejus HENRICUS IV. admodum puer, *ſtatimque ebullierunt perturbationes variæ in Regno, eo quod Principes, qui contentiones affectabant, contemnerent infantiam Regis. Et ſurrexit unusquisque adverſus proximum ſuum, & multiplicata ſunt mala multa in Terra, deprædationes, incendia, & mortes hominum. Poſt non multum quoque temporis,* (An. ſcil. 1061. al. 1062.) *mortuus eſt Bernardus, Dux Saxonum, qui res Slavorum, & Saxonum, quadraginta annis ſtrenuè adminiſtravit. Cujus hæreditatem Ordulfus, & Hermannus, Filii ejus, inter ſe partiti ſunt, & quidem Ordulfus Ducatum ſuſcepit gubernandum, licet fortitudine, & militiæ uſu, longè à felicitate Paterna diverterit. Denique, poſt mortem Patris vix quinque tranſierunt anni, ſtatim Slavi rebellare parantes, primo omnium GODESCALCUM interfecerunt. Et quidem, Vir omni ævo memorabilis, propter fidem Deo & Principibus exhibitam, à Barbaris occiſus eſt, quos ipſe nitebatur ad fidem convertere. ... Paſſus eſt autem alter ille Machabæus in Urbe Leontio, quæ alio nomine Lenzin dicitur, 7. Idus Junii, cum Presbytero*

Lippo-

Digitized by Google

Eppone, qui ſuper Altare immolatus eſt, & aliis multis, tam Laicis, quam Clericis, qui diverſa, pro Chriſto, pertulerint ſupplicia. Anſuerus Monachus, & cum eo alii, apud Racesburg lapidati ſunt, Idibus Julii paſſio eorum occurrit &c. Hæc omnia *Helmoldus*, Lib. 3. Cap. XXII. pag. m. 63. & 64. Conf. *Adamus Bremenſis*, lib. 3. Cap. 35. pag. m. 104. & lib. 4. Cap. I. pag. 111. & *Albertus Stadenſis*. ad ann. 1062. pag. m. 128. qui ad ann. 1057. pag. 126. jam docuit, Saxones, Gentem efferam *Luiticiorum* hoſtiliter invaſiſſe, diverſisque malis afflictos Romanæ Ditioni ſubdidiſſe; *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium* l. c. p. 83. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XIV. pag. m. 193. *Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* in vita *Adelberti* ArchiEpiſcopi. apud *Meibomium* T. 2. *Rer. German.* pag. 42. *Albertus Crantzius*, Lib. 4 *Metropol.* Cap. 40. pag. m. 112. & lib. 3. *Vandal.* Cap. 3. & 4. Lib. 5. *Saxon.* Cap. 1. & 2.

Trucidatum autem GODESCALCUM, an. 1066. 7. Junii, evincit *Lambecius*, lib. 2. *Originum Hamburgenſium*, pag. 582. &c. cujus etiam ſententiæ *Albertus Stadenſis* h. a, p. m. 131. cit. *Chronicon Slavicum* l. c. pag. 194. aliique; *Chronographus Saxo* contra, p. 257. annum 1067. hoc titulo, profert. De nova hac *Slavorum* defectione evolvendus quoque *Adamus*, qui lib 4. Cap. XI. præfata *Helmoldi* verba confirmans, addit Cap. XII. p. 116. *Johannes Epiſcopus ſenex, cum cæteris Chriſtianis, in Civitate Magnopoli ſervabatur ad triumphum. Ille igitur, pro confeſſione Chriſti, fuſtibus cæſus, deinde, per ſingulas Slavorum Civitates, ad ludibrium ductus, cum à Chriſti nomine flecti non poſſet, truncatis manibus ac pedibus, in platea corpus ejus projectum eſt. Caput verò deſectum, quod Pagani conto præfigentes, in titulum victoriæ, Deo ſuo, Redigaſt, immolaverunt. Hæc in Metropoli Slavorum, Rethre, geſta ſunt, 4. Idus Novembris. Filia Regis Danorum* (Suenonis, Syritha) *apud Michilinburg, Civitatem Obodritorum, inventa cum mulieribus nuda diu cæſa eſt. Hanc enim, ut prædiximus, GODESCALCUS Princeps habuit Uxorem, à qua & filium ſuſcepit HEINRICUM. Ex alia verò BUTUE natus fuit, magno uterque Slavis excidio genitus &c.* Et Cap. XIII. pag. 117. *Et illi quidem, victoria potiti, totam Hammaburgenſem Provinciam ferro & igne demoliti ſunt. Sturmarii ferè omnes aut occiſi, aut in captivitatem ducti, Caſtrum Hammaburg funditus exciſum, &, in deriſionem Salvatoris noſtri, etiam cruces à Paganis truncatæ ſunt. Ipſo eodemque tempore Sliaswig, Civitas Saxonum Transalbianorum, quæ ſita eſt in confinio Danici Regni, opulentiſſima atque populoſiſſima, ex improviſo, Paganorum incurſu, funditus exciſa eſt --- Hujus verò auctor cladis PLUSSO fuiſſe dicitur, qui ſororem GODESCALCI habuit, domumque reverſus & ipſe obtruncatus eſt. Itaque omnes Slavi, facta conſpiratione generali, ad Paganiſmum denuò ſunt relapſi, eis occiſis, qui perſtiterunt in fide &c.* Conſentiunt *Helmoldus* lib. I. Cap. XXIII. & XXIV. pag. 64. & 65. *Chronographus Saxo*, ann. 1067. pag. 257. & 258. *Albertus Stadenſis* An. 1066. pag. m. 131. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium* l. c. pag. 85. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* l. c. p. 194. *Wolterus* l. c. pag. 43. & 44. *Crantzius*, lib. 4. *Metropol.* Cap. 43. pag. m. 114. & 115. & Cap. 44. pag. 115. & lib. 3. *Wandal.* Cap. 4. & 5.

Sæpius quidem conatus eſt *Ordulfus*, Saxonum Dux, *Slavos* in ordinem redigere, aſt infecto negotio, hinc inde profligatus; quod *Adami*, aliorumque, teſtimoniis, præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, in vita *Ordulfi*, v: 12 §. 4. pag. 124. firmatum.

Utque eo majori vehementia bilem & odium in domum *Godeſcalci* evomerent *Slavi*, demandarunt Principatum *Cruconi* cuidam, excluſis inde *Buthue* & *Henrico*, legitimis heredibus, *Godeſcalci* Gnatis, quorum alter ad *Bardos*, ut vel hac ratione *Saxonum*, quibus Pater ipſius ſemper devotus extiterat, auxiliis frueretur; alterque ad *Danos*, confugere cogebantur. Vid. *Helmoldus*, loc. cit. Cap. XXV. pag. 66. verbis in cit. Vita *Ordulfi* loc. cit. occurrentibus.

Stantibus ita rebus, obiit *Ordulfus*, Saxonum Dux, circa annum 1073. Pater *Magni*, quem Cæſar adhuc in cuſtodiam conjectum tenebat. Hoc autem, eodem anno, in libertatem iterum vindicato, ſtuduit *Buthue*, ejus auxilio, Principatum *Cruconi* rurſus eripere, aſt fruſtra, *Crucone* non ſolum res ſuas ſtrenuè defendente, ſed & Tranſalbinos Saxones ſub jugum rapiente. Vid. cit. *Catalog. Ducum Saxoniæ*, v. 13. in vita *Magni*, §. 5 pag. 127. Ex altera tamen parte felicior *Henricus*, *Buthue* frater, domum reverſus, opem ſibi ferentibus *Danis*, tollit *Cruconem* è medio, ducendoque viduam ejus in Uxorem, Principatu potitur *Slavorum*; quo conſervando, juramentum pariter fidelitatis ac ſubjectionis præſtat *Magno*, Saxonum Duci, firmiſſimique fœderis pacto devincit ſibi *Nord-Albingos*. Vid. l. c. §. 7. p. 128. *Slavi* quidem, qui adhuc remanſerant Gentiles, ſtatum *Henrici* evertere conabantur, ad *Smiloviam* verò, à Duce *Magno*, cauſam *Henrici* fortiter propugnante, ad internecionem cæſi, & ad tributum redacti; Vid. l. c. Ab eo tempore, rediit in *Slaviam* quies, & reſtaurata paulatim ſacra, quandoquidem, durantibus bellorum tempeſtatibus, omnes Eccleſiæ & templa diruebantur, *nedum*, ut *Helmoldus*, lib. I.

Cap 34. §. 8. pag. 88. & *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1106. pag. 150. loquuntur) *in univerſa Slavia erat Eccleſia, vel Sacerdos, niſi in Urbe tantùm, quæ nunc Vetus Lubika dicitur, eò quod Henricus, cum Familia ſua, ſæpius illic moraretur &c.*

Quid in *Polonia* interim geſtum ſit, docet *Lambertus*, ad ann. 1077 pag. m. 246. totidemque verbis Monachus *Herveldenſis*, ann. eod. apud *Schardium*, T. I. *Rer. German.* pag. 436. *Dux Polonorum, qui per multos jam annos, Regibus Teutonicis tributarius fuerat, cujusque Regnum jam olim, Teutonicorum virtute, ſubactum, atque in Provinciam redactum fuerat, repentè in ſuperbiam elatus, propterea quod Principes Teutonicos cerneret domeſticis ſeditionibus occupatos, nequaquam, ad inferenda exteris Gentibus arma, vacare, Regiam dignitatem, Regiumque nomen, ſibi uſurpavit, Diadema impoſuit, atque ipſo die Natalis Domini, à XV. Epiſcopis, in Regem eſt conſecratus. Quæ brevi poſt comperta, Principes Teutonicos, quibus Reipublicæ dignitas curæ fuit, graviter affecère, ſibique invicem ſuccenſebant, quod dum inteſtinis in ſe, atque in ſua viſcera, odiis ſævirent, & digladiarentur, potentiam opesque Barbarorum in tantum aluiſſent, ut jam tertiò Dux Boëmicus Regnum Teutonicum ferro & igne populabundus peragraſſet, & nunc Dux Polonorum, in ignominiam Regni Teutonici, contra leges ac jura Majorum, Regium nomen, Regiumque diadema, impudens affectaſſet &c.* Conf. *Bertoldus Conſtantienſis*, ann. eod. pag. m. 347. *Dux Poloniæ ſe in Regem coronavit &c.* multos tamen *Bohemorum* cauſam *Henrici*, contra *Rudolfum* Anti-Cæſarem, juvaſſe, ex *Bertoldo* diſcimus, l. c. ſcribente: *Rex autem* (Rudolfus) - - - *ad obſidendum quoddam Caſtellum, perrexit. Sed ecce! ex improviſo æmulus ejus, Henricus, cum maxima multitudine Bohemorum, & Bajoariorum, advenit* —— *Heinricus igitur, accepta occaſione, omnia circumquaque, praeda, ferro, & igne, non ceſſavit devaſtare. Nam Fautores Ejus ex Bohemia, homines libentius, quam pecudes praedabantur, ut eos, usque ad ſatietatem ſuæ libidinis inhumanae, proſtituerent, & poſtea inhumanius eos Cynocephalis devorandos venderent &c.*

Ann. 1079. commiſſo, Imperatorem inter & Saxones, juxta *Fladecheim*, prælio: *Dux Boëmiæ FINTIZLAUS*, (Fratizlaus) *Regalem lanceam Rudulphi adeptus eſt, quae exinde, permiſſione Regis Heinrici, ſemper quemvis illius Gentis Ducatu inſignem, in omni feſtiva proceſſione, praecedit &c.* Sunt verba *Chronographi Saxonis* ad h. c. pag. 263. Conf. teſtes alios, præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 6. pag. 246.

Ann. 1081. *Bellum, inter Luipoldum Marchionem & Conradum, Fratrem Ducis Boëmiæ, 4. Idus Maji &c.* Hæc *Chronographus Saxo* h. a. pag. 264.

Ann. 1086. Impoſuit Imperator *Henricus*, laudato *Vratislao*, diadema Regni *Bohemici*. Vid. præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 113. & Tit. 5. §. 8. lit. c. pag. 428.

Ann. 1101. *Udo Marchio, & alii plures Saxonum, Barbaros, qui Luitici vocantur, invaſit, & Urbem, quæ Brandeburch dicitur, obſedit, & honorificè cepit &c.* Ita *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 278. Ad plures abiiſſe *Udonem* hunc ann. 1106. præced. §. 10. lit. o. pag 60. commemoravi, ubi ſimul ſucceſſores ejus celebrantur.

(21) Extinctis, uno eodemque anno 1106. *Henrico IV.* Imp. & *Magno*, Saxonum Duce, *Billingicæ* Gentis poſtremo, Imperiale ſolium conſcendit HENRICUS V. *Quarti* filius, cujus beneficio *Lotharium, Supplenburgi* Comitem, *Ducatum Saxoniæ* nactum, præced *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 14 in Ejus vita, §. 4. pag. 132. probavi. Hac ipſa ætate, cæſo à *Slavis* rebellibus *Godefrido*, Holſatorum Comite, transtulit Comitatum iſtum *Lotharius* Dux in *Adolfum, Schauenburgico* ſanguine cretum, inter quem, & *Slavorum* Principem *Henricum*, firma pax fuit. Vid. l. c. Non minus benè cum *Lothario* ipſo convenerat *Henrico*, Ducem comiter habenti, probeque notanti, quantum emolumenti ex amicitia *Magni* in ſe redundaverit, ſub *Lothario* quoque colenda. Cæterum eo usque potentiam ſuam extendebat, ut, debellatis ad *Lubecam Rugianis, Slavorum* quoque *Regis* titulos aſſumeret, per *univerſam Slaviam* Princeps potentiſſimus. Vid. ſupr. l. c. §. 5. His autem non obſtantibus, *cum* (*Ann.* 1107.) *Brizanorum; & Stoderanorum. Populi, hi videlicet, qui Havelberg & Brandenburg habitant, rebellare pararent, viſum fuit HENRICO, armis adverſus eos utendum, ne fortè duarum Gentium inſolentia toti Orienti rebellionis materiam parturiret. Perrexit ergò cum amiciſſimis ſuis, Nordalbingorum armatis, peragransque Slavorum Provinciam, cum ingenti periculo, venit Havelberg, eamque obſidione vallavit. Præcepitque omni Obotritorum Populo, ut deſcenderent ad expugnationem Urbis, & crevit obſidio in dies & menſes &c.* Hæc *Helmoldus*, lib. I. Cap. 37. §. 1. & 2. pag. m. 92. immèdiatè §. 3. pergens: *Interea perlatum eſt ad MISTUE, filium HENRICI, quod gens quædam foret è vicino, fertilis omnibus bonis, habitatoresque ejus quieti, & nullius turbulentiae ſuſpecti. Porrò, Slavi illi dicti ſunt Lini, ſive Linoges; aſſumtisque ſecum ducentos Saxonum & tre-*

Digitized by Google

& trecentos Slavorum, omnes electos, & abiit, inconſulto Patre, iter bidui, per anguſtias nemorum, & difficultates aquarum, & paludis maximae, irruitque ſuper ſecuros & improvidos, & duxit ex eis infinitam praedam, & captivitatem hominum, abieruntque omniſti. Cumque maturantes reditum, difficiliora paludis tranſirent, ecce circumjacentium locorum incolæ pariter conglobati, ad pugnam prorunnt, volentes captivitatem liberare. Videntes ergò ii, qui erant cum MISTUE, ſe immenſa multitudine hoſtium circumfuſos, viamque ferro aperiendam, adhortati ſunt ſe mutuo, totisque viribus enisi, omnem obſiſtentium multitudinem peremerunt, in ore gladii, praeterea, Principem eorum captivum ſecum abduxerunt, veneruntque ad HENRICUM, & Exercitum, qui erat in obſidione, cum ſalute victoriam, & divitias maximas, reportantes. Poſt paucos autem dies, Brizani, cæterique rebelles, pacem poſtulaverunt, datis obſidibus, quos HENRICUS voluiſſet; atque in hunc modum ſedatis rebellibus, HENRICUS ad ſua reverſus eſt. Nordalbingorum quoque Populi ad ſedes ſuas reverſi ſunt &c. Conf. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XV. pag. m. 194. *Crantzius*, libr. 3. *Wandal.* Cap. 23.

Biennio poſt, in *Rugianos* profectus eſt *Henricus*, cædem filii, *Woldemari*, vindicaturus. *Accidit poſt hæc*, (inquit *Helmoldus*, lib. I. Cap. 38. pag. 93. &c.) *ut unus filius HENRICI, WOLDEMARUS nomine, occideretur à Ranis. Quam ob rem, Pater, dolore pariter & ira permotus, omnem animum intendit, ad rependendum talionem; miſitque nuncios in univerſas Slavorum Provincias, ad contrahenda auxilia, conveneruntque omnes pari voluntate, eademque ſententia, ut parerent juſſionibus Regis, expugnarentque Ranos, & fuerunt innumerabiles, ut arena maris; nec his contentus, miſit ad accerſendos Saxones, eos ſcilicet, qui de Holſatia & Sturmaria ſunt, commonens eos privatæ amicitiæ. Et ſecuti ſunt eum pleno corde, numero quaſi mille ſexcenti. Tranſitoque flumine Trabena, abierunt, per longiſſimos fines Polaborum, & eorum, qui dicuntur Obotriti, quousque pervenirent ad Panim fluvium. Quo tranſmiſſo, duxerunt iter ad Urbem, quæ dicitur Woligaſt, apud urbaniores vocatur Julia Auguſta, propter Urbis Conditorem, Julium Cæſarem. Illic invenerunt HENRICUM, expectantem eos &c.* Inſtituta conſultatione ſuſcipiendi itineris, ordinisque ſervandi inter Nationes, *reſponderunt Saxones, dicentes: Noſtri juris eſſe dinoſcitur, ut ad bella procedentium nos primi, redeuntium noviſſimi inveniamur. Legem ergò à Patribus traditam, & hactenus poſſeſſam, hoc etiam loco minimè negligendam arbitramur. Et annuit eis Rex. Licet enim Slavorum multus eſſet numerus, HENRICUS tamen ſe non credebat eis, eò quod ipſe noſſet omnes. Levatis ergò ſignis, Saxones præierunt in fronte, cætera Slavorum agmina, ſuis ordinibus, ſubſecuta ſunt. Et tota die ambulantes in glacie, & nive multa, circa nonam tandem apparuerunt in Terra Rugianorum. Statimque villæ, littori contiguæ, inflammatæ ſunt &c.* Ita *Helmoldus* l. c. §. 5. pag. 94. annectendo §. 6. pag. 95. *Videntes ergò Rugiani impetum Viri*, (Henrici Regis) *timuerunt timore magno, miſeruntque Flaminem ſuum, qui cum ipſo de pace componeret. Primò ergò quadringentas, deinde octingentas, marcas obtulit. Cumque Exercitus remurmuraret indignans, urgerentque aciem ad congreſſum, corruit ille ad pedes Principis, dicens: Ne iraſcatur Dominus noſter ſuper ſervos ſuos. Ecce, Terra in conſpectu tuo eſt, utere ea, ut libet, omnes in manu tua ſumus, quicquid impoſueris, feremus. Quatuor ergò millibus & quadringentis Marcis pacem indempti ſunt, acceptisque obſidibus in Terram ſuam reverſus eſt, dimiſitque Exercitum unumquemque in ſua; miſit autem nuncios in Terram Rugianorum, ad ſuſcipiendam pecuniam, quam promiſerant &c.* Enimverò, vix dimidiam promiſſæ pecuniæ partem pendentibus Slavis, *iratus HENRICUS paravit ſecundam profectionem in Terram Rugianorum; accitoque Duce Ludero*, (Lothario) *proxima hyeme, quae mare pervium reddidit, intravit Terram Rugianorum, cum magno Slavorum & Saxonum Exercitu, vixque tribus noctibus illic remanſerant, & cœpit hyems reſolvi, & glacies liqueſcere; contigitque, ut imperfectis rebus revertentes, marina pericula vix evaſerint, & non adjecerunt Saxones ultra intrare terram Ranorum, eò quod HENRICUS, modico ſupervivens tempore, morte ſua controverſiæ finem dederit.* Sic idem, v. 8. pag. 95. Conf. *Crantzius*, lib. 3. *Wandal.* Cap. XXV. & XXVI.

Ann. 1116. *Otto, Comes de Ballenſtede, cum LX de Theutonicis, vicit duo millia & octingentos de Slavis, in loco, qui Cothine dicitur, ex quibus ibidem corruerunt mille ſeptingenti, & amplius, quinto Idus Februarii &c.* Sunt verba *Chronographi Saxonis* h. a. pag. m. 284. Conf. præced. §. 10. lit. o. pag. 60.

Ann. 1124. *Otto Bavenbergenſis Epiſcopus, invitante pariter & adjuvante BOLIZLAO, Polonorum Duce, Deo placitam adiit peregrinationem ad Gentem Slavorum, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Oderam & Poloniam; prædicavitque Barbaris Verbum Dei, Deo cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis: omnemque Gentem illam, cum Principe eorum WERCIZLAVO, convertit ad Dominum, permanetque fructificatio divinæ laudis illic usque in ho-*

diernum diem &c. Ita *Helmoldus*, lib. I. Cap. 40. §. 10. pag. m. 99. Conf. idem, lib. 2. Cap. 4. §. 14. pag. 222. verbis præced. *Catal. Ducum Saxoniae*, in vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad ann. 1164. pag. 167. occurrentibus; nactum *Ottonem* licentiam eundi ad *Pomeranos*, in Curia Babenbergica, docet *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Cosmodromii*, Cap. 58. apud *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. m. 268. Conf. *Crantzius*, lib. V. *Saxon.* Cap. 44. & lib. 3. *Wandal.* C. XXVIII. & reliqui *Bangerto*, ad lib. I. *Helmoldi*, Cap. 40. lit. g. pag. 106. laudati.

(22) An. 1125. LOTHARIO, Saxonum Duce, in Imperatorem electo, UDALRICUS, *Bohemiæ Dux*, ad præſtandum Ei homagium adactus eſt, Ann. 1126. vid. præced. Tom. I. Tit. V. ejus Vita, v. 4. ad h. a. p. 563. cæteri *Slavi* ſumma quiete gaviſi ſunt, *Heinrico* eorum Rege comiter & amicè cum *Adolfo* Comite, & Nord-Albingis, vivente; quamvis Chriſtianæ rei exigua adhuc incrementa acceſſerint, inſuperque, ab *Henrici* exceſſu, inter ipſius filios, *Zuentipoldum & Canutum*, Civile recruduerit bellum, amicabili tandem compoſitione finitum, diviſa inter litigantes æquis partibus Provincia; vid. præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 14. in vita *Lotharii*, § 7. pag. 135. Interfecto tamen non multo poſt *Canuto*, obveniebat ſuperſtiti *Zuentepoldo* totum Regnum; quo itidem, *Obotritis & Kycinis* in ordinem redactis, brevi poſt, una cum filio unico *Zuinike*, occiſo, defecit *Henrici* progenies. Vid. l. c.

Jam novæ lites circa ſucceſſionem; Principatum *Slaviæ* hereditario jure vindicatum ſibi eunte *Primislao*, laudati *Henrici* Regis, ex fratre *Buthue*, nepote, eundem ad ſe ſpectare perhibebat *Canutus*, Dux Slesvicenſis, *Erici*, Danorum Regis, filius, dictique, *Henrici*, ex amita *Syritha*, fratruelis; quo perturbato ſtatu, adiit *Canutus* Imperatorem *Lotharium*, paratisque nummis, acquiſivit ſibi honores Regios, declaratus ab eo, an. 1133. *Obotritorum Rex*, licet, ut verum fatear, iſte *Slaviæ* Tractus ad Imperatorem tunc non pertinuerit. Semel interim malè acquiſita ut nihilominus propugnaret, ingrediebatur *Canutus* armata manu *Wagriam*, expugnatoque Caſtro *Alberg*, quod nunc *Segebergam* vocamus, invadebat *Slaviam*, *Pribislaum* captivum ducens, pariterque ac *Obotritorum* Principem, *Nicolotum*. Qui ambo tamen, poſt *Canuti*, à fratrueli, *Magno*, Gothorum Rege, jugulati, & in partes diſſecti, fata, Principatum recuperantes, hac lege eum inter ſe partiebantur, ut *Pribislao Wagria*, cum *Polaborum* Regione; & *Nicoloto Obotritorum* Provincia, cederent, ututi Principibus Chriſtiano nomini infenſiſſimis, cultumque idolorum ſummopere reſtaurantibus. Vid. præced. *Catalog. Ducum Saxoniæ* l. c. §. 8. & 9. pag. 136. nec non præced. Tom. I. Tit. V. §. 8. lit. a. pag. 424. Hæcque facta ſunt, Cæſare deſuper ne quidem muſſitante, excepto, quod *Canuti* cædem, minimùm, in ſpeciem, ulciſci meditaretur, auro tandem placatus; vid. præc. *Catal. Ducum Saxon.* l. c. §. 9. p. 136. ſequ. ubi *Helmoldi*, aliorumque teſtimonia; montem inſuper *Alſberg* an. 1134. præſidio Eum firmaſſe, præſentibus *Slavorum* Principibus, nec pauca ea propter ducentibus ſuſpiria, dictum ibidem §. 10. Quo Zelo & ſudore *Vicelinus* Chriſtianorum ſacra interim reſtituere laboraverit, l. c. §. 11. commemoravi.

Ann. 1135. Inſignia celebrans Imperator Comitia *Merſeburgi* obvios habet *Bolislaum*, *Polonorum*, *& Udalricum*, *Bohemorum*, *Duces*, quorum priorem non prius in gratiam ſuſcipere voluit, quam tributum duodecim annorum, h. e. quingentas libras, perſolviſſet, homagiumque de *Pomerania* & *Rugia*, annexa ſubjectione perpetua, ſibi præſtitiſſet. Vid. præc. T. I. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 122. & 123.

(23) Elato *Lotharii* Imp. funere, an. 1137. annoque ſequenti Genero Ejus, *Henrico*, *Saxonum Bojorumque* Duce, frivolas ob cauſas, à falſo derivatas principio, quaſi Juſtitiæ regulis contrarium eſſet, *quemquam Principum duos tenere Ducatus*, à CONRADO III. turbulenter electo Imperatore, & ad Ipſius nutum intentis Principibus quibusdam, *Guelficæ* domus hoſtibus notiſſimis, in Imperii bannum *Goslariæ* declarato, grave exortum in Germania civile bellum, maximè ex quo *Saxoniæ* Ducatus, *Henrico* inde abigendo, in *Adelbertum*, Salisquellenſium Marchionem, *Magni*, *Billingicae* Gentis Ducum Saxoniæ ultimi, ex filia *Eilica*, nepotem, dictique *Henrici* conſobrinum, eſſet transſcriptus. Turbis durantibus, potitur *Adelbertus* non ſolùm Caſtro *Lüneburg*, cum Civitatibus *Bardovico*, & *Brema*, adeoque patrimonio Ducis *Henrici*, in Occidentali Saxonia, ſed & *Nordalbingia*, pulſo inde *Adolfo* Comite, *Henrico* ſemper fideli, in ejusque locum ſurrogato *Henrico de Badwide*; hinc Caſtrum *Segeberg* præſidio nudat Cæſareo. Id videntes *Slavi*, *Pribislao* Duce, idem Caſtrum, quod ipſis ſemper ſudes in oculis erat, ſubitò aggrediuntur, ſuburbiumque ejus, & circumjacentia quæque, ubi Saxonum fuere contubernia, igne cremant. Invidens ſucceſſus hos *Pribislao* quidam *Race*, de ſemine *Cruconis*, cujus poſteri, ob *Principatum Slaviæ*, perpetuas lites cum *Henrici* Regis propagine aluerant, infert ei viciſſim arma, irrito tamen conatu. Utrumque caſtigaturus, *Henricus Badwidenſis*, congregat Exercitum Transalbinum, invadit privato odio ſe-

junctos

junctos hoſtes, magnaque clade eos debellat, *omni Terra eorum in ſolitudinem redacta.* Quæ omnia præced. *Catal. Ducum Saxon.* v. 15. in vita *Henrici Superbi*, §. 7. pag. 143. latius deducta.

Dum hæc aguntur, *Henricus*, Saxonum Bojorumque Dux, collecto numeroſo Exercitu, ingreditur patrimoniales Terras, recuperatoque, ſocrus ope, *Luneburgo*, amiſſa quæque hoſtibus eripit, *Adelbertum* fugat, *Henricum de Badwide* Holſatia pellit, *Adolfum* exulem reſtituit in integrum, cuncta ex voto peragens. Vid. cit. *Catal. Ducum Saxon.* l. c. Succenderat quidem *Badwidenſis* caſtrum *Segeberg*, *Adolfus* verò domum reverſus, ann. 1139. destructa quælibet reparando, *Caſtrum quoque Segeberg muro cinxit, ac ſuburbium & Oratorium de novo conſtrui fecit, iterum remiſſis de Faldera Presbyteris, ac clenodiis, pro uſu cultus Dei neceſſariis. Ac etiam miſit Legatos ad Flandriam, Hollandiam, Trajectum, Weſtfaliam & Friſiam, faciens proclamari: Quod, quicunque agrorum penuria arctarentur, venirent in Terram ſuam ſpatioſam & fertilem, in Terra Wagrorum, olim Slavorum, exinde expulſorum. Et præcipuè Holſatis atque Stormaris dixit, quod ipſi, in eligendo, quamcunque partem habere vellent, eo quod ſanguine Parentum ſuorum eam mercati fuiſſent, præferri deberent. Et dedit Holſatis Terram, à Bornehovede, usque Segeberg & Polonenzee; Weſtphalis dedit ſolum Dargardenſem. Hollandrinis, Uthinenſem; & Freſis, dedit Susle, Aldenborch, Lutkenborch, & circa Mare, Terras adjacentes dedit Slavis, faciens eos ſibi per amplius tributarios fieri usque in iſtum diem &c.* Sunt verba *Chronici Holſatiæ*, Cap. XIV. ad an. 1139. apud Dn. de *Leibnitz*, *Acceſſ. Hiſtor.* pag. 25. ex *Helmoldo*, lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. 57. §. 1. 2. & 3. pag. m. 135. & 136. deſumpta, jamque præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 16. in vita *Henrici Leonis*, §. 4. ad ann. 1139. pag. 157. allata, quibus ſubjungit *Helmoldus*, §. 4. pag. 136. condidiſſe *Adolfum* Holſatum, in Inſula ampliſſima, ex altera parte, *Trabenâ*, &, ex altera, *Wochenizâ* amnibus, rigata, *Lubecam* Urbem; annectendo, l. c. §. 5. *Transmiſitque nuncios ad NICLOTUM, Obotritorum Principem, componere cum eo amicitias, omnes Nobiliores donariis ſibi adeo adſtringens, ut omnes ei obſequi & Terram ejus compacare certarent. Cœperunt ergo inhabitari deſerta Wagirenſis Provinciæ, & multiplicabatur numerus accolarum ejus &c.* Quæ omnia *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1139. pag. m. 162. Auctor *Chronici Slavici*, apud *Lindenbrogium*, Cap. XX. pag. m. 196. *Crantzius* lib. III. *Wandaliæ*, Cap. 40. & lib. IV. Cap. I. & lib. VI. *Saxon.* Cap. X. aliique, confirmant. Dictas vero Colonias non prius fuiſſe deductas, quam, (mediante *Gertrudi*, *Henrici Superbi* vidua, jamque *Henrico* Auſtriaco, ipſius adverſario, juncta,) hac ratione inter *Adolfum* Holſatum, & *Henricum* de *Badwide*, convenerit: ut ille *Sigebergam*, cum *Wagria*; hicque *Razeburgum*, cum *Polaborum* Provincia, inde ſortirentur, præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, l. c. monitum.

An. 1138. *Obiit BOLIZLAVUS, Dux Polanorum, relinquens quinque filios ſuperſtites, quibus & diviſit hæreditatem ſuam, coram Epiſcopis & Principibus illius Terræ. E quibus BOLIZLAVUS, quia Senior erat, & Gener Regis Conradi, Ducatum illius Terræ obtinuit &c.* Sunt verba *Chronographi Saxonis*, ad h. a. pag. 294.

Ann. 1141. Mortuo *Pribislao*, alio nomine *Henrico* dicto, *Obotritorum Regulo, Marchiæque Brandenburgenſis* Domino, conſequitur *Marchiam* hanc *Albertus Urſus*, Marchio Stadenſis. Vid. præced. §. 10. lit. o, v. 3. ad h. a. pag. 61.

Ann. 1142. *Conradus, Moravienſis Comes, conſpiratione facta cum Boëmis, Ducatum terræ illius affectans, de Moravia in Boëmiam Exercitum ducit; cui cum Dux LADISLAUS cum copiis occurrere parat, à ſuis proditus, fugæ præſidio, vix periculum mortis evaſit; ſicque profugus ad Regem veniens, caſum ſuum deplorat. Quem Rex, miſericordia motus, cum Exercitu in Boëmiam reduxit, ac Pentecoſte, in Urbe Praga, Provinciæ illius metropoli, celebrata, Conrado fugato, in Ducatum reſtituit &c.* Ita *Otto Friſing.* lib. VII. *Chron.* Cap. 26. pag. m. 154.

Ann. 1143. Imperator, *non cum multo comitatu, aggreſſus quosdam Sclavorum rebelles, Regnum inquietantes, non, (ut putavit) eos imparatos invenit, ideo viriliter reſiſtentibus ad horam ceſſit. Nec multo poſt incautis ſuperveniens improviſos multos eorum cepit, vel occidit, multosque in fugam verſos in flumen, quod contiguum fuit, demerſit, reliquos multa ſumma gratiam ſuam redimentes ad deditionem compulit &c.* Hæc *Albericus*, h. a. pag. 299.

Ann. 1146. *Conradus Rex dum Cumæ Curiam haberet, WLODISCLAZO, qui erat Senior inter Fratres,* (Bolislai Poloni filios) *& qui ſororem Regis* (Agnetem) *habebat in conjugio, Regem adiit, ac ſuſcepta Patria, ut ſolus Ducatum obtineret, fratres exhæredare conatus eſt. Denique cum reverſus Civitatem Poſnen cum Exercitu obſideret, fratres, collectis paucis, ex improviſo hoſtes ingenti ſtrage vulneraverunt. Deinde Fratri colloquentes jurejurando fidem & pacem cum eis confirmavit. Sed Deus, qui occulta cognoſcit,*

juramenta ejus detexit. Nam Terra in ipſo loco juramenti, ut refertur, diſrupta ſanguinei fluminis patefecit abyſſum. Poſtea multas clades inferens Fratribus, favente Deo, expulſus à Patria, Regem adiit, contra Fratres auxilium flagitando. Rex autem, cum Principibus Saxoniæ colloquio habito, menſe Auguſto, coadunato Exercitu, *Poloniam*, ad reſtituendum *Ducem*, aggreſſus eſt. Fratres verò præmunitas ingenti Exercitu itineris ſemitas obſervabant, Regi prohibentes introitum. Tandem, Conſilio *Adalberti & Conradi* Marchionum, obſidibus datis, viciſſim Regem adeunt, juniore Fratre obſide dato, aut promiſſa pecunia Patriam ab Ipſo ſuſcipiunt, ſicque Rex reverſus eſt &c. Hæc *Chronographus Saxo* h. a. pag. 297. & 298. Conf. *Chronicon Montis Sereni*, ann. eod. pag. m. 19. *Albericus*, Monachus trium fontium, ann. eod. pag. 309. Cernimus ſimul hinc, affinem *Conradi* Regis hic conſtitui, qui, adductis modò verbis, eidem *Chronographo*, ad ann. 1138. pag. 294. Ipſius *Gener* audit. Prius verum eſſe, diſcimus ex *Hiſtoria Fundationis Cœnobii Melicenſis*, apud *Lambecium*, lib. 2. *Biblioth. Vindobon.* Cap. VIII. ubi, mentione facta liberorum *Leopoldi Pii*, Marchionis Auſtriæ, *Conradi III.* Imp. Vitrici, pag. 632. habetur: *Primogenita Filiarum, Bertha, quam duxit Hainricus, Burchgravius Ratisponenſis. Secunda, Agnes, quam accepit Boleslaus, Dux Poloniæ. Tertia Gertrudis, quæ copulata eſt Laslao, Duci Bohemiæ &c.* adeoque *Bolislai* conjux fuit ſoror uterina laudati Imperatoris, aſſentiente *Radevico*, de *Geſtis Friderici I.* lib. 2. Cap. XI. pag. m. 513. licet ei *Bertha* vocetur, ibi: *Imperatorum, Henrici IV.* Nepos: (Sermo eſt de Ottone Friſingenſi,) *Sororius Quinti Henrici; Conradi Regis Frater uterinus; Friderici, Imperatoris Auguſtiſſimi, hujus, qui jam feliciter regnat, Patruus: ex clariſſimo Regni Principe Leopaldo Marchione, Patre, & Matre Agnete, Filia Henrici IV. Imperatoris; pariter cum Fratribus ſuis germanis: Conrado, Patavienſi Epiſcopo; Leopaldo, Duce Bajoariæ; & Henrico, Duce Auſtriæ; nec non & Sororibus: Gertruda, Duciſſa Boëmiæ; & Bertha, Duciſſa Polonorum &c.* Quæ *Conradus Urſpergenſ.* in *vita Friderici Barbaroſſæ* pag. m. 216. confirmat; *Conrado Bothone*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, apud Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 332. ei planè nomen *Mechtildis* tribuente, verbis præced. *Catal. Ducum Alamann.* v. 45. in vita *Friderici I.* Hohenſtauffii, v. 1. pag. 338. occurrentibus.

An. eod. Decernitur, in Comitiis *Francofurtenſibus*, *Expeditio Sacra* in *Slavos*. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 124. & 125. & Tit. V. in vita *Conradi III.* v. 4. an. eod. pag. 570.

Ann. 1147. Saxones arma inferunt *Nicoloto, Obotritorum* Regulo, ſatisfacturi decreto Francofurtenſi ſuperioris anni, qui, vim vi repulſurus, viciſſim *convocavit univerſam Gentem ſuam, & cœpit ædificare Caſtrum Dubin, ut eſſet Populo refugium, in tempore neceſſitatis, direxitque nuncios ad Comitem Adolfum, commonens eum fœderis, quod pepigerant, ſimul etiam rogans, præberi ſibi facultatem colloquendi ei, & conſilio participandi. Cumque Comes renueret, dicens: hoc incautum ſibi, propter offenſam Principum; ille mandavit ei, per nuncios, dicens: Decreveram quidem eſſe oculus tuus, & auris tua, in Terra Slavorum, quam incolere cœpiſti, ne quas patereris moleſtias Slavorum, qui olim Wagirenſium Terram poſſederunt, & cauſantur, ſe privatos injuſtè hæreditate Patrum ſuorum. Quare ergò diſſimulas Amicum tuum in tempore neceſſitatis? nonne tentatio probat amicum? hactenus continui manus Slavorum, ne læderent te; nunc tandem libet retrahere manum, & permittere te tibimet, eò quod faſtidieris amicum tuum, nec recordatus fueris fœderis, & negaveris mihi faciem tuam in tempore neceſſitatis. Dixeruntque nuncii Comitis ad* NICLOTUM: *Quod Dominus Noſter hac vice non loquitur tibi, impedit ea, quam noſti, neceſſitas. Habe ergo adhuc gratiam fidei, & ſponſionis tuæ, erga Dominum Noſtrum, ut, ſi videris contra eum bella Slavorum clàm conſurgentia, præmunias eum. Et promiſit* NICLOTUS *&c.* Hæc ex *Helmoldo*, lib. I. Cap. LXII. §. 2. 3. & 4. pag. m. 147. & 148. qui Cap. LXIII. §. 1. pag. 148. pergit: *Sentiens* NICLOTUS *irrevocabilem eſſe juratæ expeditionis profectionem, clam parat navalem Exercitum, tranſmiſſoque freto, applicat Claſſem ad oſtium Travenæ, percuſſurus omnem Wagirenſium Provinciam, priusquam Saxonum Exercitus infunderetur ſuis terminis &c.* & §. 2. pag. 149. *Duæ quoque Equitum turmæ omnem Wagirenſium terram pervagantes, quicquid in ſuburbio Sigeberg repererunt, demoliti ſunt. Pagum quoque, qui Dargune dicitur, & quicquid infra Travenam à Viris Weſtphalis, Hollandis, cæteriſque extraneis Populis incultum fuerat, flamma vorax abſumpſit; feceruntque cædes Virorum fortium, qui fortè armis obſiſtere tentaſſent, & duxerunt uxores eorum, & filios, in captivitatem. Peperceruntque Viris Holzatenſibus, qui habitant ultra Travenam, ad Occidentalem Plagam Sigeberg, ſubſtiteruntque in agris Oppidi Cuzaline; & non adjece-*

runt

Digitized by Google

runt ultra progredi. - - - Sed & Utinenſis Civitas, adjuta locorum firmitate, ſalvata eſt &c. & Cap. LXV. pag. 150. & 151. *Interim volat hæc fama per univerſam Saxoniam, & Weſtphaliam, quia Slavi, facta eruptione, bellum priores adorſi fuerunt, & feſtinavit omnis illa expeditio, ſigno crucis inſignita, deſcendere in Terram Slavorum, & zelare iniquitatem ipſorum; partitoque Exercitu, duas munitiones obſederunt, Dubin & Dimin, & fecerunt contra eas machinas multas. Venit quoque Danorum Exercitus, & additus eſt his, qui obſederant Dubin, & crevit obſidio - - - dixerunt autem ſatellites Ducis noſtri* (Henrici Leonis) *& Adalberti Marchionis, ad invicem: Nonne Terra, quam devaſtamus, Terra noſtra eſt? & Populus, quem expugnamus, Populus noſter eſt? Quare ergo invenimur hoſtes noſtrimet, & diſſipatores vectigalium noſtrorum? nonne jactura hæc redundat in Dominos noſtros? Cœperunt ergò, à die illa, facere in Exercitu tergiverſationes, & obſidionem multiplicatis induciis alleviare. Quoties enim in congreſſu vincebantur Slavi, retinebatur Exercitus, ne fugitantes inſequerentur, & ne Caſtro potirentur. Ad ultimum, noſtris jam pertæſis, Conventio talis facta eſt: Ut Slavi Fidem Chriſtianam reciperent, & laxarent Danos, quos in captivitate habebant. Multi ergò eorum falſo baptizati ſunt, & de captione hominum relaxaverunt omnes ſenes & inutiles, cæteris retentis, quos ſervitio robuſtior aptaverat ætas. Taliter illa grandis expeditio, cum modico emolumento, ſoluta eſt. Statim enim poſtmodum in deterius coaluerunt; nam neque baptiſma ſervaverunt, nec cohibuerunt manus à deprædatione Danorum &c.* Conf. *Albertus Stadenſ.* ad ann. 1147. pag. 165. *Chronographus Saxo*, ann. 1148. pag. 299. *Chronicon Montis Sereni*, ann. 1147. pag. m. 21. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. 20. pag. m. 196. *Crantzius*, lib. IV. *Vandal.* Cap. 3. & 4. & lib. VI. *Saxon.* Cap. 12. *Pontanus* lib. V. in *Suenone Gratenbede*, an. 1148.

Hac rerum periodo *Comes Noſter*, (Adolfus Holſatus) *convulſas reparans amicitias, fecit pacem cum NICLOTO, & cum cæteris Orientalibus Slavis. Nec tamen integre credebat eis, eò quod fœdera prima violaſſent, & percuſſiſſent Terram ſuam attritione maxima. Cœpitque conſolari Populum ſuum, quem vaſtitas hoſtilis attriverat, orans eos, ne caſibus adverſis cederent, hoc cognoſcentes, quod Marcomannos oportet duram habere patientiam, & prodigos eſſe ſanguinis ſui &c.* Hæc *Helmoldus* lib. I. Cap. 66. §. 1. pag. 151. De *Henrico* Duce, l. c. Cap. 68. §. 1. & 2. pag. 156. & 157. ſubnectens: *In diebus illis, Dux Noſter adoleſcens Dominam Clementiam, filiam Conradi Ducis de Zeringe, duxit Uxorem, cœpitque dominari in univerſa Terra Slavorum, ſuccreſcens ſenſim & invaleſcens. Quoties enim offendiſſent eum Slavi, admovit eis Martiam manum, dederuntque ei, pro vita ſimul & Patria, quicquid exigere voluiſſet. In variis autem Expeditionibus, quas adhuc adoleſcens in Slaviam provectus exercuit, nulla de Chriſtianitate fuit mentio, ſed tantum de pecunia. Adhuc enim immolabant Dæmoniis, & non Deo, & agebant piraticas incurſationes in Terram Danorum &c.*

Ann. 1149. Magnifice poteſtatem ſuam independentem, & Majeſtaticam, in *Slavia*, exercendo *Dux Saxonum*, *Henricus*, denegat *Vicelino* Aldenburgenſem Epiſcopatum, quamdiu Inveſtituram à Cæſare efflagitandam meditaretur. Vid. præced. *Catalog. Ducum Saxoniæ*, v. 16. in vita *Henrici Leonis*, § 4. ad h. a. pag. 159.

Ann. eod. Magdeburgenſis Archi Epiſcopus Fridericus, & quidem alii Principes Saxoniæ, Polonicis Ducibus BOLIZLAVO & MISECONI, in Epiphania Domini, occurrentes in Cruſawice, fœdus amicitiæ cum eis inierunt; ibi etiam Marchio Otto, filius Marchionis Adalberti (Brandenburgici) *ſororem Polonicorum Principum, ſibi in legitimum matrimonium copulandam ſuſcepit. - - - - RODILBERNUS Pomeranorum Princeps, Principibus Saxoniæ, in Havelberg, in æſtate occurrit, ibidemque fidem Catholicam, quam, ex prædicatione Bavenbergenſis Epiſcopi, piæ memoriæ, Ottonis, dudum ſuſceperat, profeſſus eſt, &, pro Chriſtiana Religione ſemper defendenda, & propaganda, toto niſu ſe laboraturum vovit, laudavit, & juravit &c.* Hæc *Chronographus Saxo* h. a. pag. 303.

Ann. 1150. Inveſtivit *Henricus, Dux Saxoniæ, Vicelinum*, de Epiſcopatu Slavico *Aldenburgenſi*, cuſtodiam *Terræ Slavorum* committendo Holſatiæ Comiti, *Adolfo*. Vid. præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 16. in Vita *Henrici Leonis*, §. 4. ad h. a. pag. 160.

Ann. eod. Laudatus Princeps auxilio mittit *Nicoloto*, *Obotritorum* Principi, *Adolfum*, Holſatiæ Comitem, contra rebellantes *Kycinos & Circipanos* tributa pendere recuſantes. Vid. l. c.

(24) Regnante FRIDERICO I. cognom. *Barbaroſſa*, idem Dux, *Henricus*, ſubſtituit, ann. 1154. in locum defuncti *Vicelini*, *Aldenburgenſis* Epiſcopi in *Slavia*, *Geroldum* quendam. Vid. loc. cit. ad h. a. pag. 160.

Ann. eod. Inſtaurari curat Epiſcopatum *Razeburgicum*, in Terra *Polaborum*. Teſtis *Helmoldus*, lib. I. Cap. LXXVII pag. 172. *Dilatante Deo fines Eccleſiæ, ordinatus eſt in Racesburg Epiſcopus, Dominus*

Digitized by Google

*Evermodus, Præpoſitus de Magdeburg, deditque ei Comes Polaborum, **Henricus**,* (de Badwide) *Inſulam ad inhabitandum prope Caſtrum. Præterea, trecentos manſos reſignavit Duci,* (Henrico Leoni) *dandos in dotem Epiſcopii. Porro decimas Terræ recognovit Epiſcopo, quarum tamen medietatem recepit in beneficio, & factus eſt Homo Epiſcopi, exceptis trecentis manſis, qui cum omni integritate tam redituum, quam decimarum, ſunt Epiſcopi. Interfuit his rebus agendis Dominus Ludolſus, Præpoſitus de Cuzelina, & dixit ad Comitem, præſente Comite Noſtro, **Adolfo**: Quoniam Comes Terræ Polaborum benefacere cœpit erga Pontificem ſuum, decet, ut noſter Comes* (Holſatiæ) *non faciat minorem partem ſuam. Ampliora enim de ipſo præſumenda ſunt, utpote de Homine literato, habente ſcientiam rerum Deo placentium. Tunc Comes noſter ſecutus factum Comitis Polaborum, remiſit de Beneficio ſuo trecentos manſos, qui oblati, per manus Ducis, in dotem Aldenburgenſis Epiſcopatus &c.* Conf. *Chron. Slavic. Lindenbrogii* ad ann. 1154. pag. 255. *Albertus Crantz*, lib. VI. *Metropol.* Cap. XXVIII. & lib. IV. *Vandal.* Cap. 15.

Ann. 1155. Ad colloquium evocat *Henricus*, Dux, *Slavorum* Principes, *Pribislaum & Nicolotum, Erteneburgum*; qui, Edicto parentes, ad blaſphemiam usque, eum colunt. Vid. præced. *Catalog. Ducum Saxoniæ*, l. c. ad h. a.

Ann 1156. Idem Princeps præcepit *Slavis Obotritis & Aldenburgenſibus*, ut auxilia ferrent *Sueonum*, Danorum Regi, adverſus *Canutum* & *Woldemarum*, ipſius agnatos, æmulosque. Vid. l. c. ad hunc annum pag. 162.

Ann. 1157. 15. Cal. Febr. Ratisbonæ concedit Imperator VLADISLAO *Illuſtri & Strenuiſſimo Duci Bohemiæ* poteſtatem *portandi Circulum* (i. e. coronam) *in Nativitate Domini, & in Paſcha, & in Pentecoſte, & in Feſtivitatibus S. Wenceslai Glorioſi Martyris, & S. Adelberti &c.* adhæc concedit eidem & ſucceſſoribus, *cenſum de Terra Poloniæ, quem Anteceſſores Ejus, Duces Bohemiæ, à Polonis, retroactis temporibus, accipere ſolebant &c.* Vid. Diploma apud Dn. *Lunigium*, Contin. I. *des Reichs Archivs, Erſte Fortſetzung*, §. 1. pag. 1.

Ann. eod. Albertus Urſus eripit *Slavis Brandenburgum.* Vid. præced. §. 10. lit. o. v. 3. ad h. a. pag. 65.

Ann. eod. Imperator ad homagium compellit *Boleslaum, Polonorum Ducem*, hactenus rebellem. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 130. & Tit. v. vita *Friderici I.* h. a. pag. 580.

Ann. 1158. Ejusdem Imperatoris gratia, nanciſcitur *Labeslaus*, ſeu *Uladislaus, Bohemorum Dux*, titulos honoresque *Regis*. Vid. cit. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 131.

Ann. eod. Auxilio futurus Imperatori, *Cremenſes* Italos obſidio prementi, laudatus Princeps, *Henricus Leo*, juramento conſtringit *Nicolotum*, cæterosque *Slavos*, ad ſervandam Danis, Saxonibusque, pacem. Vid. præced. *Catalog. Ducum Saxoniæ*, l. c. ad h. a. pag. 163.

Ann. 1160. Ex Italia domum rediens idem *Henricus* Dux, impellente Danorum Rege, *Woldemaro*, perfidis *Slavis*, abſente Se, contra juratam fidem, varias dantibus turbas, arma infert; *Nicolotum* debellat; *Pribislaum & Werslaum*, Filios ejus, conjicit in fugam, Caſtra eorum diruit, & ubique ducit triumphum. Vid. l. c. ad hunc annum, pag. 163.

Ann. eod. Accipit ab Imperatore, Diplomate ſolemni, jus inveſtiendi Epiſcopos *Slaviæ, Aldenburgicum, Megapolitanum*, & *Razeburgicum*, licet eo, tanquam ſupremus Terræ Dominus, non indiguerit. Vid. præced. Tit. XV. § 22. lit. h ſub *Friderico I.* ad ann. 1160. pag. 1394. & præced. *Catalog. Ducum Saxon.* l. c. pag. 164.

Ann. 1162. & 1163. *Adalbertus, Marchio Brandenburgicus*, pro arbitratu ſuo, ordinat *Slaviam Orientalem*, armata manu Barbaris ereptam, magnum debellatorum Terræ tractum advenis *Belgis* incolendum tradens. Vid. *Helmoldus*, lib. I. Cap. 88. pag. 203. præced. §. 10. lit. o. v. 3. ad h. a. pag. 65. à quo tempore, *Transalbinus Ducatus* per oram iſtam Slavicam, quietè hactenus penes Potentiſſimos Marchiones & Electores Brandenburgicos ſtetit. Frequens ejus mentio fit in Diplomatis, v. g. *Henrici VI.* Imp. dat. 5. *Kal. Auguſti*, ann. 1195. in *Lucana*, apud Ampliſſ. Dn. *Ludewig*, de *Formula Ducatus Brandenburgici*, §. IV. lit. h. pag. 40. ubi: *Univerſitati preſentium & futurorum notitie declaramus, quod cum Nobiles Viri: Otto, Brandenburgenſis Marchio, & Comes Albertus, Frater Ejus, Divine remunerationis intuitu, ut cæleſtis Patrimonii participes redderentur, Prediaque in DUCATU TRANSALBINO, SEU MARCHIA BRANDENBURGENSI - - - Magdeburgenſi Eccleſiæ tradidiſſent, ab ArchiEpiſcopo, & ſuis Canonicis, promiſſionem hujusmodi acceperunt &c.* & in alio, in *Linaria* dato, 7. Id. Julii, an 1197. ibid. pag. 41. *Ea propter Univerſitati preſentium, & futurorum notitie declaramus, quod Dilecti Noſtri, Nobiles Viri, Otto, Brandenburgenſis Marchio, & Comes Albertus, Frater Ejus, ad profectum ſalutis animarum ſuarum, Predia - - - in DUCATU TRANSALBINO, SEU MARCHIA BRANDENBURGENSI, & in*

& in omnibus Comitatibus ad Marchiam pertinentibus &c. nec non in literis ipſius *Ottonis* Marchionis de ann. 1196. ibid. lit. *i.* pag. 42. *Otto, Divina favente Clementia ſecundus Marchio de Brandeburch - - - tam univerſitati preſentium, quam & futuris in poſterum, declaramus, quod - - - Predia - - - in* DUCATU TRANSALBINO, SEU MARCHIA NOSTRA, *& in omnibus Comitatibus ad Marchiam Noſtram pertinentibus &c.* Conf. Illuſtr. Dn. *Coccejus*, in *Juris Publici Prudentia*, Cap. 3. Sect. 5. §. 70. & 71. p. 71. &c. Probè autem diſtinguendus eſt Ducatus hic, à *Ducatu Slaviæ Occidentalis, Henrico Leoni*, Saxonum Bojorumque Duci, jure belli obnoxio, cujus partem, ann. 1167. *Pribislao, Obotritorum* Regulo, reſtituit, in poſteros quoque Ejus, *Megapolitanos* Duces, tranſmiſſam; non minus à *Pomeranico*, ſeu *Septentrionali*, cujus Principes, *Caſimirus & Bogislaus*, eidem Duci, nec non Danis, facti quandoque vectigales, donec, extincto *Caſimiro, Bogislaus* Imperatori, *Friderico*, homagium præſtiterit. Quæ jam probabo.

Ann. 1163. *Henricus* Dux, modò laudatus, in gratiam recipit extorres, factorumque veniam efflagitantes, *Slavorum* Principes, *Pribislaum & Werslaum*, eisque omnes *Kycinorum & Circipanorum* agros occupandos tradit; quamvis non multo poſt, portione hac non contentos, & ad vomitum redeuntes, denuò armis in ordinem redigere fuerit coactus, è quibus etiam, deditionem faciente Caſtro *Wurle*, *Werslaum* in captivitatem, *Brunſuicum* duxit. Vid. præced. *Catal. Ducum Saxon.* v. 16. in vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad h. a. pag. 165.

Ann. eod. Rugiani Principes Ejuſdem gratiæ fiunt participes. Vid. l. c.

Ann. 1164. Inſtinctu captivitatem ſubeuntis fratris *Werslai*, Rebellionem continuante *Pribislao*, expugnanteque *Magnopolim*, Chriſtianis civibus miſerè jugulatis; & ad pandendas portas adigente *Malchovienſes & Cuſſinenſes*; perfidiam pariter, ac effuſum tot Chriſtianorum ſanguinem, ulturus Dux *Henricus, Woldemari* Danorum Regis, & *Adelberti* Brandenburgenſis Marchionis, auxilio, exercitum in rebelles ducit; maleficum *Werslaum*, haud procul à Caſtro *Malchow*, in quo frater *Pribislaus* latitabat, de arbore ſuſpendit, ipſumque *Pribislaum*, una cum fœdere ſibi junctis *Pomeraniæ Ducibus, Caſimiro & Bogislao*, conjicit in fugam, rem *Slavorum* omnem forti manu evertens; Apud *Demminum*, licet *Adolfus* Holſatiæ & *Reinholdus*, Ditmarſiæ Comites, quos cum Exercitu eò miſerat, per inſidias à *Slavis* ſint interempti. Vid. l. c. ad h. pag. 167.

Ann. 1167. Retundendo bello, quod Saxoniæ Principes, contra jus faſque ſibi intentaverant, indigens Dux *Henricus* ſtrenuo militum Duce; reſtituit vagabundo hactenus omnemque contra fidelitatem ſanctè promittenti, *Pribislao*, avitam *Obotritorum* terram, *Suerinenſi* Comitatu, in *Guncelinum* tranſlato, excepto. Hæcque eſt epocha, qua major veteris *Obotritorum* patrimonii pars ad priſtinos rediit Dominos, ipſorum poſteris, Sereniſſimis Ducibus *Megapolitanis*, hucusque farta tecta manens. Vid. ibid. ad h. a. pag. 170.

Ann. eod. Danorum rebus ubique ferè malè ſe habentibus, quidam *Gotſchalcus* ex comitibus Regiis, Sclavicæ originis, linguæque gnarus, hac arte *Saxones*, quorum geſta fortia Danis exitioſa videbantur, *Slavis* exoſos reddere conatur. *Pomeranos aggreſſus, ſe priſcæ familiaritatis memoria, ac totius Populi Sclavici charitate, permotum, retundendæ eorum inertiæ cauſa, adveniſſe, dicebat, quod pernicioſa ab eis, utilium loco, duci perſpectum habeat. Siquidem animadvertere eos oportere, quam noxiæ dominationis jugum receperint, quodque iis obſequio pareant, qui ipſos Patria tandem exuere cupiant. Quippe Saxones, quantum ex ipſorum finibus occupaverint, protinus cultu atque habitatione complecti, nec præda aut gloria contentos, proferendi Imperii cupiditate, victoriæ lucra continua poſſeſſione firmare, quam ob rem eos Nucletum* (Nicolotum) *vita, Priſclavum* (Pribislaum) *Patria ſpoliaſſe: Razaburgam, Illogam, ac Suerynam, in totius Slaviæ ruinam, vallo foſſaque cinxiſſe. Danos vero diverſo ſtudio bella gerere, nec hoſtium fines, ſed mutuæ pacis commercium affectare, proprium tueri, quam alienum appetere, cupidiores. Itaque ſummopere eos elaborare debere, uti Saxonicis præſidiis Patriam vacuefaciant, omnique Theutonum plebe Regno egeſta, amicitias cum Danis componant, quos Saxonum hoſtes eſſe non ambigant: ita demum eos, ſempiternæ libertatis beneficio, Patriam ornaturos.* Hæc *Saxo Grammaticus*, lib. XIV. *Rer. Danic.* pag. m. 284. & 285. immediatè annectens: *His monitis concitati Pomerani loca, à Saxonibus intra Sclaviam obtenta, pervadunt; Illogam capiunt; reliquis eorum munitionibus defenſorum virtute ſervatis. Et ne Ducis inopes viderentur, Danorum Regis titulum profitentur &c.* Enimverò metuentes Dani, ne, ejectis Saxonibus, pari dolo intercluderentur, reſtaurant amicitiæ fœdera cum Saxonibus, dataque Ducis filia Regis filio in matrimonium, *militia adverſum Sclavos, paribus votis condicitur. Sed En Diminum petente, Rex Walogoſtum profectus, omiſſa Urbis oppugnatione,*

æ, finitima rura armis percurris. Oſtii quoque Oppidi, recentem vaſtitatem, poſt parum reædificati, incendium iterat. Eodem vaſtationis genere, diverſa Regionis loca petuntur. At Sclavi, quia viribus niti nequibant, utrumque hoſtem aere atque obſidibus, placant. Idem l. c. p. 285.

Ann. 1168. *Woldemarus*, Rex Danorum, ſubjugat *Rugianos Slavos*, de quibus ita *Helmoldus*, lib. 2. Cap. XII. §. 1. &c. pag. 234. *In tempore illo congregavit Waldemarus, Rex Danorum, Exercitum grandem, & naves multas, ut iret in Terram Rugianorum, ad ſubjugandum eam ſibi. Et adjuverunt Eum KAZEMARUS & BUGGEZLAVUS, Principes Pomeranorum, & PRIBIZLAVUS, Princeps Obotritorum, eò quod mandaſſet Dux* (Henricus) *Slavis, ferre auxilium Regi Danorum, ubicunque fortè manum admoviſſet ſubjugandis exteris Nationibus. Proſperatum eſt ergò opus in manibus Regis Danorum, & obtinuit Terram Rugianorum, in manu potenti, & dederunt Ei, pro ſui redemptione, quicquid Rex impoſuiſſet. Et fecit produci ſimulacrum illud antiquiſſimum, ZWANTEVITH, quod colebatur ab omni Natione Slavorum, & juſſit mitti funem in collum ejus, & trahi per medium Exercitum, in oculis Slavorum, & fruſtatim conciſum in ignem mitti; & deſtruxit Fanum, cum omni Religione ſua, & ærarium locuples diripuit; & præcepit, ut diſcederent ab erroribus ſuis, in quibus nati fuerant, & aſſumerent cultum veri Dei; & dedit ſumptus in ædificia Eccleſiarum; & erectæ ſunt duodecim Eccleſiæ in Terra Rugianorum; & conſtituti ſunt Sacerdotes, qui gererent Populi curam, in his, quæ Dei ſunt. Et affuerunt illic Pontifices, Abſolon, de Roſchilde, & Berno de Magnopoli. Hi adjuverunt manus Regis, cum omni diligentia, ut fundaretur cultus Domus Dei noſtri, in Natione prava atque perverſa. Erat autem tunc temporis Princeps Rugianorum, Vir Nobilis, JAREMARUS, qui, audita vera Dei cultura, & fide Catholica, alacriter ad baptiſma convolavit, præcipiens etiam omnibus ſuis, ſecum ſacro baptiſmate renovari &c.* & Cap. XIII. §. 1. pag. 236. *Anno ergò incarnati Verbi M. C. LXVIII. fundatum eſt opus novæ plantationis, in Terra Rugianorum, & ædificatæ ſunt Eccleſiæ, & præſentia Sacerdotum illuſtratæ. Servieruntque Regi Danorum ſub tributo, & accepit Filios Nobilium obſides, & abduxit eos ſecum in Terram ſuam. Hæc autem acta ſunt tempore, quo Saxones Civilia bella gerebant &c.* Conf. *Saxo Grammat.* lib. XIV. pag. m. 287. &c. *Crantzius* lib. VI. *Daniæ*, Cap. XX. & ſeqq. *Pontanus*, lib. VI. *Rer. Danic.* in *Woldemaro* ad ann. 1168. *Joh. Adolphi Cypræi, Annal. Epiſcoporum Sleſwicenſ.* lib. I. cap. 27. De gravi lite, occaſione hac, inter dictum Regem, & *Henricum*, Ducem Saxoniæ, qui, ex pacto, dimidiatum tributum à *Rugianis* ſolvendum, ſibi competere perhibebat, oborta, evolvendus *Helmoldus* l. c. verbis præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, l. c. ad h. a, pag. 171. occurrentibus. Coronidis loco de Idolo, *Zwantevith*, h. e. *S. Vito*, addenda *Helmoldi* verba, l. c. Cap. XII. §. 5. 6. & 7. pag. 235. *Tenuit autem fama commemorat, Ludewicum, Karoli filium, olim Terram Rugianorum B. Vito in Corbegia, eò quod ipſe fundator extiterit, Cœnobii illius. Inde egreſſi Prædicatores, Gentem Rugianorum, ſive Ranorum, ad fidem convertiſſe feruntur, illicque oratorium fundaſſe, in honorem Viti Martyris, cujus venerationi Provincia conſignata eſt. Poſtmodum verò, ubi Rani, qui & Rugiani, mutatis rebus, à luce veritatis aberrarunt, factus eſt error pejor priore: nam S. Vitum, quem nos ſervum Dei confitemur, Rani pro Deo colere cœperunt, fingentes ei ſimulacrum maximum, & ſervierunt creaturae potius, quam Creatori. Adeo autem hæc ſuperſtitio apud Ranos invaluit, ut Zuantevit, Deus Terræ Rugianorum, inter omnia Numina Slavorum, primatum obtinuerit, clarior in victoriis, efficacior in reſponſis. Unde etiam, noſtra adhuc ætate, non ſolum Wagirenſis Terra, ſed & omnes Slavorum Provinciæ, illuc tributa annuatim tranſmittebant, illum Deum Deorum eſſe profitentes &c.* Conf. præced. Tit. XV. §. 5. lit. a pag. 1131. *Saxo Grammat.* cit. lib. XIV. pag. m. 288. & 289. *Chronic. Slavicum Lindenbrog.* Cap. V. pag. m. 190. aliud etymon profert *Hieronym. Emſerus*, in Vita *Bennonis*, Epiſcopi Miſnenſ. Cap. XIX. apud *Surium* 16. Junii, pag. m. 236.

Ann. 1169. Conſequitur Dux *Henricus*, à Danis, debitam ſibi *Rugiani* tributi portionem, & obſides. Vid. ibid. ad h. a. pag. 172.

Ann. 1170. Idem Dux vel fundat, vel dotat, Epiſcopatum *Suerinenſem*. Vid. *Maderi Antiquit. Brunſvic.* pag. 234. *Lindenbrogii Script. Septentrional.* inter Diplomata Hamburgenſis Eccleſiæ, §. 59. pag. 165. Dn. *Lunig. Reichs-Archiv*, Part. ſpec. Contin. 2. *Vierte Abtheilung, Sechſter Abſatz*, §. 1. pag. 498.

Ann. 1171. In Terram Sanctam profectus idem Dux, Comitem itineris habuit dictum *Pribislaum*. Vid. l. c. ad h. a. pag. 173.

Ann. 1173. *Pomeraniæ* militem obducens idem Princeps, potitur *Demino*; Principesque Terræ, *Caſimirum & Bogislaum*, ſponte ſe dedentes, in fidem ſuſcipit. Vid. l. c. ad h. a. p. 175.

Ann. 1180. Iniqua ſententia ab Imperatore proſcri-

ptus

Digitized by Google

ctus Dux laudatus, opponit *Bernhardum, Razeburgicum; Guncelinum, Suerinenſium*, aliosque Comites, cum Exercitu, hoſtibus in Weſtphalia. Vid. l. c. ad h. a. pag. 176.

An. 1181. Per eundem *Bernhardum*, ſuis legibus ſubdit *Segebergam*; brevi poſt verò hunc ipſum Comitem, proditionis accuſatum, una cum filio, *Volrado*, terris ejicit, *Razeburgum & Gadebuſchum*, eorum caſtra, præſidiis firmans; ibid. h. a. pag. 177.

Ann. eod. Rebellantes *Pomerani* ſubdunt ſe Imperio, *Henrico Leoni* valedicendo. *Circa dies illos*, (quibus Imperatori varia per Saxoniam Caſtra tradebantur, adeoque ann. 1181) *mortuus eſt CAZAMARUS Princeps Pomeranorum, Duci* (Henrico) *amiciſſimus, & defecerunt ab eo Slavi*, (Pomerani) *quia Frater ejus BUGISLAUS, Imperatori conjunctus, hominium & tributa ei perſolvit &c.* Hæc Arnoldus *Lubecenſis*, lib. 2. Cap. 31. §. 3. pag. 290. Juxta *Grammaticum Saxonem*, lib. XV. *Rer. Danicar.* pag. m. 331. ambo fratres Cæſari ſe ſubjecerunt, ibi, mentione facta colloquii Imperatoris cum Rege Daniæ, prior dixiſſe fertur: *Sclavos, enervandi gratia Henrici*, (Ducis Saxonum) *à ſe promiſſionibus allectos eſſe, quas, eodem expugnato, minimè exequi velit, memor, quid olim ſibi, de ſubigenda Slavia, pollicitus fuerit. Orare deinde patiatur, ſe eam, ad præſens, ſui muneris facere; binis Fratribus, geminæ Præfecturæ titulo, ſpecioſius quam diuturnius tribuendam. Eandem quippe ſe Ei, profligato Henrico, ſubjicere curaturum. Annuente Rege, poſteroque die concionem petente, BOGISZLAVUM & KAZIMARUM, datis ſolemniter Aquilis, Sclaviæ Duces appellat, veterem atque hæreditariam Patriæ libertatem, vanis ac fucoſis dignitatum nominibus, venditantes. Quod ſi ſciſſent, quanto oneri ſe exigui panni receptione ſubſternerent, mortem beneficio prætuliſſent; aut privati, in omne vitæ tempus, degere maluiſſent. Sic, ſub honoris ſpecie, graviſſimis dedecoris probris implicati, diſcedunt, ſervitutem, falſis dignitatum inſignibus coloratam, in Patriam referentes &c.* Hinc ſua *Albertus Crantzius*, lib. VI. *Wandal.* Cap. XIV. *Venientes in Caſtra Cæſaris Principes Pomeranorum, Ducali nomine, traditis Aquilis, cum Bannerio inſigniuntur, factaque de homagio fide, in propria revertuntur &c.* Ita lib. VIII. *Wandal.* Cap. XXVII. *Werslaus I. - - - pervenit ad Annum Chriſti* 1124. *ibique finem vivendi faciens, filios reliquit Bugslaum & Kaſimirum, qui, ſub Imp. Friderico I. ſuſceperunt Ducalem honorem, in obſidione Urbis Lubicæ &c.* & reliqui; quamvis circa annum, quo dicti Principes in numerum Germaniæ Procerum ſint cooptati, varient; *Martinus Zeilerus*, in *Deſcriptione Germaniæ*, Cap. XVII. pag. m. 377. producit, hoc titulo, annum 1180. *Spenerus Syllog. Geneal.* pag. m. 731. *Limnæus* Addit. ad lib. V. *Jur. Publ.* Cap. VII. §. 98. pag. 828. *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. I. Cap. XVI. §. 17. pag. m. 167. Dn. *Fridericus Lucæ, im Uhr-alten Furſten-Saal*, pag. m. 901. multique alii, id factum arbitrantur ann. 1181. in Caſtris ante Lubecam. *Micrælius Syntagm.* lib. 3. Sect. 12. pag. m. 678. *Hemmingeſius* part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 311. aliique, habent ann. 1182. De nudo facto teſtantur B. *Bertius* lib. 2. Comment. *Rer. German.* Cap. XXI. pag. m. 236. *Morery*, Dictionaire voc. *Pomeranie*, pag. m. 190. Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c. pag. 17. ſexcenti alii. Quæ de *Aquilis* hic dicta, perſtrinxit jam Dn. *Schurtzfleiſchius* Diſſ. de *Originibus Pomeranicis*, §. VII. lit. z. p. 20. Verum tamen eſt, hac ætate, rebus *Henrici Leonis* minus benè ſe habentibus, *Pomeranos*, ſepoſita Fidelitate, anno 1177. ut dictum, Ei jurata voluntaria deditione, Imperii cives factos; idque de *Bogislao* fatentur omnes: *Caſimirum* autem *Duci amiciſſimum* deceſſiſſe, ex *Helmoldo* audivimus; qua ratione igitur & ipſe Cæſari, Ducis hoſti infenſiſſimo, præſtiterit homagium? ſed ne præfatum Imperatoris colloquium cum Daniæ Rege, ſine fuco, quandoquidem Dani tunc non amplius erant Pomeraniæ Domini, ſed Dux *Henricus*. Vid. *Conring.* l. c. §. 19. pag. 168. &c. Apud *Bruſchium*, in *Chronologia Monaſteriorum Germaniæ*, Tit. *Mons Monachorum*, Germ. *Münchsberg*, in vita *Wolframi II.* XIV. Abbatis, p. m. 321. occurrit charta, qua *Bogislaus Pomeranorum* Dux, gratitudinis ergò, pro converſa ad Chriſtum *Pomerania*, ad tumbam *S. Othonis* Bambergenſis, ſingulis annis ex omnibus tabernis majoribus Terræ *Pomeranorum*, unum *lapidem ceræ*, h. e. 26. libras, & dimidiam partem ex minoribus, dari curaverit, hoc tenore: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Boguslaus, D. G. Pomeranorum & Sclavorum Dux, notum eſſe cupimus ſanctæ univerſitati fidelium, tam præſentium, quam & futurorum, quoniam, ex petitione & inſtinctu Patris noſtri, Venerandi Pomeranorum Epiſcopi, Domini Conradi, ſimulque ex petitione Fratrum, Monachorum Cœnobii S. Michaelis in Babenberga, decrevimus donandum annuatim de cera pondus, quod vulgò lapis ceræ (ceræ) dicitur, ex ſingulis Terræ noſtræ tabernis, de majoribus quidem integrum, de minoribus verò dimidium, in uſum ejusdem Eccleſiæ S. Michaelis, ad ſepulchrum beatæ memoriæ Othonis Epiſcopi, Gentis noſtræ Apoſtoli, ob remedium animæ noſtræ, Fratriſque noſtri, Caſimari, ſimulque uxoris, ac filiorum, omniumque ſucceſſorum noſtrorum, obtentu orationis ac fraternitatis Fratrum*

ejus-

Cap 34. §. 8. pag. 88. & *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1106. pag. 150. loquuntur) *in univerſa Slavia erat Eccleſia, vel Sacerdos, niſi in Urbe tantùm, quæ nunc Vetus Lubika dicitur, eò quod Henricus, cum Familia ſua, ſæpius illic moraretur &c.*

Quid in *Polonia* interim geſtum ſit, docet *Lambertus*, ad ann. 1077 pag. m. 246. totidemque verbis Monachus *Herveldenſis*, ann. eod. apud *Schardium*, T. I. *Rer. German.* pag. 436. *Dux Polonorum, qui per multos jam annos, Regibus Teutonicis tributarius fuerat, cujusque Regnum jam olim, Teutonicorum virtute, ſubactum, atque in Provinciam redactum fuerat, repentè in ſuperbiam elatus, propterea quod Principes Teutonicos cerneret domeſticis ſeditionibus occupatos, nequaquam, ad inferenda externis Gentibus arma, vacare, Regiam dignitatem, Regiumque nomen, ſibi uſurpavit, Diadema impoſuit, atque ipſo die Natalis Domini, à XV. Epiſcopis, in Regem eſt conſecratus. Quæ brevi poſt comperta, Principes Teutonicos, quibus Reipublicæ dignitas curæ fuit, graviter affecêre, ſibique invicem ſuccenſebant, quod dum inteſtinis in ſe, atque in ſua viſcera, odiis ſævirent, & digladiarentur, potentiam opesque Barbarorum in tantum aluiſſent, ut jam tertiò Dux Boëmicus Regnum Teutonicum ferro & igne populabundus peragraſſet, & nunc Dux Polonorum, in ignominiam Regni Teutonici, contra leges ac jura Majorum, Regium nomen, Regiumque diadema, impudens affectaſſet &c.* Conf. *Bertoldus Conſtantienſis*, ann. eod. pag. m. 347. *Dux Poloniæ ſe in Regem coronavit &c.* multos tamen *Bohemorum* cauſam *Henrici*, contra *Rudolfum* Anti-Cæſarem, juvaſſe, ex *Bertoldo* diſcimus, l. c. ſcribente: *Rex autem* (Rudolfus) - - - *ad obſidendum quoddam Caſtellum, perrexit. Sed ecce! ex improviſo æmulus ejus, Henricus, cum maxima multitudine Bohemorum, & Bajoariorum, advenit —— Heinricus igitur, accepta occaſione, omnia circumquaque, praeda, ferro, & igne, non ceſſavit devaſtare. Nam Fautores Ejus ex Bohemia, homines libentius, quam pecudes praedabantur, ut eos, usque ad ſatietatem ſuæ libidinis inhumanae, proſtituerent, & poſtea inhumanius eos Cynocephalis devorandos venderent &c.*

Ann. 1079. commiſſo, Imperatorem inter & Saxones, juxta *Fladecheim*, prælio: *Dux Boëmiæ FINTIZLAUS*, (Fratizlaus) *Regalem lanceam Rudulphi adeptus eſt, quae exinde, permiſſione Regis Heinrici, ſemper quemvis illius Gentis Ducatu inſignem, in omni feſtiva proceſſione, praecedit &c.* Sunt verba *Chronographi Saxonis* ad h. a. pag. 263. Conf. teſtes alios, præced. Tit. 2. §. 12. lit. h. v. 6. pag. 246.

Ann. 1081. *Bellum, inter Luipoldum Marchionem & Conradum, Fratrem Ducis Boëmiæ, 4. Idus Maji &c.* Hæc *Chronographus Saxo* h. a. pag. 264.

Ann. 1086. Impoſuit Imperator *Henricus*, laudato *Vratislao*, diadema Regni *Bohemici*. Vid. præc. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 113. & Tit. 5. §. 8. lit. c. pag. 428.

Ann. 1101. *Udo Marchio, & alii plures Saxonum, Barbaros, qui Luitici vocantur, invaſit, & Urbem, quæ Brandeburch dicitur, obſedit, & honorificè cepit &c.* Ita *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 278. Ad plures abiiſſe *Udonem* hunc ann. 1106. præced. §. 10. lit. o. pag 60. commemoravi, ubi ſimul ſucceſſores ejus celebrantur.

(21) Extinctis, uno eodemque anno 1106. *Henrico IV.* Imp. & *Magno*, Saxonum Duce, *Billingicæ* Gentis poſtremo, Imperiale ſolium conſcendit HENRICUS V. *Quarti* filius, cujus beneficio *Lotharium, Supplenburgi* Comitem, *Ducatum Saxoniæ* nactum, præced *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 14 in Ejus vita, §. 4. pag. 132. probavi. Hac ipſa ætate, caſo à *Slavis* rebellibus *Godefrido*, Holſatorum Comite, transſtulit Comitatum iſtum *Lotharius* Dux in *Adolfum, Schauenburgico* ſanguine cretum, inter quem, & *Slavorum* Principem *Henricum*, firma pax fuit. Vid. l. c. Non minus benè cum *Lothario* ipſo convenerat *Henrico*, Ducem comiter habenti, probeque notanti, quantum emolumenti ex amicitia *Magni* in ſe redundaverit, ſub *Lothario* quoque colenda. Cæterum eo usque potentiam ſuam extendebat, ut, debellatis ad *Lubecam Rugianis, Slavorum* quoque *Regis* titulos aſſumeret, per *univerſam Slaviam* Princeps potentiſſimus. Vid. ſupr. l. c. §. 5. His autem non obſtantibus, *cum (Ann. 1107.) Brizanorum, & Stoderanorum, Populi, hi videlicet, qui Havelberg & Brandenburg habitant, rebellare pararent, viſum fuit HENRICO, armis adverſus eos utendum, ne fortè duarum Gentium inſolentia toti Orienti rebellionis materiam parturiret. Perrexit ergò cum amiciſſimis ſuis, Nordalbingorum armatis, peragiausque Slavorum Provinciam, cum ingenti periculo, venit Havelberg, eamque obſidione vallavit. Præcepitque omni Obotritorum Populo, ut deſcenderent ad expugnationem Urbis, & crevit obſidio in dies & menſes &c.* Hæc *Helmoldus*, lib. I. Cap. 37. §. 1. & 2. pag. m. 92. immèdiatè §. 3. pergens: *Interea perlatum eſt ad MISTUE, filium HENRICI, quod gens quædam foret è vicino, fertilis omnibus bonis, habitatoresque ejus quieti, & nullius turbulentiae ſuſpecti. Porrò, Slavi illi dicti ſunt Lini, ſive Linoges; aſſumptisque ſecum ducentos Saxonum & tre-*

& trecentos Slavorum, *omnes electos, & abiis, inconſulto Patre, iter bidui, per anguſtias nemorum, & difficultates aquarum, & paludis maximae, irruitque ſuper ſecuros & improvidos, & duxit ex eis infinitam praedam, & captivitatem hominum, abieruntque omnes.* Cumque maturantes reditum, difficiliora paludis tranſirent, ecce circumjacentium locorum incolæ pariter conglobati, ad pugnam proruunt, volentes captivitatem liberare. Videntes ergò ii, qui erant cum MISTUE, ſe immenſa multitudine hoſtium circumfuſos, viamque ferro aperiendam, adhortati ſunt ſe mutuo, totisque viribus eniſi, omnem obſiſtentium multitudinem peremerunt, in ore gladii, praeterea, Principem eorum captivum ſecum abduxerunt, veneruntque ad HENRICUM, & Exercitum, qui erat in obſidione, cum ſalute victoriam, & divitias maximas, reportantes. Poſt paucos autem dies, Brizani, cæterique rebelles, pacem poſtulaverunt, datis obſidibus, quos HENRICUS voluiſſet; atque in hunc modum ſedatis rebellibus, HENRICUS ad ſua reverſus eſt. Nordalbingorum quoque Populi ad ſedes ſuas reverſi ſunt &c.* Conf. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XV. pag. m. 194. *Crantzius*, libr. 3. *Wandal.* Cap. 23.

Biennio poſt, in *Rugianos* profectus eſt *Henricus*, cædem filii, *Woldemari*, vindicaturus. *Accidit poſt hæc*, (inquit *Helmoldus*, lib. I. Cap. 38. pag. 93. &c.) *ut unus filius HENRICI, WOLDEMARUS nomine, occideretur à Ranis. Quam ob rem, Pater, dolore pariter & ira permotus, omnem animum intendit, ad rependendam talionem; miſitque nuncios in univerſas Slavorum Provincias, ad contrahenda auxilia, conveneruntque omnes pari voluntate, eademque ſententia, ut parerent juſſionibus Regis, expugnarentque Ranos, & fuerunt innumerabiles, ut arena maris; nec his contentus, miſit ad accerſendos Saxones, eos ſcilicet, qui de Holſatia & Sturmaria ſunt, commonens eos privata amicitiæ. Et ſecuti ſunt eum pleno corde, numero quaſi mille ſexcenti. Tranſitoque flumine Trabena, abierunt, per longiſſimos fines Polaborum, & eorum, qui dicuntur Obotriti, quousque pervenirent ad Panim fluvium. Quo tranſmiſſo, duxerunt iter ad Urbem, quae dicitur Woligaſt, apud urbaniores vocatur Julia Auguſta, propter Urbis Conditorem, Julium Cæſarem. Illic invenerunt HENRICUM, expectantem eos &c.* Inſtituta conſultatione ſuſcipiendi itineris, ordinisque ſervandi inter Nationes, *reſponderunt Saxones, dicentes: Noſtri juris eſſe dinoſcitur, ut ad bella procedentium nos primi, redeuntium noviſſimi inveniamur. Legem ergò a Patribus traditam, & hactenus poſſeſſam, hoc etiam loco minimè negligendam arbitramur. Et annuit eis Rex. Licet enim Slavorum multus eſſet numerus, HENRICUS tamen ſe non credebat eis, eò quod ipſe noſſet omnes. Levatis ergò ſignis, Saxones præierunt in fronte, cætera Slavorum agmina, ſuis ordinibus, ſubſecuta ſunt. Et tota die ambulantes in glacie, & nive multa, circa nonam tandem apparuerunt in Terra Rugianorum. Statimque villæ, littori contiguæ, inflammatæ ſunt &c.* Ita *Helmoldus* l. c. §. 5. pag. 94. annectendo §. 6. pag. 95. *Videntes ergò Rugiani impetum Viri*, (Henrici Regis) *timuerunt timore magno, miſeruntque Flaminem ſuum, qui cum ipſo de pace componeret. Primò ergò quadringentas, deinde octingentas, marcas obtulit. Cumque Exercitus remurmuraret indignans, urgerentque aciem ad congreſſum, corruit ille ad pedes Principis, dicens: Ne iraſcatur Dominus noſter ſuper ſervos ſuos. Ecce, Terra in conſpectu tuo eſt, utere ea, ut libet, omnes in manu tua ſumus, quicquid impoſueris, feremus. Quatuor ergò millibus & quadringentis Marcis pacem redempti ſunt, acceptisque obſidibus in Terram ſuam reverſus eſt, dimiſitque Exercitum unumquemque in ſua; miſit autem nuncios in Terram Rugianorum, ad ſuſcipiendam pecuniam, quam promiſerant &c.* Enimverò, vix dimidiam promiſſæ pecuniæ partem pendentibus Slavis, *iratus HENRICUS paravit ſecundam profectionem in Terram Rugianorum; accitoque Duce Ludero*, (Lothario) *proxima hyeme, quae mare pervium reddidit, intravit Terram Rugianorum, cum magno Slavorum & Saxonum Exercitu, vixque tribus noctibus illic remanſerant, & cœpit hyems reſolvi, & glacies liqueſcere; contigitque, ut imperfectis rebus revertentes, marina pericula vix evaſerint, & non adjecerunt Saxones ultra intrare terram Ranorum, eò quod HENRICUS, modico ſupervivens tempore, morte ſua controverſiæ finem dederit.* Sic idem, v. 8. pag. 95. Conf. *Crantzius*, lib. 3. *Wandal.* Cap. XXV. & XXVI.

Ann. 1116. *Otto, Comes de Ballenſtede, cum LX de Theutonicis, vicit duo millia & octingentos de Slavis, in loco, qui Cothine dicitur, ex quibus ibidem corruerunt mille ſeptingenti, & amplius, quinto Idus Februarii &c.* Sunt verba *Chronographi Saxonis* h. a. pag. m. 284. Conf præced. §. 10. lit. o. pag. 60.

Ann. 1124. *Otto Bavenbergenſis Epiſcopus, invitante pariter & adjuvante BOLIZLAO, Polonorum Duce, Deo placitam adiit peregrinationem ad Gentem Slavorum, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Odoram & Poloniam; prædicavitque Barbaris Verbum Dei, Deo cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis: omnemque Gentem illam, cum Principe eorum WERTIZLAVO, convertit ad Dominum, permanetque fructificatio divinæ laudis illic usque in ho-*

dier-

diernum diem &c. Ita *Helmoldus*, lib. I. Cap. 40. §. 10. pag. m 99. Conf. idem. lib. 2. Cap. 4. §. 14. pag. 222. verbis præced. *Catal. Ducum Saxoniae*, in vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad ann. 1164. pag. 167. occurrentibus; nactum *Ottonem* licentiam eundi ad *Pomeranos*, in Curia Babenbergica, docet *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Cosmodromii*, Cap. 58. apud *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. m. 268. Conf. *Crantzius*, lib. V. *Saxon.* Cap. 44. & lib. 3. *Wandal.* C. XXVIII. & reliqui *Bangerto*, ad lib. I. *Helmoldi*, Cap. 40. lit. g. pag. 106. laudati.

(22) An. 1125. LOTHARIO, Saxonum Duce, in Imperatorem electo, UDALRICUS, *Bohemiæ Dux*, ad præſtandum Ei homagium adactus eſt, Ann. 1126. vid. præced. Tom. I. Tit. V. ejus Vita, v. 4. ad h. a. p. 563. cæteri *Slavi* ſumma quiete gaviſi ſunt, *Heinrico* eorum Rege comiter & amicè cum *Adolfo* Comite, & Nord-Albingis, vivente; quamvis Chriſtianæ rei exigua adhuc incrementa acceſſerint, inſuperque, ab *Henrici* exceſſu, inter ipſius filios, *Zuentipoldum & Canutum*, Civile recruduerit bellum, amicabili tandem compoſitione finitum, diviſa inter litigantes æquis partibus Provincia; vid. præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 14. in vita *Lotharii*, § 7. pag. 135. Interfecto tamen non multo poſt *Canuto*, obveniebat ſuperſtiti *Zuentepoldo* totum Regnum; quo itidem, *Obotritis & Kycinis* in ordinem redactis, brevi poſt, una cum filio unico *Zuinike*, occiſo, defecit *Henrici* progenies. Vid. l. c.

Jam novæ lites circa ſucceſſionem; Principatum *Slaviæ* hereditario jure vindicatum ſibi eunte *Primislao*, laudati *Henrici* Regis, ex fratre *Buthuc*, nepote, eundem ad ſe ſpectare perhibebat *Canutus*, Dux Slesvicenſis, *Erici*, Danorum Regis, filius, dictique, *Henrici*, ex amita *Syritha*, fratruelis; quo perturbato ſtatu, adiit *Canutus* Imperatorem *Lotharium*, paratisque nummis, acquiſivit ſibi honores Regios, declaratus ab eo, an. 1133. *Obotritorum Rex*, licet, ut verum fatear, iſte *Slaviæ* Tractus ad Imperatorem tunc non pertinuerit. Semel interim malè acquiſita ut nihilominus propugnaret, ingrediebatur *Canutus* armata manu *Wagriam*, expugnatoque Caſtro *Alberg*, quod nunc *Segebergam* vocamus, invadebat *Slaviam*, *Pribislaum* captivum ducens, pariterque ac *Obotritorum* Principem, *Nicolotum*. Qui ambo tamen, poſt *Canuti*, à fratrueli, *Magno*, Gothorum Rege, jugulati, & in partes diſſecti, fata, Principatum recuperantes, hac lege eum inter ſe partiebantur, ut *Pribislao Wagria*, cum *Polaborum* Regione; & *Nicoloto Obotritorum* Provincia, cederent, ututi Principibus Chriſtiano nomini infenſiſſimis, cultumque idolorum ſummopere reſtaurantibus. Vid. præced. *Catalog. Ducum Saxoniæ* l. c. §. 8. & 9. pag. 136. nec non præced. Tom. I. Tit. V. §. 8. lit. a. pag. 424. Hæcque facta ſunt, Cæſare deſuper ne quidem muſſitante, excepto, quod *Canuti* cædem, minimùm, in ſpeciem, ulciſci meditaretur, auro tandem placatus; vid. præc. *Catal. Ducum Saxon.* l. c. §. 9. p. 136. ſequ. ubi *Helmoldi*, aliorumque teſtimonia; montem inſuper *Alberg* an. 1134. præſidio Eum firmaſſe, præſentibus *Slavorum* Principibus, nec pauca ea propter ducentibus ſuſpiria, dictum ibidem §. 10. Quo Zelo & ſudore *Vicelinus* Chriſtianorum ſacra interim reſtituere laboraverit, l. c. §. 11. commemoravi.

Ann. 1135. Inſignia celebrans Imperator Comitia *Merſeburgi* obvios habet *Bolislaum*, *Polonorum*, *& Udalricum*, *Bohemorum*, *Duces*, quorum priorem non prius in gratiam ſuſcipere voluit, quam tributum duodecim annorum, h. e. quingentas libras, perſolviſſet, homagiumque de *Pomerania* & *Rugia*, annexa ſubjectione perpetua, ſibi præſtitiſſet. Vid. præc. T. I. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 122. & 123.

(23) Elato *Lotharii* Imp. funere, an. 1137. annoque ſequenti Genero Ejus, *Henrico*, *Saxonum Bojorumque* Duce, frivolas ob cauſas, à falſo derivatas principio, quaſi Juſtitiæ regulis contrarium eſſet, *quemquam Principum duos tenere Ducatus*, à CONRADO III. turbulenter electo Imperatore, & ad Ipſius nutum intentis Principibus quibusdam, *Guelficæ* domus hoſtibus notiſſimis, in Imperii bannum *Godariæ* declarato, grave exortum in Germania civile bellum, maximè ex quo *Saxoniæ* Ducatus, *Henrico* inde abigendo, in *Adelbertum*, Saliſquellenſium Marchionem, *Magni*, *Billingicae* Gentis Ducum Saxoniæ ultimi, ex filia *Eilica*, nepotem, dictique *Henrici* conſobrinum, eſſet transſcriptus. Turbis durantibus, potitur *Adelbertus* non ſolùm Caſtro *Lüneburg*, cum Civitatibus *Bardovico*, & *Brema*, adeoque patrimonio Ducis *Henrici*, in Occidentali Saxonia, ſed & *Nordalbingia*, pulſo inde *Adolfo* Comite, *Henrico* ſemper fideli, in ejusque locum ſurrogato *Henrico de Badwide*; hinc Caſtrum *Segeberg* præſidio nudat Cæſareo. Id videntes *Slavi*, *Pribislao* Duce, idem Caſtrum, quod ipſis ſemper ſudes in oculis erat, ſubitò aggrediuntur, ſuburbiumque ejus, & circumjacentia quæque, ubi Saxonum fuere contubernia, igne cremant. Invidens ſucceſſus hos *Pribislao* quidam *Race*, de ſemine *Cruconis*, cujus poſteri, ob *Principatum Slaviæ*, perpetuas lites cum *Henrici* Regis propagine aluerant, infert ei viciſſim arma, irrito tamen conatu. Utrumque caſtigaturus, *Henricus Badwidenſis*, congregat Exercitum Transalbinum, invadit privato odio ſejunctos

junctos hoſtes, magnaque clade eos debellat, *omni Terra eorum in ſolitudinem redacta.* Quæ omnia præced. *Catal. Ducum Saxon.* v. 15. in vita *Henrici Superbi*, §. 7. pag. 143. latius deducta.

Dum hæc aguntur, *Henricus*, Saxonum Bojorumque Dux, collecto numeroſo Exercitu, ingreditur patrimoniales Terras, recuperatoque, ſocrus ope, *Luneburgo*, amiſſa quæque hoſtibus eripit, *Adelbertum* fugat, *Henricum de Badwide* Holſatia pellit, *Adolfum* exulem reſtituit in integrum, cuncta ex voto peragens. Vid. cit. *Catal. Ducum Saxon.* l. c. Succenderat quidem *Badwidenſis* caſtrum *Segeberg*, *Adolfus* verò domum reverſus, ann. 1139. deſtructa quælibet reparando, *Caſtrum quoque Segeberg muro cinxit, ac ſuburbium & Oratorium de novo conſtrui fecit, iterum remiſſis de Faldera Presbyteris, ac clenodiis, pro uſu cultus Dei neceſſariis. Ac etiam miſit Legatos ad Flandriam, Hollandiam, Trajectum, Weſtfaliam & Friſiam, faciens proclamari: Quod, quicunque agrorum penuria arctarentur, venirent in Terram ſuam ſpatioſam & fertilem, in Terra Wagrorum, olim Slavorum, exinde expulſorum. Et præcipuè Holſatis atque Stormaris dixit, quod ipſi, in eligendo, quamcunque partem habere vellent, eo quod ſanguine Parentum ſuorum eam mercati fuiſſent, præferri deberent. Et dedit Holſatis Terram, à Bornelovede, usque Segeberg & Polonenzee; Weſtphalis dedit ſolum Dargardenſem. Hollandrinis, Uthinenſem; & Freſis, dedit Suſle, Aldenborch, Lutkenborch, & circa Mare, Terras adjacentes dedit Slavis, faciens eos ſibi per amplius tributarios fieri usque in iſtum diem &c.* Sunt verba *Chronici Holſatiæ*, Cap. XIV. ad an. 1139. apud Dn. de *Leibnitz*, *Acceſſ. Hiſtor.* pag. 25. ex *Helmoldo*, lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. 57. §. 1. 2. & 3. pag. m. 135. & 136. deſumpta, jamque præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, v. 16. in vita *Henrici Leonis*, §. 4. ad ann. 1139. pag. 157. allata, quibus ſubjungit *Helmoldus*, §. 4. pag. 136. condidiſſe *Adolfum* Holſatum, in Inſula ampliſſima, ex altera parte, *Trabenâ*, &, ex altera, *Wochenizâ* amnibus, rigata, *Lubecam* Urbem; annectendo, l. c. §. 5. *Tranſmiſitque nuncios ad NICLOTUM, Obotritorum Principem, componere cum eo amicitias, omnes Nobiliores donariis ſibi adeo adſtringens, ut omnes ei obſequi & Terram ejus compacare certarent. Cœperunt ergo inhabitari deſerta Wagirenſis Provinciæ, & multiplicabatur numerus accolarum ejus &c.* Quæ omnia *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1139. pag. m. 162. Auctor *Chronici Slavici*, apud *Lindenbrogium*, Cap. XX. pag. m. 196. *Cranzius* lib. III. *Wandaliæ*, Cap. 40. & lib. IV. Cap. I. & lib. VI. *Saxon.* Cap. X. aliique, confirmant. Dictas vero Colonias non prius fuiſſe deductas, quam, (mediante *Gertrudi*, *Henrici Superbi* vidua, jamque *Henrica* Auſtriaco, ipſius adverſario, juncta,) hac ratione inter *Adolfum* Holſatum, & *Henricum* de *Badwide*, convenerit: ut ille *Sigebergam*, cum *Wagria*; hicque *Razeburgum*, cum *Polaborum* Provincia, inde ſortirentur, præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, l. c. monitum.

An. 1138. *Obiit BOLIZLAVUS, Dux Polanorum, relinquens quinque filios ſuperſtites, quibus & diviſit hæreditatem ſuam, caram Epiſcopis & Principibus illius Terræ. E quibus BOLIZLAVUS, quia Senior erat, & Gener Regis Conradi, Ducatum illius Terræ obtinuit &c.* Sunt verba *Chronographi Saxonis*, ad h. a. pag. 294.

Ann. 1141. Mortuo *Pribislao*, alio nomine *Henrico* dicto, *Obotritorum Regulo, Marchiæque Brandenburgenſis* Domino, conſequitur *Marchiam* hanc *Albertus Urſus*, Marchio Stadenſis. Vid. præced. §. 10. lit. o, v. 3. ad h. a. pag. 61.

Ann. 1142. *Conradus, Moravienſis Comes, conſpiratione facta cum Boëmis, Ducatum terræ illius affectans, de Moravia in Boëmiam Exercitum ducit; cui cum Dux LADISLAUS cum copiis occurrere parat, à ſuis proditus, fugæ præſidia, vix periculum mortis evaſit; ſicque profugus ad Regem veniens, caſum ſuum deplorat. Quem Rex, miſericordia motus, cum Exercitu in Boëmiam reduxit, ac Pentecoſte, in Urbe Praga, Provinciæ illius metropoli, celebrata, Conrado fugato, in Ducatum reſtituit &c.* Ita *Otto Friſing.* lib. VII. *Chron.* Cap. 26. pag. m. 154.

Ann. 1143. Imperator, *non cum multo comitatu, aggreſſus quosdam Sclavorum rebelles, Regnum inquietantes, non, (ut putavit) eos imparatas invenit, ideo viriliter reſiſtentibus ad horam ceſſit. Nec multo poſt incautis ſupervenieus improviſos multos eorum cepit, vel occidit, multosque in fugam verſos in flumen, quod contiguum fuit, demerſit, reliquos multa ſumma gratiam ſuam redimentes ad deditionem compulit &c.* Hæc *Albericus*, h. a. pag. 299.

Ann. 1146. *Conradus Rex dum Cumæ Curiam haberet, WLODISCLAZO, qui erat Senior inter Fratres,* (Boliſlai Poloni filios) *& qui ſororem Regis* (Agnetem) *habebat in conjugio, Regem adiit, ac ſuſcepta Patria, ut ſolus Ducatum obtineret, fratres exhæredare conatus eſt. Denique cum reverſus Civitatem Poſnen cum Exercitu obſideret, fratres, collectis paucis, ex improviſo hoſtes ingenti ſtrage vulneraverunt. Deinde Fratri colloquentes jurejurando fidem & pacem cum eis confirmavit. Sed Deus, qui occulta cognoſcit,* juga-

juramenta ejus detexit. Nam Terra in ipſo loco juramenti, ut refertur, disrupta ſanguinei fluminis patefecit abyſſum. Poſtea multas clades inferens Fratribus, favente Deo, expulſus à Patria, Regem adiit, contra Fratres auxilium flagitando. Rex autem, cum Principibus Saxoniæ colloquio habito, menſe Auguſto, coadunato Exercitu, Poloniam, ad reſtituendum Ducem, aggreſſus eſt. Fratres verò præmunitas ingenti Exercitu itineris ſemitas obſervabant, Regi prohibentes introitum. Tandem, Conſilio Adalberti & Conradi Marchionum, obſidibus datis, viciſſim Regem adeunt, juniore Fratre obſide dato, aut promiſſa pecunia Patriam ab Ipſo ſuſcipiunt, ſicque Rex reverſus eſt &c. Hæc *Chronographus Saxo* h. a. pag. 297. & 298. Conf. *Chronicon Montis Sereni*, ann. eod. pag. m. 19. *Albericus*, Monachus trium fontium, ann. eod. pag. 309. Cernimus ſimul hinc, affinem *Conradi* Regis hic conſtitui, qui, adductis modò verbis, eidem *Chronographo*, ad ann. 1138. pag. 294. Ipſius *Gener* audit. Prius verum eſſe, diſcimus ex *Hiſtoria Fundationis Cœnobii Melicenſis*, apud *Lambecium*, lib. 2. *Biblioth. Vindobon.* Cap. VIII. ubi, mentione facta liberorum *Leopoldi Pii*, Marchionis Auſtriæ, *Conradi III.* Imp. Vitrici, pag. 632. habetur: *Primogenita Filiarum, Bertha, quam duxit Hainricus, Burchgravius Ratiſponenſis. Secunda, Agnes, quam accepit Boleslaus, Dux Poloniæ. Tertia Gertrudis, quæ copulata eſt Laslao, Duci Bohemiæ &c.* adeoque *Boliſlai* conjux fuit ſoror uterina laudati Imperatoris, aſſentiente *Radevico*, de *Geſtis Friderici I.* lib. 2. Cap. XI. pag. m. 513. licet ei *Bertha* vocetur, ibi: *Imperatorum, Henrici IV. Nepos:* (Sermo eſt de Ottone Friſingenſi,) *Sororius Quinti Henrici; Conradi Regis Frater uterinus; Friderici, Imperatoris Auguſtiſſimi, hujus, qui jam feliciter regnat, Patruus: ex clariſſimo Regni Principe Leopaldo Marchione, Patre, & Matre Agnete, Filia Henrici IV. Imperatoris; pariter cum Fratribus ſuis germanis: Conrado, Patavienſi Epiſcopo; Leopaldo, Duce Bajoariæ; & Henrico, Duce Auſtriæ; nec non & Sororibus: Gertruda, Duciſſa Boëmiæ; & Bertha, Duciſſa Polonorum &c.* Quæ *Conradus Urſpergenſ.* in *vita Friderici Barbaroſſæ* pag. m. 216. confirmat; *Conrado Bothone*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, apud Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 332. ei planè nomen *Mechtildis* tribuente, verbis præced. *Catal. Ducum Alamann.* v. 45. in vita *Friderici I.* Hohenſtauffii, v. 1. pag. 338. occurrentibus.

An. eod. Decernitur, in Comitiis *Francofurtenſibus*, *Expeditio Sacra in Slavos.* Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 124. & 125. & Tit. V. in vita *Conradi III.* v. 4. an. eod. pag. 570.

Ann. 1147. Saxones arma inferunt *Nicoloto, Obotritorum* Regulo, ſatisfacturi decreto Francofurtenſi ſuperioris anni, qui, vim vi repulſurus, *viciſſim convocavit univerſam Gentem ſuam, & cœpit ædificare Caſtrum Dubin, ut eſſet Populo refugium, in tempore neceſſitatis, direxitque nuncios ad Comitem Adolfum, commonens eum fœderis, quod pepigerant, ſimul etiam rogans, præberi ſibi facultatem colloquendi ei, & conſilio participandi. Cumque Comes renueret, dicens: hoc incautum ſibi, propter offenſam Principum; ille mandavit ei, per nuncios, dicens: Decreveram quidem eſſe oculus tuus, & auris tua, in Terra Slavorum, quam incolere cœpiſti, ne quas patereris moleſtias Slavorum, qui olim Wagirenſium Terram poſſederunt, & cauſantur, ſe privatos injuſtè hæreditate Patrum ſuorum: Quare ergò diſſimulas Amicum tuum in tempore neceſſitatis? nonne tentatio probat amicum? hactenus continui manus Slavorum, ne læderent te; nunc tandem libet retrahere manum, & permittere te tibimet, eò quod faſtidieris amicum tuum, nec recordatus fueris fœderis, & negaveris mihi faciem tuam in tempore neceſſitatis. Dixeruntque nuncii Comitis ad* NICLOTUM: *Quod Dominus Noſter hac vice non loquitur tibi, impedit ea, quam noſti, neceſſitas. Habe ergo adhuc gratiam fidei, & ſponſionis tuæ, erga Dominum Noſtrum, ut, ſi videris contra eum bella Slavorum clàm conſurgentia, præmunias eum. Et promiſit* NICLOTUS *&c.* Hæc ex *Helmoldo*, lib. I. Cap. LXII. §. 2. 3. & 4. pag. m. 147. & 148. qui Cap. LXIII. §. 1. pag. 148. pergit: *Sentiens* NICLOTUS *irrevocabilem eſſe juratæ expeditionis profectionem, clam parat navalem Exercitum, tranſmiſſoque freto, applicat Claſſem ad oſtium Travenæ, percuſſurus omnem Wagirenſium Provinciam, priusquam Saxonum Exercitus infunderetur ſuis terminis &c.* & §. 2. pag. 149. *Duæ quoque Equitum turmæ omnem Wagirenſium terram pervagantes, quicquid in ſuburbio Sigeberg repererunt, demoliti ſunt. Pagum quoque, qui Dargune dicitur, & quicquid infra Travenam à Viris Weſtphalis, Hollandis, cæterisque extraneis Populis incultum fuerat, flamma vorax abſumpſit; feceruntque cædes Virorum fortium, qui fortè armis obſiſtere tentaſſent, & duxerunt uxores eorum, & filios, in captivitatem. Pepercerantque Viris Holzatenſibus, qui habitant ultra Travenam, ad Occidentalem Plagam Sigeberg, ſubſtiteruntque in agris Oppidi Cuzalinæ; & non adjece-*

runt

Digitized by Google

runt ultra progredi. - - - Sed & Utinenſis Civitas, adjuta locorum firmitate, ſalvata eſt &c. & Cap. LXV. pag. 150. & 151. Interim volat hæc fama per univerſam Saxoniam, & Weſtphaliam, quia Slavi, facta eruptione, bellum priores adorſi fuerunt, & feſtinavit omnis illa expeditio, ſigno crucis inſignita, deſcendere in Terram Slavorum, & zelare iniquitatem ipſorum; partitoque Exercitu, duas munitiones obſederunt, Dubin & Dimin, & fecerunt contra eas machinas multas. Venit quoque Danorum Exercitus, & additus eſt his, qui obſederant Dubin, & crevit obſidio - - - dixerunt autem ſatellites Ducis noſtri (Henrici Leonis) & Adalberti Marchionis, ad invicem: Nonne Terra, quam devaſtamus, Terra noſtra eſt? & Populus, quem expugnamus, Populus noſter eſt? Quare ergo invenimur hoſtes noſtrimet, & diſſipatores vectigalium noſtrorum? nonne jactura hæc redundat in Dominos noſtros? Cœperunt ergò, à die illa, facere in Exercitu tergiverſationes, & obſidionem multiplicatis induciis alleviare. Quoties enim in congreſſu vincebantur Slavi, retinebatur Exercitus, ne fugitantes inſequerentur, & ne Caſtro potirentur. Ad ultimum, noſtris jam pertæſis, Conventio talis facta eſt: Ut Slavi Fidem Chriſtianam reciperent, & laxarent Danos, quos in captivitate habebant. Multi ergò eorum falſo baptizati ſunt, & de captione hominum relaxaverunt omnes ſenes & inutiles, cæteris retentis, quos ſervitio robuſtior aptaverat ætas. Taliter illa grandis expeditio, cum modico emolumento, ſoluta eſt. Statim enim poſtmodum in deterius coaluerunt; nam neque baptiſma ſervaverunt, nec cohibuerunt manus à deprædatione Danorum &c. Conf. Albertus Stadenſ. ad ann. 1147. pag. 165. Chronographus Saxo, ann. 1148. pag. 299. Chronicon Montis Sereni, ann. 1147. pag. m. 21. Chronicon Slavicum Lindenbrogii, Cap. 20. pag. m. 196. Crantzius, lib. IV. Vandal. Cap. 3. & 4. & lib. VI. Saxon. Cap. 12. Pontanus lib. V. in Suenone Gratenhede, an. 1148.

Hac rerum periodo Comes Noſter, (Adolfus Holſatus) convulſas reparans amicitias, fecit pacem cum NICLOTO, & cum cæteris Orientalibus Slavis. Nec tamen integre credebat eis, eò quod fœdera prima violaſſent, & percuſſiſſent Terram ſuam attritione maxima. Cœpitque conſolari Populum ſuum, quem vaſtitas hoſtilis attriverat, orans eos, ne caſibus adverſis cederent, hoc cognoſcentes, quod Marcomannos oportet duram habere patientiam, & prodigos eſſe ſanguinis ſui &c. Hæc Helmoldus lib. I. Cap. 66. §. 1. pag. 151. De Henrico Duce, l. c. Cap. 68. §. 1. & 2. pag. 156. & 157. ſubnectens: In diebus illis, Dux Noſter adoleſcens Dominam Clementiam, filiam Conradi Ducis de Zeringe, duxit Uxorem, cœpitque dominari in univerſa Terra Slavorum, ſuccreſcens ſenſim & invaleſcens. Quoties enim offendiſſent eum Slavi, admovit eis Martiam manum, dederuntque ei, pro vita ſimul & Patria, quicquid exigere voluiſſet. In variis autem Expeditionibus, quas adhuc adoleſcens in Slaviam provectus exercuit, nulla de Chriſtianitate fuit mentio, ſed tantum de pecunia. Adhuc enim immolabant Dæmoniis, & non Deo, & agebant piraticas incurſationes in Terram Danorum &c.

Ann. 1149. Magnifice poteſtatem ſuam independentem, & Majeſtaticam, in Slavia, exercendo Dux Saxonum, Henricus, denegat Vicelino Aldenburgenſem Epiſcopatum, quamdiu Inveſtituram à Cæſare efflagitandam meditaretur. Vid. præced. Catalog. Ducum Saxoniæ, v. 16. in vita Henrici Leonis, § 4. ad h. a. pag. 159.

Ann. eod. Magdeburgenſis Archi Epiſcopus Fridericus, & quidem alii Principes Saxoniæ, Polonicis Ducibus BOLIZLAVO & MISECONI, in Epiphania Domini, occurrentes in Cruſawice, fœdus amicitiæ cum eis inierunt; ibi etiam Marchio Otto, filius Marchionis Adalberti (Brandenburgici) ſororem Polonicorum Principum, ſibi in legitimum matrimonium copulandam ſuſcepit. - - - RODILBERNUS Pomeranorum Princeps, Principibus Saxoniæ, in Havelberg, in æſtate occurrit, ibidemque fidem Catholicam, quam, ex prædicatione Bavenbergenſis Epiſcopi, piæ memoriæ, Ottonis, dudum ſuſceperat, profeſſus eſt, &, pro Chriſtiana Religione ſemper defendenda, & propaganda, toto niſu ſe laboraturum vovit, laudavit, & juravit &c. Hæc Chronographus Saxo h. a. pag. 303.

Ann. 1150. Inveſtivit Henricus, Dux Saxoniæ, Vicelinum, de Epiſcopatu Slavico Aldenburgenſi, cuſtodiam Terræ Slavorum committendo Holſatiæ Comiti, Adolfo. Vid. præced. Catal. Ducum Saxoniæ, v. 16. in Vita Henrici Leonis, §. 4. ad h. a. pag. 160.

Ann. eod. Laudatus Princeps auxilio mittit Nicoloto, Obotritorum Principi, Adolfum, Holſatiæ Comitem, contra rebellantes Kycinos & Circipanos tributa pendere recuſantes. Vid. l. c.

(24) Regnante FRIDERICO I. cognom. Barbaroſſa, idem Dux, Henricus, ſubſtituit, ann. 1154. in locum defuncti Vicelini, Aldenburgenſis Epiſcopi in Slavia, Geroldum quendam. Vid. loc. cit. ad h. a. pag. 160.

Ann. eod. Inſtaurari curat Epiſcopatum Razeburgicum, in Terra Polaborum. Teſtis Helmoldus, lib. I. Cap. LXXVII pag. 172. Dilatante Deo fines Eccleſiæ, ordinatus eſt in Racesburg Epiſcopus, Dominus

Evermodus, Præpoſitus de Magdeburg, deditque ei Comes Polaborum, Henricus, (de Badwide) Inſulam ad inhabitandum prope Caſtrum. Præterea, trecentos manſos reſignavit Duci, (Henrico Leoni) dandos in dotem Epiſcopii. Porro decimas Terræ recognovit Epiſcopo, quarum tamen medietatem recepit in beneficio, & factus eſt Homo Epiſcopi, exceptis trecentis manſis, qui cum omni integritate tam redituum, quam decimarum, ſunt Epiſcopi. Interfuit his rebus agendis Dominus Ludolfus, Præpoſitus de Cuzelina, & dixit ad Comitem, præſente Comite Noſtro, Adolfo: Quoniam Comes Terræ Polaborum benefacere cœpit erga Pontificem ſuum, decet, ut noſter Comes (Holſatiæ) non faciat minorem partem ſuam. Ampliora enim de ipſo præſumenda ſunt, utpote de Homine literato, habente ſcientiam rerum Deo placentium. Tunc Comes noſter ſecutus factum Comitis Polaborum, remiſit de Beneficio ſuo trecentos manſos, qui oblati, per manus Ducis, in dotem Aldenburgenſis Epiſcopatus &c. Conf. Chron. Slavic. Lindenbrogii ad ann. 1154. pag. 255. Albertus Crantz, lib. VI. Metropol. Cap. XXVIII. & lib. IV. Vandal. Cap. 15.

Ann. 1155. Ad colloquium evocat Henricus, Dux, Slavorum Principes, Pribislaum & Nicolotum, Erteneburgum; qui, Edicto parentes, ad blaſphemiam usque, eum colunt. Vid. præced. Catalog. Ducum Saxoniæ, l. c. ad h. a.

Ann. 1156. Idem Princeps præcepit Slavis Obotritis & Aldenburgenſibus, ut auxilia ferrent Sueoni, Danorum Regi, adverſus Canutum & Woldemarum, ipſius agnatos, æmulosque. Vid. l. c. ad hunc annum pag. 162.

Ann. 1157. 15. Cal. Febr. Ratisbonæ concedit Imperator VLADISLAO Illuſtri & Strenuiſſimo Duci Bohemiæ poteſtatem portandi Circulum (i. e. coronam) in Nativitate Domini, & in Paſcha, & in Pentecoſte, & in Feſtivitatibus S. Wenceslai Glorioſi Martyris, & S. Adelberti &c. adhæc concedit eidem & ſucceſſoribus, cenſum de Terra Poloniæ, quem Anteceſſores Ejus, Duces Bohemiæ, à Polonis, retroactis temporibus, accipere ſolebant &c. Vid. Diploma apud Dn. Lunigium, Contin. I. des Reichs Archivs, Erſte Fortſetzung, §. 1. pag. 1.

Ann. eod. Albertus Urſus eripit Slavis Brandenburgum. Vid. præced. §. 10. lit. o. v. 3. ad h. a. pag. 65.

Ann. eod. Imperator ad homagium compellit Boleslaum, Polonorum Ducem, hactenus rebellem. Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 130. & Tit. v. vita Friderici I. h. a. pag. 580.

Ann. 1158. Ejusdem Imperatoris gratia, nanciſcitur Labeslaus, ſeu Uladislaus, Bohemorum Dux, titulos honoresque Regis. Vid. cit. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 131.

Ann. eod. Auxilio futurus Imperatori, Cremenſes Italos obſidio prementi, laudatus Princeps, Henricus Leo, juramento conſtringit Nicolotum, cæterosque Slavos, ad ſervandam Danis, Saxonibusque, pacem. Vid. præced. Catalog. Ducum Saxoniæ, l. c. ad h. a. pag. 163.

Ann. 1160. Ex Italia domum rediens idem Henricus Dux, impellente Danorum Rege, Woldemaro, perfidis Slavis, abſente Se, contra juratam fidem, varias dantibus turbas, arma infert; Nicolotum debellat; Pribislaum & Werslaum, Filios ejus, conjicit in fugam, Caſtra eorum diruit, & ubique ducit triumphum. Vid. l. c. ad hunc annum, pag. 163.

Ann. eod. Accipit ab Imperatore, Diplomate ſolemni, jus inveſtiendi Epiſcopos Slaviæ, Aldenburgicum, Megapolitanum, & Razeburgicum, licet eo, tanquam ſupremus Terræ Dominus, non indiguerit, Vid. præced. Tit. XV. § 22. lit. h ſub Friderico I. ad ann. 1160. pag. 1394. & præced. Catalog. Ducum Saxon. l. c. pag. 164.

Ann. 1162. & 1163. Adalbertus, Marchio Brandenburgicus, pro arbitratu ſuo, ordinat Slaviam Orientalem, armata manu Barbaris ereptam, magnum debellatorum Terræ tractum advenis Belgis incolendum tradens. Vid. Helmoldus, lib. I. Cap. 88. pag. 203. præced. §. 10. lit. o. v. 3. ad h. a. pag. 65. à quo tempore, Transalbinus Ducatus per oram iſtam Slavicam, quietè hactenus penes Potentiſſimos Marchiones & Electores Brandenburgicos ſtetit. Frequens ejus mentio fit in Diplomatis, v. g. Henrici VI. Imp. dat. 5. Kal. Auguſti, ann. 1195. in Lucana, apud Ampliſſ. Dn. Ludewig, de Formula Ducatus Brandenburgici, §. IV. lit. h. pag. 40. ubi: Univerſitati preſentium & futurorum notitie declaramus, quod cum Nobiles Viri: Otto, Brandenburgenſis Marchio, & Comes Albertus, Frater Ejus, Divine remunerationis intuitu, ut cœleſtis Patrimonii participes redderentur, Prediaque in DUCATU TRANSALBINO, SEU MARCHIA BRANDENBURGENSI - - - - Magdeburgenſi Eccleſiæ tradidiſſent, ab ArchiEpiſcopo, & ſuis Canonicis, promiſſionem hujusmodi acceperunt &c. & in alio; in Linaria dato, 7. Id. Julii, an 1197. ibid. pag. 41. Ea propter Univerſitati preſentium, & futurorum notitie declaramus, quod Dilecti Noſtri, Nobiles Viri, Otto, Brandenburgenſis Marchio, & Comes Albertus, Frater Ejus, ad profectum ſalutis animarum ſuarum, Predia - - - in DUCATU TRANSALBINO, SEU MARCHIA BRANDENBURGENSI, & in

Digitized by Google

& in omnibus Comitatibus ad Marchiam pertinentibus &c. nec non in literis ipſius *Ottonis* Marchionis de ann. 1196. ibid. lit. i. pag. 42. *Otto, Divina favente Clementia ſecundus Marchio de Brandeburch - - - tam univerſitati preſentium, quam & futuris in poſterum, declaramus, quod - - - Predia - - - in* DUCATU TRANSALBINO, SEU MARCHIA NOSTRA, *& in omnibus Comitatibus ad Marchiam Noſtram pertinentibus &c.* Conf. Illuſtr. Dn. *Coccejus*, in *Juris Publici Prudentia*, Cap. 3. Sect. 5. §. 70. & 71. p. 71. &c. Probè autem diſtinguendus eſt Ducatus hic, à *Ducatu Slaviæ Occidentalis*, *Henrico Leoni*, Saxonum Bojorumque Duci, jure belli obnoxio, cujus partem, ann. 1167. *Pribislao, Obotritorum* Regulo, reſtituit, in poſteros quoque Ejus, *Megapolitanos* Duces, transmiſſam; non minus à *Pomeranico*, ſeu *Septentrionali*, cujus Principes, *Caſimirus & Bogislaus*, eidem Duci, nec non Danis, facti quandoque vectigales, donec, extincto *Caſimiro*, *Bogislaus* Imperatori, *Friderico*, homagium præſtiterit. Quæ jam probabo.

Ann. 1163. *Henricus* Dux, modò laudatus, in gratiam recipit extorres, factorumque veniam efflagitantes, *Slavorum* Principes, *Pribislaum & Werslaum*, eisque omnes *Kycinorum & Circipanorum* agros occupandos tradit; quamvis non multo poſt, portione hac non contentos, & ad vomitum redeuntes, denuò armis in ordinem redigere fuerit coactus, è quibus etiam, deditionem faciente Caſtro *Wurle*, *Werslaum* in captivitatem, *Brunſuicum* duxit. Vid. præced. *Catal. Ducum Saxon.* v. 16. in vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad h. a. pag. 165.

Ann. eod. Rugiani Principes Ejusdem gratiæ fiunt participes. Vid. l. c.

Ann. 1164. Inſtinctu captivitatem ſubeuntis fratris *Werslai*, Rebellionem continuante *Pribislao*, expugnanteque *Magnopolim*, Chriſtianis civibus miſerè jugulatis; & ad pandendas portas adigente *Malchovienſes & Cuſſinenſes*; perfidiam pariter, ac effuſum tot Chriſtianorum ſanguinem, ulturus Dux *Henricus*, *Woldemari* Danorum Regis, & *Adelberti* Brandenburgenſis Marchionis, auxilio, exercitum in rebelles ducit; maleficum *Werslaum*, haud procul à Caſtro *Malchow*, in quo frater *Pribislaus* latitabat, de arbore ſuſpendit, ipſumque *Pribislaum*, una cum fœdere ſibi junctis *Pomeraniæ Ducibus*, *Caſimiro & Bogislao*, conjicit in fugam, rem *Slavorum* omnem forti manu evertens; Apud *Demminum* licet *Adolfus* Holſatiæ & *Reinholdus*, Ditmarſiæ Comites, quos cum Exercitu eò miſerat, per inſidias à *Slavis* ſint interempti. Vid. l. c. ad h. pag. 167.

Ann. 1167. Retundendo bello, quod Saxoniæ Principes, contra jus fasque ſibi intentaverant, indigens Dux *Henricus* ſtrenuo militum Duce; reſtituit vagabundo hactenus omnemque contra fidelitatem ſanctè promittenti, *Pribislao*, avitam *Obotritorum* terram, *Suerinenſi* Comitatu, in *Guncelinum* translato, excepto. Hæcque eſt epocha, qua major veteris *Obotritorum* patrimonii pars ad priſtinos rediit Dominos, ipſorum poſteris, Sereniſſimis Ducibus *Megapolitanis*, hucusque ſarta tecta manens. Vid. ibid. ad h. a. pag. 170.

Ann. eod. Danorum rebus ubique ferè malè ſe habentibus, quidam *Gotſchalcus* ex comitibus Regiis, Sclavicæ originis, linguæque gnarus, hac arte *Saxones*, quorum geſta fortia Danis exitioſa videbantur, *Slavis* exoſos reddere conatur. *Pomeranos aggreſſus, ſe priſcæ familiaritatis memoria, ac totius Populi Sclavici charitate, permotum, retundendæ eorum inertiæ cauſa, adveniſſe, dicebat, quod perniocioſa ab eis, utilium loco, duci perſpectum habeat. Siquidem animadvertere eos oportere, quam noxiæ dominationis jugum receperint, quodque iis obſequio pareant, qui ipſos Patria tandem exuere cupiant. Quippe Saxones, quantum ex ipſorum finibus occupaverint, protinus cultu atque habitatione complecti, nec præda aut gloria contentos, proferendi Imperii cupiditate, victoriæ lucra continua poſſeſſione firmare, quam ob rem eos Nucletum* (Nicolotum) *vita, Priſclavum* (Pribislaum) *Patria ſpoliaſſe: Razaburgam, Illogam, ac Suerynam, in totius Slaviæ ruinam, vallo foſſaque cinxiſſe. Danos vero diverſo ſtudio bella gerere, nec hoſtium fines, ſed mutuæ pacis commercium affectare, proprium tueri, quam alienum appetere, cupidiores. Itaque ſummopere eos elaborare debere, uti Saxonicis præſidiis Patriam vacuefaciant, omnique Theutonum plebe Regno egeſta, amicitias cum Danis componant, quos Saxonum hoſtes eſſe non ambigant: ita demum eos, ſempiternæ libertatis beneficio, Patriam ornaturos.* Hæc *Saxo Grammaticus*, lib. XIV. *Rer. Danic.* pag. m. 284. & 285. immediatè annectens: *His monitis concitati Pomerani loca, à Saxonibus intra Sclaviam obtenta, pervadunt; Illogam capiunt; reliquis eorum munitionibus defenſorum virtute ſervatis. Et ne Ducis inopes viderentur, Danorum Regis titulum profitentur &c.* Enimverò metuentes Dani, ne, ejectis Saxonibus, pari dolo intercluderentur, reſtaurant amicitiæ fœdera cum Saxonibus, dataque Ducis filia Regis filio in matrimonium, *militia adverſum Sclavos, paribus votis condicitur. Sed Eo Diminum petente, Rex Walogoſtum profectus, omiſſa Urbis oppugnatio-*

Digitized by Google

Ptus Dux laudatus, opponit *Bernhardum, Razeburgicum; Guncelinum, Suerinenſium*, alioſque Comites, cum Exercitu, hoſtibus in Weſtphalia. Vid. l. c. ad h. a. pag. 176.

An. 1181. Per eundem *Bernhardum*, ſuis legibus ſubdit *Segebergam*; brevi poſt verò hunc ipſum Comitem, proditionis accuſatum, una cum filio, *Volrado*, terris ejicit, *Razeburgum & Gadebuſchum*, eorum caſtra, præſidiis firmans; ibid. h. a. pag. 177.

Ann. eod. Rebellantes *Pomerani* ſubdunt ſe Imperio, *Henrico Leoni* valedicendo. *Circa dies illos*, (quibus Imperatori varia per Saxoniam Caſtra tradebantur, adeoque ann. 1181) *mortuus eſt CAZAMARUS Princeps Pomeranorum, Duci* (Henrico) *amiciſſimus, & defecerunt ab eo Slavi*, (Pomerani) *quia Frater ejus BUGISLAUS, Imperatori conjunctus, hominium & tributa ei perſolvit &c.* Hæc Arnoldus *Lubecenſis*, lib. 2. Cap. 31. §. 3. pag. 290. Juxta *Grammaticum Saxonem*, lib. XV. *Rer. Danicar.* pag. m. 331. ambo fratres Cæſari ſe ſubjecerunt, ibi, mentione facta colloquii Imperatoris cum Rege Daniæ; prior dixiſſe fertur: *Sclavos, enervandi gratia Henrici*, (Ducis Saxonum) *à ſe promiſſionibus allectos eſſe, quas, eodem expugnato, minimè exequi velit, memor, quid olim ſibi, de ſubigenda Slavia, pollicitus fuerit. Orare deinde patiatur, ſe eam, ad præſens, ſui muneris facere; binis Fratribus, geminæ Præfecturæ titulo, ſpecioſius quam diuturnius tribuendam. Eandem quippe ſe Ei, profligato Henrico, ſubjicere curaturum. Annuente Rege, poſteroque die concionem petente, BOGISZLAVUM & KAZIMARUM, datis ſolenniter Aquilis, Sclaviæ Duces appellat, veterem eoſque hæreditariam Patriæ libertatem, vanis ac fucoſis dignitatum nominibus, venditantes. Quod ſi ſciſſent, quanto oneri ſe exigui panni receptione ſubſternerent, mortem beneficio prætuliſſent; aut privati, in omne vitæ tempus, degere maluiſſent. Sic, ſub honoris ſpecie, graviſſimis dedecoris probris implicati, diſcedunt, ſervitutem, falſis dignitatum inſignibus coloratam, in Patriam referentes &c.* Hinc ſua *Albertus Cranzius*, lib. VI. *Wandal.* Cap. XIV. *Venientes in Caſtra Cæſaris Principes Pomeranorum, Ducali nomine, traditis Aquilis, cum Bannerio inſigniuntur, factaque de homagio fide, in propria revertuntur &c.* Ita lib. VIII. *Wandal.* Cap. XXVII. *Werslaus I. - - - pervenit ad Annum Chriſti* 1124. *ibique finem vivendi faciens, filios reliquit Bugslaum & Kaſimirum, qui, ſub Imp. Friderico I. ſuſceperunt Ducalem honorem, in obſidione Urbis Lubicæ &c.* & reliqui; quamvis circa annum, quo dicti Principes in numerum Germaniæ Procerum ſint cooptati, varient; *Martinus Zeilerus*, in *Deſcriptione Germaniæ*, Cap. XVII. pag. m. 377. producit, hoc titulo, annum 1180. *Spenerus Syllog. Geneal.* pag. m. 731. *Limnæus* Addit. ad lib. V. *Jur. Publ.* Cap. VII. §. 98. pag. 828. *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. I. Cap. XVI. §. 17. pag. m. 167. Dn. *Fridericus Lucæ, im Uhr-alten Furſten-Saal*, pag. m. 901. multique alii, id factum arbitrantur ann. 1181. in Caſtris ante Lubecam. *Micrælius Syntagm.* lib. 3. Sect. 12. pag. m. 678. *Hemmingeſius* part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 311. aliique, habent ann. 1182. De nudo facto teſtantur B. *Bertius* lib. 2. Comment. *Rer. German.* Cap. XXI. pag. m. 236. *Morery*, Dictionaire voc. *Pomeranie*, pag. m. 190. Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c. pag. 17. ſexcenti alii. Quæ de *Aquilis* hic dicta, perſtrinxit jam Dn. *Schurtzfleiſchius* Diſſ. de *Originibus Pomeranicis*, §. VII. lit. z. p. 20. Verum tamen eſt, hac ætate, rebus *Henrici Leonis* minus benè ſe habentibus, *Pomeranos*, ſepoſita Fidelitate, anno 1177. ut dictum, Ei jurata voluntaria deditione, Imperii cives factos; idque de *Bogislao* fatentur omnes: *Caſimirum* autem *Duci amiciſſimum* deceſſiſſe, ex *Helmoldo* audivimus; qua ratione igitur & ipſe Cæſari, Ducis hoſti inſenſulio, præſtiterit homagium? ſed ne præfatum Imperatoris colloquium cum Daniæ Rege, ſine fuco, quandoquidem Dani tunc non amplius erant Pomeraniæ Domini, ſed Dux *Henricus*. Vid. *Conring.* l. c. §. 19. pag. 168. &c. Apud *Bruſchium*, in *Chronologia Monaſteriorum Germaniæ*, Tit. *Mons Monachorum*, Germ. *Münchsberg*, in vita *Wolframi II.* XIV. Abbatis, pag. 321. occurrit charta, qua *Bogislaus Pomeranorum* Dux, gratitudinis ergò, pro converſa ad Chriſtum *Pomerania*, ad tumbam *S. Othonis* Bambergenſis, ſingulis annis ex omnibus tabernis majoribus Terræ *Pomeranorum*, unum *lapidem ceræ*, h. e. 26. libras, & dimidiam partem ex minoribus, dari curaverit, hoc tenore: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Bogusłaus, D. G. Pomeranorum & Sclavorum Dux, notum eſſe cupimus ſanctæ univerſitati fidelium, tam præſentium, quam & futurorum, quoniam, ex petitione & inſtinctu Patris noſtri, Venerandi Pomeranorum Epiſcopi, Domini Conradi, ſimulque ex petitione Fratrum, Monachorum Cœnobii S. Michaelis in Babenberga, decrevimus donandum annuatim de cera pondus, quod vulgò lapis ceræ* (ceræ) *dicitur, ex ſingulis Terræ noſtræ tabernis, de majoribus quidem integrum, de minoribus vero dimidium, in uſum ejusdem Eccleſiæ S. Michaelis, ad ſepulchrum beatæ memoriæ Othonis Epiſcopi, Gentis noſtræ Apoſtoli, ob remedium animæ noſtræ, Fratrisque noſtri, Caſimari, ſimulque uxoris, ac filiorum, omniumque ſucceſſorum noſtrorum, obtentu orationis ac fraternitatis Fratrum*

ejus-

ejuſdem loci, nunc & in perpetuum - - - Actum Domini Anno 1182. *&c.* Neſcio verò, an & hæc genuina ſit; quia (1) *Pomeranorum & Sclavorum Dux* inſueta tunc temporis loquendi formula fuit; quandoquidem *Pomerani* erant *Slavi.* (2) *Otto* Babenbergicus ſequioribus demum ſeculis *Pomeranorum Apoſtoli* cognomen nactus; (3) nullibi legimus, inverſo ordine: *Actum Domini Anno.* (4) Indictio, & dies, quibus ejuſmodi donationes muniri ſolebant, deficiunt, nec (5) locus, ubi facta, exprimitur.

Ann. 1182. Facibus ſubdito Caſtro *Razeburg. Stadium* ſe recipit *Henricus* Dux. Vid. præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, Ejus vita ad h. a. pag. 178.

Ann. eod. Deditionem facit *Lubeca* Imperatori, *Henrico* Duce annuente. Vid. l. c. pag. 179.

Ann. eod. Bernhardus Razeburgicus recuperat ab Imperatore Comitatum ſuum. Vid. l. c. pag. 179.

Ann. eod. Abſente Duce *Henrico*, *Bernhardus* Anhaltinus, æmulus ejus, non ſolum à *Razeburgico*, *Suerinenſi*, aliiſque Comitibus, homagium exigit, ſed & condit *Lauenburgi* Caſtrum, utut in ſolo alieno *Slavico* ſcil. dudum à laudato *Henrico* jure belli poſſeſſo; verſa vice *Erteneburgum*, quod nunc *Atlenburgi* nomen habet, cis Albim, humo æquans. Vid. l. c. pag. 180.

Ann. 1183. *Obotriti & Kiſſini, multis inter ſe præliis inteſtino malo laboravere, digladiabanturque. Aberat Henricus Leo, Domitor ambarum partium, jam ab Imperatore pulſus, in Anglia per id tempus exulabat. Erat enim, poſt mille centum, tertius & octuageſimus annus, cum ea, quæ commemoravimus, gererentur. Fratrueles duo, BUREWINUS PRIBISLAI, & NICLOTUS, quem nos NICOLAUM vocamus, WERZLAI, Fratrum Filii, terram tenebant; NICLOTUS quidem eam, quæ nunc eſt Magnopolis; BUREWINUS ad orientem magis tenuere Ditionem. Ex quibusdam in ſe rebus, magnis motibus verſi, civili & plusquam civili bello, diſſidebant. Acceperat ſibi quisque favorem vicinorum Principum; nam NICLOTO Bernhardus, tum Dux Saxoniæ, ſtudebat; eidemque JARLMARUS favebat, Princeps Rugiæ; BUREWINUS autem BUGGISLAUM, Pomeraniæ Ducem, habuit adjutorem; tenebat enim conjugem, Henrici Leonis filiam naturalem, & propterea cum eſſet BUGGISLAUS Henrico exulanti amiciſſimus, partes fovebat generi ejus, BUREWINI. Proceſſit ea conflictatio in magnam partis utriusque jacturam. Nam BUREWINUS, dum Rugiam, ſuis partibus adverſantem, navibus vexat, captus à JARLMARO, mittitur Regi Daniæ, cui tum Rugia parebat; ibique captus diu detinetur: NICLOTUS quoque, dum adverſas partes avidius, quam cautius, inſequitur, incidit in manus BUGGISLAI, Ducis Pomeranorum. Sed Rex Daniæ Kanutus, qui BUREWINUM tenebat, arbiter factus inter diſſidentes, ita litem diremit: Ut NICLOTO Roſtockium, cum Terra Kiſſinorum; BUREWINO vero Ilow & Magnopolis, (ea eſt Terra Obotritorum) proveniret, & uterque de manu Regis Terram ſuam recognoſceret. In quam rem dedere obſides viginti quatuor; inter quos erat BUREWINI Filius &c.* Hæc *Albertus Crantzius*, lib. VI. *Wandaliæ*, Cap. XXIV. annexo epiphonemate: *Hæc eſt altera cauſa, cur Daniæ Reges titulum ſibi deſumant, ut ſe Wandalorum quoque Reges profiteantur; nam primam, ex Kanuto, Obotritorum Rege, ſub Lothario Imperatore, ejus nominis noviſſimo, accepere &c* quarum rationum prior licet ſpeciem veri præ ſe ferat, à *Venedorum* ſubjugatione deſumpta; poſterior tamen caret fundamento, utut à *Crantzio* etiam lib 3. *Vandal.* Cap. 30. & 36. *Cypræo*, lib. I. *Annal.* de *Epiſcopis Sleſvicenſ.* Cap. 20. *Johanne Lyſcandro*, Sermone VIII. *Antiquitatum Danicarum* pag. 91. aliiſque, prolata in medium; ſanè, ſi *Canuti* creatio Daniæ Regibus præſidio eſſe poſſet, (1) *Woldemarus*, Ejus filius, & *Canutus* Nepos, ambo Danorum Reges, hereditarium jus ſuum urgere non neglexiſſent; nec (2) paſſuros fuiſſe credo, *Pribislaum & Nicolotum*, *Slavorum* Principes, à *Canuti* exceſſu, æquis partibus Provinciam iſtam inter ſe partiri; ut *Helmoldus* lib. I. c. 52. p. 125. præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, in vita *Lotharii*, v. 9. pag. 137. tradit; (3) *Canutus* non fuit Rex Daniæ, cum *Regios titulos* ab Imperatore *Lothario* ſuſciperet, ſed ſaltem Dux Sleſvicenſis; (4) Nec creatus eſt *Rex Slavorum omnium*, ſed *Obotritorum* duntaxat. Vid. præced. *Catal. Ducum Saxon.* l. c. (5) Si vera ſcribat *Saxo Grammaticus*, lib. XIII. *Rer. Danicar.* pag. m. 214. ne quidem *Regio titulo* uſus eſt; accuſantibus enim *Canutum* inimicis ejus, apud *Nicolaum* Daniæ Regem, quod *Regiam ſibi potentiam arrogaret*, vocatur *Canutus* in concionem, quo ſe ſiſtente, *Nicolaus, fari in concione exorſus, docet: Suenonis filios, in Regni geſtione, ætatis præcipuè reſpectum egiſſe; ſucceſſionis habitum ætatis ordine diſpenſaſſe: dominandi jus in annorum prærogativa conſtituiſſe; neque minori majorem honore præcurrere licuiſſe; quamobrem ſeſe, ut natu minimum, ita etiam Regno poſtremum, fraterna moderationis exemplo, nullam fortunæ violentiam intuliſſe, exſpectatorem beneficii ejus, non raptorem,*

Digitized by Google

rem, fuiſſe, neque ad imtempeſtivum ætati culmen, manus præpropera porrexiſſe cupidine. Kanutum vero patrum priorum exempla ſecutum, violato ſpecioſiſſimæ conſuetudinis habitu, Regni jus cum re nec dum queat, appellatione præcerpere; ſingulare nominis inſigne celerius, quam juſtius, occupare; jamque à ſuis falſo Regis titulo cenſeri non erubeſcere; conſultius acturum, ſi regnandi fortunam, non in ſuorum adulatione, ſed in extantis adhuc Regis occaſu reponere, maturumque præſtolari decus, quam intempeſtivum præripere mallet. His atque conſentaneis modis Regiæ ſibi nuncupationis inſigne ei ipſi querebatur. Tunc exurgens Kanutus, diu vultum humi intentum habuit, dicendique exordium aliquantisper ſudore & ſuſpiriis praecucurrit. Tandem & oculos, & animum levans, gladisque, ut mos eſt, capulo innixus, peccant, inquit, Pater, qui moderationem Tuam ſupra quod aut Majeſtati, aut ætati debes, exaſperant, quique pacatiſſimæ mentis tuæ ſerenum mendaciorum procellis incitant, obtrectationum ſibilis vexant. Sed onuſtum mihi valdè eſt, quod integerrimam animi Tui temperantiam aliquid ab alieniſſima Tibi iracundia mutuatam. & quaſi ſiniſtro rationis ductu transverſam ferri conſpicio. Rejice, quaeſo, nugarum auctores, mendaciter obſtrepentes, falſæque hujus criminationis figmentum reſpue. Neque enim injurioſo Tibi nomine cenſeri ſuſtineo. HERUM ME MEI, NON REGEM, appellant. Itaque cum à Sclavis DOMINUS ſalutari conſueverim, ſiniſtri tantæ comitatis interpretes alienæ urbanitatis occaſione, inſimulationis materiam aucupantur, ipſique venerationis officia negligentes, etiam aliorum juſta criminantur obſequia. Ego vero NON REGNUM, ut aiſti, VOCABULO uſurpo, ſed, temperata nominis dignitate, faſtuoſum ſalutationis decus fugio, invidendum honoris faſtigium ſperno &c. (6) *Henrici Leonis,* Saxonum Ducis, Marchionumque Brandenburgenſium, Imperium per *Slaviam,* longè lateq; extenſum fuit, Dano ne quidem deſuper muſſitante. Adhuc ineptior eſt ratio, quam *Crantzius* lib. I. *Vandal.* Cap. X. ex *Saxon. Grammat.* fabulis, quas lib. V. p. 76. &c venditat, mutuatur, à victoria, debellato *Sturmicone,* ſeu *Strumicone* Vandalorum Rege, reportata, derivatam: *Volitabat diu incerta victoria, quibus ſignis inclinaret: demum Danis ceſſit, oppreſſo in acie Rege Wandalorum Strumicone. Concidente enim Rege, ſors quoque Regni concidiſſe videbatur. Venit iterum in ditionem Daniae Wandalia; Unde videri poteſt, permanſiſſe in hodiernum eum Danorum Regis titulum: ut ſe Gothorum & Wandalorum Reges inſcribant. Quamvis nihil in Wandalia à multis diu ſeculis tenuerint; ſed eſt poſterioribus Seculis renovata ejus tituli cauſa &c.* Sanè ne quidem *Saxo* Daniæ Regibus titulum inde aſſumendum affinxit. Sed ut ad propoſitum revertar, firmat præfatam *Crantzii,* de bello Slavico, lib. VI. *Wandaliæ,* Cap. XXIV. & lib. VII. *Daniæ,* Cap. 5. repetitam Hiſtoriam, *Arnoldus* lib. 3. C. IV. ubi, mentione facta diſſidii inter *Bernhardum,* novum Ducem, Comitesque *Adolfum,* Holſatiæ; *Bernhardum* Razeburgicum, & *Guncelinum* Suerinenſem, verbis præced. *Catal. Ducum Saxoniae,* in vita *Henrici Leonis,* v. 4. ad h. a. pag. 181. extantibus ſubjungitur: *BORVINUS verò, filius PRIBISLAI, qui filiam Henrici Ducis habebat, Mechtildam dictam, obtinuit Caſtra Roſtock & Mekelenburg. NICLOTUS autem fugiens ad Ducem Bernhardum ſe contulit, quem Frater ejus, Otho, Marggravius,* (Brandenburgicus) *in Caſtro Havelberg collocavit. Unde frequenter eruptiones faciens, Terram Slavorum inſtanter vaſtabat. Quem adjuvabat GERMARUS,* (Jarimarus) *Princeps Rugianorum; BUGISLAUS verò, Pomeranorum Princeps, firmabat partem BORVINI. Et ita Conſanguinei illi inteſtina inter ſe prælia miſcebant. Prævalebat tamen pars NICLOTI, eò quod GERMARUS,* (Jarimarus) *Vir Strenuus, Terram Circipanorum, quæ Tribuſes contigua erat, plurimum vaſtaret. Cumque quodam tempore BORVINUS, qui & HENRICUS, terram illius piratis vaſtaret, captivatus eſt à GERMARO, qui conjecit eum in vincula, mittens cum Canuto, Regi Danorum, apud quem diu in cuſtodia ſervabatur. E converſo, NICLOTUS, qui & NICOLAUS, cum in terra BUGISLAI prædas exerceret, captivatus eſt ab eo, & conjectus in vincula. Sed cum diu in cuſtodia ſervarentur, tandem ſoluti ſunt, ea conditione: Ut à Rege Danorum Terram ſuam ſuſciperent, & obſides, quos habere voluiſſet, darent. Dederunt ergò obſides viginti quatuor, inter quos BORVINUS filium ſuum dedit, & receſſit à Caſtro Roſtock, tradens illud nepoti. Ipſe verò Ilowe & Meckelenburg in poſſeſſionem ſortitus eſt, Rege ſic diſponente, qui jam Terram Slavorum ſibi ſubjicere cogitabat, & adjicere Regno ſuo.*

Ann. eod. Canutus, (Danorum Rex) *multam pacem habens in Regno ſuo, animadvertit, quod Slavi, in diebus Patrum ſuorum, multas calamitates Terræ ſuæ intuliſſent. Videns etiam eos auxilio Henrici Ducis deſtitutos, qui freno dominii ſui maxillas eorum conſtrinxerat, ſuſcepta adverſus eos occaſione, bello eos ag-*

greſſus eſt. Contra quos tamen conſilia uſus Abſolonis ArchiEpiſcopi, prudentia magis, quam viribus, prævalebat &c. Hæc *Arnoldus Lubec.* lib. 3. Cap. V. §. 6. pag. 308.

An. 1184. *Canutus, Rex Danorum, inceſſanter vaſtabat Terram Slavorum --- munitiones fregerunt, & infuſi finibus eorum, ſicut locuſtæ, univerſam faciem Terræ repleverunt. Slavi verò impetum eorum ferre non valentes, in Caſtris ſuis ſe receperunt. Illi verò abuſi Provinciis eorum, comedentes medullam Terræ, reverſi ſunt ad loca ſua. Sicque per aliquot annos aſcendentes, tempore ſementis & meſſis, depaſti terram eorum, famis importunitate, ſine gladii occiſione, ad deditionem eas coegerunt. Quodam igitur tempore BUGISLAUS, Princeps ſive Rex Pomeranorum, Propinquum ſuum, GERMARUM* (Jarimarum) *Principem Rugianorum, impetebat, talionem ei rependere volens, eò quod idem GERMARUS Regi Danorum, in ſubactione Slavorum, promtulè aſſiſteret: quia, ex qua Chriſtianitatem ſuſceperat, ſub Ipſius Ditione conſiſtebat. Aſcendit ergò ad Eum, cum ſexcentis piratis, ſine dubio, credens, ſe omnem Terram illius conſumpturum, quemadmodum ignis conſumit ligna ſylvarum. Ille autem occurrens, licet non ex æquo, ſubitò eum in fugam vertit; ſiquidem Dani non longè inſidias tetenderant, quas Slavi de ſuis eſſe credentes, nil ſuſpicati, remigabant ad eos. Illi autem inſultum in eos facientes, cum Rugianis eos inſequuntur, & alias quidem ex eis occiderunt; alias comprehenderunt; quoſdam in mare præcipitaverunt --- ſicque Danorum ſervituti fiebant obnoxii, qui eorum libertati ſemper fuerant inſidiati. GERMARUS autem, cæteris amiſſis, BUGISLAUM inſequitur. Ille verò, ſibi conſulens celeri fuga, elabitur. Et ille poſt tergum clamavit, dicens: Quid eſt, o Princeps BUGISLAE? nonne nigrum & horridum illum GERMARUM ligare te jactitabas? expecta, ut ſervum abducas, quem conſortem habere nolebas. At ille fugiens ſalvatus eſt. Sicque humiliatæ ſunt Vires Slavorum, & ſervierunt Danis ſub tributo, tradito Caſtro Wollgaſt in manu Regis, cum obſidibus duodecim &c.* Hæc omnia *Arnoldus* lib. 3. Cap. VII. §. 1. 2. 3. & 4. pag. 312. & 313. Conf. *Ericus* Rex, in *Hiſtoria Gentis Danorum* h. a. apud *Lindenbrogium*, pag. 271. Annectit *Arnoldus* l. c. §. 5. pag. 313. *Hæc autem, non ſine indignatione Imperatoris, facta ſunt; qui ſe dicebat dupliciter à Canuto Rege injuriatum: & quod ab Eo coronari noluerit; & quod Slavos* (Pomeranos) *Imperio ſubditos, ſuo dominio, per tributum & hominium, ſubdiderit &c.*

An. 1187. *Miſit Imperator ad Canutum Regem* (Danorum) *Legatos honoratos, pro pecunia, quam Pater illius Waldemarus, cum ſua filia,* (Chriſtina) *ipſius filio* (Henrico VI.) *ſocianda, pollicitus fuerat, quam etiam idem Canutus partim perſolverat. Qui, propter occaſiones ſupra dictas,* (lib. 3. Cap. 8. §. 5. p. 313.) *quæ inter Imperatorem, & Ipſum verſabantur, pecuniam perſolvere timuit. Imperator verò, non propter repudii occaſionem, ſed propter pactionis immutationem, Regi ſororem ſuam intactam, cum tali apparatu, quo eam acceperat, reſtituit. Quod Canutus graviter accipiens, manifeſtas ex illa die inimicitias contra Imperatorem exercere cœpit, ita, ut omnem Terram Wagirorum, Halſatorum, Stormariorum, & Polaborum, uſque ad Albiam, ſui juris eſſe diceret, & eam, per Slavos, quos ſibi obſtrinxerat, frequenter vaſtaret. Mater etiam ejus à Ludovico* Landgrafio *repudiata, & ad terram nativitatis ſuæ, ſine honore reverſa, conqueſta eſt, in multis ſe à marito injuriatam. Unde etiam magis inſtimulatus, juſtam ſe cauſam, contra Teutonicas, habere arbitratus eſt &c.* Ita *Arnoldus*, lib. 3. Cap. XX. pag. 340. Conf. *Crantzius*, lib. VI. *Wandal.* Cap. *XXVII. Surrexit nova controverſia inter Imperatorem & Danorum Regem, quæ in longum & multiplicem Holſatiæ & Wagriæ laborem excrevit, unde Rex omni Teutonico infenſus nomini, quanto potuit odio eſt inſectatus. Miſit enim Imperator ad Kanutum, Daniæ Regem, Oratores, pro altera dotis dimidia, quam Pater ejus, Waldemarus, cum Kanuti ſorore, filia Imperatoris deſponderit: quæ etiam jamdiu fuerat in Aula Imperatoris, per Germaniam enutrita. Rex, averſatus Legationem, quod ſciret, Imperatorem non ſe æquis intueri animis, pecuniam mittere recuſavit. Sciebat, quis Pomeraniæ Ducem in ſe excitarit. Sed tum, qualicunque cauſa prætenſa, inanes remiſit nuncios, ad hoc miſſos. Imperator autem, & ante juſta indignatione ſuccenſus Regi, quod magnam Wandaliæ partem, quæ Imperio pertineret, Rex Daniæ occupaſſet, quod in Germaniæ finibus, & in littore Germanici maris ſita eſſet: & quod Imperio recuſaret hominium præſtare, quod Patrem ejus fecit præſtitiſſe; & nunc accedente nova cauſa pernegatæ dotis ſolvendæ, exarſit in Regem, & germanam ejus ſororem Regi remiſit intactam. Ludovicus quoque, Turingiæ Princeps, ejuſdem Imperatoris ex ſorore nepos, matrem Kanuti Regis, quam nuper acceperat conjugem, nunc repudiatam, à ſe dimiſit, queſtam de multis novi mariti injuriis. Hæc ſemina erant bellorum. Cæterum, & Holſatorum, Wagriorum, Polaborum, Stormariorum Terras ſuas eſſe prætendebat; & eadem omni conatu recuperare ex hoc die contendit; quæ infiniti cauſa laboris fuit: quum enim tot erant in* mo-

medio injuriarum irritamenta, quæſivit quæque pars cauſas in alteram &c. Immediatè addens: *Quia verò Juris prætenderet Rex in terras memoratas, Annales non exponunt, niſi, quod conjectura promptum eſt, recordari illum eorum temporum, quæ erant ſub Kanuto, Obotritorum Rege, qui omnibus his Terris præerat, cujus ſucceſſionem Rex præferebat, ut eſſet Albis fluvius limes ſuæ Ditionis. Sed, cum intercesſiſſent tot anni, legitima tranſibat præſcriptio. Principes verò non legibus, ſed armis, Provincias quærunt &c.* Quæ omnia, lib. VII. *Daniæ*, Cap. V. & lib. VI. *Saxon.* C. 53. repetit. Falſum licet ſit, *Canutum*, à *Lothario* Imp. anno 1133. creatum *Obotritorum Regem*, fuiſſe *totius Nordalbingiæ Dominum*, quippe quæ magnam partem ad Saxoniæ Ducem, & in ejus clientela viventem *Adolfum*, Holſatiæ Comitem, pertinuerat, *Wagria* excepta, *Obotritorum tunc Regni* portione; diſcimus tamen hinc, donationem Imperatoris *Friderici I.* qua, ann. 1181. *totius Nord-Albingiæ Dominium* in *Waldemarum*, Daniæ Regem, *Canuti* Patrem, tranſtuliſſe fertur, cujus præced. *Catal. Ducum Saxoniæ*, in vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad ann. 1181. pag. 178. memini, eſſe fictam. Deinde, documento hæc ſunt, Filiam laudati Regis *Woldemari* fuiſſe ſponſam filii Imperatoris, licet ab eo non ductam.

Ann. 1189. *Henricus Leo* Dux, ex Anglia domum reverſus, *Holſatos, Stormarios* & *Polabos*, in fidem recipit, quorum etiam auxilio, ſuppetiasque ferentibus *Bernhardo* Razeburgico, *Bernhardo* Welpenſi, *Helmoldo* Suerinenſi, aliiſque Comitibus, Civitatem *Bardevicenſem* armata manu expugnat, & funditus deſtruit; quo facto, recuperat quoque *Lubecam*, & compellit ad deditionem *Lauenburgum*. Vid. præced. *Catal. Ducum Saxon.* in vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad h. a. pag. 182.

Ann. 1190. Idem Dux, tranſigendo cum *Henrico VI.* Rege, vivente adhuc Imperatore, ſpondet inter alia, *Adolfo*, Holſatiæ Comiti, dimidiam *Lubecæ* partem ſe reſtituturum, & Caſtrum *Lauenburg* ſolo æquaturum. Vid. *Crantzius*, lib. VI. *Wandal.* Cap. XXX. *Adolphus de Dasle, conjunctis amicorum de Holſatia armis, Urbem Lubicam impugnavit, jam Henrico Leoni parentem. Prodierunt ex ea, ejus nomine, Bernhardus de Raceburgo, Helmoldus de Zwerino, Comites, & Jordanus Dapifer; quibus congreſſi Adolphus & Holſati, multos in Travenam urgentes merſerunt: alios etiam captivos abduxere: Capti Helmoldus & Jordanus. Bernhardus de Raceburgo Comes vix elabitur. Capti trahuntur in Zegeberg, & deinde per intervallum, ære magno perſoluto, laxantur, redempta libertate; nam Helmoldus* 300. *marcas denariorum; dapifer autem, quia pecunioſus erat, ſexcentas marcas dedit argenti &c.* Henricus interea Rege *Brunſuicum* obſidente, convenit cum Eo Dux noſter de conditionibus ſupradictis, de quibus plura præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. p. 143. & 144. Confer. præced. *Catal. Ducum Saxon*, l. c. ann. eod. pag. 184.

(25) Imperii habenas moderante HENRICO VI. è Terra Sancta, rediens *Adolfus* Holſatus, in ſocietatem belli tracto *Bernhardo* Jun. Comite *Razeburgico*, obſidet ann. 1192. *Lubecam*; eamque, (non tamen ſine magno labore) *Henrico* Duci eripit. Vid. præced. *Catal. Ducum Saxon.* in Vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad h. a. pag. 184. *Lauenburgo* vero auxilium ferentes *Bernhardo* Duci fruſtrà militarem circumponunt coronam, *Bernhardo* Welpenſi, & *Helmoldo* Suerinenſi, Comitibus, opportunè *Bernhardum* Ducem in fugam conjicientibus. Vid. loc. cit. pag. 184.

Ann. 1195. defunctus eſt *Henricus Leo* Dux, qui *Allodium ſuum de Brunſwic, & de Rolemburch,* (Luneburch) *& ea, quæ in Sclavia acquiſierat, retinuit &c.* Ita *Albericus*, ad ann. 1193. p. m. 400. Confer. præced *Catal. Ducum Saxon.* l. c. v. 5. ad h. a. pag. 186.

(26) PHILIPPO, *Henrici VI.* Imp. ann. 1197. Germano, & OTTONE, *Henrici Leonis*, Saxonum Bojorumque Ducis, Gnato, pleno ſtomacho de Germaniæ diademate ſecum invicem contendentibus, *interea non defuerunt nova in Dania & Nordalbingia. Siquidem Otho, Marggrafius de Brandeburg,* (Bernhardi Ducis frater) *infeſtabat Canutum Regem,* (Daniæ) *ſubjiciens ſibi quosdam Slavos, quos Rex ſuæ ditionis eſſe dicebat. Unde commotus* Rex *expeditionem contra eum ordinavit, & Claſſe terram ſuam intravit, per aquam, quæ Odera dicitur, quæ in mari deſcenſum habet. Cui occurrerunt Rugiani, ſeu Rani, cum Polabis & Obotritis. Rex tamen in Inſula Mœne conſiſtebat, Petro Cancellario Exercitum ducente. Cumque eis Marchio occurriſſet, in multitudine militum & Slavorum, ex utraque parte vulnerati ceciderunt. Inter alios, Frater Epiſcopi Durbernus, cecidit, & Cancellarius vulneratus in captivitatem ivit. Sicque expeditio illa ſoluta eſt. Epiſcopus autem in gravi cuſtodia ab Othone tenebatur, ſperante ſe, per eum multos captivos recipere, vel multam partem Slaviæ poſſidere ---- Epiſcopus igitur nactus opportunitatem, cum ſuo cuſtode,* (Ludolfo) *de ſua liberatione tractare cœpit; &, quid plura? cuſtode conſciente, & cooperante, Epiſcopus de cuſtodia eripitur,*

Digitized by Google

& ad ſua revertitur, & Ludolfus non parva mercede remuneratur &c. Hæc *Arnoldus Lubec.* Lib. VI. Cap. IX. pag. 461. & 462. Quo anno hæc geſta ſint, docet *Ericus* Rex, in *Hiſtor. Gentis Danorum*, ad ann. 1198 apud *Lindenbrogium*, pag. m. 271. ſcribens h. a. *Petrus Epiſcopus captus eſt, & Frater ejus, Thorbernus, occiſus &c. Crantzius* verò, lib. VI. *Wandal.* Cap. XXXVII. (cauſam belli arceſſens à Laudo, quo *Canutus* Rex, an. 1183. *Nicolotum & Burwinum*, agnatos Slavorum Principes, ab armis revocaverat, priori *Kiſſinorum* Terram, cum *Roſtochio*; & poſteriori, Terram *Obotritorum*, cum *Ilovio* & *Magnopoli*, vindicando, reſervato ſibi utrinque dominio directo, ut præced. v. 24. ad h. a. dictum; compoſitionem iſtam, ut putat, *Ottone* Brandenburgico, non æquo ferente animo,) refert expeditionem hanc ad annum 1195. deſcriptam inſuper lib. VII. *Daniae*, Cap. VIII. & Lib. VII. *Saxon.* Cap XVIII. quam ſententiam, poſt *Engelium*, de *Reb. Marchicis*, *Bangertus* quoque, ad dictum *Helmoldi* locum, amplecti videtur, monens ſimul, *Pontanum* lib. VI. *Rer. Dan. in Canuto*, vindicare planè idem bellum anno 1193. Sed pergit *Arnoldus* l. c. Cap. X. pag. 462. *Proxima verò hyeme, quae fluvios & paludes durius conſtrinxerat, Otho Marchio, coadunato Exercitu, Adolfo Comite auxilium ferente, totam Slaviam vaſtavit, nec Terrae JEROMARI, quae Tribuſes dicitur, pepercit, ita, ut ipſam Rugiam vaſtaſſet, ſi glacies ſtagni, quod Terras dividit, ſoluta non fuiſſet. Unde Adolfus gravem Regis indignationem pertulit, & de cætero gratiæ illius alienus extitit. Sæpius enim Regem offenderat, tum, quia Slavos ſaepius impetebat; tum, quia cum Waldemaro Epiſcopo* (Regnum Daniæ affectante, vid. *Arnoldus*, lib IV. Cap. XVII. pag 408. & 409. *Crantzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap. V. & lib: VII. *Daniæ*, Cap. VII.) *contra Eum, quandoque ſenſerat &c.* Conf. *Crantzius*, lib. VI. *Wandal.* Cap. XXXVII. Lib. VII. *Daniæ*, Cap. VIII.

Ann. 1199. *Inſtante igitur æſtate, Canutus Rex contra Adolfum* (Holſatiæ Comitem) *Exercitum perduxit ad Egdoram, in loco, qui Reinoldesburg dicitur. Cui Comes occurrit, cum innumera militum multitudine, auxilium ferente Othone Marchione, cum armatorum multitudine. Aderat ibi Simon, Comes de Teckenburg; Bernhardus de Wilpia; Mauricius de Aldenburg, & alii multi. Dominus quoque Hartvicus, Bremenſis Archi Epiſcopus, huic collegio non defuit. Hos omnes Comes de ſuis ſumptibus copioſè procuravit, diebus non paucis, non ſine admiratione multorum, quod tantis expenſis Comes ſufficere potuiſſet. Cum igitur aqua eos ab invicem divideret, & Rex ad iſtos tranſire diſſimularet, nec iſti eum impetere audebant, Rex tandem Caſtra movens, ad ſua reverſus eſt. Et ita Expeditio illa, ſine pacis conditione, ſoluta eſt &c.* Hæc *Arnoldus*, lib. VI. Cap. X pag. 462. & 463. Confer. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, h. a. pag. 203. Cap. 35. *Crantzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap. XVIII. ubi Expeditionem hanc ſuſceptam tradit Anno 1201. licet minus accuratè; add. idem Libr. VI. *Wandal.* Cap. XXXVII. & Libr. VII. *Daniae*, Cap. VII.

Ann. 1200. *Transacta hyeme, ſtatim Adolfus Comes Caſtrum Reinoldesburg* (Rendsburg) *antiquum reædificare cœpit, ſperans, ſe hac munitione impetum Regis evadere. Sed Rex, non immemor ſuarum injuriarum, adveniente Majo, coadunato Exercitu, cum multitudine gravi, ad Egdoram venit: nec minus Comes cum ſuis affuit. Qui, cum impetum Regis ferre non valeret, conditione pacis interpoſita ſic ad Regis gratiam venit, ut ipſum Caſtrum Regi cederet, & Comes ſua quietius poſſideret. Rex autem ipſum Caſtrum ampliando firmiter ædificavit, collocatis illic Viris, & armis plurimis, pontemque latiſſimum ſuper Egdoram ſterni fecit, & exinde liberum exitum & introitum in Terram Comitis habuit, ſicque paulatim ſimultates & occaſiones contra Comitem exortae ſunt &c.* Hæc *Arnoldus*, Libr. VI. Cap. XII. §. 1. & 2. p. 463. Tempus deſignat *Ericus* Rex, l. c. pag. 271. inquiens, ad Annum 1200. *Caſtrum Reynsberg acquiſitum eſt, & Thitmerskia &c.* Conf. *Crantzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap. XVIII. cujus calculo *Reinoldesburgum* anno demum 1202. Danis traditum; Id. lib: VI. *Wandal.* Cap: XXXVII. & lib. VII. *Daniae*, Cap. VIII.

Ann. eod. Non obſtante, quod *Henrici Leonis* Poſteri Bello Danico non immiſcerentur, *Comes tamen* (Adolfus Holſatiæ) *una cum æquivoco ſuo, Adolfo, Comite de Dasle, Lauenburg* (adeoque ipſorum Patrimonium) *obſidere cœpit, ædificato Caſtro Hardenburg, per quod ipſum Caſtrum nimis arctabat, ita, ut Caſtellani nec introitum, nec exitum, habere poſſent. Crevit igitur obſidio: quia Comes copiam navium de Hammenburg adduxerat, quas viris & armis & machinis optimè munierat. Cumque Caſtrum & per aquas, & per terras, arctaretur, & Dux Henricus, qui & Palatinus,* (Henrici Leonis filius) *illud liberare non poſſet, deficientibus jam victualibus, Viri Caſtellani de deditione Caſtri agere cœperunt. Miſſis igitur clanculo Legatis ad Canutum Regem, ei Caſtrum offerunt reſignandum. Qui gaviſus eſt, & gratias agens Caſtellanis, miſit ad eos Rudolfum quendam, Virum Illuſtrem de Holſatia, ut ipſi Caſtrum loco ſuo reſignarent, & vexillo Regio ſibi illud intitularent, promit-*

tens,

teus, ſe brevi venturum, & Caſtrum de hominibus redemturum. Quod intelligentes Nepotes, ipſum Caſtrum arctius impugnare cœperunt. Et quia victualia defecerant, ipſum ſibi citius potenter ſubjugaverunt. Hoc audiens Rex, & callidè diſſimulans, ipſos Comites amplius exoſos habere cœpit. Poſtea tamen, mediantibus amicis, Comes Adolfus ad gratiam Palatini venit, & facti ſunt amiciſſimi, ita, ut Dux Patrimonio ſuo, quod circa fluvium, qui Gamme dicitur, habebat, eum inbeneficiaret, & Comes ſeptingentas marcas ei perſolveret &c. Hæc *Arnoldus* l. c. §. 3. & ſeqq. pag. 463. & 464. Confer. *Crantzius* lib. VII. *Daniae*, C. IX. pag. 161. & Libr. VII. *Saxon.* Cap. XVIII.

Inter hæc, HENRICUS, qui & BORVINUS, & NICOLAUS, Nepos ipſius, qui & NICLOTUS, de voluntate Regis Canuti, expeditionem in Terram Comitis Adolfi de Dasle ordinaverunt; quibus idem Comes cum ſuis occurrit ad locum, qui Warskowe dicitur. Cumque acies ordinaſſent, NICOLAUS prior inſultum in hoſtes faciens, interfectus eſt, vir bonus & prudens, cujus ruina tota Slavia in mœrorem eſt verſa, ita, ut in ultionem ipſius multi perirent. Nam, cognito caſu tanti Viri, hoſtes armis inſiſtunt, et innumera ſtrage Teutonicos proſternunt, ut, vix Comite, cum quibusdam militibus, evadente, exceptis captivis, ſeptingenti Viri gladio interirent — Exinde autem Comes praedictus minus gratus Terrae ſuae fuit, utpote qui tantae ruinae auctor extitit; ipſe enim, cum Nepote ſuo, Adolfo, Thetmarciam, quae Regi ſubdita videbatur, intraverat, quam ſpoliatam non parva cæde affecerat &c. Ita *Arnoldus*, Libr. VI. Cap. XIII. §. 1. &c. pag. 464. & 465. Confer. *Crantzius*, lib. VI. *Wandal.* Cap. XXXVIII. Lib. VII. *Saxon.* Cap. XVIII. & Lib. VII. *Daniae*, Cap. IX. pag. 161.

Ann. 1201. *Circa exaltationem S. Crucis, Waldemarus Dux* (Slesvicensis, Canuti Regis frater) *cum expeditione gravi, Terram Comitis intravit. Cui Comes cum ſuis occurrit, ad locum, qui Stilnowe dicitur. Congreſſione autem facta, pars Comitis infirmata eſt, ita, ut multi gladiis perirent, alii verò captivitatem ſubirent, Comes autem fuga elapſus, in Hammenburg ſe recepit. Ipſo tempore, Dux Etzeho obtinuit, Sigeberg & Travenemunde obſideri fecit; Plune quoque, quod magnum praeſidium videbatur, à ſuis hominibus capta eſt. Videns autem Dux, quod, fortuna favente, introitus ſibi terrae pateret, circa Feſtum Simonis & Judæ rurſum inſtaurato Exercitu, una cum Petro Roſchildenſi Epiſcopo, prudente & magni conſilii Viro, Terram intravit. Et quia praedictus Comes jam Terram exierat, venit Hammenburg. Ubi occurrentibus Provincialibus honorificè ſuſceptus eſt à Clero. & cuncto Populo. Sequente verò die Caſtra movens, venit Bergerſtorp, & altera die proceſſit Lawenburg. Comes autem de Dasle, cognita virtute Ducis, timens traditionem, propter cauſas ſupra dictas, nec minus & ipſe Terram exieras. Qui autem remanſerant, timentes impetum Ducis, accepto conſilio, Duci apud Lauenburg obviam venerunt, & ei Caſtrum Raceburg, & introitum terrae, obtulerunt. Dux autem, videns quod Lauenburg capere non poſſet, reædificato Haddenburg,* (Hardenburg) *relictis ibi militibus, & armis, cum victualibus plurimis, proceſſit Raceburg. Sicque potito hoc caſtro, de Wittenburg, & Godebuſch, & ipſi dextras dederunt. Dux igitur proſperè agens, applicuit ad Civitatem Lubeke famoſam, ſciens nomen ſuum dilatari, ſi tantæ Civitati dominaretur. Cives autem, propter captivos ſuos ſupra dictos, & propter naves, in Scania detentas, animadvertentes quoque, quod ex omni parte tota Terra in conſpectu Ducis parata eſſet, ita, ut nullum introitum, vel exitum, nec per Terram, nec per mare, habere poſſent, neceſſitate compulſi, conſilio habito, nominatiores Duci, cum apud Bredenvelde eſſet, occurrerunt, & Civitatem ei dederunt, ſicque ſuos captivos, cum navibus, & omnibus ablatis, receperunt. Dux igitur, acceptis obſidibus, tam de hac Civitate, quam de aliis Civitatibus & Caſtris, ad ſua cum gaudio reverſus eſt, præficiens Caſtro Sigebergenſi Advocatum Timonem, quod tamen per ipſum adhuc in obſidione laboravit. Fratrem quoque ejus deputavit Travenemunde, quod adhuc homines Comitis tenebant. Scacconem etiam, Comitem Thetmarciæ declaravit; & fratrem ejus, Widdagum, Plune præfecit. Radulfum quoque in Hammenburg locavit; ut, qui propter ipſum exulaverant, per eum majora reciperent.* Hæc *Arnoldus* l. c. §. 8. & ſeqq. pag. 465. & 466. de Tertia expeditione, qua *Hamburgum*, ab *Adolfo* recuperatum; brevique poſt laudato Duci *Waldemaro* rurſus obvenit, & *Adolfus* in captivitatem abductus fuit in Daniam, compedibus & vinculis conſtrictus, annectens, lib. VI. Cap XIV. pag. 467. *Poſt hæc Comes Adolfus de Schawenburg, dolens de perditione Terrae ſuae, circa feſtum B. Andreæ, contractis navibus & copiis de Stadio, quod adhuc tenebat, occupavit Hammenburg. Unde territi homines Regis, ſive Ducis, cum Radulfo Advocato, fugam inierunt. Comes verò ſperans ſe proſperè agere, propter Caſtra, Lauenburg videlicet, & Sigeberg, & Travemunde, quae adhuc cum ipſo ſentiebant, & propter quosdam Provinciales, qui ſpem bonam, in dolo tamen, ei faciebant, in ipſa Civitate, uſque ad Nativitatem Domini, ſiniſtro tamen omine, perduravit. Siquidem Walde-*

Digitized by Google

marus Dux, audito introitu Adolfi Comitis, impiger ad expeditionem ſe præparans, evocatis omnibus amicis de Nordalbingia, Slavia, Thetmarcia, ad obſidionem ejusdem Civitatis properavit; nec defuit Comes Guncelinus, cum HENRICO BORVINO, auxilium devotè ferentes. Comes autem ſeductus --- circa vigiliam Nativitatis (Domini) Ducem cum infinitis ſenſit adeſſe. Sed tunc effugium non patebat --- cumque dies B. Stephani adveniſſet, ſic ordinatum erat: Ut Comes Lauenburg Duci redderet, & ipſe cum ſuis liberè abiret. Ad hoc negotium deputatus eſt Guncelinus, Comes de Suerin, qui Comitem, ſub pacis conditione, Lauenburg conduceret, ut promiſſum Comes fideliter perſolveret. Enimverò, præſidiariis Caſtrum victori tradere recuſantibus, Comes compedibus & vinculis, conſtrictus eſt; ſicque, non ſine contumelia, per omnia loca, quibus antea dominabatur, deductus, Daniam captivus intravit. ---- Inter hæc Lauenburgenſes, ſæpius erumpentes, Terram ſatis inquietabant &c. Confer. Albertus Stadenſis, h. a. pag. 201. Chronicon Slavicum Lindenbrogii, ann. eod. 1201. pag. 257. Hermannus de Lerbeke, Chron. Comitum Schauenburg. apud Meibomium T. I. Rer. German. pag. 503. Chronicon Holſaticum, apud Dn. de Leibnitz T. I. Acceſſ. Hiſtor. Cap, XVI. pag. 33. Crantzius, lib. VII. Daniæ, Cap. IX. X. & XI. pag. 161. & lib. VII. Saxon. Cap. XIX. & XX. & lib. VI. Wandal. Cap. XXXVIII.

Ann. 1202. Canutus Rex, in beneplacito fratris Waldemari, ſororem ſuam, Helenam, cum magna ſolemnitate, Dn. Wilhelmo, filio Ducis Henrici (Leonis) ſociavit. Unde lætati ſunt omnes amici Ducis, & omnis Terra Holſatorum, Sturmariorum, ſperantes Eum, cum ſorore Domini Regis, totam Terram habiturum. Sed fefellit opinio. Ipſe tamen gener Regis ſæpius à Rege, & fratre Duce, in multis honoratus, dignitatem ſui nominis multis præferebat. Proxima æſtate, Dn. Canutus Rex venit Lubeke, & glorioſe ſusceptus eſt à Clero, & ab omni Populo. Ad cujus introitum, deditum eſt Caſtrum Travemunde, quod Regi non parvam fecit lætitiam. Provinciales quoque accurrentes, omni alacritate, obſequio Regis ſe exhibuerunt. Rex igitur, procedens Mulne, & acceptis obſidibus, prius neglectis, ad ſua revertitur, Fratre Duce procedente Lawenburg. Quod cum capere non poſſet, reædificato Caſtro Haddenburg, quod Lawenburgenſes deſtruxerant, firmatisque præſidiis ad propria revertitur &c. Hæc Arnoldus lib. VI. Cap. XV. pag. 468. addens Cap. XVI. pag. 468. & 469. His ita geſtis, Dux, videns, quod ſui in obſidione Sigebergenſi deficerent, ---- ipſe, per ſemet ipſum, impatiens otii, Caſtrum vallavit, &, omni eruptione ablata, graviter in-arctavit. Cumque, pro diutina obſidione, victualia Caſtellanis deeſſent; --- pertæſi tanti laboris, & obſidentes, & eſurientes, Caſtrum deditum eſt, ea conditione: ut Caſtellani patrimonia ſua, ſeu beneficia, ut antè, poſſiderent, & cum omni pace omnem ſupellectilem vel quicquid in Caſtro poſſiderent, liberè deferrent. Cumque Dux Caſtrum ſuis locaſſet, & ad ſua, cum gaudio, remearet, repentè ſiniſtrum accepit nuncium, videlicet, Fratrem (Canutum) Regem mortuum. Unde exterritus, velociùs accelerat reditum, utpote Fratris accepturus Regnum. Cumque multa concordia Regnum adeptus fuiſſet, in Nativitate Domini, percepta benedictione Regali, à Venerabili Lundenſi ArchiEpiſcopo Andrea, in ipſa Civitate, in Regni Sedem glorioſè ſublimatus eſt &c. Confer. Albertus Stadenſ. ann. eod. pag. 201. Ericus Rex, Hiſtor. Danic. ann. eod. apud Lindenbrog. pag. 271. Chronicon Brunſvicenſe apud Maderum, Antiquit. Brunſvic. pag. 74. Engelhuſius, Chron. apud eundem, pag. 245. Chronic. Slavicum Lindenbrogii, ann. eod. pag. 257. Crantzius, lib. VII. Daniæ Cap. XII. Lib. VII. Wandal. Cap. IV. & Libr. VII. Saxon. Cap. XX. Pontanus, Lib. VI. Rer. Danic. ann. eod.

Ann. 1203. Novus Rex Daniæ, Woldemarus, aſſumendo ſimul titulum Regis Slavorum, & Nordalbingiæ Domini, potitur tandem Lauenburgo. Circa Auguſtum, Rex Waldemarus, cum magna Gloria & infinita multitudine, venit Lubecam, ibique, cum multa jucunditate, Rex Danorum, & Slavorum, & Nordalbingiæ Dominus, ſalutatur. Sicque proſequente ArchiEpiſcopo Lundenſi, & Fratre ipſius, Petro Roſchildenſi, cum cæteris Epiſcopis, Præpoſitis, Primoribus, Nordalbingis, Thetmarcis, Slavis, Rugianis, maxima virtute vallat Caſtrum Lawenburg, Cumque Caſtra metatus fuiſſet, erexit machinas multas, ſive alia Caſtrorum tormenta. Viri quoque baliſtarii continuè Caſtellanos inquietabant, & viciſſim vulnera dabant, & accipiebant, nec deerant inter has altercationes, funera morientium. Cumque diutius hæc fierent, & Rex Caſtro dominari non poſſet, eò quod Caſtellani Viri bellatores eſſent, & Caſtrum nimis munitum fuiſſet, tandem, conditione pacis interpoſita, Colloquium Regis Caſtellani expoſcebant, in quo, de liberatione Comitis, transactum eſt. Et ſic, mediante ArchiEpiſcopo, & Fratre ejus Cancellario, cæterisque Epiſcopis & Primoribus, definitum eſt, ut Caſtellani Caſtrum dederent, & Comes, datis obſidibus, à captivitate ſolveretur. Dedit igitur Comes duos Filios ſuos, & filium cognati ſui, Ludolfi (Adolfi) de Dasle, & Filium Comitis Henrici de Dannenberg; præterea octo pueros Miniſterialium ſuorum. Et jurejurando firmatum eſt: Ut obſides, poſt decem annos, liberi eſſent. Si

verò

verò Rex intra hos annos vita excederet, obſides redderentur: ſi autem Comes deficeret, non minus hoc fieret. Sic *Caſtrum* (Lauenburg) *redditur, & Comes gaudens Schawenburg revertitur &c.* Sunt verba *Arnoldi*, lib. VI. Cap. XVII. pag. 469. & 470. Confer. *Albertus Stadenſis* ann. eod. pag. 201. *Ericus* Rex, *Hiſtor. Danor.* ann. eod. apud *Lindenbrog.* pag. 271. *Hermannus de Lerbeke* l. c. pag. 503. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* ann. eod. pag. 257. *Crantzius*, lib. VII. *Daniæ*, Cap. XIII. lib. VII. *Saxon.* C. XXI. & lib. VII. *Wandal.* Cap. I.

An. 1208. *Woldemarus*, Rex Daniæ, *guerram habens contra Guncelinum, Comitem de Suerin, & fratrem ejus, Henricum, qui eum offenderant, ejecto de Terra Joanne, qui cognominatur Gans, cujus Caſtrum Grabbow violenter abſtulerant, miſſo exercitu, per manus Alberti Comitis Nordalbingiæ, quem Terræ præfecerat, primò Boyceneburg, Caſtrum ipſorum, dirui fecit; deinde, omnem Terram Suerinenſem irrecuperabiliter vaſtavit &c.* Hæc *Arnoldus*, lib. VII. Cap. XIII. §. 2. pag. 554. *Ericus* Rex l. c. ad h. a. pag. 272. ſcribens quidem: *Rex Waldemarus Caſtrum Hwitceborg deſtruxit &c.* in Editione Elzeviriana vero an. 1629. pag. m. 87. loquitur clarius: *Rex Waldemarus Caſtrum Byzenburg deſtruxit &c.* Conf. *Crantzius*, Libr. VII. *Daniæ*, Cap. XVI. lib. VII. *Saxoniae*, Cap XXVII & XXXVII. & lib. VII. *Wandal.* C. III. ubi ſimul docet, præfatum *Albertum, Nordalbingiae* Præfectum, fuiſſe *Adolfi*, Holſatiæ Comitis, fratrem uterinum gnatumque *Henrici Orlamundani*; add. *Henningeſ.* part. 2. *ſecundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 306 *Godefridus Colonienſ.* an. 1224. pag. 293. vocat eundem *Orlamundanum*, *Woldemari* Regis Daniæ ex ſorore nepotem. Idem docet *Hiſtoria Archi Epiſcoporum Bremenſium*, in vita *Gerardi*, XXIX. ArchiEpiſcopi, apud *Lindenbrogium*, p. m. 96. necnon *Albertus Stadenſis* ad ann. 1225. pag. 206. *Chronicon Slavicum*, ad ann. 1225. ibid. pag. 258. *Crantzius* lib. VII. *Saxon.* Cap. *XXXIX.* alii.

(27) OTTONE IV. ſolo imperante, ex quo *Philippus*, an. 1280. occiſus fuit, *Expeditio facta eſt in Pruciam & Samland. MISTWIN, Dux Poloniæ, factus eſt Homo Regis &c.* Ita *Ericus Rex* l. c. ad ann. 1210. pag. 272. Conf. mox verba *Crantzii.*

An. 1211. *Dani Caſtrum Dymin* (in Pomerania) *reædificant, & Nycenborg deſtruunt &c.* Hæc *Ericus* ad h. a. Conf. *Crantzius*, l. c. lib. VII. *Wandal.* C. VI. *Rex Woldemarus, multis auctus victoriis, Pruſſiam eſt adortus, & ad juga ſua coëgit, ut tributa perſolveret, nondum enim Ordo Teutonicorum eam acceperat commendatam. Inde movens contendit adverſus Duces Pomeraniæ, quos, ut Obotritos, ſuæ voluit parere Ditioni; quo expedito, jam omnem maritimam teneret Wandaliam. Nam, ab Occidua parte, Wagriam tenebat, cum Holſatia: inde Obotritorum & Kiſſinorum, quæ nunc tota eſt Magnopolis, ſubjectam tenuit, cum Principes ejus Dominum illum ſuum recognoſcerent. Rugiam, jam à multis annis, Pater ejus domuit; quibus ſi acceſſiſſet Pomerania, nihil deeſſet littori Wandalico, quod non Regi paruiſſet; nam Mediterranea, vel Marchioni, vel Duci Saxoniæ, erant ſubdita. Rex tum aliquot Civitatibus in Pomerania captis, & Demyno, nota Urbe inſtaurata, impoſitoque pro tempore præſidio, victorem Exercitum reduxit in Daniam &c.*

Ann. 1214. *Comes Guncelinus, & Comes Henricus, Frater ejus, Terram ſuam* (Suerinenſem) *à Rege* (Daniæ Woldemaro) *receperunt, & Ei fidelitatem juraverunt. Dani obtinuerunt Caſtrum Stetin, & Caſtrum Marchionis, Muten &c.* Hæc *Ericus* Rex, l. c. ad h. a. pag. 272.

An. 1215. *Rex Danorum, cum multis navibus Albiam intrat, Stadium invaſurus, ſed prohibet Palatinus:* (Henricus Dux) *Imperator, cum Fratre, & Marchione de Brandeburg, & Waldemaro Epiſcopo, Hamburg obſedit, & in pace recepit &c.* Ita *Albertus Stadenſis*, h. a. pag. 203. Confer. *Ericus* Rex, l. c. ann. eod. pag. 272. *Crantzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap. XXXVI. & lib. VII. *Daniæ*, Cap. XVII.

An. 1216. *Rex Danorum Albiam, glacie rigentem, tranſiens, Stadium expugnare voluit. Sed antequam gelu ſolveretur, rediens totas vires ſuas in Hamburg convertit. Fecit itaque Caſtrum ſecus Albiam, infra Urbem, & Comes Albertus aliud ſupra Urbem. Unde Hamburgenſes affecti tædio ſe dederunt &c.* Hæc *Albertus*, h. a. pag 204. Confer. *Ericus* Rex, l. c. ad h. a. *Hermannus de Lerbeke*, *Chron. Comit. Schauenb.* ap. *Meibomium* Tom. I *Rer. Germ.* pag. 509. *Chronicon Slavicum Lindenbrogianum* an. eod. pag. m. 258. *Crantzius* lib. VII. *Saxon.* Cap. XXXVI. & lib. VII. *Daniæ*, Cap. XVII.

(28) FRIDERICUS II. Imperator confirmat an. 1216. 7. Kal Aug. apud *Ulmam* Electionem WENCESLAI, Regis *Bohemiæ*, ſcribens inter alia: *Electionem præfatam ratam habemus & firmam, & concedimus eidem VENCESLAO totum Regnum Bohemiæ, cum terminis, & omni Jure, & honore, ac rationibus, eidem Regno pertinentibus, ſicut ipſum Regnum Pater ſuus, & alii Prædeceſſores ſui, tam Duces, quam Reges, antea tenuerunt &c.* Vid. Diploma apud Dn.

Lud-

Lunigium, Contin. I. *des Reichs Archivs, Erſte Fortſezung*, §. 3. pag. 5.

Sub Eodem grave oritur diſſidium inter *Woldemarum*, Daniæ Regem, & *Henricum* Com. *Suerinenſem*, quo ſedando, vocatur Comes ad Regem; enimverò, duras nimis conditiones pacis præſcribentem, abreptus temeritate Comes captivum ducit, etiam in proprio ſolo, Eumque *Suerinum* transfert, paulo poſt *Dannebergae* compedibus vinculisque obſtrictum. Vid. *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1223. pag. 205. *Rex Danorum in propria Terra, à Comite Heinrico de Zwerin, cui duras, ut fertur, gratiae ſuae recuperandae conditiones impoſuit, inopinato caſu, in papilione propria capitur, & in Danneburg gravi cuſtodia coarctatur &c.* Conf. *Ericus* Rex, *Hiſtor. Dan.* an. eod. apud *Lindenbrog.* pag. 272 *Rex Waldemarus, una cum filio ſuo, Waldemaro III. à ſuis proditi, capti ſunt in lectis ſuis, à Comite Henrico, in Inſula Lyuthe, Johannis ante Portam* (i. e. 6. Maji) *& in Slaviam ducti, in Caſtrum Zuerin, manſerunt ibi ferè per triennium &c.* Audiamus & *Honorium III.* P. R. ita ſcribentem ad *Engelbertum* Colonienſem, lib. VIII. Epiſt. 82. & apud *Odoricum Raynaldum*, *Contin. Annal. Baron.* ad ann. 1223. §. 24. *Immanitas deteſtandi facinoris, quod Henricus, Comes de Zwerin, in Chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum, Illuſtrem Regem Daciae, Dominum ſuum, & Ejus Filium, attentavit, Deum, procul dubio, incitat, & incitare debet homines, contra Eum, ipſumque reddere odibilem univerſis, qui perfidiae doloſitatem oderunt; & diligunt fidei puritatem. Sicut enim, ex litteris Praelatorum, & Principum Regni Daciae, Nobis innotuit, cum idem Rex in quandam Inſulam Ipſius Regni, aeſtivo tempore, ob aëris clementioris temperiem, cum ſua privata Familia, ſeceſſiſſet, nec aliquas ſuſpicaretur inſidias, utpote qui non moliebatur adverſus aliquem quicquam mali; ecce! dictus Comes, transgreſſor juramenti fidelitatis, quod Ei praeſtiterat, & multorum Beneficiorum, quae ab Ipſo receperat, immemor, & ingratus, nocturno tempore, in tentorium Ejus irruens, cum armatis, immitis mitem, armatus inermem, vaſallus dominum, in ſtrato ſuo dormientem, invaſit, &, quod ſine dolore nec audire potuimus, nec poſſumus recitare, Ipſum Regem, impiè vulneratum, una cum praefato Filio, in ſylvam quandam abduxit, ac deinde cum illis extra Regnum ſe transferens, eos, in diſtrictu Imperii, captos detinere praeſumit &c.* ſequentibus poteſtatem largitur *Engelberto* Eccleſiaſtica cenſura in Suerinenſem animadvertendi, niſi captivis priſtinam redderet libertatem; ad vindictam inſuper, ipſum Cæſarem epiſtola peculiari excitans. In *Chronico Montis Sereni*, an. eod. p. m. 144. hæc ita recenſetur: *Woldemarus, Rex Daniae, à Comite Henrico de Zwerin, cum uno Filiorum ſuorum, captus, & primò in Caſtro Lenſzin, poſtea Dannenberge, detentus eſt &c.* In Annalibus *Godefridi* Colonienſis, perperam licet ad ann. 1222. p. m. 292. legimus: *Waldimarus, Rex Daciæ, à Comite Heinrico de Scuirinb, cum Filio ſuo, mirabiliter capitur, & in quodam fortiſſimo Caſtro ab eodem cuſtodiæ mancipatur &c.* Junge *Chronicon Bremenſe* MS. Bibliothecæ Antiquitatis ſtudioſiſſimi Dn. *Juſti Johannis Kelpii*, Canonici *Ramelsloenſis*, in Ducatu Luneburgico; in vita *Gerhardi*, XXVII. ArchiEpiſcopi, lib. 2. pag. 166. *Anno 1223 do Konig Woldemar tho Dennemarcken, by 21. Jaren, in groten Glucke hadde geſtaln, do fing Elme, und ſin Sone, van Schwerin Greve Hinrich geheten, mit Biſchups Gerd van Bremen Hülpe, und Hertogen Albert tho Saſſen, in S. Johannis Nacht ante Portam Latinam, in eren Pavelunen, dar ſe beyde legen, und de Denen ſick vull gedruncken hadden; dar nemen des Greven Volck all wat ſe funden, van Sülver, und föhreden den Konig, mit groten Arbeide, tho Schepe weg. Do de Denen des morgens eren Konig nicht funden, jageden ſe dem Fiend nach, und funden ere Schepe thohawen und durchbahret, edder gebrandt, De Konig wurd eine Wile entholden, darna fœhrde Ene de Greve, tho Dannenberge, und van dar tho Schwerin, in den Torne &c.* add. *Hermannus de Lerbeke Chron. Schawenburg.* apud *Meibomium*, T. I. *Rer. German.* pag. 509. *Gobelinus Perſona*, ætat. VI. *Coſmodromii*, Cap. 64. ibid. pag. 276. & 277. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, Cap. XXXVI. ad an. 1223. pag. m. 204. aliud *Chronicon Slavicum*, an. eod. ibid. pag. 258. *Albertus Crantzius*, lib. VII. *Saxon.* Cap XXXVIII. lib. VII. *Wandaliæ*, Cap. IX. lib. VII. *Daniæ*, C. XVIII. *Pontanus*, lib. VI. *Rer. Danic.* ann. 1223. pag. 309. *Henningeſius* part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia.* pag. 306. *Spondanus*, *Contin. Annal. Baronii*, an. eod. § 9. pag. m. 88. *Lambecius* lib. 1. *Rer Hamburg.* an. eod. p. 115. &c. *Heineccius, Antiquit. Goslarienſ.* ann. eod. pag. 232. *Schatenus Annal. Paderborn.* lib. X. ann. eod. pag. 993. Coronidis loco, ſubjiciam, ex Rhythmis veteribus *Andreæ Velleji*, Hiſtoriographi quondam Regis Daniæ, epicedium coævum, ſuper dicta captivitate ſcriptum, quod ſeculi pariter genium redolet, Faunorumque verſus prodit.

Plange Primatus Daciae, quondam clarus in acie,
Sed nunc tua militia vili torpet pigritia.
Rex tuus furtim tollitur; ſævus hoſtis extollitur.
O Maris acris ſpecula, cave mortis pericula.
Mare piratis ſcaturit. Fures ſpelunca parturit.
Horret nemus latronibus. Campus patet prædonibus.
Pater, inquam, clauſtralium, pax exit et ruralium.
Premit egenum impius. Rebus ſpoliatur pius.

Omnis

Omnis dolet Relligio, novo ſtupens prodigio,
Deploras infortunium, & fauſtum augurium
Manus ruſticorum corruit: totus Orbis cohorruit,
Deteſtans pſeudo-Comitis ſcelus nefandi criminis.
Novus Judas invaluit, contra pios prævaluit.
Inviſus Chriſti nomini ſeduxit Chriſtos Domini;
Venit, pacis ſub ſpecie, fultus turba nequitiæ,
Falſum fingens negotium, Regis turbavit ot[illegible]
Donativa ſubſequitur, ſed gratia negligitur.
Dolum ingratus gratiæ blanda celat ſub facie;
Invadit ſolitarium, nihil timentem contrarium.
Aggreditur in lectulo, quem non audet in prælio.
Sic infelix Vir Belial, alter Cain, alter Nabal,
Qui cruentas in proprios manus injecit Dominos.
Hunc Herodis *impietas, quem nulla flectit pietas,*
Addicit noxa ſceleris, malis rerum præ cæteris,
Hunc Neronis *immanitas, & enormis crudelitas,*
Condemnant impiiſſimum, videlicet plus impium;
Dum impios recenſeo, nullum pejorem cenſeo
Hoc Henrico *nequiſſimo, vel* Juda, *ſuo ſocio.*
Sed Judas eo melior, quo nobis neceſſarior,
Dum Chriſtum morti tradidit, nobis ignorans profuit.
Sed hic, malorum peſſimus, & latronum nocentiſſimus,
Nullis juvando conſulis, ſed damna multis intulit.
Commovit ſtatum Seculi. Turbavit pacem Populi.
Fit cauſa pugnæ Principum, certus ſudor militum.
Regnum ſuper Regnum ruit, & hoc malum vulgus luit.
Quod plectitur hic Populus, aſſeverat Philoſophus:
Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi,
Væ mundo nunc ſcandalis; væ pauperum piaculis,
Quicquid plangit Dania, læta gaudet Saxonia.
Eheu! heu perfidia! heu vetus invidia!
Quod diu clam delituit, nunc palàm apparuit.
Eheu! Reges tam Nobiles, toti mundo ſpectabiles,
Raptos Regni faſtigio: actos flemus exilio.
Heu! præclaros Proceres, inſigni fama celebres,
Clauſos dolemus carcere, inſontes omni ſcelere.
At, quid obdormis, Domine? & requieſcis ab homine,
Ab homine praviſſimo, Judæ reatu proximo?
Ille Temet, per oſculum, dedit in manus hoſtium:
Hic deceptos obſequiis vinctos tradidit inimicis.
Qui das quandoque propere digna malis pro ſcelere,
Da, propter ſua ſcelera, Chriſtosque *Tuos libera.*
Libera nunc de carcere Reges Tuos, Rex Gloriæ!
Hos erue è vinculis: nos bellorum periculis.
A ſeculo non eſt factum, contra fidem, contra pactum;
Duos Reges ſic deduci, & in manus hoſtium Duci.
O Regis noſtri milites, robuſti quondam pugiles,
In hoc ſummo negotio, quare vacatis otio?
O bellatores inclyti, & Gigantum fraterculi,
Cur deſides hæſitatis ſubvenire captivatis?
Veſtra vileſcit gloria, infirmatur victoria;
Honor veſter deſpicitur: militiæ detrahitur;
Suos ſubſannat Gens perfida: irridet plebs viliſſima;
Saxones & Slavia, veſtra gaudes ignavia
Qui meretur, Patris dono, præſidere Regis throno,
Flos Danorum egregius, Heros, ex Avis, Regius,
Ingenuus ex Patribus, retro eundis ætatibus,
Si non condoletis ſeni, condolete vel juveni,
Poſſidere ſolatium, ad Paternum Palatium,
Heros beati ſeminis, & ramus alti geminis &c.

Inſulam *Lythæ*, in qua Rex captus fuit, *Fioniæ* eſſe contiguam, nec à *Foburgio* longè diſſitam, exiſtimat laudatus *Vellejus*, in Gloſſis ad dictos veteres Rhythmos. Eſtque moderna *Lyö*, quam falſo *Luyg* mappæ referunt; carcer, in quo Rex *Dannebergæ* delituit, vel adhuc hodiè *das Kœnigs-Loch* audit, eſtque in medio, Turris arcis ibi conſpicuæ, aſpectu ſanè horribilis. Num Pater & Filius ſeparatim, an conjunctim, compedibus fuerint irretiti, definire non auſim.

An. eod. Heinricus Junior Rex (Imperatoris filius) *Northuſin Curiam habuit, ubi ab Engilberto, Coloniensi ArchiEpiſcopo, pro abſolutione Regis Danæ, multum laboratum fuit &c.* Hæc *Godefridus Colonienſis*, h. a. pag. 292. Conf. Dn. *Schaten*, lib. X. *Annal. Paderborn.* ann. eod. pag. 993. *Heineccius, Antiquitat. Goslarienſ.* lib. 2. ann. eod. pag. 232.

Ann. 1224 *Heinricus Rex, Imperatoris filius, Curiam Bardewich habuit, pro Regni negotiis, & maximè, pro liberatione Regis Danorum, adjuncto ſecum Colonienſi ArchiEpiſcopo, Engelberto, ſed nihil profecit &c.* Sunt verba *Alberti Stadenſis*, h. a. pag. 205. Audiamus *Godefridum Colonienſem*, an. eod. pag. 293. *Heinricus Rex cum Engilberto, Colonienſi ArchiEpiſcopo, & Cunrado, Legato Sedis Apoſtolicæ, & quibusdam Principibus, pro liberatione Regis Daciæ, & reſtitutione Terræ Imperii, ab Eodem injuſtè poſſeſſæ, Saxoniam intravit; ubi, per biennium, à Comite Heinrico de Sciurinh, in firmiſſimo & inacceſſibili Caſtro, nomine Dannenberch, idem Rex, cum Filio ſuo, captus tenebatur. Venientes itaque ad Albiam fluvium prædicti Principes, Herimannum, Magiſtrum Hoſpitalis Teutonicorum, qui ab Imperatore miſſus fuerat in Teutoniam, cauſa reconciliationis & compoſitionis faciendæ, ad utrosque, ſcilicet Regem & Comitem, præmittunt. Quo mediante, ad hoc inductus eſt idem Rex, ut totam Terram, quam Imperio abſtulerat, reddere; & Coronam de manu Imperatoris ſuſcipere; inſuper, centum millia marcarum, pro abſolutione ſua, dare promitteret. Quod cum acceptarent Principes, qui cum Rege præſentes aderant, Albertus, Comes de Uorlemunde, filius ſororis ipſius Regis, & Barones Daciæ, hanc compoſitionem reprobantes, & ea, quæ promiſſa erant, caſſantes; aſcenſis*

navibus, cum indignatione receſſerunt, infinitam pecuniam, quam, ad redimendum Regem, attulerant, ſecum deferentes. Unde prædicti Principes, infecto negocio, confuſi diſceſſerunt &c. Conf. reliqui, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d. ad h. a. pag. 154. adducti teſtes.

Ann. 1225. *Comes Adolfus,* (Holſatiæ) *auxilio Gerardi, ArchiEpiſcopi,* (Bremenſis) *Heinrici, Comitis Zwerin, & Heinrici de Werle, invitatus etiam à Potentioribus Holſatiæ, Albiam tranſit, Terram occupat Transalbinam.* Hæc *Albertus Stadenſis* h. a. pag. 206. immediatè annectens: *Comes Albertus,* (Orlamundanus) *à Comite Heinrico de Zwerin, in prælio capitur, & cum Rege Danorum, avunculo ſuo, cuſtodiæ mancipatur &c.* Conf. *Godefridus* Monachus *Colonienſis* l. c. *Albertus de Uoslemunde, poſt Natale Domini,* (anni 1224.) *congregato Exercitu, Heinricum Comitem aggredi ſtatuit. Quod ut cognovit Heinricus Comes, in obſidione cujusdem Caſtri poſitus, relicta obſidione, illi occurrit: ubi pugna commiſſa cum magna animoſitate, & multorum ſanguinis effuſione, ab hora diei prima, usque ad veſperam, dimicatum eſt, multis ibi corruentibus. Ipſe etiam Albertus, cum pluribus Nobilibus, captus, & in caſtrum Dannenberch, ad Avunculum ſuum, perductus, ibidem cuſtodiæ mancipatur &c.* Add. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium,* in vita *Gerardi,* XXIX. Archiepiſcopi, apud *Lindenbrogium,* pag. 96. *Anno Domini 1225. --- Comes Adolfus, auxilio Gerardi ArchiEpiſcopi, Heinrici, Comitis Zwerini, & Heinrici de Werle, invitatus etiam à Potentioribus Holſatiæ, Albiam pertranſiit, Terram occupat Transalbinam. Comes Albertus, à Comite Henrico de Zwerin, in prælio capitur, & cum Rege Danorum, avunculo ſuo, cuſtodiæ mancipatur &c.* & *Chronicon Slavicum,* ann. eod. ibidemque pag. 258. *Comes Adolfus, auxilio Gerardi ArchiEpiſcopi, & Comitis Henrici de Schwerin, & Henrici de Werle, invitatus à Potentioribus Holſatiæ, Terram occupat Transalbim. Item, Comes Albertus, à Comite Henrico de Swerin, Molne capitur, & cum avunculo ſuo, Rege Danorum, cuſtodiæ mancipatur &c.* ita quoque *Hermannus de Lerbecke, Chron. Comitum Schawenburg.* apud *Meibomium* T. I. pag. 509. *Crantzius,* lib. VII. *Saxon.* Cap. XXXIX lib. VII. *Daniæ,* Cap. XVIII. lib. VII. *Metropol.* Cap. XL. Alii.

Ann. eod. Certior redditus *Woldemarus* Rex de Orlamundani fatis, denuò tranſigit cum Suerinenſi, & recuperat libertatem. *Godefridus Colonienſis,* ad ann. 1225. pag. 294. ait: *Heinricus Comes de Swirinh promiſſum in reſignatione Regis Daciæ caſſat, & mediante compoſitione, & acceptis obſidibus, & copioſa pecunia, Regem abſolvit, & abſolutum permittit ad propria remeare &c.* Variæ de liberatione hac ſententiæ. *Hermannus de Lerbeke* l. c. inquit: *Poſtremò, Rex Daciæ, de captivitate, pro quinque millibus marcarum, liberatur; & Terram Holſatiæ, & omnes Terras, quas violenter poſſederat, in integrum reſtituit; pro cujus fide, [illegible]es filios, & multos fideles ſui Regni, obſides poſuit &c.* [illegible]ine dubio autem hic mendum ſubeſt, Typographo verbum *quadraginta,* omittente; aut monente Dn. *Meibomio,* in Notis ad hunc *Hermanni* locum, pag. 533. pro *Quinque;* legendum: *Quinquaginta. Albertus Stadenſis,* ann. eod. pag. 206. hæc ſuppeditat: *Rex Danorum quadraginta quinque marcarum millibus ſe redemit, exceptis clenodiis, circa tria millia marcarum æſtimatis &c.* Conf. ad præced ann. 1213. laudatum *Chronicon MS. Bremenſe* Dn. *Kelpii,* lib. 2. pag. 166. in vita *Gerhardi* Archi-Epiſcopi: *Darna fæhrde Ehne* (Woldemarum) *de Greve* (Henricus Suerinenſis) *tho Dannenberge, und van dar tho Schwerin, in den Torne, dar he ſick moſte utblæſen, vor* 45000. *Marck Silvers, utgenamen Silvergeſchirr, und Verebringe, ſo de Underhandelers kregen, dat ſick beliep up* 3000 *Marck Sülvers &c.* nec aliter *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* l. c. pag. 258. *Albertus Crantzius,* lib. VII. *Saxon* Cap. XXXVIII. & lib. VII. *Daniæ,* Cap. XIX. & lib. VII. *Metropolis,* Cap. 40. pag. 191. *Hemmingeſius,* in *Quartæ Monarchiæ* parte poſtrema, pag. 204 *Spangenberg, Chron. Schaumburg.* lib. I. c. 25. pag. 59. *Büntingius, Chron. Brunſuic.* pag. 143. *Meibomius* l. c. Hinc *Lambecius,* lib. 2. *Rer. Hamburg.* ad ann. 1225 §. 28. pag. m. 10. &c. *Latuerat hactenus Rex Daniæ, Waldemarus, in cuſtodia Suerinenſi, nec ullis cognatorum, neque adeò ipſius Imperatoris, minis, precibus, promiſſis, liberatio ejus potuerat extorqueri. Tentata denuò res, hoc anno feliciſſimè ſucceſſit, quod, per victorias Adolphi, ita jam repreſſa eſſet Danorum potentia, ut Comiti Henrico libertas Regis minus impoſterum periculoſa videretur. Quadraginta octo marcarum millibus, quæ tum magnæ fuerunt divitiæ, redemptio conſtitit: atque inſuper, ut par pari referretur, ne ita quidem prius eſt dimiſſus, quam recuperandæ Regionis amiſſæ deſiderium, conceptis verbis, in perpetuum ejuravit. Qua ignominiæ macula ipſe olim Adolphum III. affecerat &c.* *Gobelinus Perſona* ætat. VI. *Coſmodromii,* Cap. 64. apud *Meibomium* l. c. pag. 277. habet 50000: *Rex Danorum quinquaginta millibus marcarum ſe redemit, & juravit: ſe, nec ſuos, de cætero, Comitatum Holſatiæ, & loca circumvicina, invadere vellet; & dedit filios ſuos obſides, & multos alios de Regno Nobiles &c.* Quæ *Engelbuſius,* in *Chronico*

Chronico, apud *Maderum*, in Vita *Honorii III.* pag. m. 246 repetit. Add. *Chron. Slavicum Lindenbrogii* Cap. XXXVI. pag m. 204. Juxta *Erici* Regis *Hiſtoriam Danorum*, ad ann. 1223. apud eundem *Lindenbrogium*, pag. 272. *Rex Waldemarus, una cum filio ſuo Waldemaro III. ----redempti ſunt per Danos pro ſexaginta millia* (millibus) *marcarum, in pondere Lubecenſi; ſed equi, veſtes, & alia jocalia, quæ dederunt omnibus melioribus Saxoniæ, in die exitus ſui, in duplo plus valebant &c.* de valore *Marcæ argenti*, addit *Lambecius* l. c. §. 6. pag. 2. in Notis: *Marca argenti hic eſt, quam vocamus Germanicè: eine Marck Silbers. Continet ea ſedecim ſemiuncias, quarum quælibet valore æquat dimidium Imperialem: ita, ut una marca argenti conſtet octo Imperialibus &c.* adeoque 48000. marcæ argenti conficiunt 384000. Imperialium; quod pondus tunc enorme fuit

Ann. 1226. *Rex Danorum, auxilio Ottonis, Luneburgenſis Principis,* (Sororis ſuæ, Helenæ, filii) *iterum partes invadit Tranſalbinas.* Hæc *Albertus Stadenſis* h. a. pag. 271. paucisque interjectis: *Domini Nordalbingiæ Albertum, Saxoniae Ducem, vocarunt, eique Racisburg & Lubike tradiderunt &c.* Conf. *Hermannus de Lerbeke* l. c. pag. 509. *Anno ſequenti* (ex quo Adolphus Comes Terram Transalbinam occupavit) *Domini Nord-Albingorum Albertum, Ducem Saxoniae, vocant, eique Lubeke & Raceborg, repraeſentant &c.* Ut & *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, an. eod. pag. 258. *Domini Nordalbingiae Albertum, Ducem Saxoniae, vocant, eique Raceborch & Lubeke reſignant &c. Albertus Crantzius*, lib. VII. *Wandalicæ*, Cap IX. exprimit *Nordalbingiae* Dominorum nomina, ſcribens: *Interea Adolphus* (Holſatiæ) *& Henricus* (Suerinenſis) *Comites, miſſis ſolennibus nunciis, Albertum, Saxoniae Ducem, evocarunt, ut veniens ditionis ſuae voluntarios Nordalbingos ſuſciperet, tueretur, & recuperet Ditionis ſuae terminos, Raceburgum & Louenburgum: quae cum prius, ut omnia, in manibus Regis extitiſſent, nunc, rebus converſis, ad antiquum Dominum reſpicerent &c.* immediateque ſubnectens: *Non contempſit ille Legationem, veniensque recepit, quae Pater ſuus, Imperiali beneficio,* (unde probandum hoc aſſertum?) *primus accepit. Interim Rex Daniae Holſatiam magno agmine pertranſivit; & quum in aciem Holſati prodire noluerunt, vaſtandis terris, & obſidendis arcibus, inſtitit. Obſedit tum arcem munitiſſimam Zegeberg, & adverſus eam, ut expugnaret, firmavit aliud praeſidium: ſed fruſtratus rediit in Regnum &c.* Quæ de *Lubeca* hic traduntur, conferenda ſunt cum *Crantzii Dania*, lib. VII. Cap. XIX. pag. m. 165. & 166. *Rex ipſe* (Woldemarus) *omni in Nordalbingia deſtitutus fortuna, ſolam Lubecam tenuerat. Comites verò, qui Regis arma veriti ſunt, reverſuri, invitabant Albertum Ducem, ut veniens reciperet, quæ olim ſuæ Ditionis Rex proximis annis occupavit; &, inter alia, Lubecam, præclaram Urbem, tueretur. Sed ignorabant Nobiles, jam ſibi Cives conſuluiſſe de ſua libertate, apud Fridericum Imperatorem Secundum, obtenta conſcriptione, & liberatione Imperii, quum, obſervato tempore, arcem, quæ erat in ſua Urbe, deturbatis cuſtodibus, exciperent, & confractam in alios uſus verterent &c.* Fuſius proſequitur hæc, lib. VII. *Wandal.* Cap. VII. ad ann. 1226. *Cives Lubicenſes Legationem ſolennem faciunt ad Imperatorem, oſtendentes Majeſtati ſuæ, olim ſe paruiſſe Illius avo: &, Ejus munificentia, multis donatos libertatibus, ad decus Imperii; qui, in ejus ultimo ſinu conſtituti, minimam ex illo protectionem haberent: deinde, varia fortuna jactatos, nunc ab Henrico Leone, nunc à vicinis Comitibus exagitatos, noviſſimè in jus atque ditionem Danorum Regis perveniſſe: orabant quam ſanctè, ut ſervituti graviſſimæ exempti, ad Imperii protectionem ſuſciperentur: facturos in reliquum tempus Imperio Romano omnem cum obſequio honorem. Facile impetrat, qui ſic petit, ut meliorem faciat conditionem ejus, cui ſupplicat: faciliique eſt inventus Imperator, ad ea concedenda, quæ amplitudinem Ejus decorarent. Solenni ergò exemptione juribus excepit quorumcunque, qui Imperio ſuam pridem Civitatem detraxiſſent; & ad integritatem Romanæ Ditionis denuò revocavit, ſcribens Principibus vicinis: Bernhardo,* (Alberto) *Duci Saxoniæ, Gerhardo, ArchiEpiſcopo Bremenſi, Comitibus de Aldenburgo, Raceburgo, Magnopoli, ut ſuppetias ferrent Urbi, ex faucibus Danorum eruendæ. Reverſi Oratores clam omnem rem habuere; ſubductis literis, donec oportunum tempus invenirent arcis in ſua civitate occupandæ. Dani, ejus cuſtodes, nihil tum ſuſpicionis habentes, ſuperbè ac liberè agebant, euntes & redeuntes. Cum interim obſervantes nonnulli ex Civibus tempus negligentis cuſtodiæ, clam ingreſſi arcem, cum arma ſub veſtibus gererent, facilè enecatis, qui reſtiterant, cæteros, ſi vellent, abire permiſerunt; arcemque, ſuæ poteſtatis factam, ſtatim confregerunt: &, poſt non multos dies, Fratribus Prædicatoribus conſignaverunt, qui uſque hodie tenent; nomen quoque nunc ſervat Monaſterium arcis, ut etiam nunc Borg dicatur &c.* Conf. ejusdem *Saxonia*, lib. VII. Cap. XLI. *Pontanus*, lib. VI. *Rer. Danic.* ann. eodem.

Ann. eod. **BOREVINUS**, *Princeps Slavorum, moritur, & Doboran ſepelitur, relictis poſt ſe quatuor filii ſui, HEINRICI, filiis: JOHANNE, NICOLAO, POREWINO & PRIBIZLAVO &c.* Hæc *Albertus Stadenſis* h. a. pag 207. Aliter *Crantzius*, lib. VII.

Wandal. Cap. XVI. verbis ad ſeq. ann. 1227. producendis.

Ann. 1227. *Idem Rex* (Daniæ, *Woldemarus*, admiſſo de damnoſis ſibi *Lubecenſium* conſiliis nuncio) *iterum, cum manu valida, Daciam exiens, Terram Holſatiæ igne & gladio intolerabiliter cœpit devaſtare. Adolphus verò, & Gerhardus Epiſcopus Bremenſis; Albertus, Dux Saxoniæ: Henricus de Swerin, & Comes de Werle, in auxilium Adolphi, Lubeke convenientes, ipſo die B. Mariæ Magdalenæ,* (adeoque 22. Julii) *cui ſe Comes Adolphus, & ſuos, devotius commendabat, juxta Villam Holſatiæ Bornhovet, in Dei nomine occurrebant. Rex, videns partem ſibi contrariam, quaſi acervum conglobatum bello, alto timore percuſſus divinitus, per fugam elapſus eſt. Dux vero Otto de Luneborg Regi, avunculo ſuo, auxilium præbens, à Comite Henrico de Swerin capitur & abducitur. - - - Et nebic Comes ingratus inveniretur, ordinavit, ut latronum Domus in Domum orationis converteretur. Caſtrum igitur Lübeke, cum ſuis ædificiis, Fratribus & Filiis S. Dominici pro Clauſtro conſecrando, Domino hoc agente, anno & die, ut ſupra, aſſignatum fuit, unde verſus:*

Anno Milleno, duo C. ſeptemque viceno,
In Fontis-capite (Bornhofer) *cecidit Gens Danica lite.*
Magdala quando pia ſcandit ſuper aſtra Maria.
Hic quoque tum gratus Fratrum fuit ordo locatus:
Et datur, ô Chriſte! locus aptus Fratribus iſte.

Hæc *Hermannus de Lerbeke* l. c. ad h. a. pag. 510. Add. *Albertus Stadenſis*, ann. eod. pag. 207. *Rex Danorum, à Bremenſe ArchiEpiſcopo; Duce Saxoniæ, Alberto; & Comitibus, Henrico de Zwerin, & Adolfo de Scowenburg, Sclaviaque Dominis*, quorum ad an. 1226. mentio facta) *in Burnhovede, prælio devincitur. Rex per fugam elabitur, ſed Dominus de Lunenburg, ab Henrico Comite, captivatur &c.* & *Godefridus Colonienſis*, ann. eod. pag. 295. & 296. *In die Mariæ Magdalenæ, Rex Danorum, prævaricator fidei & juramenti, pro abſolutione ſua, præſtiti, vindicare ſe parans, &, contracta infinita multitudine, Comitem de Zuirin bello laceſſit. A quo, adjutorio ArchiEpiſcopi Bremenſis, & Ducis Alberti de Saxonia, idem Rex ſuperatus, per fugam vix evadit, ex parte ſua quatuor millibus virorum interemtis &c.* nec non *Albericus, Monachus trium fontium* ann. eod. pag. 523. & 524. *Rex Daciæ, Valdemarus, contra Henricum Comitem, à quo captus fuerat, bellum habuit. ArchiEpiſcopus Bremenſis, contra Regem, in parte Comitis primus, facta forte dimicavit, tribus Epiſcopis Daciæ captis, & mille circiter Viris occiſis, Rex cum paucis evaſit &c.* Conf. *Erici Regis Hiſtoria Daniæ*, an. eod. apud *Lindenbragium*, pag. 273. *Bornhovet, ubi Dani corruerunt. Nam Thiedmerskienſes in ultimo Exercitus collocati, proditionem facientes, Exercitum Danorum, cum quibus erant, à tergo percuſſerunt &c.* & *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, in vita *Gerardi*, ibid. pag. 96. *Rex Danorum, à Bremenſe ArchiEpiſcopo, Duce Saxoniæ, Alberto, & Comitibus Hinrico de Zwerin, & Adolfo de Schowenburg, Slaviaque Dominis, in Bornhovede, prælio devincitur, die Mariæ Magdalenæ &c. Chronicon Slavicum*, ann. eod. ibid. pag. 258. *Gobelinus Perſona*, Ætat. VI. *Coſmodromii* Cap. LXIV. pag. m 277. *Engelhuſii* Chronicon l. c. *Albertus Crantzius*, lib. VII. *Daniæ*, Cap. XVIII. pag. 165. lib. VII. *Wandal.* Cap VIII. Lib. VII *Saxon.* Cap. XLI. & lib. VII. *Metropol.* Cap XLIV. pag. m. 194. *Spangenberg. Chron. Schaumburg.* lib. 1. Cap 29. pag. 68. &c. *Hammelmannus*, de *Familiis emortuis Inferioris Saxoniæ*, voc. *Holſtein*; *Pontanus* lib. VI. *Rer. Danic.* pag. 313. &c. *Meibomius, Hiſtor. Erectionis Ducatus Brunſuicenſis*, T. 3. *Rer. German.* pag. 205. *Entzelt*, Chron. *der alten Marck. Bünting. Chron. Brunſuic.* in vita *Ottonis Pueri*, pag. m. 92. & 206. *Chytræus*, lib XIII *Saxon.* ad an. 1530. pag. 327. *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 306. quamvis Part. ult. *Quartæ Monarchiæ*, pag. 204. perperam hoc prælium anno 1238. vindicet; *Lambeccius* lib. 2. *Rer. Hamburg.* § 38. &c. ad an. 1227. pag. m. 13. & ſeq. Alii. Errat *Fragmentum Chronici Barduvicenſis*, apud Illuſtr. Dn. de *Leibnitz* T. 3. *Rer. Brunſuicenſ.* pag. 218. ad annum 1226. *Deſſulven Jars vorſammelde ſick Greve Hinrich* (van Schweryn) *mit ſinen Frunden, und toch wedder Otten, und vechte rydderlicken. Do ſloch de Worpel umme. Otto vorlos den Strydt, und wart van dem Greven gefangen; den vorede he mit ſick tho Schwerin, und ſette ein by de twe Koninge, dem Olden und Jungen, van Dennemarcken &c.* Nam, ut dictum, commiſſum fuit prælium, non anno 1226. ſed 1227. deinde, Daniæ Rex tunc libertatem jam recuperaverat, utpote totius belli director; ægrè licet fuga ſalutem ſit adeptus. Majori longè errore ſcribit *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunſuic.* ad ann. 1229. apud eundem l. c. pag. 361. *In duſſem Jare, toch de Biſchopp Gerd to Bremen, unde de Junge Greve Alff to Holſten, upp Greven Albrecht van Anhalt, unde ein Here to Lunenborch, vor de Borch Ertzcho, dar kam een to hulpe Greve Hinrick van Sweryn. Do kam de Greve Albrecht, unde Hertoghe Otto to Saſſen, unde Lunenborch, unde toghen to duſſen vorſchreven Heren, in dat Velt, an de*

Elve

Elve; do borboſſ ſick eyn Stryt, ſo, dat Greve Albrecht, unde Hertoghe Otto, vorloren, unde worden gefangen, unde to Sweryn gevoret, ſo dat ſick Greve Albrecht moſte loſen, unde Hertoghe Otto, unde gaff davor dem Greven Hinricke to Sweryn, de Louenborch, unde Hydſake &c. Quæ omnia confuſa; nec enim prælium ann. 1229. contigit; nec *Gerbardus* Bremenſis arma intulit *Alberto* Anhaltino; nec *Otto Brunſuicenſis* cauſam *Alberti* Anhaltini tuitus eſt; nec *Albertus* hic captivitatem ſubiit, multoque minus, lytri loco, *Lauenburgum* tradidit Suerinenſi; nec pugnatum ad Albim. Ecce, quomodo ſe res habeat! Cuſtodibus commiſſo Duce *Ottone*, liberatur *Albertus* Orlamundanus, jam ab ann. 1225. carcere detentus, pro quo Daniæ Rex, eodem adhuc anno 1227. *Lauenburgo* Suerinenſi cedere cogitur, ab eo vicisſim *Alberto* Anhaltino, in militiæ ſtipendium, aſſerto. Aſt *Ottoni* Duci anno demum 1228. reſtituta libertas, in compenſationem, juribus ſuis in *Hidſackeram* ad Albim renuncianti. Teſtes horum ſunt: *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1227. pag. 207. *Caſtrum Louenburg, pro Comitis Alberti liberatione, Alberto Duci redditur &c.* & ad ann. 1228. l. c. *Heinricus, Comes Zwerinenſis, obiit, non dimiſſo Ottone, Domino de Brunſwich. Quo mortuo, placuit conſilio Gunzelini, ut Dominus de Brunſwich, ſuper ejus gratiam, laxaretur. Sed Dux Albertus penitus obſtitit, donec Hitdeſaker ipſius Dominio traderetur &c.* Chronicon *Slavicum Lindenbrogii*, ad ann. 1228. pag. 258. *Henricus, Comes de Suerin, obiit, Ottone, Domino de Luneburch, non dimiſſo; volebant enim Conſiliarii Gunzelini eum dimittere, ſed Dux Albertus renititur, donec ei Hedenſaken traderetur &c.* Albertus *Crantzius*, lib. VII. *Daniæ*, Cap. XIX. pag. m. 165. *ut Albertus Comes* (Orlamundanus) *laxaretur, Regis* (Woldemari) *fideles, qui arcem Louenburg adhuc tenuerant, pro Alberti relaxatione, Duci Saxoniæ Alberto, Bernardi filio, tradiderunt &c.* & pag. 166. *Quum non diu poſt* (reportata ad Bornhovedam victoria) *Henricus, Zwerinenſis Comes, diem ſuum obiiſſet, Guncelinus Ottonem dimittendum putavit, ut majori ejus, in reliquum tempus, gratia & favore uteretur --- ſed obſtitit Dux Albertus Saxoniæ, qui, niſi dimitteret illi Otto Hiddeſacker, liberationi ejus nolnit conſentire &c.* & lib. VII. *Saxoniæ*, Cap. XLI. *Interim Albertus de Orlemunde Comes, quem Henricus de Zwerino vinctum tenebat, reddita arce Louenborg, quam ſui tenuerant, liber evadit. Arx Alberto Duci redditur, quam Pater ejus primus firmavit; unde ſucceſſores ejus tenent in hodiernum. Id erat militiæ ſtipendium Duci. Nam captum Ottonem Zwerinenſis Comes ſuo lucro aſſervabat &c.* & lib. VIII. Cap IV. *In Saxonia, Otto, Brunſwickcenſis & Luneburgenſis Princeps, agebat in carcere Zwerinenſium Comitum; Henrico autem Comite moriente, Guncelinus, ejus frater, ſatis propendebat, potentem illum Principem laxare ſine precio, ut magnam apud illum gratiam iniret; ſed reſtitit Dux Saxoniæ, Albertus, qui in ejus captivitate lucri partem habere ratus, nullo pacto laxari permiſit, priusquam Hiddeſacker, ab Ottone, illius Dominio traderetur, &c.* quæ lib. VII. *Metropol.* Cap. 44. pag. m. 194. confirmat. Add. *Pontanus*, lib. VI. *Rer. Danic.* ad ann. 1228. pag. 315.

Decretoria hæc pugna *Bornhovedenſis* libertati quoque *Lubecenſis* ſimul Civitatis, & *Danorum* jugum ferentibus *Slavis*, profuit, quandoquidem ab eo tempore, *Lubeck libertatem ſuam, à Cæſare impetratam, defendit.* Ita *Crantzius*, lib. VII. *Metropol.* Cap. XLIV. pag. 194. & rurſus, lib. VII. *Saxoniæ*, Cap. XLI. *Adolpho Holſatiæ: Civibus Lubicenſibus libertas provenit ex victoria &c.* adhuc clarius, lib. VII. *Wandal.* Cap. X. *Demynum, Opidum Orientalis Wandaliæ, quod tum etiam Danorum Regi impoſito paruit præſidio: cum audirent Cives, verſa Danorum fortuna, Lubicam, & omnem Nordalbingiam, excuſſiſſe jugum Regis, & ipſi de ſua libertate cogitarunt: interpellavere autem Congentiles ſuos, vicinos Wandalos, & facto impetu in præſidium militum, quod Rex Daniæ impoſuerat, omnes aut ceciderunt, aut ablegarunt, nec manſit, ex eo die, quicquam in fide Regis ex Wandalia, præter ſolam Rugiam, quæ, virtute JARIMARI, ſub Regis imperio conquievit. Paulatim verò increſcente Nova Urbe in littore maris oppoſita Rugiæ, multi in eam commigrarunt Saxones, ut & lingua, & moribus, jam dudum ſit Saxonica. Quod idem in Lubica, atque Roſtockio, præclaris nunc ejus Provinciæ Urbibus, cernimus eveniſſe. Nam etſi fundus ſit Wandalicus, omne tamen nomen Wandalicum ita habuerunt advenæ Saxones exoſum, ut non paterentur in ſuis collegiis, & ſocietatibus, quemvis eſſe, qui non ſit ortus Parentibus Teutonicis: idque ſacramentis extorquent ab his, quos ſuſcipiunt; magna Gentis injuria, quæ, patrio ſolo exturbata, in ipſis ſuis nativis ſedibus non ſinitur habitare, & vivere; retruſa in mediterranea, ubi, pro duriſſima ſervitute multis dilabentibus, & Saxonum ſe Populis immiſcentibus, vix pauci ad agrorum culturam, ſub graviſſimis tributis, reſederunt. Titulus autem Gentis remanſit apud*

Principes: qui morientes, proximâ ſucceſſione illum transmiſerunt ad Duces Magnopolenſes, quibus hodiè paret Terra, quæ Wandaliæ nomen retinet; ex latiſſima Europæ totius latitudine, redacta in brevem angulum, ut latiſſima Natio antiquum nomen nusquam, niſi in illo mundi angulo, conſerves. Remanſere Principes antiquæ originis in ditionibus ſuis; manſit Nobilitas in paternis prædiis & poſſeſſionibus; ruſtica plebs, effugiens durum jugum, imminuta eſt, transfugio deſerens agros, & abſcondens in externis Gentibus originem &c. Hinc *Conringius*, lib. I. de *Finibus Imperii*, Cap. XVI. §. 20. pag. m. 170. *Merito etiam, ubi licuit, jugo illo iniquo Danico excuſſo, Principes* (Wendorum, Pomeranorum & Obotritorum) *in corpus Imperii redierunt; id quod factum eſt, ſtatim poſt prælium illud ad Bornhovedam; quo tempore ſimul & Nordalbingiam vindicatam, ante diximus &c.* & §. 21. pag. 171. *Unus victorum* (ad Bornhovedam) *erat Burewinus, Obotritorum Princeps. Itaque & ſibi ille libertatem peperit, & aliis ſignum extuiit, ad eam recuperandam &c.* Ecce, quid de hoc Principe, *Crantzius*, lib. VII. *Wandaliæ*, Cap. XVI. BUREWINUS, PRIBISLAI (cujus præced. v. 24. ad ann. 1183. memini) *filius, ex Uxore Mathilde, filia Ducis Poloniæ, ſuſtulit filios, HENRICUM & NICOLAUM, (nam alius NICOLAUS, BUREWINI fratruelis, Dominus Kiſſinorum & Roſtockii, cum caderet in prælio Daslenſi, prolem nullam reliquit) Ergò Filii BUREWINI, vivo Patre, ipſo curante, diviſere Ditionem: HENRICO provenit Orientalis Kiſſinorum ditio: Magnopolis, NICOLAO: Is NICOLAUS ſine prole deceſſit, obrutus domo corruente in Gadebuſch. HENRICUS duxit Uxorem, Sophiam, filiam Regis Sueciæ; ex qua ſuſtulit filios quatuor: JOHANNEM, NICOLAUM, BUREWINUM & PRIBISLAUM. Vivebat Pater BUREWINUS, & inter alia præclara opera, fundavit Monaſterium Virginum in Campo ſolis, non longè à Weſtkenbrugge; ſed propter agrorum ſterilitatem, poſtea tranſtulit in locum, quo nunc etiam manet, cui nomen indidit, ut diceretur Novum Monaſterium in hunc diem. HENRICUS deinde, Patris Religioſi bonus filius, Eccleſiam fundavit Guſtrowenſem, quam privilegiis & opibus voluit Hildeſemenſi comparari. Supervixiſſe ferunt ſeniorem BUREWINUM HENRICO Filio, & Nepotum legitimam ſuſcepiſſe tutelam. HENRICUS autem pervenit ad Annum vigeſimum octavum poſt mille ducentos. Unde BUREWINUM Seniorem vel interfuiſſe, vel milites miſiſſe, in Regem Danorum, Waldemarum II. in locum Bornehovede, non eſt incredibile; Nam Nepos ejus nominis necdum attigit ætatem armorum. Filii autem HENRICI diviſere paternam Ditionem: JOHANNES Senior accepit Magnopolim; BUREWINUS, Roſtockium; NICOLAUS, Guſtrow; PRIBISLAUS, Richenberge &c.* Repugnant autem hæc nonnihil *Alberto Stadenſi*, pag. m. 207. diſertis verbis, ad annum 1226. modò adductis, *Seniorem Burwinum* jam anno 1226. deceſſiſſe teſtanti; adeoque nec ipſemet *Bornhovedano* prælio, 22. Julii, ann. 1227. commiſſo, intereſſe, nec eò milites mittere potuit; ſed nec ſolus *Burwinus* aderat, *Alberto Stadenſi* l. c. ad ann. 1227. idem, de *Slaviæ Dominis*, in plurali, affirmante, cui, tanquam ætate proximo, & res per *Slaviam* geſtas accurate ſatis deſcribenti, potior habenda fides.

Anno 1231. Menſe Julio, in Civitate *Melfie*, literas feudales ſcribit Imperator Regi *Bohemiæ*, WENCESLAO, inveſtiens Eum de dicto Regno. Extat Diploma apud Dn. *Lunig'um*, Contin. I. *des Reichs-Archivs Erſte Fortſetzung*, §. IV. pag. 5.

An 1234. Ortum bellum Dano-Holſato-Lubecenſe, de quo ita *Crantzius*, lib. VII. *Wandal.* Cap. XII. *Adolphus, Holſatiæ Comes, tam Civibus Lubicenſibus, de quibusdam rebus male conſenſerat, dum ſibi partæ illis libertatis, aliquam habendam gratiam putaret, majorem, quam illi recognoſcerent. Cives innixi Imperialibus exemptionibus, non ſatis illi ad nutum reſponderant; Ille tamen Imperiales in Urbe conceſſiones ſibi vendicaret, quas Parenti ſuo Henricus Imperator, Friderici I. filius, contuliſſet. Cives obtenderant, eas donationes, & Regis Danorum victoria intercidiſſe, & renovata Secundi Friderici exemptione, abolitas eſſe contenderunt. Controverſia dum finem non haberet, pervenit ad arma. Comes, jam Danorum Regi reconciliatus, effecit, ut Rex de Lubecenſibus querenti acceſſerit, junctaque armorum ſocietate Lubicam ſtatuerunt Legibus priſtinis adigere: idque anniſi ſunt maris oſtia obſerare. Rex magnis viribus adnavigans, & exercitum non minorem, qui ſe copiis Adolphi Comitis conjungeret, terreſtri, ex Jutia, miſit itinere, duoque præſidia Rex firmavit altrinſecus, ad oſtia Travenæ: nec ſatis hoc ratus, veterem, & jam rimoſam navim, ſaxis oppletam, demerſit in os fluminis, ut obſtrueret. Cives, propugnaculis defenſi, fodientes, alium fluminis exitum in mare aperuerunt. Rex verò, quæ non potuit impedire mergendo, catenis includere inſtitit, quas in duabus Travenæ præſidiis firmavit. Sed ſupervenere de Livonia naves onerariæ, quæ cum iſta prænoſſent, magno vento impactis navibus diſſilire fecere catenas, magnamque perinde gratiam cum Lubicenſibus inivere - - - aucti tantis Cives navibus, armatos impoſuere, auſi in mari congredi Regiis copiis. Sed illæ in*

Wer-

Digitized by Google

Wernoviam conceſſere. Detecta res eſt Wandalis, qui tum Roſtockium tenuere, cum conterminis locis, eſſe Danos publicos Wandalorum hoſtes, in eorum portu, quantis potuere viribus duxere in Danos. Lubicenſes à mari perurgent: ita in utrorumque medio Dani coanguſtati pugnaverunt, & multis antè dimiſſis, reſidui ſibi fuga conſuluerunt, redeuntes in Daniam &c. Quo tempore geſtum ſit hoc bellum, innuit *Albertus Stadenſis*, ad ann. 1234. pag. m. 210. *Rex Daciæ, pro oppreſſione Lubicenſium, ſuper fluvium Travenæ, ædificat duo Caſtra &c.* ſic *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, pag. m. 259. ad eundem annum 1234. *Rex Danorum, contra Lubecenſes, ſuper Travennam ædificavit duo Caſtra &c.* & *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, in vita *Henrici* XXX. Præſulis, ibid. pag m. 98. an. eod. *Rex Daciæ, pro oppreſſione Lubicenſium, ſuper fluvium Travenæ, ædificat duo Caſtra &c.* Corrigendus igitur *Crantzius*, lib. VII. *Daniæ*, Cap. XX. pag m. 167. ejusdem belli memor, ajens; *Waldemarus autem in Regnum rediens, componendis utcunque rebus inſtitis, & poſt annos quatuor hujus noviſſimi belli, in pace quievit, anno quadrageſimo ſecundo poſt mille ducentos &c.* juxta quem calculum hæc facta eſſent ann. 1238. Quamvis & poſterius aſſertum non ſine macula, cum *Woldemarus* Rex, non anno 1242. ſed 1241. *Alberto Stadenſi*, h. a. pag. 215. *Erico*, Rege Daniæ, in *Hiſtor. Danica*, apud *Lindenbrogium*, ann. eod. pag. m. 273. multisque aliis, teſtibus, ad plures abierit.

An. 1238. Conditam in *Megapolitano* ſolo *Wiſmariam*, tradit *Crantzius*, lib. VII. *Wandal.* Cap. XI. *Guncelinus, Patri cognominis, Zwerinenſem Comitatum tenet poſt Patrem, quem ille ab Henrico Leone promeruit. Hic ergò filius, cum* Mekelnborg, *pro ſui magnitudine opidum cerneret immunitum, quod diſtenſum in longum nullis vallis ac muris potuit firmari, vicino loco ad mare contiguum, Urbem cœpit commoliri, quam Wiſmariam, incertum, unde ducto nomine, appellavit ... ad eam Saxonici generis multi habitatores ſe contulere, brevique coaluit in tantum, ut omnem memoriam veteris Opidi Mekelnborg, hoc eſt, Magnæ Urbis, penitus aboleret: unde ſibi titulum ſumpſere Principes nunc Magnopolenſes, abolito veteri Obotritorum vocabulo .... erat autem tum à Chriſto, XXXVIII. poſt mille ducentos &c.* Conf. *Hamelmann, de Emortuis Familiis Saxoniæ Inferioris*, lib. 2. voc. *Mecklenborch. Zeileri Reiß-Beſchreibung durch Teutſchland*, Cap. XVII. pag. 371.

Ann. 1239. *Adolſus*, Holſatiæ Comes, ex Livonia, quo, devotionis cauſa, bello ſacro vacaturus ſeceſſerat, revertitur, ſeculumque relinquens, fit Monachus. *Albertus Stadenſis* h. a. pag. 213. *Comes Adolſus de Scowenburg ſe reddidit ad Minores Fratres in Hamburg, ſabbato die Hippolyti, relinquens poſt ſe puerulos: Johannem, Gerardum & Luderum, quibus tutorem dedit Generum ſuum, Abel, Ducem Daciæ, cujus frater, Ericus, Rex Daciæ junior, duxit filiam Ducis Alberti de Anehald, die Dionyſii &c.* Conf. *Hermannus de Lerbecke, Chron. Schawenburg.* apud Dn. *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. 512. *Seculo ergò, ut voverat, valedicere volens,* (Adolfus) *cum Helewige, ſua conſorte, Livoniam cauſa devotionis, viſitat, & poſt ſe tres filios, ſcil. Johannem, Gerhardum, & Luderum, quibus Tutorem Generum ſuum, Abelem Ducem, dedit, reliquit. Iſte Abel fuit filius Waldemari, Regis Daciæ, qui anno præcedenti antequam Adolphus Ordinem intraret,* (imò, ann. 1237. vid. Albertus Stadenſ. h. a. pag. 211.) *duxit filiam Adolphi* (Mechtildem) *in maxima pompa, in Terra Holſatiæ, 7. Kal. Maji. Omnis enim diſcordia, & controverſia inter Regem Danorum, & Adolphum, ſedata eſt, Epiſcopo Bremenſi, Gerhardo, hoc fideliter agente. Anno igitur* 1238. (rectius 1239.) *Adolphus, de Livonia reverſus, Deo, & voto ſuo, finaliter ſatisfacere volens ... vitam tutam & ſanctam eligens, Ordinem S. Franciſci apud Hamborg, ipſo die S. Hippolyti, intravit, & in eo, 23. annis, multa humilitatis & devotionis exempla oſtendens, laudabiliter vixit &c. Chronicon Holſatiorum,* Cap. XVII. in *Acceſſionibus Hiſtoricis* Illuſt. Dn. de *Leibnitz*, pag. 34. & 35. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, ad ann. 1238. & 1239. pag. m. 259. *Crantzius*, lib. VII. *Wandal.* Cap. XVIII. lib. VII. *Daniæ*, Cap. XX lib. VIII. *Saxon.* Cap. VII. *Lambecius*, lib. 2. *Rer. Hamburg.* ad Ann. 1237. 1238. & 1239. pag. m. 24. & 25.

Ann. 1241. Ab obitu *Woldemari*, Danorum Regis, res Danorum ubique malè ſe habere cœperunt, orto inter ipſius filios, *Ericum* Regem, & *Abelem*, Ducem Slesvicenſem, civili bello, Genti ſatis exitioſo. *Ericus* Rex l. c. ad h. a. ait: *Obiit inclytæ recordationis Rex, Waldemarus II. in Cœna Domini, in cujus morte verè cecidit corona capitis Danorum. Nam ab illo* (tempore) *bellis inteſtinis & deſtructioni mutuæ vacantes, omnibus in circuitu Nationibus facti ſunt in deriſum; ſed & Terræ, quas Patres eorum gladio ſuo glorioſè acquiſierant, non ſolum ab eorum dominio receſſerunt, verùm & plagas maximas Regno intulerunt, & illud miſerabiliter confuderunt, Principibus Regni reſiſtentibus, ſexies ſe invicem lacerantibus, & vaſtantibus. Ericus Rex, filius Waldemari II. Monar-*

chiam

chiam Daciæ obtinuit &c. & ad ann. 1242. pag. 274. *Ortum eſt bellum, inter Fratres, Ericum Regem, & Abel Ducem &c.*

Ann. 1246 Cœpit bellum Dano-Holſaticum, *Johanne & Gerhardo* Holſatiæ Comitibus, ſtudiorum cauſa Pariſiis commorantibus, tempeſtivum videbatur *Erico*, Danorum Regi, poſtliminio quaſi, hac occaſione, vindicare, quicquid olim Regno Daniæ, tempore quo Pater *Waldemarus* carceris ſqualorem ſubierat, detractum fuerit; ex improviſo igitur Holſatiam invadit; quam procul dubio ſub jugum rapuiſſet, niſi *Abel*, frater ipſius, *Jutiæ* Dux, puerorum quondam Tutor, & *Gerhardus*, ArchiEpiſcopus Bremenſis, maturè malo remedia adhibuiſſent. Hæcque fuit ratio, cur dicti Comites domum hoc anno redierint. *Albertus Stadenſis*, ait, ad h. a. p. 219. *Johannes, filius Fratris* (ita vocatur, ob indutum, an. 1293. ſcapulare) *Adolfi, Comes Holſatiæ, ſedecim annorum, & Frater ejus, Gerardus, de Pariſiis, ubi plusquam duos annos ſteterant, à ſuis non modico deſiderio expectati, incolumes redierunt; & octava Franciſci, Feria quinta, in Hamborch, cum maximo Cleri & Populi tripudio, ſunt recepti. Terram ſub guerra invenerunt, Erico, Rege Daciæ, eam, cum omnibus, quos in auxilium ſui ſollicitare poterat, infeſtante &c.* Add. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*; ann. eod. pag. m. 259. *Lambecius* l. c. ann. eod. pag. m. 31. Cauſam Comitum procuraſſe *Abelem*, Regis fratrem, quem ipſum Rex opprimi curabat, diſcimus ex *Erici Regis Hiſtoria Gentis Danorum*, ad h. a. pag. m. 274. *Rex Ericus movit Exercitum contra fratrem ſuum &c.* nec non ex ipſo *Alberto Stadenſi*, ad ann. 1241. pag. m. 215 & 216. *Abel, Dux Jutiæ, renunciavit in Hamborch tuitioni Puerorum Fratris Adolfi, cujus filiam, nomine Mechtildem, quæ poſtea duxit Ducem Sueviæ, habuit in uxorem, die Willebadi, præſente ArchiEpiſcopo Bremenſi, Gerardo, qui etiam tunc efficaciter ad hoc laboravit, ut Dux Abel Comitem Gunzelinum Zuerinenſem in gratiam ſuam reciperet, cujus antea capitalis fuerat inimicus, quia Regem captivaverat Pater ejus. Sed idem Gunzelinus hujus Ducis gratiam ſibi impenſam malè oblivioni tradidit, quia cum Rege Daciæ, qui Ducem impiè voluit opprimere, eundem Ducem, & ſocerum ejus,* (affinem) *Johannem, Holſatiæ Comitem, non eſt poſtea verecundatus, in quantum potuit, impugnare &c.* Conf. *Crantzius*, lib. VIII. *Saxon.* Cap. XV. præſertim lib. VII. *Wandaliæ*, Cap. XXIV. ubi de utrique parti fœdere junctis, annectit: *Acceſſere partibus Fautores ex Nobilitate proxima. Nam Regi militabant: Guncelinus de Zuerino Comes, & BURWINUS Junior, cum Fratribus, Magnopolenſes Principes. Abeli inhæſerant Propinqui ſui, Comites Holſatiæ. Guncelinus, ſatis immemor beneficii, quod nuper illi impenderat Dux Abel, cum illum reconciliaret fratri ſuo, Danorum Regi, recordanti, quod Guncelini Pater, amborum, Erici & Abelis, Patrem, Waldemarum Regem, ceperit, in carcere tenuerit, & ære magno emunxerit. Antiquavit eam memoriam Abel, & fratri ex animo excuſſit, reconcilians Regi Guncelinum. Nunc idem Guncelinus arma producit in Abelem &c.* *Lambecius* l. c.

An. 1247. *Comes Gunzelinus* (Suerinenſis) *& Sclavi, qui partem Erici, Regis Daciæ, contra Johannem, Comitem Holſatiæ, juverunt, die Briccii, Todeslo* (Oldeslo) *venientes hoſtiliter, aliquos militum capientes, de Holſatis plurimos, cum ſe viriliter defenderent, occiderunt. Rex etiam Daciæ, Ericus, Fratrem ſuum, Ducem Abel, in Ducatu ſuo moleſtare cœpit; Chriſtophorum, fratrem ſuum, de ſuis terminis expulit; Kanutum, Ducem de Blekingde, Fratrem de Patre, captivavit, quem poſtea Lubicenſes, expugnato Caſtro Stekenburg, in quo detinebatur, viriliter abſolverunt. Daciam inſuper, navali congreſſu ſæpius vaſtantes, cum magnis ſpoliis redierant &c.* Hæc *Albertus Stadenſis* h. a. pag. 219. Conf. *Crantzius* lib. VII. *Wandal.* Cap. XXIV. *Cum Regi placere contenderet Guncelinus, cum Principibus Wandalicis, movit in Todeslo Oppidum, quod Johanni, Holſatiæ Comiti, pareret, & congreſſis, qui ibi in præſidio ſteterant, Holſatis, nonnulli cæduntur, alii capiuntur &c.*

Ann. eod. Oriebatur infamis diſcordia Fratrum laudatorum *Johannis & Gerhardi*, ex inæquali partitione patrimonii, de qua hæc *Chronicon Holſatiæ*, Cap. XVIII. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 37. *Hi duo Comites, Johannes & Gerhardus, diviſerunt Terram, & hereditatem paternam. Nam ſenior, Johannes Comes, recepit in partem ſuam Wagria, ſcilicet: Kyl, Lutkenborch, Oldenborch, Niegeſtad, Plœn, Oldeslo, Trittow, & Segeberge, ac partem in palude usque ad Albeam. Alter autem frater, Comes Gerardus, ut junior, minorem partem recepit, ſcilicet Terram Holtzatiæ, Idzeho, paludem Wilſtriæ, Hanrowe, Rendesborch, & attinentia illorum. Propter hanc indiſcretam diviſionem, quia ſenior quaſi duplum recepit, fuerunt hi fratres facti inimici. Et Gerardus, contra fratrem ſuum, Johannem, ante Oppidum Kyl, caſtra metatus fuit, cum adjuto-*

Digitized by Google

jutorio Alberti, *Ducis Brunſuicenſis*, *& Civitatis Lubecenſis*; *ſed nihil ibi proficientes ſine fructu revertuntur. Et ideò dictus Comes Kyloníenſibus dedit multa Privilegia, & libertatem in foro, in terra & in aquis &c.* Contigiſſe hæc anno 1247. docet *Crantzius*, L. VIII. *Saxon.* Cap. XV. & ex eo, *Lambecius* l. c. pag. m. 34. carpens ſimul *Pontanum*, lib. VII. *Hiſt. Dan.* & *Meurſium*, lib. 2. *Rer. Danic.* quod eadem anno 1242. inſcribant.

An. 1249. *Dux Abel*, *cum fratre ſuo*, *Rege Daciæ*, *in amicitiam rediit*, *unde expeditio*, *per ArchiEpiſcopum Bremenſem*, *& Comitem Holſatiæ*, *Joannem*, *& eorum adjutores*, *in Daciam facta*, *inaniter eſt ſoluta*, *modicum ante*, *Johannes Comes Caſtrum ædificaverat in Tydeslo &c.* Ita *Albertus Stadenſis* h. a. pag. 220. Conf. *Crantzius*, lib. VIII. *Saxon.* Cap. XVII. *Pontanus*, lib. VII. quamvis ad ann. 1248. *Lambecius* l. c. lib. 2. ad h. a. pag. m. 34.

Ann. 1250. *Johannes Comes* (Holſatiæ) *auxilio Bremenſis ArchiEpiſcopi*, (Gerhardi) *& avunculi ſui*, *Simonis*, *Paderbunenſis Epiſcopi*, *expeditionem verſus Daciam*, *in maximo exercitu*, *circa Auguſtum*, *ordinavit*, *Caſtrum Reinoldesborch*, *quod Rex firmiſſimum fecerat*, *& Viris ſtrenuis muniverat*, *forti obſidione primitus oppugnato. Interea*, *circa diem Laurentii*, *de Erico*, *Rege Daciae*, *rumores infortunati ſuccreverunt*, *quibusdam dicentibus*: *Regem captum*; *quibusdam*: *mortuum. Tandem veritas innotuit*, *quod*, *cum ſecurè luderet in aleis*, *in domo quadam ſuper aquam poſita*, *venit ſuper Eum inopinatè Dux Abel*, *frater Ejus*, *qui amicabiliter Eum ibidem invitaverat*, *& captum hoſtiliter projecit in naviculam*, *ad locum illum ex induſtria deportatam. Delatus eſt in medium aquæ*, *quæ dicitur Sli*, *& Lago*, *quidam de Danorum potioribus*, *Duci dilectus*, *cum altera nave celeriter adveniens*, *Eum decollari fecit*, *& corpus*, *multo ferro onuſtum*, *in profundum illius aquæ ſubmerſit*. --- *Iſtud contigit in nocte Laurentii. Non multum poſt*, *corpus inventum eſt à Prædicatoribus ipſo ferro onuſtum*, *& capite adhuc ad collum pendente. Sepelierunt Eum Prædicatores in Eccleſia ſua Sleswic. Poſtea frater ejus*, *Abel*, *fecit Eum extumulari*, *& ibidem in nova Moniali Eccleſia ſepeliri. Exercitus*, *obſidione ſoluta*, *rediit. In die omnium Sanctorum*, *Abel coronatur in Regem*, *Uxor ejus*, *Mechtildis*, *in Reginam*, *filio eorum*, *Waldemaro*, *adhuc puerulo*, *quem redeuntem de Rothomago Colonienſis ArchiEpiſcopus ceperat*, *adhuc in captivitate detento &c.* Ita *Albertus Stadenſis* h. a. pag. 221. Conf. *Ericus* Rex l. c. ann. eod. pag. m. 274. *Dux Abel fratrem ſuum*, *Ericum Regem*, *proditioſè captivavit in Sleswik*, *in nocte B. Laurentii*, *quem quidam Miles ejusdem Ducis*, *Lagho Gutmud ſcilicet*, *navigio deportavit*, *usque Myoſund*, *ibique Eum occidit*, *&*, *Duce ignorante*, *in Slia ſubmerſit &c.* Conf. *Hermannus de Lerbeke*, *Chron. Comitum Schawenburg.* apud *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. 512. & 513. *Hiſtoria ArchiEpiſcoporum Bremenſium*, in vita *Gerhardi* ArchiEpiſcopi. §. XXXI. apud *Lindenbrogium*, pag. 99. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, ann. eod. pag. m. 259. *Crantzius* lib. VII. *Daniæ*, Cap. XXI. & lib. VIII. *Saxon.* Cap. XV. & lib. VII. *Wandal.* Cap. XXIV. *Spangenberg*, lib. 2. *Chron. Schaumburg.* Cap. I. pag. 78. & 79. *Pontanus* lib. VII. *Rer. Danic.* pag. 326. *Danckwert*, *Chorograph. Sleſwic. & Holſat.* pag. m. 113. *Lambecius* l. c. an. eod. pag. m. 36. Patrato facinore, novum Regem, *Abelem*, dando *Hamburgenſibus* Privilegium; *ne quis eorum*, *ſub Regno Daniæ*, *aut Regionibus ad illud pertinentibus*, *naufragium facienſium*, *bona*, *niſi pro derelictis habita*, *detineat aut diripiat*; uſum eſſe titulo *Slavorum Regis*, oſtendunt ejus tabulæ, apud *Lambecium* l. c. pag. 37. datæ *Roskildis*, ann. 1250. 3. Id. Novemb. ibi: *Abel D. G. Danorum Sclavorumque Rex*, *& Dux Jutiæ &c.* De exitu Ejus, pergit *Albertus Stadenſis*, ad an. 1252. pag. 222. *Die Apoſtolorum Petri & Pauli*, *Rex Danorum*, *Abel*, *Strand-Freſones ab inſolentia eorum volens compeſcere*, *inopinata morte ab eis eſt occiſus. Chriſtophorus*, *frater ejus*, *ei in Regno ſucceſſit. Lago*, (Regicida) *quem prædiximus*, *cum Regali corona*, *& multa pecunia ab Abel collecta*, *fugit in Holſatiam*, *non multo poſt tempore & ipſe occiſus ibidem &c.* add. *Ericus* Rex loc. cit. ann. eod. pag. 274. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, ann. eod. pag. 260.

(29) Durante in Germania Interregno, pertæſi Danorum *Rugiani*, & ipſi in libertatem ſe vindicant. Mortuo, an. 1259. *Chriſtophoro*, Danorum Rege, ſolioque impoſito Ipſius filio, *Erico*, annorum ſeptem puero, cum omnia in pejus ruerent, JARMARUS quoque, *Princeps Rianorum*, (Rugianorum) *magnam partem Syalandiæ vaſtavit &c.* Ita *Ericus* Rex l. c. ad an. 1259. p. 274. pergens ad an. 1260. *JARMARUS fecit ſtragem magnam ruſticorum apud Neſtwich &c.* Non ſatis accuratè perhibet *Albertus Crantzius*, lib. VII. *Wandal.* Cap. XXVIII. expeditionem hanc, vivente adhuc *Chriſtophoro*, fuiſſe ſuſceptam: *JARIMARUS*, *Princeps Rugianorum*, *qui ex multis annis*, *Regno Danorum paruerat*, *tunc per arma ta Claſſe infeſtus contendit in Zielandiam Daniæ*, *cum foveret*, *neſcio quid ſimultatis*, *in Daniæ Regem*, *Chriſtophorum. Pertæſum eſt enim aliquando Danorum Imperii Gentem Wandalorum*, *cum cernerent*, *omnes con-*

congentiles ſuos, qui aliquando Danis ſuberant, jam ſubductis jugo cervicibus, ſolùm juſtis in ſua Gente Principibus parere. JARIMARUS autem tum Opidum Neſtwede expugnavit, diripuitque; & longè latèque excurrens, incendia miſcuit deprædationibus. Contraxit tantum perinde in Gente Danorum odium, ut ne nomen ejus audire ſine ſtomacho paterentur --- Jam Annus eſt Sexageſimus, poſt mille ducentos, cum iſta in Daniam excurſio memoratur &c. ---- Per hæc tempora, Dania in illum contemptum pervenit, ut facile à quovis impugnaretur &c. Dn. Conringius, lib. I. de *Finibus Imperii*, Cap XVI. §. 21. pag. m. 171 memor defectionis reliquórum *Slavorum*, Danorum quondam jugum ferentium, ſubjicit: *Secuti tamen & Rugiani ſunt ejuſdem Seculi (XIII) anno ſexageſimo, exemplum aliorum: imò, Jaromarus Secundus ejus nominis, non ſatis habens in libertatem ſe aſſeruiſſe, Claſſe infeſta Daniâ petitâ, Selaudiam omnem devaſtavit &c.* & mox: *Hujus filius, Wizlavus III. hominium Cæſari Rudolpho præſtitit, An. 1283. neque poſthæc unquam in Daniæ Ditionem ulla Slaviæ pars rediit, qui Regni illius infelix diu fuit ſtatus &c.* Conf. tamen ſeq. v. 32. ad ann. 1325.

In Terra Obotritorum, quæ nunc Magnopolis, per eam ætatem, arx erat ſita, ad intimum Maris ſinum, qui de Mari, magno tractu, Terram ingreditur, & cui de Mediterranea obvius fit rivus. Ad hunc ſinum arx erat, Dorſow illi nomen dedere; (extat hodie opidulum ruſticum nomen referens;) ea tum paruit Comitibus Holſatiæ; incertum, quo Jure? armis capta? an ex fœdere tradita? vel forte ære coëmpta? Habitatores, & arcis cuſtodes, clam Comites receptavere, ut fit, publicorum itinerum inſidiatores. Id non paſſus Johannes, Adolphi Religioſi Viri, filius, Comes Wagriæ, cum aliquando adequitans noxam deprehenderet, juſſit arcis cuſtodem, publico judicio damnatum, gladio cædi. Nec tamen illo cedente res factæ ſunt meliores. Cives autem Lubicenſes, earum rerum impatientes, cum JOHANNE, Obotritorum Principe, quem tum, pro conſuetudine ſuæ Gentis, Wandalica lingua, Kneſe Janike appellavere. Aderat filius Ejus, HENRICUS, qui deinde, in peregrinatione Terræ ſanctæ, captus diu fuit inter Sarracenos. Pater & Filius, Civibus Lubicenſibus colloquuti, ſocietatem oppugnationis in dictam arcem inierunt; junctisque armis & animis eam expugnaverunt, ac ſolo dejecerunt; dederuntque Principes memorati Civibus Lubicenſibus Privilegium: ut eo uterentur rivo, ad aliquot milliaria à Mari, ſupra opidum memoratum; quodque nemo in perpetuum firmaret arcem, aut præſidium, ad ejus rivi utrinque ripas, & ad certos limites Civitatis memoratæ &c. Hæc *Albertus Crantzius*, lib. VII. *Wandal.* Cap. XXXIII.

RICHARDUS, Rex Romanorum, inveſtit *Illuſtrem OTTOCARUM, Boëmiæ Regem, de Principatibus Regni Bohemiæ, & Marchionatus Moraviæ, ac omnibus Feudis dictis duobus Principatibus attinentibus, quos & quæ claræ memoriæ Pater, & Progenitores, ipſius, juſte & rationabiliter ab Imperio tenuerunt;* præterea, *duos Nobiles Principatus, Ducatum videlicet Auſtriæ, & Marchionatum Styriæ, ad manum Imperii, & ſuam, de Jure liberè devolutos, cum omnibus Feudis, ad dictos duos Principatus pertinentibus, ab Imperio debitis, & conſuetum teneri, integraliter & ſimpliciter, in feudum concedit, & donat &c. Aquiſgrani*, IX. Aug. 1262. Extat Diploma apud Dn. *Lunigium*, Contin. I. *des Reichs - Archivs, Erſte Fortſetzung*, §. 5. pag. 6.

(30) Impoſito Imperii diademate RUDOLPHO HABSBURGICO, *ex Primi BUREWINI, per HENRICUM filium, qui præceſſit morte Patrem, Nepotibus, primus, JOHANNES, Filium habuit itidem HENRICUM; is ad novam in Terram Sanctam expeditionem, quam Gregorius X. abſens creatus Pontifex, cum primum potuit, edixit, Anno Septuageſimo Sexto poſt Mille ducentos, ſe accinxit, Crucem accipiens, in Terram S. cum cæteris pervenit. Et cum ad prædam cum aliquantis exiſſet, à militibus Saracenorum Saldani captus, per totos ſex & viginti annos, quæ magna pars eſt annorum vitæ, in ſervitute permanſit. Infelix peregrinatio & omni pro Chriſto morte gravior &c.* Ita *Crantzius*, lib. VII. *Wandal.* Cap. *XXXIV.*

NICOLAUS, ex Nepotibus BUREWINI, per filium HENRICUM, in diſtributione patriarum Ditionum, ſortitus eſt Wandaliam, uberem frugum Provinciam, Opidis non contemnendis plenam. Duxit Uxorem Filiam Comitis de Anchold, ex qua reliquit Filios: HENRICUM & JOHANNEM; nam tertius, BERNHARDUS, dormivit ante legitimos annos. Erant NICOLAO, per ſua tempora, multa cum Marchionibus conterminis bella --- Marchiones Brandenburgenſes inſigni (inſignes) *tunc, ut nunc, Electuræ Principatu, Wandalorum Principes, ſuos habuere ſatellites: veſtem illis curialem, quomodo domeſticis, miſere: eam honorifice excepit NICOLAUS, & cum prodiret in conſpectum, ea tectus ibat.* (Quæ nugæ?) *Erat controverſia: de Finibus. Ventum eſt in coetum ad tractandum ſuper rebus: malè ſibi timuit NICOLAUS; novit ſuperbiam majoris Principatus: armavit validam ſuorum manum, & clam habuit tectos umbris*

bris & nemoribus: juſſit tamen expectare ſignum, ſtare ſuſpenſos: ut, cum Ille pileum ſuum projiceret ludibundus in altum, erumperent. Cœperunt tractare Magnates ſuper controverſiis. Ille, de ſuorum conſilio, quod viſum eſt, in rem juſſit reſponderi. Ex verborum alterna contentione, cœpit indignatio Marchionum clareſcere. NICOLAUS *riſu excepit rem: Quantum eſt, inquit, ſi Illuſtres vos Marchiones hominem tenuem Wandalum, Veſtra veſte tectum, opprimere contendatis? ſit æquum, ſit juſtum inter nos judicium: alioqui, ſi vim paratis, indecorum eſt, veſtra veſte contectum, accipere injuriam; ſi omninò, ut apparet, indignantes ſævire paratis, ſinite, honoris gratia, ut veſtem ponam, quam dediſtis, ne crebreſcat rumor, Domeſticum Marchionum per vim oppreſſum. Cum murmur creſceret, & altius iræ ſpirarent, reputantium ſibi illudi, viſum eſt* NICOLAO, *prope eſſe, ut vim intentarent. Putabat, non expectandum, ſed ludens, de ſuo more, pileum ſuum projecit in aëra. Accepere ſignum, qui latuere, &, incurſione facta, undabant arma. Marchiones, non tam ad arma parati, ſeceſſerunt; nec tamen ſine cæde & ſanguine tranſigi potuit; capti feruntur aliquanti Militares; ſed* NICOLAUS, *qualicunque conſilio, ita rem peregit, ut ſua tueretur. - - - -* NICOLAUS *ad annum LXXVII. pervenit, poſt Mille ducentos, tumulatus cum Patribus in Dobran.* **Iſte* NICOLAUS *reliquit Filios:* JOHANNEM & HENRICUM. JOHANNES, *ex Uxore, Filia Comitis de Lindow, genuit Filios:* NICOLAUM, JOHANNEM, GUNTERUM, HENRICUM & BERNHARDUM; *quorum duo noviſſimi, Ordinem Praedicatorum in Robel ingreſſi, ibi finierunt:* GUNTERUS *in Canonicatu Magdeburgenſi moritur. Pater deſecit LXXXIII* NICOLAUS & JOHANNES *paternam Ditionem regunt.* HENRICUS, JOHANNIS *frater, genuit* HENRICUM & NICOLAUM *parricidas, eò quod Pater tranſierit ad ſecunda vota, cæſus ab illis in Rugia, ad Villam Zale, cum capi non pateretur, præter intentionem, ut ferunt, cædem inum &c.* Hæc omnia *Crantzius* lib. VII. Cap. XXXV.

Per quae tempora in Principatu Roſtockenſi erat BUREWINUS III. HENRICI, *quem ſtirpem Nobilitatis facimus, filius, Primi* BUREWINI *nepos, isque, ex filia Regis Danorum, Margareta, genuit Filios:* ERICUM, HENRICUM, WALDEMARUM. BUREWINUS *in ætate provecta cæcus degebat. Filii illum* ERICUS & HENRICUS *cæcitate percuſſum contempſere, non abſtinentes injuriis, quapropter, juxta Scripturae comminationem, non erant longævi ſuper Terram, mortui ſine prole.* BUREWINUS *autem pervenit ad Annum Chriſti M. CC. LX. & mortuus ſepelitur in Dobran, cum Patribus ſuis. Filius autem* WALDEMARUS, *accepta Conjuge Comitis Filia Holſatiae, ſuſtulit ex ea Filium* NICOLAUM, *quem Puerum cognominavere, quia puer diu agebat ſub tutoribus. Acceſſit altera cauſa, quia pueriliter inter conjugia variabat, ex tribus ſponſis: Filia Comitis de Lindow; Filia Alberti Marchionis; et Filia Ducis Stetinenſis, Bugslai, ſolam tertiam accepit Conjugem, quæ illi, ac terræ ſuæ, fuit multorum cauſa laborum. Sed & ibi pueriliter rem gerebat: quia cum ſe ſubjeciſſet Erico, Danorum Regi, ad protectionem, poſtea pueriliter receſſit ab Eo, bellum intentans in Eum infeliciter, cum ſuis Roſtockcenſibus. Sed ad* WALDEMARUM *Patrem redeamus: Hic habitabat, & dominatus eſt quietè, et tranquille, in ſuo Roſtockio. Pervenit ad Illum Daniæ Regina, matertera ejus, Margareta, matris ejus ſoror; & in viduitate Deo diu ſerviens, Monaſterium Fratrum Minorum extruens cum Nepote, eodem anno obdormierunt in Chriſto, poſt mille ducentas, LXXXI. ſepulti in Dobran, in Majorum ſuorum ſepulchris, et inde cœpit Dominium* NICOLAI PUERI, *ad annum usque XLV. poſt trecentos &c.* Hæc rurſus *Crantzius*, lib. VII. *Wandal.* Cap. XXXVI. Confer. ſeq. v. 31.

Annus erat à Nato Chriſto LXXXIII. poſt mille ducentos, cum inter Dominos JOHANNEM & HENRICUM, *filios* HENRICI *Principis Magnopolenſis, in captivitate manentis Saracenorum* (ab ann. 1276.) *ex una, et Marchiones de Brandenburgo, Ottonem, & Johannem (erat in his quoque partibus de Miſnia Marchio, inſuper Saxoniæ et Luneburgi Duces,) ex altera parte, bellum de Finibus, deque alternis Juribus, eſſet. Contemptui erant tantis Principibus Juvenes illi, Patre orbati. Sed illis tum pro Patre fuit, ut ferunt, divina protectio, quam illis Matris, Deo devotiſſimæ Fœminæ, preces & lachrymæ procuraverunt. Intraverant hoſtes, magno agmine, Terram Magnopolenſem, igne ac gladio undique ſævientes. Juvenes illi Nobiles, quibus poterant, virilus contractis, obviam hoſti contenderant. Inter Opida Greveſmolen ac Gadebuſch, obvia ſibi agmina fuere: prælium paribus animis, etſi non viribus, initur pari fiducia: cum hinc de parte advenarum hoſtium vires majores fiduciam crearent: illinc Patriæ defenſio, juſti reſpectus, confidentiam augebat. Diu fortiter confligunt; & inclinabat Fortuna, quo minime caſura putabatur ab omnibus. Nam Juvenes Magnopolenſes, fugato hoſte, multos inde captivos eduxere. - - - Ea victoria perfecit, ut totus Principatus Stargardiæ, qui dubio Ju-*

Digitized by Google

re videbatur eſſe inter Marchiones & Magnopolenſes, ex hoc die, cederet Magnopolenſibus; nam precium redemptionis captivorum, dotalitia pecunia, quam ex Alberto Marchione, cujus filiam primam alter ex Fratribus, HENRICUS, accepit Conjugem, accepiſſet; ſed & ſtipendium militiæ ex Rege Bohemiæ, cui militavit in Rudolphum Imperatorem, hæc omnia collata ſunt Marchionibus: ut à jure diſcederent Principatus memorati. Fuit iſte HENRICUS, magnitudine animi, & felicitate bellorum, LEO cognominatus, à quo deſcendit poſteritas Principum nunc florentium &c. Ita Crantzius, lib. VII. *Wandaliæ.* Cap. XXXIX.

Circa annum Nonageſimum, poſt Mille ducentos, JOHANNES de Magnopoli, Nobilis Princeps HENRICI adhuc captivi filius, conjugem accepit Helenam, filiam IVENTZLAI, Domini Rugianorum, quæ Matrem habuit de ſanguine Ducum Brunſwickcenſium. Nuptiæ cum magno tripudio celebrantur in Opida Sterneberg ---- Quo etiam tempore, HENRICUS, HENRICI captivi filius, JOHANNIS germanus frater, ſacra nuptiarum iniit, duxitque filiam Alberti Marchionis de Brandenburgo Conjugem; ſolennibus peractis in Opido Novo Brandenburg &c. Hæc Crantzius, Lib. VII. *Wandal.* Cap XL.

Hæc dum aguntur, *cœperunt, itinere publico, merces inter Lubicam atque Hamburgum devectari. Militares autem homines de vicinis Provinciis, præſertim Wandalicæ originis, quibus penè nativa eſt vis latrocinandi, aſſueti præſertim, per tempora multa, hoſtilibus, quæ bello gerebantur, deprædationibus, in pace publica jam egentes hoſtes ſibi creavere, qui rebus videbantur fortunatiores. Aggreſſi viis publicis mercatores, finem latrocinandi nullum fecerunt. In Ducatu Inferioris Saxoniæ tum erant multa præſidia, quibus receptarentur latrocinantes. Id cum Cives Lubicenſes apud Ducem ſæpe quererentur, Dux autem vel non poſſet, vel non ſatis attenderet, eam rem avertere; memorati Cives cum in fœdere eſſent cum Principibus de Wandalia, eorum ope accerſita, copias pro armarunt, junctiſque viribus, duxerunt in Raceburgum, à capite rationem depoſcentes. Dux ubi vidit rem ad arma perveniſſe, ſubmiſſis oratoribus, juſſit interpellare hoſtiliter venientes ---- ergò adorti Cives nota latronum receptacula: Walrow, Klockſtorpe, Karlow, Maſtin, Duſow, Slaweckeſtorp, Linow, & Nannendorpe, à ſolo ſubverterunt &c.* Hæc Crantzius, lib. VII. *Wandal.* Cap. XLI.

Quid negotii OTTOCARUS, *Bohemiæ* Rex, laudato Imperatori, *Rudolpho*, faceſſerit, in hujus vita, præced. Tit. V. ad annn. 1274. 1276. & 1278. pag 630. ad 632. expoſui.

(31) Imperante ALBERTO, domum revertitur Megapolitanus Princeps, *Henricus, Hieroſolymitanus*, anno 1301. ex captivitate XXVI. annorum, cujus præced. v. 30. ad ann. 1276. memini. *HENRICUS, Dominus de Magnopoli, qui per annos viginti ſex, hoc eſt, à Paſſagio, quod ad annum ſextum & ſeptuageſimum, Gregorius X. indixerat, in hunc uſque annum Primum, poſt mille trecentos, in captivitate permanſit, hoc anno incolumis rediit in ſua.* Hæc Crantzius lib. VII. *Wandal.* Cap. XLV. interjectis quibusdam, pergens: *Anno non longius proximo, audit, ex arce Gleſine multa fieri latrocinia, Legibus & bonis moribus obvia: ea cum non niſi armis reformari poſſe viderentur, contraxit copias: occurrit, ad ejus oppugnationem, Alberto de Brandenburgo Marchionum, cujus filiam alter ex filiis tenebat conjugem; expugnant, & ſolo linquunt æquatam. Eisdem copiis duxit in Wiſmariam, cujus Cives, jam in bonum modum aucti, cum ſentirent opes de mari creſcere, contumaciam quoque in ſuos Principes creſcere illi ſenſerunt. Navi veterem arcem Mekelnborg, cujus Opidum jam paulatim evanuit, de vicina Civitate everterunt: ſed Henricus perpulit armis, ut, in quem vellet modum, renovarent; ejusque rei fide facta, dimiſit Exercitum. Interim Albertus, Brandenburgenſis Marchio, oppugnabat Dominum de Roſtockio,* (Nicolaum Puerum) *eò quod filiam, jam deſponſatam, contempſerit, acceptitque Conjugem, relictam Bugiſlai, Principis de Wolgaſto; Pulchra nimirum compenſatio: Olim Marchia vetuit filiam Bernhardi, Ducis Saxoniæ, dare Wandalorum Principi, quem ille Canem vocitabat,* (Vid. præced. Catalog. Ducum Saxoniæ. v. 11. in vita *Bernhardi II.* § 4. pag. 119.) *unde etiam multa tum provenere mala ---- nunc, rebus converſis, Princeps Wandalus contemnis Filiam Marchionis. Sed, cum ille armis contemptum ſuum vindicare conſtituiſſet, Dominus de Roſtockio Regi ſubjecit ſe Danorum, ut ejus defenſione tutior eſſet. Ericus Rex rem tantam non levipendit, ſed Exercitum miſit per mare, quem oppoſuit Marchiam. Aliquot excurſionibus præliatum eſt; ſed facile pervenit res ad compoſitionem; ubi majores ex adverſa eluxere vires; permanſitque Principatus aliquandiu in ſubjectione &c.* Conf. Idem, lib. VII. *Daniæ*, Cap. XXVI.

Ann. 1306. Conſtituit *Albertus* Imp. filium ſuum, *Rudolphum*, Regem Bohemiæ. Vid. præced. Tit. V. Vita *Alberti*, h. a. pag 640.

HENRICUS, Dominus de Magnopoli cogn.

LEO

Digitized by Google

LEO) *filius captivi*, (Henrici Hieroſolymitani) *cum jam ſecunda vota iniret, accepta Conjuge*, (Anna) *Germana Rodulphi, Ducis Saxoniæ, nuptialem ſolemnitatem in ſua Urbe Wiſmaria, conſtituit peragere. Sed Cives, exemplo Roſtockcenſium, ſe in eam protervиam erexere, ut portas ſeratas haberent, timentes ſuæ libertati frenum injici. Indignatus ille --- oppugnavit Urbem terra marique, cinxitque obſidione --- eliciuntur cives ad pugnam --- effuſi portis intereipiuntur, mactantur, urgentur in lacus, ut merguntur; ita inſignem Cives accepere cladem &c.* Hæc Crantzius, lib. VII. *Wandal.* Cap. L. Principi fuiſſe *Annæ* nomen, docet idem, lib. VIII. *Wandal.* Cap. IV. *HENRICUS, HENRICI captivi filius, pro magnitudine animi, & rerum omnium dexteritate, cognominatus LEO, mortua brevi prima Conjuge, Beatrice, filia Alberti, Marchionis de Brandenburgo, ex qua unicam ſuſtulit filiam, Mechtildim, poſt nuptam Ottoni, Luneburgenſi Duci: accepit ſecundam Conjugem, Annam, germanam Rudolphi, Ducis Superioris Saxoniæ, ex qua ſuſtulit HENRICUM, in pueritia decedentem, ALBERTUM & JOHANNEM, ſucceſſores; & geminas filias. Qua etiam decedente, jam ſenex duxit tertiam, Relictam Wiſlai, Principis Rugianorum &c.*

Eodem tempore, *cum Danorum Rex ſcriberet Roſtockcenſibus, ut, ſub obtentu gratiæ ſuæ, & ſub amiſſione bonorum omnium, quæ in Regno tenerent, HENRICO Principi parerent ad omnia, portas & munitiones non claudentes, quem Ille faceret Tutorem Roſtockcenſem,* (*Subjecit enim Ille ſe Principatus Regi, ut tutus eſſet à vicinis*) Vid. *Crantzius* loc. cit. Enimverò, iis obedire detrectantibus, obſidetur *Roſtochium*, & anno 1313. ad deditionem compellitur. Vid. loc. cit. Cap. LI & LII.

(32) Tempore LUDOVICI Bavari Imperatoris, *bellum ortum eſt Regni* (Daniæ) *magnum, quum Waldemarus Illi Marchio multa minaretur, occaſione, uti arbitror, orta de Wandalis, qui Regi quam Marchioni erant promptiores. Proceſſit res & ſerpſit latiſſimè. Quisque partibus ſuis adjutinabat, quos potuit. Regi cohærent: Joannes & Gerardus, Holſatiæ Comites; Ericus, Dux Saxoniæ; HENRICUS de Magnopoli; WERSLAUS de Rugia; Henricus de Zwerin, & Urbs nova Gripeswaldis. Marchioni verò adhæſere: OTTO, Dux de Stetin; WERSLAUS de Walogoſt, Ottonis frater; Sundenſem ac Roſtockcenſem, Urbes in hac parte conſtitiſſe ſe. runt ---- quum ita maximi utrinque bellorum fierent apparatus, mors Marchionis* (ann. 1319.) *rem omnem diremit &c.* Ita Crantzius lib. VII. *Daniæ*, Cap. XXVII. Confer. Idem, lib. VIII. *Wandal.* C. III. Non multo poſt ipſum quoque Regem Daniæ, *Ericum*, deceſſiſſe, docet idem, ll. cc.

Ann. 1320. ſolium conſcendens *Chriſtophorus, Erici* frater, bellum Duci Wolgaſtenſi infert, *invitans à Terra Principes fœderatos, hos ſcilicet: Ericum, Ducem Saxoniæ de Louenburg; Albertum, Ducem Lunenburgenſem; Gerhardum & Johannem, Comites Holſatorum; Adolphum de Schowenburg Comitem; Guncelinum de Wittenburg; Henricum de Zwerin, Comites; HENRICUM de Mekelnburg, & PRIBISLAUM, Wandalorum Principem. Hi moverant à Terra. Cæterum à mari venerant: Chriſtophorus ipſe, Rex Daniæ; Birgerius, Rex Sueciæ; Sueno, Dux Sleſwiei: Kanutus Pors, Dux Hallandiæ, incomparabilis uni expugnandæ Urbi Exercitus.* Sunt verba *Crantzii*, lib. VII. *Daniæ*, Cap. XXVIII. Confer. idem lib. IX. *Saxon.* Cap. IX. Res tamen effectu caruit; imò *Ericus* Lauenburgicus captivus *Wolgaſtum* ductus eſt, & 26000. marcarum argenti in libertatem ſe iterum vindicare coactus; Vid. *Crantzius* lib. VIII. *Wandal.* Cap. V. & Libr. VII. *Daniæ* Cap. XXVIII.

Ann. 1322. Recuperant Megapolitani *Roſtochium*, aliquamdiu Danis infeſtum. *Rex Daciæ, Chriſtophorus, conceſſit Civitatem Roſtoken, HENRICO, Domino de Mikelenborg, jure hæreditario perpetuò poſſidendam.* Ita *Chronicon Slavicum Lindenbrogii* h. a. pag. m. 207. Confer. *Crantzius*, lib. VII. *Daniæ*, Cap. XXIX. & lib. VIII. *Wandal.* Cap. VI. ubi hanc ſuppeditat reſtitutionis cauſam: *Cum controverſia inter Danorum Regem, Chriſtophorum, & Henricum, Dominum de Magnopoli, ex quibusdam cauſis ſuborta duraſſet; Rex, finem rebus dare conſtituens, permiſit, in compenſationem damnorum, quæ memorato Domino fuiſſent irrogata, omne jus, quod in Roſtockcenſi Dominio illi eſſet. Submiſerat enim jam dudum ſe Dominus Roſtockii* (Nicolaus Puer, cujus præced. v. 31. memini, interea, circa ann. 1314. ſine liberis extinctus.) *Danorum Regi, cum à Marchione* (Alberto Brandenburgico) *ſibi timeret &c.* Add. *Conring.* de *Finib. Imperii*, lib. I. Cap. XVI. § 21. p. m. 172.

An. eod. Armis petitur *Henricus Megapolitanus à Johanne*, Marchione Brandenburgico, de quo ita *Crantzius*, lib. VIII. *Wandal.* Cap. IV. *Vix redierat HENRICUS in Terram ſuam, audivit Marchionis novos motus, poſt Woldemarum, conſciſcere, nam WARTISLAUM, Stetinenſem Principem, ſibi ſociaverat. Ille verò, vocatus in belli ſocietatem Holſatiæ Comi-*

Comitibus, aggreditur, perduelles, obſedit Tempſim, & cepit, nonnullas ibi firmavit arces, ut in fide contineret vacillantes &c. Non minus, à *Ludovico* Bavaro, tunc Marchiæ Domins, teſte eodem, l. c. C. VI. *Bellum grave exarſit, inter Ludovicum Marchionem, & HENRICUM, Dominum de Magnopoli, ex finibus, ut eſt conjectura, Ditionum; produxere in invicem armatas acies; concurrerant ad Opidum Granzoi, in terminis Marchiæ; ibi collata manu confligunt pertinaciſſimè, captus aliquando Marchio pervenit in manus hoſtium, ſed glomerati milites ejus, ad nihil aliud contenderunt, quam Principem ſuum de manibus hoſtium extortum reducere; quod & factum.*

An. 1325. *WERSLAUS*, (al. WIZLAVUS) *Dominus Rugianorum, excedens è Terris, non reliquit ſui corporis hæredes. Cujus Terræ dominium vicini Principes omnes ambierunt: Rex Daciæ; Dux de Wolgaſta; Dominus Magnopolenſis; Princeps Wandaliæ, pro ſe quisque contenderunt; ſed Regi, quod majoribus eſſet viribus, quodque antiquum in eo Feudum collocaſſet, major ejus pars tum conceſſit &c.* Ita *Crantzius*, lib. VIII. *Wandal.* Cap. XII. Conf. idem, lib. VII. *Daniæ*, Cap. XXX. *Quumque Rugianorum Princeps tempore illo obiiſſet, ſine prole maſcula, omnes Wandaliæ Principes in eam conjecere oculum: Duces Stetinenſes*, (Otto) *Pomerani, Walogaſtenſes*, (Wartislaus) *Marchio*, (Ludovicus) *Domini Magnopolenſes*, (Henricus Leo, & Johannes de Werle) *omnibus autem tum excluſis, Chriſtophorus Rex*, (Daniæ) *jam vetus Dominus*, (Vid. præced. v. 28. ad ann. 1227. & v. 29. ad ann. 1259.) *eam ditioni ſuæ vindicavit &c.* In *Wandalia* vero Libr. VIII. Cap. IV. in ſine, ait: *Cumque Rugiæ Princeps decederet ſine liberis, HENRICUS* (Magnopolenſis) *& Dux Stetinenſis, & JOHANNES de WERLE ingreſſi Terram, gladio illam ſunt partiti &c.* Bene minimum monet *Conringius* lib. 1. de *Finibus Imperii*, Cap. XVI. §. 21. pag. m. 172. *Witzlavo IV. ultimo Rugiæ Principe defuncto anno 1325. Regi Daniæ juris priſtini prætextu, major Rugiæ pars conceſſit: mox tamen ipſe Rex jus ſuum omne in Rugiam Pomeraniæ Ducibus tradidit &c.*

HENRICUS (LEO) *Dominus de Magnopoli, per hæc tempora, circa triceſimum, poſt mille trecentos, conceſſit in fata, relinquens duos parvulos: JOHANNEM & ALBERTUM*; (ex Anna Saxonica, Vid. præced. v. 31.) *commendabat autem moriens Urbium ſuarum primariis Roſtockii atque Wiſmariæ præſidibus, ut tutelam filiorum impuberum, ſuorum Principum, fide credita implerent, quoadusque jam adulti noſſent rebus ipſi ſuis præeſſe atque proſpicere. ALBERTUS autem prior Uxorem duxit germanam Regis Sueciæ, Magni;* (Euphemiam) *ipſe tum gubernacula apprehendens, prudenter & fortiter terram ſuam gubernabat &c.* Hæc *Crantzius* lib. VIII. *Wandal.* Cap. XV.

Ann. 1340. *Woldemaro, Chriſtophori* Danorum Regis filio, & *Woldemaro*, Sleſvicenſium Duce, de Regno Daniæ invicem litigantibus, *convenit* (ann. 1341.) *Lubicam memorabilis cœtus Principum Inferioris Saxoniæ, qualis, ex omni hominum memoria, nullus extitit, convenerant enim: Archi Epiſcopus Bremenſis; Brandenburgenſis, Swerinenſis, Racburgenſis, Lubicenſis, & Halberſtadenſis, Epiſcopi; &, ex ordine Secularium: Brandenburgenſis Marchio, Ludovicus; de Brunſvich*, (Magnus Pius) *de Luneburgo* (Otto) *deque Stetino*, (Otto) *& Wolgaſte*, (Barnimus) *de Saxonia* (Ericus) *Duces: de Holſatia, de Zwerino, Comites: de Magnopoli, deque Wandalia, Domini; Milites, Militaresque ſine numero. Colloquium fuit: de Generali Terræ pace; deque innocuo itinerantium tranſitu; ut interdicantur latrocinia; jurataque pax eſt in ſex annos. Hunc autem tam celebrem Conventum illuſtravere nuptiæ Domini NICOLAI, Principis Wandaliæ, cui ALBERTUS, Magnopolis Dominus, germanam ſororem* (Agnetem) *dedit Conjugem &c.* Hæc *Crantzius* lib. VIII. *Wandal.* Cap. XIX.

(33) CAROLO IV. in Imperiali ſolio confirmato, Megapolitani Principes cooptantur in numerum Ducum Imperii. Vid. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, ad ann. 1349. pag. m. 208. *Carolus IV. in Praga, ALBERTUM & JOHANNEM, Dominos Magnopolenſes, in Duces cum magna ſolemnitate ſublimavit, & ſic titulum novum eis creavit, de Dominis, Duces faciendo &c.* Conf. *Crantzius*, lib. VIII. *Wandaliæ*, Cap. XXII. *ALBERTUS autem & JOHANNES, Fratres, cum primum Karolus IV. in Romanorum Regem eſſet aſſumptus, ſolenni comitatu Curiam Regis, quam tum Pragæ in Bohemia foverat, adierunt, aucti ſunt à Rege Ducali dignitate, ut Duces in reliquum Magnopolenſes & ſcriberentur, & eſſent, multis congentilium ſuorum Ducibus potentiores &c.* Add. idem, lib. IX. *Saxon.* Cap. *XXVII. Dubravius*, lib. 22. *Hiſtor. Bohem.* pag. m. 180. reliqui, præced. Tit. V. in Vita *Caroli IV.* v. 4. ad ann. 1349. pag. 675. adducti teſtes. Hacque tandem ratione *Slavi Boreales omnes* in jus Germanicum ſunt aſſumti; *Orientales* non item. Vid. Ill. Dn. *Coccejus, Juris Publici Prudentia*, Cap. III. Sect. V. §. 78. pag. 77.

(34) Coroni-

Digitized by Google

(34) Coronidis loco addendum, quod, rerum ſummam in Imperio moderante SIGISMUNDO, ſub dato *Berlin, am Montag der Elff tauſend Mægde*, anno 1415. *Balthaſar & Wilhelmus* Fratres, Principes *Megapolitano-Guſtrovienſes*, cum Agnato *Chriſtophoro*, Terras ſuas feudali lege, à *Friderico* Electore Brandenburgico, ſuſcipere haud detrectaverint. Reperiuntur tabulæ, *in der kurtzen Hiſtoriſchen, und aus* Authenticis Documentis & Actis fideliter *gezogenen* Information, *von dem Urſprung, und Verfolg, des Kænigl. Preuſſiſchen und Marggræfflich-Brandenburgiſchen* Eventual-Succeſſions *Rechts, an denen ſæmptlichen Mecklenburgiſchen Reichs-Leben*; de ann 1708. impreſſ. *zu Cœlln an der* Spree, *bey Ulrich Liebpert, Kænigl. Preuſſiſchen Hoff-Buchdrucker*; ibi ſub lit. A. documentor. pag. m. 27.

Wir Balthaſar und Wilhelm, Gebrüdere; und Wir, Chriſtoph Ihr Vetter, alle von Wenden, und Herren zu Werle, bekennen, und thun kund offentliben, gein allermænniglichen, mit dieſem Briefe, allen den, die Ihn ſehen, oder hœren leſen, für Uns, und alle Unſere Erben, daß Wihr Unt, mit wohlbedachtem vereinten Muthe, guter Vorbetrachtunge, und vollkommen Rathe unſer Ræthe, und Lieben Getreuen, um Unſern, Unſer Erben, Herrſchaffte und Lande, beſſern Friede, Nutze und Frommen willen, für Uns, und alle Unſere Erben, mit denſelben Unſern Herrſchafften, Landen und Leuten, gæntzlib und vollkœmlib geſetzet haben, zu dem Hochgebohrnen Fürſten und Herren, Herrn Friderichen, Marggraffen zu Brandenburg, deß H. R. Reichs Ertz-Cæmmerer, und Burggraffen zu Nurnberg, zu Seinen Erben, und denſelben Landen der Marck zu Brandenburg, und ſetzen Uns zu Ihn, mit Krafft dieſes Brieffes, alſo: daß Wir, und Unſere Erben, jetzunden, und in künfftigen ewigen Zeiten; mit allen und jeglichen Unſern Landen und Leuten, Mannen und Stetten, Schlœſſer und Behauſungen, nichts ausgenommen, bey denſelben Unſerm Herrn, dem Marggraffen, Seinen Erben und Landen der Marck, und Ihr Hulffe, zu allen Ihren Kriegen, Nœthen und Geſcheſſten, wider allermeynickliben getreuliben Beyſtand gerathen, und beholffen zu ſeyn, gantz und nab aller unſer Macht ſein und bleiben wollen, ohn allerley Widerruffen, Hülff-rede, und ohne argke, und ſollen und wollen auch dieſelben Lande und Leute der Marke zu Brandenburg getreuliben, alß offte ſeyn nethe wird, handhaben, ſchauren, ſchützen, und ſchirmen, gein allermeynickliben, gleich Unſer eyginnen Erb Landen und Leuthen, ohn Geferde; Und darauff, mit gutem Wiſſen, ſo haben Wir recht und redeliben, für Uns, und alle Unſere Erben, Unſer Herrſchafften gantz, und alle Unſere Lande und Leuthe, nichts ausgenommen, von dem ebegenanten Unſerm Herrn Marggraffe Friderichen, zu rechtem Leben empfangen, alſo: daß Wir, und alle Unſere Erben, dieſelben Unſer Herrſchafft gantz, und alle Unſer Lande und Leuthe, nichts ausgenommen, wie das Nahmen hat, oder haben mag, klein und groß, ſemeutlich und ſunderlib, fürbaſſer und ewiglichen, von demſelben Unſerm Herren dem Marggraffe, Seinen Erben, und der Marggraffſchaffte, zu Leben haben und empfangen ſollen und wollen; und von Ihn, und der Marggraffſchaffte, ewigliben, ohn alles Widerruffen und Widerſprechen, zu Leben geben ſoll; und auch Unſer zu Rechte, als andere Ihrer Herren, gantz mæchtig ſeyn ſollen; und haben auch demſelben Unſerm Herrn rechte Erbhuldigung gethan, und mit guten treuen gelobet, und zum Heyligen geſchworen, deſſelben Unſers Herren, Seiner Erben, und der Marggraffſchaffte, Frommen zu werben; Schaden zu wenden; ſolche Unſere Leben getreulichen, alsdann Leben-Rechte iſt, zu verdienen, und Ihn, als unſern rechten Erbe und Leben-Herren, getreue, gewertig und geborſam zu ſeyn; daß auch alle unſere Erben, und Nachkommen, an ſolchen Herrſchafften, Landen und Leuthen, fürbaſſer ton, und von einem jeglichen Marggraffen, der dann in Zeiten iſt, und ſeyn wird, empfaben, daruber Erb-Huldigunge, und um ſolcher Leben wegen, geloben und ſchweren ſollen, alß Wir gethan haben, ohn alle Wiederrede, und ohngeſehrde. Zu Uhrkunde, ſeyn Unſers Balthaſers, Wilhelms, und Chriſtophers, Gebruder und Vettern von Wenden obgenand eigene Inſiegele, für Uns, und alle unſere Erben, an dieſen Brieffe gehangen. Der geben iſt zu Berlin, am Montag der Eylfftauſend Magde, nach Chriſti Geburt, vierzehen Hundert und im funffzehenden Jahren.

Teſtimonium *Sigismundi* Imp. ſub dato *Eger*; An. 1437. *am Donnerſtag nach S. Margrethen Tag*; haſce ſuper literas exhibitum, habetur ibidem, lit. I. *Documentorum*, pag. 36. idem ſubminiſtrat Clariſſ. Dn. *Lünigius*, Part. ſpecial *des Teutſchen Reichs-Archivs*, Part. III. *in der vierdten Abtheilung, dritten Abſatz*, §. I. pag. 3. &c. Hujus etiam loci: *Revers Hertzog Johannis zu Meklenburg, darinnen derſelbe bekennet, daß Er alle ſeine Lande und Leute, von Marggraff Friderich zu Brandenburg, des H. R. Reichs Ertz-Cæmmerer, und Burggraffen zu Nurnberg, zu Mann-Lehn empfangen, und deſſen leiblichen zu den Heyligen geſchworen habe; Sonnabend nach* Johannis Baptiſtæ, An. 1427. inde huc ſpectat: *Wir Johanns, von Gott Gnaden, Hertzoge zu Mecklenburg, zu Roſtock und Stargarde Herre, bekennen vor Uns, alle Unſer Erben und Nachkommen, Hertzogen zu Mecklenburg, offentlichen, mit dieſem Brieffe, vor allen den, die In ſehn, oder hœren leſen, ſo als Wir in des Durchleuchtigen und Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Fridrichs, Marggrave zu Brandenburg, des H. R. R. Ertz-Cæmmerer und Burggrave zu Nürnberg, rechte und redliche Gefængnis komen, und geweſt ſin, und unſer Ende, mit Ihm, vor dieſelbe unſer Gefængkuſſe, um ein Summa Geldes troffen haben, und überkomen ſie, und über ſolche Summa Gel-*

Geldes iſt nemlichen beredt und beteidingt worden, daß Wir, obgenannter Hertzoge Johanns, Unſer Erben und Nachkommen, Hertzogen zu Mecklenburg, alle Unſer Lande und Leute, mit allen und jeglichen iren Zugehœringen, war die gelegen, oder wy ſie gnomt ſein, nichts usgenommen, von dem ebgnanten Marggraven Friderichen, Seinen Erben, und der Marggraveſchaffi zu Brondenburg, zu rechtem Mannlehn entpfangen, und lyplichen zu den Heiligen geſchworen haben, nemen, entpfon, unde ſchweren In ouch lyplichen, zu den Heiligen, in Krafft dieſes Briefes, alſo, daß Wir, alle unſer Erben, und Nachkommen, Hertzogen zu Mecklenburg, dem ergnanten Marggraven Friederichen, Seinen Erben, und Nochkommen, Getreuwe und Gewere ſie ſollen und wollen, als dann ein Mann ſeinen Erbherrn, von Rechteswegen pflichtig iſt, ane Arg, und ane Geverde &c. vid. cit. *Informatio*, lit. C. *Document.* pag. 30. & Dn. *Lunigius* l. c. §. 3. pag. 5. &c. Non minus Imperatoris *Sigismundi Mandatum, an die Stænde der Lande zu Wenden, daß Sie Churfürſten Friderico I. zu Brondenburg, die Huldigung thun ſollen &c.* ſub dato *Prog, om St. Linbardis Tag,* an 1436. in citata *Informatione* lit. G. *Documentor.* pag. 34. & apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 4. pag. 6. &c. Conflata tandem ex his, Unio hæreditariæ ſucceſſionis, inter *Fridericum II.* Elect. Brandenb. atque Megapolitanos Duces, *Henricum* Sen. *Henricum* Jun. & *Johannem*, cujus formulam in dicta *Informatione*, lit. K. *Documentor.* p. 38 &c. & ap. Dn. *Lunigium* l. c. §. V. p. 7. &c. offendimus, ibi:

Wy Fredrick von Godes Gnoden, Marggrave to Brondenborch, des H. R. Rieckes Ertz-Kammerer, unde Burggrave to Normberge; unde Wy Heinrick die Older, unde Heinrick die Jünger, unde Johann, Vettern unde Bruder, von denſulven Gnaden, Herttogen to Meckelnborg, Herrn to Roſtock unde Stargorde, unde Greven to Schwerin, bekennen openbar mit dießen Brive, vor Uns, Unſe Erven unde Nakomen, unde vor allen, die düſſen Brief ſehen, oder hœren leſen, dat Wy angeſyhen, unde erkant hebben, grote Unrechtferdigkeit, Roverey, Mort, Brant und Schaden, die leider Unſen Landen von beiderſeyt etlicke Tyt overgongen, unde geſchin is, darvon dieſulven Unſe Lande und Lude ſere geſwecket, geergert, und gewüſtet ſint; dem allem to Troſte, unde to Beteringe, um des gemenen Beſten, unde befredinge Willen, unſer Lande und Lüde, hebben Wy Uns up Hyden, als düße Anlateß-Brief gegeven is, mit einander, umb alle Gebrecken, Twidracht unde Schelinge, wot ſick der, wenete upp dißen hudigen Dag, twiſchen Uns, unde unſen ergnanten Landen und Luden, erhaven unde gemacket hebben, gütlicken und fruntlicken geenet, geſünet, unde entricht, in Wieſe und Mate, als blena, in düſſem Brive, folget unde geſchreven ſtet:

Tom Erſten, hebben Wy ergnanten Herttogen von Meckelnborch alle, dem gnanten Unſem Liven Ohemen und Schwager, Marggraven Fredericke, togeſecht, geredt unde gelovet, dat Wy eme, unde ſinen Brüdern, unde ollen œren Erven, unde Nakommen, Marggraven to Brandenborch, alle unſe Lande unde Lüde, Geeſtlick unde Wertlick, und alle Unſe Herren, Mann unde Stede, willen recht unde reddelicken eine rechte Erff huldunge huldigen und ſweren laten, alſo, effte dat geſchee, dat Wy ane Mennlicke Lives-Lehns-Erven, von Dodes wegen afgingen unde verſtœrven, dar Got vor ſy, dat den dieſulven Unſe Lande unde Lüde der Herttogen to Meckelnborch, to Stargarde, to Swerin, unde to Wenden, mit ollen Herlichheiden, Herren, Mannen, Steden, mit ollen Gnaden, Friheiden, unde Gerechtikeiden, alſe vormols Unſe Oldern ſelige, unde Wy, went her, die Lande unde Lüde, ingehatt, unde beſeten hebben, an den genannten Unſen Liven Ohemen und Swager, Morggraven Fredericke, und ane ſine Brüdere, an œre Erven, unde die Marggraveſchop to Brandenborch, gefallen, unde komen ſcholen, unde dat ſcholen œn alle Unſe Herren, Mann und Stede ergenomet, in verſigelden Briven verſchreiben, unde vel macken, offt dat met Uns to Folle queme, œn dat getruwelicken to holden, an Arg, unde on alle Geverde. Lieten Wy dann Dochter hinder Uns, die ſchal man utrichten unde beraden, na Rade Herrn, Mann unde Stede der Lande. Dargegen ſchal die genante Unſe live Ohem, unde Schwager, denſulven Unſen Herrn, Mann, Steden unde Landen, ſinen verſigelden Brieff geven, wor den die Lant an eme, oder ſine Brüdere, oder an œre Erven, oder Nakommen, gefallen, dat ſie den die benannten Lande, Herren, Mann und Stede, bie allen olden Gnaden, Friheiden, Gewohnheiden, unde Rechtikeiden laten willen, ols ſie von Older geweſt ſin, on olle Geverde &c.

Vorder hebbe Wy ergnante Morggrave Frederick, den genanten Unſen liven Ohemen unde Schwegern, geredet, gelovet, unde togeſecht, dat Wy Uns, von Unſer, Unſer Brüder, unde aller Unſer Erven unde Nakommen, Marggraven to Brandenborch, wegen des Landes to Wenden, und aller Gerechtkeit, wes Unſem liven Herren unde Vader ſeligen, Uns, unde Unſern Brüdern, oder Unſer Herrſchopp dem Marggravedom to Brandenborch, daran angeſtorven, unde angefallen is, unde weſen mach, unde wes Wy ock Brive, edder Bewieſingen daran hebben, wenne dieße vor unde ngeſchrevene Sacke geendet, unde volletogen is, gentzlicken und gar verthien, unde, mit frien Willen, darvon loten willen, up der benannten Unſer liven Ohemen, unde Schwegere, unde œrer Erven, Behup --- Unde darum ſcholen unde willen Wy obgenomen Herrn Herttogen to Mecklenborch unde Stargarde, alle drye, dem gnanten Unſem liven Ohemen unde Schwegere, Morggraven Fredricken, unde ſinen Brüdern, to dem Hochgebohrnen Fürſten, Herrn Joachim, Herttogen to Stettin, viff duſent gute nich.

wichtige Rinſche Guldene, die œm die genannten Unſe live Obemen, unde Schwegere, die Marggraven, ſchuldig ſint, ledig und loſs macken, unde œn des einen verſiegelden Quit-Briev von dem gnanten Hertzogen ſchicken &c. - - - Geſchreven unde geven to Wiſtock, na Godes Gebort, verteïn Hundert Jar, und darna in Twey und vertigſten Jare, am Donuerdage na dem Sonndage, alſs man in der Heiligen Kercken ſinget Quaſimodogeniti.

Excepit Transactionem hanc *eventuale Homagium,* quod Megapolitani ordines, præſentibus & conſentientibus præfatis Ducibus, adhuc eodem anno, laudatis Marchionibus Brandenburgicis præſtiterunt, teſtibus literis Reverſalibus deſuper confectis, in dicta *Informatione,* lit. L. *Documentorum,* & apud Dn. *Luniginm* l. c. §. VI. pag. 10. ubi:

Wy Hynrick dy Oldere, und Hynrick dy Jünger, und Johann, Veddern und Bruder, von Godes Guaden, Hertzogen to Meckelnborch, to Roſtogk und Stargarde, Heren, und Fœrſten to Wenden, bekennen openbar, met dißem Unſem gegenwerdigen Briefe, vor Uns, und alle Unſe Erven, und Erves Erven, und vor allen dy diſſen Brieff ſyhen oder hœrn leſen, dat Wy dem Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Fredericke, Marggreven to Brandborch, des Hilligen Rœmiſchen Rykes Ertz-Kamerer, und Borchgreve to Nœrmberge, Unſem lieven Obemen und Schwaghere; und Herren Fredericke, ſynem Brüdere, und allen œren Erven und Nahkomen, Marchgreven to Brandborch, alle unſe Lande und Lüde, Prelaten, Heren, Manne und Stede, met unſem Geheite vullbort, und guden Willen, eyne rechte Erffhuldunge hebben laten don. Unde die genanten Unſe Prelaten, Heren, Manne und Stede, Unſe Lande to Meckelnborch, Stargarde, Wenden, Roſtogk und Schwerin, hebben den gnanten Unſen liven Obeimen und Schwegern, die Erffhuldunge, met guten Willen, in unſer Gegenwardicheit, gedan, alſo: geſcheget, dat Wy, obgnanten Hertzoghen to Meckelnborch, und unſe Erven, von Dodes wegen affgingen, und unſe Herſchapp, wat Mannes Geſchlechte were, verſtorven, und von Mekelbörgiſchen Heren Mannes-Geſchlechte nicht mer levendich weren, daß Gott lange friſte, dat ſich denn die genanten Unſe Prelaten, Heren, Manne und Stede, und alle œre Erven und Nakomen, to dem genanten Marchgreven Fredericke, und to ſynem Bruder ergnannt, und to allen œren Erven und Nakommen, Marchgreven to Brandborch, alſo to œren rechten natürliken Erff-Herrn, holden ſcholen und willen, unde œne denn henfœrder mer getrüwe und hold ſin, glich andern œren Mannen und Steden in der Marcke to Brandenborch belegen; dat hebben œn dy benannte Unſe Manne und Stede, von Unſes Gebeytes wegen, to den Hilligen geſchworen, to holdene, ane Arch, und ane alle Geverde - - - geſchreven und geven, na Godes Gebord, Viertein Hundert Jar, und darna in dem Twey und virtigiſten Jare.

